Monaſtici Anglicani,

VOLUMEN TERTIUM

ET

ULTIMUM:

ADDITAMENTA

QUÆDAM

In Volumen Primum, ac Volumen Secundum,
Jampridem Edita:

NECNON

FUNDATIONES, ſive DOTATIONES

DIVERSARUM

Eccleſiarum Cathedralium

AC

Collegiatarum

CONTINENS;

Ex *ARCHIVIS REGIIS*, ipſis *AUTOGRAPHIS*,
Ac diverſis *CODICIBUS MANUSCRIPTIS*
DECERPTA,

Et hoc congeſta
Per *WILL. DUGDALE* WARWICENSEM
NORROY Regem Armorum.

LONDINI
Proſtant apud *Robertum Scott* Bibliopolam,
1683.

LECTORI.

Oſtquam Monaſtici Anglicani *Volumina Priora, nuperimè Edita, aliquibus Antiquitatum ſtudia colentibus, bene-cognita fuêre; diverſa iſtius farinæ, mihi non minimè grata, denique porrecta ſunt. Quorcirca, ne tanti favoris beneficium, rei literariæ ſtudioſis penitùs occluderetur, hæc, tanquam* Additamenta *in lucem prodere non longiùs diſtuli.*

De hiis, quæ Cœnobio aliquo, in utroque Voluminum antehac editorum reperto, pertinent; directio ſpecialis paginæ iſtius codicis ſollicitè inſeritur. Cœterum de talibus exiſtit, quibus conſpectui meo nihil antehac apparuit.

Iſtis adjeci quicquid ex Archivis Regiis, aliiſvé ſcriptis Autenticis Eccleſiarum Cathedralium, *necnon* Collegiatarum, *de Canonicis ſecularibus fundationes ſive præcipuas dotationes, ſeu quidquam aliud memorabile tangens, repertum habui.*

A quibuſdam hæc mea Collectanea *defectu aliquali arguta eſſe vereor: Illi autem qui in rebus Antiquis maximè verſantur, aliter proculdubio ſtatuerint: Iſtis enim evidenter conſtare poterit, quod Irrotulamenta Cartarum & Diplomatorum, Primariorum earundem Eccleſiarum Fundatorum, ſæpiſsimè prætereuntur; Libertatum verò & Privilegiorum rariùs.*

In

LECTORI.

In diſquiſitionibus hiſce arduis & tenebroſis, conatum omnem ſummâ fide & ſolertiâ per tempus non modicum adhibui; favore attamen v. cl. Thomæ Herberti *de* Tinterne *in agro* Monumethenſi *Baronetti (modò* Eboraci *degentis) necnon* Anthonii Wood, Mertonenſis *Collegii* Oxon. *alumni, in rebus antiquis apprimè peritorum, ſuppetias non minimas, uti gratanter agnoſco, habui.*

Quod ad hoc opus dilatandum remanet, niſi ui iſtorum, qui in ſcrutationibus aliis, operam & oleum ulterius impendere voluerint, omnimodè relinquo.

Vale.

SERENISSIMO
CELSISSIMOQUE
Monarchæ
CAROLO SECUNDO
DEI GRATIA
MAGNÆ BRITANNIÆ,
FRANCIÆ & HIBERNIÆ
FIDEI DEFENSORI.

GULIELMUS DUGDALUS
NORROY
REX ARMORUM
Majeſtati ejus humilimus ac fidelis
ſubditus & ſervus,
HOC OPUS
Dicat, Dedicat, Conſecrat.

SERENISSIMO

CELSISSIMOQUE

Monarchæ

CAROLO SECUNDO

DEI GRATIA

MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ & HIBERNIÆ

REGI

Majestati ejus humillimus & fidelis

subditus & servus,

THOMAS

Dicat, Dedicat, Consecrat.

ADDITAMENTA
IN TOMUM PRIMUM.

PAG. 31. Col. 2.

Carta Gundulfi *Roffenſis Epiſcopi, de Monachorum inſtitutione, loco Clericorum, in Eccleſiam Roffenſem S.* Andreae *Apoſtoli; & de amplâ dotatione ejuſdem Eccleſiæ.*

Ex ipſo autogr. in Bibl. *Cottonianâ.*

Undulfus Roffenſis Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem. Ad perpetuam rei memoriam futurorum, vobis omnibus notum facio; quod, cum non meis meritis, ſed gratiâ dei, & vocatione domini *Lanfranci* Archiepiſcopi Cantuarienſis, ad curam Epiſcopatûs Roffenſis fui vocatus, Eccleſiam beati Andreæ, Apoſtolorum mitiſſimi, à Rege *Ethelberto* olim fundatam, debito cultu divino, per quinque Clericos malè degentes & famulantes in eâ, deſtitutam inveni: ideo auctoritate, voluntate & mandato domini Regis *Willielmi*, ipſius Eccleſiæ patroni; ac etiam conſilio, auxilio, aſſenſu, & ordinatione domini *Lanfranci* Archiepiſcopi Cantuarienſis, eiſdem Clericis, ex voto conſentientibus, & habitum religionis devotè ſuſcipientibus, tandem ſexaginta Monachos congregavi, introduxi, & inſtitui, ad famulandum Deo dignè, & Sancto *Andreæ* in Eccleſiâ ſuâ, amodo & uſque in ſempiternum. De poſſeſſionibus autem & donationibus, à Regibus & aliis Chriſti fidelibus datis & conceſſis, quas undique diſtrictas & diſperſas reperii, de Regis benevolentiâ, cum magno labore recollegi, congregavi, & adquiſivi; victum eorum à victu meo diſcrevi.

Dedi præterea & addidi ad eorum ſuſtentationem, & advenientium hoſpitum & pauperum, ac Serjantorum quos conſtitui ad ſerviendum eis, ſecundùm diſpoſitionem Monachorum, ſicut in Eccleſiâ Cantuarienſi dominus *Lanfrancus* Archiepiſcopus Serjantos ordinavit & conſtituit; ſcil. Eccleſias de Wolewic, & de Darentefort, & de *Suthenâ*, & de *Wilmintunî*, & de *Chiſelherſtâ*, & de Aeilesford, & de Retheresfelde, & de Fernet, & de *Sturmuthâ*, & Altare Sancti *Nicholai*, quod eſt parochiale in Eccleſiâ beati *Andreæ* Apoſtoli, cum Eccleſiâ ſanctæ *Margaretæ* quæ appendet.

Sic quoque pro Monachorum quiete & pace perpetuâ, terras, Decimas, & poſſeſſiones, cum ſuis libertatibus, & rectitudinibus, ſeparatim ab Epiſcopio, aſſenſu regio, & confirmatione ſecernere decrevi. Conſtituo etiam de poſſeſſionibus, quæ ad victum ipſorum Monachorum ordinavi ſingulis annis, mihi & ſucceſſoribus meis, Feſtivitatem ſancti Andreæ Apoſtoli, apud *Roffam* perſonaliter celebrantibus, exennium deferendum hujuſmodi; hoc eſt Wuldeham, & Frendesbiri, & de Denitune, & de Suthflite, & de *Stoche xvi* frecingas, *xxx* aucas, CCC gallinas; & millenarium de Lampridis, & millenarium de ovis, & quatuor ſalmones; & ſexaginta faſciculos de farrâ; & de Staches unum hopum avenæ: & de piſcibus & de ovis medietas ſit eorum.

Et de *Lambethâ* ſimiliter dimidium millenarium de Lampridis, ad opus eorum. De *Hadenham* verò valentem xx ſolidos de piſce, in cellis eorum deferatur, & ibi equaliter partitum, medietas eis remaneat, & medietas michi deferatur.

deferatur. Si verò fortuitu (quod abſit) ego vel aliquis ſucceſſorum meorum, ad feſtum aliquâ causâ defuerit, ex parte Dei & meâ præcipio, ut totum illud exennium ad curiam beati Apoſtoli deferatur, & conſilio Prioris & fratrum Eccleſiæ, ad honorem feſtivitatis, in uſus advenientium hoſpitum & pauperum diſpenſetur. Si quis igitur in Epiſcopali ſede poſt me ſeſſurus: vel quicunque alius, quocunque colore, Eccleſias, res, vel poſſeſſiones, alias à me datas & conceſſas, vel a quocunque alio chriſtiano auferre; vel hanc meam ordinationem, extra rectam intentionem meam, pervertere in aliquâ ipſius parte voluerit; ex tunc licitum ſit monachis meis exennium non ſolvere, & Serjantos ab eis omnino repellere, & ad libitum ſuum alios diſponere in futurum, ad ſerviendum eis. Et ut hæc ordinatio mea, regiâ auctoritate facta, & domini *Lancfranci* Cantuarienſis Epiſcopi conſilio, auxilio, & aſſenſſu ſtatuta, ipſis Monachis meis, atque poſt illos in perpetuum victuris, firmiter ſtabilis & ſtabiliter firma, integra, & inviolata permaneat, vice mitiſſimi Sanctorum, *Andreæ* Apoſtoli, propriâ manu meâ eam conſigno & corroboro: Quicunque ergo audaci temeritate, aut temerariâ præſumptione illam ulterius ſcienter violaverint; apponat, ac præponderet Dominus illam eorum ſacrilegii iniquitatem, ſuper omnes alias iniquitates eorum. Et niſi ad ſatisfactionem venerint, deleantur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur; & in die juſtæ & æternæ retributionis, cum in ſiniſtrâ parte poſitis, ſubeant ſententiam diſtrictæ ultionis Amen, Amen, Amen.

Iſtam ordinationem feci pro amore beati *Andreæ* Apoſtoli, auctoritate regni & ſacerdotii apud *Roffam*, viceſimo Septembris die, anno gratiæ milleſimo octogeſimo nono, teſtimonio iſtorum; *Radulfi* Abbatis de *Sagio*, *Radulfi* Abbatis de *Bello*, *Ordovini* Prioris; *Willielmi* Cantuarienſis Archidiaconi; *Aſchetilli* Roffenſis Archidiaconi, *Radulfi* Clerici, *Ausfridi* Clerici, *Godardi* Clerici, *Goldwini* Presbyteri, *Aulfridi* Dapiferi, *Hamonis* Vicecomitis, *Willielmi* de *Einesford*, & aliorum multorum.

Carta Bonifacii *Cantuarienſis Archiepiſcopi, Diploma* Anſelmi *Cantuarienſis Archiepiſcopi (prædeceſſoris ſui) ſuper ratificatione plurimarum donationum Eccleſiæ S.* Andreæ *Roffenſi factarum, recitans & confirmans.*

Ibid. UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quorum noticiam præſentes literæ pervenerint, *Bonifacius* miſeratione divinâ, Cantuarienſis Archiepiſcopus, Angliæ primas ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, nos ſanctæ recordationis *Anſelmi*, quondam Cantuarienſis Archiepiſcopi, prædeceſſoris noſtri, auctenticas literas inſpexiſſe, ac manibus noſtris contrectaſſe, non abolitas, non cancellatas, nec in aliquâ ſui parte viciatas, neque ſuſpectas, formam infra ſcriptam, quam de verbo ad verbum tranſcribi fecimus continentes, *Anſelmus* gratiâ Dei Archiepiſcopus Cantuarienſis, *Hamoni* Vicecomiti, & *Gileberto* de *Tonnebrigge*, ac cæteris hominibus, francigenis, & Anglis, ſalutem: ſciatis, quod ego, de mandato domini noſtri *Henrici* Regis Anglia, & rogatu *Gundulfi* Epiſcopi *Roffæ*, concedo & confirmo Eccleſiæ S. *Andreæ Roffæ*, & eidem *Gundulfo* Epiſcopo, omnes terras & Eccleſias, libertates & conſuetudines, rectitudines, & omnia maneria, quæ & quas *Lanfrancus* Archiepiſcopus, tempore *Willielmi* Regis magni, de ipſius mandato, in pleno comitatu de Chent; coram *Godefrido* & *Egelrico* Conſtancienſi, & Ciceſtrenſi Epiſcopis, & *Hamone* Vicecomite, Juſticiariis Regis aſſignatis, dirationando evicit & recuperavit: Et poſtquam illa recuperaverat Eccleſiæ *Roffæ*, & Epiſcopo *Gundulfo* ſurſum reddidit, & reſtituit: nominatim ſcilicet *Stokes* cum Eccleſiâ; *Frendesbiriam* cum Eccleſiâ; Eſſingham, Bromheye, & Wychame; Boſtalle cum Eccleſiâ; Ruckleſtane cum Eccleſiâ; Woldeham cum Eccleſiâ; Hallyngas cum Eccleſiâ; Snodelondes cum Eccleſiâ; Mallyngas cum Eccleſiâ; Trotteſclyve cum Eccleſiâ; Langafelde cum Eccleſiâ; Faukeham cum Eccleſiâ; *Bromlegham* cum Eccleſiâ; Stanes, cum Eccleſiâ; Litlebroke & Hiltone; Suthflete cum Eccleſiâ; *Nevyntunam* cum Eccleſiâ, in Comitatu de Chent, cum omnibus membris, feodis, & pertinentiis ſuis, quæ ſunt ex donatione antiquorum regum Angliæ. In *Surreyâ Lambetham* cum Eccleſiâ, quod dedit *Goda* Comitiſſa, & *Willielmus* Rex, filius Regis *Willielmi*, Eccleſiæ *Roffæ* deinde reſtituit.

In *Suthfolchiâ* Frekeham, & Iſelham, cum Eccleſiis, quod *Willielmus* Rex magnus *Lanfranco* conceſſit, & *Lanfrancus* Eccleſiæ S. *Andreæ Roffæ*, & Epiſcopo *Gundulfo* ſurſum reddidit.

In *Bukynghamſhire* Haderham, quod Rex *Willielmus*, rogatu *Lanfranci*, ad victum monachorum, apud *Roffam* Deo famulantium dedit.

In *Glouceſterſhire*, quod dedit *Willielmus* Rex Eccleſiæ *Roffæ*, & *Gundulfo* Epiſcopo; Quæ omnia data ſunt liberè ab omni exactione, & ſubjectione regali, in perpetuam elemoſinam.

Et Eccleſiam de Retherfeld, quam *Gilebertus* de *Tonebregge* dedit Eccleſiæ *Roffæ*. Eccleſias de Borele, de Dertefort, de Wolewyche, & de Chiſelherſt, quas *Henricus* Rex Eccleſiæ *Rouceſtriæ* in elemoſinam donavit. Et volo quod Eccleſia ſancti *Andreæ Roffæ*, & Epiſcopus *Gundulfus*, ac ſucceſſores ſui iſta teneant, ita liberè ſicut, ſicut tempore *Willielmi*, *Willielmi*, & *Henrici*, & *Lanfranci* Archiepiſcopi Eccleſia Roffenſis melius & plenius tenuit & habuit, & Eccleſia Chriſti Cantuarienſis ſua maneria tenet, cum *Sokâ* & *Sakâ*, *Tolâ* and *Theam*, *Girthbreche*, *Hamſokne*, *Forſtall*, *Infangenethef*, *Fremenesferme*; & de *Toln* de terrâ & de aquâ in civitate *Roffæ*; & de tranſitu aquæ, fracto ponte: Et de Hundredo quartum denarium; & de omnibus exitibus quæ pertinent ad præpoſituram civitatis, quartam partem, excepto gablo Regis. Et quod omnes Epiſcopi, & eorum tenentes ubicunque

in

in regno Angliæ, sint liberi â prestatione Telonei, sicut homines & tenentes Ecclesiæ Christi *Cantuariensis*, & easdem in omnibus habeant libertates & consuetudines. Hæc autem feci, concessi & confirmavi in testimonium veritatis, quod Ecclesiæ *Cantuariensis* & Roffensis, ab uno & eodem Rege Christianissimo *Ethelberto* sunt fundatæ, & antiquorum Regum Angliæ possessionibus & donationibus dotatæ fuerunt. Acta sunt hæc *Londoniis*, in Concilio Prælatorum, & Sigilli nostri impressione communita, ad majorem evidentiam veritatis, Anno Domini *MC primo* Testibus *Girardo* Archiepiscopo *Eborum*, *Mauricio* Episcopo *London*; *Osmundo* Episcopo *Sarum*; *Gualchelino* Episcopo *Wynton*; *Stigando* Episcopo *Cicestren. Hereberto* Episcopo *Tessordensi*; *Baldewino* Abbate *S. Eadmundi*; *Radulfo* Abbate *Sagiensi*; *Ernulfo* Priore *Cantuariensi*; *Alano* Comite, *Hugone* Comite, *Hugone de Monteforti* & aliis.

Item, *Anselmus* gratiâ dei Archiepiscopus *Cantuariensis*, Vicecomitibus de *Chent* & *Suffolch*, & omnibus Baronibus Regis, Francigenis, & Anglis, & omnibus fidelibus & amicis meis salutem: sciatis, quod ego concedo Ecclesiæ S. *Andreæ*, & Episcopo *Gundulfo* de *Rovecestriâ*, omnes illas consuetudines, & leges, quas habent de antecessore meo *Lanfranco* Archiepiscopo; & omnia jura Episcopalia in maneriis nostris, quæ in Episcopatu suo sunt situata; & in Manerio de **Frekeham**, cum membro suo in **Iselham**, quod aliquandiu *Lanfrancus* tenuit in manibus suis; utens in eis omnimodâ lege Episcopati; & post ita sursum reddidit adeo liberè, sicut & ipse tenuit per cartam suam habentem hunc tenorem.

Lanfrancus Dei gratiâ Archiepiscopus *Cantuariensis Thurstano* præposito de *Frekeham*, & cæteris hominibus, liberis & servis in Hundredo de *Lacforde* in *Suffolchiâ* salutem; sciatis me sursum reddidisse Ecclesiæ Sancti *Andreæ*, & *Gundulfo* Episcopo *Roffæ*, Manerium de **Frekeham**, cum **Iselham**; & Ecclesiarum advocationibus quæ appendent, quia de antiquo dominico, & ordinariâ subjectione illius Ecclesiæ olim fuerunt, adeo liberè & quietè, sicut *Willielmus* Rex illud mihi concessit, & sicut ego omnes terras ad Ecclesiam *Cantuariensem* spectantes teneo in dominico, in feodis, libertatibus, justiciis, rectitudinibus, consuetudinibus, & omnimodâ lege diocesanâ, *Toln and Theam, Land and Stream*, & omnibus aliis serviciis, & juribus, novis & antiquis, ita quod nulli alii in regno *Angliæ*, in spiritualibus & temporalibus, Ecclesia *Roffensis*, vel Clerus & populus in **Frekeham** & **Iselham**, vel in omnibus maneriis suis sit subjecta, vel respondere teneatur, nisi Ecclesiæ *Cantuariensi*, & Archiepiscopo ejusdem. Hujus autem constitutionis, & restitutionis rogo quod testes sint, *Herbertus* Episcopus *Suffolchiæ* & *Baldewinus* Abbas Sancti *Eadmundi*, & Clerus & populus totus in Comitatibus *Suffolchiæ*, & *Kantebreggiæ*; & omnes alii fideles, ad quorum notitiam futuris temporibus hoc factum perveniat. Acta sunt hæc ad perpetuam rei memoriam, & Sigilli mei impressione roborata, anno incarnationis dominicæ *MLxxxvii°*. Et ego *Anselmus* non meis meritis, set gratiâ Dei *Cantuariensis* Archiepiscopus, hanc redditionem & restitutionem, pontificali auctoritate, & regio consensu factam, concedo & confirmo, ut imperpetuum firmiter, stabilis, & stabiliter firma & illibata permaneat; & auctoritate Dei omnipotentis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, & omnium Sanctorum ejus, excommunico omnes illos, qui aliquid de juribus spiritualibus, aut temporalibus manerii de **Frekeham** & **Iselham**, ab ipsis Rege, & Archiepiscopo concessis, redditis & restitutis, & à me nunc confirmatis abstulerint, auferre, aut diminuere temptaverint; vel ab aliis ablatum, cognitâ veritate receperint, vel retinuerint. Hoc etiam ad ultimum superaddo, æterna cum *Judâ* proditore sit illis pœna, nisi ad satisfactionem venerint, Amen: Teste *Ernulfo* Priore, apud *Cantuariam*, qui hanc Cartam consignavit.

Nos igitur super contentis in dictis literis, cum consilio nostro diligentem habentes tractatum, de quorum consilio Registra prædecessorum nostrorum exquisitè fecimus perscrutari, à tempore *Lanfranci* quondam *Cantuariensis* Archiepiscopi, Prædecessoris nostri; ac per Inquisitionem fide dignorum comperimus Ecclesiam *Roffensem*, & ejus Episcopos, esse, ac fuisse, à tempore dicti *Lanfranci*, in pacificâ possessione sine interruptione omnium & singulorum in dictis literis contentorum; nihilque nobis, vel Ecclesiæ nostræ *Cantuariensi*, in præmissis, in aliquo posse præjudicari, quominus ad approbandum, ratificandum, & confirmandum literas antedictas, & omnia & singula contenta in eisdem procedere debeamus, consilio Capituli nostri, & consensu super præmissis primitùs requisitis & obtentis, de consilio juris-peritorum nobis assistentium, omnes donationes, & concessiones Regum & Prædecessorum nostrorum *L.* & *A.* & aliorum Christi fidelium restitutiones, & confirmationes, tam spiritualium, quàm temporalium, in dictis literis contentis approbamus, ratificamus, & quantum in nobis est confirmamus, dignitatibus, libertatibus, consuetudinibus, nobis & successoribus nostris, & Ecclesiæ nostræ *Cantuariensi*, sede *Roffensi* plenâ, seu vacante, debitis & consuetis, in omnibus semper salvis. In præmissorum testimonium, præsentibus Sigillum meum fecimus apponi. Datæ *Cantuariæ* Idus *Maii* Anno Domini MCCLIV°.

Carta Regis Henrici *secundi*, *donationes Ecclesiæ* Roffensi *factas confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Proceribus, Vicecomitibus, cæterisque suis fidelibus in omnibus Comitatibus in quibus Monachi Ecclesiæ Sancti *Andreæ* de *Rouceſtriâ* terras & possessiones habent, amicabiliter salutem. Notum vobis omnibus esse volo, quod omnes donationes & concessiones Ex ipso autogr. in Bibl. *Cottonianâ.*

omnium Maneriorum & omnium terrarum, & omnium Eccleſiarum cum omnibus redditibus & rectitudinibus & libertatibus ſuis, & omnium Decimarum quas hactenus conceſſæ ac donatæ ſint. Eccleſiæ Sancti *Andreæ* Apoſtoli, quæ ſita eſt in Civitate *Rouceſtriæ*, & Monachis in eadem Deo ſervientibus, à quibuſcunque ſive Regibus, ſive Archiepiſcopis, ſive Epiſcopis, ſeu Comitibus, ſeu aliis quibuſlibet hujus Regni nobilibus conceſſæ ſint, aut donatæ. Ego *Henricus* Dei gratiâ Rex Angliæ, poteſtate regiæ dignitatis mihi a Deo collatâ, omnimodo firmas & imperpetuum ſtabiles eſſe concedo & perpetuâ ſtabilitate confirmo, viz. **Wildeham**, cum omnibus appendiciis ſuis; *Frendesberiam*, cum omnibus appendiciis ſuis; **Sufflete**, cum omnibus appendiciis; **Stoches** cum omnibus appendiciis ſuis; **Denntune**, cum omnibus appendiciis ſuis; **Lambethe** cum omnibus appendiciis ſuis; *Hadenham*, cum Manerio quod appendet; *Eudintuna* nomine, & cum quadraginta hidis terræ quas appendent, & omnes alias minutas terras, & omnes redditus omnium terrarum ubicunque ſint, quas hucuſque adquiſierunt. Sciatis etiam me conceſſiſſe & confirmaſſe eiſdem Monachis Eccleſiam de **Borele**, quam *Henricus* Rex avus meus in dedicatione *Roffenſis* Eccleſiæ eis dedit in dotem & in perpetuam elemoſinam confirmavit, cum omnibus poſſeſſionibus & conſuetudinibus ad eam pertinentibus: Similiter Eccleſiam de **Elleſford** cum omnibus pertinentiis ſuis & Eccleſiam de *Suttunâ*, cum Capellis *Wilmintuna* & **Rungeldon**, & omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de *Darentford*; & Eccleſiam de **Chiſelherſte**; & Eccleſiam de **Wolewic**, & omnes rectitudines ad ipſas Eccleſias pertinentes: Et omnes decimas villarum illarum in quibus ſint prædictæ Eccleſiæ, in terris, in annonis, in panagiis, in pecoribus, & in omnibus aliis rebus: Et totam Decimam de **Strodes**, & de **Chealches**, & Decimam balenarum, quæ captæ fuerint in eodem Epiſcopatu *Roffenſi*, & in eadem civitate *Roffenſi*, de *Thelonio*, de terrâ & de aquâ quartum denarium; & facto ponte tranſitus quartum denarium; & de omnibus exitibus qui pertinent ad præpoſituram Civitatis quartam partem excepto gablo meo: Et totum Thelonium duorum dierum planariè nundinarum feſtivitatis Sancti *Paulini*, cujus corpus in eâdem Eccleſiâ Sancti *Andreæ* quieſcit, quæ eis dedit & confirmavit *Henricus* Rex Avus meus: Et nolo ut aliquis hominum ſe intromittat niſi ipſi Monachi & Miniſtri eorum, quibus ipſi committere voluerint; nec Francus, nec Anglus. Confirmo etiam eis Eccleſiam de **Noxtflete**, quàm venerabilis *Anſelmus* Archiepiſcopus eis conceſſit & dedit: & Eccleſiam de **Retheresfeld** cum Capellâ de **Fernet**; & Eccleſiam de **Sturmue**; & Eccleſiam de **Noxtune**; & Eccleſiam de **Stiford**; & Eccleſiam in *Londoniis* quæ vocatur **Berchingchireche**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de **Lamhethe**, cum omnibus rectitudinibus & conſuetudinibus ad eam pertinentibus; Et Eccleſiam de **Hadenham**, cum Capellis **Cudintone**, & **Eie**, & omnibus pertinentiis ſuis. Præterea omnes minutas Decimas, & omnes minutas terras, & omnes redditus omnium terrarum ubicunque ſint, & à quibuſcunque Dei fidelibus eis ſint donatæ & conceſſæ, ego *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ* concedo & confirmo in perpetuum; cum *ſocne* & *ſacâ*, and *Strande* and *Streame*, and *Wood* and *Felde*, *Tolnes* and *Theames*, and *Grithbreches*, and *Hamſocne* and *Forſtalles*, and *Infangenethives*, and *Flemeneferme* ſuper ſuos homines infra burgos & extra, in tantum & tam pleniter, ſicut proprii miniſtri mei exquirere deberent; & ſicut unquam melius habuit Eccleſia Chriſti *Cantuariæ* uſque ad hunc diem. Volo etiàm, ut ipſi & homines ſui ſint liberi & abſoluti ab omni opere Caſtelli, & Expeditione, Archiſve conſtructione. Hæc omnia pro ſalute animæ meæ, & pro animabus Anteceſſorum & Succeſſorum meorum, jure regio, prædictis Monachis conceſſi; & volo & firmiter præcipio, ut teneant iſta in pace firmiter & perenniter, ita quod à nullo——eis fiat injuria ſuper meam plenam forisfacturam. Teſte *Gaufrido* Elienſi Epiſcopo. Apud **Notingham**.

Eſcambium Manerii de **Lambethe**, *pro Manerio de* **Darent**, *facta inter* Hubertum Cantuar. *Archiepiſcopum & Monachos* Roffenſes.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, anno ab incarnatione Domini *M. C. XC. vii°.* pro communi utilitate *Cantuarienſis* Eccleſiæ & *Roffenſis* Eccleſiæ, de voluntate & aſſenſu *Ricardi* illuſtris Regis *Angliæ*, factum eſt eſcambium de Manerio de **Lammedhe**, cum pertinentiis, inter dominum *Hubertum Cantuarienſem* Archiepiſcopum, & Priorem atque conventum jamdictæ Eccleſiæ *Roffenſis*, in hunc modum; viz. quod prædicti Monachi *Roffenſes*, auctoritate & aſſenſu *Gilberti* tunc *Roffenſis* Epiſcopi, conceſſerunt prædicto Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, prædictum Manerium de **Lammedhe**, cum Eccleſiâ ejuſdem Manerii, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, tam in eodem manerio exiſtentibus, quàm in **Suwerc**, quàm in ſocnâ de *London*; ſalvâ prædicto Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis medietate ejuſdem ſocnæ in *London*. Set ſciant omnes, quod molendinum illud, quod prædicti Monachi habent extra **Suwerc** ſuper *Tamiſiam*, verſùs orientem contra Turrem *London*, & Mariſcus quem habent in *Gren*, quem *Baldewinus Cantuarienſis* Archiepiſcopus eis dedit, pro ſede capellæ beati *Thomæ* Martyris, & areâ circumjacente apud **Lammedhe**, non venerunt in hoc eſcambium, ſet eiſdem monachis quieta remanſerunt, licet Prior de **Lammedhe** conſueviſſet exitus indè percipere, antequam hoc eſcambium factum eſſet. Et è contra prædictus Archiepiſcopus *H.* dedit & conceſſit, in eſcambium prædicti Manerii de **Lammedhe**, monachis Eccleſiæ S. *Andreæ Roffenſis*, totum Manerium de **Darent**, cum Eccle-

Ex ipſo autographo in Archivis Archiep. *Cantuar.* 15°. *Junii* An. 1664.

Ecclesiâ, & cum Capellâ de **Helles**, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, & omnibus aliis rebus ad ipsum Manerium pertinentibus; salvâ jure spirituali in ipsâ Ecclesiâ prædicto Archiepiscopo & successoribus suis, donec ipse vel successores sui, illud de merâ liberalitate Episcopo *Roffensi* concesserit: Et unam Bercariam in **Clive**, quæ appellatur **Estmers**, cum ducentis viginti ovibus, cum terrâ certâ in **Clive**, quæ pertinet ad eundem mariscum. Et in eadem villâ de **Clive**, *Hemericum*, *Thomam Haghenildam* viduam, *Joscelinum*, *Walterum* Bedellum, *Eilwinum*, *Martinum*, *Willielmum*, *Adam*, & *Eelmerum* piscatorem, cum terris quas tenuerunt, & redditibus, & omnibus serviciis & consuetudinibus suis, sine aliquo retenemento ipsi Archiepiscopo, vel successoribus suis, ita quod prædicti Monachi *Roffenses* habebunt in usus victualium suorum, prædicta escambia, sicut prius habuerunt Manerium & Ecclesiam de **Lammedhe**; salvo jure Episcopo *Roffensi* in ipso escambio, sicut priùs habuit in prædicto Manerio de **Lammedhe**. Et sciendum est, quod idem Archiepiscopus, & successores sui warantizabunt ipsis Monachis *Roffensibus*, prædictum Manerium de **Darent**, cum pertinentiis suis, & prædictam Bercariam, cum pertinentiis suis; & prædictos homines, cum terris, redditibus, & servitiis suis. Et prædicti Monachi warantizabunt ipsi Archiepiscopo & successoribus suis, ipsum Manerium de **Lammedhe**, cum pertinentiis suis. Et sciendum est, quod nec ipse Archiepiscopus, nec aliquis successorum suorum, poterit dare alicui, aut vendere, aut escambire ipsum Manerium de **Lammedhe**, aut aliquo modo, à corpore Archiepiscopatûs sui alienare. Et similiter Monachi *Roffenses* non poterint dare aut vendere alicui, aut escambire, aut aliquo modo alienare à suâ Ecclesiâ *Roffensi* prædictum Manerium de **Darent**; nec Ecclesiam, nec aliquod tenementum aliud de hiis, quæ pro Manerio de **Lammedhe** in escambium receperunt. Et ad majus escambii hujus robur, prædictus Archiepiscopus & omnes Episcopi, & universus Clerus *Angliæ*, de assensu & voluntate domini Regis, sententiam Excommunicationis intulerunt, in omnes qui contra hoc venire præsumpserint: Et tam ipse Archiepiscopus, quàm Episcopi, Comites & Barones *Angliæ* Sigillorum suorum testimonium apposuerunt.

Nomina istorum, quorum Sigilla huic Instrumento sunt affixa.

Landavensis. *Londonensis.* *Ciceſtr.* *Wigorn.* *Roffens.* *Sarisbur.* *Cantuar.* *Conventus Roffensis.* *Exon.* *Baldw.* *Steph. de Wake.* *Turnham.* Comes *Williel.* *Roger.* *Briwer.* *Bigot.*

Pag. 413. Col. 1.

Diploma *Johannis* ..... Archiepisc. *Cantuar.* Cartam *Hereberti Norwicensis* Episcopi, de fundatione & dotatione Prioratus Monachorum Ord. S. *Benedicti*, in Ecclesiâ Cathedrali S. *Trinitatis Norwici* recitans & confirmans: necnon Literas *Paschalis* ..... summi Pontificis, atque *Anselmi Cantuariensis* Archiepiscopi fundationem & dotationem prædictas corroborantes.

Ex ipso autographo in Bibl. *Cottonianâ.*

IN *Nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti* Amen, *Nos frater* Johannes *permissione divinâ* Cantuariensis *Archiepiscopus, totius* Angliæ *primas, Religiosis viris Priori & Conventui Ecclesiæ Cathedralis* Norwicensis *salutem, & pacem salvatoris in Deo Patre cum Spiritu Sancto. Nuper nos in Civitate & Dioceſi* Norwicensi, *auctoritate Metropliticâ Visitationis Officium exercentes, coram nobis & nostris Commissariis, prout ex Officii nostri debito deberemus, vos peremptoriè fecimus evocari, ut super Ecclesiis, quas in proprios usus detinetis, & aliis bonis Ecclesiasticis, quæ & quas in Civitate & Dioceſi supradictis possidetis, jus speciale & commune quod habetis compareretis ostensuri. Vos autem coram nobis, certo die in Prioratu Canonicorum* Sanctæ Trinitatis Gypewici, *ejusdem Dioceſis legitimè comparentes, privilegia & instrumenta, tam super donatione patronatus Ecclesiarum, quàm super collatione Episcoporum, ac confirmatione Pontificum Romanorum, coram nobis produxistis; de quorum quibusdam, propter nimiam vetustatem timentes periculum in futurum, ipsa ex decreto nostro exemplari humiliter postulâstis: Quædam autem, quorum Sigilla, in conflictu inter vos & cives* Norwicenses *dudum habito, qui notorius est toti Regno, pro magnâ parte confracta, justo timore innovari & publicari, ex decreto humiliter petivistis: Volentes igitur testimonium veritate perhibere in futurum, vestris justis postulationibus duximus inclinandum, ne vos inevitabile periculum futuris temporibus pro defectu probationis invadit, instrumenta vestra, quæ super præmissis habetis, auctoritate ordinariâ coram nobis fecimus præsentari & exhiberi, ac ea diligenter inspecta, in nullâ sui parte viciosa inveniemus; vocatis prius omnibus quorum interest, seu negotium contingit, vos Priorem, Sacristam, ac Procuratorem vestrum, & duos alios monachos vestri conventus jurare fecimus in formâ juris, quod ipsam publicationem calumpniæ causâ non petistis: quo recepto instrumenta vestri juris, quod super Ecclesiis, quas in proprios usus possidetis; & quod super bonis vestris Ecclesiasticis habetis, per publicam personam, ad cautelam præsentium, & memoriam futurorum, de verbo ad verbum, cum suis signis, ex decreto fecimus exemplari & publicari, eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura, quorum*

rum inſtrumentorum tenor in ſequentibus annotatur, qui talis eſt.

Carta Hereberti Norwicenſis *Epiſcopi.*

INfirmitatis & impuritatis propriæ conſcius, ante juſtum & clementem Judicem Deum, mores & vitam expono meam, ei revelans & confitens juventutis meæ ignorantias, & ſcientiæ prævaricationes anxias, cujus oculis omnia ſunt nuda & aperta; & cujus ſermo pertingens ad diviſionem animæ & ſpiritûs, omnium cordium contemplatur interiora: ei inquam confiteor mala mea, qui nulla fecit mihi niſi bona, ſuâ præſumens de habundanciâ dei mei miſerationum, qui poteram & debueram diffidere de multitudine mearum turpitudinum: ſed diffidere de Spiritu Sancto impium; confidere verò Chriſtianum & Catholicum. In eo enim cognoſcenti & pœnitenti animæ omnia delicta remittuntur, à quo totius Eccleſiæ pulcritudo interior infunditur & fovetur: ut igitur ſunt, & ut ipſe Deus videt, ſic peccata condemno mea, & ante tribunal juſticiæ, & miſericordiâ Chriſti confiteor remittenda. Ago pœnitentiam; ſed Deus pœnitentiæ requirit fructus. Arbor arida ſucciſione & igne digna, quos dabis fructus immunda tua quibus mundabis fletibus. Quid retribues Deo tuo pro omnibus quæ retribuit tibi; O utinam ſalutaris tui calicem biberes, & tui ſanguinis effuſione indulgentiſſimum Creatorem tuum infirmitati tuæ reconciliares: hoc ſi poſſes deberes retribuere. Set quia hæc non potes, minimè debes negligere: igitur, pro redemptione vitæ meæ, meorumque omnium peccatorum abſolutione, apud *Norwicum*, in honore & nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Eccleſiam primus ædificavi, quam caput & matricem Eccleſiam omnium Eccleſiarum de **Noxfolke**, & de **Suthfolke** conſtitui & conſecravi. Præceptis igitur & conceſſionibus *Willielmi* Regis, & *Henrici* Regis fratris ſui, & conſilio *Anſelmi Cantuarienſis* Archiepiſcopi, & omnium Epiſcoporum & Primatum totius Regni *Angliæ*, in Eccleſiâ eadem Monachos ordinavi; eâ auctoritate, ut ibi in æternum permaneant, & à nullo ſucceſſore meo indè eiciantur. Ante Deum, & ante cœleſtem Jeruſalem hoc conſtituo, hoc confirmo, ut in Eccleſiæ officio, & obſequiis quas conſtitui, permaneant & perſeverent Monachi quo modo conſtitui, nullis viribus eliminandi, nullis conſiliis mutandi, nullis temporibus eicendi periculosè præſumat ſui anteceſſoris mutare ſententiam, qui de domo Dei, ante ipſum Deum expectat reddere rationem: abſit, ut ex tantæ rei violatione alius incurrat anathema, undè ex ejuſdem conſtitutione alius colligitur in vitâ ſempiternâ. Omnia igitur, quæ hactenus & erant & dicebantur Epiſcoporum deinceps, & ſint & dicantur Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis, tam in terris quàm in hominibus; tam in conſuetudinibus, quàm in omnibus aliis redditibus, omnia ſint Dei & Eccleſiæ ſuæ, uſus & fructus noſtri & ſucceſſorum noſtrorum. De hiis rebus divido, & ad opera, & ad alia Eccleſiæ neceſſaria; viz. ad victum & ad veſtimenta Monachorum tribuo ea quæ ſubſcribuntur: Oblationes quæ ſunt in Eccleſiâ omnino ſint Monachorum; & ſepulturæ ſimiliter. Ferias quas donavit *Willielmus* Rex in ebdomadâ Pentecoſtes, fratribus concedo, cum Decimis Maneriorum meorum; exceptis illis, quas meis dederam capellanis; **Lakenham**, cum omnibus rebus quæ ad eandem pertinent villam, præter terram *Oſeberny* Archidiaconi: **Ambynghale** ſimiliter: Medietatem ſilvæ de **Thorpe**, ita quod nulli Monacho liceat inde quicquam vendere vel dare ſine licentiâ Epiſcopi, ſed cuſtodiatur ſilva per Miniſtros Epiſcopi & Miniſtros Monachorum, ad neceſſaria Epiſcopi & Monachorum ſuorum. Venacio ſilvæ & Warennæ prædictarum Villarum ſint in cuſtodiâ Epiſcopi & defenſione. **Hyndyngham** quo modo habebam in dominio meo. **Hyldolveſtone** ſimiliter.

Apud *Norwicum* molendinum, terram, & pratum, quod antiquitùs ad Epiſcopatum pertinebat. De pratis de **Thorpe** medietatem, tam citra aquam, quàm ultra aquam. Apud *Hetingeiam* manſionem quæ ibi eſt Epiſcopi, & mariſcum & anguillas quæ ad idem pertinent. **Wartham** in **Heg**. quicquid inde in dominio meo erat. **Hemesby** & quicquid pertinet ad dominium ejuſdem villæ. Eccleſiam Sancti *Nicholai* de *Jernomutâ*, cum omnibus rebus quæ ad eandem Eccleſiam pertinent. Eccleſiam Sancti *Leonardi* quam ego à primo fundamento in quodam colliculo ſilvæ de *Thorpe* ædificavi. *Cattonam*, cum omnibus pertinentibus ad eandem villam. *Neutonam*, quam donavit *Godefridus* Dapifer, & uxor ejus *Ingreda*, & filius eorum *Radulfus*; acceptis inde ab eodem *Radulpho* decem libris pro confirmatione & perpetuitate hujuſmodi donationis. Quicquid *Herbertus Ros* habuit in **Plumſtede** & **Becham**. Eccleſiam de **Horne**, cum Capellâ Sancti *Edmundi* ejuſdem Villæ, ubi idem Martyr interfectus eſt.

Eccleſiam de *Lynnâ*, & omnes ſalinas meas de **Geywode**, exceptis quæ ad firmam ejuſdem Manerii pertinebant, ita quietas & abſolutas ab omnibus conſuetudinibus prædicti Manerii, ſicuti ego; vel *Erfaſtus*, vel *Willielmus* unquam melius habuimus in dominio noſtro. Molendinum quoque novum, quod in paludibus *Geywode* ædificare præcepi, conceſſi eis. Et Eccleſiam de **Helingham**, cum omnibus appendiciis ſuis. Eccleſiam de **Hangham**, quæ fuit *Alani*, & Decimas ejus.

Hæc autem prædicta omnia donavi Deo in Eccleſiâ, ad victum & ad veſtitum Monachorum, & ad alia neceſſaria eorum, ita firmè, quod nullus ſucceſſorum meorum mutandi vel minuendi quæ faciendi; ſed in æternum conſerventur uſibus Monachorum. Et ne cui ſucceſſorum meorum gravis videtur minoratio Epiſcopalis, dominium reſtitui illud hoc modo; apud *Norwicum* reparavi domum de viginti libris de dominio de *Thorpe* quod retinui in manu meâ. In *Suffolchiâ* de **Elmham**, quam emi à *Willielmo* de *Neveris*. De **Eccles** quam redemi à Rege *Henrico* ſexaginta libras.

bras. Manerium de **Colkyrke**. Has donationes & ordinationes confirmârunt & cruceſignârunt *Henricus* Rex, & *Matyldis* Regina. Signârunt etiam *Waldricus* Cancellarius, *Rogerus Bygotus*, *Eudo* Dapifer, *Robertus Maletht*, *Nigellus* Conſtabularius, & *Willielmus* Pyncerna.

Carta *Anſelmi* Cantuarienſis Archiepiſcopi.

IN nomine patris & filii & ſpiritûs ſancti Amen *A.* Cantuarienſis Archiepiſcopus & majoris *Britanniæ* atque *Hyberniæ* primas, ſummique Pontificis Paſchalis Vicarius, fratribus & filiis ſecularibus & Eccleſiaſticis, Francis & Anglis de **Northfolch** & Suthfolch ſalutem. Quanto amore & obſequio veſtram matrem Norwicenſem Eccleſiam diligere & honorare debetis, ipſius redemptoris & ſalvatoris Jheſu Chriſti exemplo inſtruimur, qui Sanctam Eccleſiam ſuo ſanguine redemit, & lavit; & ſuo ſpiritu donavit & inſignivit, ſuæque carnis alimento cibavit & ſaciavit. Norwicenſem ſanctæ Trinitatis Eccleſiam Rex *Willielmus*, & Rex *Henricus* frater & ſucceſſor ſuus, caput & matrem omnium Eccleſiarum de **Northfolch** & de *Suthfolch* conſtituerunt, & Regiæ dignitatis Cartis & Sigillis confirmaverunt. Conſenſerunt voluntati & petitioni fratris & filii noſtri *Herberti* Epiſcopi, ut in prædictâ ſanctæ Trinitatis Eccleſiâ Monachi conſtituerentur, & loco Canonicorum haberentur, vi aut ingenio nullo indè ejiciendi aut amovendi, ſet & Regiâ & noſtrâ auctoritate per decedentes & ſuccedentes generationes, uſque ad conſummationem ſeculi ibidem Servituri. Hæc concedimus, & ut in æternum rata permaneant, noſtrâ & omnium comprovincialium fratrum & coepiſcoporum noſtrorum, nec non & Abbatum atque religioſorum clericorum auctoritate confirmamus: Igitur, juxta voluntatem & petitionem fratris, & filii noſtri *Herberti* Epiſcopi *Norwicenſis* Eccleſia habeat Monachos in officiis & obſequiis ſuis, ad exemplum *Wintonienſis* Eccleſiæ & noſtræ, quæ omnium Eccleſiarum totius Angliæ prima eſt; quod concedimus & confirmamus, nulla perſona, nullus ſucceſſurus Epiſcopus infringere aut mutare præſumat, ſet conſtitutionem noſtram veræ dilectionis & venerationis ſinu complectatur & cuſtodiat.

Ego *Anſelmus* Archiepiſcopus conſenſi, & præſenti ſanctæ Crucis ſigno, noſtræque auctoritatis ſubjecto ſigillo confirmavi ✠ Ego *Gundulphus* Roveceſtrenſis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Mauricius* Londonienſis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Radulphus* Ciceſtrencis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Willielmus* Winceſtrencis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego Saresbyryenſis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Sampſon* Wygreceſtrenſis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Johannes* Bathonienſis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Oſbernus* Exceſtrenſis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Robertus* Ceſtrenſis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Robertus* Lyncolenſis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Ranulphus* Dunelmenſis Epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego *Gilbertus* Abbas de Weſtmonaſterio S. ✠ Ego *Serlo* Gloeceſtrenſis S. ✠ Ego *Ricardus* Abbas de *Heley* S. ✠ Ego *Ricardus* Abbas de S. Albano S. ✠ Ego *Stephanus* Abbas Eboracenſis S. ✠ Ego *Hynricus* Abbas de Bello S. ✠ Ego *Rycherus* Abbas de Holmâ S. ✠ Ego *Guntardus* Abbas de Torney S. ✠ Ego *Aldewinus* Abbas Rameſeye S. ✠

Nos autem frater Johannes *Archiepiſcopus ſupra dictus, literis & inſtrumentis ſuperius exemplatis, per manum* Johannis *de* Becles *Notarii noſtri auctoritate & mandato noſtro publicatis, Sigillum noſtrum apponi fecimus in* teſtimonium *præmiſſorum. Datæ apud* **Lamhythe** *Idus Maii Anno Domini* MCCLXXXI°. *conſecrationis noſtræ tertio.*

Carta Regis Henrici *primi donationem* Radulfi filii Godrici *factam Eccleſiæ S. Trinitatis apud* Norwicum *de terrâ ſuâ de* Neutonâ, *confirmans.*

✠ SErvire Deo, ejuſque inhærere inſtitutis, ea demum ſapientia eſt, quæ & in præſenti Regum mentes juſtificat, & juſtificatas in futurâ vitâ æternæ beatitudinis fœlicitate coronat; undé Rex & excellentiſſimus propheta, *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram; Servite domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Et infra; *Cum exarſerit in brevi ira ejus, beati omnes qui confidunt in eo.* Quæ confidentia minimè conſequeretur, niſi fidei & dilectionis anteferet operatio: Quod ego *Henricus* Rex conſiderans, & in ſanctâ ædificandâ Eccleſiâ devotus & ſollicitus inveniri deſiderans, concedo donum quod fecerat *Radulphus filius Godrici* Eccleſiæ ſanctæ Trinitatis apud *Norwicum*, de quadam terrâ ſuâ *Neutonâ*; & ego eandem terram, cum appendiciis ſuis, dono, ex parte meâ, in eodem loco, cum *Sacâ* & *Socâ*, & *Tol* & *Theom*, & *Infanghetheof*, & omnibus conſuetudinibus; præcipiens, ut Monachi *S. Trinitatis* habeant eandem imperpetuum, omnium clamantium exclusâ calumpniâ. Hanc donationem confirmo ego *Henricus* Rex, & aſtipulatione S. Crucis, & appoſitione Sigilli mei. Ex ipſo autogr. in bibl: *Cottonianâ.*

✠ Signum ipſius Regis *Henrici.*
✠ Signum *Mathildis* Reginæ.
✠ Signum *Willielmi Bigoti.*
✠ Signum *Rogerii* Salesberiæ Epiſcopi.
✠ Signum *Radulfi* filii *Godrici.*

PAG. 120. col. 1.

Carta **Stephani** *Anglorum Regis, donationes Eccleſiæ* **S. Petri Gloeceſtrie** *factas recitans & confirmans, anno regni ſui tertio.*

ANno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo, Centeſimo XXXVIII°. Ego *Stephanus* Rex Anglorum, anno regni mei tertio, petitione *Walteri* de *Laci* Abbatis *Gloeceſtriæ*, & quorundam optimatum meorum, conceſſi & confirmavi Eccleſiæ Ex ipſo autogr. in bibl. *Cottonianâ.*

Sancti

Sancti *Petri* de *Gloeceſtriâ*, terras, Eccleſias, & decimas, & omnes donationes, quas Barones Angliæ prædictæ Eccleſiæ dederunt, & anteceſſores mei Reges, per ſuas cartas confirmaverunt; ſcilicet *Bertonam*, Stanedis, Lecce, Dtintunam, & manerium de *Maiſmorâ*, cum ſilvâ & terris adjacentibus ex dono *Henrici* Regis. Et Bpoctrop ex dono *Atheliną* de *Hibreio*, Et *Colnum* Sancti *Andreæ*, & duos Ratenihctes; & unam Eccleſiam, cum unâ hidâ terræ, & unum molendinum ex dono *Rogerii* de *Gloeceſtriâ*. Et Eccleſiam Sancti *Petri* de Hereford, cum præbendis, & terris, & Decimis, & omnibus rebus quæ ad eam pertinent, ex dono *Hugonis* de *Laceio*. Et eſcambium de orto Monachorum in quo turris *Gloeceſtriæ* ſedet, ſicut *Walterius* Vicecomes eis liberavit. Et Eccleſiam *S. Cadoci* de Lancarban, cum terrâ quæ vocatur *Treigo* ex dono *Rodberti filii Hamonis*. Et in *Hanteſcirâ* unam terram quæ vocatur *Liteltuna* ex dono *Hugonis* de *Portu*. Et Lincheolt ex dono *Ernulfi* de *Heſdinc*. Et Ledene quam reddidit *Walterius* de *Laceio*. Et in *Deveneſcirâ* Plumtreu ex dono *Odonis filii Gamelini*, quam poſtea Abbas *Serlo* excambivit *Nicholao* de *Pol* pro terrâ quæ dicitur *Alnodeſtuna*. Et *Clehangra* ex dono *Rogerii* de *Berchelai*. Et in Hereford *ſcirî* unam hidam apud *Aſpretunam* ex dono *Rodberti Curti*; & in eadem provinciâ unam hidam ex dono *Willielmi* de *Ebroicis*. Et in Erchenefelt terram de Aeſtewde de dono *Walterii* de *Gloeceſtriâ*. Et unam terrulam apud Getinges de dono *Lurici* de *Logis*. Et molendinum de *Framaladì*, quod *Winebaldus* de *Badelonî* reddidit Eccleſiæ. Et Cliffort de dono *Rogerii* de *Buſleio*. Et Rudefor ex dono Henrici Regis. Et Rudelai ex dono *Radulphi Bloieht*. Et Eccleſiam de Hadorp cum decimâ ejuſdem villæ, & terram presbiteri: Et in eadem villâ unum molendinum cum terrâ pertinente. Et Eccleſiam de Chinemeresfort, cum decimâ & terrâ ſacerdotis. Et Eccleſiam de *Nortuna*, cum quinque virgatis terræ, & cum decimâ & aliis rebus adjacentibus ex dono *Ernulfi* de *Heſding* & *Emelinæ* uxoris ejus. Et decimam Ceſtretone de dono *Nigelli* de *Oilli*. Et de dono *Helie Giffart* quandem partem ſilvæ, cum tribus bordariis. Et de dono *Patricii* de *Cadurcis* unam virgatam terræ in Chinemeresfort liberam ab omnibus rebus exceptis geldis meis; & unam manſuram in morâ nigri foſſati, ſimiliter liberam. Et domos *Edrici* præfecti in morâ illâ poſitas, & terram quæ ei pertinet; Et decimam pratorum illius villæ; & unum molendinum cum terrâ ei pertinente; & decimam duorum molendinorum ibidem: & unam hidam terræ in Dmenai de feudo & conceſſu *Patricii*. Et in eadem villâ dimidiam hidam quam *Tovi* tenuit in elemoſinâ de Rege *Henrico*. Et *Glasberiam* apud *Brecchennio*, cum terris & ſilvis & omnibus ad eam pertinentibus: Et totam Decimam totius dominii de *Brecchennio*, ſcilicet annonæ, pecorum, caſeorum, venationum, mellis. Inſuper etiam Eccleſiam de Coure, cum totâ decimâ illius parochiæ, & terrâ ad ipſam Eccleſiam pertinente: Et unam hidam quæ vocatur Beche ex dono *Bernardi* de *Novomercato*. Et Eccleſiam Sancti *Gunlui*, cum terrâ & decimis ei pertinentibus ex dono *Willielmi* Regis. Et molendinum de dono *Heliæ Giffart*. Et Eccleſiam de Sernei, cum decimâ ad eam pertinente, & Eccleſiam Sanctæ *Helenæ* cum unâ virgatâ terræ ex dono *Walterii* vicecomitis. Et duo eſſarta cum pratellis adjacentibus illis, & ſilvulam in feodo meo de *Celeſwrdâ* ex dono *Willielmi Regis*. Et terram de Rugge, quam *Thomas* de *Sancto Johanne* reddidit prædictæ Eccleſiæ. Et *Duntesburna* ex dono *Emelinæ* uxoris *Walterii* de *Laceio*; & unum molendinum cum virgulatâ terræ adjacentis, liberum & quietum ex dono *Willielmi* de *Auco*. Et terram de *Soteſorî* quam reddidit *Rogerius* de *Berchelai*. Et aquam quæ currit per Abbatiam ex dono & conceſſu anteceſſorum meorum Regum. Et Eccleſiam *S. Petri* quæ eſt in foro de Nowiz ex dono *Willielmi* Regis ſenioris, Et unam culturam terræ de *Bulelegâ* apud *Hammam*, & decimam *Willielmi* de *Bulelegâ* ex dono ejuſdem *Willielmi*. Et omnem decimam totius venationis meæ, quæ capta erit in foreſtis provinciæ Gloeceſtrenſis ex dono *Henrici* Regis. Et ubicunque aliquid ſibi vel Eccleſiæ ſuæ neceſſarium emerint, vel tranſierint, abſque ullâ Thelonei, vel tranſitus redditione, liceat cum pace remeare ex dono *Henrici* Regis. Et ubicunque evenerint capi piſcem ſturjonem in piſcaturis ſuis, ſit eorum totus & integer, & hoc ex dono *Willielmi* Regis. Et totam terram ejuſdem Eccleſiæ eſſe quietam de carruagio, & ſummagio & conductu, ex dono *Henrici* Regis. Et Eccleſiam Sancti *Martini*, quæ & ſuper *Tamiſiam* apud *Lundoniam*; & totam terram quam presbyter ejusdem Eccleſiæ tenet ſolutam & quietam ab omnibus conſuetudinibus á Scottis, ex dono *Ranulfi Pevrel*. Et Eccleſiam Sancti *Guthlaci* in Hereford cum omnibus ad eam pertinentibus, ex dono venerabilis fratris noſtri *Rodberti* Hereſordenſis Epiſcopi. Et Eccleſiam de Wirefthebire, & Eccleſiam de Laverchefforhe ex dono *Rodberti Gernun*, & aſſenſu domini *A.* Lincolnienſis piſcopi. Et Eccleſiam ſancti *Leonardi* de *Stanleiâ*, cum omnibus ad ipſam pertinentibus; Capellam ſancti *Johannis* Baptiſtæ in ſilvâ quæ dicitur Baſinht, cum omnibus ad eam pertinentibus; Eccleſiam de *Nortunâ*, cum omnibus ad ipſam pertinentibus. Et Eccleſiam S. *Iohannis* Baptiſtæ de *Gloeceſtriâ*; Et Eccleſiam S. *Patrini* cum capellis & terris ad eam pertinentibus, de dono *Richardi filii Giſleberti*. Et Eccleſiam de Teintone, & capellam de ſilvâ, cum virgatâ terræ. Et Eccleſiam de Chilpeet, cum terris & decimis, & omnibus ad eam pertinentibus. Et Eccleſiam Sancti *Michaelis* de Ewias, cum omnibus ad ipſam pertinentibus: Inſuper & decimas omnium maneriorum *Rodberti* de *Ewias*. Et Eccleſiam Sancti *Michaelis* de *Vggomorâ*, & ſanctæ *Brigidæ* Virginis, cum omnibus

nibus ad ipsas pertinentibus. Et totam terram de manerio **Essetche**, quam pro manerio **Glasberie** de walterio de *Cliffort* excambierunt. Et Ecclesiam etiam de **Quenintune**, cum virgatâ terræ, & decimis totius villæ, & aliis ad eam pertinentibus. Et parochiam etiam Castelli *Gloecestriæ*, absque alterius Ecclesiæ participatione. Reliquæ etiam civitatis, tam infra quàm extra muros, sicut eam tempore *Wilstani* Wigornienſis Episcopi, & successoris ejus *Samsonis* habuerunt. Et unam hidam terræ in *Cumbâ* ex dono *Hugardi* de *Bascheville*.

Et patri suo & domino Cantuarienſi dei gratiâ Episcopo, totius Angliæ primati *T. Simon* Wigornienſis Ecclesiæ minister, caritatis & obedientiæ famulatum: Quoniam plenum habeant firmamentum Apostolicâ auctoritate confirmatæ donationes; idcirco petitione dilecti fratris nostri *S.* Abbatis *Gloecestriæ* & fratrum ejus Ecclesiæ S. *Petri Gloecestriæ* Cartas inspeximus, & de hiis quæ in eis continentur veritatis testimonium sullimitati conscribimus, quatinus hæc, & vestrâ, si placeat, auctoritate confirmetis; & de hiis in Apostolicâ testari præsentiâ non dubitetis. Noverit igitur serenitas vestra, singula quæ in præsenti Chartâ Regis *Stephani* subscripta sunt; tam ipsius, quam prædecessorum ejus catholicorum Regum & Episcoporum, & virorum etiam nobilium donatione, Ecclesiæ Sancti *Petri Gloecestriæ* concessa esse, & eorum Cartis & sigillis confirmata. Valete.

Pag. 395. Col. 1.

Stemma *Ivonis de Tayleboyse.*

Ex Registro Abl. S. *Mariæ* Ebor. f. 124.

PRimò fuit *Ivo Tayleboyse*, qui genuit *Eltredum*: Iste *Eltredus* genuit *Ketellum*. Iste *Ketellus* genuit *Gilbertum*, dictum *filium Ketelli*. Iste *Gilbertus* genuit *Willielmum* primum, dictum *de Lancastre*, & habuit uxorem, scilicet *Gundredam* Comitissam de **Warwik**. De isto *Willielmo* & *Gundredâ* venit *Willielmus* secundus. Iste *Willielmus* secundus habuit uxorem *Helewisiam* de *Stotevil*; de quâ genuit filliam, nomine *Helewisiam* tantum, quæ fuit maritata *Gilberto filio Rogeri*, *filii Rainefridi*. Isti habuerunt unum filium, quem cognominaverunt *Willielmum de Lancastre*, & fuit tertius & ultimus, qui habuit uxorem *Agnetem de Brus*, & non habuerunt hæredem de se: Sed iste *Willielmus* tertius habuit tres sorores, *Helewisiam* primogenitam, quæ fuit maritata *Petro de Brus* seniori; *Alicia* quæ fuit maritata *Willo.* de *Lindesay*, & *Serotam* quæ fuit maritata *Alano de Multono.* Ista tertia obiit sine hærede, & terræ partitæ sunt inter prædictas sorores. De Prædicto *Petro* Seniore exiit *Petrus* junior, qui habuit quatuor sorores. Iste *Petrus* junior obiit sine hærede, & hæreditas partita fuit inter prædictas sorores; quarum prima maritata fuit *Roberto de Ros* domino de **Werke**; secunda *Waltero* de *Faucunberge*; Tertia *Marmaduco* de *Twenge*; Quarta domino *Johanni Belewe*. De *Willo.* de *Lindesaye* & *Aliciâ prædictâ* exit Walterus: de Waltero Willielmus: de Willo. Christiana.

Charta Ivonis *de* Talliebois *de diversis Ecclesiis & Decimis.*

SCiant omnes tam presentes quàm futuri, quod ego *Ivo Talliebois*, pro salute animæ meæ necnon & uxoris meæ *Luciæ*, & pro animâ patris mei, & matris meæ, omniumque fidelium animabus, concessisse & dedisse in puram & perpetuam elemosinam Deo & Ecclesiæ *S. Mariæ Ebor.* & *Stephano* Abbati, omnibusque fratribus ibidem impertuum Deo servientibus, dimidium Dominii mei de **Cherkaby-Stephan**, ac Ecclesiæ ejusdem villæ, & decimam meam: In *Wyntunâ*, duas bovatas terræ, & decimam meam: Et Ecclesias de **Cherkaby-Kendale**, & **Eversham**, & **Cherkeby Lonnesdala**, & terras ac communias, quæ ad easdem Ecclesias pertinent: Et villam, quæ vocatur **Hutton**; & Ecclesiam de **Bethome**, & terram quæ vocatur **Halfrebek**: Et Ecclesiam de **Burton**, & unam carucatam terræ, cum communiâ; & Ecclesiam de **Clepeam**, & unam carucatam terræ: Hiis testibus *Luciâ* uxore meâ; *Ribaldo* genero meo, *Radulpho Taillebois*, *Roberto* Clerico; *Girardo* de *Sancto Albano*, & multis aliis. Ibid.

Ivo de Tailbois tenet in capite de domino Rege Baroniam de **Hephall**, cum uxore suâ, quæ fuit filia *Willi. de Bardolfe*, quam habuit ex dono domini Regis: Et omnes antecessores sui tenuerunt dictam Baroniam in Thenagio; & reddit domino Regi inde per annum L^{s}. Dominus verò Rex primus; viz. *Willielmus* Conquestor removit illud Thenagium tempore *Willi. Bardolf* ad fœodum unius militis. Ex libro Feod. milit. penes Remem. Regis in Scac.

Pag. 258. Col. 1.

Bulla Gregorii *Papæ Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

GRegorius Episcopus servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus Abbatissæ monasterii de **Wherwell**, ejusque sororibus, tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis imperpetuum. Ex Registro Abbe de *Wherwelle* in Com. *Suthampt.* penès prob Cat. D. *de la warre* 6 Julii 1669.

Prudentibus virginibus quæ sub habitu religionis, accensis lampadibus per opera sanctitatis jugiter se properant obviam ire sponso, sedes Apostolica debet patrocinium impertire, ne fortè cujuslibet temeritatis incursus, aut eas à proposito revocet, aut robur (quod

:: E :: D ::

abſit) ſacræ religionis enervet: Ea propter dilectæ in domino filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium de **Wherewelle**, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus qui ſecundùm Deum & beati Benedicti regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet; aut in futurum, conceſſione pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis, & eis quæ vobis ſucceſſerint & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam Sanctæ *Crucis* & Sancti *Petri* de *VVherewelle*, cum manerio & aliis pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sanctæ *Trinitatis* cum Capellis beatæ *Mariæ* & Sancti *Michaelis* cum pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti *Petri* de *Codewirdà*, cum manerio & aliis pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti *Nicholai* de **Middelton** cum aliis pertinentiis ſuis: Eccleſiam beatæ *Mariæ* de *Tokyntone*, cum manerio & aliis pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti *Michaelis* de **Bolyndone**, cum manerio & aliis pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti *Nicholai* de **Comptone** cum manerio & aliis pertinentiis ſuis: Eccleſiam beatæ *Mariæ* cum manerio de *VVycâ* & **Willegbe** & aliis pertinentiis ſuis; Capellam de **Willegbe** cum pertinentiis ſuis: Eccleſiam beatæ *Mariæ* de **Colyngheburna** minori cum pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti *Petri* de **Everle** cum pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti *Martini* in Civitate *VVinton.* cum terris, redditibus, poſſeſſionibus, & aliis pertinentiis quæ habent in Civitate & Suburbio *VVinton:* Villam de **Clatford** cum boſco de **Harewode** & aliis pertinentiis ſuis; Manerium de *Burnâ* cum ſuis pertinentiis, de **Foxton** & de **Eſton** villas cum pertinentiis ſuis; Manerium de *Eſſefetâ* & de **Langhebrigge** cum pertinentiis ſuis: Redditus & poſſeſſiones quas habetis in villâ **Sudhamton**: Redditus & poſſeſſiones quas habetis in **Portelmue**: Redditus & poſſeſſiones quas habetis in villâ *Briſtolliæ.* Terras & redditus quas habetis in **Wingemareſe** & *Bromleghiâ.* Decimas aſſartorum de **Tokyntone** pro penſione annuâ duorum ſolidorum ſolvendorum parochiali Eccleſiæ de **Tokyntone.**

Decimas de dominico noſtro, Eccleſiam de **Langhebrigge** pro penſione annuâ unius dimidiæ marcæ ſolvendam parochiali Eccleſiæ de **Newecherche**: & duas partes omnium decimarum de dominiis, tam de *Inghepenne*, quàm de **Wadefeld**: & omnes decimas tocius dominii de **Draytone**; & decimas trium virgatarum terræ in **Chelewartone.**

Molendinum de *Nywebiriâ*, cum pratis, vineis, terris, nemoribus .... ſuagiis, paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis, ſalvâ ſuper decimis moderatione Concilii generalis.

Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præſumat.

Ad hæc liberas & abſolutas mulieres è ſeculo fugientes liceat vobis in monaſterio veſtro ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliquâ retinere. Nulli quoque poſt factum in eodem loco profeſſionem licitum ſit de monaſterio veſtro, abſque Abbatiſſæ licentiâ niſi artis S. religionis obtentu diſcedere: diſcedentem verò abſque communium literarum noſtrarum cautione nullus audeat retinere.

Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſsâ voce, divina officia celebrare.

Benedictiones verò monialium, ordinationes Capellanorum veſtrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi à Dioceſano Epiſcopo, gratis & ſine pravitate aliquâ nobis volumus exhiberi.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, aut publici uſurarii nullus obſiſtat; ſalvâ tamen juſticiâ illarum Eccleſiarum à quibus corpora aſſumuntur.

Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbatiſſâ, vel earum aliquâ quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualiter ſurreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur niſi quam ſorores communi conſenſu, vel earum pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum & beati *Benedicti* regulam providerit eligendam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium ..... perturbare, aut poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu qualibet vexatione fatigare, ſed omnia integrè conſerventur earum pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate & Dioceſani Epiſcopi canonicâ juſticiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit ſecundò tertióve commonitus, niſi ſuum reatum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat; atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jheſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis præcipiant, & apud diſtrictum

diſtrictum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego *Gregorius* catholicæ ſedis Epiſcopus, &c.

Dat. *Peruſii* per manum Magiſtri *Martini* S. Romanæ Eccleſiæ Cancellarii xvii. Kal. Julii, Indictione primâ, Incarnationis Dominicæ A° *MCCxxviii°*. Pontificatus verò domini *Gregorii* Papæ ix. anno ſecundo.

Pag. 327. Col. 1.

Carta Nigelli de Albeneyo *de terris in* **Weſt-Henreth** *in Com. Berk. ac advoc. Eccleſiæ.*

Ex ipſo autogr. penès præpoſitum & Scolar. Coll. *Corp. Chriſti Oxon.*

EGo *Nigellus* de *Albeneyo* ex aſſenſu & voluntate Domini mei *Willielmi* Regis & Conqueſtoris *Angliæ* donavi Domino *Richardo* fratri meo Abbati de S. *Albano* in **Weſt-Henreth** decem ydatas terræ, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus eorum pertinentiis: & in **Warynggforth** xxx. ſolidatas terræ ad augmentum, dilationem & ampliationem fundationis extra Occidentalem partem Eccleſiæ, & portas Prioratus ibidem uſque in villam, cum omnibus libertatibus quas alicui vel aliquo modo mihi idem dominus meus Rex *Willielmus* concedere potuit. Et ut hæc omnia in poſterum cunctis declarentur huic cartæ ſigillum meum appoſui. Teſtibus Domino meo *Willielmo* Rege & *Lanfranco* Archiepiſcopo.

Carta Alani *filii* Amfridi *de quodam prato in* **Clopcote.**

Ex ipſo autogr. penès *Anth. Wood Oxon.*

ALanus filius *Amfridi* filii *Rualdi* omnibus fidelibus ſalutem. Notum ſit Vniverſitati veſtræ me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Walingeford**, & Monachis ibidem Deo ſervientibus Pratum meum quod fuit Patris mei quod eſt in **Clopcote** quod jacet in orientali parte Caſtelli ante poſternam ejuſdem Caſtelli. Hanc donationem feci prædictis Monachis in perpetuam Elemoſinam pro animâ Patris mei & Matris meæ, & pro animâ meâ & fratris mei *Rollandi* & pro animabus omnium parentum meorum. His teſtibus *Alano* filio *Rogeri* de *Witcherchâ*; *Alano* filio *Rollandi*. *Andreâ* filio *Petri*; Magiſtro *Ricardo* cognato Prioris. *Roberto Mareſcallo*; *Radulpho* cognato *VVarini* Abbatis.

Carta Jocelini Saresburienſis *Epiſcopi terrarum donationes recitans & confirmans.*

JOcelinus Dei gratiâ *Salesberienſis* Epiſcopus, omnibus S. Eccleſiæ fidelibus ſalutem. Ad Paſtoris ſpectat officium omnium paci & quieti & eorum maximè quos religionis nomen commendat per omnia providere, & quæ illis à fidelibus collata ſunt beneficia, auctoritatis ſuæ teſtimonio confirmare. Inde eſt quod dilectis & religioſis filiis noſtris monachis S. *Albani* in Eccleſiâ S. *Trinitatis* de **Warengeford** deo ſervientibus omnes poſſeſſiones, omnia bona, quæ eis fidelium devotio contulit confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus in quibus ea præcipuè quæ in **Bercheſire** poſſident propriis ... e primenda tabulis: In villâ de **Walengeford** Eccleſiam S. *Trinitatis*; Eccleſiam S *Johannis*; Eccleſiam S. *Martini*, Eccleſiam S. *Mariæ*. Eccleſiam de **Henred**; in villâ de **Woleſford** duas partes decimæ dominii à donatione *Emmæ de Chauſi*. Totam decimam totius dominii in villâ de **Cherſevelle**. Totam decimam totius dominii ..... Ibid.

Conſimilis confirmatio donationum per Decanum & Capitulum dictæ Saresburienſis *Eccleſiæ.*

OMnibus Chriſti fidelibus, &c. *Robertus* Decanus & Capitulum *Sarum* ſalutem æternam in Domino. Cartam venerabilis Patris noſtri *Roberti* Dei gratia *Sarisburienſis* Epiſcopi inſpeximus in hæc verba. *Robertus* Dei gratiâ Epiſcopus *Sarum* dilectis filiis Priori & Conventui S. *Trinitatis* de **Walingeford** ſalutem, gratiam, & benedictionem, &c. Cum igitur ſpiritualibus juxta votum profectionis veſtræ libentiùs & quietiùs debeatis & poſſitis intendere, ſi circa temporalia quæ poſſidetis vobis & domui veſtræ ſecuritas plena paretur, vos in hac parte proſpectione paternâ duximus proſequendos. Hinc eſt quod collationes poſſeſſionum & bonorum omnium vobis à devotâ & piâ fidelium munificentiâ in Dioc. noſtrâ factas, quæ propriis vocabulis duximus exprimenda; viz. Eccleſiam de **Weſt Henrede** cum omnibus pertinentiis ſuis; in villâ de **Walingford** Eccleſiam S. *Trinitatis*; Eccleſiam S. *Mariæ*; Eccleſiam S. *Martini*; Eccleſiam S. *Johannis*; in villa de **Woleſford** duas partes decimæ dominici ex donatione *Emmæ* de *Chauſy*. Totam decimam totius dominici de **Kerſwell**. Totam decimam totius dominici *Manaſſeri* de *Sandervill* in *villâ* de **Suth-Moreton**. Totam decimam totius dominici *Matthæi* de *Sottewell*. Totam decimam totius dominici *Galfredi Camerarii* in villâ de **North Moreton**. Totam decimam de duabus hydis terræ de dominico *Baſſet* de feodo de **Appleton** in villâ de *la* **Brodeton**, pro quibus decimis matrici Eccleſiæ de **Henton** infra cujus parochiæ limites ſitæ ſunt ſolvetis duas libras ceræ annuas in vigiliâ *Aſſumptionis* B. Virginis ſicut inſtrumentum noſtrum Ibid.

ſuper hoc confectum teſtatur. Totam decimam totius dominici *Ricardi* de *Conplende* in villâ de **Davitune**, & decimam molendini in eadem villâ. Totam decimam totius dominici de feodo *Pipard* in Parochia de **Swindon**. Totam decimam feni totius dominici *Molonis* filii *Turaldi* in villâ de **Eſtun**. Redecimationes de dominico *Samſonis Foliot* in villâ de **Dreycot**. Redecimationes de dominico *Radulphi Chann* in villâ de **Redburn**. Octo ſolid. de decimis dominici *Henrici* de *Erleyâ* auctoritate pontificali confirmamus: Statuentes, quod omnia ſupradicta pacificè & inconcuſsè poſſideatis temporibus perpetuis & futuris. Salvis in omnibus jure, auctoritate, & dignitate *Sarisburienſis* Eccleſiæ noſtrâ, & ſucceſſorum noſtrorum, & Archidiaconi in cujus Archidiaconatu conſtitutæ ſunt Eccleſiæ memoratæ.. In hujus rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillo noſtro duximus muniendum. Dat. xii Kal. Aprilis Pont. noſtri anno xiiij°. Nos igitur intuitu caritatis & ob reverentiam S. *Trinitatis* in cujus honore dictorum monachorum Eccleſia eſt fundata & dedicata, prædictam confirmationem, quantum in nobis eſt, approbamus, & in futuris temporibus ſemper valituram volentes, eam Sigilli noſtri publici appoſitione duximus roborandam. Dat. per manum Magiſtri *Radulphi* de *Heytham* Cancellarii noſtri Anno gratiæ MCCxliii°. pridie Idus Aprilis.

Pag. 525. Col. 1.

Carta Georgii *Ducis* Clarentiæ *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ex Codice vetuſto pergamenaceo MS. in Bibl. *Will. Pierpont* de *Thoresby* in Com. *Nott.* Arm. Ao 1668. [No 195.]

Georgius Dux *Clarenciæ* & dominus de **Richemond**, omnibus ad quos preſentes literæ pervenerint ſalutem: Inſpeximus Cartam *Jordani filii Gilberti* in hæc verba:

Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, & Clericis & Laicis, quod ego *Jordanus filius Gilberti* dono & concedo Sanctimonialibus virginibus de **Wilburkoſſe** & ſucceſſoribus earum in ſancto propoſito Deo ſervientibus Eccleſiam de **Wilburkoſſe**, & Capellam ejus de **Neuthun**, cum omnibus ad prædictam Eccleſiam pertinentibus; ſcilicet cum ſex bovatis terræ antiquitus & unâ de augmento, cum pratis & vaſcuis cum boſco & plano eis pertinentibus. Et præterea concedo virgultum meum & totam communiam dominii mei & totius villæ in perpetuam elemoſinam, tam liberam & quietam & ſolutam ab omnibus conſuetudinibus & omni laicâ exactione, ſicut ulla elemoſina liberius & quietius & ſolutius dari poteſt: Et hanc donationem præſentis Cartulæ meæ teſtimonio confirmatam, quicunque vel hæredum meorum vel extraneorum, aut vi aut artificio caſſare conatus fuerit, perpetuo anathemate feriatur, quia hanc meam donationem conſideratione totius Capituli S. *Petri Ebor.* & conſenſu Abbatis *Rievallis*, qui vices Archiepiſcopi tunc temporis exequebatur feci, & eas inde ſeiſinam. Teſtibus *Gilberto* filio *Fulconis*, *Gilberto* Capellano de *Neuthun*, *Hugone* filio *Fulconis*, *Will°. Raies*, *Will°. Adam*, *Horme* de *Wilburfoſſâ*, & dominus *Robertus* concedit.

Ac etiam inſpeximus Cartam *Alani* filii *Heliæ* in hæc verba: Notum ſit omnibus filiis S. Matris Eccleſiæ *Alanum* filium *Heliæ* conſeſſiſſe & dediſſe Sanctimonialibus de *Wilburfoſſâ* aulam ſuam cum toſto in eadem villâ, & duo virgulta ſua; & totam terram quæ pertinet ad feudum ſuum cum prato ſuper *Derwentam* juxta *Cattunam* in perpetuam elemoſinam cum matre ſuâ liberam & quietam: Et hoc fecit aſſenſu patris ſui & hæredum ſuorum: Hiis teſtibus Magiſtro *Roberto* de ..... *Willielmo* filio *Toſti*, *Jebram* Canonico, *Roberto* de *Beverle*, &c. Inſuper inſpeximus Cartam mitti de *Percy* in hæc verba; *Henrico* Dei gratiâ *Eboracenſi* Archiepiſcopo, ſicut & domino & patre chariſſimo *Willielmus* de *Percy* ſalutem & obſequium; Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe donationem quam *Jordanus* filius *Gilberti* fecit Sanctimonialibus de **Wilburkoſſa** de Eccleſiâ ejuſdem villæ & terris, ſicut Carta ſua teſtatur; ea propter vobis mando & precor, quatinus pro Dei amore & meâ petitione eas manuteneatis & adjuvetis, & literarum veſtrarum auctoritate eas & locum eorum ſub veſtrâ protectione recipiatis. Hujus autem conceſſionis & confirmationis teſtes ſunt *Gilbertus* filius *Fulconis*, & *Radulphus Diretune*, & *Baldewinus* filius ejus, *Hugo* filius *Fulconis*, *Nicholaus* Sacerdos, *Iſaac* Medicus, *Jordanus* Camerarius, & ..... & multi alii Clerici & Laici, valete, &c. Nos autem præfectus *Georgius* Patronus dictæ Eccleſiæ de *Wilburfoſſâ*, ac fundator dictæ domus monialium, ſupradictas Cartas, ac omnia & ſingula contenta in eiſdem rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt accepimus & approbamus; ac dilectis nobis in Chriſto *Elizabethæ* nunc Prioriſſæ prædictæ domus, & monialibus ejuſdem & ſucceſſoribus ſuis ratificamus & confirmamus, prout Cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur. In cujus rei teſtimonium Sigillum meum duximus apponendum, Dat. apud **Staunford** decimo die menſis Auguſti Anno quarto metuendiſſimi domini mei Regis *Edwardi* quarti.

Pag.

Pag. 487. Col. 2.

Literæ regiæ de præfectione Prioriſſæ.

Pat. 1 R. 2. p. 5. M. 9.

REx Venerabili in Chriſto Patri eadem gratiâ Epiſcopo *Lincoln.* ſalutem. Sciatis, quod electioni nuper factæ in Eccleſiâ Conventuali de *Stodleâ*, quam *Thomas* de S. *Walerico*, nuper dominus Honoris de S. *Walerico*, in puram & perpetuam elemoſinam primò fundavit, dominiumque Honoris prædicti, cum ſuis pertinentiis certis de cauſis ad manus progenitorum noſtrorum devenit; & ſic advocatio ejuſdem Eccleſiæ, ut parcella Honoris prædicti in manibus noſtris per mortem bonæ memoriæ *Margeriæ* ultimæ Prioriſſæ loci illius jam exiſtit, de dilectâ nobis in Chriſto *Elizabethâ Fremantell* Supprioriſâ ejuſdem Domus, in Prioriſſam loci illius regium aſſenſum adhibemus & favorem; & hoc vobis tenore præſentium ſignificamus, ut quod veſtrum eſt in hac parte exequamini. In cujus, &c. *T.* Rege apud *Weſtmonaſtrium* iiij°. die Maii.

Litlemore

Pag. 482. Col. 1.

Prioratus de Sankoyd, *alias dictus* Litlemoye *in agro* Berrocenſi.

Carta Rogeri *de* Thoeni.

Exautogr. penès *Anzon. Woode* Coll. *Mertonenſis Oxon.* Art. Magiſtrum. 1668.

OMnes *Rogerus* de *Thoeni* notum fieri volo tam futuris quàm præſentibus, Clericis ſimiliter & Laicis, me xx acras de dominio meo ſuper Moverul ſanctimonialibus de *Luthlemoriâ* in Elemoſinam dediſſe pro animâ meâ & pro animabus Patris & Matris meæ cæterorumque conſanguinium meorum. Teſtes ſunt *Galfridus* Sacerdos, *Willielmus* Sacerdos de Sandoyd, *Siwardus* Clericus, *Ricardus* Miles, *Hugo* de *Helſefeld*, *Reginaldus* frater, *Hernaldus*, *Oſbertus*.

Carta Rogeri *de* Sanford *de tertiâ parte Inſulæ in* Kenitonâ.

Ibidem.

NOtum ſit præſentibus & futuris quod ego *Rogerus* de *Sanford* divino intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & *Matildæ* Imperatricis, & pro ſalute animæ meæ & pro Domino noſtro Rege *Henrico*, conceſſi & dedi ſanctimonialibus Eccleſiæ S. *Nicholai* de Sankoyd in perpetuam Elemoſinam ab omni ſervitio & conſuetudine ſeculari liberam & quietam, tertiam partem Inſulæ quæ eſt in *Kenitonâ* inter *Kenitonam* & Sankoyd, quæ me contingebat. Volo etiam ut prædictæ ſanctimoniales totam prædictam tertiam partem prædictæ Inſulæ, & quicquid ad hanc pertinet habeant & teneant de me & hæredibus meis in perpetuum abſque ſervitio & conſuetudine: & ſi aliquid à ſanctimonialibus prænominatis nomine alicujus conſuetudinis vel ſervitii exactum fuerit, hæredes mei quicunque fuerint erga omnes homines illas adquietabunt. Ut autem hæc conceſſio & donatio rata in poſterum habeatur, ſigilli mei teſtimonio eam communivi. Hiis teſtibus *Johanne* de *Sanford* Domini Regis Mareſchaldo: Domino *Galfrido* de *Wanci*, *Odardo* de *Witefeld* militibus, *Tomâ* de *Sanford*, *Adamo* de *Sanford*, *Ric.* de *Sanford*, *Hugone* de *Sanford* pueris Domini Regis. *Marino* Clerico, *Bernardo* Clerico, *Fulchone* de *Sanford*, *Henrico* de *Chenitonâ*, & pluribus aliis Clericis & Laicis.

Carta ejuſdem Rogeri *de terrâ de* Bergheiâ.

Ibidem.

NOtum ſit Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis tam præſentibus quàm futuris, quod Ego *Rogerus* de *Sanford* dedi, & conceſſi, & præſenti Cartâ meâ confirmavi Eccleſiæ Beati *Nicholai* de *Sanford* & ſanctimonialibus ibidem deo ſervientibus terram de *Begheiâ* cum omnibus pertinentiis ſuis in liberam & perpetuam Elemoſinam pro animâ *Matildæ* Imperatricis & *Henrici* Regis filii ſui, qui eandem terram pro ſervitio meo mihi dederunt, & pro animâ patris & matris mei, & omnium parentum meorum; & pro ſalute animæ meæ & omnium parentum & amicorum meorum. Volo ergo quod ſanctimoniales habeant prædictam terram cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis in terris & pratis & paſturis, in aquis, & paludibus, & omnibus rebus ita libere & quietè & honorificè ſicut eam unquam melius & liberius habui ſicut *Henricus* Rex eam eidem Eccleſiæ & ſanctimonialibus dedit & confirmavit Cartâ ſuâ. Preterea dedi & conceſſi eis unam acram terræ in *Bruhellâ* quam *Aredus* avus meus dedit Matri meæ in liberum maritagium, de quo habebunt ſingulis annis ii. ſol. vel unam ſummam de nucibus in capite jejunii. His teſtibus *Jordano* de *Sanford*, *Radulpho Briton Garnerio* & *Johanne* & *Radulpho* de *Sanford*, *Gaufrido* de *Wanci*, *Gaufrido* de *Budiford*, *Henrico* de *Wilberton*, & multis aliis.

Carta Thomæ Buſſell *de unâ virgatâ terræ in* Samfoyd.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus hanc præſentem Cartam inſpecturis vel audituris, *Thomas Buſſel* de Samfoyd, & *Mabilia* uxor ejus filia *Radulphi* Militis de *Samford* ſalut. Noverit univerſitas veſtra nos unanimi conſenſu & aſſenſu, pro ſalute animarum noſtrarum,

rum, & pro ſalute animæ *Radulphi* Militis de *Samford* & *Miliſentæ* uxoris ejus; & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum & pro animabus omnium fidelium defunctorum, dediſſe, & conceſſiſſe, & hac preſenti Cartâ noſtrâ confirmaſſe Deo & B. *Mariæ* & B. *Nicolao* de **Litlemore** & Prioriſſæ & ſanctimonialibus ibidem deo devotè ſervientibus in liberam & perpetuam elemoſinam, unam virgatam terræ; viz. ſexdecim acras terræ & dimidiam acram in campis de **Samford**; quarum ſexdecim acrarum & dimid. una dimidia acra jacet ſuper **Ferneye**, *&c.* Hiis teſtibus *Johanne* de *Turbervile* Vicecom. *Oxon. Gileberto de la Hyde*; Fratre *Euſtachio*:.... *Petro Foliot. Rogero Gernun*; *Thurſtano. Willielmo* de *Baldindon. Waltero Paci* de *Gerſindon*, *&c.* Dat. in Craſtino S. *Laurentii*, ſcil. die Martis proximo ante teſtum *Aſſumptionis B. Mariæ* An°. Dom. M. CCLiiij, An°. Regni Regis *Henrici* tertii octavo.

Carta Roberti *Abbatis* Abbendoniæ *de decimationibus de* **Beywoꝛth.**

Ibid. OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris *Robertus* dei gratia Abbas *Abbendoniæ*, & ejuſdem loci Conventus & *Benjamin* Rector Eccleſiæ S. *Nicholai* ejuſdem loci, æternam in domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra nos unanimi conſenſu conceſſiſſe & quantum in nobis eſt confirmaſſe Deo & Beatæ *Mariæ* & B. *Nicolao* de **Sanfoꝛd**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus. Omnes decimationes in **Beywurth*** de dominio *Hugonis* de *Sanford* quas habent de donatione *Thomæ* de *Sanford* prædeceſſoris dicti *Hugonis*, ſicut in Carta dicti *Thomæ* quam inſpeximus continetur. Salva Capellâ S. *Nicholai* de **Abbendon** *ſubladataria* ſive inveſtiturâ quatuor acrarum; duarum videlicet de frumento, & duarum, de avenâ, quas eadem Capella S. *Nicholai* in **Abbendon** nomine decimationis de dicto dominio annuatim percipere conſuevit, *&c.* Hiis teſtibus *Johanne* de S. *Helenâ*, *Mathæo* de *Bicſtrop*, *Radulpho* de *Sanford*, *Alano* de *Fernham*; Magiſtro *Thomâ* de *Ailesbery*; Magiſtro *Jacobo* Rectore Eccleſiæ de **Witteham**, Magiſtro *Alberico* de *Lauſhull. Rogero* de *Turberwel*, *Waltero* de *Henred*, *Johanne* de *Henred*, *Thoma* filio, &c.

* In Com. Berks.

Carta Rogeri *de* Quency *Comitis* Wintoniæ, *per quam remiſit monialibus de* **Litlemoꝛe** *ſectam ad ſuam Curiam de* **Chinnoꝛe.**

Ibid. OMnibus Chriſti fidelibus hoc præſens ſcriptum, viſuris vel audituris, *Rogerus* de *Quency* Comes *Winton.* Conſtabularius *Scotiæ* ſalutem. Noveritis nos pro ſalute animæ noſtra & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, remiſiſſe, & quietè clamaſſe, pro nobis & hæredibus noſtris in perpetuum, Deo & B. *Mariæ* & B. *Nicholao* de *Litlemorâ*, & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus ſectam Curiæ noſtræ de *Chinnorâ* à tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas, quam ab eiſdem monialibus exigebamus pro octodecim acris terræ in campo de **Sideham*** quas dictæ moniales habent de dono *Seeri* de *Quency* patris noſtri. Conceſſimus & remiſimus eiſdem monialibus et earum ſucceſſoribus pro nobis & hæredibus noſtris ſectam vicus frangorum plegiorum ad perpetuam firmam, quam ab eiſdem monialibus exigebamus pro eadem terrâ. Reddendo inde nobis annuatim & hæredibus noſtris dictæ moniales et earum ſucceſſores duodecim denarios Argenti ad duos terminos anni; viz. *&c.* Hiis teſtibus Dominis *Roberto* de *Quency* Fratre noſtro, *Seero* de S. *Andreâ*; *Willielmo* de *Boſco*, *Warino* de *Tunderley*, *Johanne Becart*, *Roberto* de S. *Andreâ*, *Johanne* de *Granſort* tunc Seneſchallo noſtro, *&c.*

* *Sidenham* prope *Tame* in Com. *Oxon.*

Carta Galfridi *de* Vanci *de terrâ in* **Lewartone.**

Ibid. NOtum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris quod *Galfridus* de *Vanci* conceſſit et dedit in perpetuam Elemoſinam deo et S. *Mariæ* & S. *Nicolao* & S. *Eadmundo* de *Sanfordiâ*, pro animâ ſuâ & patris ſui *Roberti*, & Matris ſuæ *Aviciæ*, & *Ceciliæ* Uxoris ſuæ, & præſenti Carta confirmavi terram quam *Tappyn* tenet in villâ **Lewartone** ita quietè & liberè abſque omni vexatione ſicutipſe & prædeceſſores ſui unquam meliùs tenuerunt, & ſic quod mortuo *Tappin* Monaſterium de *Sanfordiâ* liberè eam abſque omni hærede poſſideat. Teſtante *Halanat* de ..... de *Vanci*, & domino *Willielmo* Capellano, & *Reimundo* Capellano, & *Roberto Wallenſe*, & *Rogero* .....,

Carta Willielmi *de* Wanci *de tot' paſturâ de la* **Dune** *in* **Lewertune.**

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod ego *Willielmus* de *Wanci* dedi & conceſſi, *&c.* Deo & Eccleſiæ S. *Nicholai* de **Litlemoꝛe**, & ſanctimonialibus ibidem deo ſervientibus totam paſturam *de la* **Dune** in **Lewertune**, quæ mea fuit extra **Puppdich**. Tenendam & habendam, *&c.* Et ſciendum quod Ego *Willielmus* & hæredes mei debemus claudere medietatem foſſati quæ eſt inter campum arabilem & prædictam paſturam; ſcil. medietatem illam quæ eſt versùs *le* **Heet**, & ſanctimoniales aliam medietatem, ita quod nullus eorum dampnum incurrat, *&c.* Hiis teſtibus *Rogero* de *Cuſerugge*, *Radulfo* de *Samford*, *Bartholomeo* de *la Hoſe*, *Alano* de *Fernham*, *Joce* de *Holt*, *Roberto* de *Harpham*, *Roberto* de *Pocheleâ*, *Waltero* de *Henreth*, *Rogero* de *Hadeleâ*, & multis aliis.

Carta Galfridi *de* Wanci *de quibuſdam terris in* **Lewertune.**

Ibid. SCiant præſentes & futuri, quod Ego *Galfridus* de *Wanci* filius *Willielmi* de *Wanci* conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, pro me & hæredibus meis, Deo & Eccleſiæ B. *Nicholai* de **Sandfoꝛd**, & ſanctimonialibus ibidem deo ſervientibus, totam terram cum

cum boſco & omnibus pertinentiis ſuis in villâ de **Luvewarton**, quam prædictus *Willielmus* de *Wanci* eiſdem monialibus dedit & conceſſit in puram & perpetuam Elemoſinam, *&c.* pro hac autem conceſſione & confirmatione dederunt mihi prædictæ moniales duas Marcas Sterlingorum, *&c.* Teſt. *Roberto* de .... *Joce* de *Holte*; *Roberto* de ..... *Thomâ Noreis* .....

Carta Galfridi Tapping, *de totâ terrâ ſuâ in villâ de* **Lewartone.**

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod Ego *Galfridus Tapping* de **Lewarton** filius *Raàulphi Tapping* de **Lewarton** dedi & conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & B. *Mariæ* & Eccleſiæ B. *Nicholai* de **Litlemore**, & Prioriſſæ & ſanctimonialibus ejuſdem loci ibidem Deo ſervientibus totam terram meam quam habui in villâ de **Lewarton** cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus ſuis abſque ullo retinemento, in liberam & perpetuam Elemoſinam pro ſalute animæ meæ & pro animâ *Radulphi* Patris mei & Matris meæ, & pro animabus omnium Anteceſſorum meorum; habendam, *&c.* Hiis teſtibus Domino *Nicholao* Vicecomite *Berks.* *Jocio* de *Holte*, *Johanne Cotin*, *Ric.* de *VVanci*, *Henr.* de *Havering*, *Johanne Porard*, *Roberto* de *la Hoſe*, *Thomâ Attebegge*; *Adam* Clerico de **Litlemore** & multis aliis.

Bulla Innocentii *quarti* Rom. *Pontificis*, *per quam relaxat* x. *dies de injunctâ pœnitentiâ omnibus qui ad conſtructionem Eccleſiæ de* **Litlemore** *manus porrexerint adjutrices.*

Ibid. *INnocentius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Univerſis Chriſti fidelibus per *Lincolnienſis*, *Elienſis* & *Sariſburienſis* Civitates & Dioceſes conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quoniam ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti recepturi prout in corpore geſſerimus, ſive bonum fuit ſive malum, oportet nos diem miſerationis extremæ, miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quod qui parcè ſeminat parcè & metet, & qui ſeminet in benedictionibus de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur ſicut accepimus dilectæ in Chriſto filiæ Prioriſſa & Conventus Monaſterii de **Litlemore** Ordinis S. *Benedicti Lyncolnienſis* Dioc. Earum Eccleſiam rehedificare inceperint opere non modicum ſumptuoſo, & ad conſummationem ipſius propriæ ipſis non ſuppetant facultates, Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in Domino in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis collatis vobis a Deo pias Elemoſinas & grata caritatis ſubſidia erogetis eiſdem ut per veſtram ſubventionem adjutæ ejus inceptum valeant conſummare, & vos per hæc & alia bona quæ domino inſpirante feceritis, pervenire ad æternæ felicitatis gaudia valeatis. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordiâ & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè penitentibus & confeſſis qui ad conſummationem ejuſdem Eccleſiæ manum porrexerint adjutricem, decem diis de injunctâ ſibi pœnitentiâ miſericorditer relaxamus, præſentibus poſt triennium valituris quas mitti per queſtuarios diſtrictius inhibemus eas ſi ſecus actum fuerit carere viribus decernentes. Dat. *Lugduni* Cal. *Junii* Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Pag. 597. Col. 2.

PRIORATUS de Groſmunt, in agro *Ebor.*

Carta Johannæ *Uxoris Domini* R. *de* Torneham.

Ex Archivis *Grandimontenſis* Cœnobii in *Galliâ.*

OMnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit. Ego *Johanna* filia *VVill. Foſſart* Uxor Domini *R.* de *Torneham.* Salutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra me divinæ pietatis intuitu dediſſe in puram & perpetuam Eleemoſynam & conceſſiſſe liberaliter & libenter pro ſalute meâ, & Domini Viri mei, patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum & hac præſenti Chartâ confirmaſſe Deo & Beatæ *Mariæ*, Priori & fratribus *Grandimontenſis* Ordinis unam manſionem in Foreſtâ de *Eggetonâ* inter *Eggetona* & **Cukelwald**; ſcilicet, in longitudine ſuper aquam VII. Quarantan. & verſus montem, tres & dimidiam Quarantan. & quælibet virga unde quarantanæ menſurabuntur erit viginti pedum, ita etiam quod per omnia habeant fratres ibi circa domum ſuam ducentas acras cum boſcis earundem, & cum omnibus adjacentibus, et in totâ Foreſtâ meâ maeremium ad edificia et omnia neceſſaria facienda. Dedi eis etiam pari modo Molendinum de *Eggetonnâ* cum piſcariâ quæ pertinet ad Molendinum, quod faciant Fratres ubicumque voluerint in totâ aquâ et per totam aquam habeant piſcationem liberam et quietam, et faciant piſcari ubicumque voluerint in totâ aquâ cum omnibus ſectis; ſalvâ tamen molaturâ hoſpitii Domini Villæ, tantum dum in Villâ præſens fuerit, et quod nemo infra metas eorum in aquam ſuam Intret ad piſcandum. Item dedi eis unam quarrucatam terræ in **Goldeburc** cum omnibus pertinentiis ſuis et unam Vachiviam de xl. Vaccis cum ſectâ earum per tres annos et paſturam ad quingentas Oves cum ſectâ earum per tres annos, et decem equas cum ſectis earum per tres annos, et decem Sues, et paſturam cum ſectis earum

per

per tres annos, et duos Verres et pascua mea ubicumque sint ad pascendas bestias supradictas, & quod liceat fratribus Loca eligere cum Vachiviam mutare voluerint per totam Foresta & fœna colligere in foresta ad pasturam ovium & vaccarum. Dedi eis insuper Domos meas in *Eboraco*; illas scilicet quæ sunt inter domos *Laurentii Clerici* quæ fuerunt *Benedicti Judei* & *Isping Geil* cum totâ curiâ & omnibus pertinentiis. Præterea concessi eis unum hominem cum Masuagio suo, cum duabus bovatis terræ, & hæredes ejus in **Goldeburt** liberos & quietos ab omni tallia, consuetudine, & exactione sœculari ad terram eorum colendam quam habent in eadem Villâ, & alia servitia facienda per voluntatem fratrum: Et alium hominem eodem modo in *Eggetonnâ*, cum duabus bovatis terræ pro molendino & bestiis eorum servandis & aliis serviciis faciendis pro voluntate fratrum. Et unum Tostum similiter in *Sandeshande* pro negotiis suis & serviciis faciendis. Et unum hominem in **Donecastre** & hæredes suos cum Masuagio suo & pertinentiis suis ut se in certis locis & domibus propriis recipiant. Volo igitur quòd omnia ista supradicta fratres in perpetuum teneant & possideant benè & in pace liberè & integre quieta ab omni exactione & demanda. Item volo quod bestiæ fratrum de *Goldeburc* pascantur in herbagio cum bestiis Quarrucæ Domini de *Lihz* & quòd habeant in bosco de **Bzist'**, ad tenendam Quarrucam & clausuram Tertæ de **Goldeburt**. Et ut ista mea donatio concessio firma stabilis & inviolata perseveret, præsens scriptum sigilli mei impressione duxi roborandum in confirmationem & testimonium perpetuum Eleemosynæ supradictæ. His testibus P. Capellano templi de *Rupellâ*, *Aimerico* de *Caorz*, *Petro* de *Longuil*, *Aimerico* de *Rochsfort*, *Helia Bernardo*, *Alexandro Amfrei*, *Sans* de *Belloloco*. *Roberto* de *Beravil*. *Henrico* de *Trasci*, *Willielmo Tuaut*, & multis aliis.

Carta Roberti *de* Torneham *donationes* Johannæ *Uxoris ejus recitans & confirmans.*

Ibid. OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ Filiis præsens scriptum inspecturis vel audituris *R.* de *Tornehan* salutem. Noverit universitas me, divino intuitu, & pro salute animarum Domini Regis *Henrici* piæ memoriæ, & Reginæ *Alienoræ* Uxoris suæ & bonæ recordationis Regis *Angliæ Ricardi* & pro salute Domini mei *I.* Regis *Angliæ*, & *Isabellæ* Uxoris suæ, & hæredum suorum; Et pro salute meâ & *Johannæ* Uxoris meæ & omnium antecessorum & successorum nostrorum Deo et Beatæ *Mariæ* Priori et Fratribus *Grandimontensis* Ordinis dedisse et concessisse, et præsenti Chartâ meâ, confirmasse liberaliter & libenter totam Eleemosynam quam memorata *Joanna* Uxor mea eis fecerat; Mansionem scilicet in foresta de *Egguetonnâ* inter *Egguetonna* et **Cukelwald**; scilicet in longitudine super aquam septem quarantan. et versus montem tres et dimidiam quarantan. et quælibet virga unde Quarantanæ mensurabuntur erit viginti pedum, Ita quòd per omnia habeant fratres ibi circa domum suam ducentas acras cum boscis earumdem, & cum omnibus adjacentibus. Et in totâ foresta usurarium ad Edifica & omnia necessaria facienda. Concessi eis pariter & confirmavi Molendinum de *Egguettonnî* cum piscariâ quæ pertinet ad Molendinum, ut Molendinum faciant ubicumque voluerint in totâ aquâ cum omnibus sectis, salvâ molaturâ hospitii Domini Villæ tantùm, dum in Villâ præsens fuerit. Et per totam aquam habeant piscationem & faciant piscari ubicumque voluerint in totâ aquâ. Et quod nemo intret infra metas eorum ad piscandum. Item concessi eis unam Carrucatam terræ in **Goldeburc**, cum omnibus pretinentiis suis & unam Vachiviam de quadraginta Vaccis & pasturam earum per tres annos. Et pasturam ad quingentas oves cum sectâ earum per tres annos; Et decem aquas cum sectis earum infra tres annos. Et decem Sues cum sectis per tres annos, & duos Verres, Et pascua mea ubicumque fuerint ad pascendas bestias supradictas. Et quod liceat fratribus loca eligere cum Vachiviam mutare voluerint; per totam foresta, & fœna colligere in foresta ad pasturam Ovium & Vaccarum: Prætereà concessi eis unum hominem cum mesuagio suo cum duabus bovatis terræ, & hæredes ejus in **Goldeburt** liberos & quietos ab omni tallia, consuetudine, & exactione sæculari ad colendam terram eorum, quam habent in eadem Villâ, & alia servitia facienda pro voluntate fratrum. Et alium hominem liberum pariter & quietum in *Eggueto-nâ* cum duabus Bovatis terræ pro Molendino & bestiis fratrum custodiendis, & aliis servitiis faciendis ad voluntatem eorum. Et unum tostum similiter in *Sandeshande* pro agendis suis & servitiis faciendis. Et unum Masuagium in *Eboraco*. Et unum hominem in **Donecastre**, cum Masuagio suo, & pertinentiis suis ut se in certis locis & domibus propriis recipiant. Item volo & concedo quod bestiæ fratrum de **Goldeburt** pascantur in herbagio cum bestiis Carrucæ domini de *Liht* & quòd habeant in bosco de *Brisc'* ad tenendam Carucam & Clausuram terræ de **Goldeburt** faciendam. Quare volo & firmiter præcipio quod prædicti Prior, & fratres *Grandimontensis* Ordinis hæc omnia prædicta cum omnibus pertinentiis & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus habeant in pace & perpetuò possideant in puram & perpetuam Eleemosynam liberè & quietè, plenariè & integre & pacificè ab omni sæculari exactione. Et ut hæc concessio, donatiò & confirmatio rata, & inconcussa perpetuo permaneat, præsens scriptum sigilli mei appositione duxi roborandum. Rogans humiliter & implorans clementiam Domini mei *J.* Regis Angliæ ut hanc Eleemosynam protegat fratribus & defendat & amore Dei & pro servitio quod ei feci fideliter & devotè custodiat & confirmet His testibus Domino *P. Wint.* Episcopo. *Will. Pict.* Archidiacono *G.* filio *Petri* Justic. *Joanne* filio *Hugonis* tunc Constab. Turris *Lond.* Domino *Stephano* de *Turnehan*. *Wandrig.* de Curcell. *Willi-*

Willielmo de *Hayâ*. *Thomâ* de *Lampreneſſe*. Magiſtro *G.* de *Aquilâ* Medico Domini Regis. Magiſtro *A.* Medico Domini *Wint.* Magiſtro *Simone* de *Tanet*. *Roberto* de *Barevil*. *Roberto* de *Cardevil*. *Thomâ* de *Vending'*. *Reginaldo* de *Leâ* Clerico, & multis aliis.

Alia Carta ejuſdem Roberti *de* Torneham.

OMnibus Sanctæ Matris, *&c. ut ſuprà.* Fratribus Ordinis *Grandiſmontis* conceſſiſſe & dediſſe & præſenti Chartâ meâ confirmaſſe centum Agras terræ contiguas & continuatas. Illis centum agris terræ quas *Joanna* Uxor mea eis dedit in *Eskedal*, & quas eiſdem firmavi ſcilicet verſus *Cukelwald*, tertiam partem prædictarum centum agrarum. Juxta *Cukewald* duas partes illarum centum agrarum contiguatas & continuatas terræ illorum verſus montem, cum boſcis earumdem centum acrarum & cum omnibus adjacentibus, ita quod per totum habeant ducentas acras infra metas ſuas & infra Cloſturam ſuam. Quare volo & firmiter præcipio, *&c. ut ſupra.*

PAG. 505. Col. 2.

PRIORATUS de Creſſewelle *in agro* Herfordenſi.

Carta Walteri *de* Laſci.

Ex Archivis *Grandimontenſis* Cœnobii in *Galliâ*.

SCiant omnes præſentes & futuri quod Ego *Walterus* de *Laſcy* dedi & conceſſi & hac meâ præſenti Chartâ confirmavi Deo & domui Beatæ Mariæ de *Craſſewelle* & Priori Ordinis *Grandimontenſis* & decem fratribus Cappellanis ibidem perpetuo reſidentibus & Deo ſervientibus & tribus fratribus Clericis, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Margaretæ*, & pro animâ *Gilberti* de *Laſcy* filii mei & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum ducentas & quatuor acras terræ in boſco meo de *Hamâ* cum omnibus pertinentiis ſuis ſicut eiſdem plenius & melius diviſæ ſunt & perambulatæ per viſum Legalium virorum; videlicet totam terram quæ extenditur in Longitudine de *Ferneleg* uſque le *Ebroc*, per viam quæ dicitur *Rugeweye*: Et in latitudine de *Rugeweye* uſque *Hathinehale*, ex unâ parte terræ *Petri Undergod*; & de terrâ Monialium de *Acornebiri* uſque ad Terram Domini *Willielmi* filii *Warini*, ſicut via magna dictas terras dividit; & totam terram quæ jacet inter terram dicti *Willielmi* filii *Warini* in longitudine & *Lidhate* versùs *Boleſton*; & in latitudine de viâ quæ ducit versùs *Acornebir.* uſque domum *Joannis Strech*; tenendam & habendam totam terram dictam, cum omnibus pertinentiis ſuis dictæ Domui de *Craſſewalle* de me & hæredibus meis in puram & perpetuam Eleemoſynam liberè & quietè plenariè & integrè in boſco & plano, in pratis & paſturis in Cappell. *&c.* Molendinis & in omnibus locis & rebus, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus dictæ terræ pertinentibus, abſque omnibus ſæcularibus exactionibus & demandis mihi & hæredibus meis pertinentibus. Et Ego *Walterus* de *Laſcy* & hæredes mei dictas ducentas & quatuor acras terræ cum omnibus pertinentiis ſuis dictæ domui de *Craſſewalle*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus warrantizabimus & defendemus contra omnes homines & fœminas. Et ut hæc mea conceſſio & donatio rata, ſtabilis & inconcuſſa permaneat. Id præſenti ſcripto ſigilli mei munimine roborato duxi confirmare; his teſtibus Domino *Simone* de *Clifford*; Domino *Waltero* de *Baskerviill*; *Simone* de *Tillelhott*; *Philippo* de *Colevill*; *Willielmo Tregoz*; *Waltero Coudrk*; *Henrico* de *Bradeleg* Clerico; *Wrennon* de *Hamâ*, *David* Clerico, & multis aliis.

Carta Petri Hereſordenſis *Epiſcopi.*

UNiverſis præſentes literas inſpecturis & audituris. *P.* Miſeratione divinâ *Hereſordienſis* Eccleſiæ Miniſter humilis ſalutem in Domino. Volumus & garantimus, Quod ſi aliquis implacitet nos vel Succeſſores noſtros, quod Deus avertat, ſuper rebus quas emimus à Priore & fratribus de *Craſſewalle* in Manerio de *Hamme-Laſcy*, dictus Prior vel fratres de *Craſſewalle* & de Ordine *Grandimontenſi* non teneantur nos aut Succeſſores noſtros defendere & garentizare ultra ſummam quingentarum quinquaginta Marcarum quas à nobis receperunt pro rebus ſupradictis. Intelligimus enim, quod dicti Prior & fratres vel Ordo *Grandimontenſis* non teneantur nos vel Succeſſores noſtros defendere & garantizare ultra dictam ſummam ſi contingat nos aut alios quoſcumque nomine noſtrorum implacitari ſuper dictis poſſeſſionibus ab aliquibus qui de Ordine *Grandimontenſi* non eſſent; vel qui nomine ipſorum non agerent, aut pro ipſis. In cujus rei teſtimonium has literas patentes fieri fecimus & Sigilli noſtri munimine roborari. Datum apud *Vaſcum* in Craſtino Beatæ *Agathæ* Martyris, Anno Domini Milleſimo CC°. L°. ſexto.

PAG. 542. Col. 2.

Carta Johannæ *de* Pedintonâ *facta Deo B.* Mariæ *& Canonicis de* **Miſſenden** *de Heremitorio de* **Muſewell** *in Parochiâ de* **Pedyngton**, *& Com.* Oxon.

Ex quodam Regiſtro Cartarum penès Dominam *Penelopen Dynham* de Ba-ſſall, in Com. *Buck.* Viduam fol. 30,31.

Ohanna de *Pedintonâ*, quæ fuit ſponſa *Guidonis* de *Ryhall*, Omnibus Dominis & Amicis ſuis ſalutem: Sciant omnes qui ſunt & qui futuri ſunt, quod conceſſione *Guidonis* Domini mei, & meo aſſenſu, *Radulphus* Heremita locum heremitorium de *Muſſewellâ* ædificavit, inhabitavit, & poſſedit, & Capellam ibidem in honore S. *Crucis* fundavit, quam Capellam cum ipſo toto loco ſuccedente tempore præfatus *Radulphus* conceſſit & dedit Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Miſſenden**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in perpetuum habendam, & poſſidendam; & hanc eandem donationem conceſſimus Ego & *Thomas* filius & hæres prædicti *Guidonis* jam defuncti & omnium Amicorum & Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum Eccleſiaſticâ auctoritate confirmari fecimus præfatæ Eccleſiæ S. *Mariæ* & Canonicis in perpetuum & liberam Elemoſinam ſuper nominatam Capellam S. *Crucis* cum toto adjacente loco, & omnia ad eandem Capellam deputata & pertinentia, totam ſcilicet decimam de Dominio de **Pedyngton** in boſco & in plano ſcil. de bladis & de omnibus fructibus terræ qui decimari ſolent & de ovibus, & porcis, & omnibus aliis animantibus; & decimam de paſſuagio; & paſſuagium quietum de ſuis dominicis porcis ejuſdem loci: & communionem paſturæ tam in boſco quàm in plano; & de boſco quod opus fuerit ad emendationem domorum & ſepium ſuarum. Et de dominico prato duas acras ſingulos annos, ſcilicet quando occidentalis campus ſeminatur duas primas acras de prato quod dicitur **Weſtmede**. Quando verò occidentalis campus ſeminatur latitudinem duarum acrarum in prato quod dicitur **Langedale** juxta foſſatum quod dividit inter **Pedyngton** & *Luthagareſhalam*. Rogante autem vos omnes & amicos noſtros, pro dei amore & noſtrâ ſalute, quatenus prædicti Canonici habeant & teneant benè & in pace hanc præfatam donationem noſtram ſicut liberam Elemoſinam. Affuerunt hiis actionibus præſentes & teſtes *Willielmus* ſenex ſacerdos de **Burceſtez**, cum *Willielmo* Capellano ſuo, & *Willielmo* ſacerdote de **Hambyesden**, & *Rogero* Juniore de **Pedyngton**, & quamplures alii teſtes.

Carta Albrici *Comitis de* **Damarum** *facta Deo Eccleſiæ & Canonicis de* **Meſſenden** *de Hermitorio de* **Muſewell**, *cum Capellâ*, &c.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod Ego *Albricus* Comes de **Damarum** dedi conceſſi aſſenſu *Reginaldi* filii & hæredis mei Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Meſſenden**, & Canonicis ibidem deo ſervientibus Hermitorium de **Muſſewell**, cum Capellâ ejuſdem loci, & cum totâ terrâ ſicut eam foſſis circum-dederunt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et totam decimam de Dominio de **Pedington**, & decimam de Paſſuagio; & Paſſuagium quietum de ſuis dominicis porcis ejuſdem loci; & communionem paſturæ tam in boſco quàm in plano ſuis dominicis animalibus ejuſdem loci; & de boſco quod opus fuerit ad emendationem domorum & ſepium ſuarum. Quare volo & concedo, & præſenti Cartâ confirmo ut præfati Canonici habeant & teneant in perpetuum prædictam Elemoſinam liberam & quietam ab omni ſervitio, & conſuetudine, & exactione pro ſalute meâ, & uxoris meæ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Teſtibus *Juliano* de *la Hare*; *Matheo Fannel* de **Lilebone** *Eugelmer* de *Seintbeine*; *Yvone* fratre ejus; *Simone* de *Bracle*, *Radulpho* de *Wyntenâ*, *Waltero* de *Patre*, *Roberto* de *Parys* de **Sached**, *Willielmo* de *Wrevilla*, *Radulpho* filio, & aliis. Ibid.

Carta confirmationis Simonis *de* Gerardmulin *facta Abbati & Canonicis* S. Mariæ de **Miſſenden** *de Capellâ cum terris*, &c.

NOtum ſit cunctis, *&c.* quod ego *Simon* de *Gerardmulin* concilio & conſenſu uxoris meæ *Johannæ* do atque concedo, *&c.* Abb. & Can. de **Miſſenden** Capellam S. *Crucis*, quam *Radulphus* Heremita ædificavit apud *Muſewellam* in feodo de *Pedintonî* do donatione *Guidonis* filii *Pagani* anteceſſoris mei; & totum aſſartum quod adjacet. Præterea de illis quandam particulam nemoris, quæ eſt inter eandem Capellam. Et nemus proprium do *Breihellâ*, quæ ſicut ſemita vadit de *Haiwellâ* uſque ad *Scottgatam*. Hæc ſupradicta dedi eis liberè & quietè ab omni ſervitio & conſuetudine pro ſalute meâ & liberorum noſtrorum, & pro animâ ſupradicti *Guidonis* anteceſſoris mei. Teſte *Wigot* Priore de *Oſeneiâ*, &c. Ibid.

PRI-

PRIORATUS

de Ewenny in Com. ..... Cella Abbatiæ S. Petri Glouceſtriæ.

Carta Gilberti de Turbervillâ *anteceſſorum ſuorum donationes confirmans.*

Ex ipſo autographo in Bibl. *Cottoniana* 24° *Junii* A° 1664.

OMnibus præſens ſcriptum inſpecturis, *Gilbertus* de *Turbervillâ*, filius *Gilberti* de *Turbervillâ* ſalutem æternam in domino. Noveritis me inſpexiſſe Cartam bonæ memoriæ domus *Gilberti* de *Turbervillâ* patris mei, hæc continentem; Sciant præſentes & futuri, quod ego *Gilebertus* de *Turbervillâ*, aſſenſu & voluntate *Agnetis* uxoris meæ, & hæredum meorum, conceſſi & confirmavi Deo & Eccleſiæ S. *Michaelis* de Ewenny, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, omnes elemoſinas, quas *Simundus* de *Turbervillâ* & *Gilbertus* avus meus, & *Paganus* pater meus dederunt præfatæ Eccleſiæ S. *Michaelis*; ſcilicet totam terram de Carwelden, & quadraginta acras terræ quæ jacent juxta Manſionem *Godrici Fullonis*, & viginti acras terræ apud *Wikam*, & pratellum quod dicitur *Loemereſham*, quod *Hugo* filius *Elvrici* dedit præfatæ Eccleſiæ in elemoſinam; & totam moram Paſchualem quæ data fuit in eſcambium pro terrâ *Nicholai Tygeht*, cum toto augmento quod *Paganus* pater meus, ex propriâ largitione contulit Deo & Eccleſiæ S. *Michaelis*, ſicut Carta ejuſdem teſtatur: Et duas acras terræ, quas *Gilebertus* de *Turbervillâ* excambiavit, quæ adjacent in culturâ prope domum *Elgari* de *la Wallâ*, pro aliis duabus acris quas habuit, in Feodo *Ricardi* de *Landefei*, in parte orientali. Conceſſi etiam, ut habeant imperpetuum unum ſummarium in nemore meo, ad eundem propter ligna, duabus videlicet vicibus ſingulis diebus in hyeme, & tribus vicibus in eſtate. Hæc omnia eis conceſſi & confirmavi, pro animâ meâ, & patris, & matris meæ, & liberorum meorum, & omnium parentum meorum, ut ea teneant liberè & quietè ab omni terreno ſervicio. Et ut iſta inperpetuum firma ſint & inconvulſa, Sigilli mei atteſtatione ea munivi. Meipſum etiam, in quocunque habitu vel loco deſceſſero, ſimul cum hæredibus meis, in prædictâ Eccleſiâ S. *Michaelis* ſepeliendum, factâ ſuper Altari ſolempni oblatione, conceſſi. His teſtibus *Petro Pincernâ*, *Radulfo Decano*, *Johanne* Sacerdote, Daniele Clerico, *Nicholao* de *Liſwruni*, *Dyoniſio Coco*, *Gosfrido* filio *Nigelli*, *Willielmo Tirri* (*&c.*) & multis aliis. Ego vero ea quæ prædicta ſunt rata habens & grata, ea predictæ Eccleſiæ, & dictis Monachis, in puram & perpetuam elemoſinam confirmo; & intuitu Dei, ex propriâ largitione prædictis accreſco; viz. ut dicti Monachi, & omnes homines ſui habeant libertatem per terram meam, eundi ad boſcum, & redeundi ſine vexatione, vel vadii captione mei vel meorum, abſque nocumento mei, vel hominum meorum; ita quidem, quod ſi imminens dampnum mihi, vel hæredibus meis factum fuerit per dictos Monachos, vel per homines ſuos, dicti Monachi, vel homines ſui, mihi vel hæredibus meis, illud infra octo dies poſtquam dampnum eſſe innotuerit, ſecundùm quantitatem tranſgreſſionis emendabunt; ita ſcil. quod ego *Gilebertus*, vel hæredes mei duos legales homines ex hominibus prædictorum Monachorum eligemus, & dicti Monachi duos legales ex meis, ut per viſum & ſacramentum eorum facta tranſgreſſio emendetur. Si verò dicti Monachi vel homines ſui, infra octo dies ut dictum eſt, mihi vel hæredibus meis emendam non fecerint, non licebit eis tranſire per terram meam, niſi per viam regalem, quouſque mihi vel hominibus meis, ſecundùm formam prædictam ſatisfactum fuerit. Do etiam dictis Monachis & concedo in puram & perpetuam elemoſinam, ut liceat eis liberè piſchari abſque impedimento mei vel meorum, per totam aquam de Ewenni, ubi eis placuerit, quamdiu terra illorum contra terram meam extendit; ita ſcil. quod cum in prædictâ aquâ piſchantur, medietas piſcis mihi vel hæredibus meis remaneat, alterâ medietate penès ipſos liberâ remanente. Et ego & hæredes mei idem ipſis Monachis, ſine contradictione vel impedimento faciemus, cum in dictâ aquâ piſchati fuerimus. His teſtibus, domino *Petro Pincernâ*, domino *Ricardo Pincernâ*, domino *Henrico* de *Hottâ* militibus; *Johanne* Vicario de S. *Brigidâ*, *Radulfo* de *Novo-Caſtello*, *Ricardo* tunc Capellano de Ewenni, *Rogero* de *Berkoles*, *Petro* tunc Clerico Prioris, *Adam* de *Trabervillâ*, *Johanne* de *Mudeleſcumba*, *Symundo* de *Wintoniâ*, & multis aliis.

PRIORATUS

de Blithe in agro Notinghamenſi.

Bulla Honorii *Papæ de immunitate præſtandi decimas.*

Ex Regiſtro Pr. de *Blidâ* penès *Gervaſium Cliſton* Mil. & Bar. A° 1660.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Rectori & fratribus domus Sancti *Joannis* Evangeliſtæ extra *Blidam* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii

noſtri ad debitum perducatur effectum : ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis præcibus inclinati ..... & domum veſtram cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis aut in futurum, præſtante Domino, juſtis modis poteritis adipiſci, ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus ; ſpecialiter autem libertates & immunitates ei Priore de *Blidâ*, Conventus ſui accidente conſenſu, & nobili Viro *W.* de *Creſſi* fundatore domus veſtræ piâ eidem Domui liberalitate collatas, terras, poſſeſſiones, ac alia bona veſtra ſicut ea omnia juſtè, canonicè & pacificè poſſidetis, ac in literis inde confectis dicitur contineri, vobis & per vos dictæ Domui auctoritate apoſtolicâ confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, diſtrictè inibentes, ne quis de hortis & virgultis ſeu veſtrorum animalium nutrimentis, Decimas à vobis exigere vel extorquere præſumat. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, confirmationis & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. *Laterani* Nonas *Martii* Pontificatus noſtri anno decimo.

Ordinationes W. Giffard Eborac. *Archiepiſcopi pro gubernatione ejuſdem.*

Ex Regiſtro Nuncupato *Grenefeild* penès Archiepiſc. *Ebor.* f. 137.

IN Dei nomine Amen, Nos *Willielmus*, Dei graciâ *Eborum* Archiepiſcopus *Angliæ* primas Viſitationis officium in Prioratu de *Blidâ* ſeptimò Idus *Decembris*, Anno Domini M. CC. Lxxvii. ſtudioſè in ſingulis excercentes, defectibus & exceſſibus quos reperimus requirentes reformationes ob evidentem neceſſitatem applicavimus ob cauſam ; ſtatuimus & ordinamus, quod obſequium divinum debitis horis & temporibus ſecundùm conſuetudines aliorum Monaſteriorum noſtræ Dioceſſus ejuſdem regulæ & obſervantiæ, devotè, honorificè, & jugiter obſervetur, niſi inevitabilis neceſſitas aliud ..... inducat, & ut id competentius & faciliùs fiat. Horologium conſtrui præcipimus, quatenus ſufficiat ſine morâ. Item decernimus quod Prior ob honorem & utilitatem Monaſterii in amoris dulcedinem ſe conventui & rejecto ſingulari Dominio ..... alliget & conformet, obedientiarios etiam in ſingulis officinis ſecundùm morem & modum aliorum Monaſteriorum, in ſingulis officinis cum plenâ ſui poteſtate præficiat & conſtituat de confratribus magis aptos ; Ita quod eorundem miniſteria per quoſcunque alios canonicè ritus regulares & conſuetudines alibi obſervatas cum moleſtiâ non celebrantur — Sic enim ſtatus cujuſlibet ad congruentiam deducetur. Item injungimus quod ſilentium ſuis locis & temporibus ſecundùm exigentiam regulæ deinceps obſervetur, ita quod nullus inde valeat ſe excuſare, cum per literam Abbatis vel ex permiſſione regulæ ritè fiat. Item ordinamus quod compotus omnium temporalium bis in anno coram ſenioribus & diſcretioribus domus reddatur diſtinctè in omnibus & apertè. Item volumus, quod in ſingulis agendis arduis, ſcilicet & prejudicialibus conſilium ſui conventus Prior præhabeat & ſequatur ; ita quod concordium & corporum concors inanimitas ipſos apud exteros & extraneos non exoſos ſed amabiles repreſentet. Opera & verba & inepta reſponſa ipſi Priori & cuilibet Monachorum, & maximè ſervientibus Monaſterii interdicimus omnimodo. Decrevimus etiâm, quod nullus Monachorum quicquam, in Oblationibus vel rebus aliis ſinè diſpoſitione Prioris ſui appropriet quoque caſu, nec ſinè ejuſdem juſtâ licentiâ extra obedientias vel clauſtrum aliquatenus evagetur. Item præcipimus in odorem famæ & meritum Monaſterii, quod Eleemoſinæ & Hoſpitalitatis elargitio per communem providentiam ad antiquum ſtatum congruè reducatur, quatenus ſuppetunt facultates. Item quod impoſterum debitâ & pronâ-ſuſtentatione ſinè difficultate qualibet procuretur. Item volumus, quoties opus fuerit, ſigillum crucis à cuſtodibus in communi fideliter producatur. Item injungimus, quod abſque communi proviſione nullæ fiant ſecretè immutationes vel aliàs —— Item injungimus quod Prior ſepius cum in Capitulo proclamationes auditurus correctiones excedentibus adhibendo : ſecretas etiam potationes & guloſas ingurgitationes quorundam qui conſortibus uſibus & regulæ reluctantes penitùs inhibemus. Item præcipimus quod omnia temporalia per fideles miniſtros contra deputandos cuſtodiantur de cæterò, ne voluntas unius ſed communium omnium vel ſaltem ſanioris partis ſicut ordo exigit ..... Præcipimus etiam quod effractiones oſtiorum .... & alio ..... quorundam Monachorum per Priorem inter cæteros de Conventu infra octo dies adeo corrigantur, quod de ulteriori protractione nos non oporteat moleſtari. Item diſtrictè præcipimus, quod omnes & ſinguli ſuo obediant Priori, ut Capiti in Canonicis præceptis humiliter & devotè. Item Volumus quod contra ejuſdem ſtatum Monaſterii veſtri à tempore creationis Prioris exquiſitè, & communiter revolvatis, ut geſta cujuſlibet Anni nobis : per ſcriptum Conventus poſt tranſ..... evidentiùs innoteſcat, Ut ex paternâ compaſſione, juxta vires remedium præparemus. Hæc igitur in Virtute obedientiæ, & ſub pœnâ Canonicæ diſtrictionis inviolabiliter obſervari, pœnas ad præſens deferentes prætextu experientiæ majoris, quàm adhuc habere diſpoſuimus zelo Patriæ .....

ABBATIA

de Bustleſham in agro Berrocenſi.

Carta Regis Henrici octavi *de novâ fundatione ejuſdem.*

Pat. 29 H. 8. Part. 4.

REx Archiepiſcopis, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod nos obſinceram & intimam devotionem, quam ad Deum & beatam virginem *Mariam* genitricem ſuam; necnon divini cultus augmentum, ac religionis obſervantiam ſtudium gerimus & habemus quoddam novum Monaſterium, ſive domum conventualem Ordinis S. *Benedicti*, ad laudem & honorem Dei & beatæ *Mariæ* Virginis in loco, terrâ, fundo, ſolo, circuitu, & principali ſive capitali ſcitu nuper Prioratus ſive Monaſterii de **Biſham**, alias **Biſham**-*Mountague*, alias **Buſtleſham**, in Comitatu noſtro *Berks.* modo diſſoluti, ac nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris per *Willielmum Menevenſem* Epiſcopum nuper Priorem commendatorium ejuſdem nuper Monaſterii ſive Prioratus, & ejuſdem loci conventum, per eorum Cartam, gerentem datam quinto die *Julii* anno regni noſtri Viceſſimo octavo & in Cancellariâ noſtrâ irrotulatam inde nobis confectam legitimè datam & conceſſam duximus erigendum, ordinandum & fundandum; ac in eiſdem ſolo & loco unum Monaſterium ſive Domum Conventualem de uno Abbate & treſdecim Monachis Ordinis prædicti, inibi divina officia indies miniſtraturis; ac pro bono & ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus, & pro ſalute animæ noſtræ cum ad hac luce migraverimus, ac pro ſalute animæ prærariſſimæ dudum conſortis noſtræ *Johannæ* nuper Reginæ *Angliæ* defunctæ, nec-non pro animabus liberorum & progenitorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum in eodem Monaſterio Oraturis, cæteraque omnia & ſingula alia facturis & perimpleturis juxta ordinationes, diſpoſitiones, proviſiones & ſtatuta, quæ per nos in eâ parte impoſterum erunt ordinatæ, diſpoſitæ & proviſæ, tenore præſentium realiter facimus, erigimus, fundamus, creamus, & ſtabilimus perpetuis futuris temporibus duraturum: Qui quidem nuper Prioratus ſive Domus novi Monaſterii S. *Trinitatis* Regis *Henrici* octavi de **Buſtleſham** imperpetuum nominabitur, nuncupabitur & vocabitur: ſicque Monaſterium illud imperpetuum nominari, nuncupari, & vocari volumus & ordinamus per præſentes.

Et idcirco nos prædictam noſtram fundationem plenum ſortiri effectum cupientes, & affectantes, locum, fundum, terram, ſcitum, procinctum & circuitum prædicti nuper Prioratus, ſive Domus de **Buſtleſham**, cum omnibus & ſingulis ædificiis, domibus, clauſtris, Eccleſiâ, campanilibus, cimiterio, campanis, aliiſque utenſilibus noſtris quibuſcunque, ad prædictum nuper Prioratum ſive Domum nuper pertinentia ſive aliquo modo ſpectantia, dilecto nobis in Chriſto *Johanni Cordrey* Monacho dicti Ordinis, & in ordinatione illo profeſſo, quem nos in Abbatem Novi-Monaſterii noſtri prædicti præficimus, ordinamus, creamus & conſtituimus per præſentes, ac Monachis Ordinis prædicti Deo ibidem ſervituris & religioni prædictæ mancipandis, pro divinis obſequiis, elemoſinis, & aliis pietatis & caritatis operibus ibidem ſuſtentandis, miniſtrandis, & ſupportandis, juxta ordinationem noſtram, ut promittitur plenius fiendis, damus, concedimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmamus.

Sciatis inſuper, quod nos, tam de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, quàm in conſideratione quod dictus *Johannes Cordrey* dudum Abbas nuper Monaſterii S. *Petri* Apoſtoli de *Cherteſey* in Com. noſtro *Surriæ*, & ejuſdem loci nuper Conventus, ad contemplationem & deſiderium noſtrum, una cum eorum aſſenſu & conſenſu, per eorum Cartam ſub Sigillo ſuo communi ſigillato, gerentem datam ſexto die *Julii* anno regni noſtri Viceſſimo nono, pro quibuſdam conſiderationibus in eadem Cartâ explicatis & declaratis, totum idem nuper Monaſterium de **Cherteſey**, ac omnia & ſingula Dominia, Maneria, Meſſuagia, Terras, Tenementa, Reverſiones, Redditus, Servicia, Rectorias, Vicarias, Portiones, Penſiones, Advocationes, & cætera Hæreditamenta ſua quæcunque eidem pertinentia, ſpectantia, ſive incumbentia infra regnum noſtrum *Angliæ*, *Walliæ*, & *Marchiis* ejuſdem nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris dederunt & conceſſerunt; conceſſimus ac per præſentes concedimus, pro nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtris præfatis Abbati & Monachis dicti Novi Monaſterii noſtri Sanctæ *Trinitatis* de **Buſtleſham**, quod ipſi nunc Abbas & Monachi & Succeſſores ſui ſint de cætero unum corpus incorporatum re & nomine; habeantque ſucceſſionem perpetuam, ac per nomen & ſub nomine Abbatis & Conventus Novi Monaſterii S. *Trinitatis* Regis *Henrici* octavi de **Buſtleſham** nominabuntur & vocabuntur imperpetuum. Quodque ipſi & ſucceſſores ſui per idem nomen & ſub eodem nomine ſint & erunt perſonæ habiles & in lege capaces, ad perquirendum, recipiendum & affectandum Maneria, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servicia, Advocationes, Libertates, Franchefias, Privilegia, & alia Emolumenta, Poſſeſſiones, & Hæreditamenta quæcunque tam Spiritualia quàm Temporalia; & quod habeant Sigillum commune pro rebus & negotiis ejuſdem Monaſterii agendis ſerviturum: Et quod prædictus *Johannes* nunc Abbas ejuſdem Novi Monaſterii de **Buſtleſham** prædictâ proſequi poſſint & defendere omnimodas cauſas, quærelas & actiones, tam reales quàm perſona-

perſonales & mixtas cujuſcunque fuerint generis ſive naturæ, & in eiſdem placitare poſſint & implacituri, tam coram nobis Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, quàm coram quibuſcunque Juſticiariis & Judicibus, tam Eccleſiaſticis quàm Temporalibus, & in quibuſcunque Curiis noſtris Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum, ac in aliis locis & Curiis quibuſcunque.

Et quod idem nunc Abbas & Succeſſores ſui Abbates dicti Novi Monaſterii abſque aliquâ licentiâ noſtrâ, aut Hæredum vel Succeſſorum noſtrorum licitè poſſint & valeant habere gaudere & uti unam Mitram Epiſcopalem, prout aliquis alius Abbas alicujus Monaſterii ejuſdem Ordinis infra regnum noſtrum *Angliæ* habet ſive utitur.

Et ulterius de uberiori gratiâ noſtrâ, pro conſideratione prædictâ dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus præfatis Abbati & Conventui dicti Novi Monaſterii noſtri de **Buſteleſham** & ſucceſſoribus ſuis totum ſcitum dicti nuper Monaſterii ſive Prioratus de **Biſham** alias **Buſteleſham** prædictâ in prædicto Comitatu noſtro *Berks.* ac totam Eccleſiam, Campanilia & Cimeterium ejuſdem nuper Monaſterii de **Biſham** aliàs **Buſtleſham**; necnon omnia Meſſuagia Domos ædificia, Grangias, Orrea, Columbaria, Ortos, Pomaria, Gardina, Aquas, Stagna, Vivaria, Terram & ſolum noſtra, tam infra quàm extra ac juxta contigue ſeu prope ſitum, ambitum, circuitum & procinctum ejuſdem nuper Monaſterii ſive Prioratus exiſtentia: Ac etiam omnia Maneria noſtra de **Buſtleſham** alias **Biſham** & **Iues** in dicto Comitatu noſtro *Berks.* ac **Temple-Bulſtrode**, **Crawltons** & **Ikford** in Comitatu noſtro *Buck.* cum eorum juribus membris pertinentiis & commoditatibus quibuſcunque dicto nuper Monaſterio de **Biſham** alias **Buſteleſham** ſpectantia & pertinentia; ac omnia Meſſuagia, Terras, Tenementa, Molendina, Redditus, Reverſiones, Servicia, Boſcos, feoda militum, Wardas, Maritagia eſcaetas, relevia, Curias Letas; Viſus Franciplegias, ac omnia quæ ad Viſum Franciplegii pertinent, Communias Piſcarias, ac alia jura Libertates, Francheſias, Juriſdictiones, Poſſeſſiones, & Hæreditamenta noſtra quæcunque cum eorum pertinentiis in **Biſham**, alias **Buſteleſham**. **Iues**, **Temple-Bulſtrode**, **Crawltons**, & **Ikford** prædictis, ſeu alibi ubicunque in dictis Comitatibus noſtris *Berks.* & *Buck.* ſeu in quocunque alio Comitatu dictis Maneriis de **Biſham** alias **Buſteleſham**, **Temple-Bulſtrode**, **Crawltons** & **Ikford**, ſeu eorum alicui quoquomodo ſpectantia ſive pertinentia, aut membra vel parcella eorundem Maneriorum, ſeu eorum alicujus habita, capta, cognita ſive reputatu exiſtentia: necnon totam grangiam noſtram de **Ethynſwell** in Comitatu noſtro *Suthamptoniæ*; & totum illud Molendinum cum pertinentiis in *Magnâ* **Marlowe** in dicto Comitatu noſtro *Buckinghamiæ.* Ac omnia illa Meſſuagia, Tenementa, Redditus, & Servicia noſtra vocata **Sondayes-Wharfe**, prope **Baynards-Caſtel** infra Civitatem noſtram *London.* dicto nuper Monaſterio, de **Biſham** alias **Buſtleſham** ſpectantia & pertinentia. Ac omnes illas Rectorias noſtras de **Biſham** alias **Buſtleſham** in dicto Comitatu noſtro *Berks.* & **Weſt-Wycombe** in dicto Comitatu noſtro *Buck.* ac **Curry-Rivell** in Com. noſtro *Somerſet*; ac **Kings-Clere**, **Oclee**, **Ethynſwell**, in Com. noſtro *Suthampton*; ac **Shalfiete** in Inſulâ *Vectâ* in eodem Comitatu noſtro *Suthampt.* ac **Helmerton** in Comit. noſtro *Wilteſ.* & **Mollesdale** in Com. noſtro *Denbigh*, & **Stokenham** in Com. noſtro *Devon.* cum eorum juribus & pertinentiis univerſis dicto nuper Monaſterio de **Biſham** alias **Buſtleſham** appropriata, ſpectantia, & pertinentia; ac omnia Meſſuagia, Terras, Glebas, Decimas, Oblationes, Penſiones, Portiones, Obventiones, Proficua, Jura, & Commoditates quæcunque in **Biſham** alias **Buſtleſham**, **Weſt-Wycombe**, **Curry-Rivell**, **Kings-Clere**, **Ethynſwell**, **Shalfiete**, **Helmerton**, **Mollesdale**, & **Stokenham** prædictis, vel alibi ubicunque eiſdem Rectoriis de **Biſham**, **Weſt-Wycombe**, **Curry-Rivell**, **Kings-Clere**, **Ethynſwell**, **Oclee**, **Shalfiete**, **Helmerton**, **Mollesdale**, & **Stokenham**, ſeu earum alicui quomodo ſpectantia ſive pertinentia: Ac totam illam Penſionem annualem decem marcarum exeuntem de Manerio ſive Hundredo de **Dulverton** in dicto Comitatu noſtro *Somerſet*, quam Prior Monaſterii de **Taunton** in eodem Comitatu noſtro *Somerſet.*, & Predeceſſores ſui annuatim ſolvere ſolebant dicto nuper Prioratui ſive Monaſterio de **Biſham** aliàs **Buſtleſham**: necnon omnia alia Maneria, Meſſuagia, Terras, Tenementa, Prata, Paſcuas, Paſturas, Mariſcos, Boſcos, Jampna Brueræ, Communias Piſcarias, Redditus, Reverſiones, Servicia, Annuitates, Redditus tenentium & firmariorum pro termino vitæ vel annorum; feoda Militum, Wardas, Maritagia, Eſcaetas, Relevia, Rectorias, Vicarias, Eccleſias, Capellas, Advocationes, Præſentationes, & Jura Patronatuum Rectoriarum, Vicariarum, Eccleſiarum, Capellarum, Canturiarum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, Penſiones, Portiones, Decimas, Oblationes, ac alia Jura, Poſſeſſiones, & Hæreditamenta noſtra quæcunque, tam ſpiritualia quàm temporalia cujuſcunque ſint generis, naturæ vel ſpeciei, ſeu quibuſcunque nominibus cenſeantur vel cognoſcantur, ſituata, jacentia, ſive exiſtentia in Villis, Campis, Parochiis, ſeu Hamelettis de **Biſham** aliàs **Buſtleſham**, **Iues**, **Covebam**, **Waydenhed**, **Braye**, & **Cluen**, in dicto Comitatu noſtro *Berks.* vel alibi ubicunque in eodem Comitatu noſtro *Berks.* & in Villis, Campis, Parochiis, ſeu Hamelettis de **Temple-Bulſtrode**, **Crawltons**, **Ikford**, **Magna-Marlowe**, **Parva-Marlowe**, **Hegeley**, **Bekynsfeld**, **Fulmer**, **Upton**, **Chalkounte**, **Weram**, **Eyrone**, **Marlhe**, **Ellesbo-**

Ellesborough., Chiddyngton, Dbourne, Iver, West-Wycombe, & Chipping-Wycombe, in dicto Comitatu noſtro *Buck.* ſeu alibi ubicunque in eodem Com. noſtro *Buck.* ac in Villis, Campis, Parochiis, ſeu Hamelettis de Tryng, Tryngford, Penley, & Bercampſtede, in Com. noſtro *Hertford*, vel alibi ubicunque in eodem Com. noſtro *Hertford*, ac in Civitate noſtrâ *London.* necnon in Villis, Campis, Parochiis, ſeu Hamelettis de Hurdecotte, Eurry-Rydell, Dulverton, & Somerton, in dicto Comitatu noſtro *Somerſ.* ſeu alibi ubicunque in eodem Comitatu noſtro *Somerſ.* ac etiam in Villis, Campis, Parochiis, ſeu Hamelettis de Rynges-Clere, Ethynſwell, Sydnaunton, Dclee, & Shalflete, in dicto Comitatu noſtro *Suthampton.* vel alibi ubicunque in eodem Comitatu noſtro *Suthampton.* ac in Helmerton in dicto Comitatu noſtro *Wilteſ.* vel alibi ubicunque in eodem Comitatu noſtro *Wilteſ.* ac in Bollesdale in dicto Comitatu noſtro *Denbigh.* vel alibi ubicunque in eodem Comitatu noſtro *Denbigh.* ac in Stokenham in dicto Comitatu noſtro *Devon.* vel alibi ubicunque infra regnum noſtrum *Angliæ*, *Walliæ*, & *Marchias* eorundem, dicto nuper Monaſterio ſive Prioratui de Bſham alias Buſſleſham, quoquo modo ſpectantia, ſive pertinentia, aut parcellas inde exiſtentia, adeo plenè & integrè, ac in tam amplis modo & formâ, prout dictus *Willielmus Menevenſis* Epiſcopus aut aliquis prædeceſſorum ſuorum, Priorum ejuſdem nuper Monaſterii de Buſſleſham in jure nuper Monaſterii illius ea omnia & ſingula dicto quinto die *Julii*, anno viceſſimo nono regni noſtri prædicti, aut antea habuit, tenuit, vel gaviſus fuit; ac adeo plenè & integrè ac in tam amplis modo & formâ, prout ea omnia & ſingula ad manus noſtras ratione & prætextu prædictæ Cartæ, per dictum *Willielmum Menevenſem* Epiſcopum, ut præfertur nobis confectam, ſeu quocunque alio modo devenerunt, ac in manibus noſtris jam exiſtunt, ſeu exiſtere debent vel deberent.

Dedimus ulterius & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus prædictis Abbati & Conventui dicti novi Monaſterii, & ejuſdem loci Conventui & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum omnes illas Rectorias noſtras Eccleſiarum Parochialium de Cherteſeye, Thorpe, Egham, Chabham, Bokeham, & Coveham, in Com. noſtro *Surreiæ*, ac Whyte-Waltham in Com. noſtro *Berks.* & Stanwell in Com. noſtro *Middleſex.* cum eorum juribus, pertinentiis, & commoditatibus quibuſcunque dicto nuper Monaſterio de Cherteſey appropriata, ſpectantia, & pertinentia; ac omnia Meſſuagia, Terras, Glebas, Penſiones, Portiones, Decimas, Oblationes, Obventiones, Proficua, & Emolumenta quæcunque in Cherteſey, Thorpe, Egham, Chabham, Bekeham, Coveham, White-Walton, & Stanwell prædictis eiſdem Rectoriis ſeu earum alicui quoquomodo ſpectantia ſive pertinentia: Exceptis tamen & nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris omnino reſervatis omnibus & ſingulis advocationibus Eccleſiarum, Vicariarum, & aliorum beneficiorum quorumcunque præſentabilium & non appropriatarum dicto nuper Monaſterio de *Cherteſeye* pertinentia ſive ſpectantia.

Dedimus etiam & conceſſimus, & per præſentes damus & concedimus prafatis Abbati & Conventui dicti Novi Monaſterii noſtri, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum omnes & omnimodas Decimas, & Portiones Decimarum, ac Annuales Penſiones quaſcunque, quæ dicto nuper Monaſterio de Cherteſeye, ante diſſolutionem inde ſpectare & ſolvi ſolebant & conſueverunt, vel ſpectare ſeu ſolvi debuiſſent de Eccleſiis de Effyngham, Chipſted, Ewell, Compton Aſhe, Weybridge, Biſſeleye, Fetham, Cuddoon & Sutton, in prædicto Comitatu noſtro *Surreiæ* & de Eccleſiâ de Hampnet, in Com. noſtro *Middleſex.* necnon totum illud Meſſuagium noſtrum vocatum Cherteſey-Houſe, ſituatum juxta Powles-Wharfe in *London.* dicto nuper Monaſterio de Cherteſeye, ſpectantia & pertinentia: necnon omnia illa Meſſuagia, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Firmas, & Servicia noſtra quæcunque in dictâ Civitate noſtrâ *London.* eidem nuper Monaſterio de Cherteſeye ſpectantia & pertinentia, ac parcellas inde exiſtentia.

Et ulterius dedimus, conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus præfatis Abbati & Conventui dicti Novi Monaſterii noſtri & ſucceſſoribus ſuis totum illum nuper Prioratum noſtrum de Cardigan, cum ſuis juribus & & pertinentiis univerſis in *Suthwalliâ* dicto nuper Monaſterio de Cherteſey ſpectantem & pertinentem, una cum Penſione Prioris ibidem: ac totam Rectoriam noſtram de Cardigan, necnon omnia & ſingula Meſſuagia, Gardina, Terras, Tenementa, Prata, Paſcuas, Paſturas, Boſcos, Sub-boſcos, Aquas Piſcarias, Redditus, Reverſiones, & Servicia, Rectorias, Eccleſias, Penſiones, Portiones, Decimas, Oblationes, Proficua, Reventiones, Emolumenta, ac alias Poſſeſſiones & Hæreditamenta noſtra quæcunque, cum omnibus & ſingulis pertinentiis in *Cardigan* & alibi ubicunque eidem nuper Prioratui de *Cardigan* quoquomodo pertinentia, ſpectantia, ſive incumbentia. Ac totum illum nuper Prioratum noſtrum beatæ *Mariæ* Virginis de Bethekilhart, alias Bethelkellard in Com. noſtro Carnarvan in partibus *Walliæ* dicto nuper Monaſterio de Cherteſey ſpectantem & pertinentem; necnon omnia & ſingula Dominia, Maneria, Meſſuagia, Terras, Tenementa, Prata, Paſcua, Paſturas, Boſcos, Sub-boſcos, Redditus, Reverſiones, Servicia, Rectorias, Advocationes, Penſiones, Portiones, Aquas, Piſcarias, ac omnia alia hæreditamenta & commoditates quæcunque cum eorum juribus & pertinentiis univerſis, ſituata, jacentia, ſive exiſtentia, in Villis, Parochiis, & Campis de Tresburth, Llandam, Treberth, in Com. de Angleſey, & in Villis, Parochiis, & Campis de Penarth, Pennant de Lewethlond, Ebere-

Ebererighe, Llanvarilgar, Bethekilhart, & Waypher, in dicto Com. noſtro Carnarvan, ſive alibi ubicunque eidem Prioratui de Bethekilhart, quoquomodo ſpectantia ſive pertinentia: Ac omnes & ſingulas Rectorias, Vicarias, & Jura Patronatuum Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, & Camtariarum de Bethkilhart, Llannydan, Dologand, alias Dologheland, Llanvaure, Llanveugle, Abberagh, & Buttus, in Com. noſtro de Angleley & Carnarvan, ſeu alibi in partibus *Wallie* exiſtentia, una cum omnibus & omnimodis Decimis, Oblationibus, Obventionibus, Penſionibus, Portionibus, & cæteris Poſſeſſionibus, Proficuis, Commoditatibus, & Emolumentis quibuſcunque eiſdem Eccleſiis, Rectoriis, & Vicariis, ſeu earum alicui pertinentibus, ſpectantibus, ſeu quoquomodo apponentibus; necnon omnia & ſingula alia, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servicia, & Hæreditamenta noſtra quæcunque eidem nuper Prioratui de Bethelkilhart, pertinentia, ſpectantia, ſive incumbentia adeo plenè & integrè ac in tam amplis modo & formâ prout nos prædictos Prioratus de Cardigan & Bethkilhart, ac cætera præmiſſa cum pertinentiis modo habemus, ac haberemus & teneremus, ac in manibus noſtris remanſiſſent, ſi præſens conceſſio noſtra inde facta non eſſet.

Et inſuper cum nos quandam Indenturam ſub magno Sigillo noſtro Curiæ Augmentationum reventionum Coronæ noſtræ, factam inter nos ex unâ parte & *Thomam More* de Hoſpicio noſtro ex alterâ parte, gerentem datam apud *Weſtmonaſterium* decimo die *Maii*, anno regni noſtri viceſſimo octavo, per adviſamentum & concenſum conſilii Curiæ Augmentationum, Reventionum prædictarum, tradideremus, conceſſeremus, & ad firmam dimiſeremus eidem *Thomæ* domum & ſcitum nuper Prioratus de Bedmenham, in Com. noſtro *Buck.* authoritate Parliamenti ſuppreſſi & diſſoluti, una cum omnibus Domibus, Edificiis, Orreis, Ortis, Pomariis, Columbariis, Gardinis, terrâ & ſolo infra ſcitum & procinctum dicti nuper Prioratus; ac omnia Terras, Tenementa, Cotagia, Prata & Paſturas, ſubſcripta ibidem eidem nuper Prioratui ſpectantia & pertinentia, videlicet xxviii. acras terræ in quodam magno Communi Campo ibidem, & unum ſeparalem Campum terræ vocatum Cherſland, continentem per eſtimationem ſex acras; unum Clauſum terræ vocatum Weybroke continentem per eſtimationem duas acras, unam parcellam Prati jacentem in Charlemede; continentem per eſtimationem tres acras; & unam acram Prati in Prato vocato *Le* Gretemede; necnon unum Tenementum cum uno Orreo jacente apud Hallywyke, unum Clauſum terræ ibidem vocatum *Le* Oldfelde, continentem per eſtimationem quatuor acras; unum Campum terræ vocatum Chappelfelde, continentem per eſtimationem xii. acras; unum Campum ibidem vocatum Fiſtellyfelde, continentem per eſtimationem octo acras; unum Campum ibidem vocatum Hoxhamfelde, continentem per eſtimationem decem acras; & tria Clauſa terræ ibidem vocata Up-crofts, continentia per eſtimationem xi. acras; tria Clauſa terræ ibidem vocata Rowe-crofts, continentia per eſtimationem octo acras; unum Clauſum terræ vocatum *Le* Hill, continentem per eſtimationem quinque acras; duas Croſtas teræ ibidem vocatas Bramel-croftes, continentem per eſtimationem duas acras & dimidium; unum Clauſum terræ ibidem vocatum Dibdene, continentem per eſtimationem quatuor acras; ac unam acram prati in Charlemede, unam acram prati in Le *Commen-mede*; ac quinque acras & dimidium prati jacentes in *Le* Weſtmede; & unum Clauſum vocatum Weſtfeld-cloſe, necnon quatuor *Lez* Yatts, in aquâ *Thamiſiæ* ibidem, una cum libertate piſcandi & aucupandi ibidem, ac cum paſturâ ad ſex Vaccas interleſuas & averia domini *Montague*, & tenentium ſuorum pro tempore exiſtentium infra dominium ſuum ibidem annuatim depaſcendas; ac etiam ſex acras & unum *le Butte* terræ jacentes in *Le Farre*-Town-felde; ac quatuor acras terræ jacentes in *Le Hither-Town-felde*; quatuor acras terræ jacentes ſuper le *Erthe-Pytte*; ſex acras terræ arabilis in *Lez* Stretts ibidem; unum Clauſum terræ vocatum Wyers-crofte, continentem per eſtimationem decem acras, & octo acras terræ in Bery-Downe & Bery-Dene; ac unum Cotagium cum pertinentiis in *Medmenham* modo in tenurâ *Rogeri Davy*; unum Cotagium ibidem modo in tenurâ *Roberti Symons*, cum uno Clauſo terræ eidem pertinente, continente per eſtimationem duas acras; necnon ſeptem acras terræ jacentes in Berkmerfeld; unum Clauſum terræ vocatum *Water-crofte*, continentem per eſtimationem tres acras; unum Clauſum terræ vocatum Greys-cloſe, continentem per eſtimationem quatuor acras; unum Clauſum terræ vocatum Wydefeld, continentem per eſtimationem ſeptem acras: Et unam acram terræ in *Le* Nether-Long-Bowme; necnon unum Cotagium in Bedmenham prædictâ cum uno Clauſo eidem pertinente, per eſtimationem unam acram; & unam parcellam prati jacentem in *Le* Gretemede ibidem nuper in tenurâ.... *Tayler* viduæ; unum Cotagium cum Gardino in Bedmenham prædictâ nuper in tenurâ *Radulphi Parſlowe*; ac etiam unum Cotagium cum Gardino & Clauſo terræ eidem pertinente in Bedmenham prædictâ nuper in tenurâ *Ricardi Barnecote* una cum omnibus Communiis, Libertatibus, & Commoditatibus quibuſcunque præmiſſis, ſeu alicui inde parcellæ ſpectantibus & pertinentibus: Exceptis tamen & nobis & ſucceſſoribus noſtris omnino reſervatis omnibus Groſſis Arboribus & Boſcis, ac omnibus talibus & hujuſmodi Edificiis infra ſcitum & procinctum dicti nuper Prioratus, quæ nos ibidem impoſterum proſterni & auferri mandaverimus: Habendum & tenendum

ſcitum

ſcitum prædictum, ac cætera omnia & ſingula præmiſſa cum pertinentiis, exceptis præexceptis præfato *Thomæ* & aſſignatis ſuis à feſto S. *Michaelis* Archangeli adtunc ultimo præterito uſque ad finem termini & per terminum XXI. annorum extunc proximè ſequentium & plenariè complendorum; Reddendo inde annuatim nobis & ſucceſſoribus noſtris ſeptem libras ſeptemdecim ſolidos & octo denarios legalis monetæ *Angliæ* ad Feſta *Annunciationis* beatæ *Mariæ* Virginis & S. *Michaelis* Archangeli, vel infra unum Menſem poſt utrumque Feſtum Feſtorum illorum ad Curiam prædictam per equales portiones ſolvendos, durante termino prædicto, prout per Indenturam illam inter alia plenius liquet.

Cumque nos per quandam aliam Indenturam ſub Sigillo prædicto factam inter nos ex unâ parte, & *Elizabetham Reſtewould* ex alterâ parte, gerentem datam apud *Weſtmonaſterium* xv°. die *Martii* anno regni noſtri xxviij°. per adviſamentum & conſenſum Conſilii Curiæ Augmentationem prædictarum, tradiderimus, conceſſerimus, & ad firmam dimiſerimus eidem *Elizabethæ* domum & ſcitum nuper Prioratus de *Parvâ* **Marlowe** in prædicto Com. *Buck.* auctoritate Parliamenti ſimili modo ſuppreſſi & diſſoluti, unacum omnibus domibus, edificiis, orreis, ſtabulis, ortis, pomariis, gardinis terrâ & ſolo infra ſcitum & procinctum dicti nuper Prioratus; ac omnia, terras, prata, & paſturas ſubſcriptas eidem nuper Prioratui ſpectantia & pertinentia; *viz.* unam clauſuram paſturæ vocatam **Horſemore**, continentem per eſtimationem tres acras; unum campum vocatum **Lynewoth** continentem per eſtimationem octo acras; unum campum terræ arabilis vocatum **Welfeld**, continentem per eſtimationem treſdecim acras, unum campum terræ vocatum **Colmers-croft**, continentem per eſtimationem decem acras; duos ſeparales campos terræ, unum eorum vocatum *Holley*, & alterum eorum vocatum **Blakwell**, ſimul cum unâ parcellâ terræ vocatâ **Hacknam** continente in toto per eſtimationem xxxii. acras; unum campum terræ vocatum **Gyete-Hackwell** continentem per eſtimationem xx. acras; unum campum terræ juxta *Thamiſiam* vocatum **Sanhill** continentem per eſtimationem treſdecim acras; unum campum terræ vocatum **Long-furlong**, continentem per eſtimationem treſdecim acras; unum campum terræ vocatum **Half-yarde**, continentem per eſtimationem octodecim acras; ſimul cum duabus acris terræ in campo vocato **Weſtfelde**, in Parochiâ de **Woburne**; unum campum terræ vocatum **Woodbyethe**, continentem per eſtimationem xii. acras; unum campum terræ vocatum **Bydefelde**, continentem per eſtimationem xxv. acras; unum campum terræ vocatum **Shepcotefeld**, continentem per eſtimationem quinque acras; unum campum terræ vocatum **Houſeham**, continentem per eſtimationem octo acras, ac xx. acras prati, per eſtimationem ſive plus ſive minus diviſim jacentes in diverſis locis; unum clauſum terræ arabilis vocatum **Knolles**, continentem per eſtimationem ſex acras; ac etiam decem acras per eſtimationem, ſive plus ſive minus jacentes in *Higherland*; necnon ſeptem acras terræ arabilis in campo vocato **Churchefeld**, nuper in tenurâ *Radulfi Carter*, & tres acras terræ arabilis in eodem campo nuper in tenurâ *Edwardi Luſtnam*, ac totam communiam in quatuor ſeparalibus ſive communibus campis in quadam ſilvâ ſive quodam nemore vocato **Shopwythe**, necnon decimas quaſcunque de & in omnibus & ſingulis præmiſſis annuatim provenientes & creſcentes. Ac etiam Rectoriam Eccleſiæ Parochialis de *Parvâ* **Marlowe** & Capellam de **Cawlbroke**, cum pertinentiis in Comitatu prædicto, dicto nuper Prioratui ſpectantem & pertinentem, unacum uno Cotagio eidem Capellæ pertinente, ac cum omnibus decimis, oblationibus, obventionibus, proficuis, & emolumentis quibuſcunque eiſdem Rectoriæ & Capellæ ſeu eorum alteri pertinentibus ſive ſpectantibus: Exceptis & nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris omnino reſervatis omnibus groſſis arboribus & boſcis de in & ſuper præmiſſis creſcentibus & exiſtentibus, ac advocatione Vicariæ Eccleſiæ de Parvâ *Marlowe* prædictâ, necnon omnibus talibus & hujuſmodi edificiis infra ſcitum & procinctum dicti nuper Prioratus quæ nos ibidem impoſterum proſterni & auferri mandaverimus: Habendum & tenendum domum & ſcitum prædicta, ac cætera omnia & ſingula præmiſſa cum pertinentiis, exceptis præexceptis præfatæ *Elizabethæ* & aſſignatis ſuis à Feſto S. *Michaelis* Archangeli ultimo præterito uſque ad finem termini, & per terminum xxi. annorum extunc proximè ſequentium & plenariè complendorum: Reddendo inde annuatim nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris ſexdecim libras xij. ſolidos & ſeptem denarios legalis monetæ *Angliæ*; *viz.* pro prædicto ſcitu, terris, pratis, paſturis, & communiis quinque libras, xvj. ſolidos & ſex denarios, & pro prædictis decimis eorundem octo ſolidos & unum denarium; & pro prædictâ Rectoriâ decem libras; & pro prædictâ Capellâ & oblationibus ejuſdem & Cotagio in **Cawlbroke** prædictâ octo ſolidos ad Feſtum *Annunciationis* beatæ *Mariæ* Virginis & S. *Michaelis* Archangeli, vel infra unum menſem poſt utrumque Feſtum Feſtorum illorum ad Curiam prædictam per equales portiones ſolvendos durante termino prædicto, prout per Indenturam illam inter alia plenius continetur.

Cumque etiam nos per quandam aliam Indenturam ſub ſigillo noſtro Curiæ noſtræ Augmentationum reventionum Coronæ noſtræ, factam inter nos ex unâ parte & *Johannem Norres* armigerum ex alterâ parte, gerentem datam decimo die *Novembris* Anno regni noſtri xxviij°. per adviſamentum & conſenſum Conſilii Curiæ Augmentationum reventionum Coronæ noſtræ tradiderimus, conceſſerimus, & ad firmam dimiſerimus præfato *Johanni Norres* domum & ſcitum nuper Prioratus de **Ankerwyke** in dicto Comitatu noſtro *Buck:* una cum omnibus domibus, edificiis, columbariis,

bariis, ortis, pomariis, gardinis, terrâ & ſolo infra ſcitum & procinctum ejuſdem nuper Prioratus ac omnia, terras, prata, & paſturas ſubſcriptas eidem nuper Prioratui ſpectantibus & pertinentibus; *viz.* unum pratum ſive paſturam vocatam **Ankerwyke**, continentem per eſtimationem duodecim acras; unum campum terræ arabilis vocatum **Hallfeld**, cum rupibus & dumis in eodem creſcentibus continentem per eſtimationem xlj. acras; unum pratum vocatum **Longmede**, continentem per eſtimationem ſeptem acras; unum pratum vocatum **Goze mede**, continentem per eſtimationem quinque acras prati, & unam acram terræ arabilis in eodem; unum pratum vocatum **Deymede**, continentem per eſtimationem ſex acras & dimidium; unum pratum vocatum **Noze mede**, continentem per eſtimationem quatuor acras; unum campum terræ arabilis vocatum **Redyngfeld**, continentem per eſtimatioem xij. acras, ac herbagium unius grovi-boſci, vocati **Rewyke**; necnon decimas omnium & ſingulorum præmiſſorum, unacum omnibus & ſingulis pertinentiis, proficuis, & commoditatibus quibuſcunque præmiſſis ſeu eorum alicui ſpectantibus; exceptis inde & omnino reſervatis nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris omnibus groſſis arboribus & boſcis de in aut ſuper præmiſſis creſcentibus & exiſtentibus, ac omnibus talibus & hujuſmodi edificiis infra ſcitum & procinctum dicti nuper Prioratus quæ nos ibidem impoſterum proſterni & auferri mandaverimus: Habendum & tenendum ſcitum & domum prædictam, ac cætera omnia & ſingula præmiſſa præfato *Johanni* & aſſignatis ſuis à Feſto S. *Michaelis* Archangeli ultimo præterito uſque ad finem termini & per terminum xxi. annorum extunc proximè ſequentium & plenariè complendorum: Reddendo inde annuatim nobis hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris ſex libras, novem ſolidos & quatuor denarios legalis monetæ *Angliæ*, ad Feſta *Annunciationis* Beatæ *Mariæ* Virginis, & S. *Michaelis* Archangeli, vel infra unum menſem poſt utrumque Feſtum Feſtorum illorum ad Curiam prædictam per equales portiones ſolvendos, durante termino prædicto, prout per Indenturam illam inter alia plenius apparet.

Cumque etiam nos per quandam aliam Indenturam ſub Sigillo noſtro prædicto factam, inter nos ex unâ parte, & *Chriſtopherum Litcot* ex altera parte gerentem datam apud *Weſtmonaſterium* decimo die *Maii* anno regni noſtri xxix°. per adviſamentum & conſenſum Conſilii Curiæ Augmentationum reventionum Coronæ noſtræ tradiderimus, conceſſerimus, & ad firmam dimiſerimus præfato *Chriſtophero Litcot* omnes & omnimodas decimas & oblationes quaſcunque in Villis de **Colſall**, **Bakley**, **Balyngwerke**, **Calcot**, & **Halywell**, ac oblationem in Capellâ S. *Winefridis* nuper Monaſterio de **Balyngwerke** infra Epiſcopatum *Aſſavenſem* ſpectantes & pertinentes, Habendum & tenendum decimas & oblationes prædictas cum pertinentiis præfato *Chriſtophero* & aſſignatis ſuis à Feſto *Annunciationis* Beatæ *Mariæ* Virginis ultimo præterito uſque ad finem termini & per terminum xxi. annorum extunc proximè ſequentium & plenariè complendorum: Reddendo inde annuatim nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris triginta libras novem ſolidos & octo denarios legalis monetæ *Angliæ* ad Feſta S. *Michaelis* Archangeli & *Annunciationis* Beatæ *Mariæ* Virginis, vel infra unum menſem poſt utrumque Feſtum Feſtorum illorum ad Curiam prædictam, per equales portiones ſolvendos durante termino prædicto, prout per Indenturam illam inter alia plenius continetur.

Cumque inſuper nos per quandam aliam Indenturam ſub Sigillo noſtro Curiæ Augmentationum prædictarum factam inter nos ex unâ parte & *Johannem Pilſton*, & *Johannem ap Richard* ſervientes ad Arma ex alterâ parte, gerentem datam apud *Weſtmonaſterium* decimo die *Maii* anno regni noſtri Viceſimo nono, per adviſamentum & conſenſum Conſilii Curiæ Augmentationum prædictarum, inter alia tradiderimus, conceſſerimus, & ad firmam dimiſerimus eiſdem *Johanni* & *Johanni* Rectoriam de *Eglos-Roſſe*, cum pertinentiis nuper Monaſterio de **Conway**, infra Epiſcopatum *Aſſavenſem*, autoritate Parliamenti ſuppreſſo & diſſoluto ſpectantem & pertinentem, unacum omnibus decimis, oblationibus, proficuis, emolumentis, & commoditatibus, quibuſcunque eidem Rectoriæ ſpectantibus & pertinentibus: Habendum & tenendum Rectoriam prædictam cum pertinentiis præfatis *Johanni* & *Johanni* à Feſto *Annunciationis* Beatæ *Mariæ* Virginis, adtunc ultimo præterito uſque ad finem termini & per terminum xxi. annorum, extunc proximè ſequentium & plenariè complendorum: Reddendo inde annuatim nobis & hæredibus noſtris octodecim libras, ſex ſolidos & octo denarios legalis monetæ *Anglicanæ* ad Feſta S. *Michaelis* Archangeli, & *Annunciationis* Beatæ *Mariæ* Virginis, vel infra unum Menſem poſt utrumque Feſtum Feſtorum illorum ad Curiam prædictam per equales portiones ſolvendos, durante termino prædicto, prout per Indenturam prædictam plenè liquet.

Cumque nos per literas noſtras patentes ſub Magno Sigillo noſtro prædicto Curiæ noſtræ Augmentationum reventionum Coronæ noſtræ factam, gerentem datam xxvij°. die *Aprilis* anno regni noſtri xxix°. dederimus & conceſſerimus *Ricardo ap Robert ap Rice*, Rectorias Eccleſiarum de **Llangh** & **Llan-Patrike**, cum pertinentiis nuper Abbatiæ de **Conwey**, infra Epiſcopatum *Aſſavenſem* auctoritate Parliamenti ſuppreſſæ & diſſolutæ ſpectantes, ac omnia Meſſuagia, Orrea, Domos, Ædificia, Terras, Prata, Paſturas, Decimas, Oblationes, Obventus, Proficua, Emolumenta, & Commoditates quæcunque cum pertinentiis eiſdem Rectoriis ſeu eorum alteri quoquomodo ſpectantes & pertinentes; habendum & tenendum Rectorias prædictas, ac cætera præmiſſa cum pertinentiis, exceptis præexceptis, præfato *Ricardo* & aſſignatis ſuis, à Feſto *Annunciationis* Beatæ *Mariæ* Virginis ultimo præterito, ad terminum vitæ ipſius *Ricardi*, vel quouſque idem *Ricardus* ad unum vel plura beneficia Eccleſiaſtica ſive alia promotionem condignam clari annui valoris viginti librarum per nos pro-

promotus fuerit: Reddendo inde annuatim nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris ſex libras, treſdecim ſolidos & quatuor denarios legalis monetæ *Angliæ*, ad Feſta S. *Michaelis* Archangeli, & *Annunciationis* Beatæ *Mariæ* Virginis, vel infra unum Menſem poſt utrumque Feſtum Feſtorum illorum ad Curiam prædictam per æquales portiones ſolvendas, prout in eiſdem Literis Patentibus inter alia plenè liquet: Sciatis quod nos de gratiâ noſtrâ prædictâ, & pro conſideratione ſupradictâ dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus præfato *Johanni Cordrey* Abbati dicti Novi Mònaſterii de **Buſteleſham**, & ejuſdem loci Conventui & ſucceſſoribus ſuis omnes & ſingulas, prædictas ſeparales reverſiones omnium & ſingulorum prædictorum ſcituum, terrarum, tenementorum, & cæterorum omnium & ſingulorum præmiſſorum præfatis *Thomæ More*, *Elizabethæ Reſtwolde*, *Johanni Norres*, *Chriſtophero Litcot*, *Johanni Pilſton* & *Johanni ap Richard*, ac *Ricardo ap Robert ap Rice*, ut præfertur ſeparaliter dimiſſas & conceſſas, ac totum prædictum redditum ſeptem librarum, ſeptemdecim ſolidorum & octo denariorum ſuper dimiſſionem præfato *Thomæ More*, ut præfertur confertam reſervatam; ac totum prædictum redditum xvi. *li.* xii. *s.* & vii. *d.* ſuper dimiſſionem prædictæ *Elizabethæ Reſtwold*, ut præfertur confectam reſervatum; Et totum redditum octodecim librarum ſex ſolidorum & octo denariorum ſuper dimiſſionem præfatis *Johanni Pilſtin* & *Johanni ap Richard*, ut prætertur confectam reſervatam: Et totum prædictum redditum ſex librarum, treſdecim ſolidorum & quatuor denariorum ſuper conceſſionem præfato *Ricardo ap Robert ap Rice*, ut præfertur confectam reſervatam; ac omnes & ſingulos ſcitus, Eccleſias, Campanilia & Cimiteria prædictorum nuper Monaſteriorum ſive Prioratuum de **Bedmenham**, *Parvâ*-**Marlowe**, alias **Bynchin-Marlowe** & **Ankewyke** prædictâ; necnon omnia & ſingula alia Maneria, Meſſuagia, Terras, Tenementa, Molendina, Prata, Paſcuas, Paſturas, Boſcos Jampnæ brueræ, Communias Piſcarias, Redditus, Reverſiones, Servicia, Feoda Militum, Eſcaeta, Relevia, Wardas, Maritagia, Rectorias, Vicarias, Eccleſias, Capellas, Advocationes, Donationes, Præſentationes & Jura Patronatuum, Rectoriarum, Vicariarum Eccleſiarum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, Penſiones, Portiones, Decimas, Oblationes, Proficua, Emolumenta, viſus Franci Plegii, ac omnia quæ ad viſum Franci Plegii pertinent, Catalla Waiviata & extrahuras, ac alia Jura, Juriſdictiones, Franchefias, Libertates, & Privilegia quæcunque, ac alia poſſeſſiones & hæreditamenta noſtra quæcunque, tam ſpiritualia quàm temporalia, cujuſcunque ſint generis, naturæ vel ſpeciei, ſeu quibuſcunque nominibus cenſeantur vel cognoſcuntur ſcituata, jacentia, vel exiſtentia in Villis, Campis, Parochiis, ſeu Hamletis de **Bedmynham**, *Parvâ*-**Marlowe**, **Bynchin-Marlowe**, **Hamleden**, **Hogeley**, **Stoke**, **Barkyngfeld**, **Hedeſore**, **Cabyoke**, **Burneham**, **Caplowe**, **Wygone**, **Penne**, **Wendene**, prope **Weſtone**-*Turvile* & **Ankerwyke**, **Alderborne**, **Hardyngton-Hays**, **Hyenefold**, **Stanwell**, **Perke**, **Weyſbury**, **Staines**, **Egham**, *Nova*-**Wyndſore**, *Veteri*-**Wyndſore**, & **Baſſingbourne**, in dictis Comitatibus noſtris *Buck. Berks.* & *Middleſex*, ac in **Takeley** in Com. noſtro *Eſſex*: ac in **Canwyke ſtrete** & **Flete-ſtrete** *London*, ſeu alibi ubicunque in prædictis Comitatibus noſtris *Bucks. Berks.* & *Middleſex*, vel in Civitate noſtrâ *London*, aut in eorum aliquo, vel alibi ubicunque infra regnum noſtrum *Angliæ* dictis nuper Prioratibus, ſive Monaſteriis de *Medmenham*, *Parva-Marlowe*, alias **Bynchyn-Marlowe** & **Ankewyke**, ſeu eorum alicui quoquòmodo ſpectantia ſive pertinentia, ac parcellas eorundem, ſive eorum alicujus exiſtentia, adeo plenè & integrè, ac in tam amplis modo & formâ prout ea omnia & ſingula ratione & prætextu diſſolutionum & ſuppreſſionum dictorum nuper Prioratuum ſive Monaſteriorum de **Bedmenham**, *Parva*-**Marlowe**, alias **Bynchin-Marlowe**, & **Ankewyke** prædictis, aut eorum alicujus; ſeu ratione & prætextu cujuſdam Actus de quibuſdam Monaſteriis, Abbathiis, Prioratibus & Domibus Religioſis diſſolvendis in Parliamento noſtro apud *London* tertio die *Novembris*, anno regni noſtri xxj°. inchoato, & deinde uſque Monaſterium adjornato, & per diverſas prorogationes uſque ad & in quartum diem *Februarii*, anno regni noſtri viceſſimo ſeptimo continuato, & tunc ibidem tanto inter alia editi & proviſi, ſeu quocunque alio modo ad manus noſtras devenerunt, ſeu devenire debuerunt, ac in manibus noſtris jam exiſtunt, ſeu exiſtere debent vel deberent.

Et ulterius de uberiori gratiâ noſtrâ dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus præfatis nunc Abbati & Conventui dicti Novi Monaſterii noſtri & ſucceſſoribus ſuis omnes illas Rectorias noſtras Eccleſiarum Parochialium de **Conweye**, **Ewitthi**, **Eglos-Roſe**, **Uaugh**, & **Llan-Patrik**, cum eorum juribus, pertinentiis, & commoditatibus quibuſcunque in Com. noſtro **Carnarvan** in *North-Wallia*, dicto nuper Monaſterio de **Conweye** in *North-Wallia* authoritate Parliamenti ſuppreſſo & diſſoluto ſpectantes & pertinentes. Ac totam Rectoriam noſtram de **Halywell** in Com. noſtro **Flynt** nuper Monaſterio ſive Prioratui de **Balyngwerke** in eodem Comitatu noſtro **Flynt** ſimili modo ſuppreſſo & diſſoluto ſpectantem & pertinentem; ac advocationes, preſentationes & jura Patronatuum Vicariarum & Eccleſiarum de **Conweye**, **Ewitthi**, **Eglos-Roſe**, **Uaugh**, **Llan-Patrike**, & **Halywell** prædictis; ac omnia & omnimoda Meſſuagia, Terras, Tenementa, Terras, Glebas, Penſiones, Portiones, Decimas, Oblationes, Obventiones, Jura, & Emolumenta quæcunque eiſdem Rectoriis, ſive Eccleſiis de **Conwey**, **Ewythe**, **Egloſſe**, **Iroſſe**,

Vaugh, Llan-Patrik, & Halywell, prædictis ſeu earum alicui quoquomodo ſpectantes ſive pertinentes, adeo plenè & integrè, ac in tam amplis modo & formâ prout Rectoriæ illæ cum pertinentiis ad manus noſtras ratione & prætextu diſſolutionum ſive ſuppreſſionum dictorum nuper Monaſteriorum de **Conwey** & **Balyngwerke**, ſeu eorum alterius vel ratione & prætextu dicti Actus Parliamenti, vel aliter quoquomodo devenerunt, ſeu devenire debuerunt, ſeu deberent, ac in manibus noſtris jam exiſtunt ſeu exiſtere debent vel deberent.

Et ulterius de uberiori gratiâ noſtrâ damus & per præſentes concedimus præfatis nunc Abbati & Conventui dicti Novi Monaſterii noſtri & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum viſum Franci Plegii, ac omnia quæ ad viſum Franci Plegii pertinent; necnon alia, tot tanta & talia hujuſmodi Franchelias, Libertates, Juriſdictiones, & Privilegia in omnibus & ſingulis prædictis Maneriis, Terris, Tenementis, & cæteris præmiſſis ſuperius per præſentes data & conceſſa in qualibet eorum parcellâ, quot quanta & qualia Priores ſive Abbates, Prioriſſæ ſeu Gubernatores dictorum nuper Monaſteriorum de **Buſteleſham, Chertſey, Bedmendam, Bynchin-Barlowe,** & **Ankewwyke**, vel eorum aliquis tempore diſſolutionum ſive ſuppreſſionum eorundem nuper Monaſteriorum aut unquam antea habuerunt, tenuerunt, vel gaviſi fuerunt in eiſdem Maneriis, Terris, & Tenementis, & cæteris præmiſſis, aut in aliquâ eorundem parcella. Quæ quidem omnia & ſingula Maneria, Meſſuagia, Terræ, Tenementa, & cætera præmiſſa ſuperius per præſentes data & conceſſa, ſunt clari annui valoris ſexcentarum ſexaginta unius librarum quatuordecim ſolidorum novem denariorum & unius oboli & non ultra per annum: Habendum, tenendum, & gaudendum omnia & ſingula prædicta Maneria, Meſſuagia, Terras, Tenementa, Rectorias, & cætera omnia & ſingula præmiſſa, cum omnibus & ſingulis ſuis juribus, pertinentiis, proficuis, & commoditatibus univerſis præfato *Johanni Cordrey* nunc Abbati dicti Novi Monaſterii & ejuſdem loci Conventui & eorum ſucceſſoribus imperpetuum; tenendum de nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris in Capite per ſervicium unius Feodi Militis, ac per annuum redditum ſeptuaginta duarum librarum & ſeptemdecim denariorum nomine decimæ, ſive annualis decimæ partis omnium & ſingulorum præmiſſorum ad Curiam noſtram Augmentationum reventionum Coronæ noſtræ ad Feſtum S. *Michaelis* Archangeli omnino ſolvendum, pro omnibus redditibus, ſerviciis, & demandis quibuſcunque proinde quoquomodo petendum, reddendum, ſolvendum, vel faciendum.

Et ulterius de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus, ac per præſentes præfatis Abbati & Conventui dicti Novi Monaſterii noſtri & ſucceſſoribus ſuis; quod omnes noſtræ donationes & conceſſiones ſupraſcriptæ per verba generalia, ſive per terminos univerſales, de omnibus & ſingulis præmiſſis, & quælibet eorum parcellæ, ſint & erunt adeo validæ & beneficiales in lege, & ita acceptæ & intellectæ pro dictis Abbate & Conventu & ſucceſſoribus ſuis, ac ſi eſſent per verba ſpecialia, ſive per terminos particulares, ac in omni certitudine poſitæ eiſdem Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis donatæ & conceſſæ, & prout eſſent ſi Villæ, Hamlettæ, loci ac Comitatus in quibus Commiſſa omnia per nos ſuperius data & conceſſa ſunt ſpecialiter ac nominatim in præſentibus explicata ſpecificata & declarata fuiſſent.

Et ulterius de ampliori gratiâ damus & per præſentes concedimus præfato Abbati dicti Novi Monaſterii noſtri omnia & omnimoda, exitus, redditus, reventiones, & proficua omnium & ſingulorum præmiſſorum, à Feſto S. *Michaelis* Archangeli ultimo præterito hucuſque provenientia ſive creſcentia, habenda eidem Abbati ex dono noſtro abſque computo, ſeu aliquo alio proinde nobis vel hæredibus noſtris reddendo, ſolvendo vel faciendo.

Concedimus etiam per præſentes præfatis Abbati & Conventui dicti Novi Monaſterii & ſucceſſoribus ſuis; quod iidem Abbas & Conventus & ſucceſſores ſui habeant has Literas noſtras Patentes ſub Magno Sigillo noſtro *Angliæ* debito modo confectas, & omnia Brevia & Warrantia ſuperinde imposterum proſequenda ſeu allocanda abſque fine vel feodo magno vel parvo, aut aliquo alio nobis, hæredibus aut ſucceſſoribus noſtris proinde in Hanaperio Cancellariæ noſtræ vel alibi ad opus noſtrum ſolvendis aut reddendis: proviſo ſemper quod dicti Abbas & Conventus dicti Novi Monaſterii noſtri & ſucceſſores ſui reputabunt, acceptabunt & habebunt nos, hæredes, & ſucceſſores noſtros veros & indubitatos ejuſdem Monaſterii fundatores imperpetuum.

Ac etiam conceſſimus, ac per præſentes concedimus prædictis Abbati & Conventui dicti Novi Monaſterii noſtri & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, quod prædicti Abbas & Conventus, nec eorum ſucceſſores imperpetuum tempus futurum per aliquem ordinarium, ſive aliquos ordinarios, nec per eorum miniſtros, ſed per nos hæredes & ſucceſſores noſtros ſolummodo viſitentur.

Et cum per quendam Actum in Parliamento noſtro apud *London* tertio die *Novembris* anno regni xxj°. inchoato, & deinde uſque *Weſtmonaſterium* adjornato, & per diverſas prorogationes uſque ad in tertium diem *Novembris* anno regni noſtri xxvj°. continuato, & tunc ibidem tento, edito & proviſo, inter alia ſtabilitum & ordinatum exiſtit, quod nos hæredes & ſucceſſores noſtri annuatim haberemus annualem redditum ſive penſionem extendentem ad valorem decimæ partis omnium reventionum, redditum, firmarum, decimarum, oblationum, emolumentorum, & omnium aliorum proficuorum, tam vocatorum ſpiritualium quàm temporalium tunc pertinentium, ſeu quæ extunc imposterum pertinere ad aliquod Archiepiſcopatum, Epiſcopatum, Abbathiam, Monaſterium, Prioratum, Archidiaconatum, Decanatum, Hoſpitale,

Hoſpitale, Collegium, Domum Collegiatam, Præbendam, Eccleſiam Cathedralem, Eccleſiam Collegiatam, Eccleſiam Conventualem, Rectoriam, Vicariam, Cantariam, Liberam Capellam, vel aliud Beneficium, vel Promotionem Spiritualem, cujuſcunque naturæ ſeu qualitatis fuerint infra aliquam Dioceſim hujus regni, vel in *Walliâ*: Et quod nos, hæredes & ſucceſſores n ſtri hujus regni Reges haberemus & gauderemus, de tempore in tempus imperpetuum duraturum de qualibet tali perſonâ & perſonis, quæ aliquo tempore poſt primum diem *Januarii* tunc proximo ſequentem, nominaretur, eligeretur, præficeretur, præſentaretur, conferatur, ſeu aliquibus aliis mediis appunctuarerur habere aliquam dignitatem beneficiorum aut promotionem ſupraſcriptorum, vel aliam dignitatem, beneficium, officium, aut promotionem ſpiritualem infra hoc regnum, vel alibi infra aliquod dominorum noſtrorum cujuſcunque nominis, naturæ ſeu qualitatis fuerint, vel ad cujuſcunque fundationem, patronatum ſive domum pertinuerunt, primos fructus, reventiones & proficua pro uno anno cujuſlibet talis Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbathæ, Monaſterii, Prioratus, Præpoſituræ, & aliæ dignitatis, beneficii, officii, ſeu promotionis ſpiritualis prænominatæ, ad quod aliqua talis perſona, ſeu perſonæ, poſt dictum primum diem *Januarii* foret nominatus, electus, præfectus, præſentatus, collatus, vel aliquo alio medio appunctuatus, prout per Actum prædictum inter alia plenè liquet: Nos tamen volentes dictum *Johannem Cordrey* nunc Abbatem dicti Novi Monaſterii noſtri, & ſucceſſores ſuos Abbates ejuſdem Monaſterii; atque idem Monaſterium, tam de ſumma lxvj*li.* iij*s.* v*d.* unius oboli & unius quadrantis, & de qualibet aliâ pecuniæ ſummâ, nobis annuatim de & pro redditu ſive penſione annuali extendente ad valorem Decimæ partis omnium prædictorum Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Rectoriarum, poſſeſſionum & cæterorum omnium præmiſſorum, ſuperius per præſentes eidem Abbati per nos data & conceſſa: quæ quidem Maneria, Terræ, & Tenementa, Rectoriæ, Poſſeſſiones & cætera præmiſſa ad annuum valorem ſexcentarum & ſexaginta unius librarum quatuordecim ſolidorum novem denariorum & unius oboli attingunt, ut certam habemus noticiam, quam etiam prædictus nunc Abbas hac vice, tam de ſummâ ſexcentarum & ſexaginta & unius librarum xiiij*s.* ix*d.* & unius oboli, vel aliquâ aliâ pecuniæ ſummâ pro primis fructibus, reventionibus & proficuis eorundem Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Rectoriarum, Poſſeſſionum & cæterorum præmiſſorum per prædictum nunc Abbatem, nobis hæredibus ſeu ſucceſſoribus noſtris ratione, vigore, ſive prætextu ſupradicti Actus Parliamenti in prædicto anno regni noſtri xxvi°. editi debitum fuerit & ſolvendum versùs nos hæredes & ſucceſſores noſtros plenè, integrè, & totaliter exonerari, & plenaliter hac vice tantum adquietari: Proviſo ſemper quod hæc præſens noſtra conceſſio, nec aliquod in eâ recitata ſeu ſpecificata aliqualiter ſe extendat ad exonerationem aliquam ſucceſſorum ſive ſucceſſoris dicti nunc Abbatis pro ſolutione primorum fructuum dicti Novi Monaſterii noſtri quandocunque nobis, hæredibus vel ſucceſſoribus noſtris contigerint vel aliquo modo acciderint, virtute Actus prædicti.

Sciatis quod nos voluntatem & bene-placitum noſtra in eâ parte plenè ac planè declarantes, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex mero motu noſtris dedimus & conceſſimus; ac remiſimus & relaxamus, ac per præſentes damus, concedimus, ac remittimus & relaxamus, de & pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris Regibus *Angliæ* præfato *Johanni Cordrey* nunc Abbati dicti Novi Monaſterii noſtri; & ejuſdem loci conventui, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, tam prædictum annuum redditum, ſive penſionem extendentem ad prædictam ſummam lxvj*li* iij*s.* v*d.* unius oboli & unius quadrantis, vel ad aliquam aliam pecuniæ ſummam, pro dicto valore decimæ partis, ſive pro annuali decimâ parte annui valoris omnium & ſingulorum præmiſſorum, per nos præfato Abbati dicti Novi Monaſterii noſtri per præſentes ut præfertur datâ & conceſſâ, nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, ratione Actus prædicti debita vel debenda, quàm totam ſummam ſexcentarum & lxj*li.* xiiij*s.* ix*d.* & unius oboli, & aliam quamcunque pecuniæ ſummam, pro primis fructibus, reventionibus & proficuis eorundem præmiſſorum; necnon eoſdem primos fructus omnium eorundem præmiſſorum, per præfatos modernum Abbatem & Conventum hac vice & pro hoc unico tempore nobis hæredibus vel ſucceſſoribus noſtris ſolvendos.

Nos volentes, ac tenore præſentium, pro nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris Regibus *Angliæ* concedentes, quod præfati nunc Abbas & Conventus dicti Novi Monaſterii noſtri omnia & ſingula ſupradicta Monaſterium, Maneria, Terras, Tenementa, Rectorias, & cætera præmiſſa, per nos tenore præſentium data & conceſſa imperpetuum, habeant & teneant eis & ſucceſſoribus ſuis libera, quieta & exonerata, abſque aliquali annuo redditu ſive penſione pro prædicto valore dictæ Decimæ partis eorundem Monaſterii, Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Rectoriarum & cæterorum præmiſſorum, per nos ut præfertur datis et conceſſis, aut alicujus inde partis ſeu parcellæ ratione Actus prædicti, et abſque aliquali pecuniæ ſummâ pro primis fructibus eorundem, aut alicujus inde parcellæ nobis hæredibus vel ſucceſſoribus noſtris, hac vice tantum ut præfertur reddendâ ſeu ſolvendâ, vel per nos hæredes aut ſucceſſores noſtros de præfato Abbate aut aliquo ſucceſſorum ſuorum nomine dicti annualis redditus ſive penſionis, aut pro eodem, ſeu nomine dictorum primorum fructuum hac vice, ut præfertur pro eiſdem quoviſmodo petendâ, exigendâ, ſeu calumpnianda ratione Actus prædicti editi et proviſi dicto Actu prædicti parliamenti noſtri editi, aut aliquâ aliâ lege ratione, causâ vel materiâ quacunque in aliquo non obſtante.

Et ulterius volumus et concedimus per præſentes,

sentes, quod reverendus in Christo pater *Sarum* Episcopus, loci prædicti Diocesanus & successores sui, & eorum quilibet super compoto sive ratiocinio suo de receptis infra diocesim suam, dicti annualis redditus sive pensionis, ad dictum valorem supradictæ Decimæ partis, nobis generaliter, ut præmittitur concessæ fiendæ de præmissis per nos superius relaxatis coram Baronibus de Scaccario nostro, & cæteris quibuscunque officiariis nostris, super solam demonstrationem harum Literarum nostrarum Patentium debitæ; & plenariam habeant allocationem, aliquo in prædicto Actu Parliamenti specificato non obstante.

Et insuper de uberiori gratiâ nostrâ per præsentes pardonamus, remittimus & relaxamus, præfato *Johanni Cordrey* dicti Novi Monasterii nostri Abbati moderno omnimodas intrusiones & ingressus per ipsum in Monasterium prædictum, ac in prædicta Maneria, Terras, Tenementa, Rectorias, & cætera præmissa ante hæc tempora facta, atque captiones actualis & realis possessionis, necnon exituum & proficuorum eorundem primis fructibus de eisdem, per ipsum Abbatem nobis debitarum ad usum nostrum non solutarum, neque aggreamento seu compositione pro solutione eorundem secundum formam. Actus supradicti factis: ac etiam eosdem primos fructus per ipsum Abbatem modernum nobis debitos, necnon omnes pecuniæ summas pro eisdem fructibus nobis debitas eidem Abbati per præsentes remittimus & impertuum relaxamus; Eo quod expressa mentio, &c. In cujus, &c. *T. Arge* apud *Westmonasterium* xviij°. die *Decembris*.

Pag. 648. Col. 2.

Carta Regis Stephani *facta Monachis* Cluniacensibus *de Ecclesiâ S.* Trinitatis Lentonæ,

Ex Registro Prioratus de *Lenton*, in Com. *Nott.* penès S. *Roperar* A°. 1670. p. 14. b.

NOtum sit fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ piæ devotioni, quod ego *Stephanus* Rex *Anglorum*, pro divini cultus amore, & animæ meæ remedio, & uxoris meæ Reginæ, & patris mei, & matris meæ, & antecessorum meorum, & pro salute filiorum meorum, Regiæ excellentiæ autenticâ largitione concedo Ecclesiam S. *Trinitatis* quæ est in *Lentonâ*, ac religioni Monachorum *Cluniacensium* ibidem Deo servientium, *Willielmo Peverello* juniori, cum uxore suâ *Oddonâ*, & filio suo *Henrico* id fieri obnixè Augitante, plurimumque deprecante, jure perpetuo sub prioratu ac dispositione *Cluniacæ* institutionis inconcussè & inviolabiliter, ac prorsùs omni remotâ calumpniâ possidendam, cum universis quæ à patre ipsius *Willielmo Peverello*, & ab eodem *Willielmo*, & ab aliis benefactoribus eidem Ecclesiæ collata sunt; id est *Radeford* & *Mortone*, &c.

PRIORATUS

de Horkesley *Cella Abb. de* Tefford.

Carta fundationis ejusdem per Robertum *filium* Godeboldi.

Ex ipso autographo penès *Anton. Woode Oxon.* Coll. *Merton.* Artium Magistrum A°. 1669.

NOtum sit omnibus tam præsentibus quàm futuris, quod Ego *Robertus* filius *Godeboldi*, & *Beatrix* uxor mea, concedentibus hæredibus nostris, donavimus deo & S. *Mariæ* & Monachis de *Teffordiâ*, pertinentibus Ecclesiæ de *Cluniaco*, omnes Ecclesias nostras cum omnibus rebus quæ ad easdem Ecclesias pertinent; *viz.* in terris, in pratis, in pasturis, in nemoribus, in aquis, in decimis, & in aliis rebus omnibus: Et hoc fecimus pro Domino nostro *Henrico* Rege, & pro Domino nostro *Roberto*, & pro meipso & pro *Beatrice* uxore meâ, & *severiâ* matre ejus; & pro *Roberto* & *Ricardo* filiis nostris, & *Gunnorâ* filiâ nostrâ, & aliis infantibus nostris; & pro *Osberto* filio *Hugonis*, & *Hadewis* sorore meâ; & pro animabus *Roberti* filii *Wimare* & *Sweni* filii ejus; & pro animâ patris mei *Godeboldi*, & pro animâ *Raginildis* matris meæ; & pro animabus *Ricardi* fratris mei, & *Willielmi* filii mei; & pro animabus *Willielmi* filii ....., & *Turoldi* fratris ejus, & pro omnibus antecessoribus & parentibus nostris; & pro amicis vivis, & defunctis, & omnibus illis, qui adjuverint ad illum locum construendum: Ita videlicet, quod Prior de Tefford, concedente toto conventu, in capitulo mittet Monachos in Ecclesiâ S. *Petri* de *Horchesteiâ* ad serviendum deo & S. *Petro* finaliter, quantum poterit convenienter sustinere locus ille. Et ad illum locum ad sustentationem Monachorum pertinebunt aliæ Ecclesiæ nostræ omnes; *viz.* Ecclesiæ de *Wisetonâ*, cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesia de Alsildeham cum sexaginta acris terræ eidem Ecclesiæ pertinentibus, & cum omnibus aliis pertinentiis suis, & dimidia Ecclesia de *Bochesteda*, cum omnibus pertinentiis suis, & tota decima de dominio nostro in Bochesten, *viz.* de blado, de seno, de agnis, de vitulis, de porcis, de capris, de pullis, de lanâ, de lino, de fructibus omnibus, de caseo, de butiro, & de aliis rebus omnibus quæ decimari debent. Et uxor mea *Beatrix* concedit ibi totam decimam de Maritagio suo, & de terrâ quam dedit ei *Turoldus* avunculus ejus. Insuper dedimus

..... Hor-

..... Porcheſley manentibus decimam de *Foletonâ*, & decimam de Fordham, & decem ſolidatas terræ in *Reidonâ*, *viz.* xxx. acras de Warâ; & præter hæc quicquid poterimus nos & amicos noſtros convenienter adquirere, ad illum locum conſtruendum libenter faciemus. Et illi Monachi qui erunt in Eccleſiâ S. *Petri* ſubjecti & obedientes erunt Priori de Teffort ..... recognitione reddent unoquoque anno pro Karitate Eccleſiæ S. *Mariæ* de Teffort dimidiam marcam argenti; & pro dimid. marcâ ita erunt liberi & quieti Monachi qui erunt in Eccleſiâ S. *Petri* de Porcheſley, quod nichil amplius poterit ullus Prior de Teffort, vel Monachus requirere ab eis. Cætera autem bona quæ donaverit ..... Monachi qui erunt in Porcheſley ad ſuſtentationem ſuam. Et hæc omnia finaliter donavimus in liberam & perpetuam Elemoſinam, ita quod ..... requiremus ab ipſis in ſervitio præter orationes. Hujus donationis teſtes ſunt Deus & S. *Maria* ſuper cujus altare oblata eſt, & ..... *Robertus* Capellanus, *Rog.* Presbiter de Teffort, & *Hugo* Dapifer Monachorum de Teffort, *Henricus* de *Wadetonâ*, & *Robertus* .....

Carta Gilberti London. *Epiſcopi donationem* Roberti *filii* Roberti, & Roberti *filii* Gordeboldi *confirmans.*

Ibid. GIlbertus Dei gratiâ *Lundon.* Epiſcopus, Archidiaconis, Decanis, & omnibus Eccleſiarum perſonis per Epiſcopatum *Lundon.* conſtitutis ſalutem, gratiam & benedictionem. Univerſitati veſtræ notificamus nos donationem & præſentationem *Roberti* filii *Roberti* conceſſiſſe, & confirmaſſe Eccleſiæ S. *Petri* de *Horkeſleiâ*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus totam medietatem Eccleſiæ de Boxeſted, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimam panis frumenti de domo ſuâ ſcil. Militum & Armigerorum ubicunque ſit in *Anglia* ſive in Caſtellis ſive extra ad ſuſtentationem eorundem Monachorum in perpetuum. Præterea confirmavimus prædictis Monachis omnes donationes quas *Robertus* filius *Godeboldi* ad ..... ejuſdem loci eis fecit & dedit ſcil. Eccleſiam de *Horcheſleiâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis ubi Monachos *Cluniacenſes* poſuit ad ſerviendum Deo in perpetuum: & Eccleſiam Eſſildeſham, cum omnibus pertinentiis ſuis; & decimam de Mariſco de Fuleneſſe, & de Lingued, & decimam de ....., & decimam de Fordham ſicut Carta *Ricardi* prædeceſſoris noſtri eis teſtatur. Et ut hæc noſtra conceſſio & confirmatio rata & firma in poſterum permaneat præſentis paginæ conſcriptione & ſigilli mei appoſitione roborare curavimus. Hiis teſtibus *Ricardo* Archidiacono *Coleceſtr.* *Ricardo* Archidiac. de *Eſſexâ*, Magiſtro *Ric.* de *Storechef*, *Ric.* de *Salefers*, *Rog.* de *Wigornâ*, Magiſtro *Radulpho* Cantore; *Waltero* Elemoſinario, Magiſt. *Eraclio*, *Benjamino* Clerico, & multis aliis.

Carta Roberti *filii* Philippi *anteceſſorum ſuorum donationes recitans, & confirmans.*

RObertus filius *Philippi* omnibus hominibus Ibid; ſuis & amicis *Francis* & *Anglicis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Monachis de *Theofordiâ* apud *Horkeſleiam* manentibus omnia quæ dederant & conceſſerant *Robertus* filius *Godeboldi*, & *Robertus* filius *Roberti*, & *Philippus* pater meus; ſcil. Eccleſiam Beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* de *Horkeſleiâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis in quâ Monachi prædicti manent; & Eccleſiam de *Wyſentuniâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & Eccleſiam de Heſſildeham, cum omnibus pertinentiis ſuis; & dimidiam Eccleſiam de *Boxtediâ*, cum pertinentiis ſuis; & totam decimam de dominio meo in Borted; videlicet de omnibus quæ decimari debent: præter quod Eccleſia de Borted habebit unoquoque anno de decimâ quatuor acrarum, duas ſcil. ſiliginis & duas avenæ. Præterea conceſſi & confirmavi illas duas partes decimarum earum de Fordham, ſcil. de dominio meo, & ſimiliter in *Foltuniâ*, & totam decimam de mariſco meo in Fuleneſſe; & triginta acras terræ de Warâ in *Reidunia*, cum omnibus ejuſdem terræ pertinentiis: & campum qui vocatur Wilveſlond; & terram quæ vocatur Poſteleſcockeſlond, cum totâ bruſcâ ejuſdem terræ pertinente. Hæc omnia prædicta feci & confirmavi prædictis Monachis in perpetuam Elemoſinam libera & quieta, de omnibus ſcutagiis & expeditionibus, & exactionibus, & conſuetudinibus de omnibus ſervitiis quæ ad me pertinent, vel ad hæredes meos, vel ad dominos meos præter Orationes. Præterea conceſſi & confirmavi præfatis Monachis totam decimam panis mei; ſcilicet Militum & Armigerorum, ubicunque fuero in perpetuum. His teſtibus Magiſtro *Albrico*, *Ric* de *Francawill.* *Godeboldo* & *Alano* avunculis meis; *Willielmo* filio *Geraddi*, *Will.* Capellano, *Ric.* Clerico; *Rob.* fil. *Geraddi* Clerici, & multis aliis.

Confirmatio appropriationis Eccleſiæ de Wiſetune, *factâ Monachis de* Horkeſley, *per* Hubertum Cantuar. *Archiepiſcopum.*

HUbertus Dei gratiâ *Cantuarienſis* Archie- Ibid; piſcopus totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos ſcriptum præſens pervenerit, æternam in domino ſalutem. In communem omnem notitiam volumus devenire, nos auctenticum ſcriptum venerabilis fratris noſtri *Johannis Norwicenſis* Epiſcopi ſub hujus continenciæ formâ inſpexiſſe. Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Johannes* Dei gratiâ *Norwicenſis* Epiſcopus ſalutem in domino. Univerſitati veſtræ notum eſſe volumus, nos conceſſiſſe & confirmaſſe dilectis filiis noſtris Monachis de Theford apud Horkeſley deo ſervientibus & in perpetuum ſervituris, dei causâ, & ob religionis favorem,

favorem, Eccleſiam de **Wiſetun** in uſus ſuos cum omnibus pertinentibus ad illam perpetuo poſſidendam, ſalvâ dignitate, reverentiâ & debitis conſuetudinibus Sanctæ *Norwicen.* Eccleſiæ, & honeſtâ & ſufficienti ſuſtentatione Vicarii qui in eadem Eccleſiâ miniſtrabit, & ut hæc noſtra conceſſio, *&c.* Teſt. *Thomâ*, *Rogero* Archidiacono, *Thomâ Briton.* & aliis. Nos igitur ea quæ rationabiliter facta ſunt firmitate perpetuâ gaudere volentes conceſſionem & confirmationem prædicti Epiſcopi memoratis Monachis de præfatâ Eccleſiâ ſecundùm præſcriptam formam, ... ſicut rationabiliter factæ ſunt, auctoritate noſtrâ confirmamus . . . . . .

Pag. 867. Col. 1.

Naratio fundationis Abbatiæ de **Sibeton**, *in agro* Norff.

Ex Regiſtro de Sibeton penès *Tho. Scrivener* gen.

ANno Domini Milleſimo ſexageſimo ſexto *Willielmus* Dux *Normannorum* venit in *Angliam*, & occiſo *Haraldo*, tempore Conqueſtus coronatur in Regem: Quo tempore quidam *Walterus de Cadomo* venit cum *Roberto Malet* Comite *Cornubiæ*, & Domino *Honore* de **Eye**, qui poſt Conqueſtum tenuit Baroniam de **Horſtord**, quam tenuit de prædicto Comite ut de *Honore* prædicto. Idem *Walterus* habuit quendam filium & hæredem, *Robertum* nomine, qui in fundo & ſolo proprio fundavit Eccleſiam Sancti *Petri* de **Sibton** tempore *Willielmi Rufi* Regis *Angliæ*; qui habuit tres filios, *viz. Rogerum*, *Johannem*, & *Willielmum*. *Rogerus* & *Johannes* obierunt ſine prole de ſe. Defuncto itaque prædicto *Roberto*, *Johannes* filius ejus, qui poſtea dictus eſt *Johannes Vicecomes* ſucceſſit ei in hæreditate prædictæ Baroniæ de **Horſtord**. Evoluto autem aliquanto tempore idem *Johannes* gravi infirmitate percuſſus cognovit voviſſe ſe deo conſtruere Abbatiam de Ordine *Ciſtercienci* in fundo ſuo propter multa mala quæ geſſerat tam tempore pacis quo regebat Vicecomitatum, quàm tempore belli. Et quia ex eadem infirmitate, quâ laborabat, ſenſit ſe vivere non poſſe, rogavit & conjuravit *Willielmum* fratrem ſuum quem ſuum reliquit hæredem, qui poſtea dictus eſt *Willielmus* de *Chethney*, L. *Willielmus* de *Cayneto*, ut pro ipſo votum quod voverat perficeret & Abbatiam de Ordine *Ciſtercienſi* conſtrueret. Mortuo itaque *Johanne*, *Willielmus* hæres extitit in prædictâ Baroniâ; & poſtea Vicecomitatum rexit, unde *Willielmus Vicecomes* vocabatur. Hic autem *Willielmus* prout ordo conſanguinitatis exigebat, pro animâ fratris ſui ſollicitus, votum quod voverat, devotè implevit; &, Deo volente, fundavit Eccleſiam Monaſterii S. *Mariæ* de **Sibton** de Ordine *Ciſtercii*, in ſolo proprio per manus Abbatis de *Sartis*, quod modo vocatur **Wardon**; & terram ſuam de **Sibton** ad perficiendam Abbatiam dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit Anno Domini Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo nono, tempore *Stephani* Regis *Angliæ*: Quæ Carta ſic incipit,

Carta Prima Willielmi Vicecomitis *fundatoris Monaſterii antedicti.*

OMnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Willielmus* filius *Roberti* Vicecomes ſalutem. Sciatis me dediſſe, ac conceſſiſſe, atque præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & S. *Mariæ*, & omnibus Sanctis, ad faciendam Abbatiam Monachorum de Ordine *Ciſtercii* per manus Abbatis de *Sartis* totum dominium meum, & omnia quæ juris mei & donationis meæ ſunt, tam in Eccleſiis, quàm in terris & aliis rebus, cujuſcunque feodi ſunt, in **Sibeton** & **Wrabeton**, & **Peſehall**, & **Stikinglond**, cum terrâ de *Cateclivâ* & **Manacokeſacre** in *Donewico*, in boſco & plano, in pratis & paſcuis & omnibus rebus excepto Homagio, cum redditu xviij. ſolid. in Parochiâ de **Stikinglond**; & exceptò Homagio cum redditu xxviij. ſolid. in Parochiâ de **Wrabeton**, quæ egò in propriâ manu & poteſtate retinui. Dedi etiam totam **Thuhagh** & totam **Algareſhagh** per diviſas ſuas, & omnes terras Eſchaetas, & omnes terras, quas homines mei, quos in manu mea retineo, in prædictis poſſeſſionibus, ſive quas alii homines mei eidem Abbatiæ dederunt, vel vendiderunt ſive eſcambiaverunt. Et quiſquis ex hominibus meis ad converſionem religionis venire ad eos voluerit, liberè ac licitè faciat. Concedo etiam & confirmo eſcambium quod fecerunt cum *Roberto* de *Raimes*, & cum *Mainardo* de *Peſehall*, ſive cum vicinis ſuis. Hæc omnia Monachis de **Sibton** dedi atque conceſſi pro animabus patris & matris meæ & fratris mei *Johannis*, & pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Gillæ*, & hæredum meorum, & amicorum vivorum & defunctorum in perpetuam & puram Eleemoſynam, libera & quieta de omni ſervicio, de ſcutagio, & de exactionibus Regis, de Wardis, & de omnibus auxiliis, & de omni penitus terreno ſervicio, & ſeculari exactione. Hujus autem donationis teſtes ſunt *Thomas* Capellanus, *Harwinus* Presbiter, *Walterus* de *Blumvill*, *Johannes* Clericus, Magiſter *Gaufridus*, *Gilla* uxor mea, & multi alii.

Carta ſecunda Willielmi Vicecomitis *fundatoris Monaſterii antedicti.*

OMnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Willielmus* filius *Roberti*, Vicecomes ſalutem; Sciatis me dediſſe ac conceſſiſſe, atque præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & S. *Mariæ* & omnibus Sanctis, ad faciendam Abbatiam Monachorum de Ordine *Ciſtercii* per manus Abbatis de *Sartis* totum dominium meum in **Sibeton** & in **Wrabeton**, in **Peſehala**, & in **Stickingeland**, in boſco, & plano, in pratis, & paſcuis, & in omnibus rebus, cum omnibus libertatibus & con-

consuetudinibus, & cum omni jure ad illud pertinentibus. Et totum **Chuhae**, & totum **Algareshae** per divisas suas, & omnes terras quas rustici de anno in annum locare solebant: Et omnes terras Eschaetas, & omnes terras quas homines mei qui ad religionem venerint eidem Abbatiæ dederint, sive alii homines dederint, vel vendiderint, sive escambiaverint. Et quisquis ex hominibus meis ad conversionem religionis ad eos venire voluerit, liberè ac licitè faciat. Et omnes terras quas dedi & concessi Monachis escambiatas cum *Roberto* de *Reimes*, sive cum aliis vicinis. Et terram de *Catteclivâ* in *Dunewico* quam nominatim ..... fratribus Monachis de ..... dedi. Et terram quæ fuit *Godwini* & *Weenild*, quæ est de feodo *Walteri* filii *Roberti*; Et totam terram quam *Mainardus* de *Pesehal* de meo feodo tenuit. Hæc omnia Monachis de **Sibton** dedi atque concessi pro animabus patris & matris meæ, & fratris mei *Johannis*; & pro salute animæ meæ & uxoris meæ *Gillæ*, & hæredum meorum, & omnium parentum, & amicorum meorum, vivorum & defunctorum in perpetuam & puram Eleemosynam, libera & quieta de omni servicio, de scutagiis, de exactionibus Regis, de Wardis, & de omnibus auxiliis, & de omni penitus terreno servicio & seculari exactione. Hujus autem donationis testes sunt *Thomas* Capellanus, *Hardwinus* Presbyter, *Walterus* de *Blomvill*, *Johannes* Clericus, Magister *Gaufridus*, *Gilla* uxor mea, & multi alii.

Et notandum; *Willielmus Vicecomes* habuit filiam & hæredem nomine *Margaretam*, quæ primò nupsit se cuidam *Hugoni* de *Cressy*, quæ confirmavit nobis donationem patris sui *Willielmi* per suam Cartam quæ hic sequitur in hunc modum,

Carta Margaretæ *de* Cressy.

OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsentibus & futuris *Margarita* de *Cressy* salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de **Sibton**, & Monachis ibidem Deo servientibus totam donationem quam *Willielmus* de *Cayneyton* dominus & pater meus eis dedit, *&c.*

Carta Abbatis de **Sibton** *facta* Thomæ *Duci* **Norfolk**, *de scitu Abbatiæ, & de omnibus terris eidem pertinentibus.*

SCiant præsentes & futuri, quod nos *Willielmus* Abbas Monasterii Beatæ *Mariæ* de **Sibton** in Comitatu **Suff.** & ejusdem loci conventus, ex spontaneâ nostrâ voluntate, & unanimi nostro assensu pariter & consensu, dedimus & concessimus, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus præpotenti principi *Thomæ Duci* **Norfolk** Thesaurario *Angliæ*, & Comiti Marescallo ejusdem *Anthonio Rous* Armigero & *Nicholao Hare* Generoso totum situm ambitum & præcinctum Monasterii nostri prædicti, cum omnibus domibus & edificiis infra eundem situm existentibus. Ac omnia illa Maneria nostra de **Sibton** cum **Pesenhal**, **Yorford**, **Rendham**, **Glemham**, *Parvâ* **Linsted**, **Wenhaston**, **Westleton**, **Weybred**, **Cokely**, **Fresingfield**, cum suis pertinentiis in Comitatu prædicto. Ac Manerium nostrum de **Sething** cum Grangiâ de **Tunstal** in Comitat. **Norfolk**: Necnon omnia alia terras & tenementa nostra, redditus, reversiones, servicia, advocationes, feoda militum, ac cætera hæreditamenta nostra quæcunque cum omnibus & singulis suis pertinentiis jacentibus & existentibus in **Sibton**, **Peasenhal**, **Yorford**, **Rendham**, **Glemham**, *Parvâ* **Wenhaston**, **Westleton**, **Cokely**, **Fresingfield**, **Oxford**, **Middleton**, **Walpole**, **Halesworth**, **Heveningham**, **Huntingfield**, **Debach**, **Sprougton**, **Darsham**, **Thorington**, **Shadingfield**, **Ilketshal**, **Wisset**, **Rumborough**, **Holton**, **Denington**, **Larfield**, **Hopton**, **Bendham**, **Yetfield**, **Weybred**, **Limbone**, **Tostoke**, **Thedeston**, **Thandeston**, **Parley**, **Dernford**, in **Forhul**, **Ingulvestun**, **Nacton**, **Hallowtree**, & alibi in prædicto Comit. **Suff.** **Sething**, **Tunstal**, **Croxton**, **Illingron**, **Pulham**, **Bendham**, **Nedeham**, & alibi in prædict. Comit. **Norfolk**, unacum advocationibus Ecclesiarum & Vicariarum de **Sibeton**, **Westleton**, **Rendham**, & **Cranesford** in dicto Comitatu **Suff.** & **Tunstall** in prædict. Comitat. **Norff.** Habendum & tenedum prædictum scitum, ambitum, & præcinctum, Maneria, terras, & tenementa, ac cætera præmissa cum suis pertinentiis quibuscunque præfatis Duci, *Anthonio* & *Nicholao*, hæredibus & assignatis suis, ad usum ipsius Ducis hæredum & assignatorum suorum imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita & de jure consueta in perpetuum. Et insuper sciant, quod nos præfat. Abbas & Conventus unanimi assensu pariter & consensu nostris prædictis, ordinavimus, constituimus, & in loco nostro posuimus dilectos nobis in Christo *Thomam Heydon* generosum, & *Robertum Whinwery* nostros veros & legitimos Atturnatos, conjunctim & divisim, ad deliberandum pro nobis vice & nomine nostris præfatis Duci, *Anthonio* & *Nicholao Hare* hæredibus & assignatis suis plenum & pacificum statum & seisinam, de & in prædictis situ, ambitu, & præcinctu, necnon de & in omnibus & singulis prædictis Maneriis, terris, & tenementis, ac cæteris præmissis cum suis pertinentiis juxta vim formam & effectum hujus præsentis Cartæ nostræ. Ratum & gratum habentes & habituri quicquid dicti Atturnat. nostri fecerint, aut eorum alter per se divisim fecerit in præmissis. In cujus rei testimonium huic præsenti Cartæ nostræ sigillum nostrum commune præsentibus apposuimus: Dat. ultimo die *Julii* anno regni *Henrici* octavi Dei gratiâ *Angliæ* & *Franciæ* Regis Fidei Defensoris, & Domini *Hiberniæ*, ac in terrâ

ſupremi Capitis *Anglicanæ* Eccleſiæ viceſimo octavo.

Per me *Willielmum* Abbatem. Per me *Thomam Hadliam* Celerarium.
Per me *Robertum Bungey* Priorem. Per me *Willielmum Dunwich.*
Per me *Johannem Facon* Suppriorem. Per me *Willielmum Bungey.*
Per me *Robertum Elmam.* Per me *Petrum Dewich.*

Pag. 887. Col. 1.

Ex Regiſtro Cartarum Abb. de Holmcoltram nuper penès *Will.* D. *Howard* de *Naworth Ceſtr.* fol. 10. b.

Carta Davidis *Regis* Scotiæ *donationem Filii ſui confirmans.*

David Rex *Scotiæ*, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ, & filii ſui, Clericis & Laicis, tam præſentibus quàm futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hâc meâ Cartâ confirmaſſe donationem filii mei, de **Holmcoltram**; quam ipſe Abbati, & Monachis ibidem Deo ſervientibus donavit & conceſſit in elemoſinam. Confirmo etiam eis aliam tertiam partem de **Holmcoltram**, quam *Alanus* filius *Waldef* eiſdem Monachis, pro ſalute animæ ſuæ dedit & conceſſit, cum cæteris omnibus, quæ Carta filii ſui continet & teſtatur. Hiis teſtibus *Adenulfo* Epiſcopo *Carleolenſi*, *Waltero* Priore, *&c.*

Carta Malcolmi *Regis* Scotiæ, *donationem* Henrici *Patris ſui confirmans.*

Ibid.

Malcolumb Rex *Scotiæ*, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, Miniſtris; & omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ, Clericis & Laicis; *Francis* & *Anglis*, tam præſentibus quam futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac meâ Cartâ confirmaſſe donationem Patris mei *Henrici*, quam fecit Abbati & Monachis de **Holmcoltram**, ibidem Deo ſervientibus; *viz.* Duas partes *Holmcoltram*, quas ipſe & plures probi homines imprimis perambulaverunt, inter eoſdem Monachos, & *Alanum* filium *Waldef*, quando ipſe tertiam partem prædictæ *Holmcoltram* prænominato *Alano* ad venationes ſuas conceſſit. Concedo etiam donationem ipſius *Alani* & *Waldef* filii ſui, de tertiâ parte **Holmcoltram**, quam fecit eiſdem Monachis in perpetuam elemoſinam, ſicut Carta Patris mei, & Carta ipſius *Alani* teſtatur. Necnon etiam concedo, & confirmo confirmationem *Davidis* Regis *Scotiæ* Prædeceſſoris mei, ſicut Carta ipſius teſtatur de ipsâ elemoſinâ *Holmcoltriæ*. Teſtibus, *&c.*

Quieta-clamatio Willielmi *de* la Ferte, *de quodam vaſto juxta* **Kirkebride.**

Ibid. f. 11. b.

Universis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *&c.* *Willielmus* de *la Ferte* ſalutem. Sciatis me, die S. *Botulphi* apud *Karleolum*, ad primas Aſſiſas domini Regis *Ricardi*, anno ſcil. primo regni ejus, concenſu *W.* hæredis mei, quietam clamaſſe de me & hæredibus imperpetuum, Deo & S. *Mariæ* de *Holme* & Monachis, *&c.* totam calumpniam, quam habui & feci versùs prædictos Monachos; ſive juſtam, ſive injuſtam; de vaſto domini Regis, quod continetur infra rivulum quod currit ſubtus *Kirkebride*, extra exterius foſſatum Monachorum, & cadit in *Wathenpol*; & inde aſcendendo per diviſas quæ nominatæ ſunt in Cartâ prædicti domini Regis *Ricardi*, coram domino *Willielmo* de *Stoteville*, & *Osberto* de Longocampo, & *Willielmo* filio *Aidelini*, & *Petro* de *Ros* Archidiacono *Karl. &c.* tunc Juſticiariis dòmini Regis *Ricardi*, *&c.*

Carta Anthonii *de* Luci *de mortuo boſco ſuo in* **Allerdale.**

Ibid. f. 15. b.

Omnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *Antonius* de *Lucy* ſalutem in domino ſempiternam. Sciatis me, pro ſalute animæ meæ, *&c.* dediſſe & conceſſiſſe, & hoc præſenti ſcripto confirmaſſe, pro me & hæredibus & aſſignatis meis, Deo & beatæ *Mariæ*, & religioſis viris Abbati & Conventui de *Holme*, jus perpetuum, & licentiam ſpecialem capiendi, carriandi, & comburendi mortuum boſcum in boſco meo de *Allerdale*, pro ſuſtentatione Abbatiæ ſuæ, & pro carbonibus in eodem boſco, pro forgiis ſuis infra *Holmcoltram*, & aliis neceſſariis more ſolito faciendo: ita quod ratione dictæ donationis & conceſſionis, non capiant carbones infra dictum boſcum meum ad minam ſuam ferri comburendam, abſque licentiâ ſpeciali mei vel hæredum meorum. Pro hac autem conceſſione, prædicti Abbas & Conventus mihi ſolvent annuatim, ad Feſtum S. *Michaelis* Archangeli, quatuor ſolidos argenti tantum, pro omni ſervicio, conſuetudine, & demandâ mihi vel hæredibus meis, Ballivis, vel miniſtris quibuſcunque faciendis. Quare volo, *&c.* In cujus rei teſtimonium, *&c.*

Carta Johannis Angliæ *Regis de Heremitorio S.* Hildæ *in Foreſtâ de* **Englewode.**

Ibid. f. 18. a.

Johannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, &c. Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmaſſe Abbatiæ de **Holme**, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, Heremitorium Sanctæ *Hildæ* in Foreſtâ noſtrâ de **Englewode**, cum landâ quam *Rogerus Croky*, quondam

quondam Heremita illius loci tenuit integrè, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut idem *Rogerus* eam unquam melius & plenius tenuit; ita quod landam illam excolant, vel ad paſturam teneant, ſi voluerint. Conceſſimus etiam eis, quod habeant ibidem Vaccariam quadraginta Vaccarum, cum paſturâ eorum, in Foreſtâ illâ, & cum ſectâ earundem ad duos annos; ita tamen quod in fine ſingulorum duorum annorum amoveatur de Foreſtâ noſtrâ ſecta earundem xl. Vaccarum de duobus annis. Conceſſimus etiam eiſdem, quod habeant in paſturâ illâ tot equos & boves; quot ſufficiant eis ad landam illam excolendam, ſi illam excolere voluerint. Et quod quieti ſint de eſcapio, & de receptione Foreſtariorum niſi ad voluntatem ipſorum Monachorum. Hæc autem omnia prædicta eis conceſſimus, habenda & tenenda de nobis & hæredibus noſtris in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, *&c.* Teſtibus domino P. *Winton.* Epiſcopo, *&c.* Data per manum Magiſtri *Ricardi* de *Mariſco* Cancellarii noſtri, apud *Windeſore*, primo die *Martii*, anno regni noſtri xvj°.

Appropriatio Capellæ de **Arlosk.**

Ibid. fol. 20. a. *Johannes* miſeratione divinâ *Karleol.* Epiſcopus, dilectis ſibi in Chriſto filiis Abbati & Conventui S. *Mariæ* de *Holmcoltram*, Ordinis *Ciſtercienſis* noſtræ *Caerleolenſis* Dioceſis ſalutem, gratiam & benedictionem. Baſilicarum ſanctarum, ſive Eccleſiarum nova conſtructio eo potiſſime alicubi eſt neceſſaria, quo Regi ſummo in eiſdem miſticis muneribus complicato, animarum ſaluti melius proſpicitur, dum populus Chriſtianus reddatur devocior, & in alterius præjudicium non redundet. Advertentes ſiquidem terras, poſſeſſiones, locaque noſtra, infra fines veſtros de **Holmcoltram**, extra limites omnium Eccleſiarum Parochialium noſtræ Dioceſis, ut ex aſſertione quam plurium intelleximus ſituata, ac diſtancia ab eiſdem. Conſiderantes inſuper ſtatum veſtrum per hoſtiles invaſiones & depredationes Scottorum, adeo depauperatum, quod terras veſtras, more ſolito, ad commodum veſtrum excolere non poteſtis; immo eas aliis tradere excolendas ad veſtri ſuſtentationem, pauperum & hoſpitum ſuſceptionem urgens neceſſitas vos compellit; ad Dei honorem, ſui cultus augmentum, & ſalutem animarum, ac ſacræ religionis veſtræ reverentiam, & ad veſtras oppreſſiones notorias & jacturas, citiùs, favente altiſſimo, relevandas invocatâ Sancti Spiritus gratiâ, habitis ſuper hac deliberatione providâ & tractatu, auctoritate noſtra Pontificali, de conſenſu Capituli noſtri *Karleol.* concedimus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & ſpecialiter indulgemus; ut liceat vobis in territorio veſtro de **Arlosk**, infra fines veſtros prædictos, unam Capellam, ſeu Eccleſiam de novo conſtruere, pro veſtris inquilinis & inhabitantibus infra fines veſtros de **Holmcoltram** morantibus, & proceſſu temporis moraturis. Quam Capellam, ſeu Eccleſiam, cum conſtructa fuerit juxta decentiam quam convenit, omnibus inſigniis Parochialibus volumus & decernimus inſigniri, ipſamque cum omnibus decimis, majoribus, & minoribus, prædialibus & perſonalibus, ac obventionibus quibuſcunque à dictis inquilinis & inhabitantibus veſtris, quoquo modo provenientibus, vobis & Monaſterio veſtro de **Holmcoltram**, ac ſucceſſoribus veſtris, auctoritate noſtrâ prædictâ annectimus, appropriamus, ac in uſus veſtros proprios, & ſucceſſorum veſtrorum, pro vobis & ſucceſſoribus veſtris imperpetuum poſſidendas, liberè concedimus per præſentes.

Porro de veſtræ conſcientiæ puritate, & ſollicitudine circumſpectâ, quam erga honeſtatem & decorem Eccleſiæ Dei credimus vos habere, intimè confidentes, dictam Capellam, ſeu Eccleſiam, & ad ornamenta Eccleſiaſtica, cooperturam & clauſuram Cimiterii, ſuper quorum ſuſtentatione & reparatione veſtram, domine Abbas, conſcientiam, ſucceſſorumque veſtrorum Abbatum conſcientias oneramus, à noſtrâ & ſucceſſorum noſtrorum officialium, Archidiaconorum, & aliorum miniſtrorum noſtrorum viſitatione & juriſdictione prorſus eximimus, & exemptam eſſe imperpetuum decernimus, & judicialiter diffinimus, viſitationibus, & correctionibus Clericorum, & Laicorum ſecularium, infra dictos fines veſtros morantium, & morandorum, ſicut aliorum Clericorum & Laicorum noſtræ Dioceſis, noſtri juriſdictioni ordinariæ ſubjectorum, extra tamen eoſdem fines veſtros exercendis, nobis & ſucceſſoribus noſtris, officialibus, Archidiaconis, & aliis miniſtris noſtris ſemper ſalvis, & in omnibus reſervatis. Et ut vobis & ſucceſſoribus veſtris, ex iſtâ appropriatione veſtrâ major fructus commodi temporalis accreſcat, ad veſtram, ſucceſſorumque veſtrorum quietem perpetuam, excluſâ omnis diſſenſionis materiâ, concedimus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & ſtatuimus; quod dictæ Capellæ, ſeu Eccleſiæ, per quendam Presbyterum ſecularem idoneum, per vos & ſucceſſores veſtros eligendum, nobis verò, & ſucceſſoribus noſtris, ſeu officialibus noſtris, cum extra noſtram dioceſim nos eſſe contigerit, præſentandum, benè & fideliter ſerviatur. Quem quidem presbyterum ſic per vos electum, & nobis præſentatum, ad curam populi, infra dictos fines veſtros habitantes, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſine difficultate quacunque decernimus admitti; & cum vobis, ſucceſſoribuſque veſtris placuerit amoveri, aliquâ cum causâ rationabili amotionis ejuſdem, per vos & ſucceſſores veſtros, nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſeu officialibus noſtris, in abſentiâ noſtrâ, extra noſtram Dioceſim legitimè aſſignatâ: quam quidem cauſam, ſine contradictione qualibet, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſeu officialibus noſtris, extunc volumus acceptari.

Idem verò Presbyter à nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſeu officialibus noſtris in abſentiâ noſtrâ, ut præmittitur, curam animarum inquilinorum, & inhabitantium veſtrorum prædictorum recipiet; & eiſdem eccleſiaſtica ſacramenta canonicè miniſtrabit: qui quidem Presbyter, pro labore ſuo ad ipſius ſuſtentationem, & ad omnia alia onera incumbentia, temporalia, videlicet & Archidiaconalia ſubportanda,

portanda, quatuor libras Sterlingorum, ad duos anni terminos, prout inter vos ipsos meliùs poterit convenire, de dictæ Capellæ, sive Ecclesiæ proventibus, fideliter, singulis annis solvetis; & unam aream, pro domo & curtilagio, pro libito vestræ voluntatis, eidem assignabitis competentem, ultra quas vos aut successores vestros, occasione dictæ Capellæ, seu Ecclesiæ, in nullo per nos, vel successores nostros, officiales, seu ministros nostros prædictos, vel per prædictum Presbyterum volumus onerari. Idem verò Presbyter correctiones & excessus dictorum inquilinorum, & inhabitantium nostrorum, & omnia alia & singula, quæ ad Clericos & ad Laicos seculares ibidem corrigenda, & jure ordinario approbanda, quæ ad nostram jurisdictionem ordinariam, de jure, sive consuetudine nostræ *Karleol.* Diocesis spectant. nobis & successoribus nostris, officialibus nostris, & aliis Ministris nostris Ecclesiasticis, in Capitulis nostris, in Decanatu *Allerdaliæ* celebrandis fideliter nunciabit; & injuncta nostra, & successorum nostrorum, officialium, & aliorum ministrorum nostrorum prædictorum Canonica reverenter recipiet, & diligentius exequetur: Et nobis & successoribus nostris, in signum subjectionis, & nomine Cathedratici, singulis annis dimiam marcam argenti, de dictâ portione illâ quatuor librarum, annuatim ad duos anni terminos, in Capitulis nostris *Allerdaliæ* celebrandis, fideliter persolvet: medietatem, *viz.* in proximo Capitulo *Allerdaliæ* post Pascа; & aliam medietatem in proximo Capitulo post Festum Sancti *Michaelis* ibidem. Verùm, quia Archidiaconi nostri *Kaerleol.* singulis annis, ex officii sui debito, Clerum & Populum nostræ Civitatis, & *Karleol.* Diocesis visitare tenetur, & à locis visitatis, expensas pro suo labore recipere moderatas, statuimus & ordinamus, quòd, cum dictus Archidiaconus noster, populum ibidem habitantem, jure Archidiaconali visitaverit, extra tamen fines vestros prædictos, eidem dictus Presbyter, de eadem portione suâ, quatuor librarum, xl. denarios tantum, nomine procurationis solvere teneatur.

Volumus insuper, statuimus, & tenore præsentium ordinamus, pro nobis, & successoribus nostris, officialibus, ac aliis Ministris nostris Ecclesiasticis, quod nichil novi juris, oneris, vel exactionis cujuscunque prætextu fundationis Capellæ sive Ecclesiæ vestræ prædictæ, vobis, successoribus vestris, aut Monasterio vestro aliqualiter imponatur; præterea quæ ante fundationem prædictam, nobis & successoribus nostris, de jure, sive consuetudine ibidem hactenus competebant, & ea quæ superius sunt expressa. Præterea, si processu temporis, dicti inquilini & inhabitantes vestri, à locis vestris prædictis, quoquomodo fuerint amoti, volumus & concedimus, pro nobis & successoribus nostris; quod liberè liceat vobis & successoribus vestris, Cantariam dictæ Capellæ seu Ecclesiæ subtrahere, terrasque vestras & grangiam, adeo liberè & quietè ab onere Presbyteri, & aliis oneribus prædictis quibuscunque tenere, sicut eas unquam, ante confectionem præsentium liberiùs tenuistis. Per istam verò concessionem nostram, seu Capellæ, vel Ecclesiæ vestræ fundationem juribus Ecclesiarum Parochialium nostræ Diocesis, seu privilegiis; vobis & ordini vestro indultis, non intendimus in aliquo derogare; sed ea, in suo robore illibata perficere volumus utrobique. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum nostrum apposuimns: Datis apud *Lynstocke* tertio Idus *Aprilis* Anno Domini MCCCIIII°. & Pontificatus nostri xij°.

Carta Ricardi *de* Luci *donationem Ecclesiæ de* Burgo *per* Hugonem *de* Morville *factam confirmans.*

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, has Literas visuris vel audituris *Ricardus* de *Lucy* salutem. Noverit universitas vestra me concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis de Holme in perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ; & pro animâ *Hugonis* de *Moreville*, & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum, donum ejusdem *Hugonis* veri Patroni Ecclesiæ de *Burgo* liberum & quietum de omni calumpniâ meâ & hæredum meorum: quam Ecclesiam de *Burgo* interam, cum omnibus pertinentiis suis, idem *Hugo* iisdem Monachis, in perpetuam Elemosinam habendam donavit, sicut in ejus scripto autentico continetur. Testibus, *&c.* Ibid. f. 26. a.

Alia Confirmatio ejusdem Ecclesiæ, facta per Johannam *filiam* Hugonis *de* Moreville.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis *Johanna* filia *Hugonis* de *Morevill* salutem. Noverit universitas vestra, quod ego, meâ liberâ, & spontaneâ voluntate concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & Monachis de *Holmecoltram* in perpetuam Elemosinam, pro salute animæ meæ, & Domini mei *Ricardi Gernun* & Patris mei *Hugonis* de *Morevill*, & pro animabus omnium antecessorum & successorum nostrorum, donum ejusdem *Henrici* Patris mei, veri Patroni Ecclesiæ de *Burgo*, quam Ecclesiam, cum omnibus pertinentiis suis, idem *Hugo*, pro salute animæ suæ, eisdem Monachis in perpetuam Elemosinam habendam donavit, liberè perpetuò tenendam, sicut in ejus scripto autentico continetur. Testibus, *&c.* Ibidem b.

Carta Thomæ *filii* Cospatrici *de Grangiâ de* Flemingby.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis *Thomas* filius *Cospatrici*, filii *Ormi* salutem: Sciatis, quod ego consilio & consensu *Alani* Fratris mei, & aliorum hæredum atque amicorum meorum, dedi & concessi, & præsenti Cartâ confirmavi Deo & Sanctæ *Mariæ* de Holmecoltram, & Monachis ibidem Deo servientibus, in puram liberam & perpetuam Elemosinam Flemingby, cum omnibus pertinentiis Ibid. f. 37. b.

tinentiis ſuis exceptâ terrâ de *Waitecroft*; ſcil. per iſtas diviſas; Ex illâ parte versùs **Alneburgh** à mari, uſque ad petram quam Monachi poſuerunt ſuper ripam maris; & à petrâ illâ deſcendendo per **Kane**, in tranſverſo, uſque in **Helerk**: & ſic aſcendendo per Matrem ſuam de **Eleſike**, uſque ad capud de **Middelholme**, versùs occidentem; & inde ſicut Mater ſua dividit, uſque in **Brandesdic**: Et ſic aſcendendo per **Brandesdic**, uſque dum veniat ad **Wyterigge**; & ſic per inferius capud de **Witterigge**, uſque in *Folegile*: & ſic aſcendendo per *Folegile* uſque ad capud foſſati Monachorum versùs aquilonem: Et ſic aſcendendo per idem foſſatum, uſque ad ſuperius capud de **Scalegile**; & ſic aſcendendo ſicut ſulcus, quem ego trahere feci, qui ducit ad ſuperius capud de **Thweregile**, & inde aſcendendo per eundem ſulcum uſque ad ſuperius capud de **Aykegil**; & ſic deſcendendo ſicut rivulus curris inter duos ſaltus de *Nathwait*, per medium boſcum, uſque ad **Kirnepot**; & de *Kirnepot* uſque in mare. Quicquid continetur inter has diviſas habeant prædicti Monachi, ex dono Patris mei & meo, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in miſcis & mariſcis, in ſabulonibus & piſcaturis, & in omnibus aliis rebus, ad prædictam terram pertinentibus; & tenebunt eam plenariè, integrè, & honorificè, in puram liberam, & perpetuam Elemoſinam, ſicut aliqua Elemoſina melius & liberius teneri poterit, quietam de omni terreno ſervicio & exactione. Habebunt præterea extra diviſas iſtas, communem paſturam de **Seton**, & communem paſturam de **Kirnepot**, uſque ad **Fulewike**, inter boſcum & mare. Et nos ſimiliter communem paſturam habebimus cum Monachis in *Flemingby*, exceptâ terrâ arabili, pratis, & boſco: Si autem pecunia mea evaſerit infra boſcum eorum, vel pecunia eorum infra boſcum meum, remittetur ex utraque parte, ſine gravamine; ſi tamen non fuerit ex conſuetudine. Hanc terram, cum libertatibus ſuis ego & hæredes mei, per diviſas nominatas warrantizabimus prædictis Monachis contra omnes homines imperpetuum, & acquietabimus omne forenſe ſervicium. Hiis teſtibus *R.* de *Vallibus*, &c.

Carta Ceciliæ *Comitiſſæ* de **Albemarle**, *donationem* Coſpatrici *filii* Orm, *de medietate Villæ de* **Kelton** *confirmans.*

lb. f. 38. b. CEcilia Comitiſſa *Albemarle* Dapiferis, Vicecomitibus, & omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, præſentibus & futuris has literas audientibus, vel audituris ſalutem. Sciatis me, & hæredes meos dediſſe, & confirmaſſe, præſenti Cartâ, Deo & S. *Mariæ*, & Domui de **Holmecoltram**, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, dimidietatem Villæ de **Kelton**, cum omnibus pertinentiis, ſicut Carta *Coſpatrici* filii *Orm* teſtatur. Dedi etiam præfatis Monachis & conceſſi, ego & hæredes mei, totum ſervicium, quod ad me, & hæredes meos pertinet, in puram, & liberam & perpetuam Elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, *&c.* Hiis teſtibus, *&c.*

Carta Gilberti *de* Culwenne.

lb. f. 44. a. UNiverſis Chriſti fidelibus, *&c.* *Gilbertus* filius *Gilberti* de *Culwenne* ſalutem, *&c.* Noverit univerſitas veſtra me inſpexiſſe, audiſſe, & intellexiſſe Cartas Dominorum *Coſpatricii* filii *Ormi*, *Thomæ* filii ejuſdem *Coſpatricii*, *Patricii* filiique ejuſdem *Thomæ*, avi mei, *Gilberti* Patris mei, & *Thomæ* Fratris mei factas & conceſſas per eoſdem, *&c.*

Carta Johannæ *filiæ & hæredis* Adæ *de* Millom, *relictæ* Johannis *de* Hodeliſton, *de terrâ de* **Kekelay.**

lb. f. 47. a. SCiant præſentes & futuri, *&c.* quod ego *Johanna* filia & hæres *Adæ* de *Millom*, in meâ viduitate & ligeâ poteſtate, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animæ *Johannis* de *Hodeliſton* quondam viri mei, *&c.* dedi conceſſi & præſenti ſcripto confirmavi, pro me & hæredibus, & ſucceſſoribus meis, in liberam, puram, & perpetuam Elemoſinam, totam illam terram de **Kekelay** integrè, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine ullo retenemento, quam dicti Abbas & Monachi habent per Cartam *Gunildæ* filii *Henrici*, filii *Arthuri*, tenendam & habendam liberam, quietam, & ſolutam ab omni ſervicio, conſuetudine, ſectâ, placito, exactione & demandâ, ſicut aliqua Elemoſina poſſit teneri & haberi, *&c.* In cujus, *&c.*

Carta Thomæ *de* Multon *donationem* Lamberti *de* Multon *anteceſſoris ſui recitans & confirmans.*

lb. f. 51. a. OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Thomas* de *Multon* Dominus *Couplandiæ*, filius & hæres Domini *Thomæ* de *Multon*, ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis me inſpexiſſe & intellexiſſe Cartam Domini *Lamberti* de *Multon* anteceſſoris mei, per quam dedit religioſis Viris Abbati & Conventui de **Holme**, & ſucceſſoribus ſuis, in liberam & perpetuam Elemoſinam Viginti quatuor duodenas minæ ferri in **Coupland** annuatim percipiendas; & liberos introitus & exitus ſibi & hominibus ſuis, & averiis eorum per terram ſuam, ad dictam minam fodiendam & cariandam, pro dimidiâ marcâ argenti, ſibi & hæredibus ſuis annuatim percipiendâ ad duos terminos; *viz.* medietatem ad *Pentecoſtes*, & aliam medietatem ad Feſtum S. *Martini* in Hyeme pro omni terreno ſervicio: Et inſuper confirmationem Domini *Thomæ* filii & hæredis ejuſdem Domini *Lamberti*, dictis religioſis, de eodem editam. Quas quidem conceſſiones, & confirmationes ratas habens & gratas, eas approbo, & eaſdem præfatis Abbati & Conventui de **Holmecoltram**, & eorum ſucceſſoribus, pro me & hæredibus meis ratifico & confirmo per præſentes. In cujus rei, *&c.*

Carta

Carta Willielmi *Comitis* Albemarliæ *de una forgiâ in* Winefel, *& minâ apud* Egremond.

Ibid. f. 51. a. WIllielmus Comes *Albemarliæ* Dapifero, Vicecom. & omnibus miniſtris & hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, &c. ſalutem. Sciatis me & hæredes meos dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmaſſe Deo, & Sanctæ *Mariæ* & Domui de Holmcoltram, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, unam forgiam in *Winefel*, ubicunque eis fuerit neceſſarior, & de boſco viridi & ſicco ad faciendum carbonem, & cætera quæ neceſſaria ſunt ad eandem forgiam tenendam; & minam apud Egremond, ubi eis fuerit neceſſarior, in liberam puram & perpetuam Elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, *&c.*

Carta Willielmi *Regis* Scotorum *donationem* Walteri *de* Berkele *recitans & confirmans.*

Ibid. f. 86. b. WIlliel. Dei gratiâ Rex *Scotorum*, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ, Clericis & Laicis ſalutem. Sciant præſentes & futuri me conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de Holmcoltram, & Monachis, *&c.* terram illam in *Galweiâ*, quam *Walterus* de *Berkele* Camerarius meus eis dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit; tenendam in liberam & perpetuam Elemoſinam, per diviſas nominatas in Cartâ prædicti *Walteri*, ita liberè & quietè, *&c.* ſicut aliqui Monachi Ordinis *Ciſtercienſis* Elemoſinas ſuas, in totâ terrâ meâ, liberas, quietas, *&c.* tenent; & ſicut Carta præfati *Walteri* teſtatur, *&c.* ſalvo ſervicio meo, *&c.*

Carta Chriſtiani *Epiſcopi* Candidæ Caſæ *de Grangiâ dictâ* Kirkewinny.

Ibid. f. 88. a. CHriſtianus Dei gratiâ Epiſcopus *Candidæ Caſæ*, univerſis præfatæ Eccleſiæ filiis, tam Clericis quàm Laicis ſalutem & benedictionem: Notum ſit univerſitati veſtræ, quod Domini opitulante miſericordiâ, Deo & Ordini *Ciſtercienſi* traditi ſumus, & Domui de Holmcoltram; ubi & corpori noſtro ſepulturam elegimus: Mandamus igitur univerſitati veſtræ, quatinus præfatam Domum & ad eam pertinentia Grangiam, quæ dicitur Kirkewinny, & omnia quæ ad illam pertinent, manuteneatis & protegatis, ſicut Dei & noſtram benedictionem habere deſideratis. Quod ſi quis contra hæc ire præſumpſerit, & præfatæ Domui de Holmcoltram, vel Grangiæ de *Kirkewenny*, vel quibuſlibet eorum pertinentiis dampnum aliquod intulerit, vel inferenti conſenſerit, tanquam Domini Papæ & noſtrum excommunicatum Omnipotentis Dei, & noſtram, ſe maledictionem incurſurum, & æterni incendii pœnas luiturum, ſciat, niſi cum ſatisfactione congruâ emendaverit. Teſtibus, *&c.*

Carta Roberti *Regis* Scotorum *de annuâ firmâ decem librarum.*

Ibid. f. 100. a. RObertus Dei gratiâ Rex *Scotorum*, omnibus probis hominibus ſuis totius terræ ſuæ ſalutem. Sciatis nos, pro ſalute animæ noſtræ, & animabus omnium anteceſſorum noſtrorum, & ſucceſſorum; & ſpecialiter pro animâ Patris mei, cujus corpus humatum eſt in Eccleſiâ beatæ *Mariæ* de Holmcoltram, dediſſe, conceſſiſſe, & per præſentes confirmaſſe, ac pro nobis & hæredibus quietum clamaſſe Religioſis Viris Abbati & Monachis de Holmcoltram, illam annuam firmam decem librarum, quam . . . . . mihi annuatim reddere ſolebant . . . . . de terris & tenementis ſuis in Galwidia, *&c.* . . . . . xiiij°. *Januarii* Anno regni noſtri tertio-decimo.

Bulla Lucii *Tertii* Rom. *Pontificis*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ibid. f. 110. a. LUcius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, dilectis filiis *Everardo* Abbati Monaſterii Sanctæ *Mariæ* de Holmecoltram, ejus fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat: Ea propter dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium Sanctæ *Mariæ* de Holmecoltram, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem Statuentes, ut Ordo Monaſticus, quam ſecundum Dei & *Sancti Benedicti* Regulam, atque inſtitutionem *Ciſtercienſium* fratrum, in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis; præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ex dono illuſtris *Anglorum* Regis *Henrici*, totam Inſulam de Holme, in quâ præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentis ſuis, & omnibus libertatibus, à præfato illuſtri Rege nobis indultis, & ipſius Cartâ confirmatis. Grangiam veterem, cum omnibus appendiciis ſuis: Grangiam de *Ternis*, cum omnibus appendiciis ſuis: Grangiam de Senile, cum omnibus appendiciis ſuis: Grangiam de *Rubi*, cum omnibus, *&c.* Grangiam de *Arlosk*, cum omnibus, *&c.* Et quicquid habetis infra Inſulam de *Holme* per rectas diviſas ſuas, ſicut fuit foreſtata tempore *Henrici* Regis ſenioris, & *Ranulphi* Comitis *Ceſtriæ*.

Extra

Extra Insulam de **Holme**, ex dono *Cospatricii* filii *Orm*, & *Thomæ* filii *Cospatricii*, terram & grangiam de **Flemingeby**, cum omnibus pertinentiis suis, per rectas divisas suas, sicut in eorundem Cartis continentur. Ex dono etiam ejusdem *Cospatricii* terram de **Keltone**, cum omnibus visamentis suis, sicut in ejusdem Cartâ continetur. Libertates insuper ejusdem terræ, ex dono *Willielmi* Comitis, & *Cecilie* Comitissæ *Albemarliæ*: Et ex dono ejusdem Comitis & Comitissæ forgiam unam in **Wynnefel**, cum omnibus necessariis suis, sicut in Cartis eorundem continetur. Ex dono *Waldevi* filii *Gamelli* terram de **Kirkeby-Thore**, cum omnibus pertinentiis suis. Grangiam etiam & terram in *Galwidiâ*, quæ dicitur *Kirkewinni*, cum omnibus pertinentiis suis, per divisas suas, in Cartâ *Rolandi* filii *Hratredi* manifestè decern ..... unam etiam salinam, extra easdem divisas in **Lotch-chitdale** ..... necessariis suis. Et pasturam porcis sine pasuagio per omnes silvas infra dominium ejusdem *Rolandi*, & aisiamenta nemoris in **Preston & Lotch** ..... & semitas, & aisiamenta portuum. Omnia hæc, sicut in Cartâ ipsius *Rolandi* continentur.

In *Hibernià* quoque quicquid Comes *Ricardus*, & *Hugo* de *Lacy*, & alii nobiles, pietatis intuitu, vobis & domui vestræ contulerunt, & suis Cartis munierunt: Nichilominus vobis, auctoritate Apostólicâ confirmamus.

Inhibemus etiam ne terras, seu quodlibet beneficium Ecclesiæ vestræ collatum liceat alicui personaliter dari, sive alio modo alienari, sine consensu totius Capituli aut majoris & sanioris partis. Si quæ verò donationes, vel alienationes, aliter, quàm dictum est, factæ fuerint, eas irritas esse censemus.

Antiquas præterea & rationabiles, ac Regulares Monasterii vestri consuetudines, hactenus observatas, ratas habemus; & eas futuris temporibus illibatas permanere censemus.

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus, aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum, sive de piscationibus vestris; ubicunque fuerint in aquis salsis, vel fluminibus, nullus à vobis decimas extorquere præsumat. Liceat quoque vobis, Clericos, vel Laicos, è seculo fugientes, liberos & absolutos, ad conversionem recipere, & in vestro Monasterio sine contradictione aliquâ retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in loco vestro professionem, fas sit, absque Abbatis sui licentiâ, de eodem discedere: Discedentem verò absque communi literarum cautione, nullus audeat retinere.

Inhibemus etiam, auctoritate Apostolicâ, ne quis præsumat Monasterium vestrum novis exactionibus aggravare. Paci quoque & tranquillitati vestræ, paternâ sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolicâ prohibemus, ut infra ambitum Monasterii vestri & clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum, nullus violentiam, vel rapinam sive furtum committere, aut ignem apponere, seu hominem capere, vel interficere aliquo modo præsumat. Ad hæc autem adjicimus, ne aliquis frater sive conversus sub professione vestræ domus astrictus, sine consensu & licentiâ Abbatis, & majoris partis Capituli vestri, pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra precium Capituli sui providentiâ constitutum, propter manifestam domus vestræ utilitatem. Quod si facere fortè præsumpserit, non teneatur Conventus, sine cujus licentiâ & consensu hoc exigerat, pro eis aliquatinus respondere.

Præterea licitum sit vobis in causis vestris fratres vestros idoneos ad testificandum adducere, atque ipsorum testimonio, si rectum fuerit, & propulsare violentiam, & justiciam vendicare. Pro oleo sancto, consecrationibus Altarium, vel Ecclesiarum, ordinationibus Monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, sive Abbate deducendo ad sedem, vel quibuslibet aliis Ecclesiasticis sacramentis, nullus à vobis, aut sub contentu consuetudinis, aut quolibet alio modo quicquid audeat postulare.

Statuimus etiam, ne Episcopi, vel alia persona secularis, seu alterius Ordinis Regularem & Canonicam Abbatis vestri electionem unquam impediat, nec de deponendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta *Cistercienſis* Ordinis, & auctoritatem Privilegiorum vestrorum, se nullatenus intromittat. Præterea si Episcopus, in cujus Parochiâ domus vestra fundata est, tertio, cum humilitate & devotione, sicut convenit requisitus, Abbatem vestrum cum substitutus fuerit, benedicere fortè noluerit; liceat eidem Abbati, si Presbyter fuerit, proprios novicios benedicere, & alia quæ ad officium illud pertinent exercere; & donec idem Episcopus duriciam suam recogitet, & benedicendum Abbatem benedicere non recuset. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, minuere, vel ablatas retinere, vel quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia interga & illibata serventur, eorum pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; salvâ sedis Apostolicæ auctoritate, *&c.*

Data, *&c.* viij°. *Maii* Anno Domini *MCLxxxv°*. Pontificatus verò domini *Lucii* Papæ tertii anno quarto.

PAG.

Pag. 914. Col. 1.

Carta Bertrami *de* Verdon, *de fundatione ejuſdem.*

Ex ipſo autogr. in Bibl. *Cottoniani* Anno 1668.

Bertramus de *Verdun*, Omnibus hominibus ſuis & amicis, tam Clericis quàm Laicis, tam præſentibus quàm futuris, ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmaſſe, Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbatiæ de Valle Sanctæ *Mariæ* de **Crokesdene**, quam ego fundavi, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam Elemoſinam, pro animabus *Normanni* de *Verdune* Patris mei, & *Lecelinæ* Matris meæ, & *Richardi* de *Humez* qui me nutrivit, & prædeceſſorum meorum; & pro ſalute meâ, & *Roehais* uxoris meæ, & ſucceſſorum meorum, totam terram meam de **Crokesdene**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ad fundandam eandem Abbatiam; exceptis exſartis quæ homines mei de **Wdehures** fecerunt; & excepto hoc quod Monachi præfatæ Abbatiæ nullam multuram capient de hominibus meis ad molendinum ſuum de **Crokesdene**, & excepto, hoc quod retinui ſuper rivulum qui dividit terram de **Crokesdene**, & terram de **Bretlee**, tot ſitus ad vivaria facienda & ſervoria, quot ego vel hæredes mei voluerimus, & ad capiendam terram ad calceias faciendas ex parte terræ Abbatiæ juxta ipſas calceias. Hanc verò terram meam de *Crokeſdene*, & quicquid in eadem villâ habebam; & de feudo **Alvetone**, & de feudo **Wadeleie**, & de feudo **Crakemerle** dedi Monachis prædictæ Abbatiæ in Elemoſinam, tali conditione, quod eadem Abbatia perpetuò remanebit in eadem villâ de **Crokesdene**, fundata in territorio Patrimonii mei. Præterea dedi eidem Abbatiæ totam terram meam de **Wolfdene** cum omnibus pertinentiis ſuis; & totam terram meam de **Aka** cum nemore quod ad eam pertinet, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; & ſalinam meam de *Midilwich*; & totum ſervitium quod *Achardus* de *Stanfort* & hæredes ſui mihi debebant de tenemento ſuo quod tenebant de me in villâ de **Stanfort**, & in villâ de **Caſtretone**; & molendinum meum de **Stanfort** quod eſt inter pontem & caſtellum, cum omnibus pertinentiis ſuis; & totam terram quam in eadem villâ de **Stanfort** habebam; & ſervitium *Radulfi* de *Normanville* & hæredum ſuorum de terrâ quam tenebat de me in villâ de **Burtone**; ſcil. ſeptem ſolidos annuatim reddendos ad duos terminos, unam medietatem ad *Paſcha*, & alteram in Feſto Sancti *Michaelis*; & totum dominicum meum de **Tokebi** in villâ & extra villam; in boſco & plano; in pratis & paſcuis, in aquis, in viis, & ſemitis, cum toto herbergagio ad idem dominicum pertinente; excepto hoc quod retinui mihi & hæredibus meis totum vilanagium, & omnes firmarios ejuſdem villæ, & omnes conſuetudines, & omnia ſervitia quæ homines ejuſdem villæ ſolebant mihi facere, & quod ipſi homines habebant in boſco ejuſdem villæ, omnem communionem, & omnia aiſiamenta quæ in eo ſolebant habere. Dedi etiam prædictæ Abbatiæ Monachis medietatem nemoris mei de **Greth** propinquiorem Abbatiæ, cum omnibus pertinentiis ſuis; excepto quod retinui mihi & hæredibus meis ſitum vivarii qui eſt inter **Greth** & **Bretlee**; & tantum terræ quantum idem vivarium cum toto refollo ſuo poterit occupare; & mihi & hæredibus meis licebit exaltare calceiam ejuſdem vivarii quantum voluerimus. Monachi verò non includent medietatem ſuam nemoris de **Greth** propter communionem paſturæ quam ipſi & homines mei de **Bretlee** & de **Alvetone** debent ſimul habere in ipſo nemore de **Greth**. Præterea dedi eiſdem Monachis medietatem nemoris mei de **Crakemerle** propinquiorem Abbatiæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam carrucatam terræ in villâ de **Hertesholt**, cum omnibus pertinentiis quæ vocatur **Lees**; & Eccleſiam de *Alvetonâ* cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de **Tokebi** cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo & firmiter ſtatuo quod prædicta Abbatia & Monachi in eâ Deo ſervientes habeant & teneant omnes has meas donationes & Elemoſinas benè & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè & honorificè, in boſco & in plano, in pratis, & paſcuis, & communis, in viis & ſemitis, in exitibus & aquis; in villâ & extra villam; & in omnibus rebus & locis & libertatibus ad illas pertinentibus, liberas, ſolutas, & quietas ab omni ſervitio & conſuetudine, & exactione ſeculari ad me & ad hæredes meos pertinente: & prohibeo ex parte Dei & meâ, ne quis hæredum meorum huic donationi meæ contraire vel eam in aliquo perturbare præſumat. Hiis teſtibus *Roberto* Priore de *Kinilleworth*, *Roberto* de *Verdun*, *Waltero* de *Canvile*, *Adâ* de *Aldithelee*, *Arnaldo* Dapifero, *Willielmo Fitun*, *Henrico* de *Praieres*, *Willielmo Pantouf*, *Radulpho* de *Biſeche*, *Rogero Bagot*, *Philippo* de de *Draisote*, *Milone* de *Verdun*, & multis aliis.

ADDI-

ADDITAMENTA

IN

Tomum Secundum

MONASTICI

ANGLICANI.

ADDITAMENTA
IN TOMUM SECUNDUM.

PAG. 461. Col. 1.

Confirmatio Cartarum per *Johannem Norwicenſem* Epiſcopum, de fundatione & dotatione Hoſpitalis *Sancti Pauli* in *Norwicenſi* Civitate.

Ex ipſo autogr. in Bibl. *Cottonianâ.*

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. *Frater* J. *permiſſione divinâ* Norwycenſis *Epiſcopus, dilectis in Chriſto Filiis Priori & Conventui Eccleſiæ Sanctæ* Trinitatis *de* Norwyco *ſalutem, gratiam, & benedictionem. Dilectionis prærogativa ſpecialis, quam ad vos, tanquam ad filios noſtros kariſſimos plenis affectibus inceſſanter gerimus, quos nimirum in viſceribus caritatis habemus præ cæteris affectuoſiſſimè commendatos, animum noſtrum pulſat, ſollicitat & invitat, ut ad ea totis viribus aſpiremus, per quæ, & in præſentiarum tutiores eſſe poſſitis, & futuris periculis cautius obviare. Hinc eſt, quod cum poſt Viſitationis noſtræ Officium in Civitate & Dyoceſi noſtrâ* Norwicenſi, *pro majori parte peractum, nos humiliter rogaveritis & devotè, ut Inſtrumenta Hoſpitalis noſtri Sancti* Pauli *in* Norwico, *ſuper donationibus & collationibus Epiſcoporum, ac Prædeceſſorum noſtrorum* Norwicenſium *Monachorum, Regum etiam* Angliæ, *necnon & aliorum Chriſti fidelium, de Eccleſiis & minutis decimis, aliiſque bonis ipſius Hoſpitalis, ſpiritualibus & temporalibus inſpiceremus diligenter, & examinaremus; ac de eiſdem, quod propter periculum quod imminere poſſet, in futurum exemplari; quædam etiam in inſultu in vos, Eccleſiam veſtram, ac domos veſtras, per Cives* Norwicenſes *dudum habito, pro magnâ parte dehoneſtata & confracta, juſto timore innovari & pupplicari ex Decreto noſtro humiliter poſtulaſtis: volentes igitur teſtimonium veritati perhibere, veſtris juſtis petitionibus favorabiliter inclinati, ne vos, ſeu fratres prædicti Hoſpitalis inevitabile periculum futuris temporibus pro defectu probationis invadat, Inſtrumenta, quæ ſuper bonis dicti Hoſpitalis habetis, auctoritate ordinariâ, coram nobis præſentari fecimus, & exhiberi; ac ea diligenter inſpecta, in nullâ ſui parte vicioſa invenientes, formâ juris in omnibus obſervatâ, Inſtrumenta quæ ſuper Eccleſiis, & minutis decimis, quas in proprios uſus poſſidetis, & quæ ſuper aliis quibuſlibet bonis & rebus ipſius ſpiritualibus & temporalibus habetis, ad cautelam præſentium, & memoriam futurorum, de verbo ad verbum exemplari fecimus, innovari, & pupplicari, eandem auctoritatem per hoc, cum originalibus per ſe habitura: Quorum Inſtrumentorum tenor in ſequentibus annotatur; qui talis eſt.*

Carta Conventus S. Trinitatis Norwici.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, quod Conventus Sanctæ *Trinitatis Norwicenſis* Eccleſiæ, dedit Hoſpitali ſuo ipſam terram, in quâ Hoſpitale eſt, & Decimas ſuas de *Marſham*, & de *Blikelingger*; & terram de Spzouſton; & terram de *Foſſis*, quæ eſt inter ſilvam & aquam. Concedit autem hoc quietum, & ab omni terreno cenſu liberum, ad ſuſtentationem pauperum, pro animâ *Herberti* Epiſcopi,

& pro salute omnium fidelium vivorum & defunctorum: & ut hoc in perpetuum conserveturSigillo Sanctæ *Trinitatis*, & Signo Sanctæ ✠ Crucis confirmavit.

Carta Prioris & Conventus.

NOtum sit omnibus fidelibus Christi, præsentibus & futuris; quod omnes qui acceperunt terram in Crosto Hospitalis de Sancto *Paulo*, ad manendum, ex concessione Capituli Prioris & Monachorum S. *Trinitatis Norwicensis* Ecclesiæ; habeant eam ipsi, & hæredes eorum jure perpetuo, quam diu legaliter vixerint, & censum terræ reddiderint Procuratori Hospitalis. Hæc nomina eorum, & hic census per annum; *Johannes* xij. denarios; *Osbernus* xviij. denarios; *Gualterus* Presbyter viii *d.* *Ranulfus* Cocus sex denarios. *Toraldus* Capellanus Episcopi sex denarios. *Lilwardus* quatuor denarios: *Rungolfus* x *d.* *Goscelinus* Magister xiij *d.* *Gwilelmus* Pistor octo denarios: *Adulfus* decem denarios. *Goscelinus* Carpentarius octo denarios: *Onna* sex denarios. & sanctus *Paulus* hæres ejus. *Wlvericus* sex denarios: *Gosfridus* octo denarios: *Hugo* decem denarios: *Gwalterius* x. denarios: *Lewinus* x. denarios: *Wikemannus* x. denarios. Et ut hæc constitutio rata & firma maneat in perpetuum, Signi Sanctæ ✠ impositione, & Sigilli Sanctæ *Trinitatis* appositione confirmatur ab omnibus Monachis Sanctæ *Trinitatis.*

Carta Ricardi *Archidiaconi.*

RIcardus Archidiaconus Karissimis suis *Rodberto* Vicecomiti, & Ministris Regis de *Flego* salutem, & Orationes devotas: Dedi de Elemosinâ, quam donavit mihi gratia Dei & Regis nostri, Ecclesias cum terrulis earum, & Decimas de *Ormesby*, Hospitali pauperum de Norwic, pro salute Regis & fidelium suorum unde precor vos, quatinus domino *Normanno* Monacho, Procuratori illius domus faciatis illam Elemosinam habere plenariè, tam de fructu omnium, & animalium, quàm de fructu terræ, ut Deus nobis hoc retribuat.

Carta Adæ *de* Bellosago.

VEnerabili domino suo *Eborardo* Dei gratiâ, *Norwicensi* Episcopo, & omni Conventui Ecclesiæ Sanctæ *Trinitatis Norwicensis* Ecclesiæ *A.* de *Bellosago*, salutem & debitum obsequium. Notum sit dilectioni vestræ, quod ego concedo *Norwicensi* Ecclesiæ, ad ædificandum Hospitale ejusdem Ecclesiæ, & ad sustentationem pauperum, Ecclesias meas & Decimas de *Ormesby*, cum terris, & omnibus rebus quæ eis pertinent, ita benè & plenariè sicut *Ricardus* de *Bellosago* Episcopus *Abrincalensis* ei concedit, & *Henricus* Rex, & Cartis suis confirmant. Et præcipio Clericis meis, & Vicario earundem Ecclesiarum, ut reddant Procuratori prædicti Hospitalis quicquid reddere debent; quia nolo, quod Elemosina ejus & nostra aliquo modo minuatur, vel detineatur. Valete.

Carta Eborardi *Episcopi.*

EBorardus Dei gratiâ *Norwycensis* Episcopus, Archidiaconibus suis *Guillelmo*, *Rogerio*, *Walkelino*, *Guilelmo*, & *Rogerio* Decano; & Parochianis suis de *Norfolc* & de *Sutfolc* salutem. Sciatis meo jussu & auxilio Monachos S. *Trinitatis Norwycensis*, in liberâ possessione Sanctæ *Trinitatis*, ædificasse Hospitale intra *Norwycum*; ad sustentationem pauperum Dei, pro salute animæ meæ, & pro salute omnium benefactorum loci illius; & Ecclesiam de Sancto *Paulo* juxta Hospitale: Et quicunque ipsam Ecclesiam, in Festivitate Sancti *Pauli*, in æstate, per octo dies cum oblationibus Elemosinarum, vel pio cordis affectu requisierint; remitto eis, ex divinâ largitione, & nostrâ auctoritate xl. dies de injunctâ sibi pœnitentiâ omni anno. Nullus vero prædicto Hospitali, vel in ejus possessione habitantibus, vel rebus suis, super pacem Dei & nostram injuriam, vel aliquam contumeliam in aliquo inferat; sed sint liberi & quieti in perpetuo ab omnibus consuetudinibus & querelis, in pace Dei & nostrâ, sicut decet Elemosinam Dei. Et omnes in Hospitali, vel in possessione Hospitalis manentes, in prædictâ Ecclesiâ Sancti *Pauli* servicium Dei audiant, & securi Deum laudent: & pro nobis & pro omnibus Christianis, vivis atque defunctis deprecentur: Secretarius autem Sanctæ *Trinitatis* det omni anno ad opus jam dictæ Ecclesiæ, Crisma & oleum suum. Et ut hæc constitutio rata & firma semper permaneat, eam Sanctæ Crucis impressione ✠ & Sigilli mei appositione confirmo atque corroboro. Valete.

Carta Decimarum de Filleby.

IN Nomine Domini nostri Jhesu Christi, notum sit omnibus, præsentibus & futuris Christi fidelibus, quod ego *Morellus* de *Merlay*, & uxor mea *Emma* intravimus in fraternitatem Monachorum Sanctæ *Trinitatis Norwycensis*: Monachi verò concesserunt nobis, & animabus parentum nostrorum, beneficia loci, præsentium, præteritorum, & futurorum Monachorum: De tanta autem remuneratione, dedimus Hospitali Sanctæ *Trinitatis*, ad sustentationem pauperum in perpetuum, duas partes Decimæ nostræ de *Fileby*, de segete, & de cæteris omnibus quæ decimari debent. Reddidimus etiam terram, quæ erat in eadem Villâ, in calumpniâ, quietam Monachis S. *Trinitatis*. Et hii testes *Willielmus* de *Merlay* frater *Morelli*; *Osbernus* Armiger *Morelli*; *Almerus* & *Godwinus* de *Fileby*; *Willielmus Baronus*, *Robertus* filius *Godinæ*, *Radulfus* filius *Willielmi* Miles *Morelli.*

Carta

Carta Thomæ *Episcopi.*

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Thomas* Dei gratiâ *Norwicensis* Episcopus salutem in Domino, Ea quæ in pias causas, à Dei fidelibus concessa sunt & collata, ut his usibus quibus sunt deputata firma & inconcussa permaneant, Episcopalis expedit auctoritatis patrocinio communiri: Eapropter ad universorum volumus pervenire noticiam, nos Dei causâ & pietatis intuitu, Canonicè dedisse & confirmasse Deo & Hospitali Sancti *Pauli* in *Norwico*, Ecclesias omnes, Decimasque subscriptas, cum omnibus ad ipsas pertinentibus, in proprios usus & sustentationem pauperum in eodem Hospitali languentium inperpetuum profuturas; *viz.* Ecclesiam S. *Pauli* in *Norwico*: In Villâ de **Dymesby** Ecclesias Sancti *Michaelis* & Sancti *Petri*, & Sancti *Andreæ*, & Sanctæ *Margaretæ*. Decimas quoque omnes Aulæ de **Dymesby**, & omnibus terris ad dominium ejusdem Aulæ pertinentibus; & de ovibus ejusdem Aulæ, ex donatione illustrissimorum Regum *Angliæ Henrici* primi & *Henrici* secundi. Præterea tertiam partem Decimæ de dominiis Maneriorum nostrorum de **Blafeld**; de **Beketone**; de **Coype**, de **Conedis**; de **Langham** cum suis pertinentiis; & duas partes decimæ dominii nostri de *Marsham*; & tertiam partem decimæ dominii nostri de **Blidinge**: Et medietatem omnium decimarum de dominio Prioris *Norwicensis* in **Taverham**; & de dominio Monachorum *Norwycensium* in **Neuton**: Et duas partes decimarum de dominio *Roberti* de *Ulmo* in **Fileby**; salvâ in omnibus reverentiâ, honore, & debitis consuetudinibus Sanctæ *Norwycensis* Ecclesiæ. Hanc autem donationem nostram & confirmationem nostram, ut stabilis & illibata perseveret, præsenti scripto, & Sigilli nostri attestatione corroboramus: His testibus Magistro *Alano* Archidiacono de *Sudbiri*; Magistro *Roberto* de *Bileneye*, *Johanne Turri*, *Henrico* Capellano; *Dionisio* Clerico, *Ricardo* de *Geytone* Clerico; *Henrico* de *Tunstal* Clerico; *Adam* de *Birlingham*. Datum apud **Coype** quarto Kalendarum *Martii*, Pontificatus nostri anno primo.

Carta Regis Henrici *primi.*

HEnr. Rex *Angliæ* Justiciariis suis *R. Basset* & *A.* de *Ver*, & Burgensibus *Norwici*, & ministris suis de **Norfolc** salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Hospitali pauperum de Sancto *Paulo* de *Norwyco*, pro salute animæ meæ; & pro salute omnium parentum meorum, liberationem quam *Odlent* solebat habere; *viz.* tres denarios in die; & Vicecomes de *Norfolc* dabit de firmâ suâ. Testibus *Willielmo* de *Warennâ*, *Hugone Bigot*, *Rogero* de *Fisc.* *P.* de *Ver* & *A.* de *Ver* apud *Westmonasterium.*

Nos autem præscripta Instrumenta, de verbo ad verbum examinata, exemplata, innovata, & ex decreto nostro pupplicata; omnia quæ in eisdem Instrumentis contenta, vobis filiis nostris Monachis Norwicensibus, *& successoribus vestris, tenore præsentium, auctoritate Pontificali concedimus & confirmamus, ad opus & sustentationem pauperum & infirmorum, in supradicto Hospitali vestro commorantium, ac ibidem jugiter confluentium, perpetuis temporibus profutura. In cujus rei testimonium præsentibus Sigillum nostrum est appensum.* *Data* Norwici xvi°. *Kal.* Aprilis *Anno Domini* MCCCI°. *Pontificatus nostri Anno tertio.*

PAG. 181. Col. 2.

Carta Henrici Wintoniensis *Episcopi donatorum concessiones recitans & confirmans.*

ANno ab Incarnatione Domini MCL°. regnante Rege *Stephano*, ego *Henricus* Dei gratiâ, *Wintoniensis* Ecclesiæ præsul, & *Hillarius* tunc temporis Christi Ecclesiæ Decanus existens, petitione *Baldewini* Comitis, & *Ricardi* filii ejus, Ordinem Canonicorum Regularium in eandem Christi Ecclesiam introduximus, Prioremque constituimus. Statuimus itaque, quatenus Canonici, qui tunc erant in ipsâ Ecclesiâ, & seculares vocabantur, quamdiu vixerint, solita stipendia Præbendarum suarum habeant, sicut cum ut ea deserviant, & sicut antea Decano; sic deinceps Priori Canonicorum Regularium obediant. Obeuntibus verò ipsis, absque morâ, Præbendæ eorum in usus Canonicorum Regularium cedant. Statuimus quoque de his qui tunc temporis personæ Ecclesiarum, vel Capellarum ad Christi Ecclesiam pertinentes erant, quatinus quam diu se legitimè continuerint possidebant, possidebunt: Obeuntibus autem & ipsis, nullus de parentelâ eorum tanquam per hæreditarem introducatur, sed fructus earum in usus Canonicorum Regularium rediganter; & ipsi Canonici Regulares provideant qui Ecclesias vel Capellas illas honestè deserviant; salvo jure præsulis *Wintoniensis* Ecclesiæ.

Ex vetusto exemplari in Bibl. *Cottoniâ*nâ.

Præterea constituimus quæcunque hactenus eidem Ecclesiæ, largitione principum, vel aliorum Canonicè concessa fuerint, vel in futurum Canonicè adipisci poterit, præsentis scripti nostri munimine, inconcussa & inviolata permaneant; in quibus quæ ad nostram curam pertinent, propriis duximus exprimenda vocabulis: scilicet Ecclesiam de **Bolra**; cum Capellis suis de **Bokeherst**, de **Lymetone**, Ecclesiam de **Horduffe**; & Ecclesiam de **Wilnesord**, Ecclesiam de *Sopleyâ*, & Capellam de **Holeherst**; Ecclesiam de *Torleyâ*

leyâ quæ eſt in Inſulâ *Vectæ*: Libertates & omnes dignitates, quas eadem Chriſti Eccleſia tempore Decanorum habuerat, Priori Canonicorum Regularium conceſſimus, & hac Cartâ confirmavimus. Sepulturam quoque iſtius loci liberam eſſe decrevimus, ut eorum qui ſub noſtrâ curâ ſunt, & ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati, vel interdicti fuerint nullus obſiſtat: ſalvâ tamen Juſticiâ Matricis Eccleſiæ. Si quis autem huic conſtitutioni noſtræ inobediens eſſe, obviare, pervertere, contraire, non parere temptaverit, iram Omnipotentis Dei incurrat: Cunctis autem eandem Chriſti Eccleſiam amantibus, honorantibus, manutenentibus, ſit pax, æterna ſalus ab ipſo domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum Amen.

Pag. 152. Col. 2.

Carta Waldevi *filii* Coſpatrici *Comitis*, *facta Eccleſiæ S.* Brigidæ (*vulgariter dictæ* Bydekirke) *in Com.* Cumbriæ, *de Eccleſiâ de* Apeltun.

Ex ipſo autogr. penès *Ricardum Tolſon* de Bydkirke in Com. *Cumbr.* Arm. *Apr.* 1665.

IN Nomine Domini, Omnibus Eccleſiæ filiis, Clericis ſcilicet & Laicis, *Waldevus* filius *Coſpatrici* Comitis ſalutem. Notum ſit omnibus Catholicæ Fidei viris, me conceſſiſſe & dediſſe Eccleſiæ Sanctæ *Brigidæ* Virginis, villam nomine Apeltun, & omnia ipſi villæ adjacentia; ſcil. in campis & aquis & ſilvis & pratis, in elemoſinali feodo, conſentiente uxore meâ *Sigridâ*, & filiis meis *Coſpatrico* & *Alano*, & omnibus cognatis & amicis, pro animabus noſtris, & animabus parentum noſtrorum: Domum etiam propriam Sanctæ *Brigidæ*, cum omnibus lucris ipſius domus, liberam conceſſi de molturâ. Hanc itaque Eccleſiam & omnia pertinentia ad illam conceſſi & dedi *E.* p. & *El.* filio *Erlaſi* Presbyteri cognato meo & alumpno liberè & quietè tenere, ſicut decet Eccleſiaſticam Elemoſinam. Teſtibus *Gerardo* Capellano, *Suano* Presbytero, *Ligulfo* & *Uchtredo* fratribus, filiis *Uchtredi*; *Terbaldo* Dapifero *Ivonis*, & *Wald.* filio *Buet*; *Rotgero* filio *Aldani*; *Uchtredo* filio *Gamal*; *Ulf* filio *Gamal*, & multis aliis.

Carta Alani *filii* Walleovi, *filii* Coſpatrici *Comitis*, *de prædictâ villâ de* Apeltun, *& molendino de* Broctunâ.

Ibid. IN Nomine Domini, Omnibus Eccleſiæ filiis, Clericis ſcil. & Laicis, *Alanus* filius *Walleovi*, filii *Coſpatrici* Comitis ſalutem. Notum ſit omnibus Catholicæ fidei viris, me conceſſiſſe & dediſſe Eccleſiæ Sanctæ *Brigidæ* Virginis villam nomine Apeltun, & omnia ipſi villæ adjacentia; ſcil. in campis & in aquis, & ſilvis & pratis, in Elemoſinâ, in elemoſinali, feudo conſentiente matre meâ, pro animâ meâ & animâ patris mei, & omnium parentum meorum. Domum etiam propriam Sanctæ *Brigidæ*, cum omnibus lucris ipſius Donus, liberam conceſſi de moltura: Et de molendino de *Broctunâ* decimam conceſſi: Hanc itaque Eccleſiam & omnia ad illam pertinentia conceſſi & dedi *Athelwaldo* Clerico, filio *Erlavi* Sacerdotis, liberè & quietè tenere, ſicut decet Eccleſiaſticam Elemoſinam; me *Alano* & matre meâ *Sigarith* teſtibus; & *Rodberto* Capellano; & *Suano*, & *Accâ*, & *Samuelo* Presbiteris: Et *Uthredo* filio *Utheedi*; *Will°.* filio *Waldeovi*; & *Egelwardo* & *Orme* fratribus ſuis, filiis *Dalfini*; et *Chetello* filio *Ulfchill*; et *Chetello* filio *Roberti*, et multis aliis.

Carta Aeliciæ *de* Rumely, *filiæ* Willielmi, *filii* Duncani, *de eadem villâ.*

OMnibus has literas viſuris vel audituris Ibid. *Ælicia* de *Rumely*, filia *Willielmi* filii *Duncani* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me in viduitate meâ, & liberâ & plenariâ poteſtate meâ, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & quietam clamaſſe de me & hæredibus meis inperpetuum, & hac præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Brigidæ* Virginis, & Canonicis de Giſeburne, qui eandem Eccleſiam tenent, villam nomine Apelton in Airedale, cum omnibus pertinentiis ſuis, in ſilvis, & planis, paſcuis, & paſturis, aquis & molendinis, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, & aiſiamentis & libertatibus eidem villæ pertinentibus, in Elemoſinâ & Elemoſinali feudo, ſicut in Cartis anteceſſorum meorum; viz. *Waldevi* filii *Coſpatrici* Comitis, & *Alani* filii *Waldevi* continetur. Habendam & tenendam in liberam & puram, & perpetuam Elemoſinam, *&c.* Hiis teſtibus *Adam* filio *Roberti*, *Radulfo* de *la Ferte*, *Johanne Alemanno*, *Willielmo* de *Perci*; *Adam* de *Derewentewater*, *Johanne* de *Plumland*, *Gaufrido* de *Talentyr*; *Willielmo* de *Derham*, &c.

Literæ Teſtimoniales Thomæ *filii* Johannis *Vicecomitis* Cumbriæ *aliorumque militum ejuſdem Comitatus*, *ſuper ſerviciis debitis de villâ de* Apeltone.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis *Tho-* Ibid. *mas* filius *Johannis* tunc Vicecomes *Cumberlandiæ*, Magiſter *G.* de *Louther*, *Ricardus Gernun*, *Radulfus* de *la Ferte*, *Ricardus* de *Levintone*, *Adam* de *Wiketone*, *Robertus* filius *Willielmi* de *Corkebi*, *Willielmus* de *Johannebi*, & alii Milites Comitatus *Cumberlandiæ* ſalutem in Domino: Noveritis *Ricardum Racin*, tunc Seneſcallum Domini *W.* de *Forz* Comitis *Albemarliæ*, die Martis proximo poſt Feſtum Sancti *Michaelis* Anno Incarnationis Domini MCCXXI. literas domini ſui, ad prædictum 5° *H.* 3.

Tho.

Thomam filium *Johannis* Vicecomitem detulisse deprecatorias; ut omnia servicia & exactiones, quæ de villâ de **Apeltone** solent exigi; ipsi & Ballivi sui, de prædicto Comite & Senescallo suo, prædicto *Ricardo*, tunc præsente, & cæteris eidem successuris exigerent, secundùm formam Cartæ prædicti Comitis, quæ eadem die in Comitatu apud *Karleolum* coram nobis lecta fuit: quam Cartam Prior & Canonici de **Giseburne** habent; undè prædictus Vicecomes prædictum Senescallum ad prædicta servicia facienda, quantum in se fuit benignè admisit. Et ne super hoc in posterum ab aliquibus possit dubitari, in hujus rei testimonium, nos & alii Militis Comitatus nostri huic scripto, Sigilla nostra duximus apponenda. Valete in domino.

Carta Aliciæ *de* Rumeley, *filiæ* Willielmi, *filii* Duncani, *facta Canonicis de* Gyseburne, *de Ecclesiâ de* **Bydekirke.**

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, domina *Alicia* de *Rumeley*, filia *Willielmi*, filii *Duncani* salutem. Noverit universitas vestra, me in viduitate & liberâ potestate meâ, concessisse & dedisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de **Gyseburne** & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum; & maritorum meorum *Gilberti Pypard*, & *Roberti* de *Curtenay*, Ecclesiam de **Bydekirke** in **Alredale**, cum omnibus pertinentiis suis; Habendam & tenendam in puram & liberam & perpetuam Elemosinam: Unde volo, ut prædicti Canonici habeant & teneant prædictam Ecclesiam, de me & de hæredibus meis, ita liberè & quietè sicut aliqua Elemosina liberius & quietius, & honorificentius à viris religiosis, in totâ terrâ meâ, vel in Archiepiscopatu *Eborum* habetur & tenetur. Ut autem hæc donatio mea rata & illibata permaneat, eam præsentis scripti testimonio, & Sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus domino *B.* tunc *Karleolensi* Episcopo; domino *J.* Abbate de *Fontibus*; domino *N.* Abbate de **Furneis**, *&c.*

Carta ejusdem Aliciæ, *dictis Canonicis facta, de Ecclesiâ de* **Derehame.**

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, domina *Alicia* de *Rumeley*, filia *Willielmi*, filii *Duncani* salutem. Noverit universitas vestra me in viduitate, & liberâ potestate meâ concessisse & dedisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de **Gyseburne**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, & maritorum meorum *G. Pypard* & *R.* de *Curtenay*, Ecclesiam de **Derehame**, cum omnibus pertinentiis suis: Habendam & tenendam in puram & perpetuam Elemosinam, *&c.*

PAG. 272. COL. 1.

Literæ Will. *de* Curtenai I. Bathon. *Episcopo perrectæ propositum suum fundandi Domum Conventualem apud* **Worspring** *significantes.*

DOmino suo & Patri in Christo spirituali *I.* Dei gratiâ *Batonienſi* Episcopo, suus devotus in omnibus *Willielmus* de *Curtenai* salutem, & tam promtum quàm devotum in omnibus obsequium. Cum filii verè timentis sit semper ad patrem confugere tamquam ad initium & fundamentum suæ originis, ad vos tamquam ad fundamentum totius mei propositi, & tamquam ad patrem spiritualem, qui filio suo in seculo fluctuanti subvenire tenetur, confugio paternitati vestræ attenciùs supplicans, quatinus propositum meum ad effectum, si placet, perducere dignemini, cum meum propositum, nisi de auxilio & consilio vestro interveniente, nullatenus possit consummari: Noverit itaque paternitas vestra, quod habui & habeo in proposito fundare apud **Worspring**, in dominico meo, in quo constructa est Capella beati *Thomæ* Martyris, quandam Domum Conventualem de Ordine Canonicorum S. *Augustini* de *Bristelliâ*, vel de Ordine aliquorum aliorum, secundum quod magis videritis expedire, viz. pro salute animæ *Roberti* de *Curtenai* patris mei, cujus corpus ibidem requiescit, & matris meæ, et meæ propriæ; & uxoris meæ, & antecessorum meorum, & successorum; cujus Domus Fundationi perficiendæ, dedi & concessi totam terram meam de **Worspring**, & viris religiosis ibidem Deo, & beatæ *Mariæ*, & beato *Thomæ* Martyri pro tempore servientibus, & quosdam etiam redditus dictæ domui fundandæ dedi, sicut ex inspectione Cartæ meæ, exinde factæ, plenius vobis innotescet. Et Ecclesiam de **Wolle**, quæ de meâ advocatione est vacans, etiam vobis supplico, quatinus ipsam conferre velitis viris religiosis, qui apud **Wolfreng** per vos & per me fuerint constituti; ita quod fructus dictæ Ecclesiæ de **Wolle** in usus proprios illorum, qui in prædicto loco de **Wolfreng**, auctoritate vestrâ, ut prædictum est fuerint constituti, convertantur; & tam ex hiis fructibus quàm ex aliis rebus & redditibus, qui à me dicto loco fuerint collati valeant sustentari. Et noveritis in veritate, quæ Deus est, quod si propositum meum vobis placuerit adimplere, pleno Conventui omnia necessaria temporalia sufficienter administrabo; Ecclesias, quantum ad patronum pertinet, redditus & terras fertiles, prout videritis expedire conferendo. Noverit etiam paternitas vestra, quod

Ex ipso autogr. in Bibl. *Cottonianâ.*

quod fructus terræ de **Wolpyng**, quæ est de dominico meo, per me, & per latorem præsentium, *Walterum* Presbyterum cultæ, pro animâ patris mei, & aliorum amicorum meorum, & omnium fidelium distribuentur, & distribuantur, donec super hiis quid utilius vobis visum fuerit agendum, & honestius mihi significaveritis. Et noveritis quod lator præsentium, *Walterus* Presbyter, quem loco meo ad vos transmitto, vobis propositum meum, & petitionem, vivâ voce plenius expositurum, vir honestæ conversationis, & bonæ opinionis in partibus *Sumersetiæ* esse dinoscitur; cujus dictis quæ ex parte mea vobis proponet, fidem habere velitis. Diu in domino valeat sanctitas vestra.

Pag. 263. Col. 2.

Confirmatio domini Nicholai *de* Wormeleye, *de terrâ de* **Stanleye**.

Ex Registro de *Wormeleye* penès *Edw. Harleye* Militem de Balneo. fol. 7. a.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris *Nicholaus* de *Wormeleye* filius domini *Walteri Map* domini de **Wormeleye** salutem in domino: Noverit universitas vestra me Cartam domini *Johannis* de *Baskervile* filii domini *Walteri* de *Baskervile* inspexisse in hæc verba. Sciant præsentes & futuri, quod ego *Johannes* de *Baskervile* filius domini *Walteri* de *Baskervile* dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ S. *Leonardi* de *Pyoniâ*, ac Priori & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam Elemosinam, totam terram meam de **Stanleye**, quam habui & tenui in Manerio de **Wormeleye**, cum ædificiis & omnibus aliis suis pertinentiis; tenendam & habendam dictis Priori & Canonicis & eorum successoribus liberè, quietè, benè, & in pace in omnibus rebus & locis absque omni retenemento, exactione, & demandâ mei & hæredum meorum, seu meorum assignatorum imperpetuum; faciendo inde servicium Capitali domino feodi; & forinsecum quantum pertinet ad tantum tenementum. Ego verò dictus *Johannes* & hæredes mei vel assignati mei prædictam terram, cum omnibus suis pertinentiis contra omnes mortales prædictis Ecclesiæ, Priori & Canonicis, et eorum successoribus warantizabimus, acquietabimus, et imperpetuum defendemus pro hac autem donatione, Cartæ præsentis confirmatione, ac warantizatione dicti Prior & Canonici specialiter receperunt me & *Matildam* uxorem meam, & pueros nostros, ac animas omnium antecessorum successorumque nostrorum in orationibus & beneficiis Ecclesiæ suæ & eorum successorum imperpetuum. Et quia volo, quod hæc mea donatio & concessio rata sit & stabilis imperpetuum præsenti scripto Sigillum meum apposui, Hiis testibus, *&c.* Ego verò prædictus *Nicholaus* pro me & hæredibus meis dictam Cartam & omnia quæ continentur in eâ ratam habeo & confirmo. Insuper unum par calcariorum vel sex denariorum annui redditus, quod vel quos dictus dominus *Johannes*, hæredes vel assignati sui, mihi & hæredibus meis, pro dictâ terrâ aunuatim solvere tenebantur prædictis Priori & Canonicis, & eorum successoribus penitùs remitto, & quiete-clamo imperpetuum; volens & concedens pro me & hæredibus meis, ut prædicti Prior & Canonici, & eorum successores habeant & teneant totam prædictam terram in liberam, puram, & perpetuam Elemosinam, ita quod de prædictâ terrâ nulli mortali respondeant nisi soli Deo in orationibus, & specialiter pro animabus patris & matris meæ & omnium antecessorum meorum. In cujus, *&c.*

Licentia regia Roberto *de* Stauntone *&* Gilberto Talbot *pro concessione diversarum terrarum.*

Edwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitanniæ*, Omnibus ad quos præsentes Literæ pervenerint salutem. Sciatis, quod cum nos nuper, ad requisitionem dilectorum & fidelium nostrorum *Rogeri* de *Mortuomari* consanguinei nostri charissimi, & *Gilberti Talbot* concesserimus & licentiam dederimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis fuit, dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de **Wormley**, quod ipsi decem libratas terræ, & redditus, cum pertinentiis per annum, tam de feodo suo proprio quàm alieno, exceptis terris & redditibus quæ de nobis tenentur in Capite, adquirere possint. Habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in Literis nostris Patentibus inde confectis plenius continetur. Nos volentes concessionem nostram prædictam effectu debito mancipari, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est *Roberto* de *Stauntone* quod ipse medietatem feodi unius militis cum pertinentiis in **Wormeleye** et *Gilberto Talebot*, quod ipse duo messuagia, quater viginti acras terræ, et duas acras prati, et quatuordecim acras bosci, cum pertinentiis in eadem villâ et **Burthulle** dare possint et assignare præfato Priori et Conventui; habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum: Et quod idem *Gilbertus* concedere possit, quod sex acræ terræ, cum pertinentiis in eadem villâ de **Wormley**, quas *Willielmus* le *Prustes* tenet ad vitam suam de hæreditate prædicti *Gilberti*, et quæ post mortem ipsius *Willielmi* ad præfatum *Gilbertum* et hæredes suos reverti deberent, post mortem ipsius *Willielmi*: Et quod unum messuagium cum pertinentiis in eadem villâ, quod *Matilda* filia *Willielmi le Carpenter* tenet ad vitam suam, de

Ibid. fol. 11. a.

de hæreditate prædicti *Gilberti*, et quod poſt mortem ejuſdem *Matildæ* ad præfatum *Gilbertum* & hæredes ſuos reverti deberet poſt mortem ipſius *Matildæ*: Et quod unum Meſſuagium & tres ſolidatæ & una denarata redditus cum pertinentiis in eadem villâ, quæ *Will.* de *Longeford* & *Margareta* uxor ejus tenent ad vitam ipſius *Margaretæ* de hæreditate prædicti *Gilberti*, & quæ poſt mortem ejuſdem *Margaretæ*, ad prædictum *Gilbertum* & hæredes ſuos reverti deberent poſt mortem ejuſdem *Margaretæ*, remaneant præfatis Priori & Conventui, habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, in partem ſatisfactionis decem libratarum terræ & redditus prædictorum: quæ quidem medietas, meſſuagia, terra, pratum, boſcus, & redditus de nobis non tenentur; & quæ medietas, meſſuagia, terra, pratum & boſcus, valent per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem eorundem triginta & unum ſolidos, ſicut per Inquiſitionem inde per dilectum & fidelem noſtrum *Simonem* de *Bereford* Eſcaetorem noſtrum citra *Trentam*, de mandato noſtro captam, & in Cancellariâ noſtrâ retornatam eſt compertum: Et eiſdem Priori & Conventui, quod ipſi medietatem prædictam à præfato *Roberto*; & prædicta duo meſſuagia, quatervigínti acras terræ, duas acras prati, & quatuordecim acras boſci à præfato *Gilberto* recipere; & prædictas ſex acras terræ cum pertinentiis, quas præfatus *Will.* le *Pruſtes* tenet poſt mortem ipſius *Willielmi*; & prædictum Meſſuagium cum pertinentiis quod prædicta *Matilda* tenet, poſt mortem ejuſdem *Matildæ*; & prædictum Meſſuagium & redditum cum pertinentiis, quod prædicti *Will.* de *Longeford* & *Margareta* tenent, poſt mortem ejuſdem *Margaretæ* ingredi poſſint & teneri, ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, ut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto prædicto non obſtante, *&c.* In cujus, *&c.* Teſte meipſo apud **Wodeſtoke** xviij°. die *Julii* Anno regni noſtri quarto.

Carta Stephani *de* Ebroicis *de dimidiâ virgatâ terræ in* **Leonhals.**

Ibid. fol. 15. b.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Stephanus* de *Ebroycis* dedi & conceſſi Deo & beatæ *Mariæ*, & Eccleſiæ S. *Leonardi* de *Pyoniâ*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam Elemoſinam, pro ſalute animæ meæ et uxoris meæ *Iſabellæ*; ut prædicti fratres diem Anniverſarii depoſitionis meæ, & prædictæ uxoris meæ quolibet anno imperpetuum faciant, dimidiam virgatam terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, in Manerio meo de **Leonhals**; ſcil. illam quam *Osbertus Ybernenſis* de me tenuit, excepto Meſſuagio ſuo juxta Meſſuagium quod fuit *Walteri Conſtabularii* de *Leonhals*. Et præterea dedi prædictis fratribus duas acras & dimidium in **Buſſeforlong**, quas prædictus *Osbertus* tenuit, & parvam gravam quæ dicitur **Byrchoure**. Et præterea dedi prædictis fratribus in eſcambium, pro quinque acris terræ quibus crevi dominium meum, quaſdam buttas terræ quas *Hunyth* vidua de *Hope* aliquando tenuit. Et in **Byrchforlong** unam acram terræ, quam *Adam* de *Hope* aliquando tenuit; & unam acram & dimidiam quam *Henricus* de *Hope* aliquando tenuit: Et duas acras terræ & dimidium de dominio meo juxta prædictam gravam de **Byrchover**. Et præterea in Manerio meo de *Fromâ* dedi prædictis fratribus unam acram & dimidium, ſitam inter aquas juxta molendinum dictorum fratrum; tenenda & habenda ſibi imperpetuum de me & hæredibus meis liberè, & quietè, integrè, & plenariè, abſque omni exactione & demandâ. Ego quidem & hæredes mei prædictam dimidiam virgatam terræ, cum omnibus ſuis pertinentiis excepto prædicto Meſſuagio; & prædictam gravam, & alias terras prænominatas in Manerio meo de **Leonhals**; & prædictam acram & dimidium in Manerio meo de *Fromâ* prædictis fratribus contra omnes homines warantizabimus & ab omni ſeculari ſervicio acquietabimus. Et quia volo, quod hæc mea donatio & conceſſio firma ſit & ſtabilis, hoc præſens ſcriptum Sigilli mei munimine corroboravi. Hiis teſtibus Magiſtro *Albino* Cancellario *Hereford*, domino *Will°.* de *Gamage*, *Ricardo* de *Chaundos*, *Johanne Ebroycis*, &c. & aliis.

Carta Roberti Boter *de terrâ datâ* Edwyno *Heremitæ.*

Ibid. fol. 24. b.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Robertus Boter* dedi & conceſſi Deo & beatæ *Mariæ*, & Eccleſiæ beati *Leonardi* de *Pyoniâ*, & fratri *Edwyno* primo Heremitæ ibidem Deo ſervienti, in puram & perpetuam Elemoſinam; pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, totam terram meam quæ jacet inter **Schirnhurſte** & rivulum venientem de **Womeley**; qui rivulus extendit de domo prædicti *Edwyni* ſub prædictâ terrâ uſque ad moram prænominati *Roberti Boter*; & quæ jacet inter domum prædicti *Edwyni* & rivulum qui vocatur **Walſchebrok**, qui currit ſub *Akhull*; tenendam & habendam de me & hæredibus meis liberè & quietè & pacificè ab omni ſeculari exactione, ab omni etiam demandâ, ita ut in nullo mihi reſpondeat niſi tantum in orationibus & cæteris beneficiis ſpiritualibus. Ego verò & hæredes mei prædicto *Edwyno* Heremitæ hanc Elemoſynam meam contra omnes calumpniatores warantizabimus. Et quia volo quod hæc mea caritatis exhibitio firma ſit & ſtabilis imperpetuum, eam hoc præſenti ſcripto, & Sigilli mei impreſſione confirmamus. Hiis teſtibus, *&c.*

Carta dicti Roberti, *de terrâ prædictâ conceſſâ prædictis Canonicis.*

Ibid.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Robertus Boter*, aſſenſu & conſenſu uxoris meæ *Iſoldæ* & hæredum meorum, dedi & conceſſi Deo & beatæ *Mariæ*, & Eccleſiæ beati *Leonardi* de *Pyoniâ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam Elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum

cessorum meorum, totam terram quam *Edwynus* primus Heremita, liberâ et caritativâ donatione meâ possessit, et cæteri successores ejus hactenus tenuerunt; scilicet illam quæ jacet inter curiam prædictorum Canonicorum, extendens usque ad rivulum qui vocatur **Walschebyake**, qui currit sub **Akhull**, & quæ jacet inter **Shernhurste** et rivulum venientem de **Wormleye**; qui rivulus extendit de molendino Canonicorum juxta terram prædictam usque ad gravam prædictam: tenendam & habendam de me et hæredibus meis liberè et quietè absque omni seculari exactione. Ego verò & hæredes mei prædictis Canonicis contra omnes homines & fœminas hanc prædictam concessionem & caritativam donationem meam warantizabimus. Et quia volo ut hæc mea donatio & caritativa concessio inconcussa permaneat imposterum, eam hoc præsenti scripto & Sigilli mei munimine corroboravi: Hiis testibus, *&c.*

Confirmatio quarundam Cartarum facta per Rogerum *de* Mortuomari.

Ibid. fol. 49. a. UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, ad quos præsens scriptum pervenerit *Rogerus* de *Mortuomari* dominus de **Wykretone** in domino Jhesu Christo salutem: Noveritis nos vidisse & diligenter inspexisse quatuor sequentes Cartas; Cartam videlicet domini *Walteri Muchegros* senioris, & Cartam domini *Walteri Muchegros* filii *Milonis* de *Muchegros*; & Cartam domini *Johannis Extranei*, & Cartam ejusdem *Johannis Extranei* filii domini *Johannis Extranei* sub tenore sequenti. Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris ad quos præsens scriptum pervenerit *Walterus* de *Muchegros* filius *Milonis* de *Muchegros* & *Petronillæ* in domino Jhesu Christo salutem: Noverit universitas vestra, me assensu & concensu *Ivetæ* uxoris meæ, & *Milonis* de *Muchegros* filii & hæredis mei, dedisse & concessisse Deo & beatæ *Mariæ* & beato *Kenedro* & Deo servientibus & divina celebrantibus in Capellâ S. *Kenedri* quæ est in Insulâ de **Wynfretone**, quæ Insula ab incolis nuncupatur Heremitorium, totam terram de **Brother acres**, sicut eam plenius colui ad meum dominium, cum assartis ad eandem terram pertinentibus. Et præterea duas acras in bosco meo proximas terræ de *Stenniâ* quæ vocatur **Erne**. Et duas acras & dimidiam proximas duabus prioribus acris; & **Brother acris** quas *Johannes Baner* tenuit aliquando: Et unam acram & dimidiam quam *Philippus Karles* tenuit, juxta prædictam terram. Et ab eadem terrâ totam moram de **Lynacres** usque ad assartum *Eynan*: Et unam acram sub *Stenniâ*, quæ jacet in angulo juxta *Peec*, necnon & sedem molendini cum pertinentiis super *Wayam* in dominio meo de *Wynfretone* cum molaturâ villæ: Et unam particulam moræ sub villâ de **Wynkretone**, quam inveni sine redditu proximam Croftæ quæ fuit *Willielmi* de *Hayâ*, & particulæ ejusdem moræ, quam scilicet *Alwredus Knave* tenuit. Et præterea ad tres vaccas lactareas, & ad unum palefredum in meâ dominicâ pasturâ de **Wynfretone**. Et totam Croftam juxta Capellam, quæ jacet juxta terram Ecclesiæ de **Wynfretone** super *Wayam*. Habeant etiam liberum exitum & introitum ad dictas terras colendas, & ad fructus prædicti molendini percipiendos in puram & perpetuam Elemosinam, liberam & quietam ab omni servicio seculari, pro animabus antecessorum meorum. Prædicti verò Dei servientes & Deo militantes honestè & religiosè se habeant ut dompnus *Walterus* sacerdos, qui primus in dictâ Capellâ regulam & habitum, per constitutionem & providam considerationem domini Episcopi *Herefordensis*, *viz.* illustris viri *Hugonis Foliot* recepit. Inveniant autem præfati servientes Dei in supradictâ Capellâ quicquid necessarium fuerit ad divina celebranda. Et quia volo quod hæc mea Elemosina perpetuæ firmitatis robur optineat, hac præsenti Cartâ meâ, & Sigilli mei attestatione eam munivi. Si quis autem præsumpserit contra hanc meam elemosinam brachia tendere, vel diminuere temptaverit, Dei omnipotentis, & beatæ Dei genetricis *Mariæ* virginis & beati *Kenedri*, & omnium Sanctorum Dei, & domini Episcopi *Herefordensis* senliat indignationem. Hiis testibus, *&c.*

Notum sit omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, quod ego *Walterus* de *Muchegros* filius *Milonis* de *Muchegros* & *Margeriæ* de *Blechindon* pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum & successorum, dedi & concessi Deo & beatæ *Mariæ*, & Sancto *Kenedro* & fratri *Stephano*, & successoribus suis Deo servientibus in Insulâ de **Wynfretone**, quod dicitur Heremitorium, totam elemosinam domini *Walteri* de *Muchegros* avi mei, adeo purè & liberè & plenariè, sicut eam dictus *Walterus Muchegros* avus meus dedit & concessit omnibus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis, quæ in Cartâ continentur quam habent à domino *Waltero Muchegros* avo meo.

Præterea dedi & concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Kenedro* & dicto fratri *Stephano*, & suis successoribus in dicto Heremitorio Deo servientibus, quoddam incrementum terræ meæ circa dictum Heremitorium, in circuitu protendens se ex utraque parte usque ad *Wayam*, cum totâ vivâ hayâ quam dictus frater *Stephanus* per consensum meum plantavit, cum omnibus pertinentiis. Et quia volo, quod fratres qui in dicto loco habitant, vel habitabunt non vexantur per aliquem occasione dictæ hayæ in circuitu dictæ elemosinæ meæ totam plantationem, quæ modò plantata est, eis quietè concessi, ita quod nullus absque eorum licentiâ audeat capere vel evellere de dictâ hayâ; cum libero ingressu & egressu, cum servientibus & averiis suis ad terram suam colendam, & ad pascua sua exercenda, & cum cæteris omnibus libertatibus suis & aysiamentis. Quod quia ratum & stabile, pro me & hæredibus meis imperpetuum volo permanere, præsenti scripto Sigilli mei testimonio confirmavi. Hiis testibus, *&c.*

Notum

Notum sit omnibus præsens scriptum visuris vel audituris, quod ego *Johannes Extraneus* dominus de **Wintone** & de **Wynfretone**, de consensu & bonâ voluntate fratris *Stephani* Heremitæ de **Wynfretone**, dedi, concessi, & hoc præsenti scripto meo confirmavi totum Heremitorium de **Wynfretone**, cum toto jure patronatus dicti Heremitagii, & cum omnibus terris, pratis, pascuis, usuagiis, redditibus, tenementis, & aliis libertatibus & liberis consuetudinibus, ad dictum Heremitorium pertinentibus Deo & Ecclesiæ S. *Leonardi* de **Wolmesley**, & Canonicis Regularibus ibidem Deo servientibus, ad celebrandum divina in dicto Heremitorio imperpetuum, pro animâ domini *Walteri* de *Muchegros*, & animâ meâ, & animarum omnium antecessorum & successorum nostrorum; *viz.* per unum Capellanum vel Canonicum unum dictæ Ecclesiæ de **Wolmesleye**; tenendum & habendum Deo & Ecclesiæ de **Wolmesleye**, & Canonicis ibidem Deo servientibus in puram & perpetuam Elemosinam imperpetuum, liberè & quietè bene & in pace absque omni exactione, vexatione, vel demandâ mei, vel hæredum meorum vel aliquorum aliorum imperpetuum; ita liberè, quod de prædictis, cum omnibus suis pertinentiis nulli respondeant, nisi soli Deo in orationibus: Et ad hæc facienda & ordinanda intervenit consensus Magistri *Emerici* Præcentoris *Herefordiæ* gerentis vices domini Episcopi *Herefordiæ*. Et quia volo, quod hæc mea donatio & concessio rata & stabilis imperpetuum permaneat, præsenti scripto, una cum Sigillo dicti Magistri *Emerici* Præcentoris *Herefordiæ*, & dicti *Stephani* Heremitæ Sigillum meum apposui anno domini MCCIxiiii°. Hiis testibus, *&c.*

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Johannes* le *Estraunge* salutem in domino; noveritis me dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & S. *Kenedro*, & fratri *Stephano* Capellano de Insulâ de *VVynfretone*, & ejus successoribus ibidem Deo servientibus totum pratum quod jacet inter pratum quod dictus frater *Stephanus* tenet de dominâ *Matildâ* de *Longespye* ex unâ parte, & pratum quod tenet de me ex aliâ, cujus unum caput incipit à prato meo, & protendit se versùs *VVayam* ex longitudine, pro animâ domini *VValteri* de *Muchegros*; & pro toto debito quod dictus dominus *VValterus Muchegros* prædicto fratri *Stephano* tenebatur: ita scilicet, quod dictus frater *Stephanus* totum prædictum debitum animæ dicti domini *VValteri* de *Muchegros* imperpetuum quietum clamavit: tenendum & habendum de me & hæredibus meis dicto fratri *Stephano* & ejus successoribus in puram & perpetuam Elemosinam, liberè & quietè ab omni seculari servicio: In cujus rei testimonium, *&c.*

Nos verò *Rogerus* de *Mortuomari* dominus de **Wynfretone** pro salute animæ nostræ, & consortis nostræ *Luciæ*, patris mei, & matris meæ progenitorum meorum fratrum, sororum, & omnium Benefactorum nostrorum, quia hactenus nullatenus certam viam habuerunt ad terras suas excolendas, vel pascua sua exercenda, Priori de **Wolmesley**, & ejusdem loci Conventui & eorum successoribus, necnon & omnibus in dicto Heremitorio commorantibus, & in futuro Deo servituris, concedimus & ordinamus, quod habeant viam sufficientem & competentem ad omnes usus suos necessarios, omni tempore anni, ad carros & carrectas servientes, & ad averia sua fuganda ab aquilonari portâ eorum, directè per medium pratum nostrum, usque ad terram *Walteri* filii præpositi, & inde super terram dicti *Walteri* & *Willielmi Brone* juxta hayam usque **Holewenedewe** directè usque ad communem viam, quæ ducit de *VVynfretone* usque ad passagium de **Middelwode**. Et continebit via ubique in latitudine decem pedes sicut nunc certis signis distinguitur & limitatur sine offendiculo quolibet. Dictas autem Cartas in omnibus suis tenoribus excepsis situ molendini, & omnibus ad proficuum dicti molendini pertinentibus, ratas & gratas habentes, ipsas pro nobis & hæredibus nostris prædictis Priori & Canonicis, & omnibus in dicto Heremitorio commorantibus, & in futuro Deo serviturisimperpetuum, per præsentes confirmamus. Dicti autem Prior & Conventus transcriptum hujus confirmationis nobis faciant sub Sigillo suo communi in memoriam rei gestæ. Data apud **Cyrice** die tunc proximâ post Festum Apostolorum *Petri* & *Pauli* anno domini MCCCiiii°. & anno regni Regis *Edwardi* xxxii°.

Carta Gilberti Talbot *de* xl^{s}. *percipiendis de molendino de* **Cokton**, *&* x^{s}. *ad pitanciam Canonicorum.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Gilbertus Talbot* concessi, dedi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ S. *Leonardi* de **Wolmesley**, ac Priori & Conventui ibidem Deo servientibus quadraginta solidos annui redditus ad sustentationem unius Canonici in dictâ Ecclesiâ, qui divina celebrabit pro animâ meâ, & omnium antecessorum & successorum meorum: Et etiam decem solidos in augmento annui redditus ad pitanciam Canonicorum ibidem Deo servientium, *viz.* die Anniversarii mei quatuor solidos; & in Anniversario patris mei duos solidos; & in Anniversario matris meæ duos solidos: Et in Anniversario *Gilberti* avi mei duos solidos annuatim imperpetuum: quos quidem quinquaginta solidos annui redditus percipere solebam annuatim de *Gilberto Schort* de molendino de *Cokton*, & de terris & tenementis quæ idem *Gilbertus* de me tenuit in eadem villâ de **Coktone**: tenendum & habendum de me & hæredibus meis dictæ Ecclesiæ S. *Leonardi*, ac Priori & Conventui ejusdem loci in puram & perpetuam Elemosinam, ad quatuor terminos annuatim de dicto *Gilberto Schort* & hæredibus suis dictis Priori & Coventui, & eorum successoribus, vel eorum certo nuncio apud *Coktone* sine dilatione solvendos; *viz.* in Festo *Annunciationis* beatæ *Mariæ* Virginis xii *s.* vi *d.* Et in Festo S. *Jo-* Ibid. fol. 55. a.

hannis Baptiſtæ xii. *s.* vi. *d.* Et in Feſto S. *Michaelis* xii. *s.* vi. *d.* & in Feſto beati *Andreæ* Apoſtoli xii. *s.* vi. *d.* ſine omni contradictione vel impedimento mei vel hæredum meorum imperpetuum: ſalvis michi & hæredibus meis de prædicto *Gilberto* & hæredibus ſuis Homagiis, Releviis, & ſectis Curiæ meæ de **Eccleſwall**. Volo etiam & concedo, quod dicti loci Prior & Conventus plenariam habeant poteſtatem in dictum molendinum & dictis tenementis, & in ſuis pertinentiis ad diſtringendum pro dicto redditu, quocienſcunque dictum redditum a retro fuerit, omnibus modis, quibus ego & anteceſſores mei pro prædicto redditu aliquando diſtringere potuimus. Volo etiam & concedo, pro me & hæredibus meis, quod dictus Prior & Conventus poſt deceſſum dicti *Gilberti Schort* habeant & teneant dictum molendinum, & omnia prædicta tenementa in cuſtodiâ ſuâ, uſque ad legitimam ætatem hæredum dicti *Gilberti Schort* & hæredum ſuorum, pro prædicto redditu eiſdem Priori & Conventui annuatim debito, dum iidem hæredes infra ætatem legitimam fuerint. Cum verò prælibati hæredes ad plenariam ætatem pervenerint dictum molendinum & dicta tenementa, cum pertinentiis ſine contradictione dictorum Prioris & Conventus ad dictos hæredes revertentur. Pro hac autem conceſſione & donatione quinquaginta ſolidorum annui redditus de molendino antedicto, & terris & tenementis prædictis, dicti Prior & Conventus pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis quiete clamaverunt triginta unum ſolidos argenti & tres ſummas bladi, quos dictis Priori & Conventui loci prædicti annuatim in Manerio meo de **Credenhull** reddere debui & conſuevi. Omnia verò contenta in Cartâ quam dicti Prior & Conventus fecerunt domino *Gilberto* avo meo de Canonico ſuſtentando, & rebus aliis fideliter facere & complere manuceperunt. Ego verò dictus *Gilbertus Talbot* & hæredes mei totum prædictum redditum quinquaginta ſolidorum, cum cuſtodiâ prædictâ, & diſtrictione prænotatâ, contra omnes homines & feminas warantizabimus, acquietabimus & defendemus imperpetuum. Et quia volo, quod hæc mea donatio & conceſſio pro me & hæredibus meis rata & ſtabilis maneat imperpetuum præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, *&c.*

Licentia regia Gilberto Talbot *conceſſa, pro aſſignatione advocationis Eccleſiæ de* **Credenhulle** *Priori & Conventui de* **Wormeſleye.**

Ibid. f. 62. b. EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ* & Dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto & fideli noſtro *Gilberto Talbot*, quod ipſe advocationem Eccleſiæ de **Credenhull** in Com. *Hereford*, quæ de nobis non tenetur, & quæ ad decem marcas taxatur per annum, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Wormeſleye**, habendam & tenendam eiſdem Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus imperpetuum. Et eiſdem Priori & Conventui, quod ipſi advocationem prædictam, de prædicto *Gilberto* recipere, *&c.*

Carta domini Gerardi *de* Eylesford *militis de advocatione Eccleſiæ de* Pyonâ *Regis.*

Ibid. fol. 69. a. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Gerardus de Eylesford* miles dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & Eccleſiæ S. *Leonardi* de *Wormeſleye* & Priori & Conventui ibidem Deo ſervientibus unam acram terræ cum pertinentiis in *Kynges-Pewne*, jacentem in le **Wyndmullefeld** juxta terram meam propriam, una cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, ſimul cum toto jure patronatus Eccleſiæ prædictæ: habendum & tenendum prædictam acram terræ, cum advocatione & toto jure patronatus Eccleſiæ prædictæ prædictis Priori & Conventui, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, in liberam puram & perpetuam Elemoſinam, abſque aliquâ reclamatione vel calumpniâ mei vel hæredum meorum impoſterum, *&c.* In cujus rei teſtimonium huic præſenti Cartæ Sigillum meum appoſui; hiis teſtibus domino *Rogero Tyrrel*, *&c.*

Carta Stephani *de* Ebroicis *de Eccleſiâ de* **Leonhals.**

Ibid. fol. 70. a. VEnerabili Patri ſuo in Chriſto *H.* Dei gratiâ Epiſcopo *Herefordenſi* ſuus *S.* de *Ebroicis* debitam in Chriſto reverentiam, paternitati veſtræ notifico me dediſſe & Cartâ mea confirmaſſe Canonicis de *Pyonâ* totam Eccleſiam de **Leonhals**, ſalvâ rationabili Vicariâ. Et quia multis præpeditus negotiis ad veſtram præſentiam ad præſens venire nequeo, vobis literis has patentes tranſmitto; humiliter implorans, quatenus pro Dei & precum meorum interventu prædictos fratres Canonicos de *Pyonâ* ad prædictam Eccleſiam recipere, & dictam Eccleſiam in proprios uſus confirmare dignemini. Valete.

Appropriatio Eccleſiæ de **Wormeſleye.**

Ibid. fol. 73. a. UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis *P.* miſeratione divinâ *Herefordenſis* Eccleſiæ miniſter humilis ſalutem in domino ſempiternam: Quia domum religioſam fundare, & fundatam caritativè fovere laudabile commercium judicatur; & Prioratus de *Pyoniâ* Canonicis & fratribus, ac Clericis & aliis Eccleſiæ Miniſtris ibidem Deo & Eccleſiæ ſuæ devotè famulantibus propriæ non ſuppetant facultates: nos pro ſalute animæ noſtræ, & pro animabus prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum Priori & Canonicis ejuſdem loci Eccleſiam de **Wormeſley**, cujus ſunt veri patroni, caritatis intuitu appropriamus; volentes & concedentes, ut iidem Prior & Canonici, &

& alii qui pro tempore ibidem Deo ſerviunt, ejuſdem Eccleſiæ fructus in proprios uſus convertant ita tamen, quod Eccleſia debito ſervicio non fraudetur. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras dictis Priori & Conventui fieri fecimus Patentes. Datas menſe *Maio* Anno Domini MCCLXII°.

Carta Johannis *de* Bromwyche *& aliorum de advocatione Eccleſiæ de* Almaly.

Ibid. f. 74. 2. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Johannes Bromwyche*, *Johannes* de *Eylesford* milites, & *Philippus Holgot* ſalutem in domino ſempiternam. Quia dignum & meritorium arbitramur cultum augere divinum, ac Deo devotiùs famulantes favore benevolo, & amplioris beneficii plenitudine totâ devotione proſequi ut tenemur; hinc eſt, quod univerſitati veſtræ innoteſcimus per præſentes, nos dediſſe & conceſſiſſe Priori & Conventui Prioratus de Wolmeſleye unam acram terræ in Almaly, cum advocatione & toto jure Patronatus Eccleſiæ prædictæ prædictis Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius per ſervicia inde debita. In cujus rei teſtimonium huic Cartæ noſtræ Sigilla noſtra ſunt appenſa: Hiis teſtibus *Nicholao* de *Audeley*, *Ricardo* de la *Beere*, *Johanne Burley*, *Kynardo* de la *Bere*, *Roberto Wyhyteney* militibus & aliis: Datæ apud *Almaly* X°. die Octobris, anno regni Regis *Ricardi* ſecundi à Conqueſtu quarto.

De Cantariâ faciendâ pro animabus Pagani *de* Bourhull *&* Baſiliæ *uxoris ejus.*

Ibid. f. 75. a. UNiverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris vel audituris *Baſilia* de *Bourhull* domina de *Tulyntone* ſalutem in domino: Noverit univerſitas veſtra me, in viduitate meâ, pro animâ bonæ memoriæ *Pagani* de *Burhull* quondam mariti mei, & pro animâ meâ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, in puram Elemoſinam dediſſe Deo & Beatæ *Mariæ*, & Beato *Leonardo*, & domui de *Pyoniâ*, & Canonicis ibidem Deo famulantibus ſexaginta marcas ſterlingorum, ad comparandum terras & redditus, in ſuſtentationem exhibitionis unius Canonici, qui in Monaſterio noſtro de *Pyoniâ* jugiter divina celebrabit pro animâ dicti *P.* quondam mariti mei; & pro animâ meâ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & pro animabus omnium fidelium defunctorum imperpetuum. Dicta quidem pecunia erit ſub depoſito alicujus viri boni, quouſque redditus & terræ comparentur, ſicut prædictum eſt.

PAG. 941. Col. 2.

Carta Fundationis Prioratus de Rontone *in agro* Staffordienſi *per* Robertum *filium* Noel.

Ex Cartulario de *Rontone* in Bibl. *Cotton. An.* 1669. ROBERTUS filius *Noel* omnibus filiis ſanctæ Eccleſiæ ſalutes. Sciant omnes tam Clerici quàm laici, tam præſentes quàm futuri me dediſſe locum qui dicitur *ad Sanctam* Mariam *des* Ezarz, pro animâ meâ & uxoris meæ, & omnium parentum meorum in perpetuam Elemoſinam Deo & Sanctæ *Mariæ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, ſub regulâ & obedientiâ *Hamanenſis* Eccleſiæ, cum totâ terrâ in circuitu; tam in boſco quàm in plano, quæ continetur intra diviſas hic nominatas; viz. à vado quod dicitur Foleford per rivulum ſurſum uſque ad viam quæ vadit inter domum.... *redi* & *Edwardi*, & inde uſque ad Scireſſice; & inde per diviſas foſſatas ad viam *Cnihteleia*, & per illam viam uſque ad Cnurniac: Et à Cnurniac per ſemitam uſque ad Heremitorium: Et ab Eſhebroc qui ibidem currit, per diviſas foſſatas uſque ad Blakeſeiche; & ſic per viam ad *Hayteleiam*, & inde per diviſas foſſatas uſque ad Smalebroc, & inde ad Foulefoꝛd, & communionem tam in boſco meo, quàm in plano ad omnia neceſſaria ſua. Et octo virgatas terræ de Cuceſſone liberas & quietas ab omni ſeculari ſervicio & exactione. Molendinum quoque de Claneford liberum & quietum ab omni ſeculari ſervicio: Et unam virgatam terræ ibidem quæ ſola à Caſtelli ſervicio non eſt quieta.

Hiis Teſtibus. *Thomâ* filio *Roberti* præfati loci Fundatoris, & *Filippo* fratre ejus, *Will°.* Clerico, *Roberto Noelo* fratre; & *Ricardo* & *Johanne* ejus fratribus: Et *Huberto* de *Handeſacre*, & *Roberto* filio ejus, & *Will°.* fratre ejus.

Confirmatio Domini Roberti *Domini de* Stafford, *ſuper donatione* Roberti Noel *fundatoris Domus de* Ranton.

ROBERTUS de *Stafford* omnibus filiis..... ..... tam Clericis quàm laicis, tam præſentibus quàm futuris ..... parentum meorum donationem *Roberti* filii *Noel* mei ..... ſeculari ſervicio & exactione cartulâ meâ, & confirmavi ..... ibidem Deo ſervientibus, ſub regulâ & obedientiâ *Hamanenſis* ..... præfati loci, tam in boſco quàm in plano, intra diviſas hic nominatas, viz. à vado quod dicitur Foulefoꝛd,

Ielford, &c. (ut ſupra) Hiis teſtibus *Hilberto* de *Tene*, ... & *Bernardo*, & *Godefrido B.* . . . . . , & *Adam* & *Matheo* & *Nicholao* . . . . . Præpoſito de *Madeleiâ*, & multis aliis.

Carta Roberti Noel *primi fundatoris de Eccleſiâ de* Ceſtford.

UNiverſis Sanctæ Eccleſiæ fidelibus *Robertus* filius *Noel* ſalutes : Sciant omnes, tam poſteri quàm præſentes, quod ego *Robertus*, pro ſalute meâ & meorum, dominorum partentum & amicorum, dedi in perpetuam & liberam Elemoſinam Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Exſartis*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus Eccleſiam de **Cethford**, ſitam in feodo & dominio meo, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, in boſco, in plano, in terris, in aquis, in pratis & in paſcuis, & in omnibus aliis rebus & locis, ſalvo perſonali tenemento *Witti* fratris mei, ita quod amodo ex toto de hoc intendat ad eos ſicut antea fecit ad me. Hiis teſtibus *Rogero* Priore de **Stanes**, &c.

Confirmatio Thomæ Noel *de omnibus quas Pater ſuus dedit Prioratui de* **Rontone.**

OMnibus filiis Sanctæ Eccleſiæ *Thomas* filius *Roberti*, filii *Noel* ſalutem : Noverit univerſitas veſtra, quod ego *Thomas* filius *Roberti*, filii *Noel* concedo & preſenti Cartâ mea confirmo omnia quæ *Robertus* filius *Noel* Pater meus dedit & Cartis ſuis confirmavit Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Exſartis* apud **Rontone**, pro ſalute meâ & uxoris meæ, & pro animabus Patris & Matris meæ, & omnium parentum meorum in perpetuam Elemoſinam, ſc. locum qui dicitur ad Sanctam *Mariam* de *Sartis* cum totâ terrâ & pertinentiis, tam in boſco quàm in plano, qui continetur inter diviſas hic memoratas ; viz. à vado qui dicitur **Fulefoꝛd**, &c. [ſicut in primâ Cartâ.]

Præterea confirmo Deo & memoratæ Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Sartis*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, ſub regulâ & obedientiâ *Hagemanenſis* Eccleſiæ, illas Eccleſias, quas Pater meus prædictæ Eccleſiæ dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit ; ſcil. Eccleſiam de **Greneberie**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis ; Eccleſiam de **Ceſtefoꝛd** cum omnibus cappellis ſuis ; ſcil. de **Rontone** & **Elinhale**, & de **Dodinton**, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in terris & aquis, & in omnibus aliis rebus & locis ; precor igitur univerſos Sanctæ Eccleſiæ fideles, quatinus hanc meam Elemoſinam, pro amore Dei, & ſalute animæ ſuæ manuteneant & defendant, nec eam ab aliquo gravari vel inquietari permittant. Hiis teſtibus *Waltero* Abbate de *Wat.* . . . . *Waltero* Abbate de *Lilleſhull*, *Waltero* Priore de Sancto *Thomâ*, &c.

Nomina anteceſſorum Domini Willielmi *de* Harecourt, *Domini de* **Elinhale** *à Conqueſtu* Willielmi Baſtard.

INprimis quidam *Noel* nomine & *Celeſtria* uxor ejus venerunt in excercitu dicti *Willielmi Baſtard*, in *Angliam*, & habuerunt dictum manerium de **Elinhale** cum membris, ex donatione ejuſdem *Willielmi Baſtard*. De prædicto *Noel* deſcendit jus & Hæreditas cuidam *Roberto Noel* tanquam filio & hæredi, qui deſponſavit quandam *Aliciam* nomine, & fundavit Prioratum de **Rontone**. Vivente *Celeſtriâ* matre ſuâ.

De dicto *Roberto Noel* deſcendit jus & hæreditas cuidam *Thomæ Noel*, tanquam filio & hæredi, qui deſponſavit *Margaretam* le *Straunge*. De dicto *Thomâ Noel* deſcendit jus & hæreditas quibuſdam *Aliciæ* & *Johannæ* tanquam duabus filiabus & uni hæredi ; viz. dicta *Alicia* ſenior nomine, in partitione dictum manerium de *Elinhale* integrè : Et ipſa *Alicia* nupta fuit cuidam *Willielmo* de *Harecourt* per Regem *Johannem* . . . . Domini *Edwardi* Regis, Patris *Henrici*, qui tunc fuit.

De dicta *Alicia* deſcendit jus & hæreditas de purpartiâ ſuâ cuidam *Ricardo* de *Harecourt* tanquam filio & hæredi, qui deſponſavit *Orabillam* ſororem *Rogeri* de *Quinci*. De dicto *Ricardo* deſcendit jus & hæreditas cuidam *Willielmo* de *Harecourt* tanquam filio & hæredi, qui primo . . . . deſponſavit *Aliciam* la *Zouche* ; & poſt deceſſum ejuſdem *Aliciæ* idem *Willielmus* deſponſavit *Illariam* quæ fuit ſoror domini *Henrici* de *Haſtingges*.

De dicto *Willielmo* de *Harecourt* deſcendit jus & hæreditas cuidam *Ricardo* de *Harecourt* tanquam filio & hæredi, qui deſponſavit *Margaretam* filiam domini *Johannis Beke* : Et de dicto *Ricardo* deſcendit jus & hæreditas cuidam *Johanni* de *Harecourt* tanquam filio & hæredi, qui primo deſponſavit *Elianoram* la *Souche* ; & poſt deceſſum ejuſdem *Alianoræ* idem *Johannes* deſponſavit *Aliciam* filiam domini *Petri Corbet* de *Caus*.

De dicto *Johanne* deſcendit jus & hæreditas cuidam *Willielmo* de *Harecourt* tanquam filio & hæredi, qui deſponſavit *Johannam* filiam domini *Ricardi* de *Grey* de **Codnoꝛe**.

De dicto *Willielmo* deſcendit jus & hæreditas cuidam *Ricardo* de *Harecourt* tanquam filio & hæredi, qui deſponſavit *Johannam* filiam domini *Willielmi* de *Schareſhull*. De dicto *Ricardo* deſcendit jus *Thomæ* fratri dicti *Ricardi*, ut hæredi maſculo, qui deſponſavit *Aliciam* filiam domini de *Grey* de **Rothurfeld**.

Et de dicto *Thomâ* deſcendit jus & hæreditas cuidam *Thomæ Harecourt* tanquam filio & hæredi, qui deſponſavit *Johannam* filiam domini *Roberti Fraunceys* militis. De dicto *Thomâ* deſcendit jus & hæreditas cuidam *Roberto* de *Harecourt* tanquam filio & hæredi, qui deſponſavit *Margeriam* filiam domini *Johannis Berone* militis. De dicto *Roberto Harecourt* deſcendit jus & hæreditas cuidam *Johanni Harecourt* tanquam filio & hæredi ; qui deſponſavit

Annam

Annam filiam *Johannis Noris*. De dicto *Johanne* descendit jus & hæreditas *Roberto Harecourt* militi, tanquam filio & hæredi, qui desponsavit *Annam* filiam *Thomæ Lymeryke*.

Pag. 276. col. 1.

PRIORATUS

de Cold-Norton *in agro* Oxoniensi.

Carta Willielmi *filii* Alani *de Fundatione ejusdem.*

Ex ipso Autogr. in Thesaur. Collegii de Brasen-Nose. Oxon.

Universis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos presentes litteræ pervenerint, *Willielmus* filius *Alani* salutem: Ad Universitatis vestræ notitiam volumus pervenire nos dedisse & concessisse & hac presenti cartâ nostrâ confirmasse Deo & Sanctæ *Mariæ* & beato *Johanni* Evangelistæ & Sancto *Ægidio* & Priori & domui Hospitali de *Frigidâ* Norton & Canonicis ibidem Deo servientibus Manerium domus suæ ad inhabitandum. Et omnes terras quas possedi circa domos suas & totam terram quam habui in campo qui vocatur Hyde versùs Duntropp; & totam terram quam habui in Ratcumbe & totas terras quas possident ubicunque jacent in dominio nostro in puram & perpetuam Elymosinam, cum omnibus pertinentiis suis in pratis in pasturis, in viis, in semitis in aquis, & in omnibus libertatibus pro animâ meâ & uxoris meæ, & pro animabus patris & matris meæ & antecessorum nostrorum & heredum nostrorum: Habendum & tenendum de nobis & hæredibus nostris ita liberè purè & quietè, sicut aliqua Elymosina dari vel teneri potest imperpetuum: Ego verò dictus *Willielmus* & heredes mei omnia prædicta prædictis Canonicis contra omnes homines & fœminas warrantizabimus, acquietabimus, & defendemus. Ut hæc autem donatio stabilis & firma permaneat huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus *Roberto Corbet*, *Reyner* de la *Le*, *Warner* de *Wythil*, *Roberto* de *Neuvill*, & *Waltero de Chadlinton*, & multis aliis.

Alia Carta dicti Willielmi *filii* Alani.

Ibid. Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsentes litteræ pervenerint *Willielmus* filius *Alani* sal. ad Universitatis vestræ notitiam volumus pervenire. Nos dedisse & concessisse & hac præsenti cartâ nostrâ confirmasse Deo & Sanctæ *Mariæ* & Beato *Johanni Evangelistæ*, & Sancto *Ægidio*, & Priori & Domui Hospitalis de Norton, & Canonicis ibidem Deo servientibus totas terras quas possident circa domos suas & totam terram quam possident de *Hydâ*: Et totam terram quam possident in Ratcumb; & totas terras quas possident ubicunque jacent in dominio nostro domui pertinentes, in puram & perpetuam Elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, in pratis, in pasturis, in viis, in semitis, in aquis, & in omnibus libertatibus, pro animâ meâ, & uxoris meæ: Et pro animabus Patris & Matris meæ, & antecessorum nostrorum & hæredum nostrorum. Et etiam manerium domus sicut sedet & constitutum est. Licet autem tot culturas terræ cum manerio sepedictis Domui & Canonicis nostri non dedissent antecessores, nos Domui & Canonicis manerium & prædictas culturas terræ ex dono nostro dedimus & concessimus, & cartâ nostrâ confirmavimus. Ut hæc autem donatio stabilis & firma permaneat præsentem paginam sigillo nostro dignum duximus roborari. Hiis testibus *Roberto Corbet*, *Reyner del Le*, *Warner de Withel*, *Rob. de Nevill*, *Willielmo* personâ de *Hatrop*, *Waltero* de *Chadelinton* & multis aliis.

Carta Reginaldi *Comitis* Boloniæ, *&* Idæ *uxoris ejus donationes antecessorum suorum confirmans.*

Ibid. REginaldus Comes *Boloniæ* & *Ida* ejus uxor *Boloniæ* Comitissa, omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit sal. sciatis nos concessisse, & hac præsenti Kartâ confirmasse domui Hospitalis de *Northonâ*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, & Sanctæ *Mariæ* Virgini, & Beato *Johanni* Evangelistæ, atque Sancto *Ægidio*, pro animabus parentum & antecessorum nostrorum; videlicet Comitis *Mathæi*, & *Mariæ* Comitissæ, & *Alberici* Comitis *Donni Martis* *; & *Matildis* Comitissæ ejusdem uxoris; & pro animabus nostris & hæredum nostrorum, in puram & perpetuam Elemosinam trecentas acras & quadraginta octo & dimidiam terræ, quas inde dictæ domui & Canonicis ibi servientibus nostri dederunt antecessores. Et etiam Manerium domus sicud sedet & constitutum est. Licet autem tot acras terræ cum Manerio sepedictis domui & Canonicis, nostri non dedissent antecessores; nos domui & Canonicis Manerium & prædictas acras terræ ex dono nostro dedimus concessimus, & cartâ nostrâ confirmavimus. Ut hæc autem donatio stabilis & firma permaneat præsentem paginam sigillis nostris dignam duximus roborari, non hoc autem prætermittendum est quod domus illa de nostrâ donatione & nos ibi Priorem debemus apponere. Actum Anno domini MCCI°. Hiis testibus *Radulpho* fratre nostro, *Radulpho* de *Claro-Monte*, *Nevelone* de *Senlis*, *Engerammo* de *Hesdino*, *Rogero* de *Oeli*. *Willielmo* de *Bray*, *Rogero* de *Burtonâ*, & pluribus aliis.

* Sic in ipso Autographo.

Carta

Carta Radulphi *Comitis* Staffordiæ *de Manerio de Magnâ* **Roulandzight.**

Ibid. SCiant præsentes & futuri quod nos *Radulphus* Comes *Stafford* & Dominus de **Tonebrugge**, pro salute animæ nostræ, & *Margaretæ* uxoris nostræ, & animarum parentum & amicorum & hæredum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, dedimus concessimus & hac præsenti Cartâ nostrâ indentatâ confirmavimus Deo & beatæ *Mariæ* virgini genetrici ejus, & Sancto *Johanni Evangelistæ* & Priori & Canonicis de **Coldenorton** ibidem Deo servientibus & successoribus suis imperpetuum servituris totum Manerium nostrum de *Magnâ* **Roulondzight** in Comitatu *Oxon.* cum omnibus suis juribus & pertinentiis, adeo plenè & integrè sicut illud in manu nostrâ habuimus & tenuimus, sine aliquo retenemento, ad inveniendum duos Canonicos Capellanos per nos vel hæredes nostros prædictis Priori & Canonicis & successoribus suis perpetuo præsentandos in Ecclesiâ Prioratus prædicti in certâ Capellâ per nos ibidem ordinandâ & construendâ, pro animabus supradictis perpetuò celebraturos: Habendum & tenendum prædictis Priori & Canonicis & successoribus suis ex causâ prædictâ, de capitalibus dominis feodi illius per servitia inde debita & de jure consueta imperpetuum. Et nos verò prædictus *Radulphus* & hæredes nostri dictum Manerium de *Magnâ* **Roulondzight**, cum omnibus suis pertinentiis prædictis Priori & Canonicis & successoribus suis contra omnes gentes warantizabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic Cartæ nostræ indentatæ Sigillum nostrum apposuimus: Hiis testibus *Hugone* de *Stafford* filio et hærede nostro; *Ricardo* de *Stafford* fratre nostro *Johanne* de *Peyto* consanguineo nostro Militibus; *Willielmo* de *Peyto*, *Johanne* de *Honynton*, *Roberto* de *Wythulle*, & multis aliis. Dat. apud Manerium nostrum de **Tysho** in Comitatu *Warwyke*, quinto decimo die mensis *Decembris* anno regni Regis *Edwardi* tertii post Conquestum quadragesimo quarto.

Quieta-clamatio Hugonis Croft *armigeri, facta Regi* Henrico *septimo de toto jure suo in patronatu Prioratus de* **Coldnorton**.

Ibid. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Hugo Croft* Armiger salutem in domino sempiternam: Sciatis me præfatum *Hugonem* remisisse, relaxasse & omnino pro me & hæredibus meis imperpetuum quietum clamasse excellentissimo metuendissimo & illustrissimo Domino nostro Regi *Angliæ* & *Franciæ* et Domino *Hiberniæ Henrico* septimo, in ejus plenâ possessione existenti totum jus meum, statum, titulum, clameum, interesse, & demandam, quæ habeo, habui, seu quovis modo in futurum habere potero de & in fundatione & patronatu Monasterii Prioratus, sive domus & Ecclesiæ S. *Johannis Evangelistæ* Conventualis Canonicorum de **Coldenorton** in Comitatu *Oxon*: ac etiam de & in sex Messuagiis, ducentis acris terræ, mille acris pasturæ, sexaginta acris prati, viginti acris bosci, quadraginta solidatas redditûs cum pertinentiis in **Coldenorton** in Com. prædicto: Et quadraginta Messuagiis, quatuor molendinis, quadraginta acris terræ, duabus millibus acris pasturæ, centum acris prati, sexaginta acris bosci, sex libratis tresdecim solidatis, & quatuor denariatis redditus cum pertinentiis in **Rowlandzight, Bradeston, Dunthorp, Lydston, Netenston, Stanlake, Burford**, & **Steppyll-Aston**, in Com. prædicto: ac etiam de & in patronatu & advocatione Ecclesiæ de **Steppyll-Aston** prædictâ, quæ nuper fuerunt parcellæ Prioratus prædicti, & unde *Johannes Wotton* nuper Prior Prioratus prædicti fuit seisitus in dominico suo ut de feodo ut in jure Prioratus Ecclesiæ prædictæ, ac de & in omnibus illis terris & tenementis unde prædictus *Johannes Wotton* in dicto Com. *Oxon*: Et alibi infra hoc regnum *Angliæ* fuit seisitus in dominico suo ut de feodo ut in jure Prioratus & Ecclesiæ prædictæ; Ita quod nec ego prædictus *Hugo Croft*, nec hæredes mei, nec aliqui alii pro nobis seu nomine nostro aliquod jus, statum, titulum, clameum, interesse sive demandam de & in patronatu, maneriis, terris, & tenementis prædictis, ac cæteris præmissis cum pertinentiis, nec in aliquâ inde parcellâ de cætero exigere clamare seu vendicare poterimus nec debemus in futurum, sed ab omni actione juris & clamei inde petendi sumus totaliter excluſi imperpetuum per præsentes. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto meo Sigillum meum apposui: datum vicesimo primo die *Februarii* anno regni dicti Domini Regis *Henrici* septimi post Conquestum *Angliæ* vicesimo secundo.

Inquisitio super statu hujusmodi Prioratus captâ A° 22 H. 7. per quam, pro defectu ullius Canonici in eadem tunc existentis dissoluta fuit & escaeta domino Regi.

Ibid. HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ*, & Dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint salutem. Inspeximus quandam Inquisitionem apud **Dorchester** in Comitatu *Oxon.* quarto die *Aprilis* anno regni domini *Henrici* nuper Regis *Angliæ* VII. patris nostri xxii°. coram *Willielmo Yong* tunc Escaetore dicti nuper Regis in Com. prædicto, virtute officii sui captâ, & in custodiâ Marescalli Scaccarii nostri remanentem, in hæc verba *Oxon.* F Inquisitio capta apud **Dorchester** in Com. *Oxon.* xxiiii°. die *Aprilis*, anno regni Regis *Henrici* septimi vicesimo secundo, coram *Willielmo Yong* Escaetore domini Regis in Com. prædicto, virtute officii, per sacramentum *Thomæ Spyre*, *Henrici Spyndelar*, *Radulphi Deane*, *Johannis Smyth*, *Johannis Hedyngton*, *Andreæ Banaster*, *Thomæ Costard*, *Johannis Mote*, *Johannis Dalbad*, *Rich. Carwyke*, *Rich. Ford*, *Willielmi Heyward*, *Johannis Smyth*, & *Willielmi Ansty*; qui dicunt super sacramentum suum, quod *Johannes Wotton* nuper Prior Prioratus

ratus domus Monasterii & Ecclesiæ S. *Johannis Evangelistæ* Conventualis Canonicorum Regularium de **Coldenoxton** in dicto Com. *Oxon*, fuit seisitus de Prioratu, Monasterio, Domo, & Ecclesiâ prædictâ, in Com. prædicto; nec non de Manerio de **Coldenoxton** in Comitatu prædicto cum suis pertinentiis; ac etiam de sex Messuagiis, ducentis acris terræ, mille acris pasturæ, sexaginta acris prati, viginti acris bosci, quadraginta solidatis redditus cum pertinentiis in **Coldenoxton** prædictâ, & de & in quadraginta Messuagiis, quatuor molendinis, quadraginta acris terræ, duabus millibus acris pasturæ, centum acris prati, sexaginta acris bosci, novem libratis tresdecim solidatis & quatuor denariatis redditus cum pertinentiis in **Cheppyng Noxton**, **Overs Noxton**, *Parva* **Noxton**, **Hoke Noxton**, alias vocata **Hogges-Noxton**, **Rowlandright**, *Magna*-**Bradeston**, **Dunthoxp**, **Lyddeston**, **Over Shalfoxd**, **Nether-Shalfoxd**, **Nether-Enston**, **Stanlake**; **Burfoxd**, **Steppyl Aston**, **Hyddyl Aston**, **Enston**, **Churchill**, **Chilston**, **Chadlyngton**, **Banbury**; **Sewell**, alias vocata **Sercewell**; *Parvâ* **Tua**; **Shipton**, **Dadyngton**, & **Thurne** in eodem Comitatu: ac de Rectoriâ Ecclesiæ Parochialis Sanctorum *Petri* & *Pauli* de **Steppyl-Aston** prædictâ eidem Prioratui ab antiquo unitâ annexâ & appropriatâ in prædicto Com. *Oxon.* in dominico suo ut de feodo, in jure Prioratus & Ecclesiæ de **Coldenoxton** prædictâ: Et sic indè seisitus tenuit Prioratum, messuagia, molendina, terras, tenementa, redditus, Rectoriam, & Ecclesiam prædictam, ac cætera præmissa de Domino Rege nunc in Capite in puram & perpetuam Elemosynam. Et dicunt quod dictus Prioratus & Ecclesia de **Coldenoxton**, ac cætera præmissa à tempore cujus contrarii memoria hominum non existit, fuit de fundatione sive patronatu dicti domini regis & progenitorum suorum Regum *Angliæ*; Et quod idem Prioratus à toto eodem tempore fuit Prioratus Conventualis, & singuli Priores ejusdem Prioratus successivè fuerunt eligibiles & electi per Conventum Canonicorum professionis dicti Prioratus, in eodem Prioratu professorum ibidem pro tempore existentium in dicto Prioratu in qualibet vacatione ejusdem Prioratus, à toto tempore prædicto. Et ulterius iidem Juratores dicunt, quod prædictus *Johannes Wotton* nuper Prior Monasterii Prioratus & Ecclesiæ prædictæ sic ut præmittitur de prædicto Prioratu Messuagiis terris & tenementis ac de Rectoriâ & advocatione Ecclesiæ Parochialis de **Steppyl Aston** prædictis, ac cæteris præmissis, cum suis pertinentiis in jure domus Monasterii Prioratus & Ecclesiæ prædictæ seisitus, die Sabbati proximo ante diem dominicam in *ramis Palmarum*, anno regni domini Regis nunc undecimo, obiit de tali statu inde seisitus absque Conventu aliquorum Canonicorum; & absque aliquo Canonico ejusdem Prioratus ex professione ejusdem Prioratus ibidem ex tunc professo; Et sic successio Prioratus prædicti totaliter finita, dissoluta, extincta & terminata extitit: quo prætextu, prædictus Prioratus Rectoria, messuagia, terræ, & tenementa, ac cætera præmissa, cum suis juribus membris, & pertinentiis universis ad prædictum dominum Regem & hæredes suos tanquam escaeta sua revertere ac reverti deberent & debent ac eidem domino Regi pertinent; habenda sibi & hæredibus suis imperpetuum. Et dicunt etiam dicti Juratoris quod dictus Prioratus, manerium, messuagia, molendina, terræ, tenementa, redditus, Rectoria, & Ecclesia prædicta, ac cætera præmissa valent per annum in omnibus exitibus ultra repriſas quinquaginta libras. In cujus rei testimonium tam prædictus Escaetor quàm prædicti Juratores huic inquisitioni sigilla sua alternatim apposuerunt data die, anno, & loco supradictis, *&c.*

PAG. 232. Col. 1.

Quieta-clamatio Roberti *de* Saucheverel *de Ecclesiâ de* **Bolton.**

ANno gratiæ *MCCLxxi°.* die *Mercurii* proximo post Festum *Assumptionis* beatæ *Mariæ*, coram domino *I.* de *Reygate* Justiciario à Domino Rege dato, facta fuit hæc concordia apud le *Hurst*; *Robertus* de *Saucheverel*, qui dicit advocationem Ecclesiæ de *Bolton* ad se pertinere, & quod Abbas de **Derley** illam advocationem ei deforciat; venit, & per licentiam concordavit: Et est concordia talis, quod prædictus *Robertus* venit & recognovit dictam Ecclesiam de **Bolton** esse Capellam pertinentem ad Ecclesiam beati *Petri* in *Derbie*, & concessit ac quietum clamavit, pro se & hæredibus suis, prædicto Abbati & successoribus suis imperpetuum, prædictam Ecclesiam esse Capellam pertinentem ad prædictam Ecclesiam beati *Petri* in *Derbie*; ita tamen, quod prædictus *Robertus* quendam Capellanum ydoneum, ad deserviendum in dictâ Capellâ providebit: Et Abbas, ad ipsius petitionem illum recipiet; & habebit ad sustentationem suam tres bovatas terræ, novem selliones, & xii. sol. annui redditus cum pertinentiis in **Bolton**. Nichilominus idem Capellanus minutas decimas in **Bolton**, pro suo servicio recipiet, sicut *Robertus* quondam Capellanus eas plenius recepit per præsentationem *Galfridi Barri* custodem *Patricii* de *Saucheverell*. Et pro istâ concessione & quietâ-clamatione, prædictus Abbas dedit prædicto *Roberto* xx. marcas.

Ex Registro Abbathiæ de *Derley* in Com. *Derb.* in Bibl. *Cotton.* fol. 3. b.

Confirmatio de advocatione Eccleſiæ S. Petri.

Ibid. fol. 16. b. SCiant præſentes & futuri, quod nos *Johannes* de *Londoniis*, *Petrus* filius *Petri Ingram* & *Johannes* de *la Cornere* Burgenſes *Derbiæ*, conceſſimus, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus, pro nobis & hæredibus noſtris, Deo, *&c.* in puram & perpetuam Elemoſinam, locum fundationis Monaſterii ejuſdem loci; ſcilicet totam tenuram apud parvam *Derleyam*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & patronatum Eccleſiæ S. *Petri* in *Derbie* cum pertinentiis: Quem quidem locum, cum advocatione ipſius Eccleſiæ S. *Petri*, *Hugo* bonæ memoriæ, quondam dictus *Decanus* de *Derbie*, anteceſſor noſter, & fundator Monaſterii antedicti, eiſdem Canonicis dedit per Cartam ſuam; quam verò Cartam nobis de plano conſtat combuſtam fuiſſe; cum quadam Capellâ, & nonnullis aliis minumentis, ac bonis ſuis exiſtentibus in eadem. Et ut hæc noſtra conceſſio, *&c.*

Carta Radulphi *filii* Stephani *Domini Regis Camerarii de* Pentric & Rippeley.

Ibid. fol. 71. b. RAdulphus filius *Stephani*, Domini Regis Camerarius, Omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Sciant tam præſentes quàm futuri me dediſſe & Cartâ meâ confirmaſſe terram de Pentric, & de *Rippeleyâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus ſuis ad eaſdem terras pertinentibus, Deo et Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Derleyâ*, et Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, et patris mei, et matris meæ, et animarum parentum meorum: Ita liberè dico dediſſe, ſicuti teneo vel tenui de *Huberto* filio *Radulfi*. Hiis teſtibus *Willielmo* Vicecomite de *Glouceſtre*, *&c.*

Carta Radulphi *filii* Stephani, *de* Rippeley & Pentriz.

Ibid. fol. 72. a. RAdulphus filius *Stephani*, Domini Regis Camerarius, *&c.* ſalutem. Sciatis me reddidiſſe Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Derley*, et Canonicis ibidem Deo ſervientibus Pentriz et Rippele, et Ulkerthorp; et terram de Thillewell, cum omnibus pertinentiis, et libertatibus, in boſco et plano, in pratis et paſcuis, in viis et ſemitis, in ſtangnis, et vivariis, in piſcariis et omnibus locis, pro ſalute Domini Regis, et pro ſalute animæ meæ, et omnium prædeceſſorum meorum, in perpetuam, puram, liberam, et quietam Elemoſinam, ſicuti ego unquam prædictas terras liberius et magis quiete tenui de *Huberto* filio *Radulphi*. Et ſciatis me recognoviſſe Eccleſiæ S. *Mariæ* de Derley, et prædictis Canonicis jus ſuum quod habebant in illis prædictis terris, antequam eas haberem: Et ideo volo, quod illi prædicti Canonici habeant et teneant illas prædictas terras, benè et in pace, liberas et quietas ab omni clamore mei, et hæredum meorum, præter orationes. Hiis teſtibus, *&c.*

Item de Eccleſiis de Pentriz, & *de* Winnefeld.

Ibid. REverentiſſimo Patri ſpirituali, *R.* Dei gratiâ *Coventrenſi* Epiſcopo, omnibuſque Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *Radulphus* filius *Stephani*, Domini Regis Camerarius ſalutem. Noſcant tam præſentes quam futuri, et omnes homines mei Honoris, quod ego *Radulfus* filius *Stephani*, dedi, conceſſi, & Cartâ meâ confirmavi Eccleſiæ de Derley & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam Elemoſinam, Eccleſiam de Pentriz cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, & quietantiam de multurâ eorum, & de pannagio xl. porcorum. Ex aliâ parte dedi & conceſſi præfatæ Eccleſiæ de Derley, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de Winnefeld, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, in perpetuam Elemoſinam. Et ex aliâ parte dedi & conceſſi præfatæ Eccleſiæ, & ejuſdem loci Canonicis in perpetuam Elemoſinam, Chillewell, quantum ad feodum meum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, ſolam & quietam ab omnibus ſecularibus ſerviciis: & ſi fortè aliquod ſeculare ſervitium emerſerit, ego & hæredes mei acquietabimus, ut liberè & quietè teneant.

Item de terrâ de Waingrif.

Ibid. NOtum ſit omnibus, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Radulphus* filius *Stephani* Camerarius Domini Regis *Angliæ*, dono & concedo, *&c.* Deo & S. *Mariæ*, & Sancto *Johanni Baptiſtæ*, & beatis pauperibus Sancti Hoſpitalis *Jeruſalem*, totam terram de Waingrif, in puram & perpetuam Elemoſinam, ad quandam Domum reſtaurandam fratribus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ Regis *Henrici* Domini mei, & meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, ut ſimus participes omnium beneficiorum, & Elemoſinarum, quæ facta erunt in præfatâ Domo à diebus Apoſtolorum uſque in finem ſeculorum. Quare volo, & firmiter præcipio, quatinus teneant illam Elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio. Hæc donatio facta fuit apud Rothele, in manu *Ricardi* Prioris, anno verbi incarnati *MCxlvii°*. Hiis teſtibus, *&c.*

Concordia inter nos & Domum Hoſpitalis Jeruſalem, *ſuper terrâ de* Waingrif.

Ibid. SCiant omnes, tam præſentes quàm futuri, quod controverſia, quæ diu fuit inter Domum Hoſpitalis *Jeruſalem*, & Abbatem & Canonicos Sanctæ *Mariæ* de Derley, de terrâ quæ vocatur Waingrif, hoc modo ſopita eſt & pacificata: Abbas verò & Canonici de Derley conceſſerunt Domui Hoſpitum *Jeruſalem* Waingrif, tenendam de eis imperpetuum; ita tamen, quod Hoſpitalarii illam prædictam terram non tenebunt in Dominico ſuo; ſed quicunque eam tenuerit per Hoſpitalarios,

talarios, habebit communionem ad propria averia sua, cum hominibus Abbatis & Canonicorum, de **Rippele**, in boſco & plano, in aquis & paſcuis, ſalvo jure matricis Eccleſiæ de **Pentriz**. Et ſciendum, quod quicunque memoratam terram tenuerit de Hoſpitalariis, nulla averia habebit ſuper terram illam, niſi ſua propria, nec porcos, niſi ſuos proprios. Capras verò nullas, niſi homines Abbatis & Canonicorum de **Rippele** capras habeant. De propriis autem porcis ejus, qui prædictam terram tenuerint, habebit tantum xx. porcos quietos de pannagio. Pro hac autem conceſſione & libertate factâ Anno Incarnationis Domini *MCxxi°*. Hoſpitalarii perſolvent annuatim prædicto Abbati & Canonicis quinque ſolidos infra octabas S *Michaelis*, recipiendos apud Abbatiam de **Derley** per manum alicujus hominis Hoſpitalariorum. Et ut hæc conceſſio, *&c.*

Carta Henrici *del* Luy, *de* **Rippele**, *&* *de* **Pentriz**.

Ibid. fol. 72. a. OMnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus *Henricus del Luy* ſalutem. Notum ſit vobis, quod ego aſſenſu uxoris meæ *Quenildæ*, & filii & hæredis mei *Willielmi*, do Deo & S. *Mariæ* & Canonicis de **Derley**, **Rippele**, & **Pentriz**, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcil. **Ulkerthorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & xix. bovatas terræ in **Chillewell**, & quinque bovatas in *Ancleg î*. Præterea medietatem de **Blacwelle**, & medietatem de *Hildulveſcotâ*, & medietatem de *Neutona*, & octo bovatas in **Rutintone**, & quatuor bovatas in *Herdewicâ*, & unam manſuram in **Notingham**. Hæc omnia ita liberè & quietè, ſicut ea pater meus & anteceſſores ejus tenuerunt; ego, tanquam hæres ipſius, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & hæredum meorum, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorumm eorum, in puram & perpetuam Elemoſinam concedo, & hac Cartâ meâ confirmo. Hiis teſtibus, *&c.*

Carta Huberti *filii* Radulfi, *de advocatione Eccleſiæ de* **Scardeclif**.

Ibid. fol. 115. a. OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hubertus* filius *Radulfi* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me, divinæ pietatis intuitu, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Derley**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, advocationem Eccleſiæ de **Scardeclif**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam Elemoſinam, liberam & ſolutam de me & hæredibus meis, ſicut unquam aliqua Elemoſina liberiùs & pleniùs poterit dari & confirmari Viris Religioſis ab aliquo advocato; ita quod nec ego, nec hæredes mei ulterius poterimus ad prædictam Eccleſiam præſentare, pro ſalute animæ meæ & *Saræ* uxoris meæ, & *Edelinæ* quondam ſponſæ meæ, & *Saræ* poſtea uxoris meæ. Et ut hæc mea donatio & confirmatio in poſterum valitura perpetuo conſiſtat, præſenti Scripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, *&c.*

Carta Hamundi *de* Maſci, *de* **Aldewerk** *&* **Sewelledale**.

Ibid. fol. 116. a. HAmundus de *Maſci Willielmo* Comiti de *Ferrariis*, & omnibus amicis ſuis, *Francis* & *Anglicis* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Derley** ſuper *Derwentam*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus **Aldewerk**, & **Sewelledale**, ubi prædicti Canonici habent *Hordewicum* ſuum, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus ſuis, in pratis, in paſcuis, & terrâ arabili, infra villam & extra, in perpetuam Elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervicio, ſalvo ſervicio Regis, & ſalvo tenemento *Johannis* filii *Ranulfi* in **Aldewerke**, quia volo ut teneat de prædictis Canonicis pro animâ *Willielmi* Comitis, domini mei, & Comitiſſæ, & animâ meâ, & anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus, *&c.*

Carta Willielmi Peverel *de Eccleſia de* **Bollisovere**.

Ibid. fol. 80. b. WIllielmus *Peverel* de *Notingham*, omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me dediſſe Canonicis *Derbiæ*, Eccleſiam de **Bollisovere**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in burgo in villâ, pro ſalute meâ & uxoris meæ, & hæredum meorum, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum; & totam terram inter **Hanele** & **Godrichesgrif**, uſque ad aquam de **Dal**: & ſedem molendini de **Bottehalg**, cum **Hulnecroft**, in perpetuam Elemoſinam, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervicio; & communem paſturam in boſco & plano: Hiis teſtibus, *&c.*

Carta Aviciæ Peverel *ſuper eadem re.*

Ibid. A*Vicia* de *Lancaſtria* uxor *Willielmi Peverel*; *Waltero Ceſtrenſi* Epiſcopo, & omnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis, conſenſu viri mei, me dediſſe Canonicis de **Derbie**, Eccleſiam de **Bollisovere**, cum terrâ ſecundùm diviſam aſſignatam, juxta ſilvam, cum veteri ſede molendini reficiendi; & hominem quendam, *Chetelbarnum* nomine, in perpetuam Elemoſinam, ad conſtruendam ibi religionem, liberam & quietam ab omni ſervicio præter orationes, *&c.*

Carta Rogeri Buron, *de molendino de* Horſeleyâ.

Ibid. fol. 102. b. SCiant omnes, tam præſentes quàm futuri, quod ego *Rogerus* de *Buron* dedi & conceſſi in puram & perpetuam Elemoſinam, Deo & Sanctæ *Mariæ* de **Derley**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus molendinum de *Horſeleyâ*, ſub Parco, cum tofto & curtilagio, & cum totâ multurâ & ſuitâ; & ſedem molendini ſub **Stanwode**, ad faciendum molendinum,

& vivarium, cum giſtâ aquæ, & toſto ſubtus; & uno curtilagio: Et de boſco ea quæ neceſſaria ſunt ad reparationem prædictorum molendinorum, & vivarii, & ſtagni; ita liberè & quietè ſicut ego unquam liberius habui: Et ut nemo contra voluntatem prædictorum Canonicorum in prædicto vivario piſcari præſumat, quantum terra mea ſe extendit, pro ſalute domini mei Regis, & meâ, & ſponſæ meæ *Sibillæ*, & anteceſſorum meorum. Et communionem conceſſi molendinariis habere & paſcua, in omnibus locis, cum hominibus de Ouſeley. Præterea dedi & conceſſi præfatis Canonicis, in puram & perpetuam Elemoſinam meſſuagium dominæ *Aalinæ* ſororis meæ, cum ſarto, quam *Willielmus* filius *Adhelſtani* tenuit, & cum prato ad caput de Haver-croft, aſſenſu ejuſdem *Aalinæ*. Et quia volo ut hæc donatio rata ſit in perpetuum valitura, præſenti ſcripto, *&c.*

Carta Roberti *Comitis de* Ferrariis *de Eccleſiis de* Uttoxeter & Cruche, *&c.*

Ibid. fol. 116. a.

Obertus Comes de *Ferrariis Waltero Coventrenſi* Epiſcopo, & omnibus filiis Sanctæ Eccleſiæ; & maximè omnibus Baronibus, & omnibus hominibus ſui Honoris ſalutem. Ego fundavi Domum unam Religionis in Derby, in fiſco regio, conceſſu & confirmatione Regis *Stephani*, & conceſſu Regis *Henrici*, & poſui in eam Canonicos & Abbatem: Abbatem verò præſentavi utrique Regum; & dedi eis de terris meis & de redditibus, Inprimis Eccleſiam de *Uttokiſhatharâ*, & Cruche, cum omnibus ſuis appenticiis, & decimum denarium redditus mei de Derby: & tertiam partem de prato quod eſt ex utraque parte de Dddebyc, quod ego & pater meus tenemus, hæreditario jure, de hæredibus *Stephani* Comitis & poſtea Regis; & ſex ſolidatos terræ in Dſmundeſtone; & Oratorium cum Cimiterio; & ſex acras terræ ad Hoxdewic apud Aldewerke; & quantum poſſint in perpetuum attrahere cum unâ carratâ de boſco de Duffeld, vel de Chaddesdene. Hæc omnia quæ dedi eis concedo & confirmo prædictæ Eccleſiæ, in honore Dei, & Sanctæ *Mariæ*, pro me & meis, tam vivis quam defunctis; & ſuſcipio ipſam Eccleſiam, cum omnibus tenuris ſuis in meam cuſtodiam & advocationem, in boſco & in plano, & in omni loco, ſalvâ dignitate Regis in ipsâ Eccleſiâ: Et concedo eis omnes libertates quas habeo in prædictis tenementis; ſcil. *Tol & Tem*, & *Sacca & Socca*, & *Infangenthef*, quæ omnia prædicta Rex conceſſit & confirmavit Cartâ ſuâ. Teſtibus, *&c.*

Carta præfati Roberti *Comitis de* Ferrariis *ſuper Decimâ totius redditus in* Derby, *&c.*

Ibid.

Obertus Comes de *Ferrariis* omnibus Baronibus ſuis; & cunctis aliis hominibus ſuis, tam *Francis* quàm *Anglicis*, & nominatim Burgenſibus de Derby in Chriſto ſalutem: Sciatis quod ego pro me & meis, tam vivis quàm mortuis, Decimam totius redditus de Derby in perpetuam Elemoſinam, concedo & confirmo; et tertiam partem prati quæ eſt ex utrâque parte de Dddebyc, inter Derby et Barketon, do Canonicis Sanctæ *Helenæ* de Derby in perpetuam Elemoſinam. Necnon concedo & confirmo omnes donationes quas Burgenſes ſibi dederunt, ſive in terris, ſive in aquis. Et volo & præcipio, ut firmiter & liberè & quietè teneant; & de rebus quibus rationabiliter veſtita eſt prædicta Eccleſia; non reſpondeant niſi Deo & Epiſcopo: Quod ſi quis infringere conatus fuerit, Anathemati ſubjaceat donec ſatisfecerit Deo & Eccleſiæ. Teſtibus, *&c.*

Confirmatio Willielmi *de* Ferrariis, *Comitis* Derbiæ *de Eccleſiâ de* Bollisovere.

Ibid. fol. 129. a.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *Willielmus* de *Ferrariis* Comes *Derbiæ* ſalutem in Domino: Noverit univerſitas veſtra, me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ; & uxoris meæ *Agnetis*, & omnium anteceſſorum meorum & ſucceſſorum, conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* de Derley, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de Bolleſovere cum omnibus pertinentiis ſuis; & totam terram inter Hambec & Godrichesgruf uſque ad aquam de Dal; & ſedem molendini de Buterhalac, cum Bulnecroft, in puram & perpetuam Elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervicio, & ſeculari exactione; & communem paſturam in boſco & plano, ſicut Carta *Willielmi Peverel* de Notingham teſtatur, quam prædicti Canonici inde habent. Præterea conceſſi, quod idem Canonici & eorum tenentes, de prænominatis Eccleſiâ & terrâ liberi & quieti ſint a præſtatione pannagii in boſco de Bollisovere, & ab omni ſervicio & ſeculari exactione. Conceſſi etiam, quod idem Canonici habeant unam caretam imperpetuum errantem in boſco de Bollisovere, & ſibi in eadem villâ neceſſaria rationabiliter trahentem, Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio rata ſit, & ſtabilis, & inconcuſſa, imperpetuum valitura, eam Sigilli mei impreſſione & munimine corroboravi. Hiis teſtibus, *&c.*

Confirmatio Hugonis *de* Ferrariis, *de omnibus donationibus, & conceſſionibus, quas* Robertus *de* Ferrariis, & Willielmus *avus ejus*, & Willielmus *pater ejus dederunt.*

Ibid. fol. 130. b.

OMnibus Chriſti fidelibus, *&c.* *Hugo* de *Ferrariis*, filius *Willielmi* de *Ferrariis* Comitis *Derbiæ*, ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* de Derley, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam Elemoſinam, omnes donationes & conceſſiones, quas *Robertus* de *Ferrariis*, & *Willielmus* avus meus, & *Willielmus* de *Ferrariis* pater meus Comites *Derbiæ* eis dederunt, & Cartis ſuis confirmaverunt; ſcil.

scil. Aldewerc, & Sewelledale, cum omnibus pertinentiis & herdewicis suis: habendas & tenendas, cum omnibus libertatibus, quas prædicti antecessores mei eisdem Canonicis dederunt & concesserunt, sicut scripta eorum autentica testantur. Et in hujus rei, &c.

Confirmatio Walteri Coventrensis *Episcopi, super diversis donationibus, Canonicis de* Derley *factis.*

Ibid. fol. 132. a. *Walterus* Dei gratiâ *Cestrensis* Episcopus, universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus salutem. Confirmando locum, in quo fundata est Ecclesia S. *Mariæ* super Derewent, intimamus vobis, ea quæ Canonicè, ad opus Ecclesiæ, fidelium oblationibus collata accepimus; scil. de dono *Henrici* Regis *Anglorum Derlegam*, & locum & fundationem, ubi prædicta Ecclesia fundata est: Et de suâ propriâ firmâ de Derby decem solidos, de tenementis, quæ ipsi Canonici habent in Derby; scil. de tenurâ *Hugonis* Presbyteri, & *Aghemundi* fratris ejus: Et de terrâ *Radulfi* filii *Ovenath*; & de clauso S. *Helenæ*, cum *Becroftâ*; & de quinque mansuris in villâ cum terris quas habent in campis inde; molendinum super Oddebroc xxxij *d.* Et quicquid eis rationabiliter datum est; ex dono *Willielmi Barbæ Aprilis* & meo, Scolam de Derbie; ex dono *Henrici Tuschet* augmentum de Derley, sicut Cirographum suum testatur; Ex dono *Roberti* Comitis de *Ferrariis*, & ex concessione Regis *Stephani*, quia de suo Patrimonio est, Decimam de tertio Denario de Derby, cum prato quod pertinet ad Ecclesiam de *Uttokeshatharâ*, quam ego præfatæ Abbatiæ concedo, cum Ecclesiis S. *Petri*, & S. *Michaelis*, & S. *Wereburgæ* de Derby & cum Oratorio de *Aldewerc*; & cum Ecclesia de Cruche, & de Pentrez, & de Rippele, & de *Assoverâ*, & de Winnefeld, salvo jure Episcopali. Et ex dono præfati *Roberti* Comitis VI. sol. terræ in Osmundeston, & sex acras terræ ad Aldewerk; & de bosco suo de Chaddesden, quantum poterunt attrahere cum unâ carecta. Ex dono *Petri* de *Sardiacrâ* pratum in quo moniales manent, cum aliis tenuris suis: Ex dono Abbatis & Conventus Ecclesiæ de Burton, & *Willielmi* de *Heriz*, & *Nicholai* de *Brailesford* duo molendina, & pratum supra Oddebroc, inter Marketon & Derby. Ex dono *Radulfi* filii *Odonis*, & *Ganfridi* de *Constantine*, concessu *Roberti* Comitis de *Ferrariis*, Cruche, cum appendiciis; scil. Lea & Dethec, & Ivol, & Canesley, & Wiskanton, & Oggedeston, & Succhethomam. Ex dono præfati *Radulfi*, Rippele, & Pentriz, cum appendiciis suis. Ex dono *Hugonis* de *Burg.* quinque solid. in Weston. Ex dono *Rogeri* Canonici tres bovatas terræ in Cestre, & excusam. Ex dono *Roberti* de *Dun*, unam culturam, & unum pratum. Ex dono *Willielmi Peverell*, & uxoris ejus & meo, Ecclesiam de Bollisovere, & terram in qua habitant Canonici. Et concedo Abbati *Derbeiensi* curam virginum, quarum habitaculum ipse construxit; habitaculum dico, per miliarium à Canonicis longè statutum; & damus illi Abbati licentiam consecrare virgines, quarum curam illi commisimus: Et concedimus prædicto Abbati, & successoribus suis, ne cuiquam reddant Decimas de propriis agris suis, quocunque labore cultis, sive quibuscunque; rebus suis propriis, ut de pecoribus, sive quibuscunque aliis, ubi sibi ipsis, & cui voluerint. Concedimus etiam, ut prædictus Abbas, & quisque successorum ejus, sit Decanus de omnibus Ecclesiis, quæ datæ sunt Ecclesiæ suæ in *Derbisirâ*; & specialiter etiam de omnibus Ecclesiis quæ sunt in *Derbie*; & teneat Capitulum de Clericis secularibus, ut cum ipsis, & per ipsos judicet quæ secundùm Canones licet Decano judicare ab Episcopo constituto, ne quisquam præsumat eum judicare, nisi solus Episcopus Episcopalia reddat, vel reddere faciat de Ecclesiis Decanatus sui; nec quisquam potestatem habeat, præter Episcopum solvendi quos ligaverit, vel ligandi quos solverit. De Parochianis Decanatus sui testibus de eodem Capitulo, has omnes donationes prædictas, sive à nobis, sive ab aliis exhibitas, vel collatas, stabili jure confirmamus; & obnixè tam majores quàm minores, tam præsentes, quàm futuros, caritativè rogamus hanc prædictam Ecclesiam religione stabilem, literis decoratam, provehant & protegant.

Carta Burgensium de Derbie, *de Parva* Derlegâ.

Ibid. fol. 134. b. Burgenses Derbiae omnibus suis successoribus salutem. Filii Karissimi, ut nos decidimus, & vos deceditis: Quare admonemus, & præcipimus, ne inquietis quenquam pro Parvâ Derley; nam hanc, pro salute nostrâ & vestrâ, Canonicis S. *Helenæ* in perpetuam Elemosinam dedimus; quoniam qui vestrum infringere conabitur, non minori subjacet culpæ quam nostrarum interemptor animarum. Valete.

Confirmatio Ricardi *Coventrensis Episcopi de prædictâ Parvâ* Derleya.

Ibid. *Ricardus*, Dei gratiâ, *Cestrensis* Episcopus, omnibus Ecclesiæ filiis salutem: Notum sit caritati vestræ, quod inter cætera, quæ Deus per nos, & per cæteros filios Ecclesiæ nostræ administravit, Canonicis S. *Helenæ* de Derbie, Burgenses ejusdem villæ, parvam *Derleyam* prædictæ Ecclesiæ, pro se & pro suis, in perpetuam Elemosinam fœliciter dederunt, *H.* de *Tuschet* & *Willielmo* filio *Nigelli*, & *H.* juniore de *Tuschet* id consentientibus & confirmantibus, salvâ antiquâ pactione pasturæ inter Marchetun & Derbie; quæ res placuit, tam *Marcatonienſibus* quàm *Derbeienſibus*: Quam Elemosinam *R.* junior Comes de *Ferrariis*, ubique congaudens religioni concedens, adjunxit de tertiâ parte prati, quæ est ex utraque parte de Oddebroc; &

& de decimo nummo de redditu de Derbie, & de quibuſdam aliis, ut Carta ejus teſtatur. Teſtibus in hac re; Teſtes ex parte *H.* majoris de *Tuſchet*, quibus beneficiis à nobis ad opus Eccleſiæ ſuſceptis & confirmatis in perpetuam Elemoſinam excommunicamus, ex auctoritate domini Papæ e. & f. ejuſdem domini Jeſu Chriſti, & S. *Mariæ*, & omnium Sanctorum, horum ſurreptores beneficiorum, & infirmatores, niſi ad emendationem venerint: Fiat, fiat, Amen.

Pag. 41. Col. 2.

Carta & confirmatio Willielmi *de* Ferrariis *Comitis* Derbeyæ.

Ex Regiſtro de Bredon penès *Rob. Shirley de* Stanton-Harold Baronettum A° 1670.

OMniſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Willielmus* de *Ferrariis* Comes de *Derbeyâ* ſalutem in Domino: Notum ſit vobis omnibus me intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum conceſſiſſe & hac Cartâ meâ confirmaſſe Canonicis Regularibus de *Bredonâ* Eccleſiam S. *Mariæ* & Sancti *Hardulfi* de Bredone, cum omnibus pertinentiis ſuis in decimis, redditibus & libertatibus, & omnibus quæ ad prædictam Eccleſiam cum omnibus dominicis pertinent; & Capellam de *Worthdintonî*, cum omnibus pertinentiis; & Capellam de *Stauntonâ* cum omnibus pertinentiis ſuis; & *Skalaker*; & forum de *Bredonî*; & quatuor virgatas terræ cum villanis, & cæteris omnibus ejuſdem terræ pertinentiis in Sarebi; ſcil. in ſochâ de *Stapelfordâ*; & unam herdewycham apud *Hethcotam* in *Peco*, cum terrâ integrè quæ dicitur Bredoncrofte; & cum paſturâ ad ſexies viginti oves, & quatuor multones cum totâ ſectâ unius anni uſque ad Feſtum S. *Crucis*. Præterea dedi eis & confirmavi, intuitu caritatis de acramento, paſturam ibidem ad quinque vaccas pro agnis ſuis inde nutriendis. Confirmavi etiam eis, de molendino de Crakemers annuatim viginti ſolidos; & in Dideſworth decimas ſex caruratarum terræ, & quinque virgatas terræ in *Andreskirkâ*, & redditum quinque ſolidorum in *Overtonâ*; & Boſcum de *Brunhaghe* cum aſſartis, & culturam ſub monte Bredone ad fontem. Hæc omnia ſupradicta cum cunctis pertinentiis ſuis pietatis intuitu, excepto molendino de Stapelford ſuper Wrethec, & exceptis viginti ſolidis in *Lechâ Jordani* de *Tokâ* conceſſi & confirmavi hac Cartâ meâ præfatis Canonicis, habenda & tenenda in perpetuam Elemoſinam liberè & quietè & honorificè, ſine omni ſervicio ad me & hæredes meos pertinente præter orationes in Domino. Hiis teſtibus *Henrico* de *Ferrariis*; *Willielmo* de *Rideware*; *Jordano* de *Toke*, & multis aliis.

Pag. 564. Col. 1.

Carta Thomæ *de* Santford *de totâ terrâ ſuâ de* Saundford, *& advocatione Eccleſiæ de* Blebyry.

OMnibus, *&c. Thomas* de *Santford* filius *Thomæ* de *Santford*, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & animarum patris mei & matris meæ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum dediſſe conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & B. *Mariæ* & fratribus Militibus Templi in liberam & perpetuam Elemoſinam ad ſubſidium terræ Sanctæ, & ad ſuſtentandum unum Capellanum qui Miſſam pro fidelibus defunctis celebrabit in perpetuum in Domo Templi de Buſtlisham totam terram meam de Saunford, cum advocatione Eccleſiæ de Blebyry, & cum omnibus pertinentiis ſuis ſine aliquo retinemento: habend. *&c.* faciendo inde forinſecum ſervitium capitalibus Dominis illius feodi; quantum pertinet ad illam terram, *&c.* Hiis teſtibus Domino *Johanne* de *Nevill.* D. *Ricardo* de *Turri.* D. *Joh.* de *Pleſiz.* D. *Stephano* de *Harnehull* D. *Johanne* de *Helesfeld.* D. *Galfrido* de *Stocwell.* *Ricardo* de *Brackele*, & aliis. Ex Cod. Vet. MS. penes *Anton. Wood. Oxon.* f. 2. b.

Carta Adæ *de* Pyriton *donationem Manerii de* Saunford *per* Thomam *de* Saunford *confirmans.*

OMnibus, *&c. Adam* de *Pyriton* Miles filius *Thomæ* de *Pyriton*, & alter hæredum Domini *Thomæ* de *Saunford* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra me pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum et ſucceſſorum meorum conceſſiſſe, et præſenti Cartâ meâ confirmaſſe, quantum ad me et hæredes meos pertinet, Deo et B. *Mariæ* et Fratribus Militibus Templi, pro me et hæredibus meis Manerium de Saunford cum pertinentiis ſuis, *&c.* Præterea conceſſi et confirmavi prædictis fratribus forinſecum ſervicium duarum hidarum terræ, quas *Johannes* de *Gardino* tenuit in Denton, et de unâ hidâ terræ in Watele, quam *Euſtachius* de *Watele* tenuit, quod quidem ſervitium prædictæ tres hidæ terræ ſolent et debent facere prædicto Manerio de Saunford, conceſſi etiam et præſenti Cartâ meâ confirmavi prædictis fratribus Militibus Templi advocationem Eccleſiæ de Blebyrie, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ omnia prædicta prædicti fratres habent de dono prædicti *Thomæ* de Ibidem.

de *Saundford* avunculi mei, habend. *&c.* faciendo inde mihi & hæredibus meis forinsecum servicium quantum pertinet ad feudum unius Militis; scil. scutagium & custodiam de **Windleshore** pro omnibus secularibus serviciis, sectis consuetudinibus & demandis, *&c.* Hiis testibus Domino *Henrico* de *Bath.* D. *Jerenn.* de *Kacston.* D. *J.* de *Clesfeld.* D. *Willielmo* de *Legh.* D. *Henrico* de *Baywurth.* D. *Hugone* filio *Henrici.* D. *Radulpho* de *Saunford*; *Roberto* de *Saunford*, *Roberto* de *Pyriton*; *Hugone* de *Gersindon*, & aliis.

Carta Matildæ *Reginæ de Manerio de* **Covele** *in Com.* Oxon.

Ibid. fol. 14. a. MAtilda Dei gratiâ Regina *Anglorum* Archiepiscopis, *&c.* salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmasse deo & fratribus Militibus Templi *Jerusalem* pro animâ Comitis *Eustacii* patris mei, totam terram meam de *Coveley* cum omnibus pertinentiis suis in puram & perpetuam Elemosinam, pro salute animæ meæ, & Domini *Stephani* Regis *Angliæ* Mariti mei, & puerorum meorum, & antecessorum & successorum meorum. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfati fratres Milites Templi prædictam terram cum omnibus pertinentiis suis in omnibus rebus habeant & teneant liberè, pacificè, & honorificè, & quiete absque omni exactione consuetudine & servitio seculari imperpetuum. Testibus *Milone* de *Gloecester*; *Humfredo* de *Boun*; *Roberto Marmyun*; *Elyâ Giffard*; *Mauricio* de *Wyndleshore*; *Roberto Avenel*; *Milone Basseth*; *Aylard* filio *Flandrensis*; *Roberto Musard*, apud **Rading.**

Carta Regis Stephani *de confirmatione ejusdem.*

Ibidem. STephanus Dei gratiâ Rex *Angliæ* Archiepiscopis, *&c.* salutem. Sciatis quod dedi & concessi & hac Cartâ meâ præsenti confirmavi in perpetuam Elemosinam totam terram meam de **Covele** cum omnibus pertinentiis suis integrè Deo & S. *Mariæ*, & fratribus Militibus de Templo *Jerusalem*, pro salute animæ meæ & *Matildæ* Reginæ uxoris meæ & omnium antecessorum & successorum meorum. Et præterea do eis & concedo ut habeant aysiamenta & necessaria in forestâ meâ sine venditione ad domos suas dominicas, & ad alia agenda sua, & hoc per visum servientis qui boscum meum custodiet. Quare volo & firmiter præcipio, quod ipsi fratres Milites Templi prænominati terram de **Covele** cum omnibus pertinentiis suis in omnibus rebus habeant & teneant liberam, solutam, & quietam ab omnibus exactionibus, consuetudinibus, & servitiis secularibus in perpetuum. Testibus *Rob. Marmyun*; *Ricardo* de *Lucy*; *Henrico Tracy*; *Willielmo* de *Ypra*, *&c.* apud **Reding.**

Carta Willielmi Mareschalli *Comitis* Pembrochiæ *de Ecclesiâ de* **Spenes.**

Ibid. fol. 69. a. UNiversis, *&c.* *Willielmus Mareschallus* Comes *Pembrochiæ* salutem. Noverit universitas vestra me concessisse & dedisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & B. *Mariæ* & fratribus Mil. Templi intuitu caritatis, pro salute animæ meæ, & *Isabellæ* uxoris meæ, & puerorum meorum, & antecessorum nostrorum in liberam & puram & perpetuam Elemosinam Ecclesiam de **Spenes**, cum omnibus ad eam pertinentibus. Habendam, *&c.* Hiis testibus *Edwardo* Abbate de **Nottele**, *&c.*

Carta Willielmi Mareschalli *Comitis* Pembrochiæ *donationem patris sui confirmans.*

Ibid. UNiversis, *&c.* *Willielmus Mareschallus* Comes *Pembr.* sal. Noverit universitas vestra me concessisse & hac Cartâ meâ confirmasse Deo & B. *Mariæ* & fratribus Mil. Templi, pro salute animæ meæ & *Alianoræ* uxoris meæ Jus advocationis Ecclesiæ de **Spenes**, *&c.* quod inde ego vel successores mei habeamus sicut Carta *Willielmi Mareschalli* Comitis *Pembr.* patris mei quam inde habent testatur, *&c.* Hiis testibus Domino *Roberto Marmiun.* D. *Johanne* de *Bellocampo*, *&c.*

Carta Willielmi *de* Vernonâ *de fundatione Hospitalis de* **Cremne.**

Ibid. fol. 72. a. SCiant præsentes & futuri quod Ego *Willielmus* de *Vernona* dedi & concessi & hac meâ Cartâ confirmavi *Willielmo Maskerel* terram & domum apud *Eremnam*, quam *Guido* Clericus tenuit ad faciendum Hospitale in honore Dei et B. *Mariæ* Virginis et omnium Sanctorum pro animâ Regis *Henrici* filii Comitis *Galfridi*; et pro animâ Comitis *Baldwini* et *Ricardi* fratris ejus, et antecessorum illorum; et pro animâ ejusdem *Willielmi Maskerel* et antecessorum illius. Quare volo, et firmiter præcipio, ut illam terram habeat et honorificè teneat, et possideat liberè et quietè ab omni servitio et ab omni seculari exactione. Hiis testibus *Rogero* de *Aulâ*, *&c.*

Carta Baldwini Cantuar. *Archiepiscopi dictam fundationem ratificans.*

Ibidem. BAldwinus Dei gratiâ *Cantuar.* Archiepiscopus totius *Angliæ* Primas universis, *&c.* salutem. Noverit universitas vestra, quod nos Cartam *Willielmi Maskarelli* inspeximus in hac firma. Sciant, *&c.* [Et sic de verbo ad verbum ut in præcedenti Cartâ.] Quia igitur quod à Christi fidelibus pia et sancta consideratione in religiosum subsidium collatum est firma et perpetua stabilitate gaudere debet, nos donationem et concessionem prædicti *W.* de *Vernon* juxta Cartæ suæ testimonium firmam et stabilem permanere desiderantes eandem sicut justè et rationabiliter ab ipso facta est, autori-

tate

tate quâ fungimur confirmamus, & Sigilli nostri attestatione communimus. Hiis test. *E.* Episcopo *Roff*, &c.

Ibid. GOdefridus Dei gratiâ *Winton.* Episcopus universis, &c. salutem in Domino. Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, nos inspectâ Cartâ *Willielmi* de *Vernon*, de concessione & donatione factâ *Willielmo Maskarel* de terrâ & domo quadam apud *Eremnam* quam *Guido* Clericus tenuit eidem *Willielmo* concessisse, ut in honore Dei & B. Virginis, & omnium Sanctorum, ad susceptionem pauperum ibidem construat Domum Hospitalem, salvo in omnibus jure Matricis Ecclesiæ, salvâ quoque in omnibus authoritate & obedientiâ Episcopali. Inspectis etiam Cartis *Hugonis* de *Widwill* & *Willielmi* de *Widwill* filii sui de concessione terræ de Wilneford facta eidem *Willielmo Maskerel* & hæredibus suis, ad instanciam precum ejusdem *Willielmi* confirmasse præfato Hospitali eandem terram de Wulneford, ad sustentationem pauperum ibidem suscipiendorum in liberam & perpetuam Elemosinam, cum omnibus ad eandem terram pertinentibus, sicut idem *Willielmus* eam prædicto Hospitali concessit & confirmavit, &c. Hiis testibus Magistro *Ivone* Archidiaco. *Derebiensi*, &c.

Carta Radulphi Maskerell *fundationem & donationem dicti Hospitalis confirmans.*

Ibid. fol. 72. b. NOscant præsentes & futuri, quod Ego *Radulphus Maskerel* concessi & Cartâ meâ confirmavi donationem de Domo Dei de Eremne, quam donationem videl. *Willielmus* frater meus fecit & concessit Domui Templi *Salomonis* in perpetuam Elemosinam; terram scil. de Beleford, cum omnibus pertinentiis sicuti Avus meus vel Avunculus meus meliùs & liberiùs illam tenuit & terram de Querna* sicuti Carta *Rogeri* de *Halla* testatur, & Cirographum de Curiâ D. Regis. Et terram de Chelke† cum molendino & omnibus pertinentiis sicuti Carta *Walteri* de *Chelca* testatur. Et Capellam de Broke, cum pertinentiis sicuti Carta mea & Carta fratris mei testantur: sub tali etiam conditione, quod isti prædicti fratres debent tenere & recognoscere istas prædictas Elemosinas de me & hæredibus meis in perpetuam Elemosinam, Quare si ita fore evenerit, quod Ego vellem reddere me Domui Templi prædicti, ipsi præfati fratres hac conventione me recipient, salvâ unâ salinâ de *Nordofontis* sub divisâ de Hoxwell, sicuti Carta donatorum & Carta mea & Carta fratris mei testantur. Hiis testibus *Hervico Trencard. Otuela* de Insula.

* *Querne*, vel *Kerne*, in Insulâ *Vectæ*

† *Chalke* in Com. *Wilts.*

Carta Will. *de* Vernon *Comitis* Devon *donationes* Willielmi & Radulphi Maskerel *confirmans.*

Ibid. NOtum sit omnibus, &c. quod Ego *Willielmus* de *Vernon* Comes *Devoniæ* concessi & hac Cartâ meâ confirmavi omnes Donationes quas *Willielmus Maskerel* & *Radulphus Maskerel* fratres fecerunt Magistro de Templo *Salomonis*, & fratribus ibidem Deo servientibus, sicuti Cartæ eorum testificantur, salvo servitio meo, & salvo servitio hominum meorum. Hiis testibus *Rogero* de *Wallicorto.*

Ibid. fol. 93. b. HEnricus del *Alney* omnibus, &c. salutem. Sciatis me dedisse Deo & S. *Mariæ* atque fratribus militibus *Salomonis* meam Capellam de Sibbeford, & quandam virgatam terræ cum prato, & quandam Croftam juxta Cimiterium, in latitudine quantum ad Cimiterium pertinet. Homines etiam mei dant præfatis Militibus *Templi* quandam virgatam terræ, & x. acras. Concedimus etiam dominicis animalibus communem pasturam & prædictas terras liberas & quietas ab omnibus secularibus servitiis concessu uxoris meæ & hæredum meorum in liberam Elemosinam, pro animâ patris & matris meæ, & uxoris meæ, & prædecessorum meorum. Testibus *Willielmo* de *Estre*; *Herberto*, *Hilberto*; *Rogero* filio *Alani*, *Roberto* filio *Hilberti*. *Petro* præposito. *Willielmo* de *Sibbeford*, *Roberto* fratre ejus. *Walchelino*, *Godefrido*, *Willielmo Armigero.*

PRIORATUS

de Stanley *in agro* Glouc. cestrensi.

Confirmatio donationum per Theobaldum Cantuariensem *Archiepiscopum.*

Ex ipso autographo in Bibl. *Cottonianâ.* THeobaldus Dei gratiâ *Cantuariensis* Archiepiscopus, Anglorum primas, & Apostolicæ sedis Legatus, venerabili fratri & amico S. *Wigorn.* Episcopo, & dilectis sibi in Domino omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis salutem & benedictionem. Incolumitati Ecclesiæ, & paci providentes, ea quæ Ecclesiis ipsis, bonorum principum largitione, vel rationabili quorumcunque executione adquiruntur, piâ ipsis benignitate concedimus, & auctoritate nostrâ confirmamus: audientes itaque Ecclesiam de *Estonâ*, & Ecclesiam de *Comberleiâ*, & Ecclesiam de *Oslewordâ*, & Ecclesiam de *Cammâ*, & Ecclesiam de Erlingeham, cum omnibus pertinentiis earum; & unam præbendam, quæ fuit *Bernardi* Capellani in Berchelai, & omnes Elemosinas quas habuit

habuit idem *Bernardus* in Berchelai herneſſe Eccleſiæ S. *Leonardi*, & *Sabrieto* Priori, & Canonicis de *Stanleiâ* jamdiu rationabiliter donatas, & hoc plenius ex Cartis Regiis, & Cartis dilecti filii noſtri *Rogerii* de *Berchelai* ejuſdem Eccleſiæ Advocati, atteſtatione cognoſcentes, ipſi Eccleſiæ beati *Leonardi* de *Stanleiâ*, in earundem Eccleſiarum poſſeſſionem, plenum noſtræ auctoritatis robur concedimus; & præfatas Eccleſias ipſi Eccleſiæ de *Stanleiâ* præſenti ſcripto imperpetuum confirmamus Valete.

PRIORATUS

de Shelford *in agro* Notinghamenſi.

Veredictum Juratorum de fundatione ejuſdem.

Placito coram Domino Reg. apud *Weſtm.* Term°. *Mich.* 14° E. 2. n. 153.

DOminus Rex mandavit Theſaurario & Camerariis ſuis Breve ſuum in hæc verba *Edwardus, &c.* Quia quibuſdam certis de cauſis certiorari volumus ſuper Recordo & proceſſu loquelæ quæ fuit coram *Hugone Bigod* dudum Juſticiario Domini *H.* quondam Regis *Angliæ* avi noſtri, ſine Breve ipſius avi noſtri, inter *Willielmum Bardolf* quærentem, & *Adam* de *Everingham* deforciantem, de advocatione Prioratus de Shelford in Comitatu *Notinghamiæ*; vobis mandamus, quod ſcrutatis Rotulis ipſius *Hugonis* de tempore prædicto, qui ſunt in Theſaurario noſtro, ſub cuſtodiâ veſtrâ, ut dicit, Recordum & proceſſum ejuſdem loquelæ cum omnibus ea tangentibus, nobis ſub Sigillo veſtro diſtinctè ſine dilatione mittatis, & hoc Breve *T.* meipſo apud *Weſtmonaſterium* vii°. die *Octobris* Anno regni noſtri xiiii°.

Prætextu cujus Brevis iidem Theſaurarius & Camerarii miſerunt Recordum & proceſſum hic in hæc verba;

Placita de Aſſiſis & Juratis capta coram *Hugone Bigod* Juſticiario *Angliæ* in diverſis Comitatibus, & de Coronâ, à Nativitate S. *Johannis Baptiſtæ*, Anno regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* xlii°. uſque ad Octab. S. *Mich.* proximum ſequens.

Nott. ſſ. PRæceptum fuit Vicecomiti quod venire faceret, *&c.* xvi. *&c.* per quos, *&c.* qui nec, *&c.* ad recogn. *&c.* utrum Prioratus de Shelford fundatus fuit à prædeceſſoribus *Willielmi Bardolf* vel à prædeceſſoribus *Adæ* de *Everingham*, & quis eorum ſit verus patronus ejuſdem Prioratus; quia tam prædictus *Willielmus* quàm prædictus *Adam* coram domino Rege apud *Ceſtriam* poſuerunt ſe inde in Jur. illam; & unde prædictus *Willielmus* dicit, quod quidam *Radulphus Haunſelyn* anteceſſor ipſius, cujus hæres ipſe eſt, tempore *H.* Regis avi domini Regis nunc fundavit prædictum Prioratum, & feoffavit prædictum Prioratum cum omnibus terris & tenementis quæ habuit in villâ de Shelford, & de quibuſdam aliis terris & tenementis, & advocationibus Eccleſiarum. Et dicit, quod poſt mortem cujuſdam *Laurentii* quondam Prioris ejuſdem Prioratus, elegerunt Canonici dicti Prioratus quendam *Thomam* de *Lexinton*, & ipſum præſentaverunt ipſi *Willielmo* tanquam Advocato ejuſdem Prioratus, tempore domini Regis nunc, qui electionem illam acceptavit, & eundem *Thomam* præſentavit *W.* tunc *Eborum* Archiepiſcopo, qui ad præſentationem ipſius eundem *Thomam* admiſit, & ipſum in eodem Prioratu canonicè inſtallavit: Et quod ita ſit petit quod Inquiratur.

Et *Adam* dicit, quod quidam *Robertus* de *Cauz* anteceſſor ipſius fundavit prædictum Prioratum: Et dicit, quod poſt mortem prædicti *Laurentii* quondam Prioris prædicti Prioratus, Canonici prædicti Prioratus facta electione in prædicto *Thomâ* de *Lexinton*, præſentaverunt eundem *Thomam* cuidam *Johanni Berkin* anteceſſori prædicti *Adæ* cujus hæres ipſe eſt, priuſquam ipſum prædicto *Willielmo* præſentâſſent.

Et dicit, quod idem *Johannes* acceptatâ prædictâ electione præſentavit prædictum *Thomam* prædicto Archiepiſcopo, qui ad præſentationem ſuam ipſum *Thomam* ad prædictum Prioratum admiſit, & ipſum Canonicè inſtallavit; & quod ita ſit petit quod inquiratur.

Et ſuper hoc venit Prior prædicti Prioratus, & queſitus quem clamat Patronum ſuum prædicti Prioratus, dicit quod plane non poteſt ſcire, eo quod feoffatus eſt tam ab anteceſſoribus prædicti *Adæ* quàm prædicti *Willielmi*, & profert quandam Cartam ſub nomine *Radulphi Haunſelyn* anteceſſoris prædicti *Willielmi Bardolf*, quæ teſtatur quod idem *Radulfus* in honore Dei & beatæ *Mariæ* fundavit Prioratum de Shelford, & dedit eidem Prioratui totam terram & tenementum ſuum de Shelford cum pertinentiis, & quaſdam alias terras tenementa & advocationes Eccleſiarum, *&c.* Profert etiam quandam aliam Cartam ſub nomine cujuſdam *Roberti* de *Cauz* anteceſſoris, prædicti *Adæ*, quæ teſtatur quod idem *Robertus* dedit & conceſſit Monachis ſuis de Shelford totam terram & tenementum ſuum in Shelford, cum pertinentiis, & quaſdam alias terras, tenementa & advocationes Eccleſiarum. Profert etiam tertiam Cartam, quæ teſtatur quod prædicti *Radulphus Haunſelyn* & *Robertus* de *Cauz* conjunctim feoffaverunt prædictos Monachos ſuos de prædictis terris & tenementis, & advocationibus Eccleſiarum, *&c.*

Et Juratores de conſenſu partium electi, ſcilicet *Benedictus* de *Rolleſton*, *Galfridus* de *Barry*, *Galfridus* de *Stanton*, *Johannes* de *Villers*, *Philippus* de *Colewyke*, *Rogerus* de *Alneto*, *Reginaldus* de *Anneſleye*, *Radulfus* de *Coleſton*, *Walterus* de *Staunton*, *Johannes Barry*,

Ricardus de *Burton*, *Johannes* filius *Ceciliæ* de *Hokeſworth*, *Henricus* de *Bircheworth*, *Rogerus* de *Somervill*, *Ricardus* de *Weſton*, & *Willielmus* filius *Hervai* de *Muſchamp*, qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod prædictus Prioratus fundatus erat à prædicto *Radulpho Haunſelyn* anteceſſore prædicti *Willielmi Bardolf*; & quod idem *Willielmus* eſt inde verus Patronus: Et ideo conſideratum eſt quod prædictus *Willielmus* recuperet prædictam advocationem, tenendam ſibi & hæredibus ſuis quietam de prædicto *Adâ* & hæredibus ſuis imperpetuum; & *Adam* in miſericordiâ.

Et mandatum eſt Archiepiſcopo *Eborum*, quod ad præſentationem ipſius *VVillielmi* idoneam perſonam admittat in Priorem; & quod ſuum eſt in hac parte exequat *&c.*

Prætextu cujus Brevis, ac etiam Recordi, ad ſectam *Thomæ Bardolf* conſanguinei & hæredis prædicti *Willielmi*, præceptum fuit Vicecomiti, quod ſcire faceret *Adæ* de *Everingham*, conſanguineo & hæredi prædicti *Adæ* de *Everingham*, qui prædictam advocationem ipſi *Thomæ* contra conſiderationem prædictam injuſtè deforceat, ut dicit, per duos liberos & legales homines, *&c.* quod eſſet coram Rege hic ad hunc diem; ſcil. à die Sancti *Martini* in xv. dies ubicunque, *&c.* oſtenſurus ſi quid pro ſe haberet vel dicere ſciret quare prædictus *Thomas* Advocationem prædictam, juxta recuperationem prædictam habere non deberet. Et ulterius, *&c.* quod Curiæ, *&c.*

Et Vicecom. retornavit, quod ſcire fecit præfato *Adæ* conſanguineo, *&c.* per *VVillielmum Forſet* de *Laxton* & *VVillielmum Lewys*, qui per præmunitionem ei factam in propriâ perſonâ ſuâ venit, *&c.* Et prædictus *Thomas Bardolf* per *Ricardum* de *Oxwyke* attornatum ſuum ſimiliter venit, & petit executionem juxta recuperationem prædictam, *&c.* Et prædictus *Adam* venit, & nihil dicit quare executio inde retardari debeat: ideo prædictus *Thomas* habeat inde executionem ſecundùm tenorem conſiderationis prædictæ, *&c.*

Et præceptum eſt Vicecomiti, quod eidem *Thomæ* advocationem prædictam juxta recuperationem, *&c.* ſine dilatione habere faciat; & quid inde, *&c.* Scire faciat Regi à die S. *Hillarii* in xv. dies ubicunque, *&c.* Et mandatum eſt Archiepiſcopo *Ebor.* quod ad præſentationem ipſius *Thomæ* idoneam perſonam admittat in Priorem, *&c.*

PRIORATUS
de Sandelforde in agro Berrocenſi.

Diploma Stephani Cantuarienſis *Archiepiſcopi Cartam Fundationis per* Galfridum *Comitem* Pertici & Matildam *uxorem ejus recitans & confirmans.*

STephanus Dei gratiâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, & Sanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalis, omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in Domino. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, nos autenticum ſcriptum bonæ memoriæ *H.* prædeceſſoris noſtri inſpexiſſe in hac formâ; *H.* Dei gratiâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, Univerſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos Cartam Nobilis Viri *Galfridi* Comitis *Pertici*, & *Matildis* Comitiſſæ, in hac formâ inſpexiſſe. Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis *Galfridus* Comes *Pertici*, & *Matildis* Comitiſſa ſalutem in Domino; Univerſitati veſtræ notum facimus, nos, pro amore Dei, & ſalute noſtrâ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, in liberam & puram & perpetuam Elemoſinam dediſſe & conceſſiſſe Deo & Sancto *Johanni Baptiſtæ* & Domui de Sandelford, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam & totam terram de Sandelford, ſicuti ſepibus vel foſſatis circumſepta eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, & totum boſcum qui vocatur Bademore, & totam terram ex utraque parte ejuſdem boſci, ſicut cingitur ex unâ parte aquâ quæ vocatur Aleburne, à ponte de Sandelford uſque ad Alburne gate: Et in aliâ parte ſicut cingitur viâ quæ extenditur de Alburne gate verſus Aywebirie, uſque ad croſtam *VVillielmi Venatoris*: Et in tertiâ parte, ſicut protenditur inde via, uſque ad croſtam *Roberti* filii *Rembaldi*, ſcilicet ad viam quæ extenditur de Aywebirie: Et in quartâ parte ſicut cingitur eadem viâ, uſque ad pontem de Sandelford.

Ex ipſo autographo in Bibl. *Cotton.* 24°. *Junii* A° 1664.

Conceſſimus etiam prædictis Canonicis, ut in prædictâ terrâ, ſuper prædictam aquam, ubi locum apertum providerint, molendinum conſtruant, & illud pacificè & ſine moleſtiâ & contradictione poſſideant. Præterea dedimus & conceſſimus eiſdem Canonicis treſdecem Marcas Sterlingorum, annuatim percipiendas de molendinis de Aywebirie, ita quod prædicti

prædicti Canonici, ſingulis quatuor ſeptimanis unam marcam percipient à Ballivis noſtris de redditu molendinorum. Conceſſimus eiſdem Canonicis hæc omnia ſupradicta libera & quieta ab omni ſeculari ſervitio & exactione, tenenda & habenda perpetuo de nobis & hæredibus noſtris in liberam & puram & perpetuam Elemoſinam. Volumus autem & concedimus, quod cum Prior deceſſerit, unus remanentium Canonicorum eligatur in Priorem. Ut autem hæc noſtra donatio firma permaneat, ipſam Cartâ præſenti Sigillis noſtris ſignatâ confirmamus. Hiis teſtibus domino *Huberto Cantuarienſi* Archiepiſcopo, domino *Hereberto Sarum* Epiſcopo, *Stephano* de *Pertico*, qui Sigillum ſuum præſenti Cartæ in teſtimonium appoſuit, *Williel-mo* de *Pertico*, *Hugone* de *Tabariâ*, *Odone* de *Normare*; Magiſtro *Roberto* & domino *Ricardo* Capellanis, *Reginaldo Peſan*, *Guffio* de *Vire-roille*, *Gervaſio* de *Tabariâ*, & multis aliis. Ut igitur piâ donatio & conceſſio prædictorum Comitis & Comitiſſæ perpetuam obtineat firmitatem, eas, ſicut rationabiliter factæ ſunt Sigilli noſtri appoſitione communiendas duximus & confirmandas; hiis teſtibus Magiſtro *Simone* de *Siwell* Theſaurario *Lichesfeld*, Magiſtro *Johanne* de *Tynemuth*, Magiſtro *VVillielmo* de *Sumerkotes*, *Rogero* de *Baſingham*, Magiſtro *Edmundo* de *Hampton*, *Roberto* de *Briſtoll*, *VVillielmo* de *Boſco*, *Johanne* de *Kent*, *David* de *Rudeby*, *Aaron* de *Kent*, & multis aliis. Volentes igitur nos hiis, quæ piè & rationabiliter factæ ſunt, auctoritatis noſtræ robur impendere, confirmationi memorati prædeceſſoris noſtri, ſicut rationabiliter facta eſt noſtram confirmationem adjungimus, & hoc præſenti ſcripto; & Sigilli noſtri appoſitione proteſtamur; Hiis teſtibus Magiſtro *Simone* de *Langetone* fratre noſtro, Magiſtro *VVillielmo* de *Bardeney*, Magiſtro *Thomâ* de *Frecham*, Magiſtro *Roberto* de *Pennes*, *Roberto* de *Briſtoll*, Magiſtro *VValtero* de *Emeſham*, *Johanne* de *VValtham*, & aliis.

COENOBIUM
de Aſſerugge *in agro* Buckinghamenſi.

Carta Fundationis ejuſdem per Edmundum *Comitem* Cornubiæ.

Cart. 5 E. 3. n. 70. per Inſpex. M. 26.

SCiant præſentes & futuri, quod nos *Edmundus* claræ memoriæ *Ricardi* Regis *Alemanniæ* filius & Comes Cornubiæ, dedimus, conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus pro nobis & hæredibus noſtris Deo & beatæ *Mariæ*, ac Rectori bonorum virorum fratrum Eccleſiæ, in honore precioſi ſanguinis *Jeſu Chriſti* apud **Eſſerugge** fundatæ, & bonis viris ejuſdem loci fratribus, Deo ibidem ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, ad ſuſtentationem viginti fratrum Clericorum, de quibus treſdecem ſint Presbiteri ad minus, Manerium noſtrum de **Eſſerugge**, cum **Pichelestone**, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, quæ habuimus ex dono & conceſſione quondam *Uliani Cheinduit*, cum clauſo Parci ejuſdem Manerii de **Eſſerugge**, tam infra Parochiam Eccleſiæ beati *Petri* de **Berchamestede**, quàm infra Parochiam Eccleſiæ de **Pichelestone**. Dedimus etiam & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris dictis Rectori & fratribus in dictâ Eccle[illegible] Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris Manerium noſtrum de *Parvâ* **Gatesdene**, cum omnibus & ſingulis pertinentiis ſuis, tam ad terras & tenementa, quæ quondam dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit in eodem Manerio, quàm ad terras & tenementa quæ habuimus ex dono & conceſſione quondam *Thomæ* de *Vieleſtone* in eodem Manerio ſpectantibus. Dedimus inſuper & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris dictis Rectori & fratribus in dictâ Eccleſiâ ſervientibus, & imperpetuum ſervituris Manerium noſtrum de **Hamelhamstede** cum omnibus & ſingulis pertinentiis ſuis, exceptâ advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii & Warennâ noſtra in eadem: Habendum & tenendum omnia ſupradicta Maneria; viz. de **Eſſerugge**, **Pichelestone**, **Hamelhamestede**, & **Gatesdene**, tam ex illâ parte, quam quondam dictus dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit, quàm ex parte illâ quàm habuimus de dono & conceſſione quondam *Thomæ* de *Vieleſtone* ibidem, cum Returno Brevium Domini Regis, placito vetiti namii, placito Coronæ Regis, Catallis Felonum & fugitivorum, cum viſu Franci Plegii, & omnibus quæ ad viſum pertinent, cum emendis Aſſiſæ Panis & Cerviſiæ fractæ, Huteſio levato, & placito de ſanguine effuſo; & etiam cum Homagio & Servicio hæredum quondam præfati domini *Galfridi* de *Lucy* de toto tenemento quod de nobis tenent, vel tenere debent in villâ de *Parvâ* **Gatesdene**; & cum Homagio & Servicio hæredum quondam *Thomæ* de *Flaundene* de toto tenemento quod de nobis tenent vel tenere debent in villâ de **Hamelhamstede**; & cum Homagio & Servicio hæredum quondam *Lucæ Lovel*, de toto tenemento quod de nobis tenent vel tenere debent in eadem villâ, & cum omnibus juribus & libertatibus, ac liberis conſuetudinibus quæ nos, vel anteceſſores noſtri in prædictis Maneriis de **Eſſerugge**, **Pichelestone**, & **Hamelhamestede**, & etiam in Manerio de *Parvâ* **Gatesdene**, tam ex parte illa quam quondam præfatus dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit, quàm ex parte illâ quam habuimus ex dono & conceſſione quondam *Thomæ* de *Vieleſtone* ibidem ratione libertatis Honoris de **Berchamestede** utebamur vel uti conſueveramus: ac etiam cum omnibus rebus ad prædicta Maneria qualitercunque ſpectantibus, ut in domibus, edificiis, homagiis, fidelitatibus,

litatibus, wardis, releviis, heriettis, ſcutagiis, & omnibus aliis forinſecis ſerviciis, Eſcaetis, redditibus, & ſerviciis, tam liberorum hominum quàm villanorum, villanis cum ſuis vilenagiis, catallis, & ſequelis eorum, ſectis curiarum, cotagiis, ortis, gardinis, boſcis, planis, pratis, paſcuis, & paſturis, viis, ſemitis, foſſatis, & haiis, aquis, vivariis, piſcariis, ſtagnis, molendinis; viz. **Picoteſmilne, Burmelne, Tuo-water milne, Follingemelne,** & **Welpesburne melne,** cum prato eidem molendino adjacente in omnibus locis, & rebus cunctis, tam non nominatis quàm nominatis, quæ ad prædicta Maneria pertinent vel pertinere debent vel ſolent, infra villam & extra adeo benè & liberè ſicut nos vel anteceſſores noſtri, eadem Maneria cum pertinentibus unquam meliùs vel liberiùs tenuimus, prædictis Rectori, & fratribus Eccleſiæ prædictæ, & eorum ſucceſſoribus de nobis & hæredibus noſtris, in liberam, puram, & perpetuam Elemoſinam, ſine ullo retenemento. Salvis tamen nobis & hæredibus noſtris advocatione Eccleſiæ, Manerii de **Hamelhameſtede,** & Warennâ noſtrâ in eodem: ita tamen, quod ſi contingat, quod prædicti fratres vel eorum ſucceſſores in dictâ Warennâ Lepores vel cuniculos capiant, proinde nullatenus occaſionentur, attachientur, ſeu amercientur. Quod ſi eorum ſervientes ſeu tenentes attachiati fuerint per Ballivos noſtros vel hæredum noſtrorum, ratione forisfacturæ in Warennâ prædictâ, & in miſericordiâ inciderint, volumus & concedimus pro nobis & hæredibus, quod prædicti Rector & fratres, & eorum ſucceſſores omnimodas emendas & amerciamenta, ex hujuſmodi forisfacturis provenientia percipiant & habeant ſine calumpniâ noſtrâ vel hæredum noſtrorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunque.

Volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Rector & fratres dictæ Eccleſiæ, & eorum ſucceſſores habeant & teneant imperpetuum communiam paſturæ in boſco noſtro de **Berchameſtede,** qui vocatur **Le Fryth** ad omnia animalia ſua: Et quod habeant omnes porcos ſuos in eodem boſco noſtro tempore pannagii quietos de pannagio ſine calumpniâ vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum. Et quod habeant in eodem boſco noſtro *Housbote* & *Heybote*, & ad clauſturam Parci ſui de *Eſſerugge* ſine calumpniâ ſeu impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum; & ſine viſu vel impedimento miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum.

Volumus inſuper & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Rector & fratres dictæ Eccleſiæ, & eorum ſucceſſores ac homines & tenentes ſui de **Eſſerugge, Pichelestone, Hamelhameſtede,** & **Gatesdene** quieti ſint, de nobis & hæredibus noſtris de omnibus ſectis quarumcunque Curiarum, Hundredorum, & de viſu Franci-Plegii, & de omnibus aliis exactionibus & demandis, quæ nobis & hæredibus noſtris aliquo caſu accidere poſſint in futurum; ita tamen, quod prædicti homines & tenentes de **Eſſerugge, Pichelestone, Hamelhameſtede,** & **Gatesdene,** tam ex parte illâ quam dictus dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit, quàm ex parte illâ quam *Thomas* de *Vieleſtone* aliquando tenuit in eodem, omnes ſectas quas nobis facere conſueverunt, tam de viſibus Franci Plegii quàm de aliis, plenariè faciant Rectori & fratribus Eccleſiæ prædictæ & eorum ſucceſſoribus imperpetuum.

Præterea volumus & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Rector, & Fratres prædictæ Eccleſiæ & eorum ſucceſſores libere poſſint, emere & vendere in Burgo noſtro de **Berchameſtede** & alibi, tam infra Honorem noſtrum de **Walingeford** quàm de **Berchamſtede** imperpetuum, abſque Theoloneo præſtando: Et etiam, quod ipſi Rector & fratres & ſucceſſores ſui, ac eorum homines & tenentes de **Eſſerugge, Pichelestone, Hamelhameſtede** & **Gatesdene** ubique liberi ſint ab omni exactione ſeu præſtatione *Theolonei*, *Pontagii*, *Stallagii*, *Paſſagii*, *Leyrſtagii*, & ab omnibus exactionibus, & conſuetudinibus ſicut homines & tenentes noſtri de **Berchameſtede** & **Walingeford** ubique exiſtunt.

Volumus inſuper & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod præfati Rector & fratres dictæ Eccleſiæ, ac eorum ſucceſſores imperpetuum ſint quieti de Scutagio quociens acciderit. Præterea volumus & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod cedente vel decedente Rectore prædictæ Eccleſiæ, nos vel hæredes ſeu miniſtri noſtri vel hæredum noſtrorum nullatenus habeamus ingreſſum in terris & tenementis, vel redditibus ipſorum fratrum, nec quicquam nos intromittemus de hijs, nec de aliis rebus quæ ad ipſos fratres pertinent, vel pertinere debent tempore vacationis quo carebunt Rectore: Sed volumus quod terræ, & tenementa, ac redditus ipſorum fratrum; nec non & alia quæ ad ipſos pertinent, in manibus ſuis ſemper remaneant, tam tempore vacationis, quàm aliis temporibus, nec ſtatum ſuum in aliquo mutent. Et cum prædicti fratres aliquem in Rectorem ſuum Canonicè elegerint, liceat Epiſcopo loci illius ipſum confirmare, etiamſi Patrono prius non fuerit præſentatus.

Et nos prædictus *Edmundus* & hæredes noſtri omnia ſupradicta in formâ ſuperius expreſſa, prædictis Rectori & fratribus, & eorum ſucceſſoribus contra omnes homines Chriſtianos & Judæos, ſicut noſtram liberam, puram & perpetuam Elemoſinam warantizabimus, acquietabimus & imperpetuum defendemus. Et ut hæc noſtra donatio, conceſſio & præſentis Cartæ noſtræ confirmatio perpetuæ firmitatis robur optineant, præſentem Cartam Sigilli noſtri impreſſione duximus roborandam. Hiis teſtibus venerabilibus patribus domino *Olivero Lincolnienſi*, & domino *Petro Exonienſi* Epiſcopis; dominis *Radulpho Pippard*, *Olivero* de *Dynham*, *Ricardo* de *Cornubiâ* fratre noſtro, *Henrico* de *Sottebroke*, *Thomâ* de *Breante*, *Waltero* de la *Puylle*,

Johanne

Johanne Neirnuyt, *Hugone* de *Broke*, *Johanne* de *Gateſdene*, *Willielmo* le *Enveyſe* Militibus; *Radulpho* le *Mareſchall*, *Morando* de *Pichele-ſtorne*, *Waltero* de *Portes*, *Henrico* de *Pottenham*, *Radulfo* de *Merſetone* & aliis.

Carta dicti Edmundi *Comitis* Cornubiæ *de Maneriis de* Ceſtretone & Ambresdone.

Ibid. M. 28. n. 72.

SCiant præſentes & futuri, quod nos *Edmundus* claræ memoriæ *Ricardi* Regis *Alemanniæ* filius, & Comes *Cornubiæ* dedimus, conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus, pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Deo ac beatæ *Mariæ*, ac fratri *Ricardo* Rectori Eccleſiæ de Eſſerugge, in honore precioſi ſanguinis Jeſu Chriſti fundatæ, & fratribus ſuis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris Maneria noſtra de Ceſtretone, & Ambresdone in Com. *Oxon.* cum advocationibus Eccleſiarum eorundem Manerierum, ſimul cum homagiis & omnibus ſerviciis liberorum tenentium, & hæredum ſuorum, una-cum villanis, coterellis, eorum catallis, ſerviciis, ſectis & ſequelis, & omnibus ſuis ubicunque pertinentibus abſque ullo retenemento: Habendum & tenendum prædicta Maneria cum advocationibus Eccleſiarum ad eadem Maneria ſpectantibus ſimul cum homagio & omnibus ſerviciis omnium liberorum tenentium & hæredum ſuorum, una cum omnibus villanis, coterellis, & eorum catallis, ſerviciis, ſectis & ſequelis omnimodis & eorum ubique pertinentibus, & omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quibus nos vel anteceſſores noſtri in eiſdem Maneriis, & advocationibus prædictis ullo tempore utebantur, adeo liberè ſicut nos vel ſucceſſores noſtri prædicta Maneria & advocationes Eccleſiarum prædictarum unquam melius vel liberius tenuimus prædictis Rectori & fratribus ſuis Eccleſiæ de Eſſerugge prædicta & eorum ſucceſſoribus de nobis & hæredibus noſtris in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam ſine ullo retenemento noſtri ſeu hæredum noſtrorum, ſive miniſtrorum noſtrorum quorumcunque; ita quod cedente vel decedente Rectore Eccleſiæ de Eſſerugge prædictâ, quod nos vel hæredes noſtri, ſeu miniſtri noſtri, ſeu hæredum noſtrorum nullatenus habeamus ingreſſum in prædictis Maneriis, ſeu advocationibus Eccleſiarum prædictarum, ſive in aliquibus ſuis pertinentiis quicquam nos intromittamus, tempore vacationis, quo carebunt Rectore: ſed ſemper in manibus ipſorum fratrum, tam tempore vacationis, quàm aliis temporibus remaneant, nec ſtatum ſuum in aliquo mutent.

Volumus etiam & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus Rector & fratres ſui, & eorum ſucceſſores, & etiam eorum tenentes, in omnibus Burgis & villatis noſtris, & etiam in ſingulis Nundinis & mercatis noſtris libere valeant emere & vendere omnes mercandiſas abſque ullo Theloneto, ſeu Stallagio, nobis vel hæredibus noſtris, ſeu aliquibus miniſtris noſtris inde præſtando. Et nos prædictus *Edmundus* & hæredes noſtri omnia prædicta in formâ ſuperius expreſsâ prædictis Rectori & fratribus ſuis prædictis, & eorum ſucceſſoribus contra omnes Chriſtianos & Judæos, ſicut noſtram liberam, puram & perpetuam Elemoſinam warantizabimus, acquietabimus & imperpetuum defendemus. Et ut hæc noſtra donatio, conceſſio, & præſentis Cartæ noſtræ confirmatio perpetuæ robur firmitatis optineant, eam Sigilli noſtri impreſſione duximus roborandam. Hiis teſtibus dominis *Johanne* de *Gateſdene*, *Edmundo* de *Wedon*, *Henrico* de *Motisbrok*, *Reginaldo* de *Botereaus*, *Johanne Neinmuth* Militibus, *Radulpho* de *Mareſchall*, *&c.*

PAG. 245. Col. 1.

Carta Regis Johannis, *donatorum conceſſiones ratificans.*

Ex Regiſtro de Bradſole in Com. *Cantii* penès *Will. Pierpont* Arm. Pag. 31.

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis, *&c.* ſalutem: Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ S. *Radegundis* de Bradeſole, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* Deo ibidem ſervientibus & ſervituris locum ipſum de Bradeſole, omniaque terras & tenementa eis collata, tam à bonæ memoriæ Rege *Ricardo* fratre noſtro quàm ab aliis, ſicut Cartæ donatorum ſuorum rationabiliter teſtantur. Conceſſimus etiam & dedimus eiſdem Canonicis in liberam puram & perpetuam Elemoſinam, pro ſalute noſtrâ, & ſalute animarum anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, totam terram illam de dominico noſtro in villâ qui dicitur *Riparia* juxta *Doveriam*, quæ jacet in occidentali parte à latere montis qui vocatur Splintrindon, inter terram Prioris *Doveriæ* & terram *Fulberti* de *Dovor* ſuam iis eaſdem terras claudens latitudinem; & quæ protenditur in longum à boſco de *Pottoniâ* uſque ad viam quæ dicitur *Alba via* & Anglicè Whiteweye, & ibi terminatur. Quare volumus, *&c.* Datum per manum *H. Cantuar.* Archiepiſcopi Cancellarii noſtri apud *Rotomagum* xxiiii. die *Auguſti* anno regni noſtri primo.

Confirmatio Thomæ *Comitis* Pertici *de terrâ de* Bradſole.

Ibid.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Thomas* Comes *Pertici* ratam habeo & gratam conceſſionem & confirmationem, quam *Galfridus*

pater

pater meus & *M.* mater mea fecerunt Deo & Canonicis Ecclesiæ S. *Radegundis* de **Bradesole**, *viz.* de totâ terrâ de feodo meo apud *Bradesole*, quam *Walterus Haket* & *Emma* uxor ejus, assensu & voluntate *Willielmi* de *Poltone*, & *Stephani* hæredis ejusdem eisdem dederunt in liberam puram & perpetuam Elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, & cum omni pasturâ per totam terram prædicti *Willielmi* de *Poltone* & *Stephani* hæredis sui, sicut homines sui habent, cum omni jure ejusdem terræ ad illos pertinente; & cum illâ parte mare de **Bradsole**, quam per voluntatem prædicti *Stephani* de *Poltone* & hominum suorum inclusam habent; & cum totâ terrâ infra maram in Septentrionali parte mare usque ad morressam, quæ jacet infra terram prædictorum Canonicorum, sicut per novum fossatum eorum signatum, & cum omni aisiamento, & marleriâ quæ vocatur **Chameletes-Chalkpot**, juxta **Estedescumbe**, ad habendum . . . . . inde quicquid voluerint; & ut habeant viam per medium dominii prædicti *Willielmi* de *Poltone* & hæredum suorum à marleriâ illâ usque in terram prædictorum Canonicorum, liberè pacificè & sine omni exactione & consuetudine & seculari servicio imperpetuum, sicut Cartæ donatorum & confirmatorum continent & testantur.

Præterea ego *Thomas* Comes *Pertici* concessi & hac præsenti Cartâ confirmavi prædictis Canonicis, & eorum successoribus totam terram in feodo meo, quam habent ex donatione *Stephani* Militis mei in liberam puram & perpetuam Elemosinam, & redditus & tenementa, cum omnibus pertinentiis suis, sicut Cartæ ejusdem *Stephani* de *Poltone* testantur; scilicet quandam partem terræ quæ dicitur **Edfredescumbe** quæ jacet inter catiam quæ tendit ad **Hautam** & **Lovesheld**, & alteram partem terræ quæ protenditur ab **Edfredescumbe** versùs *Bernettam*, inter terram quæ dicitur **Shortfurlong** prædictam catiam, & totam terram quæ jacet inter terram prædictorum Canonicorum & eandem catiam, & valle scilicet quæ dicitur **Stores-Edfredescombe** usque ad terram Monachorum *Dovor* quæ dicitur *Bernette*, & terram quæ dicitur **Littlecumbe** & **Heaggh knoll**, & terram quandam quæ dicitur *del* **Teghe**, quæ continet sex acras & dimidium, quæ jacet versùs **Golefeld** & campum scil. qui vocatur **Radeweye**, & partem campi qui dicitur **Lovesheldе**; & quandam particulam terræ quæ jacet inter locum in quo fuit messuagium *Roberti Stode* & maram de **Bradsole**, & redditum & tenementum campi qui dicitur **Holefeld**; & redditum & tenementum campi qui dicitur **Straholefeld**; & redditum quatuor denariorum de Leprosis *Doveriæ* de terrâ quæ jacet in valle de **Pultone**; & totum tenementum quod *Walterus Parmentarius* tenuit de prædicto *Stephano*; & redditum & servicium & homagium & acram illam, quæ fuit aliquando *Brichtine* & *Malote*, quam prædicti Canonici incluserunt; & acram illam in quâ est locus, qui dicitur **Swinesole**.

Ut autem hæc omnia prædicta Canonicis, & eorum successoribus permaneant illibata præsenti Cartæ meæ Sigillum meum apposui: Hiis testibus *Petro* personâ de **Pucham**, *Willielmo Malesmaynes*, *Willielmo* de *Suthocham*, *Hugone* de *Swinefeld*, *Waltero* de *Aulâ*, *Randulpho* de *Hulcham*, *&c.* & multis aliis.

Carta Roberti *de* Poltone *de Manerio de* **Poltone.**

NOtum sit omnibus tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Robertus* de *Poltone* dominus ejusdem villæ, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, pro salute animæ meæ, & animarum omnium antecessorum & successorum meorum, Deo & Ecclesiæ S. *Radegundæ* de **Bradsole** & Canonicis ibidem Deo servientibus totum Manerium de **Poltone**, & quicquid ibidem habui, vel habere potui, cum bosco & plano in terris cultis & incultis, in hominibus redditibus & serviciis: ad habendum & tenendum sibi & successoribus suis, cum omnibus proventibus præsentibus, homagiis, wardis, curiis, sectis, viis, caciis, semitis novis & antiquis per medium dominii Regis *Ricardi* & mei, ad mercatum, castrum, aquam & molendinum, cum omnibus juribus & aisiamentis, & pertinentiis aliis, ad me & homines meos, dictumque Manerium meum qualitercunque spectantibus, sive aliquo retenemento, in puram & perpetuam Elemosinam, liberè & quietè, ab omni servicio, & seculari exactione ad me & meos successores ipsumque manerium pertinente. Et ego *Robertus* & hæredes mei warantizabimus dictum manerium de **Poltone** cum pertinentiis omnibus, dictis Canonicis & eorum successoribus imperpetuum, contra omnes homines & fœminas. Et in hujus rei firmitatem & omnium donationum & concessionum eisdem Canonicis factarum à prædecessoribus meis corroborationem & testimonium huic Cartæ meæ Sigillum meum appendi. Hiis testibus *Bertramo* de *Criolio*, tunc temporis Constabulario, & Vicecomite *Kancii* *Simone* fratre ejus, *Henrico* de *Everyng*, *Rogero Malemains*, *Henrico* de *Fuges*, &c. Ibid. pag. 40.

Carta Regis Johannis *de Ecclesiâ de* Riveriâ *pro novâ constructione & translatione Abb. de* **Bradsole** *ad eandem.*

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, *&c.* Archiepiscopis, *&c.* Sciatis nos, intuitu Christi, & pro salute nostrâ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum dedisse concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmasse, Deo & Abbati & Canonicis S. *Radegundis* de **Bradesole** Ecclesiam beati *Petri* de *Riveriâ* & placiam & curiam nostram de eodem manerio: habenda & tenenda de nobis & hæredibus nostris in perpetuam & liberam puram & perpetuam Elemosinam ad edificandam ibi Abbatiam suam quæ fuit apud **Bradesole**. Quare volumus, *&c.* *T.* domino *P. Winton.* Episcopo, *&c.* Actum per manum *Hugonis* de *Welle* Archidiaconi *Wellensis* apud *Porcestre* xxvi. die *Martii* Anno regni nostri nono. Ibid. p. 47.

Carta

Carta Bertrami *de* Criollio *de Manerio de* **Cumbe** *cum molendino, &c.*

Ibid. p. 205. UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit *Bertramus* de *Criollio* salutem in Domino; Noverit universitas vestra me, per assensum filiorum & hæredum meorum, dedisse. concessisse, & præsenti scripto confirmasse Deo & Ecclesiæ S. *Radegundis* de **Wadsole**, & Canonicis ibidem Deo servientibus in liberam & perpetuam Elemosinam, cum corpore meo, totam terram meam de **Cumbe**, cum omnibus suis pertinentiis, redditibus, releviis, escaetis, molendinis, & omnibus aliis, sine ullo retenemento, ad sustentationem quinque Canonicorum Capellanorum, ad celebrandum divina pro animâ meâ & animabus omnium antecessorum & successorum meorum imperpetuum. Habendum & tenendum liberè & quietè imperpetuum, faciendo dominis feodorum servicia inde annuatim debita. Et ego prædictus *Bertramus* & hæredes mei warantizabimus prædictam terram cum molendino, & omnibus pertinentiis suis dictis canonicis & eorum successoribus contra omnes homines & fœminas imperpetuum. Et ut donatio, concessio & præsentis confirmatio & warantizatio rata & stabilis imperpetuum permaneat, huic scripto Sigillum meum, unacum Sigillis filiorum meorum apposui. Hiis testibus dominis *Ricardo* de *Grey*, *Rogero* de *Leyburne*, *Reginaldo* de *Cobeham*, *Johanne* de *Snanes*, *Simone* de *Holte*, *Gileberto* de *Chelefelde* Militibus; domino *Michaele* Magistro domus de *Dovore*, *&c.*

Notificatio reservata Abb. Præmonstr. *ex parte Baronum de* Hee *super loco de* **Blakewose.**

Ibid. p. 258. VIro venerabili, domino Abbati *Præmonstratens.* Barones Domini Regis *Angliæ* de *Hee* salutem. Est quidam locus apud nos, qui dicitur **Blakewose**, quem aliquando vidimus subjectum domui de **Lavendene** quæ est de vestro ordine, & fuerunt ibi tunc temporis quinque Canonici & unus conversus; qui quidem locus eorum non potuit eos exhibere, & ipsi penitùs oculo pastoris longe posito destituebantur & auxilio, per provinciam inordinatè vagantes sanctæ religioni, & maximè ordini vestro multimoda scandala generabant. Quod quidem postquam Capitulo vestro fuit præsentatum, locum illum quia pauper & personis oneratus, & sine custodiâ, contulerunt Ecclesiæ S. *Radegundis* quæ satis est vicina. Abbas verò S. *Radegundis* dictos fratres de **Blakewose** ab obedientiâ Abbatis de **Lavendene** per præceptum ordinis absolutus, ad obedientiam suscepit, & dispersos revocavit; domos eorum reparavit, debita solvit; & locum tam in spiritualibus quàm temporalibus, nec sine propriæ domus gravi dispendio laudabiliter ampliavit. Tandem tamen ingruente guerrâ, quæ patriam nostram penitùs vastavit, locus ille ad nichilum valde redactus est: quem quidem domus S. *Radegundis* postea de bonis suis plurimum restauravit, & supra Priorem statum, in possessionibus, redditibus, & edificiis locupletavit, unde rogamus attencius, & in domino consulimus, quatenus non sciat vestra discretio, quod dicta domus S. *Radegundis* dicti loci de **Blakewose** aliquatenus privetur possessione, quia semper vidimus dictam domum S. *Radegundis* dictum locum de **Blakewose** in spiritualibus ampliantem, & domum de **Lavendene** eundem locum utrisque spoliantem. Satis autem vestra novit discretio, quod sacro docemus Evangelio, quod auferendum est talentum à pigro servo, qui non fecerit fructum, & dandum servo bono qui studuerit illud multiplicare. Valeat sanctitas vestra in domino.

Collatio Huberti *de* Burgo *de Ecclesiâ de* **Portesade.**

Ibid. p. 594. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens Carta pervenerit *Hubertus* de *Burgo* Justiciarius *Angliæ* salutem. Noverit universitas vestra, me intuitu Dei, & pro salute animæ meæ, & antecessorum & hæredum meorum, concessisse, dedisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & Ecclesiæ beatæ *Radegundis* de **Wadesole**, & Canonicis ibidem Deo servientibus Ecclesiam de **Portesade**, quæ de meâ donatione est, cum omnibus pertinentiis suis, ut eis cedat in proprios usus ad sustentationem suam, & pauperum peregrinorum ibidem confluentium; & quod præfati Canonici eandem Ecclesiam habeant & teneant in puram & perpetuam Elemosinam, adeo bene, liberè, quietè, & integrè, sicut aliquis unquam eam, melius liberius, quietius & integrius tenuit; salvis *Roberto* persona & *Roberto* Vicario pensionibus suis quod vixerint. Quare volo & concedo, quod præfati Canonici S. *Radegundis* habeant & teneant præfatam Ecclesiam de **Portesade** imperpetuum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis imperpetuum, sicut prædictum est. Hiis testibus *Lucâ* Capellano; *Thomâ* de *Blumville*; *Osberto Giffarde*; *Roberto Aguillon*; *Paulino* de *Taiden*; *Willielmo* de *Serlande*; *Bertramo* de *Criolle*; *Willielmo* filio *Erniſii*; *Ranulfo Britone*; *Johanne* de *Strowe*, *&c.* Datum per manum prædicti *Lucæ* Capellani apud **Evering**: xxviii°. die *Novembris*, anno regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* sexto.

Carta Hamonis *de* Crevequer *super advocatione Ecclesiæ de* **Altham** *& Capellæ.*

Ibid. p. 598. OMnibus Christi fidelius, ad quorum noticiam præsens Carta pervenerit *Hamo* de *Crevequer* salutem in domino: Noverit universitas vestra, me intuitu religionis, & pro salute animæ meæ, & animæ *Matildis* de *Abrincis* uxoris meæ, & animarum antecessorum & successorum nostrorum, dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & Ecclesiæ S. *Radegundis* de **Wadesole**, & Abbati & Canonicis ibidem Deo servientibus advo-

advocationem Eccleſiæ de **Alcham**, & Capellæ de **Manregge**, ad dictam Eccleſiam de **Aucham** ſpectantis: habendam & tenendam præfatæ Eccleſiæ advocationem, & Capellæ memoratæ, cum omnibus fructibus, juribus, libertatibus & emolumentis, & cum omnibus pertinentiis ſuis, dictis Abbati & Canonicis & eorum ſucceſſoribus in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam. Et in hujus rei teſtimonium præſentem Cartam Sigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus Magiſtro *Hugone* de *Mortuomari*, Magiſtris *Saiero* & *Hamone Doge* de *Cantuariâ*, domino *J.* de *Waltone*, domino *Roberto* de *Crevequer*, domino *Fulcone* de *Peyfrer*, *Thomâ* de *Winelesbergh*, *Thomâ Burgeis*, *Johanne* de la *Tegh*, *&c.*

Carta Huberti *de* Burgo *de Eccleſiâ de* **Aldrenthone.**

Ibid. p. 622.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Hubertus* de *Burgo* ſalutem in domino: Noverit univerſitas veſtra, me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, anteceſſorum & hæredum meorum, conceſſiſſe, ordinaſſe, & hac præſenti Cartâ confirmaſſe, quantum ad me pertinet Deo & Eccleſiæ S. *Radegundis* de **Bradeſole**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus ordinis *Præmonſtratenſis*, Eccleſiam beati *Leonardi* de **Aldertone**, quæ ad meam ſpectat donationem, ut illis cedet in proprios uſus, ad fabricam dictæ Eccleſiæ beatæ *Radegundis*. Et poſt completionem memorati operis, vertat in uſus Sacriſtarii ejuſdem loci, ad inveniendum dictæ Eccleſiæ luminaria imperpetuum. Quare volo, ut dicti Canonici dictam Eccleſiam habeant & poſſideant, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam Elemoſinam, ita liberè, quietè & integrè, & pacificè, ſicut unquam aliquis eam liberius, quietiùs, & integriùs tenuit & habuit; ſalvâ *David* perſonæ portione ſuâ quoad vixerit. Ut autem hæc mea donatio & conceſſio ſtabilis & firma permaneat, hoc præſens ſcriptum Sigilli mei impreſſione duxi roborandum: Hiis teſtibus *Lucâ* Capellano, *Radulfo Nevil* Cancellario domini Regis, *Stephano* de *Segrave*, *Roberto Aguytun*, *Osberto Giffard*, *Radulpho* de *Wilmentone*, *Roberto* de *Aubeville*, *Willielmo* de *Putote*, *Roberto* de *Neyrforde*, *&c.*

PAG. 622. Col. 2. Lin. 4.

Carta Huberti *filii* Radulphi *de donatione quam* Willielmus *de* Grendone *fecit de Villâ de* **Dkebroke.**

OMnibus Chriſti fideli- Ex Regiſtro Prioratus de *Parco-Stanleye* f. 9. b.
bus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Hubertus* filius *Radulphi* ſalutem. Noveritis, quod Ego intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Parco*-**Stanleye**, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, in liberam puram & perpetuam Elemoſinam, donationem quam *Willielmus* de *Grendon* fecit prædictis Canonicis de totâ terrâ ſua de **Dkebroke**, cum omnibus pertinentiis ſuis infra villam & extra: Et in hujus rei teſtimonium præſens ſcriptum Sigilli mei teſtimonio roboravi. Hiis teſtibus, *&c.*

Confirmatio Serlonis *de* Grendon *de totâ terrâ de* **Dkebroke.**

Ibid. OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Serlo* de *Grendon* ſalutem æternam in domino: Noveritis, quod ego, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & *Juliana* uxoris meæ; & pro animabus *Serlonis* patris mei, & *Margaretæ* matris meæ, & *Willielmi* de *Grendone* & *Jordani* & *Fulcheri* fratrum meorum, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Parco-Stanleye*, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus totam terram meam de **Dkebroke**, cum omni integritate ſuâ, & cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis ſuis in puram & perpetuam Elemoſinam, liberam & ſolutam & quietam ab omnibus ſerviciis, exactionibus, conſuetudinibus, & ſecularibus, ad me vel ad hæredes meos pertinentibus; ſalvo forinſeco ſervicio. Ut autem hæc mea donatio perpetuâ gaudeat firmitate, præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, *&c.*

Carta Matildis *de* Salicosâ-Marâ *de toto dominico ſuo cum prato & paſturâ in villâ de* **Alwoldeſtone.**

Ibid. fol. 17. a. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Matilda* de *Salicosâ Marâ* filia *Willielmi* filii *Radulphi* quondam Seneſcalli de *Normanniâ* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, quod ego in propriâ poteſtate & viduitate meâ exiſtens, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & liberorum meorum, & pro animabus patris mei & matris meæ;

meæ ; & pro animâ domini *Galfridi* de *Salicoſa marâ* ſponſi mei ; Et pro animâ *Roberti* Epiſcopi fratris mei ; & *Willielmi*, & *Odelinæ* ſororis meæ ; & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Parco* **Stanleye**, & Canonicis ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, in liberam puram & perpetuam Elemoſynam, totum dominicum meum cum prato & paſtura in villâ de **Alwoldeſtone**, & cum aliis pertinentiis ayſiamentis & libertatibus ad prædicta dominica, infra villam & extra pertinentibus ; exceptis ſerviciis liberorum hominum meorum ; & exceptis ruſticis & cotaiis meis, cum ſequelis & tenementis ſuis : Et ego & hæredes mei warantizabimus prædictis Canonicis prædicta dominica cum pertinentiis ſuis imperpetuum. In hujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui, *&c.*

Ibid. fol. 168.

MEmorandum, & poſteris noſtris perpetuæ memoriæ commendandum, quod iſte eſt verus & perfectus numerus & ordo omnium Abbatum iſtius loci ab initio fundationis, ſibi invicem ſuccedentium.

1. Pater *Walterus* de *Senteney* ſanctæ recordationis primus Abbas & vir ſummæ religionis, rexit xxxi annis & uno quarterio.

2. Dompnus *Willielmus* vir totius prudentiæ rexit duobus annis & dimidio ; & poſtea factus eſt Abbas *Præmonſtratenſis*, & Capellanus Romani Pontificis.

3. Dompnus *Johannes Grauncorth* Deo & hominibus amabilis, qui in diebus ſuis ſplenduit in ordine noſtro, ut Lucifer & Eſperus in cœli cardine ; rexit xix. annis & xxxix. ſeptimanis.

4. Dompnus *Hugo* de *Lincolne* rexit xiiii. annis & medio & uno quarterio.

5. Dompnus *Simon* rexit quinque annis & xi. diebus.

6. Dompnus *Laurentius* rexit xvi. annis & uno quarterio.

7. Dompnus *Ricardus* de *Normantene*, qui fuit dilapidator in tempore ſuo ; & nimis onero-ſus ſucceſſoribus ſuis, primâ vice rexit viij. annis, decem diebus tantum exceptis.

8. Dompnus *Johannes* de *Lincolniâ* rexit ſex annis.

9. Dompnus *Ricardus* de *Normantone* ſecundâ vice rexit uno anno xxxviii. ſeptimanis.

10. Dompnus *Johannes Horſley* rexit xxvi. annis & xlv. ſeptimanis, & certis diebus, qui ſenio confectus ſponte in manus conventus reſignavit.

11. Dompnus *Johannes Wodhouſe* rexit xv. ſeptimanis.

12. Dompnus *Willielmus Horſley*, in cujus diebus Camera-lapidea apud *Stanley grange* ædificata eſt, & multa alia firmiſſima ædificia, rexit xxi annis, & xli. ſeptimanis.

13. Dompnus *Rogerus* de *Kyrketon* rexit tribus annis & xxviii ſeptimanis.

14. Dompnus *Willielmus* de *Boney* honeſtæ converſationis prærogativâ præfulgens admodum novus fundator, multa tenementa ruinoſa reædificavit & rexit xlii. annis & xiii ſeptimanis.

15. Dompnus *Henricus Monyaſche* in univerſo morum honeſtate præclarus, rexit xxxix. annis & xi ſeptimanis.

16. Dompnus *Johannes Spondone* recolendæ memoriæ, rexit laudabiliter gregem ſibi commiſſum xxxiii. annis ; & ædificavit tectum corporis Eccleſiæ, & tectum Capellæ beatæ *Mariæ* ubi Antiphona cantatur ; & plurima bona fecit in vitâ ſuâ, & obdormivit in domino, cujus animæ propitietur Deus Amen.

17. Dompnus *Johannes Stanley* pater venerabilis prudentia & ſcientia ; qui clauſtrum domus noſtræ fieri fecit, ac terras & tenementa antiquo tempore perdita, ſuâ prudentia & labore adquiſivit : Et laudabiliter gregem ſibi commiſſum rexit xxii. annis ; & poſtea migravit ad dominum.

18. Dompnus *Ricardus* de *Notingham* pius pater, diverſè virtutum floribus ornatus : ædificari fecit tectum ſummi chori, & plura alia ædificia & beneficia fecit huic Monaſterio : Et ſicut bonus paſtor oves ſibi commiſſas fœliciter gubernavit xix. annis ; & tunc animâ ſoluta à corpore vitam in pace finivit.

PAG. 605. Col. 2.

Progenies Willielmi Painell.

MEmorandum quod fuit quædam mulier quæ vocabatur *Avicia* de *Romely* domina de *Beſcaudeby*, & habuit virum *Willielmum Paynel* nomine, & quendam filium *Willielmum* de *Curci*, & filiam *Aliciam* nomine.

Ex Vet. Cod. MS. penès Prænob. *Joh.* Comitem *Rutl.* olim Canonicis de *Croxton* ſpectante. f. 51. b.

Fuit & alius miles, nomine *Jordanus* dominus ejuſdem villæ. Poſtquam venit ſecundus *Jordanus*, qui in Sigillo ſuo nominabatur *Comes* de *Furches*: Et poſt illum ſecundum *Jordanum* venit quidam Miles vel Baro *Robertus* de *Gaunt*, qui habuit uxorem nomine *Aliciam*, filiamque nomine *Aviciam*. Omnes iſti dederunt nobis de terris ſuis in territorio de Beſcaudeby; ſcil. *Avicia* de *Romely* duas bovatas terræ & totum demenium ſuum in *Wlveſwong*: *Jordanus* de *Furches* unam bovatam cum toto demenio ſuo in Wlveſwong, & totam culturam de Wlveſwong. Item *Robertus* de *Ganth* unam bovatam cum toto demenio ſuo in Wlveſwong. Item Magiſter *Achardus* unum bovatum cum pertinentiis.

Prædictus *Willielmus Paynel* erat nobilis Miles tempore *Henrici* Regis patris *Johannis* Regis, qui duxit in uxorem prædictam *Aviciam* de *Romely* ſicut prædictum eſt; quibus dedit dominus fructum uteri ſui unicam filiam *Aliciam* nomine, quam dedit prædictus Rex *Henricus* *Roberto* de *Ganth* pro homagio & ſervicio ſuo cum Honore & commodo quod ad eam pertinuit: Ex quâ genuit filiam *Aviciam* nomine, quam ſimiliter dedit Rex *Henricus* *Roberto* filio *Roberti Arding* de Biſtow; & habuit ex eâ filium nomine *Mauricium*: Et iſto *Mauricio* mortuo ſine hærede de ſe, cecidit hæreditas *Andreæ Luterel* per matrem ſuam quæ fuit de parentelâ *Paynellorum*.

Ibid. f. 57. a. FEt aſaver e a remembrer ke *William Paynel* vint ove li Conquer. d' *Engleterre*; e li Conquer. li dona par ſon ſervice e le cunte d' *Ewerwyke* Dyr e Ledes, e Bingham; e li dona en le cunte de *Nichol* Keyſtorpe, & Hornham, & Swinamſted. En le cunte de Leyceſtre li dona il Sauteby & Beſcaudeby e Garthorp. *Willielm. Paynel* priſt a femme *Alice* de *Romely*, e avoit une file que avoit num *Avice*. Icele file dona le Roy *Henri* a *Robert* de *Gant* pur ſun ſervice. *Robert* ont de cele un file que avoit num *Alice*. Icele *Alice* dona a *Gunnore* de *Gaunt* Sauteby & Beſcaudeby. Icele *Alice* eſpoſa *Robert le Fiz-Harding* de Biſtowe e engendra *Morice* de *Gant*, Quant *Gunnor* morrut, trahai Sauteby & Beſcaudeby a *Gilbert*. de *Gant* ſun fiz cum deins age, Puis vint *Moriz* de *Gant* s'empleda *Gilbert* de *Gant* de ces deus villes al Banke de *Lundres* ſi ke wage fu done. e deus champiuns armez en cele curt, l'acord fu tele, qe *Gilbert* rendi a *Moriz* les villes, quit a li a ſes heires. Par cele concord *Moriz*, dona a *Eſtevene* de *Gant* la frere celi *Gilbert* de *Gant*, la ville de Sauteby ove les aportenances ali e a ces heires par cirograf feit a la curt le Roy. *Moriz* morut ſans heir de ſun cors, e c'hey le heritage a *Andreu Lutrel*.

Sciendum eſt etiam quod dominus *Henricus* de *Ganth* fuit juſtus dominus de Sauteby de Beſcaudeby, habens ſecum quendam ſervientem, qui vocabatur *Henricus*; unde idem *Henricus*, ſerviens prædicti domini *Henrici* de *Ganth* poſtea ſeipſum fecit vocari *Henricus* de *Ganth*. Unde ille *Henricus* fuit pater domini *Philippi* de *Ganth* & domini *Roberti* de *Ganth*. Unde ille *Henricus* primus feoffavit ſecundum *Henricum* ſervientem ſuum & hæredes ſuos in villâ de Beſcaudeby, faciendo ſervicium dimidii unius militis prædicto *Henrico* & hæredibus ſuis pro Manerio ſuo de Beſcaudeby, & propter homagium ſuum & hæredum ſuorum.

PAG. 607. Col. 1.

Carta Regis Henrici *Secundi*, *facta* Ranulpho *de* Glamvillâ *de Manerio de* Leeſtune.

Ex Regiſtro Prioratus de Leeſton in Bibl. *Cotton.* fol. 33. b.

HEnricus Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ & Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmaſſe *Ranulfo* de *Glamvillâ* Manerium de Leeſtune, cum omnibus pertinentiis ſuis, & *Uptonam* cum quæ ad eam pertinent; & lij *ſol.* quos *VVillielmus* filius *Hervei* ſolebat reddere mihi annuatim de terrâ de *Selfletâ*, ſibi & hæredibus ſuis, ad tenendum de me & de hæredibus meis per ſervicium dimidii militis. Quare volo & firmiter præcipio, quod ipſe *Ranulfus*, & hæredes ſui poſt eum, omnia prædicta habeant & teneant de me, & de hæredibus meis, per nominatum ſervitium, benè & in pace, liberè & quietè, integrè & plenariè & honorificè; in boſco & plano; in pratis & paſturis; in aquis & molendinis; in vivariis & ſtagnis, & in donationibus Eccleſiarum; & in viis & ſemitis, & omnibus aliis locis, & aliis rebus ad ea pertinentibus, & cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut ipſa dedi eis & conceſſi, & hac Cartâ meâ confirmavi. Teſtibus *Ricardo* de *Luci*, *Hugone* de *Creſſi*, *Roberto* de *Stutevill*, *Rogero* de *Stutevill*, *VVillielmo* de *Stutevill*, & aliis, apud *VVeſtmonaſterium*.

Carta Ranulfi *de* Glamvillâ, *de fundatione Abbathiæ de* Leeſtune.

Ibid. fol. 34. b. OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Ranulfus* de *Glamvillâ* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe & conceſſiſſe Deo, & Eccleſiæ in honore beatæ *Mariæ* apud Leeſtune conſtructæ, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, profeſſis, ibidem Deo ſervientibus, ad Abbatiam ibidem conſtruendam, ad miniſtrandum ibidem imperpetuum, totum Manerium de

Lee-

Leeſtune, poſſidendum in liberâ & purâ, & perpetuâ Elemoſinâ, cum omnibus pertinentiis ſuis: Et cum Eccleſiâ beatæ *Margaretæ* de **Leeſtune**, & cum Eccleſiâ S. *Andreæ* de **Aldyngeham**; quas Eccleſias prius dederam Canonicis de **Buttele**, unde ipſi habent Cartam meam & confirmationem domini mei *Henrici* Regis ſecundi, quas ipſi Canonici de **Buttele** reſignaverunt ipſis Canonicis de *Leeſtune*, coram domino *Johanne Norwicenſi* Epiſcopo, & coram me, & *VValkelino* Archidiacono, & *Galfrido* Capellano, *Huberto VValteri*, Magiſtro *Renerio* de *Hecham*, & Magiſtro *Roberto* de *VVaxtone*, & *Jordano* de *Ros*, & Magiſtro *Lamberto*, & *Simone* de *Scales*, & Magiſtro *VValtero* de *Calnâ*, & *Rogero* de *Glamvillâ*; & *Osberto* & *Gerardo*; & *Galfrido* filio *Petri*, & *Alano* de *Valeines*, & aliis multis. Quod Manerium venerabilis dominus meus Rex *Anglorum Henricus* Secundus mihi dedit pro ſervicio meo. Quando autem eoſdem Canonicos ibidem fundavi, conceſſerunt, & in veritate promiſerunt, quod nullam terram ement, vel in vadium, vel ad firmam, vel aliquo alio modo recipient, niſi quæ eis grata collata fuerint in liberâ elemoſinâ: & quod non capient, vel auferrent ab aliquo hominum, qui tunc temporis, quando eos ibidem fundavi, in eadem villâ manſerunt, vel à ſucceſſoribus ſuis aliquid de aliquo tenementorum ſuorum, quod tunc temporis tenuerunt; ſed omnia tenementa ſua, eis & ſucceſſoribus eorum pertinentia, tenere benè & in pace, per ſervicia ad ipſa tenementa ſua pertinentia. Hanc autem donationem feci eis, pro ſalute memorati domini mei illuſtris Regis *Henrici*, & pro ſalute animæ meæ, & *Berthæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum. Quare volo & concedo, quod præfati Canonici, totum præfatum Manerium de *Leeſtune*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum præfatis Eccleſiis habeant & teneant in liberâ & purâ & perpetuâ elemoſinâ, benè & in pace, libere & quiete & integrè, & honorificè, & plenariè; in boſcis, & plano; in pratis & paſcuis; in ſtagnis, & molendinis; in piſcariis, & turbariis, & mariſcis, & juncariis; in viis & ſemitis, & omnibus aliis locis, & aliis rebus, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad ipſum Manerium pertinentibus. Teſtibus hiis, *Johanne* filio domini Regis, *VVillielmo* de *Aubervill*, *Radulfo* de *Ardene*, *Rogero* de *Glamvillâ*, *Osberto* de *Glamvillâ*, *VVillielmo* de *Valeines*; *Radulfo Murdac*, *Ranulfo* de *Gedinge*, *Alardo* filio *VVillielmi*, *Teobaldo VValteri*, *Ricardo Malebiſe*, *VVillielmo* de *Baſingeham*, *Rogero VValteri*, *VVillielmo* filio *VVillielmi* de *Aubervill*, *Thomâ* de *Ardene*.

Confirmatio Ricardi Cantuarienſis *Archiepiſcopi*, *Cartam Regis* Ricardi *primi recitans*.

Ibid. fol. 11. a. **R***Icardus* Dei gratiâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in domino: Noverit univerſitas veſtra nos inſpexiſſe, & noſtris manibus bajulaſſe Cartam Domini *Ricardi* Regis *Angliæ*, ſub hac formâ. *Ricardus*, Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus Ballivis ſuis totius *Angliæ*, *Francis*, & *Anglicis*, præſentibus & futuris ſalutem. Sciatis nos, ad petitionem fidelis noſtri *Ranulfi* de *Glanvillâ*, conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmaſſe donationem, quam idem *Raunlfus* fecit Deo & Eccleſiæ, in honore beatæ *Mariæ*, apud *Leyſtone* conſtructæ, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, ad Abbathiam ibidem conſtruendam, ad miniſtrandum ibidem imperpetuum, de toto Manerio de **Leyſtone** poſſidendo, in liberâ & purâ & perpetuâ elemoſinâ, cum omnibus pertinentiis ſuis; & cum Eccleſiâ beatæ *Margaretæ* de **Leyſtone**; & cum Eccleſia S. *Andreæ* de **Aldyngeham**; quas Eccleſias præfatus *Ranulfus* prius dederat Canonicis de **Buttele**, unde ipſi habent Cartam ipſius *Ranulphi*, & Cartam confirmationis noſtri patris, quas ipſi Canonici de **Buttele** reſignaverunt ipſis Canonicis de **Leyſtone**; quod Manerium pater noſter prius dederat memorato *Ranulfo* de *Glanvill*, fideli noſtro, pro bono ſervicio ſuo. Concedimus & confirmamus conceſſionem & promiſſionem, quam præfati Canonici de **Leyſtone** fecerunt eidem *Ranulfo*, quando eos ibidem fundavit; ſcilicet, quod nullam villam, vel terram ement; vel in vadium, vel ad firmam, vel aliquo alio modo recipient, niſi quæ eis gratis collata fuerit in liberâ elemoſinâ. Et quod non capient, vel auferrent ab aliquo hominum, qui tunc temporis, quando eo fundavit, in eadem villâ manſerunt, vel ſucceſſoribus eorum aliquid de aliquo tenementorum ſuorum, quod tunc temporis tenuerunt; ſed omnia ſua, eis & ſucceſſoribus eorum permittent tenere benè & in pace, per ſervicia quæ ad ipſa tenementa pertinent. Præterea conceſſimus, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Leyſtone**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes terrarum, & hominum, & elemoſinarum, quæ eis rationabiliter factæ ſunt in Eccleſiis, & omnibus aliis rebus & poſſeſſionibus. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici, & eorum homines, omnes terras & poſſeſſiones & elemoſinas ſuas habeant & teneant cum ſocâ & ſacâ, & *Tol* & *Theam*, & *Infangene theof*, & cum omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus, & quietantiis ſuis, in boſco & plano, & pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis; in ſtagnis & vivariis, & mariſcis & piſcariis, & grangiis & virgultis, infra Burgum & extra, & in omnibus rebus, & in omnibus locis ſolitas libertates, & quietas de ſectis Schirarum, & Hundredorum, & placitorum, & querelarum; & de pecuniâ dandâ pro forisfacto de Murdre; & Wapentachiis; & de Scutagiis; & de Geldis & Denegeldis, & Hidagiis, & Aſſiſis, &

de operationibus Caſtellorum, & Parcorum, & Pontium, & Calcetorum, & de Fredwite; de Hengenewitâ; & de Flemenesfrentâ; & de Hamſocna, & de Warpani; & de Averpani; & de Blodwite; & de Fredwitâ, & Legwitâ; & de Hundredepani; & de Tetingpani, niſi in introitu. Et ſint quieti ipſi & homines ſui per totam terram noſtram de omni Theloneo, & de omnibus rebus, quas ipſi Canonici, vel homines ſui poterint aſſecurare, quod emant vel vendant eas ad proprios uſus Canonicorum ipſorum, vel hominum ſuorum, abſque venditione ulterius faciendâ: Et de paſſagiis, & de pontagiis; & de Leſtagiis & Stallagiis, & de omni ſeculari ſervicio & opere ſervili, & exactione; & omnibus aliis occaſionibus, & conſuetudinibus ſecularibus, exceptâ ſolâ juſticiâ mortis & membrorum. Hæc omnia eis conceſſimus in perpetuam elemoſinam pro Dei amore, & ſalute animæ noſtræ, & animâ Regis patris noſtri *Henrici*, & omnium anteceſſorum ſuorum, & ſucceſſorum noſtrorum. Teſtibus *H.* Epiſcopo *Dunelmenſi*, *Ric. Londonenſi*, *God. Wintonienſi*, *Huberto Saresburienſi* Electis: *Willielmo* Comite *Arundeliæ*, *Willielmo* de *Sancto Johanne*, *G.* filio *Petri*, *Hugone Bard. Willielmo Ruffo*, *Michaele Belet*: Datæ apud *Arundell*, per manum *Willielmi* de *Longocampo* Cancellarii noſtri, *Elienſis* Electi xiiii°. die *Octobris*, regni noſtri anno primo.

Nos igitur jamdictæ Eccleſiæ quieti & ſecuritati in poſterum providere volentes, memorata, ſicut eidem Eccleſiæ, & Canonicis in eâ conſtitutis rationabiliter conceſſa ſunt & collata, auctoritate noſtrâ confirmamus, & Sigilli noſtri munimine corroboramus: Teſtibus *G. Roffenſi* Epiſcopo; *Herbertho Cantuarienſi* Archidiacono; Magiſtro *Silveſtro*, Magiſtro *Ricardo* de *Sancto-Martino*.

Carta Rogeri *de* Glamvillâ *de Eccleſiâ de* Middeltune.

Ibid. fol. 44. a. UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Rogerus* de *Glamvillâ* ſalutem: Univerſitati veſtræ notum fieri volo, me conceſſiſſe & dediſſe, & hac meâ Cartâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de Leeſtune, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus Eccleſiam S. *Mariæ* de Middeltune, quæ eſt de feodo meo, liberè, quietè & integrè, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & animæ Comitiſſæ *Gundredæ* uxoris meæ; & patris mei, & matris meæ, & uxoris meæ *Chriſtianæ*; & pro ſalute animæ *Hervei* fratris mei, & omnium parentum meorum & amicorum. Hujus meæ conceſſionis & donationis ſunt Teſtes *Thomas* Archidiaconus, Magiſt. *Reinerus*.

Confirmatio Rogeri *Comitis de Eccleſiâ de* Middeltune.

Ibid. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Rogerus Bigot* Comes *Norfolchiæ* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me, pro ſalute animæ meæ, & Comitis *Hugonis* patris mei, & Comitiſſæ *Julianæ* matris meæ; & Comitiſſæ *Idæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Leeſtune, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus Eccleſiam beatæ *Mariæ* de Middeltone, quæ pertinet ad feodum meum, quod *Robertus* de *Crec* tenet de me in eadem villâ: habendam & tenendam in puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſicut Carta ejuſdem *Roberti* Eccleſiæ ejuſdem Patroni, quam eis indè fecit, teſtatur. Et ut hæc mea conceſſio perpetuæ firmitatis robur optineat, eam præſenti ſcripto, & Sigilli mei appoſitione confirmavi in perpetuum valituram. Teſtibus *Willielmo* de *Fraxino*, *Henrico* & *Galfrido* de *Grimilies*.

Carta Willielmi *de* Valeines, *de Eccleſiâ de* Culfou.

Ibid. fol. 45. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willimus* de *Valeines*, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ mea confirmavi Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de Inſulâ de Leeſtone, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum meorum, Eccleſiam de Culfou, cum omnibus pertinentiis, in puram & perpetuam elemoſinam. Et ut iſta donatio firma & rata habeatur, eam Sigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus *Willielmo* Capellano, *&c.*

Confirmatio Willielmi *de* Verdune *de Eccleſiâ de* Culpho.

Ibid. p. 69. b. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus* de *Verdune*, ad petitionem *Matildis* uxoris meæ, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* de Leeſtone, donationem Eccleſiæ S. *Botulfi* de Culfo, quam fecit eis *Willielmus* de *Valeines* pater prædictæ uxoris meæ. Et quia proprium Sigillum non habui, eam Sigillo *Wydonis* patris mei roboravi. Hiis teſtibus *Wydone* de *Verdune*, *Johanne* de *Verdune*, *willielmo* de *Holcham*, *Matthæo* de *Stokes*, &c.

Privilegium Lucii *Papæ*.

Ibid. fol. 1. a. LUcius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei; dilectis filiis *Roberto* Abbati S. *Mariæ* de Leeſtone, ejuſque fratribus, tam præſentibus quàm futuris Regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat: Ea propter dilecti in domino filii veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam veſtram, in quâ divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati

ti *Petri*, ac noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio commmunimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundum Deum & beati *Auguſtini* regulam, atque inſtitutionem *Præmonſtratenſium* fratrum in eodem loco inſtitutam eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia veſtra in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hiis propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; Ex dono *Ranulfi* de *Glamvillâ* totum Manerium de **Leeſtune**, cum omnibus pertinentiis & conſuetudinibus, ſicut ejuſdem *Ranulfi* donatoris Carta teſtatur.

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis Decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos è ſeculo fugientes, liberos & abſolutos ad converſionem veſtram recipere, & eos in Monaſterio veſtro, ſine contradictione qualibet retinere.

Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in loco veſtro profeſſionem, fas ſit, abſque Abbatis ſui licentiâ, de Clauſtro veſtro diſcedere; diſcedentem verò, ſine communium literarum cautione retinere. Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excomunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſubmiſsâ voce divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolicâ conſtituimus, ut nullus infra ambitum locorum, ſeu grangiarum veſtrarum, furtum, vel rapinam committere, violentiam facere, ignem apponere, ſeu hominem capere, vel interficere audeat. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutiâ, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres, communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii ſaniorıs, ſecundùm Dei timorem, & beati *Auguſtini* Regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalvâ tamen juſticiâ illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam veſtram temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ ſedis Apoſtolicæ autoritate, & Dioceſani Epiſcopi Canonicâ juſticiâ. Si qui igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertióve commonita, niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri, Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia æternæ pacis inveniant; Amen.

PAG. 643. COL. 1.

Carta Willielmi *de* Bugele *facta Canonicis de* **Otteham** (*poſtea ad* **Vegeham** *tranſlatis*) *de quibuſdam terris in mariſco de* **Pevenese**.

SCiant præſentes & futuri, quod Ego *Willielmus* de *Bugele* dedi & conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Canonicis de **Otteham** & ſucceſſoribus ſuis in liberam & puram & perpetuam Elemoſinam totam terram cum omnibus pertinentiis ſuis quam habui in mariſco inter **Pevenes** & **Helleham** jacente de feodo *Kikewardi* de *Hellingele*. Habendam, *&c.* ſalvo ſervicio Domini fundi *viz.* dimidiam libram piperis reddendo annuatim in Vigil. Natalis Domini pro omni conſuetudine & exactione, *&c.* Hiis teſtibus *Walerano* de . . . . *Willielmo* de *Monceaus*; *Roberto* de *Mortuo Mari*, *Rogero* de . . . . . *Thomâ* filio *Alexandri*, *Hoſer* . . . . . *Willielmo* de *Saſſingham*.

Ex autogr. penès *Anton. Woode Oxon.*

ABBA-

ABBATIA

de Durford in Comitatu Suſſexiæ.

Carta Henrici Hoſati *domini de* Herting *in Com.* Suſſexiæ *de Fundatione Abbatiæ de* Durefoꝛd, *& aliis donis.*

Ex Regiſtro Cartar. Abb. de Dureforꝺ in Bibl. *Cotton.* fol. 7. a.

Ciant præſentes & futuri, quod ego *Henricus Hoſatus* dedi & conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & Sancti *Johannis Baptiſtæ* de *Dureford*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, ab omni ſervitio & ſeculari exactione quietam Donationem illam quam *Henricus Hoſatus* pater meus dedit ad Abbatiam conſtruendam; *viz.* ipſum locum de Durefoꝛd, cum molendino de Durefoꝛd, & pratum de diviſa *Hamteſire* uſque ad pontem de Durefoꝛd, & paſturam omnibus nutrimentis animalium, ovium, pecorum, ac jumentorum ſuorum ex parte Aquilonis aquæ quæ vocatur *Schire*, per omnia tam in boſco quàm in plano, & brueriam ad omnia eorum negotia, quantum eis opus fuerit: Et pratum de la Wiſſe: Et apud *Standenam* terram Aure, quam duo fratres *Ranulfus* & *Seech* tenuerunt; Et Capellam meam de Standene, cum tertiâ parte omnium Decimarum Dominici mei de Standene: Et unam virgatam terræ apud Bugeſgate ad eandem Capellam pertinentem, cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in boſco quàm in plano: Et totam Decimam eſſerti mei de Standene: Et Decimam pannagii mei de Herting in denariis & porcis: Et totam Decimam Caſei qui venit de Dominicâ paſturâ meâ de *Herting*, præter unam peiſiam quæ ad Eccleſiam de Herting pertinet. Et triginta ſex acras terræ in dominico meo de Redeland; & unam virgatam terræ apud Hagebedene, *à la* Sande, quam *Alwinus* tenuit: Et unam croſtam quam *Robertus* filius *Seman* tenuit juxta heiſiam de Demesforꝺ. Præterea dedi in perpetuam & puram elemoſinam ad dotandam prædictam Eccleſiam de Durefoꝛd, in die Dedicationis ejuſdem, viginti ſolidos de molendino de Haggebedene, quod dedi *Nicholao Blundell* pro ſervicio ſuo. Et prædicti Canonici conceſſerunt, quod ſingulis diebus celebrabunt Miſſam ad Altare *Sanctæ Crucis* pro fidelibus. Et de eodem molendino dedi eis quinque ſolidos adminiſtrandum Lampadem ardentem die ac nocte ante majus Altare; qui viginti quinque ſolidi reddentur annuatim prædictis Canonicis per manum *N. Blundel* & hæredum ſuorum, vel ſucceſſorum qui illud molendinum tenebunt, ad duos terminos; ſcil. ad Nativitatem Domini xii *s.* & vi *denar.* & ad Nativitatem S. *Johannis Bapt.* xii *s.* & vi *d.* Dedi etiam prædictis Canonicis ad Dotandam Eccleſiam de Durefoꝛd in die Dedicationis ejus totum nemus meum quod eſt in Occidentali parte per viam *Londonienſem*, quæ tendit de Durefoꝛd uſque ad Styngel. Et confirmavi eis terram quam *Clemencia* uxor mea eis dedit de libero maritagio ſuo, ſcil. totum tenementum quam *Ernaldus* le *Burgunnum* tenuit de feodo *Johannis* de *Port* patris ſui in magno vico *Wynton.* Et prædicti Canonici conceſſerunt, quod ſingulis diebus celebrabunt Miſſam de *Sancta Mariâ* ſolempniter ad Altare ejuſdem Virginis. Præterea dedi eiſdem in dotem prædictæ Eccleſiæ de totâ annonâ meâ, ſcil. guannagii mei, quæ expenditur in domo meâ ad panem faciendum, decimum quarterium ubicunque reſidencia mea fuerit in Maneriis meis: Et decimam de carnibus Larderii mei: Et quia non poteſt de facili certa ſumma teneri de emptis, loco illarum aſſignavi eis in Manerio meo de Littleton xv *ſol.* de molendino quod *Edmundus Lubin* tenuit, qui reddantur annuatim à quocunque molendinum illud teneatur, ad duos terminos ſcil. ad *Nativitatem Domini*, & ad Nativitatem S. *Johannis Baptiſtæ* prædictis Canonicis: Et volo, quod denarii expendantur in Coquinâ Refectorii per manus duorum Canonicorum, quos ad hoc Conventus elegerit: Cætera ſervicia prædicti molendini remanebunt mihi & hæredibus meis: Quare volo, & firmiter præcipio hæredibus meis, & hominibus meis, ut prædicti Canonici teneant præſcriptas donationes in pace, liberè & quietè, & honorificè, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in viis & ſemitis, & in omnibus locis, & in omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus liberæ Elemoſinæ congruentibus.

Præterea conceſſi & confirmavi, quod donationes ſubſcriptas, quæ à liberis hominibus meis eis rationabiliter datæ ſunt; ſcil. ex dono *Walteri* de *Stapulford* terram quam *Walterus Caterarius* tenuit: Ex dono *Walteri* de *Wateligh* quatuor acras terræ in Rideland: Ex dono *Walteri Hoſati* terram de Stathoꝛp. Præterea quicquid prædictis Canonicis rationabiliter datum fuerit in elemoſinam à liberis hominibus meis de feodo meo, concedo & confirmo, ſalvo tamen ſervicio Domini Regis. Præcipio etiam hæredibus meis, & hominibus meis, ut ipſi prædictam Eccleſiam diligant & protegant & manuteneant; & prædictas donationes concedant & confirment. Et ut omnes prædictæ donationes ſtabiles & firmæ permaneant imperpetuum, eis præſenti Cartâ, & Sigilli mei munimine roboravi, pro animâ Regis *Henrici* & Regis *Ricardi*, & *W.* Comitis de *Arundel*; & pro animabus patris mei & matris meæ, & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & liberorum meorum & prædeceſſorum & anteceſſorum meorum. His teſtibus Domino *Seffrido Cyceſtrenſi* Epiſcopo; *Chriſtofero* de *Waverleg*; & *Roberto* de *Leiſtone*

Abbâ-

Abbatibus; *Guidone* de *Suwyk*, & *R.* de S. *Dionisio* Prioribus; *R.* Archidiacon. *Surreiæ*; *Adâ* de *Port*; *Henrico* de *Perci*; *W.* de *Alta ripâ*; *R. Sanzaver*; & aliis.

Carta Regis Henrici *ſecundi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ibid. fol. 1. a. HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ S. *Johannis Bapt.* de Dereford, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus omnes donationes ſubſcriptas, quæ eis rationabiliter Datæ ſunt, & Cartis donatorum confirmatæ, Ex dono *Henrici Hoſe* donationem quam pater ſuus eis dederat ad Abbatiam ſuam conſtruendam; *viz.* ipſum locum de Dereford, cum molendino de Dereford, & pratis de diviſa de Hamteſhire uſque ad pontem de Dereford; & pratum de *la* Wyſſe & augmentum; & donationem terræ quam eis dedit, ſicut diviſarum illarum potio deſignat: & apud *Standenam* terram de *Hurâ* quam duo fratres tenuerunt; Et decimam paſuagii ſui apud Herting in nummis & in porcis: Et reſiduum Decimæ Caſei præter id quod ad Eccleſiam pertinet: Et viginti acras terræ de dominico ſuo in Ridelonde, & in Wellegarſton; & unam virgatam terræ apud Haggebedene à *la* Sande quam *Alwinus* tenuit: Et unam croftam quam *Robertus* filius *Semanni* tenuit juxta *Heyſam* de Demesford.

Ex dono *Jocelini* fratris Reginæ unam virgatam terræ in Hetſhyle, cum ſervicio *Willielmi Clerici* de terrâ quam tenet de dono ejuſdem *Jocelini* in Tolliton. Ex dono *Gaufridi* de *Sartilli* dimidiam virgatam terræ apud Edintone. Ex dono *Willielmi* Comitis *Gloceſtriæ* partem ſuam moræ, quæ eſt diviſa inter tenementum Peteresfeld & villæ de Herting: Et tres acras terræ in longum juxta prædictam moram: Et quietantiam in villâ de Peteresfeld de omnibus achatis ſuis, quæ pertinent ad victum & ad veſtitum eorum. Ex dono *Radulfi* de *Meyſwyle* tres ſolidatas terræ in Manerio de Subertone, quas *Ulfus* tenet: Ex dono *Gernagani* & *Baſiliæ* uxoris ſuæ terram *Alwini Bulluc* cum eodem *Alwyno*: Quare volo & firmiter præcipio, quod præfata Abbatia & Canonici ibidem Deo ſervientes, omnia prænominata habeant & teneant benè, & in pace, liberè & quietè, integrè & honorificè, in boſco & plano, pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in vivariis & ſtangnis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad ea pertinentibus ſicut Cartæ donatorum teſtantur. Teſtibus *R. Wynton* & *P. Menevenſi* Epiſcopis; *Gaufrido* Cancellario filio meo; Magiſtro *VValtero* de *Conſtance*; *Ranulfo* de *Glanvill*; *Gilleberto Pipert*; *Bertramo* de *Verdon*; *Roberto* de *VVytefeld*; *Michaele Belet* apud *VVynton*.

Carta dicti Regis Henrici *ſecundi de Feriâ apud* Herting.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Achiepiſcopis, *&c.* ſalutem. Sciatis me dediſſe & Cartâ meâ confirmaſſe Leproſis de Herting, & domui eorum, quam *Henricus Hoſatus* conſtituit, Feriam trium dierum duobus diebus ante Nativitatem S. *Johannis* & ipſo die Nativitatis, pro ſalute meâ & liberorum meorum; & pro animabus anteceſſorum meorum. Quare volo, *&c.* Teſtibus Cancellario, *Willielmo* fratre meo, *Willielmo* de *Lanvalei*, *Willielmo Malet* apud Patmer. Ibid. pag. 3. a.

Carta Henrici Hoſati *de Eccleſiâ de* Rogate.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens Carta pervenerit, *Henricus Hoſatus* ſalutem in Domino: Noverit univerſitas veſtra, me aſſenſu & voluntate Dioceſani Epiſcopi, intuitu caritatis, quantum ad laicam perſonam pertinet donaſſe & conceſſiſſe in puram & perpetuam Elemoſinam Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & Sancti *Johannis Baptiſtæ* de Durefold, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in proprios uſus Eccleſiam Sancti *Bartholomei* de Rogate, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſalvo Monachis *Sagienſibus* annuo beneficio viginti quinque ſolidorum à prædictis Canonicis percipiendo. Hanc verò donationem Elemoſinæ feci eis pro ſalute meâ & uxoris meæ & hæredum meorum, & pro animabus patris & matris meæ & anteceſſorum meorum, immo & ſucceſſorum meorum. Et ut hæc donatio & confirmatio ſtabilis & inconcuſſa permaneat præſentis Cartæ & Sigilli mei eam munimine roboravi. Teſtibus, *&c.* Ibid. p. 16.

Confirmatio Hillarii *Epiſcopi* Cyceſtrenſis *de ſitu Abbatiæ.*

HIlarius Dei gratia *Ciceſtrenſis* Epiſcopus, omnibus Matris Eccleſiæ filiis ad quos Carta iſta pervenerit ſalutem: Notum ſit univerſitati veſtræ, quod *Henricus Hoſatus* aſſenſu noſtro conceſſit *Berengario* Abbati de Welebec terram quandam in loco qui dicitur Durefold, ad ædificandum ibi locum Religioni, ad inſtituendos Canonicos Regulares Ordinis *Præmonſtratenſis*, & eundem locum ditavit poſſeſſionibus & rebus multis mobilibus & immobilibus. Nos verò eandem donationem & Ordinis inſtitutionem in manu noſtrâ ſuſcepimus tuendam & protegendam: Et per omnia quod ad rationem officii noſtri pertinet rationabiliter manutenendam: Et inde eſt quod regia Carta & *Henrici* confirmatione ad ipſum locum & Ordinem pertinentia roborata eſſe cognoſcuntur nos præſentis ſcripti auctoritate roboramus & confirmamus, & imperpetuum illibata eſſe præcipimus. Valete. Ibid. pag. 30.

Confir-

Confirmatio Seffridi Cyceſtrenſis *Epiſcopi de terris à dominis de* Herting *& aliis conceſſis.*

Ibid. pag. 32. S*Effridus* Dei gratia *Cyceſtrenſis* Epiſcopus ſecundus, univerſis Chriſti fidelibus æternam in domino ſalutem: Ad univerſitatis veſtræ noticiam volumus pervenire nos bonæ memoriæ prædeceſſoris noſtri *Johannis Cyceſtrenſis* Epiſcopi veſtigiis piè inhærentes, præſentis Scripti auctoritate confirmaſſe dilecto filio noſtro Abbati de Dureford & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnibuſque eorum ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis Eccleſiam Sanctæ Dei genitricis *Mariæ* & Sancti *Johannis Baptiſtæ* de Dureford in quâ ſunt divino mancipati officio, cum omnibus pertinentiis ſuis; viz. ex dono *Henrici Hoſati* locum ip um de Dureford cum adjacentiis ſuis, ſicut terminorum deſignat poſitio; Ex dono *Gernegan* & uxoris ejus terram illam quam *Alwynus Bulluc* tenuit: Ex dono *Walteri Hoſati* de Stapulford terram quam *Walterus Cartarius* tenuit: Ex dono *Jocelini Caſtellani* unam virgatam in Hethhite, quam *Willielmus Albus* tenuit. Et ſervitium *Willielmi Clerici* de terrâ quam tenuit ex dono ipſius *Jocelini* in Tolliton, id eſt duo meſſuagia & dimidiam virgatam terræ, & octo acras unde reddidit annuatim prædictæ Eccleſiæ unam libram piperis. Ex dono *Jocelini* nepotis *Caſtellani* unum maſagium in Arundell, quod *Aldiht falſa* tenuit. Ex dono *Alani la Zuche* duas ſolidatas terræ, ſcilicet eſſartum quod *Robertus Martin* tenuit, Ex dono *Willielmi de Sancto Johanne* unum maſagium in *Cyceſtriâ*: Ex dono *Willielmi de Elleſte*, de aſſenſu & benevolentiâ *Roberti* hæredis ſui, terram illam quæ Wykes appellatur, quæ eſt apud Wyh. de tenemento de Elleſtede: Ex dono *Galfridi de Sartilli* dimidiam virgatam terræ in Ebintone: Ex dono *Simonis de Waurâ* unum maſagium in Widhurſt. Ex dono *Willielmi de Braosâ* unum Tunellum vini rubei de tribus modiis & dimidiâ in villâ de Soxteham ad miſſas celebrandas. Ex dono ejuſdem *Willielmi* unam ſalinam quam *Swtric de la Lye* tenuit, quæ Herdopure vocatur, ex dono *Radulfi Sanzaver* tres ſolidatas terræ in tenemento de Bldintone, quas *Edwinus* tenuit ex dono *Willielmi de Altaripâ* totum tenementum ſuum de Bedifeld, quod *Rogerus de Meiwyk* tenuit. Ex dono *Willielmi Waiſſebre* totam terram quam *Radulfus Gardinarius* tenuit de eo in Widhurſt. Ex dono *Hugonis Buci* quartam partem ſalinæ de Bedlingetone. Ex dono *Roberti Agnill* decimam molendini ſui de Berdone. Ex dono *Willielmi* comitis de *Arundell* ſecundi unam marcam Argenti in Berdone de terrâ quam *Godwinus Stille* tenuit.

Præterea confirmavi eis donationem *Henrici Hoſati* ſecundi; videlicet *XX* acras terræ in dominico ipſius in *Ridilandâ* in Welgarſton, & unam virgatam terræ in Hageledene à *la Sonde* quam *Ailwinus* tenuit. Et unam croftam quam *Robertus* filius *Semanni* tenuit juxta heiſam de Demesford: Et decimam pannagij ſui in denariis & porcis; & decimam caſei ſui de Herting, præter unam peiſam quæ pertinet ad Eccleſiam de Herting. Præterea confirmamus eis ſubſcriptas donationes quæ datæ ſunt prædictæ Eccleſiæ in dotem nobis preſentibus, in die dedicationis ipſius; Ex dono ejuſdem *Henrici* viginti quinque ſolidos annuatim de molendino de Haggebedene, & totum nemus ſuum in occidentali parte per viam *Londoni*, quæ tendit de Dureford uſque ad Singel. Et decimam domus ſuæ, ſcilicet de pane & de Carne & de piſce: Et ſexdecim acras terræ de dominico ſuo in *Rideland* in Wilgarſtone, Ex dono *Willielmi de Wateligh* quatuor acras terræ in eodem campo. Ex dono *Baſiliæ de Wenham* croftam quæ eſt juxta terram quam *Walterus Cartarius* tenuit, & pratum de la Weſſe, quod jacet juxta aquam à parte Aquilonis. Hæc & alia omnia, quæ in Epiſcopatu noſtro juſtis & rationabilibus cauſis in poſterum ipſis obvenerint, ipſorum uſui perpetuo profutura concedimus & confirmamus. Quod etiam ex privilegio Romanæ ſedis eis indultum eſt, ut quiſquis de Epiſcopatu *Cyceſtriæ* apud ipſos ſe ſepeliri delegerit, niſi excommunicatus vel interdictus fuerit, liberè ibi ſepeliatur annuimus; ſalvâ tamen juſtitiâ illius Eccleſiæ à quâ mortui corpus aſſumitur. Ad hæc etiam confirmamus eis; ex dono perſonæ de Elleſtede *Ricardi*, conſenſu *Roberti* fratris ſui, omnes decimas de terrâ ſuâ, quas habent apud Wyhuſe; Reddendo inde annuatim dimidiam libram liberi incenſi Eccleſiæ de Elleſtede in feſto *Sancti Michaelis*: Ex dono *Alani de Sancto Georgio* quinque ſolidos annuatim recipiendos de terrâ quam *Ricardus de Stanleg* tenuit; & de homine illo quicunque ipſam terram in poſterum tenuerit, ſicut donatorum Cartæ teſtantur. Teſtibus &c.

Confirmatio domini Willielmi de Percy *de terrâ apud* Tollitone.

Ibid. pag. 60. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus de Percy* conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ Mariæ & St. *Johannis Baptiſtæ* de Dureford, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam, totam terram illam, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habent ex dono *Iocelini* avi mei in manerio de Tollitone; ſcilicet illam quam Ricardus Clericus aliquando tenuit. Præterea conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi prædictis Canonicis totam terram quam habent ex dono *Iſabel de Bruis* matris meæ in prædicto tenemento; ſcil: illam quæ vocatur Thopol, cum omnibus pertinentiis ſuis; Habendum & tenendum de me & hæredibus meæ inperpetuum liberè, pacificè, & quietè, & integrè ab omni ſeculari exactione & demandâ quietas: Ego verò & hæredes mei prædictas terras cum omnibus pertinentiis prædictis Canonicis warantizabimus contrà omnes gentes. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio ſtabilis permaneat, præſenti Scripto Sigillum meum appoſui Teſtibus &c.

Carta

Carta Galfridi *de* Mandevill *Comitis* Gloceſtriæ *&* Eſſexiæ *anteceſſorum ſuorum Donationes recitans & confirmans.*

Ibid. pag. 193. GAlfridus *de Mandevill* Comes *Gloceſtriæ* & *Eſſexiæ* Dapifero ſuo, & omnibus hominibus ſuis, tam præſentibus quàm futuris, tam *Francigenis* quàm *Anglicis* ſalutem. Sciatis me, intuitu Dei, aſſenſu & voluntate *Iſabellæ* uxoris meæ, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & S. *Iohannis Baptiſtæ* de **Dureford**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam ab omni ſervicio & ſeculari exactione quietam, omnes donationes & libertates, quas *Will.* Comes *Gloceſtriæ* & *Hawyſia* Comitiſſa, & *Almaricus* Comes *Gloceſtriæ* eiſdem Canonicis dederunt in tenemento de **Wapulderham**; ſcilicet totam partem moræ, quæ eſt inter tenementum de **Peteresfelde** & villam de **Dertinge**; & tres acras terræ in longum juxta prædictam moram: Et quitanciam de Telonio in villâ de **Peteresfeld**, & octo ſolidatas terræ; ſcil. totam terram quam *Thomas* filius *Ailwyni* tenuit, cum ipſo *Thomâ*, & cum ſequelâ ſuâ. Et totam terram quam *Ricardus Makuhus* tenuit: Et totam terram quam *Robertus* de *Wyerowe* tenuit, cum ipſo *Roberto* & totâ ſequelâ ſuâ: Et ſexdecim acras terræ & eſſarti de **Nutſtede** ad hoſtias in prædicto loco conſecrandas: Et aliud aſſartum, quod jacet inter eſſartum meum dominicum, & eſſartum prædictorum Canonicorum, ſicut Carta prædicta Comitis *Almarici*, quam inde habent teſtatur. Et paſturam boum ſuorum, cum bobus meis dominicis, quamdiu prædictam terram arabunt. Hanc verò confirmationem feci eis pro ſalute animæ meæ, & *Iſabellæ* uxoris meæ, & pro animabus patrum & matrum noſtrarum, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum. Et ut hæc conceſſio & confirmatio ſtabilis & inconcuſſa imperpetuum perſeveret, præſenti ſcripto & Sigilli mei preſſione eam confirmavi. Teſtibus, *&c.*

ABBATIA
de Stirwould *in agro* Lincolnienſi.

Carta Fundationis ejuſdem per Regem Henricum *Octavum.*

Pat. 29 H. 8. part. 1. REx Archiepiſcopis, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod nos ob ſinceram devotionem quam ad Dei gentricem virginem *Mariam*, ac ad virtutis incrementum & divini cultus augmentationem, necnon ad religionis obſervantiæ ſtudium gerimus & habemus, de gratia noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, ad laudem & honorem Dei, & Matris Domini noſtri *Jheſu Chriſti* Virginis *Mariæ*, quoddam novum Monaſterium, ſive quandam domum conventualem ſanctimonialium Ordinis *Benedicti Præmonſtratenſis*, in fundo, loco, terrâ, ſcitu, præcinctu & circuitu veteris Monaſterii de **Stirwold** in Comitatu *Lincoln.* nuper prætextu & auctoritate Parliamenti noſtri apud *Weſtmonaſterium* tenti ſuppreſſi, duximus ordinandum & fundandum, ac in eiſdem ſolo & loco novum Monaſterium ſive domum, de una Prioriſſâ & Sanctimonialibus Ordinis *Præmonſtratenſis* inibi divina officia indies miniſtraturis; ac pro bono & ſalubri ſtatu noſtro, & præchariſſimæ conſortis noſtræ *Johannæ* Reginæ *Angliæ* dum vixerimus; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, & proanimabus liberorum & progenitorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum in eodem Monaſterio oraturis cæteraque omnia & ſingula alia facturis & perimpleaturis juxta ordinationes diſpoſitiones proviſiones & ſtatuta quæ per nos hæredes executores vel aſſignatos noſtros in eâ parte erunt ordinata diſpoſita & proviſa tenore præſentium realiter facimus, erigimus, fundamus, creamus & ſtabilimus perpetuis futuris temporibus duraturum: Quod quidem Monaſterium ſive domus novum Monaſterium Regis *Henrici Octavi* de **Stirwold** imperpetuum nominabitur, nuncupabitur & vocabitur; ſicque Monaſterium illud imperpetuum nominari nuncupari & vocari volumus & ordinamus. Et idcirco nos affectantes noſtram fundationem plenum ſortiri effectum, locum, terram, fundum, ſcitum, procinctum & circuitum prædicti veteris Monaſterii de **Stirwold**, cum omnibus & ſingulis edificiis, domibus, clauſtris, Eccleſiâ, campanili, cimiterio, campanis, ornamentis, jocalibus, catallis, & aliis rebus & utenſilibus quibuſcunque, ad prædictum vetus Monaſterium nuper pertinentibus ſive aliquo modo ſpectantibus, dilectæ nobis in Chriſto *Mariæ Miſſenden* dicti Ordinis Sanctimoniali, & in Ordine illo profeſſæ quam nos in Prioriſſam Novi Monaſterii noſtri prædicti præficimus ordinamus & conſtituimus per præſentes, ac ſanctimonialibus Ordinis prædicti Deo ibidem ſervituris & religioni prædictæ mancipandis, pro divinis obſequiis & elemoſinis, & aliis pietatis operibus ibidem ſuſtinendis, miniſtrandis & ſupportandis, juxta ordinationem noſtram ut præmittitur plenius fiendis damus, concedimus, & hac præſenti Carta noſtrâ confirmamus; habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis de nobis & hæredibus noſtris in capite per viceſſimam partem unius feodi militis. Sciatis inſuper quod nos de gratia noſtra ſpeciali, ac ex certâ ſcientia & mero motu noſtris conceſſimus ac per præſentes concedimus, pro nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris præfatis Prioriſſæ & Sanctimonialibus novi Monaſterii Regis *Henrici* Octavi de **Stirwold**, quod ipſa nunc Prioriſſa & Sanctimoniales, & ſucceſſores ſui ſint de cætero imperpetuum unum

corpus incorporatum re & nomine, habeantque ſucceſſionem perpetuam, ac per nomen & ſub nomine Prioriſſæ & Conventus novi Monaſterii Regis *Henrici* Octavi de **Stirwold** nominabuntur & vocabuntur imperpetuum; & quod ipſa & ſucceſſores ſui per idem nomen & ſub eo nomine ſint & erunt perſonæ habiles & in lege capaces ad perquirendum, recipiendum, & acceptandum terras, tenementa, redditus, reverſiones, ſervicia, advocationes, libertates, francheſias, privilegia, ac alia emolumenta, poſſeſſiones & hæreditamenta quæcunque, tam ſpiritualia quàm temporalia: Et quod habeant Sigillum commune pro rebus & negotiis dicti Monaſterii agendis ſerviturum: Et quod ipſa & ſucceſſores ſui per nomen ſupradictum proſequi poſſint & defendere omnimodas cauſas, quærelas & actiones, tam reales quàm perſonales & mixtas, cujuſcunque fuerint generis vel naturæ, & in eiſdem placitare poſſint & implacitari, tam coram nobis & hæredibus noſtris quàm coram quibuſcunque Juſticiariis & Judicibus, tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, & in quibuſcunque Curiis noſtris, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum, ac aliis Curiis & placeis quibuſcunque.

Et ulterius de uberiori gratiâ noſtrâ dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus præfatis Prioriſſæ & Conventui prædictum vetus Monaſterium de **Stirwold**, cum pertinentiis, ac omnia & ſingula Maneria, terras, tenementa, advocationes, & patronatus Eccleſiarum, Capellarum, & Cantariarum, portiones, penſiones, decimas, oblationes, feoda-militum, ferias, mercata, mundinas, Warennas, Curias letas, Viſus franci plegia, libertates & conſuetudines ad prædictum vetus Monaſterium de **Stirwold** qualitercunque: quarto die *Februarii* anno regni noſtri Viceſſimo ſeptimo pertinentia ſive ſpectantia; viz. Maneria de **Stirwold**, **Hoxſyngtone**, **Hunnyngtone**, **Ferebye**, **Hoxſtowe**, **Hundelby-Hallmat.** & **Hundelby-grange**, & **Beſewynthoxpe**, cum pertinentiis: necnon Rectorias ſive Eccleſias de **Waynflete**, **Hunnyngton**, **Hundelby**, & **Levyngton**, ac omnia & ſingula terras, tenementa, redditus, reverſiones, ſervicia, advocationes & patronatus Eccleſiarum, Capellarum & Cantariarum, portiones, penſiones, decimas, oblationes, feoda militum, ferias, mercata, nundinas, Warennas aquas, ſtagna, vivaria, piſcarias, boſcos, ſubboſcos, redditus, reverſiones, ſervicia, wardus, maritagia, & relevia, ac alias poſſeſſiones & hæreditamenta noſtra quæcunque, tam ſpiritualia quàm temporalia cujuſcunque generis naturæ vel ſpeciei fuerint, & quibuſcunque nominibus cenſeantur in **Stirwold**, **Hoxſyngton**, **Hunnyngton**, **Fereby**, **Hoxſtowe**, **Hundelby**, **Beſewynthoxp**, **Waynflete**, & **Levyngtone** in Com. *Lincol.* dicto nuper veteri Monaſterio ſive Prioratui de **Stirwold** quoviſmodo pertinentia, ſive ſpectantia, adeo plene & integre, ac in tam amplis modo & forma, prout *Helena Key*, nuper Priorissa dicti veteris Monaſterii ſive Prioratus de **Stirwold** in jure Prioratus illius quarto die *Februarii* anno regni noſtri Viceſſimo ſeptimo, aut antea, ſcitum, Maneria & Rectorias prædicta, ac cætera omnia & ſingula præmiſſa cum pertinentiis habuit, tenuit, vel gaviſus fuit; ac adeo planè & integrè, ac in tam amplis modo & formâ, prout illa ad manus noſtras ratione & prætextu cujuſdam actus de quibuſdam Monaſteriis & Prioratibus diſſolvendis, in Parliamento noſtro apud *London.* tertio die *Novembris* anno regni noſtri viceſſimo primo inchoato, & deinde uſque *Weſtmonaſterium* adjornatum, & ibidem per diverſas prorogationes uſque ad & in quartum diem *Februarii* dicto anno regni noſtri vieceſſimo ſeptimo continuatum & tunc tentum inter alia edita & proviſa, ac ratione ſuppreſſionis dicti veteris Monaſterii de **Stirwold** ad manus noſtras devenerunt ſeu devenire debuerunt, ac in manibus noſtris jam exiſtunt, aut exiſtere deberent; & in tam amplis modo & formâ prout nos ea haberemus ſeu teneremus ſi præſens conceſſio noſtra præfatis Prioriſſæ & Conventui dicti novi Monaſterii noſtri inde facta fuiſſet: necnon omnes & omnimodas viſus franci-plegias, Curias letas, ac omne id quod ad viſum franci-plegii pertinet, jura, juriſdictiones, libertates & francheſias quæcunque in prædictis Maneriis, grangiis, terris, tenementis, & cæteris omnibus & ſingulis præmiſſis ſuperius conceſſis & ſpecificatis, cum ſuis membris & pertinentiis quibuſcunque, ac in qualibet eorundem parcellâ, quæ prædicta nuper Prioriſſa in jure dicti nuper veteris Monaſterii de **Stirwold**, dicto quarto die *Februarii*, anno regni noſtri viceſſimo ſeptimo, aut antea in prædictis Maneriis ſive grangiis, & cæteris præmiſſis aut in aliquâ inde parcellâ habuit, tenuit vel gaviſus fuit, ac adeo plenè & integrè, ac in tam amplis modo & formâ prout viſus franci-plegii, Curiæ letæ, juriſdictiones, francheſiæ & libertates prædictæ ad manus noſtras ratione & prætextu actus prædicti devenerunt aut devenire deberent. Quæ quidem ſcitus, Maneria & cætera præmiſſa cum ſuis pertinentiis extenduntur & ratæ ſunt ad clarum annuni valorem centum quinquaginta & duarum librarum decem ſolidorum & ſeptem denariorum, & non ultra. Habendum & tenendum dictum vetus Monaſterium, & ſcitum ejuſdem, necnon Maneria, terras, tenementa, Rectorias, Eccleſias, & cætera omnia & ſingula præmiſſa cum ſuis pertinentiis præfatæ Prioriſſæ & Conventui dicti novi Monaſterii noſtri de *Stixwould* & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris in Capite per viceſſimam partem unius feodi militis, ut prædictum eſt, & per redditum quindecim librarum quinque ſolidorum & unius denarii ad Curiam noſtram Augmentationum reventionum Coronæ noſtræ, ad Feſta S. *Michaelis* Archangeli, & Annunciationis beatæ *Mariæ* Virginis per equales portiones ſolvendum, pro omnibus aliis ſerviciis, exactionibus & demandis quibuſcunque. Qui quidem redditus quindecem librarum quinque ſolidorum & unius denarii eſt

vera

vera decima penes prædictorum ſcitus, Maneriorum, Rectoriarum & cæterorum præmiſſorum: necnon dictas Rectorias ſive Eccleſias in proprios uſus ipſarum Prioriſſæ & Conventus & ſucceſſorum ſuorum imperpetuum, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis; aut aliquo alio ſtatuto, actu, ordinatione, proviſione ſive reſtrictione in contrarium inde antehac editis, ordinatis ſeu proviſis, aut eo quod prædictum vetus Monaſterium ſuppreſſum, vel prædictum novum Monaſterium in loco ipſius erectum ſeu fundatum exiſtit, aut eo quod expreſſa mentio de certitudine præmiſſorum in præſentibus minime facta exiſtit; aut aliquâ aliâ re causâ vel materiâ quacunque in aliquo non obſtante.

Et ulterius de uberiori gratiâ noſtrâ dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus præfatis Prioriſſæ & Conventui omnia & ſingula exitus, redditus, reventiones & proficua de prædictis ſcitu, Maneriis, terris & tenementis, ac cæteris præmiſſis à prædicto quarto die *Februarii* anno regni noſtri viceſſimo ſeptimo hucuſque provenientia, ſive aliquo modo creſcentia; tam per manus ſuas proprias, quàm per manus Eſcaetorum, Vicecomitum, Receptorum, Ballivorum, tenentium, firmariorum, aut aliorum occupatorum eorundem & cujuſlibet inde parcellæ, aut officiariorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunque, habenda & percipienda eiſdem Prioriſſæ & Conventui de dono noſtro abſque compoto ſeu aliquo alio proinde nobis vel hæredibus noſtris reddendo, ſolvendo, vel faciendo. Hiis teſtibus reverendiſſimo in Chriſto patre *T.* Archiepiſcopo *Cantuar.* totius *Angliæ* Primate; ac venerabilibus patribus *C. Dunelm.* & *E. Hereforden.* Epiſcopis; ac prædilecto conſiliario noſtro *Thomâ Audetey* Milite Cancellario noſtro *Angliæ:* necnon chariſſimis conſanguineis noſtris *Thomâ Norfolciæ* Theſaurario *Angliæ*, & *Carolo Suffolciæ* Ducibus, *Johanne Oxon.* Camerario *Angliæ*, & *Georgio Salop.* Seneſcallo Hoſpicii noſtri Comitibus; ac *Thomâ Crumwell* Milite Domino *Crumwell* Cuſtode Privati Sigilli noſtri, *Willielmo Fitz-William* Magno Admirallo *Angliæ*, & Theſaurario Hoſpicii noſtri; & *Willielmo Paulet* Contrarotulatore ejuſdem Hoſpicii noſtri Militibus, & aliis. Datæ per manum noſtrum nono die *Julii.*

PAG. 376. COL. 1.

Carta Fundationis ejuſdem Hoſpitalis per Robertum *Comitem* Leiceſtriæ.

ROBERTUS Comes *Legerceſtriæ* omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglicis* tam futuris quàm præſentibus ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & animæ Comitiſſæ uxoris meæ, & *Roberti* filii noſtri & cæterorum liberorum noſtrorum, & pro ſalute ſucceſſorum noſtrorum & anteceſſorum noſtrorum *Salomoni* clerico & ſucceſſoribus ſuis unam acram terræ in Bythole in perpetuam et liberam elemoſinam, ad domum conſtruendam, et ad ædificia paranda, in quibus pro amore Dei et ſalute animarum noſtrarum pauperes recipiantur & hoſpitentur. Volo etiam ut in prædictâ Elemoſinâ, in honore S. *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ edificetur, Capella cum Cimiterio libera ut mea Dominica Capella, & quieta ab omni ſubjectione, ut *Salomon* prædictus & ſucceſſores ſui pauperibus & hoſpitibus ſupervenientibus, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum, & hæredum meorum divina in ipſa Capellâ celebrent officia. Quæ re volo & firmiter præcipio, ut hæc mea Elemoſina ab omnibus terrenis ſerviciis, quod ad hæredes meos pertinent libera ſit & quieta. Præcipio etiam ne aliquis meorum prædictæ Elemoſinæ aliquam infert moleſtiam. Rogo etiam in domino hæredes & ſucceſſores meos, ut ipſi prædictam meam Elemoſinam, pro amore Dei & ſalute animæ meæ & ſalute animarum ſuarum diligant & manuteneant, ut pauperum Chriſti receptio ibi jugiter obſervetur, & divina officia in eodem loco pro nobis in perpetuum celebrentur. Hiis teſtibus *Alexandro* Abbate de Butlesden, *Ricardo* Abbate de Legreceſtre, *Anchitillo* Priore de *Leiceſt. Gaufrido* Monacho fratre Abbatis de *Lirâ*, *Roberto* Capellano, *Arnoldo* de *Boſco*, *Gaufrido* le *Abbe*, *Willielmo Burdeth*, *Ivone* de *Harwecurt*, *Rogero Craneford*, *Herveio Mareſchallo*, *Roberto* filio *Osberti*, *Ricardo Maldreth*, *Willielmo* filio *Amfridi*, *Hugone* de *Dunham.*

Ex Regiſtro Hoſpitalis de *Brackley* penès præpoſitum & ſocios Collegii beatæ *Mariæ Magdalenæ Oxonii.* fol. 8. b.

Carta Roberti *Comitis* Leiceſtriæ, *filii* præfati *Comitis.*

ROBERTUS Comes *Legreceſtre* omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, tam præſentibus quàm futuris ſalutem: Sciatis me conceſſiſſe & hac Cartâ meâ confirmâſſe pro amore Dei, & pro animâ patris mei *Roberti*, & matris meæ *Amiciæ*, & pro ſalute animæ meæ, & *Petronillæ* Comitiſſæ uxoris meæ & liberorum

Ibid.

rum noſtrorum donationem quam *Robertus* pater meus fecit *Salomoni* Clerico de unâ acrâ terræ in Bakele, quam dedit prædicto *Salomoni* in puram & liberam & perpetuam Elemoſinam, ad Hoſpitale conſtruendum, & ad ædificia paranda ad ſuſceptionem & ſolamen pauperum Chriſti. Confirmo etiam prædicto *Salomoni* & fratribus ejuſdem Hoſpitalis Eccleſiam quam pater meus in honore S. *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ in nominatâ terrâ levari juſſit. Et volo ut ſit libera & quieta ab omni ſubjectione quâ mea dominica Capella eſt, & ſub manu meâ & protectione ipſam conſervandam recepi.

Volo autem ut prædictus *Salomon*, & ſucceſſores ſui cum cæteris Capellanis in prædicto Hoſpitali commorantibus, ad honorem Dei, & pro ſalute meâ, & uxoris meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, divina in ipſa Eccleſiâ celebrent officia: Et præcipio & prohibeo, ut aliquis meorum prædicto *Salomoni* vel ſucceſſoribus ſuis moleſtiam aliquam vel laborem in aliquo inferat, quo minus in ipsâ Eccleſiâ divinum pro nobis celebretur officium. Prædictum verò Hoſpitale, & omnia quæ prædicti fratres ex donatione patris mei habent, vel ex meâ donatione habituri ſunt, ab omnibus terrenis ſerviciis & ſecularibus exactionibus quæ ad me & ad hæredes meos pertinent, vel à nobis exigantur libera & quieta eſſe concedo & confirmo.

Ex donatione verò meâ contuli eis de creis juxta domum Hoſpitalis duas acras & dimidiam, & de ſubtus Curiam illorum dedi eis de creis terram de gravâ meâ unde pars quædam extenditur uſque ad foſſatum quod includit gravam; & illa pars habet in latitudine decem & novem perticas & octo pedes. Reliqua verò pars habet in longitudine à muro qui includit Curiam illorum versùs gravam perticas treſdecem.

Præterea dedi eis duas virgatas terræ; unam ſcilicet quæ eſt de terrâ de Halſow & cum meſſuagio quod pertinet ad prædictam virgatam quæ eſt in Bakele ad capud fontis de Goldewell: & unam aliam virgatam quæ pertinet ad Bakele, cum meſſuagio ſuo quod eſt ſubtus capud fontis juxta rivulum ejuſdem fontis, quam virgatam *Swerman* pater Magiſtri *Salomonis* tenuit. Quare volo & præcipio, ut prædicti fratres habeant & teneant omnia prædicta in puram & liberam & perpetuam Elemoſinam, benè & in pace & quietè, in boſco & plano, in pratis & paſturis & paſcuis, & omnibus aliis pertinentiis & aiſiamentis integrè, plenariè & honorificè ſicut Elemoſina melius & liberius teneri poterit. Volo etiam ut prædicti fratres & homines ſui, qui de prædictâ Elemoſinâ tenuerint, ſint quieti per totam terram meam de *theloneo* & *paſſagio* de omnibus operationibus, de tallagiis & auxiliis, & omnibus aliis conſuetudinibus, quæ ad me & ad hæredes meos pertinent. Præcipio etiam & prohibeo ut aliquis meos prædictos fratres circa præſcriptas libertates in aliquo moleſtare præſumat. Hiis teſtibus *Hamiſia* Comitiſsâ *Glouceſtriæ*, *Petronillâ* Comitiſsâ *Legreceſtriæ*, *Radulfo* de *Martiwaſt* tunc Seneſcallo meo; Magiſtro *Hugone*; *Radulfo Fridai*; *Rogero* de *Hinne*; *Hamundo* de *Hoftol*; *Gilberto* de *Charnels*; *Roberto Mallore*; *Henrico Mallore*; *Osberto* de *Hareford*-Mare de Bakele; *Ernaldo* Capellano de Bakele; *Gaufrido* tunc Capellano meo.

Carta Humfridi *de* Bohun *Comitis* Hereſordiæ & Eſſexiæ *donationem* Matildis *filiæ ſuæ Comitiſſæ* Wintoniæ *confirmans*.

OMnibus, *&c. Humfridus* de *Bohun* Comes *Hereford.* & *Eſſex.* Conſtabularius *Angliæ* ſalutem in Domino: Noverit univerſitas veſtra nos per ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum noſtrorum, nec non ſucceſſorum noſtrorum conceſſiſſe, confirmaſſe & ratum habuiſſe, pro nobis & hæredibus noſtris donum *Matildis* filiæ noſtræ quondam Comitiſſæ *Winton.* & noſtræ confirmationis; viz. de tribus virgatis terræ cum omnibus pertinentiis in Brachamton in Comitatu *Gloverniæ*, quas dedit per Cartam ſuam Magiſtro & fratribus Hoſpitalis Apoſtolorum *Jacobi* & *Johannis* de Bakele, in liberam, puram, & perpetuam Elemoſinam, cum corpore ſuo, ſecundùm tenorem Cartæ dictæ *Matildis* filiæ noſtræ, & noſtræ, & confirmationis quam de nobis penès ſe habent: Habendam & tenendam dicto Magiſtro & fratribus prædictis liberè, quietè, benè, & in pace, cum omnibus pertinentiis; viz. in Wardis, Releviis, Villenagiis, Heriettis, Eſchaetis, finibus terrarum auxiliis, redemptione ſanguinis, ſectis Curiæ noſtræ de Suham, ita quod nos, nec hæredes noſtri de cætero inde aliquid exigere poterimus vel debeamus. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum noſtrum apponi fecimus; Datum apud Kynebauton die Dominicâ in Feſto *Circumciſionis Domini* anno regni Regis *Edwardi* primo. Valete. Ibid. fol. 31. a.

Carta Hugonis Lincolnienſis *Epiſcopi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *H.* Dei gratiâ *Lincolnienſis* Epiſcopus ſalutem in domino. Quoniam ea quæ ad ſuſtentationem pauperum Chriſti divino inſtinctu collata ſunt beneficia, ne malignantium poſſint retentari perverſitate, Epiſcopalis auctoritatis ſuffragio tenemur communire. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, nos rata hinc & præſenti ſcripto confirmare Deo & Eccleſiæ S. *Johannis* Evangeliſtæ Hoſpitalis de Brackeley, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, beneficia omnia quæ eis à Chriſti fidelibus fuerint divino inſtinctu collata, & eorum uſibus deputata de quibus, ut ad omnium noticiam poſſint pervenire, propriis vocabulis ſenſuimus annotare. Inſpectis igitur Cartis quas habent prædicti fratres ex dono bonæ memoriæ Comitis de Legrecestre *Roberti* ſenioris, & filii ejus Comitis de Legrecestre *Roberti* ſcilicet junioris. Ibid. fol. 6. b.

Inprimis

Inprimis ratam habemus & confirmamus fundationem Eccleſiæ Sancti *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ Hoſpitalis de Bȝakele, & eandem Eccleſiam cum eodem Hoſpitali, ſicut in Cartis prædictorum patronorum, quas vidimus, exprimuntur liberam & quietam ab omni ſubjectione eſſe ſtatuimus. *Solomoni* verò prædicti Hoſpitalis magiſtro, & ſucceſſoribus ſuis & fratribus in ipſo Hoſpitali commorantibus ad ſacerdotii gradum provectis concedimus, ut ad honorem Dei, & pro ſalute fundatorum, & omnium fidelium divina in ipſâ capellâ celebrent miſteria; ita tamen quod parochiali Eccleſiâ aliquo caſu vacante, liceat prædictis fratribus, excluſis excommunicatis & interdictis ſubmiſsâ voce divina officia celebrare, venerabili patre & domino beatæ memoriæ *A.* tertio, ſummo pontifice ſuper hiis auctoritate patrante, ſicut in privilegio ejuſdem patris eis collato inſpeximus.

Sepulturam quoque pauperum & hoſpitum qui in ipſo Hoſpitali deceſſerint, vel eorum qui in extremâ voluntate in territorio Hoſpitalis ſepeliendos ſe devoverint, ſine vicinarum Eccleſiarum injuria liberam eſſe ſancimus.

Libertates in quas R. bonæ memoriæ Abbas S. *Mariæ* de *Prato* de Legrecestre & ejuſdem loci Conventus eis contulerint, ſicut in eorum ſcripto vidimus digeſtus fœlici perpetuitate gaudere, & noſtrâ ſolidari confirmatione cenſemus; viz. ut *Salomon* prædicti Hoſpitalis iconomus & ſucceſſores ſui habeant Eccleſiam inter ſepta curtis prædicti Hoſpitalis liberam & quietam ab omni ſubjectione, in quâ perpetuo divinum celebretur officium, & ſepultura pauperum & familiæ ſuæ & ſervientium ſuorum & peregrinorum, & integram facultatem regendi & plenariam diſpoſitionem omnium, quæ ad prædictum Hoſpitale pertinent.

Confeſſiones autem pauperum & infirmorum inter ſepta ſua decumbantium ex Abbatis & conventus conceſſu fratribus ejuſdem Hoſpitalis, qui ad ſacerdotii gradum promoti fuerint attribuimus, ita ut iiſdem infirmis viaticum exhibeant, familiæ etiam ſuæ & ſervientium ſuorum in Quadrageſimâ confeſſiones accipiant, & eis die ſancto Paſchæ cum omni ſolemnitate Euchariſtiam præbeant. Præterea Decimas omnium quæ inter curtem Hoſpitalis alüntur; & intra ſepta curtis de ortis ſuis annuatim innovantur ad ſuſtentationem ejuſdem Hoſpitalis, & pauperum & infirmorum conſolationem integrè habeant, & imperpetuum præſideant.

Ex donatione verò *Roberti* Comitis de Legrecestre *Roberti* ſenioris, confirmamus prædictis fratribus unam acram terræ in Bȝakele ad domum & ad ædificia paranda, in quibus pauperes pro amore Dei recipientur & hoſpitentur; in quâ acrâ Eccleſia S. *Johannis* ædificata eſt.

Ex donatione *R.* filii ejus Comitis de Legrecestre, *Roberti* ſecundi junioris duas acras & dimidiam, de creis juxta curtem Hoſpitalis & totam terram de creis ſubtus curtem illorum de gravâ domini Comitis ſicut ſeptis ſuis includitur. Ex dono ejuſdem Comitis duas virgatas terræ; unum ſcilicet quæ eſt de terra de aſſarta cum quietancia pannagii, quæ pertinet ad Halsow & cum meſſuagio quæ ad prædictam virgatam pertinet, quæ eſt in Bȝakele ad caput fontis de Goldewelle: Et unam aliam virgatam quæ pertinet ad Bȝakele, cum meſuagio ſuo, quæ eſt ſubtus juxta rivulum ejuſdem fontis quam virgatam *Swerman* pater Magiſtri *Salomonis* tenuit.

Ex donatione *Gilberti* de *Monte* xxiij acras terræ in dominico ſuo menſuratas per perticam in *Stochingâ* in parte verſus Bȝakele & pratum Kingesham, prout Carta ipſius *Gilberti* exinde facta manifeſtat. Ex dono *Heliæ* de *Hinton* pratum quod dicitur Herlesham, & aliud pratum quod dicitur *Ferham*. Ex dono *Aliciæ* de *Romeli* quatuor acras terræ in eâ parte culturæ de Wlerveldiche, & ea parte quæ extenditur verſus Halsow.

Ex dono *Thomæ Sorel* & *Simonis* filii ejus quatuor acras in Sireſham; totam quoque terram quam habuit in Eſtwich, ſicut Cartæ donatorum manifeſtant.

Libertates etiam & liberas conſuetudines prædictis fratribus conceſſas, ſicut in Cartis patronorum continentur expreſsè..... ſtatuimus & præcipimus inviolabiliter obſervari. Ut igitur... donationes & libertates memoratis fratribus, ſicut Cartæ donatorum teſtantur præconceſſæ, prout rationabiliter eis ſunt factæ, perpetuæ ſtabilitatis obtineant firmamentum, noſtræ confirmationis eiſdem duximus..... are... ſidium & ad notitiam poſterorum ſuper hiis præſenti ſcripto & Sigilli noſtri appoſitione Epiſcopali auctoritate adhibere teſtimonium. Hiis teſtibus *R.* Abbate de Nottele; Magiſtro *Stephano Lincolnenſis* Eccleſiæ Cancellario; Magiſtro *Womero*; Magiſtro *Gerardo* de *Rovell*, Magiſtro *Ricardo* de *Cralevel*; & multis aliis.

Carta Henrici *tertii Regis* Angliæ *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ibid. fol. 7. b.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normaniæ* & *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*; Archiepiſcopis, Epiſcopis &c. ſalutem. Noveritis me, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & hac cartâ noſtrâ confirmaſſe fratribus Hoſpitalis beatorum Apoſtolorum *Jacobi* & *Johannis* de Bȝakele omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas; viz. ex dono *Gilberti* de *Monte* XXIII. acras terræ, ſcilicet Kingesham: Ex dono *Gilberti* de *Monte* Domini de Witefeld filij *Gilberti* de *Monte* unam dimidiam virgatam terræ in campis de Witefeld, & paſturam duorum boum in *Crokingiâ*, & ubilibet in campis de *Witefeld* cum dominicis bobus ſuis. Ex dono *Chriſtianæ* filiæ *Alberici Foreſtarij* de Willibiri ſex acras terræ in territorio de Witefeld. Ex dono *Johannis* filii *Galfridi*, filii *Pagani* totam terram de Kingeshull, cum molendino & pratis & paſcuis, & omnibus pertinentiis & libertatibus ad prædictam terram pertinentibus.

Ex

Ex dono *Gilberti* filii *Gilberti* de *Monte* de Witefeld unam virgatam terræ in campis de Witefeld ad ſexies viginti oves in campis de Witefeld. Ex dono *Gilberti* de *Monte* filii *Gilberti* de *Monte* de Witefeld unam dimidiam virgatam terræ in campis de Witefeld, & paſturam ad quatuor boves in *Stokingiâ*, & ubique in campis de Witefeld cum dominicis bobus ſuis. Ex dono *Roberti* de *Witefeld* unam curam terræ in campo de *Witefeld* ſuper *Hornutehull*. Ex dono *Roberti* Clerici de Witefeld filii *Simonis* Clerici de Witefeld viginti & tres acras & dimidiam de terrâ ſuâ in campo de Witefeld.

Ex dono *Saieri* de *Quenci* Comitis *Wintoniæ* totum boſcum qui appellatur *Litelheia* cum terrâ & veſturâ. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti fratres & eorum ſucceſſores habeant & teneant prædictas terras & tenementa prædicta benè & in pace, liberè, quietè, integrè, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad ea pertinentibus, ſicut prædictum eſt & ſicut Cartæ prædictorum donatorum quas inde habent &c. teſtantur. Hiis teſtibus *I. Bathon W. Carleol.* Epiſcopis &c. datum per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi Cancellarij noſtri apud *Weſtmonaſterium* nono decimo die Junii Anno Regni noſtri duodecimo.

Pag. 423. Col. 2.

Carta Regis Henrici *tertij donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 2. *H.* 6. p. 1. *m.* 9. per inſpex.

Enricus Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe donationem & conceſſionem quam *Simon* de *Wardune* fecit Hoſpitali beatæ *Mariæ* Dovor, viz. de toto meſſuagio quod fuit ipſius *Simonis* in Wardune, cum omnibus pertinentiis ſuis; & cum toto vivario quod jacet juxta prædictum meſſuagium; & de centum acris terræ in campis de Wardune, cum pertinentiis ſuis, cum homagio *Willielmi* le *Cupere*, & *Thomæ* fratris ſui, & *Eſtrildæ* matris eorum, cum totâ ſectâ eorum; & cum toto ſervicio quod eidem *Simoni* debuerunt per annum; & de redditu xix. *d.* & quinque gallinarum & lx. ovorum de eodem tenemento; viz. de *Jordano Turche* & *Simone Turche*, & *Adâ Turche*: Et de *Thomâ Capellano* redditum xiii. *d.* & quatuor gallinarum & quinque ovorum: Et de *Willielmo le Cupere* & *Thomâ* fratre ſuo redditum xxix. denariorum & ſex gallinarum & lxxv. ovorum: Et de *Withone Brunnighe* & *Johanne* fratre ſuo redditum xxv. denariorum & quatuor gallinarum & centum ovorum, & de *Galfridò Haldegod* & *Reginaldo*, Adâ, & *Elphego* fratribus redditum xxi. denariorum & quatuor gallinarum & quinquaginta ovorum: Et molendinum de Hardres, cum pertinentiis ſuis; & ſalinam de Hordres cum pertinentiis ſuis. Quare volumus &c. Hiis teſtibus *E. London*: I. *Bathon.* E. *Carleol.* Epiſcopis, *H.* de Burgo Comite *Kanc.* Juſticiar. *Angliæ* &c. Data per manum venerabilis patris R. *Ciceſt.* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud *Weſtmonaſterium* xiiii°. Julii anno regni noſtri xii°.

Carta dicti Regis Henrici *de manerio de la* Rivere. 61

Henricus &c. Sciatis quod cum dediſſemus, & Cartâ noſtrâ confirmaſſemus dilecto & fideli noſtro *Huberto* de *Burgo* Comite *Kanc.* & hæredibus ſuis, pro homagio & ſervicio ſuo totam terram quæ fuit *Henrici* de *Eſſex* cum pertinentiis, & unde manerium *de la Rivere* extra Dovere eſt membrum prædictæ terræ: nos ad petitionem & dimiſſionem ipſius *Huberti*, pro ſalute animæ noſtræ & *Johannis* Regis patris noſtri, & anteceſſorum noſtrorum Regum *Angliæ*, & hæredum noſtrorum; & pro ſalute animæ ipſius *Huberti* & anteceſſorum & hæredum ſuorum, dedimus & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo & Hoſpitali Dovere, quod idem *Hubertus* Comes *Kanc.* fundavit, in honore Dei & beatæ *Mariæ*, prædictum manerium *de la* Rivere cum omnibus pertinentiis ſuis; habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris in puram & perpetuam elemoſinam, ad ſuſtentationem pauperum & peregrinorum ibidem advenientium imperpetuum. Quare volumus &c. dat: per manum venerabilis patris *Radulfi Ciceſtrenſis* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud *Weſtmonaſterium* xiiii. die Julii anno regni noſtri xii°. Ibid.

Carta dicti Regis Henrici *ſuper electione & admiſſione Magiſtri.*

Henricus &c. cum dilectus & fidelis noſter *Hubertus* de *Burgo* Comes *Cantiæ* jus patronatus Hoſpitalis. S. *Mariæ* Dovere quod fundaverat ibidem, ad pauperes & infirmos recolligendos, nobis conceſſiſſet; nos dicti Hoſpitalis promotionem & immunitatem deſiderantes idem in libertatibus ſubſcriptis duximus providendum. Inprimis volumus & concedimus, quod fratres ibidem Deo ſervientes, cum contingat Hoſpitale vacare, Magiſtro, ut ejuſdem domus parcatur laboribus, liberè & incontinenti, de gremio ipſius Hoſpitalis, vel aliundè unum idoneum ſibi eligere poſſint in Magiſtrum, quem poſt electionem celebratam nobis, vel capitali juſticiario noſtro, ſi in *Angliâ* non fuerimus præſentabunt, cui ſine difficultate, per nos, vel per juſticiarium noſtrum præbe- Ibid.

præbebitur assensus; & postmodum domino *Cantuar.* præsentabitur, ab eo spiritualia recepturus. Præterea volumus, quod Hospitale vacante Magistro, ne per Ballivum aliquem prædicta domus opprimatur, custodia ejusdem cum possessionibus, & pertinentiis omnibus, intus & extra, ad fratres dictæ domus liberè pertineat; ita viz. quod aliquis ex fratribus negotia domus, dum vacans fuerit administret: Et nullus Ballivus noster ad domum memoratam, vel ejus bona mobilia vel immobilia manus extendere præsumat. Ut hæc autem nostra concessio, & ordinatio rata & stabilis imperpetuum perseveret, præsenti scripto Sigillum nostrum apponi fecimus: Hiis testibus, *&c.* Dat. *&c.* apud *Westm.* xi°. die *Oct.* anno regni nostri xiij°.

Carta dicti Regis Henrici *de Manerio de* Estbrigge.

Ibid. HEnricus, &c. Sciatis nos dedisse, concessisse & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmasse dilecto & fideli nostro *Huberto* de *Burgo* Comiti *Canc.* totum Manerium de Estbrigge, cum pertinentiis in Com. *Kanc.* Habendum & tenendum eidem *Huberto* Comiti, & hæredibus suis vel cuicunque illud dare vel assignare voluerit; viz. Domui Religionis vel alibi, in feodo & hæreditate liberè, quietè, integrè. Reddendo inde annuatim nobis & hæredibus nostris unum Espervarium sorum, ad Festum S. *Petri* ad *Vincula*, pro omnibus serviciis. Quare volumus, *&c.* Dat. *&c.* apud *Westm.* x°. die *Decembris*, anno regni nostri xiii°.

Carta dicti Regis Henrici *diversorum donationes recitans & confirmans.*

Ibid. M. 8. HEnricus, &c. Sciatis nos, intuitu Dei concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Magistro Hospitalis *Domus Dei* & beatæ *Mariæ* Dovere, & fratribus ejusdem Hospitalis, totam terram, cum pertinentiis, & domibus in eâ sitis, quam *Willielmus* filius *Ricardi* de *Wiggebale* eis dedit in *Scapeyâ*; & C. *s.* redditus cum pertinentiis, percipiendis de Manerio de Derlyngham, quas habent de dono *Christianæ* de *Maundeville* Comitissæ *Essexiæ*: Et totum redditum cum pertinentiis quam *Turgisius* de *Illeye* habuit infra muros Dovore & quem eis dedit cum corpore suo. Et concessionem quam *Willielmus* de *Saye* filius & hæres *Galfridus* de *Saye* eis fecit de Manerio de Eglrede, cum pertinentiis suis, quod prædictus *Galfridi* pater suus simul cum corpore suo eisdem fratribus dedit & concessit: Habenda & tenenda benè & in pace, *&c.* sicut Cartæ & confirmationes prædictorum donatorum, *&c.* testantur. Quare volumus, *&c.* Dat. *&c.* apud *Westm.* x°. die *Aprilis* anno regni nostri xv°.

Carta dicti Regis Henrici *de decimâ omnium proventuum portus de* Dovere.

HEnricus, *&c.* Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum dedisse, *&c.* Deo & Hospitali beatæ *Mariæ* de Dovere, quod dilectus & fidelis noster *Hubertus* de *Burgo* Comes *Kanc.* ibidem fundavit; & fratribus & sororibus ibidem Deo servientibus Decimam omnium proventuum passagii portus de Dovere, qui nos contingunt; habendum & tenendum prædictis fratribus & sororibus, & successoribus suis de nobis & hæredibus nostris, in liberam puram & perpetuam Elemosinam, percipiendam singulis annis per manus Ballivorum ejusdem portus de Dovere; ita quidem, quod antequam prædicti fratres & sorores ejusdem Hospitalis percipiant decem libras quas eis concessimus de prædictis proventibus, ad eorum sustentationem & pauperum ejusdem Hospitalis, & decem libras quas eis concessimus de eisdem proventibus in Dotem Ecclesiæ ejusdem Hospitalis, quæ dedicata fuit in præsentiâ nostrâ: Et quinquaginta solidos, quos eis similiter concessimus de eisdem proventibus, ad sustentationem cujusdam Capellani, qui singulis diebus imperpetuum in eodem Hospitali divina celebret pro animâ *Romundi* de *Burgo* dividentur omnes proventus portus prædicti; & deductis prius decimis inde provenientibus, & eisdem fratribus & sororibus plenè persolutis, postea de novem partibus residuis fiat solutio, tam de xx. *libr.* quam de quinquaginta solidis prædictis de quibus xx. *li.* & l. *sol.* fieri fecimus eisdem fratribus & sororibus Cartas nostras quas penès se habent: Quare volumus, *&c.* Dat. *&c.* nono *Maii* anno regni nostri xix°.

Carta dicti Regis de Ecclesiâ S. Jacobi *de* Wardone.

Ibid. HEnricus, *&c.* Sciatis quòd nos intuitu Dei, *&c.* concessimus, *&c.* Deo & Hospitali beatæ *Mariæ* Dovere, & fratribus ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris Ecclesiam S. *Jacobi* de *Wardone* in *Scapeyâ*, quæ est de advocatione nostrâ, in liberam, puram, & perpetuam Elemosinam, ad sustentationem prædictorum fratrum & pauperum, qui in dicto Hospitali recipientur. Quare volumus, *&c.* Dat. *&c.* nono die *Febr.* anno regni nostri xix°.

Carta ejusdem Regis de Manerio de Homchilde.

Ibid. HEnricus, *&c.* Sciatis nos concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmasse Deo & beatæ *Mariæ*, Magistro & Fratribus Hospitalis Dovere donationem subscriptam; viz. de dono *Huberti* de *Burgo* quondam Comitis *Kanc.* totum Manerium de Homchilde extra Romenale, quod idem Comes habuit de *Henrico* de *Vere*, cum omnibus pertinentiis suis: Habendum & tenendum prædictis Magistro & fratribus Hospitalis S. *Mariæ* Dovere & succes-

successoribus suis in liberam & perpetuam Elemosynam. Quare volumus, &c. Dat. &c. xx°. die *Martii* anno regni nostri xxxj°.

Pag. 899. Col. 1.

Ordinatio sive Decretum inter Magistrum Edm. Lichfeild *& Magistrum* Edm. Percy *super Hospitali de* Newton.

Ex Registro Nuncup. *Rothram* penès Archiep. *Ebor.* f. 223.

OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsentes Literas inspecturis vel audituris, & quod interest in hac parte *Thomas* permissione Divinâ *Eborum* Archiep. *&c.* salutem in eo qui est omnium vera salus. Universitatis nostræ noticiis, tenore præsentium, innotescimus; quod cum inter dilectos nobis in Christo Magistrum *Edm. Lichfeild*, qui se prætendebat Custodem sivè Magistrum Hospitalis B. *Mariæ Magdalenæ* de Newton in Holderness nostræ *Eborum* Dioceesios ex parte unâ, ac Magistrum *Edm.* de *Percy*, qui dictum Hospitale, quod sibi datum adquisivit, modò possidet & occupat, ex parte alterâ, de & super jure, titulo, & possessione ejusdem Hospitalis, ac eorum occasione lis orta fuerit & materia questionis: Tandem eædem partes, litis & controversiæ amfractus, ac expensorum incommoda, quæ præmissorum occasione inter se ante hæc evenerunt; & imposterum veresimiliter evenire possent amputare & evitare volentes, in nos unanimiter & amicabiliter concordarunt & compromiserunt; Ac nobis & nostris jurisdictionibus, ordinacionibus, statuto, & decreto in eâ parte se totaliter submiserunt. Nos *Thomas* Archiep. antedictus, volentes parcium prædict. indempnibus prospicere, & quietè atque onus compromisse hujusmodi, necnon submissione prædictâ in nos acceptantes; de assensu, & consensu atque voluntate expressis utriusque partis parcium prædict. & etiam in unum submissionis antedictæ; necnon nostrâ ordinaria dictâ sanâ pietate ordinavimus, statuimus, assignavimus, decernimus & autorisavimus, prout tenore præsencium ordinamus, statuimus, assignamus, decernimus, & ad omnem juris effectum qui exinde sequi poterit, pro perpetuo autorizamus quod præfatus Magister *Edmundus Percy* dicti Hospitalis beatæ *Mariæ Magdalenæ* Custos sive Magister modernus cujus titulum & possessionem in eodem, in quantum possumus de jure, & debemus autorisamus & confirmamus, ac quilibet ejus in eodem Hospitali Successor, Custos, sive Magister ipsius Hospitalis pro tempore existens, præfato M. *Edmundo Lichfeild* ejus durante vitâ aut suo certo Attornato annuitatem sivè pensionem annuam Centum solidorum Sterlingorum, de & ex fructibus, redditibus, & proventibus ipsius Hospitalis, in Festo sive die *Annunciationis* beatæ *Mariæ* Virginis annuatim singulis annis in Ecclesiâ Collegiatâ Sancti *Thomæ* Martiris de Acon Civitate *London* fideliter persolvet, aut sic faciet persolvi indilatè incipiente primâ solutione hujusmodi in Festo *Annunciationis* B. *Mariæ* proximo jam futuro; Onusque Annuitatis sive annui pensionis hujusmodi, & solucionis ejusdem præfato Hospitali, ac dicto Magistro *Edm. Percy* Magistro sive Custode dicti Hospitalis moderno, ac cuilibet mihi futuro successori, pro tempore Custode sive Magistro in vim compromissi, & submissionis, & cæterorum præmissorum imposuimus, ac imponimus per præsentes: Quodque prænominatus Magister *Edm. Percy* Custos sive Magister modernus antedictus, Hospitale prædictum cum suis jurisdictionibus, & pertinentiis universis occupabit retinebit, & possidebit licitè, continuè, pacificè, & quietè, absque præfati M. *Edm. Lichfeild* venditione, impeditione, molestatione, inquietatione, contradictione, & perturbatione quibuscunque. Idemque M. *Edm. Lichfeild* omnibus juri, titulo, & possessioni sibi qualitercunque adquisitis, coram nobis tunc expresè renuncians cum effectu. Insuper præfatus Magister *Edm. Percy*, factis coram nobis per eundem, sacrosanctis Dei Evangeliis, & deosculatus, juravit ad eadem se toto & omni tempore, quo dictum Hospitale optinebit, occupabit, retinebit, & possidebit; præmissa, Decretum, Ordinationem, Statutum, & assignationem nostram in omnibus fideliter observaturum, ac observatum & observari facere velle, absque fraude, malique ingenii coloribus quibuscunque. Et si, quod absit, in antea — contingat præsencium Decretum, Statutum, & Ordinationem nostra, in aliquâ sui parte Culpâ, negligentiâ, remissione aut facto præfati M. *Edm. Percy* Custodis sive Magistri dicti Hospitalis moderni, aut alicujus suorum fuerit, non observari, violari, & infringi, licitum fiat extunc memorato M. *Edm. Lichfeild*, seu Procuratori, aut attornato suo, ipsum M. *Edm. Percy*, & suum prædictum successorem quemcunque in hac parte culpabilem, negligentem, & remissum, debitè requirere, quatenus nostra Decretum, Statutum, & Ordinationem hujusmodi benè & fideliter observet, & faciat plenarie observari. Et si ille sic requisitus, per triginta dierum spacium immediatè post hujusmodi requisitionem sequentium, qui & triginta dierum decem pro primo, decem pro secundo; ac reliquos decem dies pro tertio ac peremptorio termino, & nominatione Canonicâ assignamus hæc nostra Decretum, Statutum, & Ordinationem observare, seu observari facere distulerit; ex tunc, prout ex nunc; & ex nunc prout extunc, culpâ, morâ, negligentiâ, & facto ejusdem præcedentibus & id exigentibus, majoris excommunicationis sententiam incurrat ipso facto: quâ involutus & immodatus remaneat, donec satisfactionem, & quousque culpam suam in eâ parte purgaverit; ac de Annuitate sive annuâ pensione hujusmodi debite ac plenariè fuerit satisfactum.

Ac

Ac intra & ultra præmiſſa liceat præfato Magiſtro *Edmundo Lichfeild* in terris, poſſeſſionibus, redditibus, bonis, & rebus ipſius Hoſpitalis, & eidem pertinentibus quibuſque intrare, & diſtringere, & capere; & diſtrictiones ſic captas effugare & penès ſe retinere quouſque de Annuitate prædictâ, & ejus arreragiis, & expenſis, ſi quæ fuerint, plenariè fuerit ſatisfactum. Quæ quidem Decretum, Ordinationem, Statutum, & aſſignationem, noſtram prædictam, tam præfatus M. *Edm. Percy*, Cuſtos ſive Magiſter modernus, pro ſe & ſuis in dicto Hoſpitali ſucceſſoribus, quàm M. *Edm. Lichfeild* antedictus, pro ſe purè ſponte, ſimpliciter, & abſolutè in ſe admiſerunt, & acceptarunt, approbarunt, & emulgarunt. In quorum omnium fidem & teſtimonium, Nos *Thomas* Archiepiſcopus antedictus Sigillum noſtrum, unacum ſubſcriptione & Sigillis dictarum parcium præſentibus appoſuimus. Datum in Hoſpicio noſtro juxta *Weſtmonaſterium* xxiii°. die menſis *Septembris* Anno domini Milleſimo CCCC^mo. octogeſimo quinto & noſtræ Tranſlationis anno ſexto.

Nos itaque *Rob.* Decanus & Cap. Eccl. Cathed. prædictæ, omnia & ſingula in Literis dicti Reverendi Patris, & Dom. Dom. *Thomæ* provid. divinâ Archiep. *Ebor. &c.* contenta, habito ſuper hiis in Capitulo noſtro Tractatu ſolemni, & diligenti, approbamus, *&c.* Et Nos *Edmundus* Cuſtos ſive Magiſter Hoſpitalis B. *Mariæ Magd.* de Newton prædictâ, & ejuſdem loci confratres, & ſorores in Capellâ dicti Hoſpitalis, ad effectum infra ſcriptum in ſimul convenientes, & congregati, & congregationem facientes, *&c.* omnia & ſingula præmiſſa, & contenta in ſupraſcriptis Literis dicti Reverend. Patris, *&c.* accepta habemus paritèr & ratificamus, *&c.* In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum commune præſentibus apposuimus. Datum in Hoſpitali noſtro antedicto xiij°. die menſis *Januarii* A°. M°. CCCC^mo. lxxxv°.

PAG. 381. COL. 1.

Veredictum Juratorum ſuper ſtatu Hoſpitalis de Ripon *Anno decimo Regis* Edwardi *Secundi.*

Ex bundello Brevium Regis de tempore Regis *Ed.* 3tii n. 64.

INquiſitio capta die Dominicâ in Octabis beatæ *Mariæ* Virginis apud Ripon coram Eſcaetore Domini Regis citra *Trentam*, anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* decimo, juxtâ formam Brevis & huic Inquiſitioni annexam, per *Henricum Blome*, *Robertum* de *Haltone*, *&c.* juratos; qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod in Hoſpitali beatæ *Mariæ Magdalenæ* in Brevi contento, debent eſſe imperpetuum, ſecundum formam fundationis ejuſdem Hoſpitalis codidiè duo Capellani divina celebrantes; unde, per totum tempus *Nicholai* de *Molyns* Cuſtodis ibidem ſubtrahitur Cantaria unius Capellani per eundem *Nicholaum*.

Item quoad Hoſpitalitates dicunt, quod ſi peregrini, vel Clerici mendici, ſeu cæteri indigentes, per idem Hoſpitale fortè itinerarent, ſeu vagi migrarent, in eodem Hoſpitali per unam noctem haberent refugium, & hoſpicium, ut de victu & lecto, ita quod mane prætereant, unde nullus ibi habet refugium, victum nec lectum; ſed vacuâ manu recedunt. Quoad Elemoſinas faciendas, dicunt, quod die beatæ *Mariæ Magdalenæ* annuatim imperpetuum, cuilibet pauperi venienti, debet diſtribui unus panis fratri, valens obolum, quarterio frumenti valente quinque ſolidos; & unum allec, unde per totum tempus dicti *Nicholai* Elemoſina hæc per eundem *Nicholaum* ſubtrahitur; ſed loco hujus dat pauperibus dicto die *Magdalenæ* venientibus, unum Salſarium Fabarum, ſeu farinæ plenum; ſed major pars pauperum nichil inde poſtidebunt: Dicunt etiam, quod minuta opera caritativa, quæ ab hujuſmodi Hoſpitali, & præcipuè ab hoc deberent emanare nulla inde fuerint, occaſione abſentiæ ſuæ, quia raro ibi reſidet; cum tamen reſidere teneatur, omnia hæc per *Nicholaum* de *Molyns* Cuſtodem ibidem, per tempus ſuum integrum ſubtrahuntur, & adnichilantur.

PAG. 461. COL. 2.

Carta Radulfi *de* Neville *militis ſuper fundatione Hoſpitalis de* Welle.

HOc ſcriptum indentatum teſtatur, quod ego *Radulphus* de *Neville* Miles, Dominus de Midleham, pro remiſſione peccatorum meorum, Unum Hoſpitale apud villam de Welle in Archidiaconatu de Richmont in honore Dei omnipotentis beatæ *Mariæ* Virginis, & beati *Michaelis* Archangeli & omnium Sanctorum Hoſpitali Sancti *Michaelis* nuncupatum, ad cultus Divini augmentum, pauperum miſerabilium perſonarum ſuſtentationem, & alia Pietatis opera perpetuò inveniendum, de licentiâ, autoritate, & conſenſu ſereniſſimi Principis Domini noſtri domini *Edwardi* Regis *Angliæ* illuſtris, & domini *Roberti* de *Wodehous* Archid. de Richmond, caritatis intuitu, ordinavi, conſtruxi, & fundavi: ac de Capitali Meſſuagio de Welle quod vocatur Houd, & de ſex Meſſuagiis & duodecim bovatis

Ex alio Regiſtro penès Decanum & Capit. *Ebor.* part. 4. fol. 54.

terræ quæ *Johannes* Præpositus, *Joh.* filius *Evæ Gulf.* de **Parnwick**, *Ricardus* filius filii *Rogeri*, & *Johannes Sclater* tenent in bondagio, sicut jacent in villa & in territorio de **Welle**, & de duodecim cottagiis, quæ *Ric. Blak*, *Adam* molendinarius, *Steph.* de *Houton*, *Anabilla Hik*, *Alicia Pyndar*, *Agnes* de *Snape*, *Joh. Carter*, *Alicia Page*, *Rob. Saym*, *Rich. Attebrig*, *Agnes* de *Carethorp*, & *Rob.* filius *Rogeri* tenent in bondagio in eadem villa de **Welle** & . . . . . acras terræ, quarum quinquaginta acræ jacent apud **Grayſtane-flat** juxta dictum meſſuagium de **Hond**, & quadraginta una acræ apud **Hungerbergh**, & triginta tres acras apud **Avenham**, & ſeptemdecem apud **Stubbing**, & triginta ſex acras apud **Quitewell**, & novem acras apud **Gynſhowfeld**, & de decem acris juxta manerium de **Kirkflat**; & de novemdecem acris prati, quarum novem acræ jacent in parvo prato, & decem acræ in novo parco; & de medietate orientali boſci de **Welleſcough**, prout dividitur per regiam ſtratam jacentem per medium ipſius boſci à villa de **Welle** versùs **Noſtrefeild** Tenendum in ſeperali, cum pertinentiis ſuis in villâ & territorio de **Welle**; Et de advocatione & jure Patronatus prædictæ Eccleſiæ de **Welle** dotavi: Ipſaque meſſuagia terras, prata, & advocationem cum ſuis pertinentiis Deo, B. *Mariæ* Virgini, B. *Michaeli*, & omnibus Sanctis, Domino *Johanni* de *Stayndropa* Capellano ejuſdem Hoſpitalis Magiſtro præfato & ordinato, ac Presbyteris, fratribus, & ſororibus pauperibus ibidem morantibus, & eorum ſucceſſoribus moraturis, dedi, & conceſſi. Conceſſi etiam dicto Magiſtro, fratribus, ſororibus pauperibus, *&c.* communem paſturæ ad omnia averia ſua in villâ & campo de **Welle** & etiam omnem communem turbariæ in mariſco quæ vocatur **Parnesfeild-mire**, *&c.* ac etiam conceſſi ad molendinum omne genus bladi, & braſii pro ſuſtentatione domus prædictæ liberè ſine multurâ ad molendina mea de **Welle**: Tenendum & habendum eiſdem Magiſtro, Presbiteris, fratribus, *&c.* & eorum ſucceſſoribus imperpetuum in puram & perpetuam Elemoſinam in formâ præſcriptâ, & per cauſas, conditiones, & modos ſubſequentes; videlicet, Ut iidem Magiſter & ſucceſſores ſui per me dum vixero, & poſt mei deceſſum per hæredes meos ad regimen dicti Hoſpitalis & per ſuas collationes, *&c.* perficiantur. Habebit etiam idem Magiſter Hoſp. in illo ſecum morantes & degentes duos Presbyteros ydoneos, ſuper-tunicas clauſas de Nigro brunetto vel bluetto, cum mantello de nigro panno quibus idem Magiſter utitur ſimilitudinem & confirmitatem habentes; Et viginti quatuor pauperes & infirmos ſeu debiles in una eademque domo, ſimul viventes & continuè converſantes. Et prædicti Magiſtri & Presbyteri illius Hoſpitalis omnes horas Canonicas, *&c.* per ipſos, horis pſallendis & dicendis congregatis, & tres Miſſas ſingulis diebus, *&c.* devotè dicant faciant, & celebrent temporibus ſucceſſivis, *&c.* Teſtibus domino *Ranulfo* filio *Radulphi*, *Johanne* de *Zaſcellis*, *Laurencio* de *Mountfort* Militibus *Thomâ* de *Tencottes*, *W.* de *Sturneton*, & aliis. Datum apud **Welle**, *&c.* A°. Dom. 1342.

HOSPITALE

de Kypier *in Com. Palat.* Dunelmenſi.

Pat. 4 R. 2. part. 3. M. 20. per Inſpex.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, notum ſit omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Ranulphus*, licet peccator & indignus, tamen Dei gratiâ *Dunelmenſis* Epiſcopus, hanc Eccleſiam in honorem Dei & S. *Egidii* feci fieri, quam etiam tertio Idus *Junii* dedicavi, anno ab Incarnatione Domini MCxij°. qui eſt tertius-decimus annus mei Epiſcopatus; in quâ dedicatione, eidem Eccleſiæ, ad ſubſidium Clerici qui inibi ſerviturus eſt, & ad ſuſtentationem pauperum qui ibidem in Hoſpitali domo, quam feci converſaturi ſunt, res inferiùs ſubſcriptas, in liberam & perpetuam Elemoſinam dono; & volo & præcipio, & auctoritate de & iſtâ meâ donatione, & præſentis Cartulæ atteſtatione confirmo; ut firmæ maneant & perpetuæ pro ſalute animæ meæ, & pro redemptione animarum illorum qui me nutrierunt; ſcilicet *Willielmi* Regis qui *Angliam* conquiſivit, & *Matildis* Reginæ: pro animâ quoque *Willielmi* Regis qui me in Epiſcopatus honorem ſublimavit; & pro ſalute animæ Regis *Henrici* qui me in eodem honore confirmavit; nec non pro animabus illorum qui aliqua dona, vel quamcunque Elemoſinam Eccleſiæ S. *Cuthberti* contulerunt vel collaturi ſunt. Hæc autem quæ dono villam meam nomine **Caldecotes**, cum omnibus ad eam pertinent, in planis & paſcuis, in pratis & ſilvis, in aquis, terris cultis & incultis, & exitibus, & omnibus conſuetudinibus & libertatibus, tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus; & unum molendinum de **Milneburne**; & duas garbas de meis dominicis de hiis villis; ſcilicet de **Newbotel**, **Houghton**, **Wermuthe**, **Rekhope**, **Eſingtone**, **Seggefelde**, **Schireburne**, **Quertingdone**, **Meutone**, **Ceſtre**, **Wellyngtone**, **Boldone**, **Clyvedone**, **Cwpcham** et **Ritone**: Quæ omnia quieta et libera ab omnibus conſuetudinibus, prædictæ Eccleſiæ S. *Egidii* et Hoſpitali ad opus pauperum Chriſti dono. Quicunque autem ex hiis munere inquietare vel auferre, vel ablata retinere, vel aliquibus vexationibus fatigare temerè præſumpſerit, noverit ſe illud Chriſto et Sancto *Egidio* auferre; et idcirco divino judicio cum ſacrilegiis reus exiſtere,

exiſtere, atque diſtrictæ ultioni in extremo examine ſubjacere, & cum damnatis æternaliter perire.

Carta Hugonis Dunelmenſis *Epiſcopi.*

Ibid. HUgo Dei gratiâ Epiſcopus *Dunelm*, omnibus Chriſti fidelibus præſentem Cartam inſpecturis ſalutem in domino: Notum facimus univerſitati veſtræ nos dediſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmaſſe omnes donationes quas *Ranulphus* bonæ memoriæ prædeceſſor noſter Hoſpitali S. *Egidii* de Kypier dedit & confirmavit. Concedimus etiam eiſdem Magiſtro & fratribus liberum burgagium, & omnibus hominibus eorum quibus illi conceſſerunt libertatem in vico S. *Egidii* in *Dunelmo*; & quieti erunt de exercitu & omnibus auxiliis, & *in-tol* & *u-tol*, & operationibus & conſuetudinibus, & vexationibus, & exactionibus. Concedimus etiam eiſdem paſturam ad averia ſua infra bayam, & extra focale; & maerimium & clauſturam ubi eis ſit magis ad aiſiamentum habebunt ſine vaſto: Et quieti erunt per totam Foreſtam noſtram de pannagio. Damus etiam eiſdem quandam partem de peterio noſtro de Reutone, per illas diviſas quibus *Willielmus* de *Howedene* & *Philippus Foreſtarius* eis ſeiſivit ex parte noſtrâ. Damus etiam eiſdem & confirmamus unum toftum in qualibet villâ ubi habent decimas de dominico noſtro; viz. in Hoghtone, Rekhope, Eſingtone, Derlyngtone, Seggefelde, Goldone & Qwytham. Quare volo & firmiter præcipio ne aliquis miniſtrorum noſtrorum, nec Clericus nec Laicus namium . . . . . accipiat, nec infra Burgum nec extra niſi in Curia eorundem jure deficiant, & tunc per licentiam noſtram, *&c.*

Alia Carta dicti Hugonis.

Ibid. HUgo Dei gratiâ, *&c.* Notum facimus vobis me dediſſe & conceſſiſſe dictis Magiſtro & Fratribus S. *Egidii*, ad ſuſcipiendos & ſuſtentandos pauperes ibidem, villam de Clyftone, cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris, aquis, molendinis, & piſcariis, & omnibus quæ ad eam pertinere noſcuntur; cum omnibus conſuetudinibus & libertatibus, tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus ad ipſam pertinentibus in liberam & perpetuam Elemoſinam. Dedimus etiam eiſdem de unaquaque carucâ de dominicis noſtris in Epiſcopatu noſtro, unam travam bladi ſicut datur Hoſpitali S. *Petri* in *Eboracſhire*. Damus etiam eiſdem Decimas de omnibus novalibus noſtris; id eſt de terris quæ ante tempora noſtra cultæ non erant, quas de paludibus, & de frutectis in terram arabilem traximus, tam in *Eborum* provinciâ, quàm in noſtrâ Dioceſi, & in Parochiâ de Hobedene: ipſam quoque Eccleſiam S. *Egidii*, volumus & auctoritate Dei & noſtrâ decrevimus liberam & quietam exiſtere imperpetuum à ſynodalibus & omnibus aliis conſuetudinibus, quæ per Archidiaconum ſive per Decanum, ſive per aliquem officiarium eorum exegi ſolent. Hæc omnia eiſdem in liberam & perpetuam Elemoſinam, cum travis quas Barones & alii noſtræ Dioceſis eis conceſſerunt, & Deo auctore concedent, concedimus & præſenti Carta confirmamus, *&c.*

Carta Radulphi *de* Epplyndone.

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod ego *Radulphus* de *Epplyndone* dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Magiſtro & fratribus S. *Egidii* de Kypier, ad feodi firmam, unam carucatam terræ, cum ſuis pertinentiis in Epplyngdone, cujus ſingulæ bovatæ ſunt quindecem acrarum terræ, cum incremento xx. acrarum terræ de dominico meo, cum duobus toftis quæ fuerunt *Radulphi* de *Ponte* & *Normanni* filii *Sprowe*: quam quidem carucatam & viginti acras terræ, cum toftis & aliis pertinentiis *Robertus* de *Clivedone* aliquando de me tenuit, & poſtea mihi reddidit in plenâ Curiâ *Dunelmi*; & per Chartam quietam mihi clamavit. Tenet dum & habendum, *&c.* Reddendo inde annuatim domino feodi illius quatuor ſolidos. Concedo etiam, quod averia prædictorum Magiſtri & fratrum paſcantur ubique cum averiis meis, & hæredum meorum; & habebunt duodecies viginti oves & xx. porcos, ubi oves meæ & porci mei vadunt in paſturâ ejuſdem villæ. Et prædicti Magiſter & fratres capient omnimoda focalia ubique ubi ego & hæredes mei capiemus vel capere debemus in communi paſturâ ejuſdem villæ. Prædicto verò Magiſter & fratres dabunt multuram ad viceſſimum vaſculum, quando & quamdiu ad molendinum meum molere voluerint proximiores me & hæredes meos. Et ego *Radulphus* & hæredes mei, *&c.* warantizabimus, *&c.*

Carta Gilberti *de* Haunſard.

Ibid. UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Gilbertus* de *Haunſard* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* & Hoſpitali S. *Egidii* extra *Dunelmum*, quod vocatur Kypier, totam terram meam de Aymundeſtone, cum omnibus pertinentiis ſuis in villâ & extra, & redditum x *ſol.* quos mihi reddidit *Willielmus* de *Boultone* in eadem villâ annuatim; & quinque bovatas terræ in villâ de Hurtheworth; ſcil. illas duas bovatas terræ, quas tenuit *Willielmus* filius *Caſtelli*; & illas duas bovatas terræ quas tenuit *Edm.* de *Elmedene* cum toftis, croftis, *&c.* Et quintam bovatam terræ de dominico meo in tribus partibus, ſicut jacet per campos, cum omnibus aiſiamentis, *&c.* in liberam puram & perpetuam Elemoſinam, ad ſuſtentationem unius Capellani qui in perpetuum in dicto Hoſpitali divina celebrabit pro animâ mea, patris, & matris meæ et omnium parentum meorum. Habenda & tenenda de me & hæredibus meis imperpetuum, *&c.*

Carta Walteri de Wicton.

Ibid. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Walterus* de *Wicton* miles salutem. Sciatis me dedisse &c. Deo & Hospitali S. *Egidii* me *Dunelmo*, & Magistro & fratribus ibidem Deo servientibus pro salute animæ meæ & hæredum meorum, in liberam & perpetuam elemosinam, totam terram meam de **Frosterley**, sine aliquo retenemento, cum omnibus pertinentiis &c. Habendam &c. imperpetuum: Reddendo michi & hæredibus meis unam libram cimini ad festum S. *Michaelis* in Septembri.

Alia Carta Hugonis *Episcopi* Dunelmensis.

Ibid. HUgo Dei gratiâ Episcopus *Dunelm.* priori & conventui S. *Cuthberti* & Archidiaconis & omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis salutem: Notum facimus universitati vestræ, nos dedisse, & præsenti cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Hospitali S. Egidii de *Dunelmo* **Quitteleys** & **Swyneleys** per istas divisas, à sursu **Knokedenbuyne** usque ad sursam de **Ayelshopbuyne**: Deinde rectâ lineâ usque ad **Darewent**, quæ est divisa inter eos & Archiepis. *Ebor.* & *Walterum* de *Bollebec*, sicut **Derewent** decurrit usque dum **Ayelshopbuyne** descendit in eam; & quicquid continetur inter istas divisas sit imperpetuum ad suscipiendum & sustentandum pauperes Christi: Minerum quoque plumbæ ad cooperiendam Ecclesiam S. *Mariæ* & omnium Sanctorum, & infirmatorium Hospitalis prædicti; Et minerum ferri infra **Rokehope** ad carucas & alias necessitates faciendas: Et pasturam ad omnimoda averia sua habebunt undique in eadem. Et pedes canum eorum non sint ibi, neque ad wacheriam de **Werdale** truncati; set pastores ducant eos ligatos pro feris, ad averia sua servanda pro lupis. Et unum toftum quod dedimus eis per procurationem fratris *Ranulphi* ad opus dicti Hospitalis; scilicet prædictum toftum de la **Laundene**. Pasturam etiam in forestâ nostrâ ad averia sua habebunt. Damus etiam prædicto Hospitali & confirmamus decimam de totâ terrâ quæ pertinet ad **Bradewode**; & totam decimam de **Besanskeldes** usque ad **Wytheles**; & unam travam bladi de una quaque carucâ de **Werdale**. Decimas quoque de omnibus novalibus nostris; id est de terris quæ ante tempora nostra cultæ non erant, quas de paludibus & de frutectis in terram arabilem traximus per nummos nostros vel per kirsete. Omnia ista prædicta prædicto Hospitali damus &c. in puram &c. elemosinam &c.

Carta Johannis *de* Romeseye.

Ibid. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Johannes* de *Romeseye* dedi &c. Deo & S. Egidio & custodi Hospitalis de **Kypier**, & fratribus ejusdem loci ibidem Deo servientibus, & in perpetuum servituris, in subsidium sustentationis pauperum ibidem confluentium, redditum sexaginta & quinque solidorum; quæ *Leonius* filius *Willielmi* de *Herz* & *Gregorius* de *Levinthorth* *Waltero* de Monasteriis reddere consueverunt, & homagia & servicia, Relevia, wardas, & Escaetas de totâ medietate villæ de **Elarton**, quam de me tenuit: Et quicquid juris habui vel habere potui in eadem medietate villæ prædictæ, sine aliquo retenemento affectu pietatis; petens quod fiat in singulis Missis celebrandis in capellâ de **Kypier** per unam collectam commemoratio, & in canone Missæ pro animâ piæ recordationis *Ricardi Dunelmensis* Episcopi secundi; & pro animâ venerabilis patris & domini mei Domini *Nicholai* Dunelmensis Episcopi: habenda & tenenda prædictis Magistro & fratribus & eorum successoribus de *Willielmo* de Monasteriis capitali domino dictæ medietatis villæ, & hæredibus suis, in hberam & perpetuam elemosinam imperpetuum. Reddendo eidem *Willielmo* & hæredibus suis xii. *d.* per annum; scilicet sex denarios ad festum *Pentecostes*, & sex denarios ad festum S. *Martini*, & faciendo forinsecum servicium debitum, sicut continetur in cartâ *Walteri* de *Monasteriis*, patris prædicti *Willielmi* de *Monasteriis* inde conferta & dictis custodi & fratribus liberata &c.

Carta Roberti Corbeth & Sibillæ *filiæ ejus*, *de villâ de* **Hunstanworth**.

Ibid. NOtum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod ego *Robertus Corbeth* & *Sibilla* filia mea, & omnes hæredes nostri dedimus & concessimus, & fide præstita quietum clamavimus domui S. Egidii de *Dunelmo* villam de **Hunstanworth**, & omnem terram ad eam pertinentem, divisis apertis divisam, de **Boltisbuyne** usque **Boltislawe**, & de **Boltislawe** usque ad **Evelshopheved**, & de **Evelshopheved** usque ad **Derewentam**, & de **Derewenta** usque ad **Boltisbuyne**, pro amore & fraternitate domus, & propter decem marcas quas Magister de *Argentaneo* & fratres prænotatæ domus nobis in caritate dederunt honorificè & pacificè possidendam, cum omnibus libertatibus ad illam terram pertinentibus, quas libertates carta Domini *Hugonis* Episcopi memoratur & confirmat; faciendo Episcopo Dunelm: servicium duodecimæ partis cujusdam militis, de omnibus aliis serviciis pacificam & quietam: Quam conventionem ut ipsa rata permaneat ego *Robertus* assensu filiæ meæ *Sibillæ* & omnium hæredum meorum Sigilli mei munimine roboravi.

Alia Carta ejusdem Roberti.

Ibid. *Robertus Corbeth* omnibus videntibus vel audientibus &c. Sciatis me calumpniam quam habui de terrâ illa quæ est inter **Knokedenbuyne** & *Derewentam* quietam clamasse, & communem pasturam in **Hunstanworth** dedisse &c. Deo & Hospitali S. *Egidii* de *Dunelmo* & fratribus ibidem Deo servientibus; pro salute meâ & uxoris meæ, & hæredum & parentum

parentum meorum & pro animâ meâ & anteceſſorum meorum &c.

Carta Roberti Dunelmenſis *Epiſcopi.*

Ibid. ROBERTUS Dei gratiâ Dunelm. Epiſcopus ſalutem in domino : Noveritis me divinæ miſerationis intuitu dediſſe &c. Deo & Eccleſiæ S. Egidii de *Kypier* Magiſtro & fratribus ibidem Deo ſervientibus & ſervituris totum tenementum noſtrum cum ſuis pertinentiis quod habuimus in villâ de Crawcrok : quod quidem tenementum habuimus de dono *Thomæ* de *Holynſide* & *Iſoldæ* uxoris ejus, cum molendino & totâ ſectâ ejuſdem villæ, ſicut nos liberius tenuimus ; & redditum *Daniel*, & *Johannem Lacy* cum terrâ ſuâ, & cum totâ ſequelâ ſuâ : Et terram quam *Adam de Rytone* quondam tenuit ; Et quendam boſcum qui vocatur *le* Fyght, cum toto alio boſco ad dominicum pertinente ; & totum Attunſide à molendino deſcendendo uſque *le* Fyght ; & omnes operationes ejuſdem villæ, cum piſcariâ aquæ de Tyne, una cum toſto, tenemento, & ſuis pertinentiis, quod habuimus de dono *Laurentii* de *Lyntz* in eadem villâ de Crawcrok. Dedimus etiam Deo & dictis Eccleſiæ S. *Egidii* Magiſtro & fratribus ibidem Deo ſervientibus totam villam de Ineſtan cum ſuis pertinentiis, quam quidem villam habuimus de dono *Jacobi Birun* ſicut pleniùs teſtatur in cartis dictorum *Thomæ*, *Iſoldæ*, *Laurentii* & *Jacobi* : habenda & tenenda dictæ Eccleſiæ S. *Egidii*, Magiſtro & fratribus ibidem ſervientibus Deo & ſerviturîs, bene & in pace, libere & quietè in liberam & perpetuam elemoſinam &c.

Carta Radulfi *de* Mundavill.

Ibid. m. 19. UNIverſis &c. *Radulfus de Mundavill* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me, caritatis intuitu conceſſiſſe &c. Deo & Hoſpitali S. *Egidii* de Kypier, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, unam travam bladi de ſingulis carucis villæ meæ de Stotfold, tam in dominicis meis, quàm de aliis, ad ſuſtentationem pauperum ibidem undecunque confluentium &c.

Carta Gilberti Camerarii.

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis &c. *Gilbertus* Camerarius ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe &c. Deo & Hoſpitali S. *Egidii* & fratribus in domo ſuâ ſervientibus figere ſtagnum molendini ſui de Kypier ſuper terram meam, quando utilius facere poterint in liberam &c. elemoſinam, pro ſalute domini mei *Hugonis* Dunelmenſis Epiſcopi ; & pro ſalute animæ *Theobaldi* fratris mei ; & pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Juliana Papedy*, & pro ſalute hæredum meorum &c.

Carta Willielmi *de* Herz.

Ibid. OMnibus &c. *Willielm*: de *Herz* ſalutem. Sciatis me dediſſe &c. Deo & Hoſpitali S. *Egidii* de Kypier & fratribus ib dem Deo ſervientibus, in liberam puram & perpetuam elemoſinam &c. duas bovatas terræ in villâ de Clartone, cum omnibus pertinentiis ſuis &c. habenda & tenenda de me & hæredibus meis, prædicto Hoſpitali & dictis fratribus & eorum ſucceſſoribus imperpetuum &c.

Carta Quenildæ *uxoris* Ricardi *de* Lokes.

Ibid. NOtum ſit omnibus &c. quod ego *Quenilda* uxor *Ricardi* de *Lokes* &c. concedimus &c. xii. acras terræ in Wedmeſley Deo & S. *Mariæ* & omnibus ſanctis, & Hoſpitali S. *Egidii* in *Dunelmo* in puram & perpetuam elemoſinam &c, pro amore Dei & pro ſalute animarum noſtrarum, & anteceſſorum noſtrorum & ſucceſſorum : Et communem paſturam ejuſdem villæ ; ſcilicet CC. ovibus, & quadraginta animalibus & quadraginta porcis &c. hiis teſtibus &c.

Compoſitio inter Pr. & Conv. Dunelmenſis *Eccleſiæ, & procuratorem dicti Hoſpitalis.*

Ibid. ANno Dominicæ incarnationis MCCXCVII. ſeptimo kal. Auguſti &c. facta eſt hæc compoſitio inter *Germanum* priorem & conventum *Dunelmi* Eccleſiæ, & *Adam* Canonicum procuratorem Hoſpitalis S. *Egidii*, & fratres ejuſdem Hoſpitalis ex voluntate & conſenſu Domini *Hugonis Dunelmi* Epiſcopi ; ſcilicet quod prior & monachi quietum clamaverunt imperpetuum decimam bladi de Cliftone domui S. *Egidii*, quæ uſque ad illud tempus ſolebat reddi Eccleſiæ S. *Oſwaldi* de *Elvetâ* ; ita quod fratres dicti Hoſpitalis nullo unquam tempore aliquam decimam de prædictâ terrâ reddent ; ſed de totâ decimâ bladi terræ illius, ſicut aliæ obventiones ſine omni diminutione & retractione præfato Hoſpitali quieta remanebunt imperpetuum. Fratres autem dicti Hoſpitalis, in recompenſationem ſingulis annis in perpetuum reddent ſuper Altare S. *Oſwaldi* de *Elvetâ* in die ejuſdem ſancti, unum Biſantium vel duos ſolidos : Et inſuper duas garbas de decimâ Dominii de Newtone quietas clamaverunt imperpetuum prædictæ Eccleſiæ S. *Oſwaldi* quæ à tempore *Ranulphi* Epiſcopi, ſicut in ejuſdem Cartâ continetur, uſque ad illud tempus reddi ſolebant præfato Hoſpitali ; ita quod nullo unquam tempore aliquam decimam occaſione Cartarum ſuarum, vel privilegiorum exigent infra diviſas villæ de Newtone ſet totâ decima bladi infra diviſas ejuſdem villæ, ſicut & aliæ obventiones, ſine omni diminutione & retractione quieta remanebunt imperpetuum Eccleſiæ S. *Oſwaldi* de *Elvetâ* &c.

Carta

Carta Henrici Lyghfot.

Ibid. OMnibus &c. *Henricus Lyghfot* salûtem. Noveritis me dediſſe &c. in puram et perpetuam elemoſinam Magiſtro et fratribus domus de Kypier in ſudſidium Elemoſinæ ibidem faciendæ, totam terram meam quam habui apud Bennecrok; tam terram quam habui exemptione, quàm terram quam tenui de Domino Epiſcopo *Dunelm.*, quietam et ſolutam de me et hæredibus meis imperpetuum &c.

De novem ſolidis pro travis carucarum de Bedelyngton-ſhire *dicto Hoſpitali datis per inhabitantes ejuſdem.*

Ibid. OMnibus &c. *Willielmus Halchor*, *Robertus Cnowald*, *Willielmus Birilot*, *Thomas* filius *Rogeri* de *Bedelynſiton*, *Walterus* et *Robertus* filii *Roberti* de *Nedderton*, *Adam* & *Elyas* frater ejus de *Chavyngton*, *Thomas* et *Johannes* de *Slykburne*, *Alanus*, *Adam* et *Walterus Caritas* de *Cambhuſe*, *Edmundus* filius *Rogeri*, & *Laurentius* filius *Odardi*, et *Adam Serviens*, et *Ranulphus* filius *Petri*, *Robertus* filius *Henrici*, et *Robertus Palmere* de parva *Slykburne* ſalutem in domino. Cum antiquâ conſtitutione venerabilium patrum, et dominorum noſtrorum *Dunelm.* Epiſcoporum conſtitueretur, ut de ſingulis carucis omnium dominiorum eorum daretur una trava bladi Hoſpitali S. *Egidii* extra *Dunelmum*, caritatis intuitu ad ſuſtentationem pauperum et peregrinorum ibidem undecunque confluentium: Nos eorum conſtitutionem approbantes et devotè acceptantes, dedimus et conceſſimus &c. pro ſalute animarum noſtrarum, patrum & matrum & omnium parentum noſtrorum Deo & dicto Hoſpitali S. *Egidii* extra *Dunelmum* ſpontaneâ voluntate noſtrâ in puram & perpetuam elemoſinam novem ſolidos pro travis carucarum noſtrarum de Bedelyngton-ſhire; ita quod tam nos quàm hæredes noſtri ad hanc elemoſinam præſtandam imperpetuum teneamur ad feſtum S. *Michaelis* ſolvendam; ita quod niſi infra xv. dies proximè poſt feſtum S. *Michaelis* ſolvantur, nos & hæredes noſtri elapſis illis xv. diebus, pro novem ſolidis nomine pœnæ ſolvemus decem ſolidos: Et ut hæc noſtra donatio rata & inconcuſſa futuris temporibus permaneat, præſens ſcriptum Sigillorum noſtrorum appoſitione roboravimus &c.

Carta Stephani *Capellani.*

Ibid. OMnibus &c. *Stephanus* Capellanus ſalutem. Noveritis me, caritatis intuitu &c. conceſſiſſe &c. Deo & domui S. *Egidii* extra *Dunelmum*, totam terram quam habui in vico S. *Egidii* de Southcrof, cum ædificiis &c. habendum &c. in liberam elemoſinam Reddendo inde annuatim *Adæ* de *Lumeſdene* & hæredibus ſuis xii. *d.* per annum. Et hæredibus de Kelnelawe unum denarium per annum; & faciendo Burgo omnia ſervicia debita & conſueta &c.

HOSPITALE
de Stoke *juxta* Newarke *in agro* Notinghamenſi.

Ordinatio ejuſdem per Willielmum *Archiepiſcopum* Ebor.

Ex Regiſtro nuncup. *Melton* penes Archiep. Ebor. f. 378.

NIverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos preſentes litteræ pervenerint *Willielmus* &c. Salutem in authore ſalutis. Noveritis nos litteras *Johannis Chauſon*, Magiſtri Hoſpitalis *Sancti Leonardi* de Stoke juxta Newark noſtræ Dioceſios & *Roberti* de *Bilbrough*, *Roberti* de *Donham* Capellanorum, & *Simonis* de *Botelsford* clerici confratrum dicti Hoſpitalis Sigillo communis dicti Hoſpitalis, Ut primâ facie apparebat Sigillatas inſpexiſſe, ſub eo, qui ſequitur tenore; Noverint univerſi quorum intereſt hoc ſcriptum inſpicere vel audire; quod cum ſit juſtum, ac conſonum rationi ut illis Sanctæ conſiderationis Eccleſiæ filiis benificia perpetua impendantur, per quos cultus Dei augetur pauperes ..... hoſpitaliter ſuſtinentur, loca pia ſalubrius reformantur, variiſque largitionibus, & aliis muniuntur; hiis igitur attentis, Nos *Johannes Chauſon* Magiſter Hoſpitalis *Sancti Leonardi* de Stoke juxta Newark *Eborum* Dioceſios, & *Robertus* de *Bilbrough*, *Robertus* de *Donham* Capellani, & *Simon* de *Botelsford* clericus, confratres dicti Hoſpitalis quadraginta acras terræ, & triginta ſolidos annui redditus noſtris laboribus adquiſitis tam providentiâ diligenti, & auxilio amicorum inferius ſubſcriptorum, in evidentem utilitatem dicti Hoſpitalis, & uſus perpetuos contribuimus Piâ mente. Ex hoc ergo nos prædictos Magiſtros & confratres, unanimi aſſenſu providè ſtatuimus, ac etiam ordinamus, & concedimus; pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, quod Magiſter dicti Hoſpitalis, qui fuerit in eodem, pro iiſdem *Johanne*, *Roberto*, *Roberto*, *Symone*; ac pro venerabili Patre Domino *Willielmo* Dei gratiâ *Eborum* Archiepiſcopo Angliæ primate, & pro viro diſerto Magiſtro de Beſelbech, ac etiam pro Domino *Willielmo* de *Alverton*, *Johanne* de *Colom*, *Waltero* de *Sanlom*, *Aliciâ* de *Thorpe*, & pro *Agnete Atturig* de Wyngton, & pro Magiſtris & fratribus qui pro tempore erunt in eodem, ſexaginta miſſas celebraturas ſeu per confratres ſocios, vel per alios capellanos, faciet devotione quâ convenit celebrari, modo qui ſequitur, ſingulis annis perpetuis temporibus futuris, videlicet tres miſſas infra octabas Sanctorum inferiùs expreſſorum, cum collectis; quarum prima ſic incepit

incepit *Deus qui es noſtra Redemptio*; ſcilicet diebus *Annunciationis Beatæ Mariæ*, *Paſchæ*, *Aſcenſionis*, *Pentecoſtes*, *Trinitatis*, *Aſſumptionis Beatæ Mariæ*, *Nativitatis* ejuſdem, *Natalis Domini*, *Epiphaniæ*, *Purificationis Beatæ Mariæ*; & alias triginta Miſſas diebus quadrageſimalibus ſingulis annis continuè, à die omnium.... celebrandum. Magiſter vero dicti Hoſpitalis, qui predictas Miſſas, ut predicitur celebrabit, vel alius quem idem Magiſter faciet celebrare ſingulis annis, percipiet in recompenſatione ſui laboris quinque ſolidos de redditu cujuſdam Tenementi cum pertinentiis in Villâ de **Stoke**, quod fuerat quodam *Willielmi Freeman* de **Wynnington**. Et ſi quis redditus, vel terras, ſive tenementa aliqua dicti Hoſpitalis Cartâ ſuâ conferre, & approbare voluerit, ad recompenſandum uberius labores Magiſtrorum dicti Hoſpitalis, qui pro tempore fuerint, dictas ſexaginta Miſſas celebraturi. Ut ſuperius eſt oſtenſum, liceat dictis Magiſtris ipſos redditus, ſuis perſonis, de ipſis terris & tenementis provenientes, una-cum redditu quinque ſolidorum prædictorum liberè & pacificè retinere ſuis uſibus profuturos. De hinc autem ad iſtam ordinationem & conceſſionem involabiliter impoſteris temporibus obſervari; Volumus & concedimus pro nobis & ſucceſſoribus noſtri, quod quicunque aſſumendus, vel recipiendus eſt in Magiſtrum dicti Hoſpitalis, vel in Fratrem tempore aſſumptionis vel receptionis hujuſmodi, omni excuſatione ceſſante, juret, tactis ſacroſanctis Dei Evangeliis, ſi Capellanus fuerit, quod diligentiam, quam poterit, exhibebitur, ut dictæ ſexagintæ Miſſæ per perſonas prænominatas, ac alios, ut præmittitur, ſuo tempore celebrentur. Et ſi quis forſitan attemptaverit aliquibus præmiſſorum temerè contraire; ipſum impediet, eumque reſiſtet modo debito, prout conſonum fuerit rationi. Et ſi laicus receptus fuerit curabit, quod præmiſſa erunt penès ſe rata habituri & grata, nec ea impedit quovismodo. Quod ſi forſan prædicti aſſumendi, vel recipiendi, in Magiſtros & in fratres præfatos, præſtare recuſaverint juramenta; eo ipſo aſſumptio & confirmatio dicti Magiſtri & fratrum receptio ſuſpendatur, quouſque in formâ præmiſſa perficient juramentum, Et ne prædicti Magiſter & fratres ignorantiam prætendere valeant in præmiſſis; Volumus, & ordinamus, quod in receptione quorumcunque Fratrum, hoc præſens ſcriptum diſtinctim legatur, & ſingulis annis in Capellâ Sancti *Leonardi*, convocatis fratribus, & omnibus quorum intereſt publicetur. Et ſi, quod abſit, idem celebrare ceſſaverit prædictas Miſſas, vel eas per alium non procuraverit celebrari, præter offenſam Dei, quam non immeritò poterit formidare, ab exactione prædicti annui redditus quinque ſolidorum per biennium ſit excluſus; & in utilitatem dicti Hoſpitalis celeriter convertatur. Et nos prædicti Magiſtri & Fratres huic ſalubri ordinationi noſtræ Sigillum noſtrum commune apoſuimus in perpetuam memoriam præmiſſorum. Datum apud **Stoke** die Sancti *Hillarii*, anno domini Milleſimo trecenteſimo triceſimo ſecundo. Nos igitur *Willielmus* permiſſione, *&c.* ſupra dicta, præmiſſa omnia & ſingula, auctoritate noſtrâ Pontificali, quatenus ad nos attinet, ſalvis jure, juriſdictione, honore, & dignitate noſtris, & Eccleſiæ noſtræ *Eborum*, confirmamus, approbamus, ratificamus, ac etiam acceptamus. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum apud **Thorpe** juxta **Eboꝛum** quinto Kalend. *Februarii* Anno dom. Milleſimo trecenteſimo triceſimo ſecundo, & Pontificatus noſtri ſexto-decimo.

HOSPITALE

S. Egidii *juxta* Maldon *in agro* Eſſexiano.

De ſtatu ejuſdem tempore Regis Henrici *Quarti.*

Clauſ. 4 H. 4. M. 32.

Ex dilecto ſibi *Helmingo Leget* Eſcaetori ſuo in Com. *Eſſex* ſalutem. Cum per Inquiſitionem coram te, ex officio tuo captam, & in Cancellariâ noſtrâ retornatam ſit compertum, quod prædeceſſores noſtri quondam Reges *Angliæ* fundaverunt quoddam Hoſpitale *S. Egidii* juxta **Maldon** imperpetuum duraturum; & quod Cuſtos ſive Magiſter dicti Hoſpitalis, qui pro tempore fuerit, haberet in auxilium ſuſtentationis Burgenſium Leproſorum villæ prædictæ foriſfacturas panis, ſerviciæ, carnis, & piſcium non ſanorum in eadem villâ de *Maldon* ſingulis vicibus foriſfacienda: Et quod quandocunque Cuſtos ſive Magiſter Hoſpitalis prædicti ceſſaret vel deficeret, non ſuſtentando non faciendo omnia præmiſſa, quod tunc idem Hoſpitale, cum juribus & pertinentiis ſuis, ad ipſos Reges & ſucceſſores ſuos Reges *Angliæ* deveniret, & reverteret, ad conferendum cuſtodiam ejuſdem Hoſpitalis, ſeu ad ordinandum & diſponendum pro eodem Hoſpitali, prout eiſdem Regibus & ſucceſſoribus ſuis melius videretur foreſaciendum: Et quod dominus *Ricardus* nuper Rex *Angliæ* ſecundus poſt Conqueſtum conceſſit Cuſtodiam Hoſpitalis prædicti cuidam *Roberto Manfeld* Clerico nuper præpoſito S. *Johannis* de *Beverlaco*: quodque idem *Johannes* hujuſmodi ſuſtentationes, Capellam & Leproſorum ibidem omnino retraxit per tres annos tempore captionis Inquiſitionis prædictæ ultimo elapſos; nec Capellanum nec Leproſum per eoſdem tres annos & amplius ſuſtentavit: Et tamen prædeceſſores ipſius *Roberti* hujuſmodi ſuſtentationes ſuſtentare conſueverunt; quod quidem Hoſpitale eâ occaſione

one captum est in manum nostrum ut accepimus. Et quia super præmissis bonâ & maturâ deliberatione cum Justiciariis & servientibus nostris ad legem ac aliis peritis de consilio nostro, nobis in Cancellariâ nostrâ tunc existentibus, de eorum avisamento causam prædictam invalidam & insufficientem reputavimus: Ac pro eo quod in Curiâ nostrâ coram nobis consideratum fuit, quod literæ nostræ Patentes, per quas custodiam Hospitalis prædicti, *Rogero Wodehale* nuper concessimus revocentur & adnullentur, prout per tenorem Recordi & Processus inde coram nobis habitorum, quem coram nobis in Cancellariâ nostrâ venire fecimus plenè liquet: Tibi præcipimus, quod manum nostram de Hospitali prædicto cum pertinentiis, si eâ occasione & non aliâ in manu nostrâ existat sine dilatione amovens, te inde ulterius in aliquo nullatenus intromittas: salvo jure nostro & alterius cujuscunque *T.* Rege apud *Westm* ix°. die *Novembris.*

HOSPITALE

de Ginges *in Comitatu* Essexiæ.

Carta Michaelis *de* Caprâ *&* Rohesiæ *uxoris suæ.*

Ex autogr. penes *Anton. Woode Oxon.* 1668.

DOmino suo & Patri Venerabili *Roberto* Dei gratiâ *Londoniensi* Episcopo, & omnibus S. Ecclesiæ Fidelibus. *Michael Capra* & *Rohecia* uxor sua, & *Willielmus* filius ejusdem *Michaelis* & hæres salutem. Notum sit omnibus, *&c.* nos dedisse & in puram Elemosinam concessisse Deo Ecclesiæ S. *Mariæ* & S. *Leonardi* de nemore nostro de Ginges & domino *Tobie*, ejusdem Loci Priori, & fratribus suis ibidem Deo servientibus, tam futuris quàm præsentibus unam hidam terræ circa eandem Ecclesiam liberam & quietam ab omni servitio seculari, & pasuagium ad xl. porcos, & plenariam pasturam ad omnem pecunviam „ quam dominus dictus eidem loco dederit, & decimam de nostro proprio seno; & decimam de nostro molendino; & ligna de eadem supradicta silvâ ad ignem omni tempore sufficientia „ pro salute animarum nostrarum & omnium parentum nostrorum, & pro animâ quoque *Rogeri* filii *Ricardi* ex cujus munificentiâ mihi idem fundus pervenit. Quare vobis mandamus & precamur ut hanc nostram Elemosinam manuteneatis & præfatæ Ecclesiæ & fratribus ibidem commorantibus in perpetuum mansuris confirmetis, ut ea bene & in pace & liberè & quietè & honorificè teneant, *&c.* Teste *Gilberto* Presbitero. *Jordano* de *Briesete. Roberto* de *Mountenni*; *Willielmo* ejusdem villæ Ecclesiæ personâ. *Richardo Puhier*, & *Jordano* fratre suo; *Radulpho Punzun*; *Drocone* de *Ginges*; *Hugone Tunel*; *Heliâ* de *Bruers*; *Johanne* Clerico, *Alwino* Fabro.

HOSPITALE

de Burcestre *in agro* Oxoniensi.

Licentia regia pro Fundatione ejusdem.

REx omnibus ad quos, *&c.* salutem. Sciatis, quod de gratiâ nostrâ speciali concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Nicholao Jurdan* de *Burcestre* Heremitæ Custodi Capellæ beatæ *Johannis Baptistæ* de Burcestre, quod ipse quoddam Hospitale, pro Hospitatione pauperum & Infirmorum, in honore Dei & gloriosæ Virginis *Mariæ* matris ejus, & beati *Johannis Baptistæ* apud Burcestre de novo fundare; & Centum solidatas terræ & redditus cum pertinentiis per annum juxta verum valorem eorum; exceptis terris, tenementis, & redditibus, quæ de nobis tenentur in Capite adquirere possit; Habenda & tenenda eidem custodi & successoribus suis, in subventionem sustentationis eorundem, & cujusdam Capellani divina in Capellâ prædictâ, pro salubri statu nostro & *Philippæ* Reginæ *Angliæ* consortis, ac *Edwardi* Principis *Walliæ* filii nostrorum carissimorum dum vixerimus, & animabus nostris cum ab hac luce subtracti fuerimus, ac animabus omnium fidelium defunctorum singulis diebus celebraturi imperpetuum; statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis ideo non obstante, *&c.* *T.* Rege apud *Westm.* xv°. die *Maii.* Pat. 29 E. 3. p. 1. m. 4.

PRI-

PRIORATUS
de Calc *in agro* Derbiensi.

Carta Matildis *Comitissæ* Cestriæ *de advocatione Ecclesiæ de* Rependone.

Ex ipso autogr. penes] *Johannem Harpur* de Calke in Com. *Derb.* Baronettum 4°. *Julii* A° 1664.

Altero Dei gratiâ *Coventrensi* Episcopo, universisque Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, *Matildis* Comitissa *Cestriæ* salutem. Vestra noscat sanctitas, me, concessu Comitis *Hugonis* filii mei, dedisse Deo & S. *Mariæ* & Canonicis de Calc, in puram & perpetuam Elemosinam, culturam quareriæ de Rependone juxta Trente, simul cum advocatione Ecclesiæ Sancti *wicstani* de Rependone, cum omnibus eidem pertinentibus; conditione hac, quod Conventus ibi constet tanquam capiti, cum opportunitas idonea hoc expetierit, cui Calc subjiciatur membrum: Ejus etenim Diocesis semper permansit. Prece igitur multimodâ vestram exoro dulcedinem, quatinus hanc Elemosinam consilio vestro caritativè inceptam permanere faciatis ratam. Testibus ipso Comite *Hugone* filio meo; *Willielmo* Abbate Lileshille; *Helii* Priore de Bredune; *Rogero* Capellano; *Turri* Clerico; *Alured* de *Cumbrei*; *Luvel* de *Hesbi*; *Nicholao* de *Mealtone*, & multis aliis apud Rependone. Valete.

Carta Hugonis *Comitis* Cestriæ.

Ibid. H. Comes *Cestriæ*, Constab. Dapif. Justiciariis, Vicecomitibus, Ministris, Balivis, & omnibus hominibus suis, *Francis* & *Anglicis*, tam præsentibus quàm futuris salutem. Sciatis me concessisse, & hac Cartâ meâ confirmasse omnes possessiones, & omnes libertates Ecclesiæ S. *Egidii* de Calc, & Canonicis ibi Deo servientibus, pro animâ patris mei, & matris meæ, & pro salute animæ meæ, & pro animabus antecessorum meorum in perpetuam Elemosinam, sicut Cartæ patris mei testantur & confirmant; viz. silvam in quâ habitant inter Scegghoc & Aldehoc, & parvam *Geilbergam*; & culturam inter Alrehoc & Sudwude: Et parvum molendinum de Rapindone, & quatuor bovatas terræ in Tichehale. Et ex dono *Nicholai* Sacerdotis duas bovatas in eadem villâ; & Capellam de Smithesbi. Et ex dono *Gevæ Ridel* unam mansuram terræ in *Tamwurthâ*. Et ex dono patris mei unum batum in piscatura *Cestriæ*, ubicunque voluerint, ad piscandum, cum una mansurâ terræ ad opus eorum piscatoris. Et terram Loftescot; scil. sicud via descendit de Rapindone ad fontem Neuhathewelle; & sicut idem fons descendit usque ad metas *Meeltone*: Et ex alterâ parte, sicut terminus Meeltone est, usque ad capud Lofteseou. Et totam terram *Eswini Esegar* de *Trengestonâ*. Et præcipio, ut illa terra sit libera & quieta ab omni servicio, & ab omnibus causis & querelis, ut debet esse Elemosina. Et insuper præcipio hominibus meis, ne eos inquietent, aut vexent aliquâ re; sed ipsi Canonici prædictam terram teneant, in bosco & in plano, in aquis & molendinis, & in omnibus locis ita plenariè, sicut unquam aliquis eam tenuit tempore meo, & antecessorum meorum plenarius: Et *Reginaldum* filium *Alfwini* de *Rapindonâ*, cum mansurâ suâ, & cum duabus bovatis terræ eidem mansuræ adjacentibus; ipsum & suos hæredes solum & quietum ab omni seculari servicio, & de omnibus consuetudinibus; quæ pertinent me Undredo Rapindone; & nominatim de placitis de *Halemot*, & de omnibus quærelis & occasionibus; ita quod quietè & liberè possideant imperpetuum: Et præcipuè sit Regi quietus de Tolneio & Pannagio, & omni consuetudine imperpetuum. Concedo etiam eidem præfatæ Ecclesiæ, terram & servicium *Nicholai* Armigeri patris nostri, in bosco et in plano, in rivis et in pascuis; in foro et extra; et viis et semitis liberè et quietè, sicut unquam melius vel quietius ante eum tenuit. Insuper ad honorem Dei et supradictæ Ecclesiæ, concedo eis eorum Curiam, tam plenariam quàm habeo meam in *Rapindonâ*, cum *Tol* et *Tem*, et *Infaggenthef*, cum omnibus consuetudinibus, quas ego vel aliquis antecessorum meorum, melius et plenarius eis concedere potuit. Et volo et præcipio, quod teneant liberè et honorificè, et quietè, in bosco et in plano; in pratis et aquis; et viis et semitis; in foro et in mercato; in molendinis et in omnibus locis et omnibus rebus: Et nominatim volo, quod de bosco meo habeant copiam ad omnia sua ædificia, et ad ignem. Has autem possessiones et præscriptas libertates præfati Canonici habeant liberè et quietè, sicut Cartæ patris mei testantur. Testibus *Radulfo* de *Meidinwarin*; *Alfredo de Cumbrai*; *Alfredo* de *Suleini*; *Ric.* de *Luvetot*; *Rogero* de *Livet*; *Giliberto* filio *Pigot*, *Roberto* filio *Giliberti*; *Willielmo* Clerico de *Barvâ*; *Bortramo* Camerario *Sewalo*; *Alexando* fratre ejus; *Radulfo* de *Brichesshard*; *Roberto Pincernâ*; *Willielmo* Clerico *Barba Aprilis* apud *Barvam*.

O HOSPI-

HOSPITALE

de Arundell *in Comitatu* Sussexiæ.

Licentia regia concessa Ricardo *Comiti* Arundeliæ *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 18 R. 2. p. 2. m. 17.

EX omnibus ad quos, *&c.* salutem. Licet, *&c.* de gratiâ tamen nostrâ speciali, & pro xx *fol.* quos *Ricardus* Comes *Arundell* nobis solvit in hanaperio nostro, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem Comiti quod ipse quatuor Messuagia et duo tofta cum pertinentiis in Arundell, quæ de nobis tenentur in burgagio, dare possit et assignare Magistro et Capellanis Collegii Sanctæ *Trinitatis* Arundell; habenda et tenenda eisdem Magistro et Capellanis et successoribus suis, pro quodam Hospitali, sive quodam manso vocato *Meysendewe* in honore S. *Trinitatis*, pro inhabitatione pauperum ibidem de novo construendo et fundando; ac quædam pietatis opera juxta ordinationem ipsius Comitis in hac parte faciendam, supportanda imperpetuum, *&c.* *T.* custode apud *Westm.* xvii°. *Martii.*

Ordinatio Hospitalis fundati in vico de Fossegate Eborum *in honore Domini nostri* Jesu Christi.

Ex Registro nuncup. *Thoresby* penès Archiep. *Ebor.* f. 169.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, *&c.* *Johannes* permissione divinâ *Eborum* Archiep. *Angliæ* Primas & Apost. sedis Legatus salutem in sinceris amplexibus Salvatoris, *&c.* Nos autem *Johannes* Archiep. *&c.* invocataque spiritus sancti gratiâ, ad ordinationem nostram procedimus in hunc modum. Imprimis ordinamus, statuimus, & decernimus, quod in Vico de Fossegate sit perpetuo unum hospitale fundatum in honore Domini nostri *Jesu Christi* & Beatæ *Mariæ* Virginis. Item volumus & ordinamus quod in dicto Hospitali sit Capellanus providus ydoneus, & boni testimonii qui Curam, administrationem, & gubernationem habeat dicti Hospitalis; reddituum, proventuum, & bonorum præsentium & futurorum ad dictum Hospitale pertinentium. Qui sciat, velit, & valeat dictum Hospitale, bona ejusdem, ac jura utiliter regere; Et ipsius proventus, & redditus in personarum Pauperum ac miserabilium usum fideliter dispensare. Et quem in usus alios quam infrascriptos bona prædicta convertere præsumptio verisimilis non existit. Qui Magister seu Custos dicti Hospitalis nuncupetur, Qui quidem Capellanus nobis & successoribus nostris, sede Archiepiscopali plenâ, & eâ vacante, Decano & Capitulo Ecclesiæ *Eborum*, & absente Decano Capitulo ejusdem hac primâ vice, ac etiam quotiescunque & quicunque dictum Hospitale per mortem, cessionem, privationem seu alio quovismodo vacaverit, per dictum Magistrum *Johannem* de *Roucliff* & hæredes suos infra unius mensis spacium à tempore notæ hujus vacacationis, in loco præsentetur per nos & successores nostros sede plenâ, & eâ vacante per Decanum & Capitulum, & Decano absente, per Capitulum admittendus ad dictum Hospitale, & instituendus in eo, ac in ipsius possessionem corporaliter inducendus. Et si præfatus Magister *Johannes* aut hæredes sui, infra hujus mensem Capellanum ydoneum, ut præmittitur, præsentare distulerint, præsentatio dicti Capellani eâ vice, infra mensem alium dictum mensem immediate sequentem, ad Majorem Civitatis *Eborum* qui pro tempore erit, devolvatur. Quod si per illum mensem negligens fuerit, tunc ad Officialem Curiæ *Eborum*, qui pro tempore fuerit, devolvatur. Quod si dictus Officialis, infra alium Mensem duos primos Menses immediatè sequentem Capellanum ydoneum non præsentaverit, tunc liceat nobis & successoribus nostris sede plenâ, & eâ vacante, Decano & Capitulo *Eborum* Ecclesiæ, *&c.* Decano absente Capitulo ejusdem Ecclesiæ Capellano ydoneo curam & administrationem dicti Hospitalis committere, & eidem dictum Hospitale eâ vice conferre potestatem præsentandi, Ut præmittitur, ad dictum Hospitale cum illud vacaverit, eidem Magistro *Johanni* de *Roucliff* & suis hæredibus semper salva. Volumus insuper & ordinamus, quod Custos quilibet dicti Hospitalis in admissione suâ, *&c.* juramentum corporale præstet, Quod ipse utilia dicti Hospitalis pro viribus faciet & inutilia preventat ipsius; res, & bona ad commodum & utilitatem ipsius bonâ fide custodiet, salvabit, & fideliter dispensabit; de ipsius rebus & bonis inventarium conficiet; & deputando à nobis seu successoribus nostris, sede plenâ; & eâ vacante à Decano & Capitulo *Eborum* Ecclesiæ & Decano absente à Capitulo, vel coram Officiali Curiæ *Eborum* in eventu quo nullus ad hoc ut præmittitur spiritualiter deputatus præsens fuerit in Civitate, *Eborum* fidele reddet, cum residuorum designationes infra mensem Festum Pentecosten proximum sequentem, annis singulis, rationem ille quod in ipso Hospitali continuè & personaliter residebit; quod si in institutionem seu collationem hujus omissum fuerit, hujus juramentum, ipsas institutionem & collationem, & omnia inde secula carere decernimus cum robore firmitatis: Si autem per compotum seu ratiocinationem hujus, aut alios probabiles legitimas appareat ipsum Custodem bona ejusdem Hospitalis dilapidasse, aut jura ipsius indebite alienasse, domos & ædificia ipsius ruinis deformari permisisse, proventus ipsius ultra summam inferiùs designatam in usus suos convertisse, seu aliam negligentiam, seu dampnabilitatem in suâ administratione versasse nisi infra mensem dictum compotum immediate sequentem consumpta, alienata, deperdita, *&c.* in statum debitum reduci faciat ac ipsum

Hospitale

Hoſpitale in omnibus competenter & ſalubriter reformet; abſque ſtrepitu & figurâ judicii ſimpliciter & de plano, à dicto Hoſpitali amoveatur, & privetur, eodem aliuſque ydoneus loco ſuo, ut præmittetur, ſubrogetur. Et ſi laboret ſuſpicio contra eum, poſt Compotum auditum, niſi ydoneo caveat dum pendet proceſſus ſuper amotionem ipſius, ab adminiſtratione temporalium, ſuſpendatur. Item volumus & ordinamus, quod in dicto Hoſpitali ſint treſdecim pauperes & debiles perſonæ continuè & perſonaliter commorantes, & duo Pauperes Clerici, ſcolas exercentes, ad aſſumptionem & electionem ipſius Cuſtodis, quorum quilibet capiat à dicto Cuſtode quatuor denarios argenti ſingulis ſeptimanis. Præcipimus autem Cuſtodibus qui pro tempore erunt, & ſub obteſtatione Domini Judicis ipſorum conſcientiæ oneramus, quod in aſſumptione Pauperum hujus poſt poſitò omni partialitatis, & carnalitatis affectu, ſequantur pietatis æquitatem & judicium rationis; item ſi contingat aliquos de fratribus vel ſororibus aut benefactoribus dicti Hoſpitalis ad inopiam vergere, ac tempore congruo perierunt locum alicujus pauperis vacantem in dicto Hoſpitali, quod cæteris præferatur. Item ſtatuimus & ordinamus, quod Magiſter ſive Cuſtos prædictus habeat de bonis dicti Hoſpitalis ad victum & ſuſtentationem ſuam decem marcas annuatim; quam ſummam pro ſuſtentatione ſuâ ſufficientem & congruam arbitramur, nec liceat ſibi ultra dictam ſummam de bonis dicti Hoſpitalis in uſus ſuos convertere, ſeu aliquatenus applicare, ſed quod reſiduum fuerit ultra dictam ſummam Pauperibus, & præmittitur erogandam ad emptionem reddituum, & augmentandos proventus ipſius Hoſpitalis fideliter obſervetur. Et cum redditus dicti Hoſpitalis ſic excreverit, quod ſi extendat ad ſex mercas ultra onera ſuperiùs recitata; volumus & ordinamus, quod dictus Cuſtos unum alium Capellanum ydoneum ſibi per dictum Magiſtrum *Johannem* de *Roucliffe* & hæredes ſuos nominandum aſſumere teneatur, qui ſex marcas Argenti de proventibus ipſius Hoſpitalis à dicto cuſtode ad ſuſtentationem ſuam recipiat annuatim ad quatuor anni terminos per equales portiones; *viz.* ad Feſta *Omnium Sanctorum*, *Purif. B. Mariæ* Virginis, Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*, & ad *Vincula Sancti Petri*. Qui quidem Capellanus unacum dicto Cuſtode, infra dictum Hoſpitale continuam & corporalem & perſonalem reſidentiam facere teneatur, qui in aſſumptione ſuâ coram dicto Cuſtode juret, præſentem ordinationem noſtram quatenus eum concernit in omnibus adimplere. Item ſi contingat extunc ipſum Hoſpitale in redditibus & proventibus augmentari, Volumus & ordinamus, quod numerus Pauperum augeatur juxta proventuum quantitatem. Item volumus quod dicti Cuſtos & Capellanus aſſumendus ſingulis diebus dicant ſuffragia defunctorum, & ſingulis ſeptimanis ter ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, cum Letania. Item ſingulis diebus quatenus ſalva debitâ devotione poſſint infra dictum Hoſpitale Miſſas celebrent pro ſalubri ſtatu Sereniſſimi Principis Dom. noſtri Dom. *Edwardi* Regis *Angliæ* & *Franciæ* illuſtris, noſtri præfati *Johannis* de *Raucliff*, dum viximus, Majoris Civitatis *Eborum*, & Officialis Curiæ *Eborum* qui pro tempore erunt, fratrum, ſororum, & benefactorum dicti Hoſpitalis, ac Pauperum in eo degencium: Necnon pro animabus claræ memoriæ *Philippæ* nuper Reginæ *Angliæ* præfati Domini noſtri Regis, & noſtri, & dicti *Johannis* de *Roucliff* cum ab hac luce migraverimus, ac animabus Majorum Civitatis *Eborum* Officialium *Eborum*, fratrum, ſororum, pauperum, & benefactorum dicti Hoſpitalis, & omnium fidelium defunctorum. Item volumus quod ſi dictus Cuſtos vel Capellanus, ut præmittitur aſſumendus, ſecunda vice pro incontinentiâ vel alio crimine notabili convincatur, quod ſic convictus à dicto Hoſpitali ſimpliciter & de plano amoveatur, & loco amoti illius honeſtus & ydoneus ſubrogetur. In quorum omnium teſtimonium has literas noſtras Patentes Sigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Datum apud Thorpe juxta *Eborum* xxvij. die menſis *Auguſti* Anno Domini M. CCC. lxxiij. & noſtræ tranſlationis xxi.

HOSPITALE

Ricardi Whitington *infra Civitatem* Londoniarum.

Carta fundationis ejuſdem per Executores dicti Ricardi.

Pat. 10 H. 6. part. 2. m. 5. per Inſpex.

Mnibus Chriſti fidelibus præſentium continentiam viſuris vel audituris, *Johannes Coventre*, *Johannes Carpenter* & *Willielmus Grove* Executores Teſtamenti bonæ memoriæ *Ricardi Whitington* nuper Civis & Merceri Civitatis *London.* ac pluries Majoris ejuſdem Civitatis ſalutem & gaudium conſequi ſempiternum. Viri providi & devoti fervens debet eſſe deſiderium, & cura ſollicita, labilis vitæ ſuæ ſtatum & terminum cum operibus miſericordiæ prævenire; & præſertim perſonis illis miſerabilibus providere, quibus penuria paupertatis inſultat, ac facultas artificio ſeu labore alio corporeo vitæ neceſſaria quærere dinoſcitur interdicta, ut in die tremendi judicii portionem accipiat cum ſalvandis. Quod devotè conſiderans venerabilis Mercator *Ricardus Whityngton* antedictus, cujus manus dum vixerat ad egenos & pauperos liberaliter & largiter ſunt extenſæ, de domo quadam *Elemoſinæ* pro ſuſtentatione perpetuâ pauperum hujuſmodi, poſt ipſius obitum ordinanda, nos Executores ſuos prædictos in

lecto transmigrationis suæ districtius oneravit, suam nobis in hac parte voluntatem plenius dedurando. Nos verò voluntatem ipsius tam piam, tamque salutiferam adimplere volentes, pro viribus, ut tenemur, fundato prius per nos auctoritate sufficienti in Ecclesiâ S. *Michaelis* de *Riolâ London.* ubi præfatus *Ricardus* & domina *Alicia* consors sua ecclesiasticam sortiuntur sepulturam, quodam laudabili Collegio de certis Presbyteris & Clericis, divina cotidie pro dictis *Ricardo* & *Alicia* celebrandis: Fundavimus etiam juxta voluntatem supradictam unam domum Elemosinæ pro tresdecem pauperibus successivis temporibus imperpetuam moraturis & sustentaturis in eadem situatam & ædificatam super quodam solo quod propter hoc nuper emimus in Parochiâ S. *Machaelis* antedicti; scilicet inter dictam Ecclesiam & murum includentem vacuum locum retro summum Altare ejusdem Ecclesiæ ex parte australi, & magnum tenementum nostrum quod nuper fuit Hospicium præfati *Ricardi Whityngton* ex parte boreali: Et extendit se à manso Magistri & Capellanorum dicti Collegii, quod nuper etiam de novo ædificari fecimus ex parte orientali, usque ad quandam vacuam placeam terræ nostræ, quam intendimus legitimè deo dante in Cimiterium Ecclesiæ prædictæ facere dedicari infra Breve ex parte occidentali.

Ad quorum quidem domus & pauperum fundationem, ordinationem, & stabilitorem ulteriores, pleniores & clariores, Dei patris potentiâ, Dei filii sapientiâ, & Spiritus Sancti clementiâ per nos primitus invocatis, procedimus in hunc modum;

Inprimis, de licentiâ, concessione, & auctoritate, tam Serenissimi Principis & domini domini *Henrici* Sexti, Regis *Angliæ* & *Franciæ* moderni, quàm reverendissimi in Christo patris & domini, domini *Henrici* permissione divinâ *Cantuariensis* Archiepiscopi, totius *Angliæ* Primatis, & Apostolicæ Sedis Legati, de cujus jurisdictione immediatâ sunt Ecclesia & Parochia supradictæ; nec non omnium & singulorum aliorum quorum interest in hac parte consensu pariter & assensu requisitis & præhabitis; volumus & ordinamus, quod extunc sint, erunt, & esse debeant imperpetuum in domo prædictâ commorantes & sustentati tresdecem pauperes, unius vel utriusque sexus, juxta sanas discretiones & bonas conscientias subscriptorum superviforum, & conservatorum ejusdem domus providendi & admittendi, qui pro vivis & defunctis infrascriptis, singulis diebus, cum facultas & opportunitas se obtulerint deprecabuntur & exorabunt imperpetuum. Quorum quidem pauperum unum semper principalem, qui cæteros in potestate & reverentiâ præcellat esse volumus & Tutorem nuncupari: ad cujus officium pertinebunt bona præfatæ domus quæ ad manus suas devenerint bene & fideliter ministrare, dispersa congregare, congregata servare, & totam yconomiam ipsius domus, in quanto bene poterit supervidere, disponere, vel ordinare; caritatem & pacem inter socios suos ædificare pariter & fovere, nec non exempla mundiciæ, & aliarum virtutum in opere & sermone summo studio exhibere.

Cui quidem Tutori volumus & statuimus, quod pauperes præfatæ domus præsentes & futuri in omnibus quæ tangunt honestates suas, vel honestatem aut utilitatem ipsius domus obediant pariter & intendant, prout decet.

Volentes quoque domui prædictæ de pauperibus hujusmodi, juxta formam fundationis suæ ordinationis nostræ præcedentis certitudinaliter providere, tresdecem egenos & devotos pauperes, ydoneos & honestos, ac multiplici virtute redimitos jam primo posuimus & constituimus in eadem; de quibus unum *Robertum Chesterton* vulgariter nuncupatum, quem ad hæc magis aptum & ydoneum reputavimus, in hoc casu, præficimus & reputavimus, prout sic præficimus & deputamus in Tutorem pauperum & Domus Elemosinæ prædictorum.

Ipsam namque domum Elemosinæ sic per nos fundatam, & de novo nuper ædificatam, simul-cum liberis introibus & exitibus ad eandem, per altum vicum & Ecclesiam ibidem, ac luminaribus, fenestris, gutteris, stillicidiis, caminis, latrinis, fonte, necnon omnibus & singulis aliis pertinentiis commoditatibus & aisiamentis quibuscunque, adeo planè & integrè sicut habentur & ædificantur de præsenti, quatiquam aperta sint in magnum tenementum nostrum, quod nuper fuit hospicium dicti *Ricardi Whityngton*, vel qualitercunque ædificentur aut jaceant super aliquâ parte ejusdem, damus, concedimus, & tenore præsentium, virtute licentiæ dicti domini Regis assignamus præfatis Tutori & pauperibus ejusdem domus; habendum & tenendum totam prædictam domum Elemosinæ, cum dictis liberis introitibus & exitibus ad eandem, ac luminaribus, fenestris, gutteris, stillicidiis, caminis, latrinis, fonte; necnon omnibus & singulis aliis pertinentiis, commoditatibus & aisiamentis quibuscunque ut præmittitur, præfatis Tutori & pauperibus, & eorum successoribus, pro morâ & inhabitatione suâ imperpetuum absque impetitione vel occasione nostri, hæredum aut assignatorum nostrorum quorumcunque, de capitalibus dominis feodi illius, per servicia inde debita & de jure consueta: volentes & statuentes, quod domus illa *Domus Dei*, sive *Domus Elemosinæ*, vel *Hospitale Ricardi Whityngton* perpetualiter nuncupetur: Et quod iidem *Ricardus* & *Alicia* uxor sua, veri & præcipui fundatores ejusdem Domus & Hospitalis ab omnibus censeantur & reputentur imperpetuum.

Volumus insuper & ordinamus, quod Major Civitatis *London.* qui nunc est; & omnes successores sui Majores sive Custodes dictæ Civitatis, superviſores domus prædictæ: Et quod Custodes Communitatis Misteræ Mercerïæ *London*, qui nunc sunt, & omnes successores sui Custodes ejusdem Misteræ, Conservatores præfatæ domus sint & vocentur imperpetuum.

Item

Item ſtatuimus & ordinamus, quod quilibet ipſorum nunc Tutoris & pauperum & ſucceſſorum ſuorum habeat unum locum per ſe infra dictam domum Elemoſinæ; ſcil. unam cellam ſive domunculam, cum camino, latrinâ & aliis neceſſariis, in quâ levare debeat & cubare, ac ſolus divinæ contemplationi vacare poſſit ſi voluerit.

Et volumus, quod iidem nunc Tutor & pauperes ac ſucceſſores ſui, dum fuerint in prædictis locis, domunculis ſive cellis ſuis, necnon in Clauſtris, & cæteris partibus ipſius Domus Elemoſinæ, quietè & pacificè ſine ſtrepitu vel turbatione ſociorum ſuorum ſe teneant & converſentur, orationibus, lectionibus, ſive manuum ſuarum laboribus, aut aliis honeſtis occupationibus inſiſtentes.

Item ſtatuimus, quod ſinguli Tutores domus prædictæ, infra menſem à tempore adminiſtrationis ipſius Domus aſſumpte, aſſociatis ſibi duobus de diſcretionibus ſociis ejuſdem domus, ad denominationem conſervatorum aſſignandis, plenum & fidele facient Inventarium de omnibus communibus bonis mobilibus ipſius domus; confectumque ſic Inventarium abſque morâ conſervatoribus & ſociis dictæ domus exhibeant & demonſtrent: In fine verò ſingulorum annorum vel poſtquam ceſſaverint ab officio, conſimili modo faciant, & de toto adminiſtrationis ſuæ tempore juſtam reddant rationem, coram ſuperviſore vel aliquo conſervatorum & ſociis dictæ domus pro tempore exiſtentibus, ut ſic conſtare poſſit univerſis quo ſtatu Tutores hujuſmodi domum prædictam ſuſceperint, ſervaverint, & dimiſerint.

Statuimus etiam & ordinamus, quod ſemper, de cætero, infra viginti dies immediatè proximos, poſtquam ipſa domus Elemoſinæ per mortem, ceſſionem, vel quovis alio modo ſit Tutoris officio vel regimine vacans aut deſtituta; unus de prædictâ domo ad hoc aptus & idoneus, vel aliunde ſi talis in ipsâ protunc non reperiatur per nos quamdiu vixerimus, & illum noſtrum qui diutius vixerit; ac poſt deceſſum noſtrum per conſervatores domus prædictæ, ſcil. Cuſtodes Miſteræ Merceriæ *London.* qui pro tempore fuerint, in Tutorem ejuſdem domus eligatur, præficiatur & deputetur. Si verò præfati conſervatores poſt deceſſum noſtrum Tutorem hujuſmodi, infra dictos viginti dies, eis ut præmittitur limitatos eligere, perficere & deputare neglexerint informâ ſupradictâ; tunc volumus & ordinamus; quod, lapſis ſemper viginti diebus illis, electio, præfectio, & deputatio de Tutore hujuſmodi ad ſuperviſorum domus prædictæ; ſcil. Majorem vel Cuſtodem *London*, qui pro tempore fuerit, ipſis vicibus & caſibus tantummodo ſpectet, pertineat & divolvatur. Proviſo ſemper, quod per hæc nullum quoad alias electiones, præfectiones, & deputationes hujuſmodi Tutorum extunc proximè ſequentes, dictis conſervatoribus præjudicium in aliquo generetur.

Proviſionem autem & ſubſtitutionem cæterorum pauperum præfatæ domus, ad ſingula loca ejuſdem, quotienſcunque, quandocunque vel qualitercunque de cætero vacaverint faciendas, nobis quoad vixerimus, & illi noſtrum qui diutius vixerit ſpecialiter reſervamus.

Poſt deceſſum verò noſtrum volumus & ſtatuimus, quod proviſio & ſubſtitutio hujuſmodi ad dictos conſervatores & Magiſtrum Collegii ſupradicti, & ſucceſſores ſuos hinc & inde imperpetuum ſpectent & pertineant ſub hac formâ; viz. quod Magiſter dicti Collegii, unâ & primâ vice vacationis hujuſmodi loci, poſt mortem noſtram, unum pauperum ydoneum ad eundem locum ſic vacantem providebit & ſubſtituet. Conſervatores verò præfatæ domus ſex aliis vicibus vacationum locorum hujuſmodi tunc proximis & immediatè ſequentibus, ſex alios pauperes ad eadem loca ſic vacantia ſimiliter providebunt & ſubſtituent. Et extunc tertium una vice ad Magiſtrum dicti Collegii, & ſubſequentur ſex aliis vicibus ſucceſſivis ad conſervatores prædictos proviſio & ſubſtitutio hujuſmodi ſpectabunt & pertinebunt. Et ſic ſemper deinceps juxta hunc ordinem volumus quod fiat per & inter dictos Magiſtrum & conſervatores, & ſucceſſores ſuos in vacationibus hujuſmodi locorum cum acciderint, loco ſemper & officio Tutoris duntaxat exceptis.

Et ne locus alicujus talis pauperis domus prædictæ diu vacet, quod abſit, ſtatuimus & ordinamus, quod ſemper infra quindecem dies à tempore quo nota fuerit communiter vacatio loci hujuſmodi, ille vel illi ad quem vel quos, poſt obitum noſtrum, juxta ordinem præſcriptum proviſio & ſubſtitutio inde pertinent, vel pertinebunt, ut præmittitur, eâ vice vacationis teneatur ſive teneantur aliquem ydoneum pauperem ad eundem locum ſic protunc vacantem providere & ſubſtituere. Si verò dictus Magiſter pro vice ſuâ, aut præfati conſervatores pro vicibus ſuis aliquo tempore futuro, infra dictos quindecem dies, ut præmittitur limitatos, defecerint de proviſione & ſubſtitutione hujuſmodi faciendis; tunc volumus & ordinamus, quod ſingulis temporibus & vicibus defectum illorum proviſio & ſubſtitutio pauperum ad hujuſmodi loca ſic vacantia ſuperviſori domus prædictæ, qui pro tempore fuerit ſint totiens quotiens devolutæ. Salvis ſemper & reſervatis dictis Magiſtro & conſervatoribus ac ſucceſſoribus ſuis juribus eorum de proviſione & ſubſtitutione hujuſmodi aliis vicibus & vacationibus extunc ſequentibus faciendis, juxta ordinationem & ordinem ſupradictos.

Pauperem verò quemlibet ad domum ipſam, vel aliquem locum in eadem providendum ſubſtituendum, & admittendum, talem eſſe volumus; viz. humilem ſpiritu, & bonis temporalibus unde competentur vivere poſſit alibi deſtitutum, caſtum in corpore, & bonæ converſationis reputatum; illos ergo ad quos ex noſtrâ ordinatione præſenti, poſt mortem noſtram pertinebit ad domum prædictam, vel ad aliquem locum in eadem de quocunque paupere providere, rogamus & obſecramus humiliter

militer & devotè, & eos quatenus cum reverentiâ possumus oneramus, coram deo, sicut in tremendo judicio voluerint respondere, quod omni affectione inordinatâ, ac precis & pretii corruptione cessantibus, nullos præter ydoneos & devotos pauperes ad loca prædicta, cum vacaverint, ut præmittitur provideant, aut substituant quoquo modo.

Prohibemus itaque & statuimus, quod nullus qui fuerit de liberatâ prædictæ Misteriæ Merceriæ; vel de liberatâ alicujus alterius Misteræ dictæ Civitatis, quem Custodes & Communitates earundem Misterarum invenire deberent cum terris & tenementis eis licentiâ regiâ vel alio modo quocunque ad sustentationem hujusmodi pauperum de prædictis liberatis datis aut legatis, in socium ipsius domus aliqualiter provideatur per conservatores antedictos, vel admittatur in eandem: quod si secùs fieri contingat, tunc volumus & ordinamus quod provisio & admissio hujusmodi omnino sint invalidæ: Et quod extunc bene liceat Majori sive Custodi Civitatis *London*, supervisori domus prædictæ, qui pro tempore fuerit, provisum & admissum hujusmodi totiens quotiens hoc acciderit, de domo prædictâ totaliter expellere & amovere; aliumque pauperem loco ipsius amoti providere & substituere in eadem.

Nostræ tamen intentionis existit, & sic statuimus de cætero firmiter observari, quod pauperes Cives *London*, & præcipuè pauperes debiles dictæ Misteræ Merceræ, qui de liberatâ ejusdem minimè fuerint, & quos communitas ipsius Misteræ invenire non tenetur, necnon pauperes & impotentes Clerici ac inferiores Ministri Collegii supradicti, qui laudabiliter & honestè deo diu servierint in eodem, in socios domus Elemosinæ prædictæ præ cæteris cum loca vacaverint provideantur & substituantur.

Tutor quoque præfatæ domus, qui nunc est, & successores sui Tutores ibidem, pauperes quoscunque idoneos, modis & formis antedictis, provisos & substitutos ad singula loca dictæ domus cum vacaverint, post certum tempus probationis & examinationis ydonietatum & conversationum eorundem pauperum, secundùm arbitrium dictorum conservatorum limitandorum, si reperti fuerint ydonei, auctoritate præsentium admittere teneantur.

Præterea statuimus & ordinamus, quod præfati nunc Tutor, & pauperes, ac successores sui imperpetuum, pacificè teneant & habeant, ac tenere possint & habere, sine molestatione vel impedimento cujuscunque omnia illa sedilia quæ pro eis ordinavimus in Ecclesiâ & Collegio supradictis. In quo quidem Collegio sive Ecclesiâ volumus quod iidem Tutor & pauperes singulis diebus teneantur interesse ad audiendum *Mattutinas*, *Missas*, *Vesperas*, *Completorium* & alias horas Canonicas inibi celebrandas; & ad orationes suas ibidem altissimo profundendas pro vivis & defunctis infrascriptis, scil. primo & principaliter pro animalibus dictorum *Ricardi Whityngton* & *Aliciæ* fundatorum suorum: Et deinde pro animabus Domini *Willielmi Whityngton* Militi, & Dominæ *Johannæ* consortis suæ; ac Domini *Ivonis Fitzwaryn*, & Dominæ *Matildis* consortis suæ, parentum eorundem *Ricardi Whityngton* & *Aliciæ*. Subsequenterque pro animabus serenissimorum principum *Ricardi* secundi nuper Regis *Angliæ*, & *Thomæ* de *Wodestoke* nuper Ducis *Glouceſtriæ* specialium dominorum & promotorum ipsius *Ricardi Whityngton*; *Annæ* quoque & *Alianoræ* eorundem Regis & Ducis conthoralium: pro salubri insuper statu prædictorum dominorum nostrorum Regis & Archiepiscopi modernorum, ac conservatorum & benefactorum ipsius domus dum vixerint; & bono statu nostro dum vixerimus; animabus quoque suis & nostris cum migraverint & migraverimus ab hac luce: Et generaliter pro omnibus illis quibus iidem *Ricardus Whityngton* & *Alicia* quomodolibet tenebantur, in vitâ pariter & morte, & pro animabus omnium fidelium defunctorum.

Statuimus insuper quod quilibet dictorum nunc Tutoris & pauperum, ac successorum suorum singulis diebus primò cum surrexerit de cubili; & secundo cum transierit ad dormitum, dicat flexis genibus *Pater noster* & *Ave*, cum speciali & mentali recommendatione dictorum *Ricardi Whityngton* & *Aliciæ* Deo & beatæ *Mariæ* virgine faciendâ. Et etiam quod quilibet ipsorum Tutoris & pauperum reliquis temporibus dierum illorum, quando melius aut commodius vacare poterit seu viderit faciendum, dicat pro statu & animabus omnibus supradictis tria vel duo psalteria ad minus gloriosæ virginis *Mariæ*; scil. ter quinquaginta salutationes Angelicas, cum quindecim orationibus dominicis, & tribus symbolis fidei, nisi debilitate, vel aliâ causâ legitimâ seu rationabili fuerit impeditus.

Item volumus & ordinamus, quod dicti nunc Tutor & pauperes, & omnes successores sui qualibet die, si benè possint, semel scil. ad minus post altam Missam, vel completorium finitum adinvicem conveniant in Collegio prædicto circa Tumulum præfatorum *Ricardi Whityngton* & *Aliciæ*, & dicant ibidem ad invicem qui sciverint pro animâbus eorundem *Ricardi* & *Aliciæ*, ac animabus omnium fidelium defunctorum Psalmum de profundis cum versiculis Oratione pro defunctis consuetis. Et qui nesciverint dicant devotè pro eisdem animabus tres Orationes dominicas, cum totidem salutationibus Angelicis & Symbolo fidei; quibus peractis Tutor, vel unus seniorum ipsorum pauperum apertè dicat in Anglico, *God have mercy on our Founders Souls, and all Christen.* Et respondeant cæteri pauperes circumstantes *Amen.*

Volumus etiam & ordinamus quod præfati nunc Tutor & pauperes, ac successores sui omnes & singuli teneantur communiter seu continuè residere infra prædictam domum Elemosinæ & scepta ejusdem, sicut alii pauperes hujusmodi in consimilibus domibus Elemosinæ vel Hospitalibus communiter residunt seu tenentur residere. Et quod singulis diebus, tam in prandio quàm in cœna reficiantur & epulentur

tur infra eandem domum, niſi rationabili causâ fuerint impediti. Et quod à verbis vanis & otioſis, dum in mensâ fuerint ſe abſtineant; ac ad honeſta vel utilia, ſi loqui voluerint ſe divertant.

Indumenta quoque ſuperiora Tutoris & pauperum domus antedictæ ſint de honeſtâ formâ, & obſcuro colore, ac panno lenis precii, ſtatui ſuo concordanti.

Volumus ulterius & ordinamus, quod nec præfatus nunc Tutor, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum Tutorum dictæ domus, ullo modo ſe abſentet in futurum à domo prædictâ per duodecim dies in anno continuè vel interpolatè numerandos, abſque licentiâ noſtrâ, vel alicujus noſtrum, dum vixerimus, vel ſuperviſoris, ſeu alicujus conſervatorum ejuſdem domus poſt deceſſum noſtrum. Et extunc in locis & ex cauſis duntaxat honeſtis. Nec quod aliquis aliorum pauperum præfatæ domus ullo modo ſe abſentet ab eadem per unum diem integrum; vel extra ſcepta dictæ parochiæ ſe tranferat ſine licentiâ Tutoris ipſius domus pro tempore exiſtentis, ſi præſens fuerit, vel deputati ſui eo abſente, niſi major neceſſitas exigerit, vel alia cauſa rationabilis, per eundem authorem & deputatum ſuum approbanda ſubfuerit.

Et volumus quod Tutor ipſius domus qui pro tempore fuerit, cum exierit, ſcepta dictæ parochiæ, in villam vel extra villam unum de conſociis ſuis ſuum conſtituat deputatum, qui vices ſuas in præmiſſis & aliis donec revenerit exequatur.

Statuimus inſuper & ordinamus, quod infirmis, debilibus & impatentibus, ſociis dictæ domus cotidie, ſeu conſocios ejuſdem ſanos & potentes, & hoc fœminii ſexus ſpecialiter, ſi qui fuerint in eadem diligentiſſimè ſuccurratur & miniſtretur in oportunis.

Ordinamus etiam & ſtatuimus, quod iidem Tutor & pauperes Ciſtam communem habeant, & Sigillum commune: in quâ Ciſtâ teneantur & reponantur ipſum Sigillum; necnon Cartæ, Literæ, Privilegia, ſcripturæ & Theſaurus dictæ domus, ac alia de quibus ipſi Tutori & pauperibus videbitur expedire: quæ Ciſta ponatur in ſecreto loco & tuto per eoſdem, infra ſcepta dictæ domus: Et ad ipſam Ciſtam ſint tres Claves diſſimiles, & diverſas habentes ſecuras: quarum unam habeat Tutor; & aliam ſenior ſocius, Tertiam vero unus de aliis ſociis dictæ domus, per nos dum vixerimus, & poſt deceſſum noſtrum per Cuſtodes Miſteræ prædictæ ſingulis annis eligendus.

Et quod nullus omnes tres claves prædictas, aut duas ſimul tenere præſumat; nec cum Sigillo communi prædicto, aliquod ſigillare niſi de licentia & conſenſu ſuperioris & conſervatorum ejuſdem domus pro tempore exiſtentium: Pecunia verò vel Theſaurus, qui ultra impenſas & expenſas domus redditus, ut præfertur per Tutorem annuali compoto ſuperfuerit; necnon & notabilia jocalia domus, quæ non ſunt codidianis uſibus applicanda, in dictâ Ciſtâ cum induſtria ſollicita reſerventur.

Statuimus etiam & ordinamus, quod nullus dictorum Tutoris & pauperum præſentium vel futurorum, bona præfatæ domus, aut aliquam partem eorundem inordinatè diſſipare, ſeu conſumere, dare vel imponerare præſumat quoviſmodo: Immo quod quilibet ipſorum ea conſervare, augmentare, vel meliorare ſtudeat toto poſſe, & cum deceſſerit bona ſua, vel notabilem partem eorundem eidem domui conferat ſeu relinquat.

Volumus namque ſtatuimus & ordinamus, quod Tutor & pauperes dictæ domus, & ſucceſſores ſui pro victu, veſtitu, & aliis neceſſaaiis ſuis certas penſiones ſive portiones ſingulis ſeptimanis imperpetuum, de redditibus, proventibus & bonis communibus ipſius domus habebunt & percipient in hac formâ; viz. Tutor qualibet ſeptimana xvi. *d.* & quilibet cæterorum duodecim pauperum qualibet ſeptimana quatuor denarios; unde volumus & ſtatuimus quod ſe teneant pro contentis; & alibi mendicare non præſumat, ſub pœna quæ contra incorrigibles inferiùs eſt ſtatuta.

Item volumus & ordinamus, quod nullus Leproſus, furioſus, vel alia infirmitate intollerabili detentus, admittatur in domum prædictam: quod ſi quis dictorum Tutoris pauperum, ac ſucceſſorum ſuorum poſt tempus admiſſionis ſuæ Leprâ fuerit infectus vel alia infirmitate intollerabili, à domo prædicta penitus amoveatur, neſocios ſuos inficiat ſuâ labe, vel ad horrorem provocet: & quod idem ſic amotus ad alium locum ubi recipi poterit ſe transferat & tranſferre oporteat omnino, ubi quamdiu vixerit volumus quod pro victu & veſtitu & aliis neceſſariis ſuis quatuordecem denarios recipiat qualibet ſeptimanâ, ut præmittiur; & quod de domo & numero dictorum treſdecem pauperum ſemper durante vitâ ſuâ computetur.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod in caſu quo aliquis pauperum dictæ domus poſt admiſſionem ſuam in eandem ad victum quinque marcarum per annum de claro contigerit jure hæreditatis vel aliter augmentari ſeu promoveri; quod extunc ipſe pauper ſic augmentatus vel promotus, eo ipſo ab ipſâ domo ſit àmotus & expulſus; & alius pauper ibidem provideatur & ſubſtituatur pro eodem.

Item volumus & ordinamus, quod ſi quis pauper prædictæ domus, de cætero ad victum ſuum infra ſummam quinque marcarum annuarum poſt admiſſionem ipſius caſualiter, ut præfertur, in redditibus ſeu proventibus temporaliter augmentetur, extunc medietas ſummæ hujuſmodi abſque dolo & fraude in communi Ciſtâ dictæ domus ponatur; & ad commune commodum ejuſdem domus convertatur: Et pauper ſic augmentatus aliam medietatem inde, unacum portione pauperis ſibi priùs aſſignatâ ibidem habeat & contentetur de eadem; alioquin pauper ipſe qui præſentem ordinationem contravenerit à domo prædictâ pœnitùs evellatur, & alius in locum ſuum provideatur & deputetur.

Volumus inſuper & ordinamus, quod omnia ſtatuta rationi conſona & præſentibus minimè repugnantia, quæ pro bono dictæ domus

aut

aut ſtatu pauperum ejuſdem per conſervatores dictæ domus, poſt deceſſum noſtrum, ex aſſenſu ſuperviſoris ejuſdem domus fient & ſtatuentur, debeant ab ipſis Tutore & pauperibus, ac ſucceſſoribus ſuis firmiter obſervari; ita ſemper quod ambiguum & obſcurum, necnon briga, ſi quæ ſuper hujuſmodi ſtatutis oriantur per ſuperviſorem ejuſdem domus; ſcil. Majorem vel Cuſtodem Civitatis *London*, qui pro tempore fuerit declarentur, corrigantur, & reformentur.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod nullus pauperum dictæ domus, Tutore inferior, in Civitate aut Suburbiis *London*, extra domum prædictam pernoctet abſque causâ rationabili judicio dicti Tutoris approbanda. Nullus etiam eorum ſit incontinens, ſeu communiter ebrioſus, guloſus, vel brigoſus inter ſocios; nec frequentator Tabernarum aut congregationum, vel ſpectaculorum illicitorum, ſeu in dictâ Civitate vel Suburbiis, de die aut de nocte nullum vagans ſine causâ rationabili, judicio Tutoris vel conſervatorum ipſius domus diſcutienda. Quodque ſi quis eorum de præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum aut de viciis vel exceſſibus hiis ſimilibus notoriè denotatus exiſtat, per monitionem debitam ſibi per Tutorem, vel aliquem ſociorum ſuorum ſemel vel bis faciendam corripiatur, ſeu per ſubtractionem portionis ſuæ, majus vel minus, juxta diſcretionem dicti Tutoris limitandæ, & communi Ciſtæ dictæ domus applicandæ, aut alias pœnas competentes ſibi per ipſum Tutorem imponendas arbitrare puniatur. Et ſi aliquis dictorum pauperum ſic monitus, ſeu punitus in aliquibus caſuum prædictorum, vel aliis conſimilibus tertio culpabilis reperiatur, & inde coram nobis dum vixerimus, ſeu poſt deceſſum noſtrum coram Tutore & conſervatoribus dictæ domus Elemoſinæ pro tempore exiſtentibus juxta diſcretiones & conſiderationes noſtras aut ſuas convinctus fuerit, incorrigibilis omnino cenſeatur, & à penſione ac loco quos habuerit in domo prædictâ per nos dum vixerimus, ac per dictos Tutorem & conſervatores poſtea penitùs amoveatur & alius Idoneus loco ejus provideatur & ſubſtituatur ibidem pro eodem.

Si verò quiſquam eorundem pauperum diſſipator, dilapidator, ſive conſumptor inordinatus bonorum ejuſdem domus, fornicator publicus vel adulter, ſeu Majoris criminis perpetrator notoriè denotatus fuerit, & inde juxta diſcretiones & conſiderationes noſtras dum vixerimus, & cujuſlibet noſtrum diutius viventis, vel juxta diſcretiones & conſiderationes præfatorum Tutoris & conſervatorum, poſt deceſſum noſtrum culpabilis repertus ſive convictus fuerit, ad primam vicem hujuſmodi, quâ ſic culpabilis inventus ſive convictus fuerit, intollerabilis & expulſione digniſſimus cenſeatur, & à domo prædictâ per nos, dum vixerimus, & ipſum Tutorem & conſervatores poſtea totaliter ſit amotus, facultate tamen liberâ poſt deceſſum noſtrum cuilibet pauperi dictæ domus querelandi & appellandi ad ſuperviſorem ejuſdem domus tantum & non ad alium ſemper ſalvâ.

Defectus autem & exceſſus Tutoris domus prædictæ, qui pro tempore fuerit, per nos dum vixerimus, & illum noſtrum qui diuciùs vixerit, ac per conſervatores & ſuperviſorem ejuſdem domus poſt deceſſum noſtrum volumus & ſtatuimus quod reformabuntur, corrigentur, ſive punientur in hac formâ; ſcil. tam per ſubtractionem penſionis ipſius Tutoris per ſeptimanam, vel majus & minus juxta qualitatem & quantitatem criminis ſui per diſcretiones noſtras, & diutius noſtrum viventis, ac diſcretiones & conſiderationes dictorum conſervatorum & ſuperviſoris poſt deceſſum noſtrum limitandam & moderandam, quàm per procurationem & ammocionem ipſius Tutoris ab officio, penſione & loco quos habuerit in eadem domo, ſi ejus pertinacia id expoſcat.

Statuimus ulterius & ordinamus, quod præſens fundatio ſive ordinatio noſtra, ac omnia & ſingula capitula & ſtatuta ejuſdem, coram Tutore & pauperibus domus prædictæ ſingulis quarteriis anni ad minus diſtinctè & apertè legantur ac intelligibiliter exponantur: Habeantque Tutor & pauperes antedicti ſecum in domo prædictâ copiam ordinationis ejuſdem; ut eam, cum eis placuerit religendo in ipſa contenta capitula eorum memoriis efficaciùs commendentur.

Finaliter quoque rogamus, & corditer deprecamur dictos Tutorem & pauperes præſentes & futuros, quatenus mutuam & continuam caritatem inter ſe habentes, ac Deo & animabus prædictis juxta præſentem ordinationem laudabiliter ſervientes ſic ad invicem vivant & conſerventur in domo prædictâ, quod ad domum regni cœleſtis, quæ pauperibus eſt ore dominico repromiſſa, poſt hujus vitæ terminum valeant pervenire. Et ut nobis ac cuilibet noſtrum libera facultas remaneat de hiis, quæ domum Elemoſinæ prædictam qualitercunque concernunt vel concernere poterunt in futurum, præmiſſis omnibus & ſingulis addendi, detrahendi, ac ea declarandi, corrigendi, & mutandi, nec non ſuper præmiſſis diſpenſandi, novaque ſtatuendi & ordinandi, ordinatione noſtrâ præſenti non obſtante, nobis quod vixerimus, & illi noſtrum qui diutiùs vixerit reſervamus plenariam poteſtatem per præſentes.

In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus appoſuimus; Datis *Londini* xxj°. die menſis *Decembris* Anno Domini M.CCCC.xxiiij°. & anno regni dicti Regis *Henrici* ſexti poſt Conqueſtum tertio.

HOSPI-

HOSPITALE

de Ruthyn *in agro* Denbighensi.

Carta Elizabethæ *Reginæ*, *fundationem Hospitalis Christi infra parochiam de* Ruthin, *per* Gabraelem Goodman *S. Theol. Doctorem*, & *Collegiatæ Ecclesiæ* Westmonasterien*sis Decanum*, *factam*, *confirmans.*

Ex vetusto exemplari in bibl. *Cottonianæ.*

Lizabetha Dei gratiâ Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Regina, fidei defensor &c. omnibus ad quos &c. salutem. Cum nulla laus Regiâ Majestate illustriùs emineat, quàm veram Christi Religionem omnibus modis propagare, & egenorum inopiam sublevare, Cumque venerandus vir, & fidelis subditus noster *Gabriel Goodman*, sacræ Theologiæ Doctor, & Collegiatæ Ecclesiæ nostræ Westmonasterien*sis* Decanus, pio & devoto affectu inductus, intentionem habeat, ut populus inhabitans in villâ & parochiâ de Ruthin, in comitatu nostro Denbigh, in Christianâ & verâ religione instruatur & informetur; & ut pauperes ibidem continuo, futuris temporibus sustineantur: quæ omnia & singula fieri, & ad effectum perduci, sine nostrâ licentiâ & concessione regali non possunt: Sciatis igitur, quod nos pio & devoto proposito prædicti *Gabraelis Goodman* in hac parte gratiosè annuentes, ad humilem petitionem ipsius *Gabraelis Goodman*, de gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ scientiâ & mero motu nostris, volumus, concedimus & ordinamus, pro nobis, hæredibus, & successoribus; quod de cætero sit & erit in Ruthin prædictâ, unum Hospitale, de uno prædicatore & duodecim pauperibus, perpetuis temporibus futuris duraturum; quod vocabitur *Hospitale Christi* in Ruthin: Ac Hospitale illud, de uno prædicatore & duodecim pauperibus imperpetuum continuaturum erigimus, creamus, ordinamus, fundamus, & stabilimus per præsentes. Et ut intentio hæc nostra prædicta meliorem sortiatur & capiat effectum & ut bona, terræ, tenementa; redditus, reventiones, & alia hæreditamenta in perpetuam sustentationem prædicti Hospitalis prædicatoris & duodecim pauperum, concedenda, assignanda, & appunctuanda, melius tractentur, gubernentur, & expendantur pro continuatione ejusdem Hospitalis, volumus, concedimus, & ordinamus, per præsentes; quod de cætero in perpetuum sit & erit unus præses, & unus Guardianus dicti Hospitalis Christi in Ruthin, ac possessionum, terrarum, tenementorum, hæreditamentorum; reventionum, & bonorum ejusdem Hospitalis, & ad officium prædictum benè & fideliter excercendum & occupandum elegimus, nominavimus assignavimus, & constituimus, ac per præsentes eligimus, nominamus, assignamus, & constituimus modernum Episcopum Bangorensem, & successores suos pro tempore existentes fore & esse præsidem; ac *Eubolum Thelocall*, in artibus Magistrum, ac verbi Dei prædicatorem, fore & esse primum & modernum Guardianum prædicti Hospitalis Christi in Ruthin; ac omnium & omnimodorum possessionum, terrarum, tenementorum, hæreditamentorum, reventionum, & bonorum ejusdem Hospitalis. Et ulterius de ampliori gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ scientiâ, & mero motu nostris, volumus, concedimus, ordinamus & stabilimus per præsentes, pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris, quod iidem præses & Guardianus prædicti Hospitalis Christi in Ruthin, ac possessiones, terræ, tenementa, & hæreditamenta reventionum & bonorum ejusdem Hospitalis, & successores sui, de cætero sint & erunt in re, facto, & nomine unum corpus corporatum & politicum de se imperpetuum, per nomen *præsidis & Guardiani Hospitalis Christi* in Ruthin; ac ipsos præsidem, Guardianam & successores suos præsidem, & Guardianam prædicti Hospitalis Christi in Ruthin incorporamus, & corpus corporatum & politicum, per idem nomen imperpetuum duraturum, realiter & ad plenum creamus, erigimus, ordinamus, facimus, constituimus, & stabilimus, pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris per præsentes; quodque per idem nomen, perpetuis futuris temporibus cognoscentur, vocabuntur, appellabuntur, & nominabuntur, habeantque successionem perpetuam, & per idem nomen sint & erunt personæ habiles, aptæ, & in lege capaces ad perquirendum, habendum, & recipiendum bona & catalla, maneria, terras, tenementa, prata, pascua, pasturas, redditus, reventiones, reversiones, & hæreditamenta quæcunque non tenta de nobis, hæredibus & successoribus nostris immediatè in capite, nec aliter de nobis hæredibus & successoribus nostris, seu de aliquo alio per servitium militare, sibi & successoribus suis imperpetuum, seu aliter, tam de nobis, hæredibus vel successoribus nostris, quàm de præfatò *Gabraele Goodman* & hæredibus vel assignatis suis, vel de aliquâ aliâ personâ, sive de aliquibus aliis personis quibuscunque, ad sustentationem, manutenentionem, & relevationem Hospitalis prædicti. Et præterea volumus, & pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris, per præsentes concedimus præfatò præsidi & Guardiano Hospitalis Christi in Ruthin, & successoribus suis, quod de cætero imperpetuum habeant commune Sigillum ad negotia sua præmissa, & quamlibet, seu aliquam inde parcellam tantummodo tangentia, seu concernentia deserviturum. Et quod prædictus præses, & Guardianus & successores sui, per nomen præsidis & Guardiani Hospitalis Christi in Ruthin, placitare & implacitari, prosequi, defendere & defendi, respondere & responderi

possint & valeant, in omnibus & singulis causis, querelis, sectis, & actionibus quibuscunque, cujuscunque generis sive naturæ fuerint, in quibuscunque locis & curiis nostris, hæredum vel successorum nostrorum, in placeis, locis, & curiis aliorum quorumcunque, ac coram quibuscunque judicibus aut justiciariis infra hoc Regnum Angliæ, aut alibi; & ad ea, ac ad omnia & singula alia facienda, agenda, & recipienda, eodem modo quo cæteri legij nostri personæ habiles, & capaces in lege infra idem regnum nostrum Angliæ facere, aut facere valeant, seu poterunt in Curiis, placeis, & locis prædictis, & coram justiciariis & judicibus supradictis. Et ulterius de uberiori gratiâ nostrâ, ac ex certâ scientiâ & mero motu nostris dedimus & concessimus, aç per præsentes damus & concedimus, pro nobis, hæredibus & successoribus nostris, præfato *Gabrieli Goodman*, plenam potestatem & authoritatem, de tempore in tempus, durante vitâ suâ naturali, eligendi, nominandi, & appunctuandi Guardianum & pauperes prædicti Hospitalis, quandocunque & quotiescunque necesse & opportunum fuerit. Ac etiam tam prædictum *Eubolum Theloall*, ac alium Guardianum Hospitalis prædicti, quàm omnes & singulos pauperes ejusdem Hospitalis, de tempore in tempus amovendi & expellendi, ac alios sive alium, in locos seu locum hujusmodi, sive amotum vel expulsum nominandi, assignandi, & constituendi, prout melius sibi videbitur expedire: Ac etiam, quod idem *Gabrael Goodman*, de tempore in tempus durante vitâ suâ naturali, faciat & facere valeat & posset idonea & salubria statuta & ordinationes in scriptis, electionem & expressionem Guardianorum & pauperum Hospitalis prædicti pro tempore existentium; necnon stipendiorum & salariorum eorundem Guardianorum & pauperum, ac alia quæcunque idem Hospitale, seu Guardiani, vel pauperes prædicti; ac ordinationes, præservationes, & dispositiones bonorum possessionum, reddituum & revencionum, ad sustentationem ejusdem Hospitalis concedendorum, assignandorum, vel appunctuandorum quoviſmodo tangentes & concernentes. Quæ quidem statuta, & ordinationes, sic ut præfertur, volumus & concedimus, & per præsentes, pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris præcipimus inviolabiliter observari de tempore in tempus imperpetuum.

Et ulterius de uberiori gratiâ nostrâ dedimus & concessimus præfatis præsidi & Guardiano, & successoribus suis, licentiam specialem, liberamque & licitam facultatem, potestatem & authoritatem perquirendi, obtinendi, & habendi ad perpetuam sustentationem, & manutentionem Hospitalis prædicti, tam de nobis, hæredibus, & successoribus nostris, quàm de præfato *Gabraele Goodman*, hæredibus, executoribus, vel assignatis suis, vel de aliis quibuscunque personis, quæcunque maneria, messuagia, terras, tenementa, Rectorias, decimas, & alia hæreditamenta quæcunque infra Regnum nostrum Angliæ, non tenta de nobis, hæredibus, vel successoribus nostris, immediatè in Capite; nec aliter de nobis, hæredibus, vel successoribus nostris, seu de aliis per servicium militare; ac dummodo illa omnia in toto non excedant clarum annuum valorem Centum librarum. Et etiam damus & concedimus, pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris, omnibus & singulis corporibus politicis, & aliis personis quibuscunque, & eorum cuilibet licentiam specialem, & plenam, liberam, & licitam facultatem & authoritatem per præsentes; quod ipsi & eorum quilibet, sive eorum aliquis, vel aliqui, Maneria, Messuagia, terras, tenementa, Rectorias, decimas, & alia hæreditamenta quæcunque, quæ non tenentur de nobis, hæredibus, vel successoribus nostris immediatè in Capite, vel per servicium militare, nec aliter quoviſmodo per servicium militare, de nobis, hæredibus vel successoribus nostris, seu de aliquâ aliâ personâ quacunque, & quæ non excedunt clarum annuum valorem Centum librarum, præfato Præsidi & Guardiano Hospitalis prædicti & successoribus suis prædictis, sicut prædictum est imperpetuum dare, concedere, vendere, & alienare possit vel possint, sine aliquo Brevi de *Ad quod dampnum*, aut aliquâ inquisitione in hac parte habendâ seu faciendâ, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, aut aliquo alio Statuto, actu, ordinatione, seu provisione, aut aliquâ aliâ re, causâ, vel materiâ quacunque in contrarium inde habitâ, factâ, editâ, ordinatâ, aut provisâ in aliquo non obstante.

Et volumus & per præsentes ordinamus, quod omnia exitus & reventiones omnium prædictarum terrarum, tenementorum, hæreditamentorum, & possessionum impostorum, ad perpetuam sustentationem, & manutentionem prædicti Hospitalis danda & assignanda, convertantur, disponantur, & expendantur ad sustentationem Guardianorum & pauperum Hospitalis prædicti, pro tempore existentium, & ad sustentationem, manutentionem, & reparationem domorum, terrarum, & possessionum prædictorum, secundùm statuta & ordinationes per prædictum *Gabraelem Goodman* in scriptis ut præfertur facienda, & non aliter, nec ad aliquos alios usus, aut intentiones. Volumus denique, ac per præsentes concedimus præfatis Præsidi & Guardiano dicti Hospitalis, quod habeant & habebunt has Literas nostras Patentes sub Magno Sigillo nostro *Angliæ* debito modo faciendas & sigillandas, absque aliquâ fine, seu feodo, magno vel parvo, nobis in Hanaperio nostro, seu alibi ad usum nostrum proinde quoquo modo reddendo, solvendo, vel faciendo; eo quod expressa mentio de vero valore annuo, aut de aliquo alio valore vel certitudine præmissorum, sive eorum alicujus, aut de aliis donis, sive concessionibus per nos, seu per aliquem progenitorum sive prædecessorum nostrorum, præfato *Gabraeli Goodman*, ante hæc tempora factis in præsentibus minime factis, existentibus; aliquo statuto, actu, ordinatione, provisione, proclamatione sive restrictione inde in contrarium ante hæc tempora habitis, factis, editis,

editis, ordinatis, ſeu proviſis; aut aliquâ aliâ re, causâ, vel materiâ quacunque in aliquo non obſtante. In cujus, *&c.*

HOSPITALE

de Droheda *infra Regnum* Hiberniæ.

Carta Fundationis ejuſdem per Urſum *de* Swemele.

Pat. 32 E. 3. part. 1. m. 24. per Inſpex.

Ciant præſentes & futuri, quod ego *Urſus* de *Swemele* Fundator Hoſpitalis S. *Mariæ* Virginis extra portam Occidentalem de Droheda, communi conſilio & concenſu mei & *Chriſtianæ* ſponſæ meæ, dedi, & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi in puram & perpetuam Elemoſinam, pro animabus noſtris, & anteceſſorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, omnes terras & redditus, quos ego *Urſus* habui in *Hiberniâ* Deo & dictæ domui Hoſpitalis S. *Mariæ* ad ſuſtentationem Hoſpitalitatis miſerorum & infirmorum languentium, nec non & omnium illorum, qui ibidem de Hoſpitalitate, caritatis intuitu indigebant; verum-etiam inprimis conceſſi prædictæ domui Hoſpitalis quadraginta acras terræ quæ jacent in una cultura extra prædictam portam, ſuper quas jam ſepedicta domus Hoſpitalis fundata eſt. Deinde totam terram de *Kilneir*, ſalvo redditu domini Regis, ſcil. per annum dimidia uncia auri, quam prædicta domus debet reddere domino Regi per annum, pro omni ſervicio pro illâ terrâ cum prædictis xl. acris terræ. Deinde illam terram in montanis, quam teneo de domino Rege, pro quâ terrâ dicta domus debet reddere domino Regi, per annum decem ſolidos pro omni ſervicio. Item & illas acras, quas per Legalem emptionem de Burgagiis in territorio de Droheda habui. Item de terrâ quam *Radulphus* de *Kildare* tenuit de me in *Bodeſtratâ*, per annum dicto Hoſpitali tres ſolidos & ſex denarios. Item de terrâ quam *Johannes Blundus* tenet de n.e, per annum xvij *s.* vj *d.* Item de terrâ *Radulphi Blundi* Mercenarii per annum xiiij *s.* Item de terrâ *Adæ* de *Kayrdif* per annum xvij *s.* vj *d.* Item de terrâ *Ricardi Palmerii* per annum vi *d.* Item de terrâ quam *Rogerus* de *Kedwali* tenuit per annum vj *d.* Item de terrâ *Odinæ* per annum xij *d.* Item de terrâ *Johannis* filii *Miliſſand* per annum vi *d.* Item de terrâ quam *Johannes Walenſis* tenuit de me per annum ij *s.* Item de terrâ propinquiori, quam *Boyclin* ſenex tenuit per annum vi *d.* Item de orto *Ricardi* de *Kayrdif* versùs molendinum ventorium *Hugonis* de *Watervillâ* per annum duos ſolidos.

Sciendum eſt, quod iſti ſupra nominati tenentes tenent de illo Burgagio ad cornerium de quo Burgagio prædicta domus Hoſpitalis debet ſolvere domino Regi per annum xij *d.* Item de *Gilberto Gardinario* pro quinque acris, quarterium minus, quas tenet per annum tres uno denario minus. Item de cornerio quod *Adam Pelliparius* tenet ad Orientalem partem Capellæ S. *Nicholai* ultra pontem per annum ij *ſol.* de eadem terrâ de *Martino Parmentario* per annum xii *d.* Item de terrâ *Rogeri Molendinarii* ad Auſtralem Capellæ S. *Nicholai* per annum iij *s.* Item de terrâ *Henrici Palmerii* per annum xij *d.* tenendum & habendum omnes iſtas terras prædictas, & prædictos redditus deo & domui Hoſpitalis S. *Mariæ* imperpetuum, jure hæreditario, liberè & quietè, integrè & plenariè, ſicut ego *Urſus* unquam liberius, vel quietius tenui per prænominata ſervicia.

Præterea volo & firmiter obſecro in dominum, ut quis poſt obitum meum Cuſtos fuerit prædictæ domus illius, per electionem proborum hominum de Droheda eligatur; & ut dum Legalem Cuſtodiam prædictæ domui adhibebit, vocetur cognomine *Cuſtos*, ſed non *Prior*. Cum autem aliquis Cuſtos ſe versùs domum præfatam inhoneſtè habuerit, quod deus avertat, & à prædictâ Cuſtodia deponatur; & alius per prædictos probos homines eligatur. Hiis teſtibus domino *Eugenio* tunc *Armachano* Archiepiſcopo, totius *Hiberniæ* Primate; *Luchâ* tunc Archidiacono *Armachano*, *&c.*

PAG. 792. Col. 2.

Ord. S. *Gilb.*

De loco de Wirmaude.

Ex ipſo autographo in Bibl. *Cottonianâ.*

Mnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Magiſter & Canonici domus de Sempingham ſalutem in ſalutis auctore. Ad univerſatis veſtræ noticiam volumus pervenire, nos & omnia noſtra, quantum ad locum qui vocatur Wirmaude, quem habemus de dono *Radulfi* de *Hauvill*, & conceſſione venerabilis patris noſtri, domini *E. Elienſis* Epiſcopi, in libertate beatæ *Adeldredæ*, juriſdictioni ejuſdem venerabilis Patris noſtri *E. Elienſis* Epiſcopi eſſe, ſicut noſtro Dioceſano Epiſcopo; non obſtantibus noſtris privilegiis in totâ vitâ ſuâ ſubjectos.

Ord. S. *Gilb.*

Pag. 825. Col. 2.

Recognitio Gilberti *secundi Magistri Ordinis de* Sempringham *pro xiii. pauperibus in Hospitali de* Ellerton *sustentandis.*

Ibid. part. 3. fol: 10.

Omnibus Christi fidelibus, *&c. Gilbertus* secundus Magister Ordinis de *Sempringham* & *Joh.* Prior & Conventus de Ellerton salutem. Noverit universitas vestra Nos teneri ad perpetuam sustentationem tresdecim pauperum faciendam in Hospitali Ecclesiæ de Ellerton, prout provisum est inter nos & *Will.* filium *Petri* fundatorem; Et ut in autenticis ipsius & nostris continetur: Quod si aliquo tempore nos aut nostri successores contra hanc provisionem venire præsumpserimus, liceat Vener. Patri *Eborum* Archiepiscopo, qui pro tempore fuerit, Nos ad prædictam sustentationem competenter faciendam appellatione remotâ compellere, cujus examini super hoc Nos, appellatione remotâ, subjiciemus. In cujus rei testimonium præsenti scripto Sigilla nostra apposuimus.

Pag. 514.

HOSPITALE

S. Johannis Jerosolom. *in Suburbio Civitatis* London.

Carta R. Philippi & Mariæ *de novâ fundatione sive restauratione ejusdem.*

Par. 4 & 5 *Ph.* & *M.* part. 14.

Rex & Regina omnibus ad quos, *&c.* salutem. Cum jure optimo ac nostro profiteamur nos sacrosanctæ Fidei Defensores existere, eaque professio sit portio nominis, stili, tituli, honoris & Regiæ nostræ dignitatis, quâ hactenus ex divinâ providentiâ usi sumus arbitramur nos rem Deo atque universo orbi pergratam facturos, hoc præsertim tempore si aliquid operis aggrediamur, quo mundus innotescat nos quemadmodum sacrosanctæ fidei defensionem nomine stilo atque titulo profitemur Deo favente in hoc cogitationes nostras ponere, ut ad divinam gloriam aliquid agente . . . . atque agamus, quo conspicuum fiat ipsa re atque facto nos fidem defendere atque propugnare: Itaque recolentes atque ad memoriam revocantes Hospitale S. *Johannis Jerusalem* in *Angliâ* nuper dissolutum, & annuos redditus ejusdem pervenisse ad manus atque possessionem Regis *Henrici* octavi patris nostrum dictæ Reginæ præcarissimi; & post mortem prædicti patris nostrum ejusdem Reginæ *Henrici* octavi, ad manus nostras præfatæ Reginæ jure hæreditario similiter pervenisse. Præterea optimè atque planè cognoscentes atque percipientes magnam dictarum possessionum atque reddituum partem, antequam prædictum Hospitale fuisset dissolutum, solitam conferri, impendi atque allocari à priore atque fratribus militibus prædicti Hospitalis ad Christianorum defensionem, & ad oppugnationem Turcarum, atque infidelium, & aliorum qui apertè infestabant Catholicam fidem Christi, & Sanctam Ecclesiam matrem nostram. Qui quidem prior & fratres milites, non solum huic seculo cunctisque illius vanitatibus renunciaverunt, sed etiam soliti sunt cum tempus atque occasio postularent, omnibus quibus maximè poterant viribus atque . . . . auxiliis præsentes bona, sanguinem atque vitam profundere in oppugnando Turcas atque Infideles ubique gentium sanctos igitur ordinem atque Religionem patres S. *Johannis* Jerusalem in *Angliâ* summopere cupientes, & annuatim ad hoc propensa: atque ferventi pietate quam debemus erga defensionem & amplificationem Catholicæ fidei renovare, restaurare, creare, instituere atque stabilire, in hoc regno nostro Angliæ, nomine, stilo, atque dignitate solitis necnon eandem Religionem sive ordinem ornare atque decorare, omnibus antiquis maneriis, terris, tenementis, possessionibus; hæreditamentis, privilegiis, atque prærogativis, quæ nuper pertinebant ad dictum Hospitale, & quæ ad manus nostras pervenerunt, & in manibus nostris jam existunt, ad tuendum dictum ordinis statum atque honorem: Nosque desiderium nostrum communicantes cum reverendissimo in Christo patre *Reginaldo* miseratione divinâ tituli S. *Mariæ Cosmed.* S. Romanæ Ecclesiæ præsbytero Cardinali *Pole*, Archiepiscopo Cantuariensi, Sanctissimi Domini nostri Papæ & sedis Apostolicæ ad nos præfatos Regem & Reginam, & universa *Angliæ* & *Hiberniæ* Regna nostra & partes illis adjacentes de Latere legato; eundem reverendissimum patrem rogavimus, & ab eo instanter postulavimus, & authoritate Apostolicâ, quâ idem reverendissimus pater fungitur, Hospitale prædictum ad pristinum statum Religionis restaurare & reducere; necnon eligere & stabilire dignaretur.

Qui quidem teverendissimus pater, prout legationis quâ fungitur officium ac munus postulat, tam piis justisque nostrorum votis annuens, authoritate sibi hac in suâ legatione concessâ quâ fungitur, Hospitale prædictum S. *Johannis Jerusalem* in Anglia prædictum, in pristinum statum regularem reduxit, reposuet & reintegravit; necnon prioratum & Hospitale S. *Johannis* Jerusalem in *Angliâ* sub eodem titulo S. *Johannis* de Clerkenwell, quem ante dictum dissolutionem habuit, erexit

xit & inſtituit : Et prædilectum nobis *Thomam Treſham* militem in priorem dicti Hoſpitalis, ac dilectos nobis *Ricardum Shelley Turcupuler Turcupulerium* commendæ ſeu præceptoriæ de **Shebiche** & **Halſton**, commendatorem ſeu præceptorem, *Petrum Felices* de la *Nuca* Ballivatum de *Aquilâ* Ballivum, *Cuthbertum Laithen* de **Newland**, *Edwardum Browne* de **Temple-Bruer**, *Thomam Thornell* de **Willoughton**, *Henricum Gerarde* de **Iveley** & **Barowe**; *Georgium Aylmer* de **South-Baddeſleye**, *Jacobum Shelley* de **Temple-Combe**, & *Oliverum Starkey* de **Quenyngton** etiam commendatores ſeu præceptores ejuſdem Hoſpitalis ordinavit & præfecit.

Sciatis igitur, quod nos præfati Rex & Regina prædictas erectionem & inſtitutionem religionis prædictæ per præfatum reverendiſſimum patrem factam & habitam non ſolum approbantes, verum etiam cupientes ut eadem ſit efficax & valida in lege noſtrâ ad omnes intentiones & propoſita, ob ſpecialem & ſinceram affectionem, quam ad ordinem & Religionem illam gerimus:

Et ulterius de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certa ſcientiâ & mero motu noſtris volumus ac per præſentes pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtrum præfatæ Reginæ concedimus præfatis priori *Bamlinis* & commendatores dicti Hoſpitalis S. *Johannis Jeruſalem* in *Angliâ*, quod idem prior *Bamlini* & commendatores & quicunque alii priores Bamlini & commendatores ejuſdem ordinis pro tempore exiſtentes ſint unum corpus corporatum in re, facto & nomine per nomen prioris & confratrum Hoſpitalis S. *Johannis Jeruſalem* in *Angliâ*, & per idem nomine prioris & confratrum Hoſpitalis S. *Johannis* **Jeruſalem** in *Angliâ* de cætero imperpetuum nominabuntur & vocabuntur; habeantque ſucceſſionem perpetuam; ipſoſq; priorem & confratres unum corpus corporatum in re, facto & nomine facimus, creamus & ſtabilimus, ac pro uno corpore facimus, ordinamus & acceptamus; habeantque ſucceſſionem perpetuam per præſentes. Et quod ipſi prior ejuſque ſucceſſores per nomen prioris Hoſpitalis S. *Johannis* **Jeruſalem** in *Angliâ* proſequi, clamare & placitare poſſint, & implacitari, defendere & defendi, reſpondere & reſponderi in quibuſcunque curiis & locis legum noſtrarum, hæredes & ſucceſſores noſtrum præfatæ Reginæ, ſive alibi in & ſuper omnibus & ſingulis cauſis, actionibus, ſectis Brevibus, demandis & querelis realibus, perſonalibus & mixtis, tam ſpiritualibus quàm temporalibus; ac in omnibus aliis rebus, cauſis & materiis quibuſcunque.

Et quod iidem prior & confratres per nomen prioris & confratrum Hoſpitalis S. *Johannis* **Jeruſalem** in *Angliâ* dominia, maneria, terras, tenementa, Rectorias, penſiones, portiones, ac alia quæcunque hæreditamenta, poſſeſſiones, proficua & emolumenta, tam ſpiritualia quàm temporalia, ac alia quæcunque per nos, literas noſtras patentes, hæredes & ſucceſſores noſtrum præfatæ Reginæ, ſeu per aliquam aliam perſonam, ſeu perſonas quaſcunque eis & ſucceſſoribus ſuis, vel aliter ſecundùm leges noſtras de hæredibus ſeu ſucceſſoribus noſtrum Præfatæ Reginæ danda ſeu concedenda capere, recipere, gaudere & perquirere, ac dare, alienare, & dimittere, ac facere & exequi, prout & eiſdem modo & formâ quibus alii homines incorporati, & aliæ incorporationes infra regnum noſtrum Angliæ capere, recipere, perquirere, dare alienare & dimittere & facere & exequi poſſint.

Et quod prædicti prior & confratres dicti Hoſpitalis S. *Johannis* Jeruſalem in Angliâ, & ſucceſſores ſui imperpetuum habebunt commune Sigillum ad omnimodas cartas, evidentias, & cætera ſcripta vel facta ſua fienda, eos vel Hoſpitale prædictum tangentia ſive concernentia ſigillandas.

Et ulterius de ampliori gratiâ noſtrâ dedimus & conceſſimus, & per præſentes pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtrum præfatæ Reginæ damus & concedimus præfatis priori & confratribus totam capitalem domum & ſcitum dicti nuper Hoſpitalis S. *Johannis* **Hieruſalem** in *Angliâ*, ſituatum & exiſtentem propè **Clerkenwell** in comitatu noſtro **Middeleſex**: ac totam illam domum & portam noſtram vocatam le **Gate-houſe** ejuſdem nuper Hoſpitalis: Ac etiam totam illam Eccleſiam noſtram ac omnia domos, edificia, ſtructuras, cellaria, ſolaria, cameras, aulas, coquinas, horrea, ſtabula, columbaria, ortos, pomaria, gardina, ſtagna, vivaria, les courtes ac terram & ſolum noſtra, & hæreditamenta noſtra quæcunque infra ſeptum; ambitum, procinctum & circuitum ejuſdem capitalis domus & ſcitus; & totum boſcum noſtrum & terram boſcalem noſtram, vocatam **Grete S. Johns Wood** jacentem erga & prope parcum de **Maribone** in comitatu noſtro **Middeleſex**; ac omnia alia terras, tenementa, gardina, atque ductus, & aquarum curſus, vacua funda, hæreditamenta & eaſiamenta noſtra quæcunque extra & prope ſcitum prædictum, quæ fuerunt in propriâ tenurâ & occupatione prioris & confratrum dictæ nuper Hoſpitalis tempore diſſolutionis ejuſdem: Necnon omnia utenſilia, les Hangynges & ſtaura noſtra quæcunque infra capitalem domum & ſcitum prædicta; ac totum plumbum ferrum & vitrum de in & ſuper Eccleſiam prædictam, ac de in & ſuper prædictum le *Gatehouſe*, ac cæteris omnibus domibus & edificiis infra procinctum dicti ſcitus & domus capitalis.

Damus etiam & pro conſiderationibus prædictis, pro nobis ac hæredibus & ſucceſſoribus noſtrum præfatæ Reginæ per præſentes concedimus præfatis Priori & confratribus, omnia illa dominia, & Maneria de **Purflete, Wytham, Temple-Rodon**, & **Chingeforde** cum eorum juribus, membris & pertinentiis in Com. noſtro *Eſſex* dicto nuper Hoſpitali ſive domui S. *Johannis* **Jeruſalem** in *Angliâ* dudum ſpectantia & pertinentia, ac parcella poſſeſſionum & reventionum ejuſdem Hoſpitalis ſive domus dudum exiſtentia: Ac etiam, *&c.* [*Sequuntur conceſſiones quam plurimarum*

morum aliorum Maneriorum, terrarum, tenementorum, &c. in diverſis aliis Comitatibus infra Regnum Angliæ *dicto Hoſpitali ſimiliter ab antiquo ſpectantium.*]

T. *&c.* apud Grenewiche ſecundo die *Aprilis.*

Pag. 247. Col. 1.

Carta Regis Henrici *ſeptimi, quâ Prioratum de* Snape *alienigenam Canonicis de* Butley *conceſſit.*

Pat. 24 H. 7. part. 3. m. 4.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus, pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, dilectis nobis *Roberto Brommer* Priori Monaſterii Domus & Eccleſiæ S. *Mariæ* de Butley, Conventui ejuſdem, & ſucceſſoribus ſuis, ſeu quocunque nomine idem Prior & Conventus Monaſterii prædicti nominati exiſtunt Monaſterium, Domum, Eccleſiam, & Prioratum beatæ *Mariæ* Virginis de Snape in Comitatu noſtro *Suffolciæ*; ac omnia & ſingula membra Monaſterii, Domus, Eccleſiæ, ſive Prioratus beatæ *Mariæ* Virginis de Snape prædictâ, & eiſdem Monaſterio, Domui, Prioratui ſive Eccleſiæ quoquo jure pertinentia, ſive inde parcellâ, ubicunque infra Regnum noſtrum *Angliæ* exiſtentia; ſive eiſdem Monaſterio, Domui, Prioratui, ſive Eccleſiæ Conventuali extiterit, aliquo modo pertinentia, ſive ſpectantia; aut inde nuper parcella, cum omnibus ſuis pertinentiis. Ac etiam Maneria beatæ *Mariæ* Virginis de Snape, Skotts, Caſtards, Burſalves, Bedyngfeld, & Aldeburgh, cum eorum pertinentiis in Comitatu noſtro prædicto.

Ac etiam Eccleſias de Freſton, Snape, & Bedyngfeld in Comitatu noſtro prædicto. Ac unum molendinum aquaticum, ducenta Meſſuagia, ſexcentas acras terræ, centum acras prati, centum acras boſci, quingentas acras paſturæ, treſcentas acras mariſci, centum ſolidatas redditus in Snape, Freſton, Bukſlawe, Pelynghale, Sternfeld, Bedyngfeld, Aldeburgh, Haſylwode, Oxford in Comitato noſtro prædicto, necnon omnia & ſingula alia Maneria, Dominia, terras, tenementa, redditus, reverſiones, ſervicia, paſcuas, paſturas, boſcos, ſubboſcos, ſtagna, molendina, vivaria, piſcarias; annuitates annuas, penſiones, portiones, & emolumenta eccleſiaſtica; ac Franci plegia, Curias Letas, Mercata, Ferias, Franchefias, Libertates, Warennas, Wrecta Maris, Feoda Militum, Hoſpitalia, Eccleſias, Capellas, Advocationes Eccleſiarum & Capellarum, Cantuariarum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque; ac jura & hæreditamenta quæcunque in Snape, Freſton, Bukſlaw, Pelynhale, Sternfeld, Bedyngfeld, Aldeburgh, Haſilwode & Oxford prædictis, ſeu alibi infra regnum noſtrum *Angliæ*, eiſdem Monaſterio, Domui, Prioratui, ſive Eccleſiæ beatæ *Mariæ* Virginis de Snape prædictâ, ſeu cæteris præmiſſis, aut alicui inde parcellæ qualitercunque pertinentia, ſpectantia, ſive parcella; aut nuper parcella, aut nuper pertinentia, annexu, appropriata, unita, conſolidata, ſive ſpectantia, cum omnibus ſuis juribus membris & pertinentiis: aut quæ *Thomas Neylond* nuper Prior Prioratus, Monaſterii, Domus, & Eccleſiæ de Snape, aut aliquis Prior ejuſdem Monaſterii, Domus, Prioratus, & Eccleſiæ de Snape prædictâ, habuit, tenuit, gaviſus aut uſus fuit, ut in jure Eccleſiæ & Prioratus beatæ *Mariæ* Virginis de Snape prædictâ, ſeu in jure alicujus parcellæ Monaſterii, Domus, Prioratus & Eccleſiæ de Snape prædictâ, aut alicujus inde parcellæ. Habendum & tenendum dicta Monaſterium, Domum, Prioratum, & Eccleſiam beatæ *Mariæ* Virginis de Snape prædictâ, ac Maneria prædicta; ac omnia ſingula & cætera præmiſſa, cum ſuis pertinentiis, præfatis Priori de Butley, Conventui & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, abſque compoto, ſeu aliquo alio onere, inde vel proinde, nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris quoviſmodo reddendo, ſolvendo, ſeu faciendo.

Et ulterius nos, de gratiâ noſtrâ uberiori; ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, conceſſimus & licentiam dedimus, ac damus & concedimus, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris per præſentes, præfatis Priori de Butley, Conventui & ſucceſſoribus ſuis; quod ipſi dicta Monaſterium, Domum, Prioratum; & Eccleſiam beatæ *Mariæ* Virginis de Snape prædicta, ne Maneria prædicta; ac omnia & ſingula præmiſſa, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, eis & ſucceſſoribus ſuis appropriare, conſolidare, annectere, & unire; & donationem & conceſſionem noſtras prædictas per ſedem Apoſtolicam confirmare poterint & procurare poſſint; & dicta Monaſterium, Domum, Prioratum, & Eccleſiam beatæ *Mariæ* Virginis de Snape prædicta; ac omnia & ſingula ſupradicta Maneria, ac cætera præmiſſa, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, & quamlibet eorundem parcellam, ſic eis appropriatas, conſolidatas, annexas, & unitas, habere, tenere, & gaudere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis in ſuos proprios uſus, in liberam puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, ſtatuto de terris & tenementis, ad manum mortuam non ponendis; aut ſtatuto de proviſoribus, ſive aliquo alio ſtatuto, actu, ordinatione, proviſione vel reſtrictione in contrarium inde, ſeu aliquibus inde parcellis factis, editis, ſive ordinatis in aliquo non obſtante, *&c.* In cujus,

cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm.* xii. die *Septembris.*

PRIORATUS

de Newinton-Longaville *alienigena in agro* Buckinghamenſi, *Cella Abbathiæ S.* Fidis *de* Longavillâ *in* Normanniâ.

Carta Walteri Giffard *Comitis* Buckinghamiæ.

Ex ipſo autographo in turre *Collegii Novi Oxon*, & in ſecundo Regiſtro evidentiarûm ejuſdem Collegii in manibus Cuſtodis. p. 472.

NOtum ſit omnibus fidelibus quod Ego *Walterus Giffardus* Comes de **Buckingham**, do & concedo, & hac Cartâ meâ confirmo Eccleſiæ S. *Fidis* de *Longavillâ*, & Monachis ibidem de ſervientibus in liberam & perpetuam Elemoſinam omnia quæcunque *Walterus Giffardus* pater meus & mater mea *Agnes* eiſdem Monachis dederunt pro animabus eorum; & illa quæ Ego *Walterus Giffard* & uxor mea *Ermenger* eiſdem Monachis dedimus pro animabus noſtris; videlicet *Horwudam* totam, excepto feudo *Durandi*, & omnia quæ ad ipſam *Horwudam* pertinent, in terrâ, & in boſco, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis, & decimam de dominio. Eccleſiam de *Waddonâ* cum omnibus pertinentiis, & decimam de dominio. Decimationes quoque de boſco, pannagii & vivariorum & omnium quæ de nemore meo exeunt; & dominica Monachorum animalia per omnia quieta ſint, ſicut mea propria; & libere paſcantur & ſine moleſtia ubicunque mea propria paſci debent in boſco & extra. Similiter *Neuentonam* totam, cum omnibus pertinentiis, excepto feudo *Odonis*; & omnes conſuetudines ſuas liberas in boſco meo de **Waddon**, ſcil. omnia quæ neceſſaria ſunt Monachis ad domos ædificandas, & ad ſepes & ad ignem ſuum & hominibus Monachorum, ſimiliter monſtrantibus eis foreſtariis meis, abſque omni moleſtiâ, & pecoribus hominum ſuorum paſturam in boſco meo; Reddendo inde annuatim unam menſuram Avenæ, qualis conſtitutum fuit tempore matris meæ. Apud *Weſtonam* quicquid pater meus habuit in eadem villa, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis; & decimam de dominio. Similiter apud **Wichingham** quicquid pater meus ibidem habuit excepto feudo *Willielmi* & *Radulphi* de *Leonibus*, & *Roterii*. Eccleſiam S. *Mariæ* de **Wichingham** cum omnibus pertinentiis & decimam de Dominio, & in eadem villa Eccleſiam S. *Fidis* cum omnibus pertinentiis & terram de **Retollehage**; terram quoque de **Reppes**, quæ reddit decem milia allecium, & quietudinem parcationis meæ, quæ habebam apud **Wichingham** eis clamo quietam & perpetuum. Apud **Norwic** Eccleſiam S. *Trinitatis*, & S. *Johannis Akileiam* totam cum pertinentiis ſuis, in boſco, & in plano & decimationes omnes de dominio, & Eccleſiam ejuſdem villæ. Eccleſiam de **Herlenton** cum omnibus pertinentiis, & decimam de Dominio cum uno hoſpite. Decimam etiam dominii de **Bodingetham** & ibidem hoſpitem unum. Apud **Wendon** decimam de dominio, & hoſpitem unum infirmariæ Monachorum; Eccleſiam de **Withenham** cum omnibus pertinentiis, & omnes decimas de dominio. *Hanneæ* villam & quicquid habui in ea, excepto feudo *Willielmi Cokerel*, & *Roberti Buivillâ*, quod eis dedi pro ſervitio ſuo. Eccleſiam de **Hannee** cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes decimas de dominio; & in majori **Hannee** duos homines, *Hugonem* & *Lokin* reddentes annuatim xx. ſol. Omnes quoque decimas de dominio **Bukingeham, Burton, Norton, Lamport, Lillingſton, Lechamſtede, Bechamptan, Singleburg, Bradewelle, Lukton, Wolesho, Blechelai, Bychille, Badelesdon, Wurſlai, Suaneburne, Litecote, Chilton, Wutton, Dorton, Heſinton, Edingrave, Policote, Achecot, Dumaune, Fulkeswrthe, Ramerton, Chikeſhande** Hoſpitali pauperum de **Longaville**, quod eiſdem Monachis dedimus: Eccleſiam de **Stokebi** cum omnibus pertinentiis, & decimas de dominio: Eccleſiam de **Stratton**, cum pertinentiis. Omnes etiam decimas de dominio de **Radertham**. Volo autem & præcipio quod prædicti Monachi omnia hæc prædicta ita liberè, & quietè, & honorificè, & integrè teneant, ſicut pater meus *Walterus G.* & Ego eadem unquam liberius & melius tenuimus. Volo etiam ut præfati Monachi, & homines ſui liberi & quieti ſint de me & hæredibus meis ab omni exactione & tallagio, & omni adjutorio, & omni re omnino. Et ſi fortè homines Monachorum aliquando in foriſfactum inciderent; emendatio foriſfacti Monachorum erit. Hiis teſtibus *Rogero* Comite de **Clare**, *Richardo* fratre ejus; *Hugone* de **Bolebec**, *Radulpho* de **Langetot**, *Heliâ Giffard*, *Hugone* de *Nuers*, *Willielmo* de **Redeham**, *Godefrido Buteri*, *Euſtachio* de **Bodekeſham**, *Anteme* de **Poiuill**, *Bernerio* de **Horwud**, *Pagano* de **Dorton**, *Gerardo* de **Greinuill**, *Willielmo Anglico.*

ECCLE-



ECCLESIÆ CATHEDRALES

Canonicorum

SECULARIUM.



ECCLESIÆ CATHEDRALIS CICESTRENSIS.

RENSIS.

AB AQVILONE PROSPECTVS.



Canonicus Secularis.

Pius

ECCLESIA CATHEDRALIS
Ciceſtrenſis, *in agro* Suſſexiano.

Ex Regiſtro Eccl. Cath. *Ciceſtr.* penes Decanum & Capit. Ibid. A. 1640.

Carta Ceadwallæ *Regis* Auſtralium Saxonum, *de fundatione* Seleſeyenſis *Cœnobii.*

IN nomine ſalvatoris noſtri *Jeſu Chriſti.* Nihil intulimus in hunc mundum, undè nec auferre quid poſſumus; idcirco terrenis & caducis æterna & cœleſtia ſupernæ patriæ præmia mercanda ſunt: Quapropter ego *Ceadwalla*, diſponente Domino, Rex, rogatus à venerando *Wilfrido* Epiſcopo, ut ſibi aliquantulam terram, ad ſuffragium famulorum Chriſti, qui vitam Cœnobialem degant, & ad conſtruendum Monaſterium in loco qui vocatur **Seleſey**, pro relaxatione criminum, & perpetui præmii receptaculo, largire dignarer: Cujus precibus annuens, eandem terram, de quâ ſuggerere videbatur, pro remedio animæ meæ, libenter impendo; id eſt *Lv.* tributarios in illis locis qui vocantur *Seleſeya*, *Medmeneya*, **Wyhttring**, **Icchenoze**, **Bydham**, **Egeſawde**; ſimulque **Beſſenhere**, **Bymfaſton**, & **Sydeleſham**, cum aliis villis ſibi cohærentibus, & cum omnibus ad ſe pertinentibus. Necnon terram illius, quæ appellatur **Aldyngboꝛne**, & **Lydeſey** ſex caſſatos; & in **Heinſtediſgate** ſex; & in **Mondham** octo; in *Amberlâ* & **Hoghton** octo; & in **Walthам** quatuor, id eſt xxxii tributariorum, cum conſenſu *Wilfridi* Archiepiſcopi, & *Ethwaldi* Subreguli, cæterorumque cum eis Epiſcoporum, Ducum, optimatumque *Anglorum*, in poteſtate propriæ donationis dabo. Si quis verò contra hæc decreta, firmiter ſtatuta, contraire, & ſolvereconatus fuerit, noverit ſe ante tribunal examinis Chriſti, rationem redditurum, & habere partem cum *Judâ* traditore Domini, in inferno inferiori.

Scripta autem eſt hæc Cartula anno ab Incarnatione Domini DCLxxiii. Indictione xi. Menſis *Auguſti* die tertio.

Prædicta ſiquidem tellus hiis terminis circumcincta clareſcit. *Ab introitu portus, qui appellatur Anglicè* **Wyderingg**, *poſt retractum mare in* **Cumenehoꝛe**, *ſic verſus occidentalem plagam juxta mare, uſque* **Rombyg**: *in ante juxta litus maris, uſque* **Chevestone**; *indè in ante juxta litus uſque* **Heremuth**: *& indè verſus ſeptentrionalem plagam, in longum fluvii uſq;* **Wyaleſſlet**, *uſque* **Bunelsyke**: *exit inde versùs Orientem in longum prædicti foſſati, in* **Wokflet**; *indè versùs Orientem in longum fluvii, & ſic versùs auſtralem plagam uſque* **Wuderingg** *eundem.* ✠ Ego *Ceadwalla* Rex, à præfato rogatus Epiſcopo, Donationis meæ Cartulam ſubſcripſi. ✠ Ego *Wilfridus* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Birthwaldus* Archiepiſcopus hic ſignum confirmo. ✠ Ego *Herwaldus* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Wilfridus* Epiſcopus, terras mihi donatas, quas Chriſti roboratione confirmo. ✠ Ego *Ead-borthus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Ealdulfus* dux *Suthſaxonum* conſenſi & ſubſcripſi. [Omnes iſti, & multi alii conſentientes, ſubſcripſerunt & confirmaverunt.]

Carta Bruny *Ducis* Suthſax, *de quatuor manentibus in* **Hileyh.**

IN nomine Domini noſtri ſalvatoris, ego *Bruny* Dux *Suthſax.* Partem agri juris mei, pro remedio animæ meæ *Eadbyrto* Abbati, ad Inſulam, quæ appellatur **Seleſey**, libenter Concedo, ✠ id eſt quatuor manentes in loco qui vocatur **Hileyh.** ✠ Ego *Numa* Rex hanc donationem conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Wattus* Rex conſenſi, & propriâ manu ſcripſi.

Carta Nothelmi *Regis* Suthſax. *de* xxxiii *tributariis in* **Lydeſey, Aldyngboꝛne, Lenſtedegate, & Wondeham.**

IN nomine Domini noſtri Chriſti ſalvatoris, ego *Nothelmus* Rex *Suthſax.* Pro remedio animæ meæ, ſciens mihi in futuro prodeſſe quicquid Chriſti membris de meâ propriâ poſſeſſione impendo, tibi *Nothgidæ* ſorori

meæ, aliquam terræ partem libenter dabo, ad construendum in ea Monasterium; basilicamque erigendam, quæ divinis laudibus, & Sanctorum honoribus servire videatur. ✠ Id est xxxiii cassatos in locis qui appellantur; hoc est in **Lydeley** & **Aldingborne** xii. & **Leustedergate** x. In **Mondehame** xi. In Orientali plagâ ii. In Occidentali iii. Ut possidendo teneat, cum omnibus ad eam pertinentibus, rebus, campis, silvis, pratis, pascuis. Si quis hanc donationem attributam tibi, in maximo aliquo, vel in modico minuere ausus sit, sciat se in districto omnipotentis Dei judicio, pœnam præsumptionis suæ incurrere. Scripta est hæc Cartula anno ab incarnatione Christi DCXCii. ✠ Ego *Numa* Rex *Sussex.* consensi & subscripsi. ✠ Ego *Wattus* Rex consensi & subscripsi. ✠ Ego *Coenredus* Rex *Westsax.* consensi & subscripsi. ✠ Ego *Ine* consensi & propriâ manu scripsi. ✠ Ego *Eae* Episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Aldhelmus* Abbas subscripsi. ✠ Ego *Laguna* Abbas subscripsi.

Carta dictæ Nothgidæ *de eisdem tributariis datis S.* Wilfrido.

EGo *Nothgide*, famula Christi, præfatam terram illam, quæ michi hæreditariè, per manus consanguineorum meorum, in propriam potestatem trado *Wilfrido* Episcopo reverendissimo; hoc est xxxiii tributariorum; meque ei Monacham facio, præstante Domino, devotâ mente paratam peregrinari coram Deo omnipotenti. Ego *Offa*, Rex *Merciorum*, illam donationem, quæ in aliâ parte hujus paginulæ plenissima scripta tenetur, cum meis fidelissimis testibus firmiter firmo. Ego *Offa* Rex S. *Crucis* Signum impono. ✠ Cum aliis testibus. ✠ Ego *Edelwlf* gratiâ Dei *Occidentalium Saxonum* Rex, quæ donavi, cum Signo Crucis Christi, propriâ manu impono, ab omni regali servicio, & omni secularium causarum absoluta servitute. Si hoc quis minuere, vel mutare præsumpserit, noscat se ante tribunal Christi rationem redditurum, nisi priùs satisfactione emendaverit.

✠ Ego *Eolwlf* Rex *Merciorum*, hanc præfatam terram, secundùm petitionem *Renired* Episcopi, & ejus placabili ..... id est in numero C. mancusæ, ab omnibus curis secularibus in Ecclesiasticam libertatem perdonabo, si meis fidelibus testibus, & illis rogantibus & consentientibus. ✠ *Eadbricth* Episcopus. ✠ *Renired* Episcopus. ✠ *Sired* Dux. ✠ *Wulfrid* Dux. Acta sunt hæc in villâ quæ dicitur **Deaniton.**

Carta Numæ *Regis* Suthsax. *de terris in* **Herotinum, Lachshamstede & Sideleshamstede.**

EGo *Numa* Rex *Suthsax.* aliquam partem terræ juris mei, pro remedio animæ meæ, dabo *Geadufrido*, & fratribus, qui habitant in Insulâ quæ dicitur **Seleley**, ubi cupio ut Corpus meum requiescat. ✠ Hoc est in **Herotinun** quatuor manentes, & in **Laeshamstede** quatuor cessatos; & in **Sideleashamstede** tres, cum omnibus ad se pertinentibus; silvis, campis, pratis, fluminibus, coram ..... reverendissimo *Collan*, necnon & Abbatibus, Comitibusque meis, congregatis, libenter perdonamus. Si quis verò contra hoc Decretum, tyrannico fastu temptaverit, noverit se in tremendo examine, coram Christo, rationem redditurum. Scripta est hæc donationis munificentia, anno ab Incarnatione Christi DCCxiiii. ✠ Ego *Athelstan* Rex consensi & subscripsi. ✠ Ego *Edelred* Regina consensi.

Carta Oslac *Ducis* Suthsaxonum, *de terris in* **Earneleyh.**

REgnante imperpetuum Domino nostro *Jesu Christo*, ac gubernante, ego *Oslac* Dux *Suthsax.* aliquam terræ meæ partem, pro remedio animæ meæ, venerabili Ecclesiæ S. *Pauli* concedo; id est duobus nominibus, **Earneleagh**, *Tielesora*, cum omnibus ad eam pertinentibus; rebus, campis, silvis. Anno ab incarnatione Domini DCCLxxx. factum est in loco, qui appellatur **Seleley.** ✠ Ego *Oslac* hanc donationem propriâ manu subscripsi. ✠ Ego **Gisllehere** Episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Eadwlf* consensi & subscripsi. Omnis dignitas dicit ✠ Si quis verò hoc Decretum irritum facere, tyrannico fretus potentu, violenter temptaverit, noverit se in tremendo sanctorum examine, coram Christo, rationem redditurum; & habere partem cum *Judâ* traditore Domini nostri in inferno inferiori. ✠ Ego *Offa*, Deo donante, Rex *Merciorum*, hanc supradictam terram, juxta petitionem *Wethuni* Episcopi *Suthsax.* corroborans, divinæ Crucis signo confirmabo.

Carta Aldwlfi *Ducis* Suthsaxonum, *de silvâ in* **Gealtborgsteal**, *ad Ecclesiam de* **Ferring.**

IN nomine S. Salvatoris; omnia, quæ secundum præsens sæculum laboramus, vix usque ad mortem sufficiat; quod verò pro æternâ vitâ agatur, utique post mortem conservatur: Idcirco ego *Aldwlfus*, Dux *Suthsaxonum*, aliquantulum silvæ, partem juris mei, *Wethuni* Episcopo largiri, atque distribuere curabam, cum concessu & licentia *Offæ* Regis *Anglorum*, in loco qui dicitur **Gealtborgsteal**, ad Ecclesiam S. *Andreæ*, quæ sita est in terrâ, quæ vocatur **Ferring.** Hæc silva certis finibus terminatur in Occidentali plagâ, juxta superiorem viam, quæ currit ab australi parte, usque ad septentrionem; & in alterâ parte circuitu campestria. Qui hanc parvam donationis munificentiam augere & ampliare voluerit, augeat Dominus partem ejus in libro vitæ. Si verò, quod absit, aliquis tyrannica fretus potestate; temerariè, tenere aut minuere voluerit, sciat se in tremendo examinis judicio horribiliter incidere in manus Dei viventis

tis. Et hæc acta ſunt in monte qui vocatur **Biohthandoune**, anno incarnationis Domini noſtri *Jeſu Chriſti* DCCxi. Cunctis aſtipulantibus & confirmantibus, nominatis atque infra deſcriptis. Ego *Ealdwlf*, qui donavi, primum Signum S. *Crucis* expreſſi ✠. Ego *Eadelwlf* conſentio & ſubſcribo ✠.

Carta dicti Aldwlfi *de tribus tributariis in* **Peartingawirth, & Welyngawirth.**

IN nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, nos quidem præſentis vitæ caducam celeritatem conſiderantes; idcirco unicuique intentâ mentis providentiâ cogitandum eſt, ut aliquid pro redemptione animæ ſuæ aget, quamdiu vixerit in hoc ſeculo: quapropter ego *Adwlfus* Dux *Suthſaxonum*, aliquam partem terræ juris mei, cum conſenſu & licentiâ domini mei *Offæ* Regis *Merciorum*, ad Eccleſiam S. *Petri*, quæ ſita eſt in venerabili loco, quæ dicitur **Seleſey**, libenti animo concedere donabo, id eſt terram trium tributariorum, **Fiſolalandes** quatinus appellantur hiis nominibus, **Peartingawyrth, Wealingawyrth**, cum omnibus ad eam jure pertinentibus; rebus, campis, ſilvis paſcuariis, aucupiis. Si quis hanc donationem augere & amplificare voluerit, augeat Dominus partem ſuam in libro vitæ: Si quis hanc donationem infringere aut minuere auſus ſit, ſciat ſe in tremendo die Judicii rationem redditurum coram Deo & Angelis ejus. Hujus donationis teſtes fuerant hii, quorum nomina infra notantur, ✠ Et ego *Aldwlf* Dux, qui donavi, Signum S. *Crucis* infixi. ✠ Ego *Giſlebere* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Gidheard*, *Hunreed*, *Burehurd*, *Bornulf*, *Oſa* ✠ Omnes iſti conſentientes ſcripſerunt. Ego *Offa* Rex *Merciorum* hanc terram ſilvaticam trium tributariorum, ſecundum petitionem *Wethuni* Epiſcopi, Signo S. *Crucis* confirmo & ſubſcribo ✠ ad Eccleſiam S. *Petri* Apoſtoli, ſicut prænominatum eſt. Ego *Ealdfrid* Rex conſenſi & ſubſcripſi.

Carta Oſmundi *Regis*, *de* xii. *tribut ariis in* **Ferrings.**

IN nomine Domini *Jeſu Chriſti* ſalvatoris, eſto nobis adjutor Domine, quem creditimus, & diligimus, & ſcimus retributorem operum noſtrorum: idcirco ego *Oſmundus*, rogatus à Comite meo **Walhere**, ut ſibi aliquantulam terram ad conſtruendum in ea Monaſterium, largiri dignarer: Cujus precibus accommodans, eandem terram, de quâ ſuggerere videbatur, pro remedio animæ meæ, imperpetuum libenter impendo, id eſt xii. tributarios terræ, quæ appellantur **Ferring**, cum totis ad eam pertinentibus; rebus, campis, ſilvis, pratis, fluminibus, fontanis, & ſilvatina, coponora & **Titleſham**. Scripta eſt hæc Cartula, ab incarnatione Domini noſtri anno DCLxii. Indictione tertiâ, menſe *Auguſti*, die tertio. Ego *Oſmundus* hanc donationem propriâ manu ſubſcripſi. Ego *Oſa* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

Carta dicti Regis Oſmundi, *de* xv *manentibus in* **Hanefeld.**

IN nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, nichil intulimus in hunc mundum; verumtamen nec auferre quid poſſimus; & ideo cum terrenis & caducis, æterna præmia mercanda ſunt: quapropter ego *Oſmundus*, rogatus à Comite meo venerabili *Warbaldo*, atque uxore illius *Tidburge*, ut ſibi aliquantulam terram ad Eccleſiam beati *Petri* Apoſtoli, quæ ibi ſita eſt; in loco qui dicitur **Hanefeld** xv. manerium in perpetuam attribuo poſſeſſionem, cum omnibus ad eam pertinentibus rebus, id eſt campis, ſilvis, paſcuis, pratis, fluminibus, fontanis. Acta eſt hæc Cartula Anno ab incarnatione Domini noſtri *Jeſu Chriſti* DCCLxx. ✠ Ego *Oſmundus* Rex, hanc donationem propriâ manu ſubſcripſi. ✠ Ego *Oſa* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Hedde* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Eadbrigh* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Offa* ſupranominatis perſonis hanc paginulam liberè munio. ✠ Ego *Wlfrid* Epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Brodda* Dux. ✠ Ego *Berthwald* Dux. ✠ Ego *Eadbald* Dux. ✠ Ego *Oſne* Dux. ✠ Ego *Aldwlf* Dux.

Carta Numæ *Regis*, *de* xx *tribut ariis in* **Hegaborgum, & at Dene.**

REgnante perhenitùs Deo, ac Domino noſtro *Jeſu Chriſto*, ſimulque Spiritu ſancto..... in tribus perſonis una deitas, ſine fine permanſura: qua de re unicuique cogitandum, quantum ſibi ſufficiat poſſeſſio, ut cum rebus tranſitoriis labentibus, quod ſibi æterna præparet; præmiaque hujus vitæ præſentis, quibuſque nolentibus vel volentibus appropinquat terminis: Quamobrem ego *Numa* Rex *Auſtralium Saxonum*, aliquas telluris partes, pro amore Dei, & Cœleſtis patriæ venerando Epiſcopo *Eadberhto*, in ſuum & in Dei ſervicium libato aſſenſu ſeculari, æterna conſcribo, & firmiter ad Epiſcopalem ſedem attingere, cum totis ad eam pertinentibus rebus, in campis, in ſilvis, montanis, paſcuis, piſcuariis; terram quæ vocatur **Hegaborgum**, & at **Dene**, xx tributarios libenti animo attribuo. Si quis autem ſucceſſorum meorum, quod abſit, hanc donationem meam, in modico vel in magno, minuere vel invadere temptaverit, ſciat ſe in tremendo examine, coram Chriſto, rationem reddere, niſi ante ſatisfactionem emendaverit. ✠. Scripta eſt autem hæc Cartula anno ab incarnatione Domini DCCLxxv. Indictione ſecundâ Teſtimonium ergo & conſenſum huic donationi ſigna æterna demonſtrabo. ✠ Ego *Numa* Rex primus, Crucis Chriſti ſigno munio. ✠ Ego *Eadbrigh* piſcopus mihi terram tributam confirmo. ✠ Signo Crucis Chriſti. Ego *Ina* conſenſi & propriâ manu ſcripſi. ✠ Ego *Wattus* Rex conſenſi

ſenſi & ſubſcripſi ✠. Ego *Coenredus* Rex *Weſtſax.* roboravi ✠.

Carta Numæ *Regis prædicti, de quatuor tributariis in* **Piperinc.**

IN nomine domini Dei ſalvatoris noſtri *Jeſu Chriſti*, quid aliud in hoc mundo adipiſci poſſumus, niſi ut animas noſtras, Deo offerente, & per beatam ſpem æternam mereri digne-mur vitam. Qua de re ego *Numa* Rex *Suthſaxonum*, pro remedio animæ meæ, aliquantulam terram in proprias ſubſtantias condonabo famulo Dei, nomine *Berhfrid*, in loco qui appellatur **Piperinges**, juxta fluvium **Tarente**; id eſt quatuor tributarios; ita tamen, ut in eo loco die noctuque ad Dominum provehant orationes; orantium pro me, & pro ſeculo, ſemper ſpecialis locus Deo ſervientibus conſervetur. Denique ſine ſecularibus ſe ſolvente rebus, & Deo ſoli deſideranti ſervire in re prædictâ, ſua omnia, cum ſemetipſo *Eollano* concedebat: Idcirco ego *Eolla*, pro ſuſceptâ pecuniâ, hanc donationem, cum conſenſu fratrum Regiſque noſtri *Numani*, *Wlfherio* in re præfatâ in poſſeſſionem perpetuam tradam. Si quis hoc temeritatis audaciâ, hoc, aut per vim avertit decreta, à Catholicorum caterva anathematizatus, jure divino, & inſolubilis æternæ retributionis vindictam pœnas ſubjaceat, cruciandus inperpetuum. Hanc donationem meam, ego *Numa* Rex conſentiens, omnibus Comitibus, unâ mecum, meâ manu ſubſcripſi. Ego *Oſritus* conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Eadbirtus* conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Eolla* conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Beova* hanc terram juris mei, quam michi propinqui mei edonabant, cum conſenſu *Numani* Regis & *Eollan* Epiſcopi, conſentientibus *Ethilberto* Rege, & Epiſcopis *Sigfrido*, *Beorran*, & *Eccam*, libenter concedo, ut me vivente in poteſtate eorum ſit, & poſt obitum meum habeant licentiam habendi, donandique cuicunque illis placuerit. Eandem terram ego *Oſmundus* Rex pretio redemi ab *Errano* Comite meo, cum conſenſu Epiſcopi noſtri, cum augmentatione terræ illius, quæ appellatur **Tytburg**, Dei famulæ imperpetuam attribuo poſſeſſionem. Ego *Oſmund* Rex ſignum S. *Crucis* expreſſi ✠. Ego *Oſa* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠. Sic eſt regalis omnis dignitas.

Carta Cœnulphi *Regis, de reſtitutione terrarum in* **Deantone.**

ANno Dominicæ incarnationis *DCCCI.* regni verò *Cœnulphi* Regis *Merciorum* anno quinto; orta eſt aliqua diſſenſio inter *Cœnulfum* & *Wethunum* Epiſcopum *Auſtralium Saxonum*, de terrâ illius prædicti Epiſcopi, id eſt in **Denton** *xxv.* dicebat Rex, ut rectiùs attingere debet ad Monaſterium in **Readyngham.** Dicebat Epiſcopus, quod ejus anteceſſoribus dudum datum fuerat ad Eccleſiam, quæ eſt in **Seleſegh.** Cogitabat Rex eum in aliquâ parte ſuæ hæreditatis diſpoliare, niſi Epiſcopus prædictæ Provinciæ, *Wethtune*, cum teſtimonio ac verbis Canonicis, Regem reſipiſceret, ac pernicioſam meditationem regalis potentiæ mitigaret, & humili ſupplicatione popoſcit, ut eum inſontem innocentemque non condemnaſſe, neq; deprivaſſe hæreditati Eccleſiæ. Tunc Rex, verbis legalibus Epiſcopo promendo, conſentiens; conceſſitq; Epiſcopo, ut ad propria, cum cedula remeaſſet; ibidemque ſine ullo conflictu ſempiternatur, cum ſuis ſucceſſoribus manſiſſe; & hoc coram omni Synodo at **Celchide** aſcribere demandavit, ut nullus ſucceſſorum ejus, eum in aliquo moleſtet vel Eccleſiam agitarent, ſub hoc teſtimonio, quorum nomina caraxata eſſe videntur. Ego *Cœnulf* Rex *Merciorum* hoc conſenſi & ſubſcripſi ✠. Signum manus *Mugberti* Epiſcopi ✠. Signum manus *Edilbardi* Archiepiſcopi ✠. Signum manus *Aldwlfi* ✠. Signum manus *Cunberhti* Epiſcopi ✠. Signum manus *Viberti* Epiſcopi ✠. Signum manus *Deneberti* Epiſcopi ✠. Signum manus *Wifhardi* Epiſcopi ✠. Signum manus *Eadwlf* Epiſcopi.

Carta Wlfredi *Archiepiſcopi de Eccleſiis de* **Dentone** *reſtitutis Eccleſiæ* Seleſienſi.

IN nomine Domini, anno ab incarnatione Chriſti DCCCxxv. Indictione tertiâ, anno ſecundo regni *Beornulfi* Regis *Merciorum*, Sinodus fuit ad **Clobeham**, præſidente Archiepiſcopo *Wilfrido*, poſt mortem *Cœnulfi* Regis *Merciorum*, multæ diſcordiæ & innumerabiles diſſociantiæ extollebantur contra uniuſcujuſque principalium perſonarum, Regum & Epiſcoporum, & paſtorum Eccleſiarum Dei, erga plurima ſecularia negotia; ita, ut multùm diſpoliatæ fuerant per loca diverſa Eccleſiæ Chriſti in rebus internis, in tribulo in omnibus cauſis . . . . . eâ Epiſcopus *Auſtralium Saxonum Coenredus* fuerat ſpoliatus de aliquâ parte terræ illius xxv. Eccleſiæ quæ vocitatur **Deanton**, quod *Pleghaard* Abbas dudum tradidit ad ſedem Epiſcopalem, quæ eſt in **Seleſegh**, cum corpore ſuo, quod ei Rex *Offa* ante condonaverat & conſcripſerat de hæreditate Eccleſiæ **Bedingehomme**, quam ipſe ſibi adquiſierat in hæreditatem propriam. Tunc in præfatâ Synodo judicatum eſt, ut ille Epiſcopus, cum conſenſu, & unanimi conſilio Epiſcoporum & Abbatum, ſeu Principum, in jus proprium Eccleſiæ hæreditatis, ſine ullo obſtaculo accipiat; ſic, ut ante priùs *at* **Coelchide** judicatum inter *Cœnulfi* Regis & *Wethuni* de ejuſdem terræ aſſumptione, coram Archiepiſcopo *Eadilheardo*, tertio anno *Cœnulfi* Regis; & licet acta ſunt coram omni conſilio *at* **Clobesham**, cum conſenſu & licentiâ Regis & Principum, & Archiepiſcoporum, quorum nomina infra annotantur, & cum ſigno S. *Crucis* Chriſti impreſſerunt & confirmaverunt. Ego *Wlfridus* Archiepiſcopus ſignum Salvatoris pro ampliori firmitate conſcribo & confirmo ✠ has teſtimoniæ cauſas.

sas. *Adelwald* Episcopus ✠. *Cœlberth* Episcopus ✠. *Redmin* Episcopus ✠ *Eaberth* Episcopus ✠. *Eodulf* Episcopus ✠. *Wihtred* Abbas ✠. *Ayred* Dux ✠. *Eadwlf* Dux ✠. *Eadberth* Dux ✠. *Aelhstan* ✠. *Aldred* ✠. *Eadbald* ✠. Si quis verò, quod absit, hanc munificentiam frangere temptaverit, sciat se anathematizatum, ab omni Synodali societate separatum, nisi ante satisfactionem Deo & hominibus emendaverit.

Carta Athelstani *de quatuor cassatis terræ in* **Wedmeney & Earnelegh** *concessis* Beornheago *Episcopo* Selesiensi.

REgnante perpetuat ..... atque omnem humanæ imbecillitatis sensum benignitate ..... largifluâ tonante .... que mirando ineffabilique proprii arbitrii privilegio, alta, media, infima, invictæ fortitudinis lautè teutinata gubernat; & ea quæ infra sunt non anotata, sed semper iternat manenti elucubratione voluntatis inestimabilis, luce inaccessibili, rimatur, quæ massam humanæ conditionis, generale olim fraude falsitatis deceptam paria naturæ sinceritatis pulsam meritò piaculi, heu proh dolor commissi justè ..... sam cirographam æternæ servitutis, seu dampnationis subituram, temporibus labilis vitæ, volventibus novissimis, præcepta panto cratonis misericorditer reformavit; cujusque fædato flumina æternarum lachrymarum tempora orario assumptæ mortalitatis eam dolore cruciatus, qui sempiternos evadentem, ad optabilia æternorum gaudiorum deduxit lumina, quorum pars ejusdem recuperatæ massæ terreni incolatus erumpnas, operibus examinatis transvolans, inter candentia vivorum Angelorum agmina fœlicitur exultando congaudet: Altera verò gemendæ peregrinationis diuturnitate exulans splendida, meritis adhuc nutantibus orbatâ regione.

Hujus siquidem exosæ peregrinationis mærore pressus, gaudio longevæ beatitudinis illectus, ad devianda scelerum commissorum peccamina, & ad nanciscendam jam antefatæ gloriæ Coronam, ego *Athelstanus* Rex *Anglorum*, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCxxx. regni verò gratis mihi commissi sexto, Indictione tertia, Epactæ xviii. concurrente, quarto nonas Mensis *Aprilis*, tertiâ Lunâ rotigeræ vagationis, per ejusdem omnipatrantis Dextram totius *Britanniæ* regno sublimatus condonando, quandam michi ab eâ tellure particulam mirabiliter concessam, meo fideli Episcopo *Beornheago*, tribuo, id est quatuor cassatornm, in loco quem solicolæ vocant ad **Wedemenynga**, cum silvâ campisque ad eam jacentibus, quæ *Earnelega* dicitur. Pratumque quod Civitatem *Heta*, quod Saxonice **Garstone** appellatur, ut ille eam sine jugo detestandæ servitutis liberat, ac æternaliter quamdiu verberanti ocellorum volatu, auraque spirabili potiatur habeat; & post generalem, qui in omnibus, certusque incertusque homunculis constat transitum, cuicunque successionis hæredi voluerit imperpetuum derelinquat. Si autem, quod non optamus, aliquis superbè, atque protervè flammivomâ administrante invidia afflatus Spiritum evenerit, hanc meæ compositionis, ac confirmationis breviculam demere aut infringere, & ad nichilum deducere temptaverit, sciat se novissimâ ac magnâ examinationis die, tubâ perstrepente Archangeli, buccinis sponte dehiscentibus, zomata diu corrupta relinquentibus elementis omnium creaturarum pavefactarum, cum *Judâ* proditore, qui a satoris profato filius perditionis dicitur, æterna confusione edacibus innumerabilium tormentorum flammis periturus: Hujùs namque à Deo dominoque Jesu Christi inspirante atque vivente voluntatis cedula, in villâ omnibus notissimâ, quæ **Lullyngminstre** nuncupatur, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, patriæ procuratoribus regiâ dapsilitate ovantibus proscripta est; Cujus etiam inconcussæ firmitatis soliditas, hiis testibus roborata constat, quorum nominam subtùs carateribus depicta adnotantur. Ego *Athelstanus* singularis privilegii Monarcha prædictus Rex hujus In ..... firmitatem, cum signo sanctæ semperque amandæ Crucis, corroboravi & subscripsi ✠. Ego *Wlfhelmus Dorobernensis* Ecclesiæ Episcopus consensi & subscipsi ✠. Ego *Alfunus* Episcopus consensi & subcripsi ✠. Ego *Eadgar* Episcopus consensi & subscripsi ✠. Ego *Conwaldus* Episcopus consensi & subscripsi; & multi alii Episcopi, Duces, & Milites consenserunt & subscripserunt.

Carta Edmundi *Regis, de sex mansis in* **Blakelesham, & Earnele.**

IN nomine S. *Trinitatis*, quamvis decreta Pontificum, & verba Sacerdotum, velut fundamenta montium, in districtis ligaminibus fixa sunt; tum plerumque tempestates & turbines secularium rerum, etiam religio S. Dei Ecclesiæ maculis reproborum dissipatur ac rumpitur; idcirco futurorum temporum statum providentes posteris succedentibus profuturum esse decrevimus, ut ea quæ communi tractu salubri consilio diffinhiuntur, certis literulis roborata confirmentur: Quapropter ego *Edmundus* Rex *Anglorum* cæterorumque gentium in circuitu persistentium gubernatorum & rectorum, cuidam michi fidelissimo in Christo Ministro & Episcopo, nomine *Elfredo*, quandam ruris partem, de terris Episcopatus sui, quam ipse modo, & priùs sui antecessores Pontificali jure possideant: Ego autem largiente Dei gratiâ, regiminis numine utor ad possidendum hæreditatem, ipsi concedo, stiloque perhenito trado sex Mansas in duobus locis; quatuor Mansas ad **Blakelesham**, & duas Mansas *at* **Earnele**: tali autem tenore hoc præfatæ munificentiæ munus tradendo concessi, ut possideat & firmiter teneat, usque ad ultimum cursum vitæ suæ, cum omnibus utensilibus, quæ infra terminos ejusdem juris continentur, tam in notis causis, quàm ignotis; in modicis & in magnis; terrâ & mari; humido & sicco; campis, silvis, pratis, pascuisque donans donabo libertatem; & postquam humani

mani generis fragilitatem deſeruerit, & ad deſiderabilem jucunditatis viam, per gratias ſuperni Judicis adierit, ſuccedendum ſibi cuicunque libuerit æternaliter derelinquat, ſeu ſuperius prænotant. Sit autem prædictum rus liberum ab omni fiſcali tributo, ſeculariumque ſervitutum ..... ſive expeditione & Pontis Arciſve inſtructione.

Præcipio, quod in nomine Dei ſummi, tam vobis viventibus, quàm & divina præcepta prædicantibus, hujus libertatis ſtatuta ad irritum deducere, minimè quiſpiam præſumat. Quiſquis, benevola mente, meam donationem amplificare ſatagerit, in hoc præſenti ſeculo, vita illius proſpera fœliciter longitudidine vitæ gaudia teneat. Si quis autem propriâ temeritate violenter invadere præſumpſerit, ſciat ſe proculdubiò, ante tribunal diſtricti Judicis, titubantem, tremebundumque rationem redditurum, niſi priùs ſatisfactione emendare maluerit. Acta eſt hæc præfata donatio anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCCxlv. Indictione tertiâ. Ego *Edmundus* Rex *Anglorum* prætatam donationem cum ſigno ſanctæ Crucis confirmavi ✠. Ego *Eadred* ejuſdem Regis frater, conſignavi ✠. Ego *Eadger* ejuſdem regis mater, prædictum donum conſenſi ✠. Ego *Odo Dorobernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, ejuſdem regis donationem, cum Sigillo S. *Crucis* roboravi ✠. Ego *Wulſtan* Archiepiſcopus ejuſdem regis donationem, cum trophæo agiæ Crucis conſignavi ✠. Ego *Wodred Londonenſis* Eccleſiæ Epiſcopus confirmavi ✠. Ego *Elphea Winton.* Eccleſiæ Epiſcopus triumphalem trophæum agiæ Crucis impreſſi, *&c.*

Carta Eadwyni *regis de* Lx. *manſis conceſſis* Brithelmo *Epiſcopo.*

... athacliſuni tempeſtate ſedatâ, ſuperſtiteque *Noæ* proſapiâ elentoſinum reſtaurante *Amno* Rege *Babyloniæ* per arma peſtifera tyrannidem cepiſſe, ſatis declarant Hiſtoriographi; ex in aureo tempore finito, necnon & æneo ferrei ſequaces modo vi præeuntes, modo mechanicâ arte cæteros fallentes, & perſæpe utroq; omnem ſubigerunt cenſum reddere vulgus uſque ad calcem, ac ſic fortunâ ludente mancipari immobilis, patitur terra ſubditis habenis in ſeptrigo voluntatis arbitrio. At nunc veritas ipſa de terrâ reſurgens humanæ inventionis legi contraire, extemplò parvi pendit: unde Apoſtolus inquit, *Cui honorem honorem; cui vectigal vectigal:* Et veritas ipla, *Reddite quæ ſunt* Cæſaris Cæſari, *& quæ ſunt Dei Deo.* Hoc itaque prælibato, ego *Eadwys* baſilion totius *Albionis*, hanc particulam terræ mihi Deo donante ſortitam, in hæreditario jure ſingulis impartiri hanc pigeo, ut eo fideliter quiſque exiſtat, quo liberior ..... cenſu apparet. Huic ergo michi fideliſſimo *Brithelmo* Epiſcopo, & fratribus *Ciceſtriæ* morantibus, Lx. manſas diverſorum locorum, quorum nomina & numerum infra monſtrabit terminus ille, in Diocæſim perpetuam, pro ſalute animæ meæ incunctanter offero, ydoneis diverſi ordinibus aſtipulantibus viris, libentiſſimè concedo, cum omnibus ad ſe pertinentibus pratis, paſcuis, ſilvis, ſolutos jure regali, lege privilegiorum. Interdiximus ergo neminem auſum ire hoc factum ſubvertere, Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLvi. imperii autem mei primo, miſi Anathema Deo & omnibus Sanctis fieri minimè ducat. Ego *Eadwys* Rex gentium *Albionis*, hoc donum ymo ..... tripudialis Crucis vexillo ſpontaneè impreſſi ✠. Ego *Eadgar* indoles Clito conſenſi ✠. Ego *Odo* Archiepiſcopus corroboravi ✠. Ego *Oſcitel* Epiſcopus confirmavi ✠. Ego *Elpheg* Epiſcopus adquievi ✠. Ego ..... Epiſcopus favi ✠. Ego *Brithlin* Epiſcopus dictavi ✠. Ego *Daniel* Epiſcopus ſubſcripſi ✠. *Alfgar* Dux ✠. *Athelſtan* Dux ✠. *Alhere* Dux ✠. *Edmund* Dux ✠. *&c.*

Carta Brithelmi *Epiſcopi de* xlii. *tributariis in* Seleſey, Wightryng, Icchenoze, Bydham, Egeſawyda, Bymkaſton, Sidelham, *cum aliis villis cohærentibus; & terræ de* Aldingboꝛne, Ludeſey, Geinſtedeſgate, Amberle, Hoghton, Walthan *&* Wondeham, *ex conceſſione* Elwyni *regis.*

IN nomine Domini *Jeſu Chriſti*, coſmi Salvatoris, anno ..... imperii *Eadwys* totius *Albionis* Inſulæ imperantis, ego *Brithlinus*, diſpenſatione divinâ Epiſcopus, humanæ conditionis non immemor quam brevis eſt vita hominis ſuper terram, totum me in futurum extendere deſidero, & ad ſuperna egregiè feſtino, ubi noſtra abſcondita eſt vita in Chriſto, in Deo; atque ut amplior mihi hæreditas in terra viventium reddatur totâ mentis aviditate crebrò ſcrutatus ſum, qualiter terram quæ fraudulenter, per quendam *Alfrinum* nomine, contra Decreta Sanctorum patrum *Niceni* conſilii, ab Eccleſiâ erepta fuerit, ubi *Gevviſorum*, id eſt *Auſtralium Saxonum* Præſul, Epiſcopali Cathedrâ ſublimari videbatur; id eſt xlii. tributarios in illis locis qui vocantur Seleſey, Wyſtrynges, Icchenoze, Bydham, Egeſewyda, Bymkaſton, Sydeleſham, cum aliis villis ſibi cohærentibus, & cum omnibus ad ſe pertinentibus; necnon & terræ illius quæ appellantur Aldyngboꝛne, Ludeſcy vii. caſſatos; & in Geinſtedeſgate ſex; in Amberle & in Hoghton viii. & in Waltham quatuor. Et in Wondeham ix. id eſt xxxii. tributariorum, priſtino cui pertinebat Epiſcopatu reſtituere voluiſſem: Unde igitur rimabar, quibus vel qualibus cariſmatibus ſupradictum Regem *Eadwys* michi placare potuiſſem, ut in eâ poſſeſſione terra reſtauretur præfato Monaſterio ceſſit animo, quod Centum mancuſas obrizi auri in ejus devotionis obſequium attuliſſem; quod mox factum eſt: Accepto igitur præſcripti auri pondere, hanc reſtaurationis Cartam ſcribere juſſit, & conſentientibus Epiſcopis, Ducibus, omnibuſque noſtratis gentis optimatibus, placido Rex vultu, denique me allocutus eſt; ita dicens, *Habeto fœliciter & poſſideto, quamdiu vitalis flatus tuum alnerit*

aluerit corpus : Cum autem dissolutionis tuæ dies advenerit, nullus eligatur hæres, sed ad eundem, ubi Episcopalis Saxonum Austrálium *habita sedes perpetuatur, redeat locum; ita ut ex hoc inconvulso jure ipsius &* Seleley *Præsulis usibus præfata terra mancipetur, cum omnibus ad se ritè pertinentibus, campis, pascuis, pratis, silvis, capturis piscium.* Maneat verò hæc possessio immunis ab omnibus secularibus negotiis, exceptis tribus, Expeditionum, curâ Pontium, Arcisve comparatione. Si quis verò hoc carisma nostrum, aliqua machinatione infringere conatus fuerit, veniam non hic mercatur, nec in futuro Clavigerum regni Cœlestis propitium habeat, nisi priùs hic ad satisfactionem emendare maluerit. Hæc scripta est Carta anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLvii. Indictione xv. Ego *Eadwys* Rex *Anglorum* indecinatè concessi ✠. Ego *Algar*, ejusdem Regis frater, celeriter consensi ✠. *Athelstân* Dux ✠. *Eaduine* Dux ✠. *Athelwold* Dux ✠. *Aelfing* præsul Sigillum agiæ Crucis impressi ✠. Ego *Brithlinus* Episcopus confirmavi, *&c.*

Carta Etheldredi *Regis, de quatuor mansis in* Colewoxth.

DOmino dominorum dominante in secula seculorum. Regna regnorum hujus præsentis seculi transiant sicut ignovomica, & hic omnis gloria & jocus hujus mundi peribit, & non sunt æterna; sed superna æterna sunt : undè ego *Etheldredus* Rex, *Anglorum* gubernator & Rector, cuidam fideli m[illegible] Ministro, quem nonnulli vocitant noto vocamine Leoffstan, quatuor mansas æternaliter concedo, illic ubi Anglicâ appellatione dicitur *at* Calewoxth, ut hoc diebus suis possideat tramitibusque vitæ suæ, & post se cuicunque voluerit hæredi derelinquat, in æternam hæreditatem. Si autem tempore contigerit aliquo quempiam hominum aliquem libellum ab[illegible]orum apicum ad nichilationem palam producere, sit omnimodis ab omnibus hominum Ordinibus condempnatus, omniumque abolitus industriâ veritatis cujuscunque Regum antecessorum tempore fuerit præscriptus maneat : Igitur mecum hoc meum immobile donum æternâ libertate jocundum, cum universis, quæ ritè ad eundem locum pertinere dinoscantur, campis, pascuis, pratis, silvis, sine Expeditione & Pontis, Arcisve instructione. Si quis autem propriâ temeritate, violenter invadere præsumpserit, sciat se proculdubiò, ante tribunal districti Judicis, titubantem, tremebundumque rationem redditurum, nisi priùs dignâ hic satisfactione emendare maluerit. Anno dominicæ Incarnationis DCCCCLxxxviii. Indictione primâ, scripta est hæc Cartula; hiis testibus consentientibus, quorum inferiùs nomina caraxantur. Ego *Etheldredus* Rex *Anglorum* præfatam donationem concessi ✠. Ego *Ethelgarus Dorobernensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, cum Signo S. Crucis roboravi ✠. Ego *Oswaldus Eboracensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, Crucis taumate annotavi ✠. Ego *Ælphagus* Episcopus confirmavi ✠. Ego *Alstanus* Episcopus corroboravi, *&c.*

Carta Godæ *optimatis de quatuor cassatis in* Upmerdone.

IN nomine ab alto cuncta cernentis, *Godæ* optimas, Ministerque regalis, cum consilio & licentiâ *Edwardi* Regis, jure hæreditario *Withstano*, quia ejus filiam in conjugio habebat, quatuor cassatos in loco, quem solicolæ Upmerdone vocitant : deditque ille *Withstan* postea unius terram manentis, ab *Elfredo*, & à conjuge suâ *Ealsware* æternaliter ad possidendam, cum pratis, pascuis, silvis, rivulis, omnibusque ad eam utilitatibus ritè pertinentibus, pecuniâ emit probatâ; quæ donatio empta juxta stagnum, quod Blackmuer appellatur, facta est : Cujus & testes assentientes hii fuerunt, *Edwardus* Rex, *Wyghelyn* Episcopus, *Hehferd* Dux, *Eadwald*, *Ethelstan*, *Elfred*, *Wlfrige*, *Goda*, *Bremhe* ....., *Dudda*. Post interlunium temporis prædicti, *Withstan*, cum uxore & filio, proficiscens ad *Romam*, eandem hæreditalium cassatarum terram, licentiâ ab *Ethelstano* Rege percepta, *Wlhune* Episcopus, pro duobus denariorum milibus argenti; quibus insuper denariis, uno adjuncto equo in perpetuam hæreditatem tradidit Episcopo; namque ut hujus terræ emptio firma & rata esse, sibique perpetualiter perduret, deprecabatur Regem, ut suæ manus, suorumque optimatum inscriptum, huic Cirographo imponeret, quodque faciens, dixit, *Qui hanc addere voluerit, bona domini in terrâ videat viventium. Qui vero minuere, & per antiquam, si supervenerit, Cartulam elidere temptaverit, sciat illam contitiscendo esse* ..... *& semetipsum novissimâ examinationis die, classicâ Archangeli clangente buccinâ paliandria frigulis homulorum liquefactum, tetra relinquentibus, cum* Judâ *impiæ proditionis compilatore, infaustis quoque Judæis Christum ore sacrilegio blasphemantibus æterna dampnatorum edacibus favillantium tormentorum flammis esse periturum.* Hujus sanè testes Cedulæ & exactores sunt, quorum nomina..... depicta annotantur. ✠ Ego *Eadwstanus* privilegii Ierarchiâ prædictus Rex, hunc indiculum, & cum signo sanctæ, semperque adorandæ Crucis, corroboravi, & subscripsi ✠. Ego *Wlfhelmus Dorobernensis* Ecclesiæ Archiepiscopus corroboravi, & subscripsi ✠. Ego *Wlstanus Eborac.* Ecclesiæ Archiepiscopus, consensi, & subscripsi ✠.

Carta Ethelberti *Regis* Sussaxonum, *de manentibus in* Wystrings.

IN nomine Dei summi, ego *Ethelbertus* Rex *Sussaxonum*, domino regnante imperpetuum, aliquam partem terræ meæ, ad construendum Monasterium, *Diozsan* venerabili viro do, pro remedio animæ meæ, decem & octo manentes, in loco qui dicitur Wystrings, cum omnibus ad se pertinentibus; campis, silvis & piscatibus, fluminibus; & ita firmiter &

immutabiliter, in poteſtate præſentis viri *Diozſan* hæc donatio permaneat, ut nullus poſt obitum noſtrum, mutare aut minuere præſumat. Ego *Ethelbertus* Rex hanc donationem, cum propriâ manu ſcripſi ✠. Ego *Seffridus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠. Ego *Wyga* conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Et ego *Diozſan* donationis hujus terram, quam mihi *Athelbertus* Rex conceſſit, in libertate juris mei dilectiſſimæ ſorori meæ donabo etiam; cum conſenſu *Ethelberti* Regis; necnon cum conſenſu venerandi Epiſcopi *Seffridi*, ut in poteſtate ejus ſit poſt obitum meum habendi, donandique cuicunque voluerit ✠. Ego *Offa* Rex hanc donationem manu propriâ ſigno & confirmo ✠. Ego *Oſeneared* Regina conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Carta Willielmi *Regis*, *de terrâ* Cutelli *& libertate.*

Willielmus Rex *Anglorum*, *R.* Epiſcopo *Ciceſtriæ*, & *E.* filio *Augeri*, & *Hoello*, & aliis Miniſtris ſuis ſalutem. Concedo Eccleſiæ *Ciceſtriæ* terram quæ fuit *Chetelli*, extra portam *Ciceſtriæ*, tenendam liberè & honorificè, cum *ſocâ* & *ſacâ*, & *Infangenethefe*. T. Comite *Mellenti* apud **Brochehurſt.**

Carta ejuſdem de terrâ prædictâ.

Willielmus Rex *Anglorum*, *Rogero* Comiti, & omnibus Baronibus de **Suſſex**, ſalutem; Sciatis me dediſſe Eccleſiæ de *Ciceſtriâ* carucatam terræ, quam tenuit *Kytellus Eſtermannus*, in **Suſſex**; & domos quas ipſe *Kitellus* habebat in Civitate *Ciceſtriæ*. Teſtibus *Rodeberto Diſpenſatore*, & *Ric.* de *Curceye*.

Carta ejuſdem Regis W. *de* Warennâ, *in* **Wiſtring & Sioeleſham.**

Willielmus Rex *Anglorum R.* Comiti & *H.* filio ſuo, & omnibus Baronibus & aliis Miniſtris, *Francis* & *Anglis* circa *Ciceſtriam* ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe Eccleſiæ *Ciceſtriæ* terram de **Wyſtring**, & de **Sydeleſham**; & defendo. Teſte *Rodberto* Cancellario.

Carta Regis Henrici *primi*, *de terrâ Cimiterii.*

H. Rex *Angliæ* omnibus Miniſtris ſuis de *Suſſexiâ* ſalutem. Sciatis, quod concedo Eccleſiæ *Ciceſtriæ*, & *Radulpho* Epiſcopo, terram, quam Comes *Hugo* dedit in Cimiterium, & frater ſuus *Henricus*; terram dico & domos & in viâ & extra murum. Teſte *R.* Comite de *Mellent* apud *Weſtmonaſterium*, in *Natale* Domini,

Carta dicti Henrici *de libertatibus* Epiſcopalibus.

H. Rex *Angliæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, & omnibus ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe *Sayfrido Poleks* Epiſcopatum de *Ciceſtriâ*, cum terris & omnibus rebus eidem Epiſcopatui pertinentibus: & volo & firmiter præcipio, ut ita benè & in pace & honorificè & quietè teneat, infra burgum & extra, in boſco & plano, in aquâ & extra, & omnibus aliis locis, cum *ſochâ* & *ſachâ*, & *tol* & *them*, & *infangtheof*, & cum omnibus conſuetudinibus ſuis, cum quibus *Stigandus* anteceſſor ſuus, vel aliquis alius anteceſſorum ſuorum unquam meliùs & honorificentiùs & quietiùs tenuerunt. Teſtibus Archiepiſcopo *Willielmo Cantuarienſi*, & *G.* Archiepiſcopo *Bathonienſi*, & *Willielmo* Epiſcopo *Wyntonienſi.*

Carta dicti Regis Henrici *de paſſagio de* Hottonâ.

H. Rex *Angliæ*, *R.* de *Belmes*, & *Hugoni* de *Faleyſâ*, & omnibus Baronibus ſuis de **Suſſex** ſalutem. Sciatis me reddidiſſe terram *Radulpho* Epiſcopo de *Ciceſtriâ*, terram juxta murum Civitatis *Ciceſtriæ*, ſicut melius eam unquam tenuit die *Roberti* de *Beliſmo*: & dono ei ſuum paſſagium de **Hotton**, ſicut meliùs habuit tempore *Roberti* de *Beliſmo*, & anteceſſorum ejus. Teſte *W.* de *Werelwaſt*, apud *Weſtmonaſterium*, in Concilio.

Carta dicti Regis Henrici *de* Warennâ *de* **Aldingborne**, *& de* Amberleyâ, *& de* Hottonâ.

H *Enricus* Rex *Angliæ* omnibus Baronibus de **Suſſex**, *Francis* & *Anglicis* ſalutem; Sciatis me conceſſiſſe *Radulpho* Epiſcopo de *Ciceſtriâ* habere warennam in terrâ ſuâ de **Aldingborne**, & de *Amberleyâ*, & de *Hottonâ*, cum totis fugationibus; & prohibeo ſuper x *l.* forisfacturam ne aliquis fuget in ea, niſi licentiâ ſuâ. Teſte *Willielmo* de *Cantvillâ* apud *Wyntoniam.*

Carta ejuſdem, *de warennâ in totâ terrâ de* **Danewode.**

H *Enricus* Rex *Angliæ*, omnibus Baronibus & fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* de **Suſſex** ſalutem. Concedo, quod *Radulphus* Epiſcopus *Ciceſtriæ* habeat in Warenniâ terram ſuam totam de **Danewode**, & nullus in eâ fuget, & nec leporem capiet ſine licentiâ in x *l.* forisfacturâ. Teſte *Johanne Bathon.* apud *Porteſmundam.*

Carta

Carta Stephani *Regis, de Capellariâ de* Pevenesell.

S. Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, & omnibus fidelibus *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe Eccleſiæ S. *Trinitatis Ciceſtriæ*, & *Hillario* Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis, in perpetuam elemoſynam, Capellariam de Pevensel, cum omnibus ad eam pertinentibus, ita quod *Hillarius* Epiſcopus & ſucceſſores ſui, indè ſint Capellani *Matildis* Reginæ uxoris meæ. & ſucceſſores ejus, & ad feſta ejus invitati tanquam proprii Capellani ejus venient, & ei indè ſervient. Et volo & præcipio, quod Eccleſia & Epiſcopi teneant præfatam Capellariam, & quicquid ad eam pertinet benè & in pace, liberè & honorificè, & quietè, cum *ſocâ* & *ſocnâ*, & *thol*, & *theam* & *Infangentheof*, & omnibus aliis libertatibus ſicut tenent alias poſſeſſiones ſuas, & quod libertates ad eandem Capellariam pertinent. Teſtibus *W. Norwicenſi* Epiſcopo, & *Henrico* Abbate de *Fiſcampe*. *M.* Regina.

Carta dicti Regis Stephani *de Manerio* de Birle.

S. Rex *Angliæ* Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe *Hillario* Epiſcopo *Ciceſtriæ*, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, Manerium de Birle, cum Hundredo & Eccleſiis, & cum omnibus pertinentiis ſuis, quod *Johannes* Comes *Augenſis*, Eccleſiæ *Ciceſtrenſi* & prædicto *Hillario* Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, aſſenſu meo reddidit & quietum clamavit de ſe & hæredibus ſuis imperpetuum, ſicut jus *Ciceſtrenſis* Eccleſiæ, & ſicut Carta ejuſdem *Johannis* Comitis teſtatur. Quare volo & firmiter præcipio, quod Eccleſia *Ciceſtrenſis* & *Hillarius* Epiſcopus, & omnes ſucceſſores ſui, prædictum Manerium de Birle, cum Hundredo & Eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis, tam in boſco, quam in plano, de me in Capite, cum *ſocâ* & *ſacâ*, & *thol* & *theam*, & *Infangentheof*, & cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus, cum quibus meliùs & liberiùs & quietiùs tenent alias tenuras ſuas; & ita, quod propter hoc Manerium, quod Eccleſia *Ciceſtrenſis* recuperavit à prædicto Comite *Augenſi*, non requiratur ampliùs ſervicium aliquod, neque de Eccleſia, neque de Epiſcopis, quia clamavi illud Manerium quietum *Hillario* Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, de omnibus ſerviciis in auxilio ſervicii, quod Eccleſia prædicta primitùs debebat. Teſtibus *Theobaldo Cantuar.* Archiepiſcopo, & *H. Wynton.* Epiſcopo, & *R.* Epiſcopo *London*, & cæteris apud *London*.

Carta dicti Stephani *Regis, de confirmatione quartæ partis Civitatis* Ciceſtriæ, *cum libertatibus.*

S. Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Vic. Baronibus, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis*, totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe idem donum, quod Comes *Willielmus* de *Arundell* fecit Eccleſiæ S. *Trinitatis Ciceſtriæ*, donandum ei, *ſcil.* quicquam habeat in quartâ parte Civitatis *Ciceſtriæ*; in quâ ipſa Eccleſia & domus Epiſcopales & Canonicorum ſitæ ſunt. Quare volo & firmiter præcipio, quod Eccleſia S. *Trinitatis Ciceſtriæ* teneat & in perpetuum poſſideat idem donum benè & in pace, & liberè & honorificè & quietè, ab omnibus exactionibus & conſuetudinibus, tam in hominibus quàm in terris & domibus, cum *ſocâ* & *ſacâ*, & *thol* & *them* & *Infangentheof*, & omnibus aliis libertatibus, cum quibus illa Eccleſia, vel aliæ Eccleſiæ Regni mei meliùs & liberiùs & quietiùs tenent alias poſſeſſiones ſuas; & ſicut idem Comes eidem Eccleſiæ illud dedit & conceſſit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Teſtibus *Theobaldo* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *H.* Epiſcopo *Wynton.* & cæteris.

Carta Willielmi *Comitis* Ciceſtriæ *de terrâ illa in Civitate* Ciceſtriæ, *quæ pertinet ad Conventum de* Burnâ.

Will. Comes *Ciceſtriæ*, omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, & omnibus Dei fidelibus ad quos Carta iſta pervenerit ſalutem. Sciant, tàm præſentes quàm futuri, quod conceſſi & dedi Matri noſtræ Eccleſiæ *Ciceſtriæ*, terram illam in *Ciceſtriâ* quam tenuit *Gilebertus Gilot*, quæ pertinet ad Conventum de *Burnâ*; tenendam liberè & quietè in perpetuam elemoſynam, pro animâ *Aliciæ* venerabilis reginæ, cujus Anniverſarium ſingulis annis feſtivè celebrare Canonici ejuſdem Eccleſiæ in verbo veritatis promiſerunt, & in martyrologio annotare meum, liberorumque meorum Anniverſarium poſt deceſſum noſtrum; nec minus celebrè agere promiſerunt. Teſtibus *Johanne* Decano *Ciceſtriæ*, *Henrico* Cantore, *Rogero* Theſaurario:

Confirmatio ejuſdem, de donationibus factis & faciendis.

Willielmus Comes *Ciceſtriæ*, omnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis. Ego *Willielmus* Comes *Ciceſtriæ* & hæredes mei, pro animâ *Adelidis* Reginæ, uxoris meæ; & pro animabus anteceſſorum meorum, pro ſalute meâ & liberorum meorum confirmo, & liberè & quietè poſſidendas concedo omnes donationes, quas Barones mei Canonicis *Ciceſtrenſis* Eccleſiæ donaverunt, vel donaturi ſunt. Teſtibus *Gotfrido* fratre Regis, *Willielmo Avenel*.

Carta ejuſdem, de libertatibus conceſſis Eccleſiis, & eorum hominibus.

WIllielmus Comes *Ciceſtriæ*, omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, ad quos Carta iſta pervenerit ſalutem. Sciatis, quod ego, peccatis meis exigentibus, multas exactiones feci ſuper Eccleſiis & terris earum quæ ſunt in Epiſcopatu *Ciceſtriæ*, & ſub poteſtate meâ; unde ego pœnitentiâ ductus, pro ſalute animæ meæ, *Adelizæ* Reginæ meæ, & hæredum noſtrorum, clamavi quietum omnes Eccleſias illas, & ipſarum terras & homines imperpetuum, de, & in fodiendo ſabulo & lapidibus, & parandâ calce, & aliis operationibus in domibus meis, ita quod mihi & hæredibus meis retinui: illas tamen dignitates & conſuetudines quas anteceſſores mei, ſalvo tenemento & dominatu meo; & alias omnes, quietas clamavi. Hanc refutationem & libertatum conceſſionem ego & *Willielmus* filius & & hæres meus, pro ſe & hæredibus ſuis poſuimus & confirmavimus in manu *Hillarii* Epiſcopi *Ciceſtriæ*, coram perſonis Eccleſiæ ſuæ, & Baronibus meis; ita quod, ſi ego vel hæredes mei aliquod contra hanc Cartam fecimus, Epiſcopo & Eccleſiæ *Ciceſtrenſi* de perſonis & terris juſticiam Eccleſiaſticam faciant, nec legitimam ſummonitionem hoc emendaverimus. Teſtibus iſtis, *Johanne* Decano, *Roberto* Cantore, *Joſepho* Cancellario.

Donatio Willielmi *Comitis, de quartâ parte Civitatis* Ciceſtriæ *Eccleſiæ* Ciceſtrenſi.

VVIllielmus Comes *Ciceſtriæ*, omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, & omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit omnibus, tam præſentibus quam futuris, quod ego *Willielmus* Comes *Ciceſtriæ*, conceſſi & donavi Eccleſiæ S. *Trinitatis Ciceſtriæ*, quicquid juris habebam in quartâ parte Civitatis, in quâ ipſa Eccleſia & domus Canonicales & Epiſcopales ſitæ ſunt, tam in hominibus, quàm in terris; cum *ſocâ* & *ſacâ* & *tol* & *them*, & *infangenethef*, liberam & quietam ab omnibus exactionibus & conſuetudinibus, in perpetuum allodium, à porta Auſtrali ſicut intus ubi dividitur uſque ad portam Occidentalem poſſidendum. Hoc feci pro ſalute Regis *Stephani*; & pro animabus prædeceſſorum meorum; & pro remiſſione peccatorum meorum; & pro recompenſatione dampnorum, quæ eidem Eccleſiæ feceram, *Aelide* nobiliſſimâ reginâ, uxore meâ, & *Willielmo* filio & hærede meo confirmantibus. Hoc donum fecimus ſuper Altare ejuſdem Eccleſiæ MCxlvii. die *Purificationis* S. *Mariæ*, cum quadam cuppâ argenteâ deauratâ, quæ ipsâ in Eccleſiâ ad conſervandum Corpus domini ſemper debet remanere. Teſtibus *Richardo* Decano, *Roberto* Cantore, Magiſtro *Edwardo* & aliis.

Carta de libertatibus Epiſcopo & Canonicis Ciceſtriæ *conceſſis.*

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Archie piſcopis, *&c.* ſalutem. Sciatis nos pro Deo, & pro ſalute noſtrâ, & ſalute *Iſabellæ* Reginæ, uxoris noſtræ, & pro ſalute animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis Ciceſtriæ*, & *Simoni* ejuſdem Eccleſiæ Clerico, & ſucceſſoribus ſuis, ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopis, & Decano & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, omnes terras, res, redditus, homines, dominica & feoda, poſſeſſiones & omnia tenementa ſua, quæ habent vel habituri ſunt, libera & quieta imperpetuum, ab omnibus vexationibus, gravaminibus, & omnimodis exactionibus, ipſoſque & omnia prædicta in ſpeciali cuſtodiâ, protectionibus & defenſione noſtrâ ſuſcepimus; mandantes & fieri præcipientes, quod eos & omnia prædicta manuteneat & defendat; non facientes aut fieri permittentes eis aliquam vexationem, injuriam, gravamen, aut moleſtiam. Si quis eis in aliquo forisfecerit, id eis ſine dilatione facere emendari. Conceſſimus etiam eis quietantiam imperpetuum, de Schiris, & Hundredis, & ſectis Schirarum & Hundredorum, & auxiliis Vicecomitum, & Ballivorum ſuorum, & miſericordis eorum, de cuſtodiis, operationibus & clauſuris Caſtellorum, parcorum & pontium; & de paſſagio, pontagio, ſtallagio, theolonio, hidagio, catriagio, leſtagio, panagio, & pecunia pro murdro Danda: Et quod prædictus Clericus & ſucceſſores ſui, habeant de omnibus prædictis feodis & dominicis & tenementis, *Soc* & *Sac*, *tol*, & *them*, *Infangentheof*, & *Utfangentheof*, & francipleg. ita quod viſus franci plegii fiat in Curiâ prædicti Clerici & ſucceſſorum ſuorum, ſerviente noſtro ad hoc vocato, ſi venire voluerit. Et ſi venire noluerit, non ideo remaneat. Et ſi qua indè pervenerit miſericordia, ſit ipſius Clerici & ſucceſſorum ſuorum. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædictus *S.* tam conſecrand. quàm Clericus & ſucceſſores ſui, prædicti habeant & teneant imperpetuum omnia prædicta benè & in pace, liberè, & quietè, integrè, honorificè, & plenariè, cum omni integritate, ut prædictum eſt. T. *H. Sarum. P. Dunelm. S. Bathon.* Epiſcopis (&c.)

Carta de xii. *pedibus datis Eccleſiæ* Ciceſtriæ, *extra murum Eccleſiæ prædictæ.*

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me, intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum noſtrorum, & ſucceſſorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ *Ciceſtrenſi*, & *Simoni* ejuſdem loci Epiſcopo; & ſucceſſoribus ſuis, tantum de vico noſtro circa muros Cimiterii *Ciceſtriæ*, quod liberè & ſine impedimento poſſint vel ædificare ſeldas, habentes xii pedes

in

in latitudine; Habendas & tenendas Episcopo & successoribus suis inperpetuum, in liberam & perpetuam elemosynam. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædictus Episcopus & successores sui habeant & teneant omnia prædicta benè & in pace, liberè & quietè & integrè, in liberam puram & perpetuam elemosynam, ut prædictum est. Testibus dominis *J. Norwicensi*, *P. Dunelmensi* Episcopis, *W. Marescallo*, *&c.*

Carta de Ecclesiâ de **Bakechild.**

Johannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum nostrorum, & hæredum nostrorom, & ad petitionem dilecti & fidelis nostri *Simonis* tunc *Ciceſtriæ* Clerici, dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmasse Deo & Ecclesiæ *Ciceſtrensi*, & præfato *Simoni* Clerico & successoribus suis *Ciceſtrensis* Ecclesiæ Episcopis, Ecclesiam de **Bakechild**, quæ de nostrâ est donatione, cum terris & boscis, & omnibus aliis pertinentiis suis, & omni integritate suâ; Habenda & tenenda in liberam, puram & perpetuam elemosinam, in dotem Ecclesiæ *Ciceſtriæ*: quam quidem dotem promisimus nos prædictæ Ecclesiæ *Ciceſtrensi* daturum in dedicatione suâ. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicta Ecclesia *Ciceſtrensis*, & prædictus *Simon* Clericus & omnes successores sui *Ciceſtrensis* Ecclesiæ Episcopi, habeant & teneant in perpetuum totam Ecclesiam de **Bakechild**, cum terris, boscis, & omnibus aliis pertinentiis suis, & cum omni integritate suâ, in liberam puram & perpetuam elemosynam, ut liberam dotem ipsius Ecclesiæ *Ciceſtrensis*. Testibus domino *H. Cantuarien si* Archiepiscopo . . . . . *Elien si*, & *Johanne Norwicensi* Episcopis, *&c.*

Carta Regis Henrici *Tertii de bruillo* Ciceſtriæ.

Henricus Dei gratiâ, Rex *Angliæ* (*&c.*) Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmasse, pro nobis & hæredibus nostris Deo & Ecclesiæ S. *Trinitatis Ciceſtriæ*, & venerabili patri *Radulpho* secundo *Ciceſtrensi* Episcopo, & Cancellario nostro, bruillos nostros *Ciceſtriæ*; *viz.* bruillum qui vocatur bruillus regis, & bruillum qui vocatur **Depemersh**; habendum & tenendum imperpetuum, cum landis, pratis, & pertinentiis suis, in bosco & in plano, in liberam puram & perpetuam elemosynam, quietos de omni seculari exactione, servicio & demanda, ita quod bruielli prædicti, cum landis, pratis, & omnibus suis pertinentiis, tam in bosco quàm in plano deafforestentur, & quieti sint imperpetuum de regardo, vasto, venatione, & de omnibus quæ ad Forestam vel Forestarios, vel eorum Ministros pertinent: quos quidem bruillos prædictus Episcopus & successores sui assartare, excolere, & fossato sive hayâ claudere potuerunt, & parcos indè facere, si voluerint, & omnino indè pro voluntate suâ disponere, sine visu & sine contradictione Forestariorum, Viridariorum, & omnium Ministrorum suorum, & omnium aliorum quicunque fuerint. Hos autem bruillos, cum landis & pratis, & omnibus pertinentiis sui, nos & hæredes nostri warantizabimus prædicto *Radulpho Ciceſtriæ* Episcopo Cancellario nostro, & successoribus suis Episcopis *Ciceſtriæ*, contra omnes homines & fœminas inperpetuum. Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis, & hæredibus nostris, quod idem *Radulphus* secundus *Ciceſtrensis* Episcopus, Cancellarius noster, & successores sui imperpetuum habeant & teneant prædictos bruillos, cum landis, pratis, & omnibus pertinentiis suis, tam in bosco quàm in plano, de nobis & hæredibus nostris, deafforestatos & quietos imperpetuum de regardo, vasto, & venatione, & de omnibus quæ ad Forestam vel Forestarios, vel eorum ministros pertinent, & de omni seculari servicio, exactione & demandâ: Et quod idem Episcopus & successores sui bruillos ipsos assartare possit & excolere, & fossato sive hayâ claudere, & parcos indè facere, si voluerint, & omnino indè pro voluntate suâ disponere, sine visu & omni contradictione Forestariorum, Viridariorum, & omnium ministrorum suorum: Et nos & hæredes nostri warantizabimus prædicto Episcopo & successoribus suis imperpetuum, prædictos bruillos, cum landis, pratis, & cum omnibus pertinentiis suis, contra omnes homines & omnes fœminas imperpetuum, sicut prædictum est. Hiis testibus venerabili patre *P. Winton.* Episcopo, *S.* de *Segrave* Justiciario *Angliæ*, *Petro Rievalli* Capitali *Pictav. &c.*

Carta Regis Henrici *Tertii de Warennis & fugationibus Episcopi* Ciceſtrensis.

Henricus Dei gratiâ Rex *Angliæ* (*&c.*) Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmasse venerabili patri *Radulpho* secundo *Ciceſtrensi* Episcopo Cancellario nostro, & successoribus suis, omnes libertates suas & consuetudines in Warennis, & fugationibus suis, in silvis & in planis, & hiis terris & Maneriis suis, *viz.* in *Seleseyâ*, in **Wystring**, & in **Speleſham**, & in totâ *Manewodi*, & in **Aldingborne**, & in **Amberle**, & in *Hottonâ*, & in **Bishoppeston**, & in *Bixlâ*; habendam & tenendam ita liberè & quietè, sicut prædecessores sui eas unquam meliùs & liberiùs habuere in prædictis locis. Et prohibemus ne quis eum disturbet, vel in eis fugationibus, sine licentiâ nostrâ, super forisfacturam nostram, sicut Carta Regis *Henrici* avi nostri, quam indè habet, rationabiliter testatur. Concessimus etiam, pro nobis & hæredibus nostris,

noſtris, eiſdem Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quod licet aliquem prædictarum libertatum, proceſſu temporis uſi non fuerunt, aliquo caſu contingente; nihilominus tamen poſtea utantur libertate eadem, ſine contradictione aliquâ, non obſtante eo, quod aliquâ causâ eâ uſi non fuerunt. Quare volumus (*&c*) Hiis teſtibus venerabili patre *P. Wynton.* Epiſcopo, *S.* de *Segrave* Juſticiario *Angliæ*, *P.* de *Rievallis* Capit. *Pictav.*

Carta Regis Henrici *Tertii*, *de gardino extra muros Civitatis.*

HEnricus Dei gratiâ, Rex *Angliæ* (*&c.*) Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Noveritis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmaſſe venerabili patri *Radulpho Ciceſtriæ* Epiſcopo ſecundo, Cancellario noſtro, & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis *Ciceſtriæ*, in liberam, puram & perpetuam elemoſynam, gardinum noſtrum *Ciceſtriæ*, cum pertinentiis ſuis, quod extra muros Civitatis, cum Capellâ, quæ ibidem conſtructa eſt, & cum loco illo, in quo mortuorum corpora ſepulta ſunt, & cum omnibus pertinentiis ſuis; ita quod idem Epiſcopus & ſucceſſores ſui imperpetuum, de gardino illo, & de Capellâ illâ, & de loco illo, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro voluntate ſuâ diſponant. Quare volumus (*&c.*) Conceſſimus inſuper, quod idem Epiſcopus in prædictâ Capellâ duos conſtituet Capellanos, divina celabraturos imperpetuum; (*&c.*) Data per manum noſtrum apud *Weſtmonaſterium* xvi. die *Nov.* anno regni noſtri xiii.

Carta de Domibus extra Newgate, London.

UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis præſens ſcriptum inſpecturis, Prior & Conventus S. *Bartholomæi London.* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, nos dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmaſſe venerabill patri *Ranulpho* Dei gratiâ *Ciceſtrenſi* Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, unum Managium, cum domibus in eâ ſitis, in parochiâ S. *Sepulchri*, extra Newgate, quod *Ivo* Capellanus de nobis tenuit. Habendum & tenendum eidem Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, de nobis imperpetuum, liberè quietè: Reddendo indè annuatim nobis unam libram Thuris vel ſex denarios ad Feſtum S. *Michaelis*, pro omni actione ſeculari; ita tamen, quod ædificia, quæ fuere prædicti *Ivonis* ultra portam & juxta portam ejuſdem managii, verſus Auſtrum, cum curtis ad ea pertinentibus, Eccleſiæ noſtræ integrè permaneant. Nos autem prædicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis prædictum managium, cum domibus; ſicut ſcriptum eſt, warantizabimus contra omnes homines & fœminas, & acquietabimus per prædictum ſervicium unius libræ thuris vel vi. *d.* Pro hac dimiſſione & conceſſione; & præſentis Cartæ noſtræ confirmatione, dedit nobis prædictus Epiſcopus quinquaginta marcas, in gerſumam.

Carta Prioris & Conventus de Arundell, *de terris apud* Durringewycks.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Gervaſius* Prior & Monachi S. *Nicholai* de Arundell, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmaſſe venerabili patri, domino *Johanni* Epiſcopo *Ciceſtriæ*, & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis *Ciceſtriæ*, totam terram noſtram de Durryngewykes, quam habuimus de dono & conceſſione Prioriſſæ & Conventus de Teſtrehunt, cum omnibus pertinentiis ſuis; & totum jus & clameum, quod habuimus vel habere potuimus in eadem in dominicis, boſcis, pratis, paſturis, & paſcuis, aquis, piſcariis, cum omnibus Eſcaetis & rebus cunctis, quæ evenire poterunt ratione dictæ terræ, ſimul cum totâ terrâ, quam *Helewyſa* de *la Hekâ*, quæ fuit uxor *Aylwini* tenuit nomine dotis. Habendum & tenendum & poſſidendum dicto domino *Johanne Ciceſtriæ* Epiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus Epiſcopis *Ciceſtriæ*, liberè, quietè, integrè & finabiliter, cum omnibus ad eandem terram pertinentibus, & quæ aliquo tempore potuerunt pertinere, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis. ſine aliquo retinemento noſtri, vel ſucceſſorum noſtrorum imperpetuum. Et ut hæc noſtra donatio, conceſſio, & præſentis Cartæ noſtræ confirmatio perpetuæ ſtabilitatis robur optineat, præſentem Cartam Sigilli noſtri impreſſione roboravimus. Hiis teſtibus dominis *Willielmo* de *Brakelſham* Cancellario *Ciceſtriæ*; Magiſtro *G.* de *Gates* Canonico *Ciceſtriæ*; domino *R.* de *Witteneyâ*, *Waltero* de *Amberle*, (*&c.*)

Carta Willielmi Paynell *Militis*, *de Manerio de* Noxthton.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus Paynel* miles, dedi, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi venerabili in Chriſto patri domino *Gilberto* Dei gratiâ *Ciceſtrenſi* Epiſcopo, totum Manerium meum de Noxthton, in parochiâ de Biſhoppeſton & Denton, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſine ullo retinemento mei vel hæredum meorum. Habendum & tenendum prædicto *Gilberto* Epiſcopo, & hæredibus ſuis, vel ſuis aſſignatis, prædictum Manerium, ut in Meſſuagiis, terris dominicis, pratis (*&c.*) liberè, quietè (*&c.*) imperpetuum (*&c.*) Pro hac autem donatione (*&c.*) dedit mihi dictus dominus *Gilbertus Ciceſtrenſis* Epiſcopus Cxiii *l.* vi. *s.* viii. *d.* præ manibus in gerſumam. In cujus rei teſtimonium præſenti Cartæ Sigillum meum appoſui. Data apud Biſhoppeſton xi. die menſis *Aprilis* anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* xxii. Hiis teſtibus dominis *Willielmo* de *Ecchingham*, *Henrico Tregoz*, *Rogeri* de *Leukenore*, *Thomâ Peverell*, *Henrico*

Henrico Huſee, & *Rogero Covert* Militibus; *Johanne* de *Rademilde*, *Roberto atte Chambre*, *Johanne* de *Firle*, *Simone atte Merſh*, & aliis.

Carta Regis Henrici *Tertii*, *donationem* Ricardi Aguillun, *de Eccleſiâ de* Burnham, *recitans & confirmans.*

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ* (*&c.*) Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Inſpeximus Cartam *Ricardi Aguillun* in hæc verba. Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens Carta pervenerit, *Ricardus Aguillun* ſalutem. Sciatis, quod *Manaſſerus* avus meus, & filii ſui, *viz. W. Robertus*, & *Ricardus*, dederunt & conceſſerunt, intuitu Dei, in liberam puram & perpetuam elemoſinam Eccleſiæ *Ciceſtriæ*, Eccleſiam de Burnham, cum omnibus pertinentiis ſuis: Ego verò eandem donationem intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ & illorum, ratam & gratam habeo, & præſenti Cartâ meâ confirmo. Hiis teſtibus *W.* de *Sancto Johanne* (*&c.*) Hanc conceſſionem ratam habentes, eam pro nobis & hæredibus noſtris concedimus & confirmamus. Hiis teſtibus *J. Bathon. R. Sarum* Epiſcopis, *H.* de *Burgo* Comite *Cantii* (*&c.*)

Confirmatio Regis Henrici *tertii de ſtauro dato à* Ranulpho *Epiſcopo* Ciceſtriæ.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Inſpeximus Cartam *Ranulphi* quondam *Ciceſtrenſis* Epiſcopi in hæc verba. Univerſis hoc ſcriptum viſuris, *Ranulphus* divinâ miſeratione *Ciceſtrenſis* Eccleſiæ Miniſter humilis, ſalutem in domino: Ad omnium volumus notitiam pervenire, nos intuitu divinæ retributionis, pro ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum; conſideratâ diligenter utilitate totius Epiſcopatus *Ciceſtriæ*, pauperumque hominum Maneriorum ipſius Epiſcopatus indempnitate penſatâ. de conſilio Eccleſiæ *Ciceſtrenſis* ita providiſſe, quod ſtaurum ſubſcriptum perpetuum ſit, per omnia ipſius Epiſcopatus *Ciceſtrenſis*, pro nullius voluntate impoſterum imminuendum, vel aliquo modo admovendum; *viz.* ad Carucas CCLii. boves, & C. vaccæ, & x. tauri, & MMMCL. bidentia, & Cxx. Capræ, & ſex Hirci, & x. Equi ad Carucam. Nos verò ſtaurum prædictum per maneria Epiſcopatus *Ciceſtriæ* fecimus inveniri, ſpe mercedis æternæ ne oporteat Epiſcopum, de novo ſubſtitutum, occaſione inſtaurandi illa, quicquam à pauperibus hominibus Maneriorum illorum exigere, vel extorquere. Ut autem hæc noſtra voluntas valeat imperpetuum, præſenti Scripto & Sigilli noſtri appenſione duximus confirmandam, authoritate Dei omnipotentis, & filii & Spiritus ſancti, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus, illum vel illos excommunicantes, qui numerum averiorum ſupradictorum in aliquo immineant vel amovebunt, vel aliquod fraudulenter procurabunt per quod ſtaurum ſupradictum depereat, deſtruatur, vel imminetur in detrimentum Eccleſiæ, vel gravamen ſubditorum. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, ille ſit Anathema Maranatha. Actum apud *Riam V.* Non. *Julii* Pontificatus noſtri anno tertio. Nos verò hanc proviſionem & voluntatem prædicti *Ranulphi* Epiſcopi ratam & gratam habentes, eam pro nobis & hæredibus noſtris concedimus & confirmamus. Hiis teſtibus *P. Winton. J. Bathon. Ric. Sarum W. Karliol* Epiſcopis (&c.)

Carta Johannis *Comitis* Augenſis, *de reſtitutione Manerii de* Firle.

JOhannes Comes *Augenſis* omnibus Baronibus, atque omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciant omnes, tam præſentes & futuri, quod ego *Johannes* Comes *Augenſis* recognoſco; quod avus & pater meus villam quæ dicitur *Bixla*, cum Eccleſiis & omnibus aliis pertinentiis ſuis [illegible]ccleſiæ S. *Trinitatis Ciceſtriæ*, matri noſtræ, injuſtè auferebant, & *Godefrido*, *Radulpho* & *Seffrido* dictæ Eccleſiæ Epiſcopis reclamantibus, diu contra juſticiam & ejuſdem Eccleſiæ ſcripta, cum periculo animæ ſuæ detinebant eandem villam, cum Eccleſiis & omnibus membris ſuis, & aliis pertinentibus ſuis, Eccleſiæ S. *Trinitatis*, tam in boſco, quàm in plano, & in aquis, cum libertatibus & conſuetudinibus præfatæ Eccleſiæ, & *Hillario* ejuſdem Epiſcopo, aſſenſu illuſtris *Anglorum* regis *Stephani*; pro ſalute eorum parentum meorum, & meâ, integrè reddidi; & nichil mihi vel ſucceſſoribus meis, ſive hæredibus, juris, ſive conſuetudinis, aut ſervicii retinui: Et ne de pertinentiis præfatæ villæ, in futuro, controverſia oriatur, illa omnia ad ipſam villam pertinere concedo, quæ *Ciceſtrenſis* Eccleſiæ ſcripta demonſtrant, ſalvo nimirùm ſervicio Regis. Facta eſt autem hæc reſtitutio anno Incarnationis Dominicæ MCCxlviii *Londiniis*, in Eccleſiâ S. *Pauli* Apoſtoli, xviii. Kal. *Decembris*; quâ die teſtum eſt & tranſlatio S. *Erkenwaldi* Confeſſoris in iſtâ Eccleſiâ. Teſtibus hujus reſtitutionis præſentibus, *Roberto London. Radulpho Bathon. S. Wigorn.* & *R. Exon.* Epiſcopis; *Gervaſio Weſtm. Edwardo* de *Reading*, & *Galfrido* de *Waverleg* Abbatibus & aliis.

Vide Pat. 2. E. 4. p. 6. m. 15. pro confirmatione Donationum Epiſcopo *Ciceſtriæ*, & Eccleſiæ ſuæ *Ciceſtrenſi*.

ECCLE-

ECCLESIA

Cathedralis S. Petri *in Civitate* Eboracensi.

De fundatione ejusdem.

Ex hist. Angl. Script. Antiq. edit. *Lond.* A. 1653. Col. 285. l. 39.

ANno Dominicæ Incarnationis DCxxvii. Rege *Edwino*, in die *Paschæ*, *Eboraci* baptizato per beatum *Paulinum*, S. Papæ *Gregorii* discipulum, *Deira* (provincia *scil.* quæ ab *Hombrâ* incipit & ad *Teisam* terminat) ad fidem Christi Catholicam conversa est, & ab eisdem eodem anno Ecclesia in honore S. *Petri* Apostoli in *Eboraco* fundata est.

Ibid. Col. 1634. l. 26. —Anno vero secundo post adventum *Paulini*, Rex *Edwinus* de Rege *Westsaxonum* gloriosa potitus victoriâ *Quichelmo* (sicut legitur plenius in historiâ *Anglorum*) insistente *Paulino*, baptizatus est in domo ligneâ, quam ob hanc erexerat causam, anno regni sui xi. qui est annus Incarnationis DCxxvii. adventus verò *Anglorum* in *Britanniam* annus CLxxx. in quo postmodum loco, de cemento & lapide, per quadrum ædificata basilica, Doctori suo *Paulino* sedem Episcopatus donavit.

Ib. Col. 782. l. 29. —Baptizatus est igitur Rex *Edwinus*, primus omnium Regum *Northanhymbrorum* die Sancto *Paschæ*, & multi cum eo in Ecclesiâ S. *Petri Eboraci*, quam ipse de ligno pro sede Episcopatus construxerat: mox tamen majorem inceepit lapideam, quam sanctus *Oswaldus* Rex postea perfecit, & in eadem Ecclesiâ dictum *Paulinum* Archiepiscopum *Eboraci* ordinavit, constituit, atque fecit.

Ex hist. MS. *Joh. Tinemuth.* in Bibl. *Bodl.* (Vol. 4. *Fur.*) lib. 19. Cap. 1. Anno Domini MLxvii —— *Thomas* Canonicus *Bajocensis*, Archiepiscopus *Eboracensis* factus est; qui Ecclesiam S. *Petri* construxit, Clericos ditavit, & Cantus Ecclesiasticos composuit.

Carta Regis Edgari, *de* xx. *cassatis in* Shireburne.

Ex cod. MS. vocato *magno Registro albo*, penès Dec. & Cap. *Ebor.*

IN nomine Dei & Domini nostri *Jesu Christi*, veri redemptoris mundi, Anno verò Dominicæ Incarnationis DCCCC Lxiii. Indictione xiiii. Ego *Eadgarus*, omnicreantis disponente clementiâ, Angligenarum, omniumque gentium undique secùs habitantium Rex, divino ductus amore ab eodem Deo & Domino nostro populis & tribubus, præordinatus fui in Regem, anno imperii mei vi. non immemor quomodo & quam mirabiliter omnia supernus Rector firmæ rationis serie gubernat atque custodit; seu omnibus sapientibus notum ac manifestum constat, quod quosdam nutu mirifico interdum exaltat, quosdam iterum sicut stipulam vento raptam fortunali eventu illico depellit. Idcirco minimè in oblivione habui meæ regalis dignitatis, quod quoddam regni mei rus meorum Episcoporum testimonio, Principum præmissu, veridicorum virorum astipulatione, venerabili *Aslac* nomine, aliquam telluris portionem, id est, xx. cassatos totâ mentis aviditate perpetualiter impertio, penès illum locum ubi antiquorum *Anglorum* relatu dicitur **Shireburnan**, ut æternam meam domum in Sanctæ *Trinitatis* patrocinio, quamdiu vivat, habeat, gaudens gaudeat, possidensque possideat per secula sospes; cum omnibus quæ ad eundem locum pertinere noscuntur, tam in magnis, quàm in modicis rebus; campis, pascuis, pratis, silvis; & perhenniter ab omni jugo secularis violentiæ, ut liberaliter semper sit meum donum immune; præter Arcem construendam, atque Pontem componendum, agoniscque militiam. Nunc igitur, dum vitale spiramen suum foverit corpus, animo jocundo nostrâ dapsili redditione perfruatur; decurso *scil.* suæ curriculo vitæ, hæredi, cui voluerit, impendat in perpetuum Karisma. Si quis autem hanc nostram donationem amplificare aut augere decreverit, augeatur ei hoc in seculo fœlicitas, & prosperitas; & in futuro cetibus angelicis jungi mereatur in ævum, ut vocem *Christi* valeat audire, ita fantis, *Venite benedicti patris mei, nunc cum pace piâ sacrum percipite, à principio mundi Regnum vobis, quod ritè paratum est.* Si autem, (quod absit) quis filius perditionis, hoc nostrum decretum infringere aut immutare conatus fuerit, sit ipse Acherontis particeps, cujus turbidus gurges, ceno ac vasta voragine æstuare asseritur, nisi priùs hic ad satisfactionem pervenerit, & dignâ pœnitentiâ emendare maluerit.

[*Sequuntur terræ termini, vel limites, linguâ Anglo-Saxonicâ exhibiti; sed (ut etiam in sequenti Chartâ) ab imperito descriptore adeo depravati, ut eis pœnitùs omissis, ad reliqua necessario progrediendum sit.*]

Hæc *viz.* donatio facta est anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLxiii. & nostri imperii *vi.* cunctis meis consentientibus optimatibus, & præcipuè his, quorum nomina subnotata, recensentur. Ego *Eadgarus*, gratiâ Dei, totius *Britanniæ* telluris Dominus, meum donum proprio Sigillo confirmavi. Ego *Dunstanus* Archiepiscopus, regiæ roborator Donationis, agiæ Crucis triumphale signaculum depinxi. Ego *Oscytel* Archiepiscopus *Eboracensis* Ecclesiæ, signo salutifero hanc legalem largitionem prænotavi. Ego *Oswaldus* Episcopus Civitatis *Hwiccia* hanc regiam stabilitatis donationem, signo præpollenti præfixi. Ego *Cynelig* Episcopus *Lichefeldensis* Ecclesiæ, hanc Regis munificentiam signaculo glorioso præpinxi. Ego *Adulfus* Episcopus **Elymhamnensis** Ecclesiæ, hanc Cartulam, dictitante Rege, suisque percipientibus perscribere jussi. Ego *Osulf* Episcopus confirmavi. Ego *Brihthelm* Epis-

Ecclesiæ Cathedralis E B O RA C E

Pristinæ pietatis memoriæ
hoc posuit,
THOMAS BVRWELL
LL. D.
Archiep: Eboracensis
Cancellarius,



RACENSIS ab Occidente prospectus.

EBORACENSIS ECCLESIÆ CATH



...DRALIS, Á MERIDIE PROSPECTVS

Ne Memoria augustissimæ structura cum mole ruat, hoc posuit,
Rev: in Christo Pater
RICHARDVS
Ebor Archiepiscop:



W. Hollar fecit 1672.

Episcopus consensi. Ego *Adelgold* Episcopus confirmavi. Ego *Eadelin* Episcopus consensi. Ego *Alfhere* Dux. Ego *Alfheal* Dux. Ego *Adelstan* Dux. Ego *Edeline* Dux. Ego *Byrhtnod* Dux. Ego *Eadmund* Dux. Ego *Gunar* Dux. Ego *Durre* Dux. Ego *Alfwold* Minister. *Eanulf* Minister. *Alphere* Minister. *Wulstan* Minister. *Wuinsige* Minister. *Adelferd* Minister, *Walfheah* Minister, *Wulfsige* Minister, *Osmund* Minister.

Carta Regis Eadwy, de xx. *mansis in* Suthwell.

Ibid. DOmino nostro *Jesu Christo* in perpetuum regnante, visibilia & invisibilia, temporalia & æternalia ab ipso erunt discernenda. Et ideo ego *Eadwy* Rex *Anglorum*, pro amore Domini nostri *Jesu Christi*, cuidam meo desiderabili Episcopo *Oscytello*, concedo partem meæ telluris ubi dicitur at Sudwellan. xx. mansas, in hæreditatem, cum pascuis, pratis, silvis, & omnibus ad se ritè Majoris minorisvè pertinentibus, quamdiu vixerit eam utiliter possideat; & post illius transitum cuicunque sibi videtur, sive notis sive ignotis, derelinquat. Sit autem hæc donatio Regis prædicta ab omni obstaculo mundiali, præter hiis tribus, Pontis, Expeditione, & Arcis constructione, & hostilitate. Si quis verò Catholicorum aut Ortodoxorum hanc donationem Regis augere voluerit, augeat illi Deus temporalia bona: Si verò minuere aut violare, sciat se cum Apostatis inferno inferiori demersum esse, nisi in hac mortali vitâ, ante obitum, emendaverit, quod iniquè gessit. Acta est præfata donatio anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLviii. Indictione xiiii. Ego *Eadwi* Rex, cum consensu Episcoporum, & doctorum meorum, Sancto Sigillo expressi. Ego *Odo* Archiepiscopus confirmavi. Ego *Eadgare* frater Regis subscripsi. Ego *Oscytel* Archiepiscopus corroboravi. *Alsi* Episcopus. *Brihtelmus* Episcopus. *Daniel* Episcopus. *Elewaldus* Episcopus. *Wlsi* Episcopus. *Adulf* Episcopus. *Eadmund* Dux. *Adelstan* Dux. *Gunere* Dux. *Adelsi* Dux. *Adelmund* Dux. *Urm* Dux. *Alfere* Dux. *Adelwald* Dux. *Leot* Dux. *Uhred* Dux. *Ansred* Dux. *Elfeh* Minister. *Wlfrie* Minister. *Alfsi* Minister. *Alfric* Minister. *Alsi* Minister. *Eadric* Minister. *Eadwald* Minister. *Alfwald* Minister. *Alfsi* Minister. *Osulf* Minister. *Osward* Minister. *Alfwine* Minister. *Oswy* Minister. *Olfric* Minister. *Byrnric* Minister. *Adelsi* Minister.

Collatio Domini Eadgari *Regis facta cuidam Nobili, de villâ quæ dicitur* Neuboldc.

Adhuc ex eodem Registro fol. 57. ALti-trono in æternum regnante Universis *Sophia* studium in tenero mentis, *&c.* Ego *Eadgarus* totius *Britanniæ* Basileus, quandam telluris perticulam xxx. videlicet casatos loco qui celebri & Neubode nuncupatur vocabulo cuidam Duci michi valdè fideli ab hujusce Patriæ gnosticis nobili *Sumire* appellatur vocabulo pro obsequio ejus devotissimo perpetuo largitus sum hæreditate, Ut ipse, vitâ Comite cum omnibus Utensibus, pratis videlicet, pascuis Voti compos habeat; & post vitæ suæ terminum quibuscunque cleronymis, immunè derelinquat; sit autem prædictum rus omni tempore servitutis jugo liberum; tribus exceptis ratâ, videlicet Expeditione, Pontis, arcis-vè restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud, quàm constituimus transferre voluerit, privatus consortio Sanctæ Dei Ecclesiæ æternis barathri incendiis lugubris jugiter *Judâ* Christi proditore ejusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendaverit congruâ, quod contra nostrum deliquid Decretum. Hiis metis præfatum rus hinc inde giratur. *Dipsinapaland Semaera, &c.* Anno Dominicæ Incarnationis DCCCClxiii. scripta erat hæc Carta his Testibus consentientibus quorum inferius nomina sub notantur. Ego *Eadgarus* Rex *Anglorum* concessi. Ego *Dunstanus* Archiepiscopus corroboravi. Ego *Oscitell* Archiepisc. corroboravi: Ego *Osulph* Episcopus consolidavi, *&c.* Ego *Aefere* Dux. Ego *Aelstan* Dux. Ego *Astan* Dux. Ego *Aelwyne* Dux. Ego *Oslac* Dux. Ego *Cytelhearn* Dux *&c.* Ego *Aelfine* M. Ego *Wulfhelm* M. *&c.*

Collatio Terræ non modicæ in Ebor. *B.* Petro *concessa per Regem* Athelstanum, *tempore S.* Wulstani *Archiepiscopi.*

Ibid. f. 59. FOrtuna fallentis seculi procax non lacteo immarcessibilium Liliorum Candore amabilis, sed fellitâ ejus Corruptionis amaritudine odibilis feceris filios Valle in lachrimarum carnis rictibus bacchando venenosis, *&c.*

Ego *Athelstanus* Rex *Anglorum*, per omnipotentis Dextram, quæ Christus est, totius *Britanniæ* Regni solio, sublimatus, quandam non modicam telluris particulam Deo omnipotenti & beato *Petro* Apostolo ad Ecclesiam suam in Civitate *Eborum*, tempore quo *Wolstanum* Archiepiscopum illuc constitui, in loco quem solicolæ Agemunderneg vocitant, sub Dei timore libenter attribuo; ut ille Episcopus ea sine jugo exosæ servitutis, cum pratis, pascuis, silvis, rivulis omnibus quæ ad eam utilitatibus ritè pertinentibus quamdiu aura Naribus spiritali, ocellorumque convolatu cernibili Utatur, ac cæteris hæredibus post se semper illius Ecclesiæ in æternam hæreditatem derelinquat. Hanc præfatam donationem *propriâ* & non modica emi pecunia; non solum illam, quin potiùs cuncta illius perticulatæ prædia, basilicæ videlicet *Sancti Petri* Principis Apostolorum, obrizo empta auro, perpetualiter donavi. Si autem (quod absit) aliquis typo supercilii turgens, hanc meæ *emptionis*, ac confirmationis breviculam elidere vel infringere temptaverit, Sciat se novissimâ ac tremenda concionis die classica Archangeli clangente buccinâ somatibus, tetra postponentibus *poliandria* cum *Judâ* impii proditoris compilatore, infaustis quoque Judæis Christum ore sacrilego ara in Crucis blasphemantibus, æternâ confusione edacibus favillancium tormentorum ignibus sine fine penaliter arsurum. Hujus

namque Deo & Domino Jesu Christo inspirante, annuente atque vivente Voluntatis scedulâ Anno Incarnationis Dominicæ DCCCC xxx. regni verò michi commissi vi. Indictione vij. Epacta iij concurrente ij, sexto Idus Junii Idibus, Lunâ xxxi. in Civitate omnibus notissimâ quæ Snotingham dicitur, totâ Optimatum generalitate sobolis Regiæ Dapsilitatis ovanti perfecta est. Cujus etiam inconcussæ firmitatis auctoritati, his testibus roborata constat, quorum nomina subtus gaminulis depicta annotantur. Sed prius decurrant, termini hiis quæ decussis promissa stipulatorum promulgentur nomina. Primitus autem mare: sursum in *Cocur* usque ad fontem: illius fluminis: ab illo fonte directè in alium fontem qui dicitur Saxonice Dulesforde; sic per discensum rivuli in *Hodder*, ipso dirigamine in *Ribbel*; & sic in illo flumine per dimidium alveum, iterum recursus in mare. Nunc, ut prædixi, heroicorum constipulationes ne Oblivioni tradantur carculans apicibus inserendæ videntur. Ego *Athelstanus* singularis privilegii ierarchia præditus, Rex hujus acumen mediuculi cum signo sanctæ semperque adorandæ Crucis: corroboravi & subscripsi.

Ego *Wlfhelmus Dorobernensis* Ecclesiæ Archiepiscopus consensi, & subscripsi. Ego *Wlstanus Eboracensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, ego *Hoyael* sub-regulus consensi, *&c.* Ego *Morcant* sub-regulus consensi. Ego *Judyald* sub-regulus consensi: Ego *Alfwynus* Episc. consensi & subscripsi. Ego *Teodred* Episc. *Wltinus* Episc. *Alfheah* Episc. *Oda* Episc. *Alfnes.* Episc. *Trohelmus* Episc. *Burhric* Episc. *Alfred* Episc. *Conan* Episc. *Cynsi* Episc. *Wlfelinus* Episc. *Wiredus* Episc. *Eadwlfe* Episcopus. *Ceniald* Episcop. *Wcerstanus* Episcopus. *Alfwald* Dux. *Offerd* Dux. *Adelstan* Dux. *Osulf* Dux. *Ohtredus* Dux. *Alstan* Dux. *Wcines.* Dux. *Remwald* Dux. *Juayer* Dux. *Hadder* Dux. *Scule Turbert* Dux. *Haelfden* Dux. *Odda* Minister. *Walgar* Minister. *Alfgeat* M. *Adelstan* M. *Adelmund* M. *Adelnod* M. *Altsis*, M. *Wlmer*, M. *Helmsdn* M. *Wllaf.* M. *Wlfeline* M. *Wlnod*, *Wlfbold*, *Alfere*, *Ayewold Eadric*, *Winsi*, *Sigered*, *Aelward*, *Alfere*, *Eadric*, *Ayelsi*, *Alfric*, *Aefferd*. Et plures alii milites, quorum nomina in eadem Cartâ inseruntur, consenserunt & subscripserunt.

Concessio Knut (*vel* Canuti) *Regis beato* Petro Eborum *super* xliij. *casatos in* Pattrington.

Ibid. IN nomine Dei, Vivi & Veri, & Domini nostri Jhesu Christi Mundi Redemptoris, Anno verò Dominicæ Incarnationis M. xiii°. Ego *Knut* omnipotentis Dei disponente clementiâ, Angligenarum, omniumque gentium, secùs habitantium, Rex; hanc sedulam ducitare promisi; non immemor quomodo & quam mirabiliter omnia supernus Rector firmæ rationis sertè gubernat atque custodiat, sicut omnibus sapientibus notum ac manifestum constat, quod quosdam nutu mirifico interdum exaltat, quosdam iterum seu stipulam vento raptam fortunali eventu illico depellit; & idcirco quoddam regni mei rus, meorum optimatum testimonio, cuidam Venerabili Viro meo Archiepiscopo *Alfrico* videlicet *Eborum* Ecclesiæ, id est quadraginta & tres casatos loco qui celebri, *&c.* Patringatune nuncupatur Vocabulo, pro redemptione animæ meæ, Patrisque mei, omnive propinquitate michi conjunctorum, perpetuâ largitus sum hæreditate atque omnibus suis successoribus, Ut Terram jam præfatam, meo-scilicet ovante consensu, tramitibus suæ possideat vitæ. Deinceps namque sibi succedenti digno hæredi quemcunque Deus eligeret derelinquat seu prædixi, in æternam hæreditatem. Maneat igitur meum hoc immobile donum æternâ liberalitate jucundum, cum omnibus quæ ad ipsum locum pertinere dinoscantur, tam in magnis quàm in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, excepto communi labore, expeditione, pontis arcisve coedificatione. Si qui denique, michi non optanti, hanc libertatis Cartam livore depressi violare satagerint, agminibus terræ caliginis lapsi, Vocem audiant examinationis die arbitris sibi dicentis, *Discedite à me maledicti in ignem æternum, Ubi cum demonibus, ferreis sartaginibus, crudeli torqueantur in pœnâ*, si non ante mortem dignâ hoc emendaverit pœnitentiâ: Istis terminis circumdatur prædicta tellus primo bam lande smape, *&c.* Hoc videlicet donatio facta est Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo xiii°, hiis testibus consentientibus quorum nomina subnotata recensentur. Ego *Knut* Rex *Anglorum* hanc donationem libenti animo dedi. Ego *Alvina* Regina consensi. Ego *Ayelnod* Archiepiscopus confirmavi. Ego *Alfric* Archiepiscopus corroboravi. Ego *Alfwine* Episcopus, *Ayeric Brihomer* Episcopus. *Ayelstan* Episcopus. Ego *Godwine* Dux. Ego *Leofric* Dux. *Syward* Dux, *Alfwine* Dux; *Osgod* clapa, *&c.*

Concessio Regis Edwardi (*ante Conquestum*) *facta* Eborum *Ecclesiæ de Episcopatu* Worcestriæ.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, *Eadwardus* divinâ gratiâ largiente; *Anglorum* Rex. Quum religiosi Antecessores nostri dignitatem Ecclesiarum clarissimam interdum fore perspexerunt terrenarum opulentiâ rerum, tam quæ authoritatis robur habere quanta fulciebatur copia diviciarum, dignæ tenuitatem ecclesiasticam, largâ amplificare studuerunt manu, tam in possessione prædiorum, quàm cæteris redditibus Legalium Constitutionum. Etenim verò, cum ipsi fideles qui sumus in Christo ab Apostolo vocemur, & simus Ecclesia quamprope quam ex numerosâ multitudine gentium in unitate corporis sui ad Ecclesiam Dei nuncupamus sua Christianâ consecravit gratiâ, Videbimur adulterini & non filii, si in ejus nos sedules non exhibuerimus dilatanda gloria. Quapropter ego *Eadwardus*, Christi pietate Rex *Anglorum*, dolens *Eboracum* Metropolim nostro tempore dejecta, ad antiquam celsitudinem quâ illustrabatur; à piis Regibus, nostris prædecessoribus in pristinum cupiens reparare dignitatis statum, Ibid. f. 60.

noſtro fideli Domino Archiepiſcopo ejuſdem Eccleſiæ Metropolitanæ *Eadwardo* Regali Domino, dono noſtro contulimus ad integrum, quicquid à pio patre noſtro *Aldredo Anglorum* Rege ejus anteceſſori *Oſwaldo* prædictæ ſedis Pontifici eſt collatum, Et poſt, cum *Romæ* peteret palleum à beato Papâ *Formoſo* per privilegii deſcriptionem, ei eſt traditum donum, ſcilicet *Wiriceſtriæ* Epiſcopatus, per noſtrum tamen conſilium deponendum, in Archiepiſcopatus dignitate exaltanda ſupplimentum Vicarium, quod etiam idem *Oſwaldus* & poſt eum *Adulphus* & *Wlſtanus* Archipræſules Regio munere adepti ſunt, & tenuerunt quietum & ſolidum, donec *Anglia* dirupta eſt & diſciſſa invaſione *Danorum*, & cum cæteris ornamentis Eccleſiarum prædictæ Civitatis illud Papæ *Formoſi* privilegium conſtat eſſe incenſum; hic autem chariſſimus noſter *Ealdadus* Epiſcopii curam ſuſcipiens ejuſdemque Eccleſiæ jura requirens & ſciens à Beato Papa *Nichalao Romæ* Pallio donatus, ad Nos ſuper Eccleſiæ ſibi commiſſa dignitate Apoſtolica ſcripta ſignata detulit, quibus cum ſuâ fidelitate commoniti juſtam petitionem Papæ & ſuam nolumus refutare, quod abſit; præſertim, cum ſuper eadem re Apoſtolicum præſentavit privilegium. Donavimus igitur, conſilio Reginæ meæ, & aliorum fidelium ei ejuſque Poſteris ordinationem *Wireceſtriæ* Epiſcopatus, cum noſtro tamen diſponendam conſilio, quatenus in exequenda Epiſcopali cura eo ſpecialius Utatur Vicario Utque à beato Papâ *Nicholao* in ejus ſcriptum habetur privilegio; Quod ſi quis ex Regibus poſteris noſtris infringere temptaverit, iram Dei incurrat & ſit Anathema, ſecundùm ſupradictum Apoſtoli Decretum, niſi reſipiſcat. Ut autem hoc meæ deſcriptionis privilegium perpetuò inviolatum ſervetur, manus noſtræ Signum Sigillique auctoritas ſubter inſignitur; Item Regiæ uxoris meæ teſtimonio munitur; Epiſcoporum quoque interminatio cum ſingulorum Nomine & Caractere exprimitur, Abbatum, & Principum Regni noſtri con-teſtificatione fulcitur. Ego *Eadwardus* Dei gratiâ *Anglorum* Rex hoc ſcriptum confirmavi. Ego *Editha* Dei pietate *Anglorum* Regina juſſu Domini mei Regis Voluntariè huic deſcriptioni faveo. Ego *Stigandus* Archiepiſc. ſubſcribo. Ego *Hermannus* Epiſcopus ſubſcribo, *Willielmus* Epiſc. *Theofric.* Epiſc. *Robertus* Stalre, *Osbernus* Capellanus, *Raimboldus*, *Petrus*, *Haraldus* Dei gratia Dux, *Toſti* *Algarus* Dux, *Girth* Dux, *Leofwinus* Dux, *Brihtric*, *Vlf*, *Suen*, *Alnod*, *Walder* ſubſcr. Actum *Wintoniæ* in publicâ Curiâ Natalis Chriſti in die Feſtivitatis Sancti *Sylveſtri* Anno Dom. M. Lxv. A°. autem regni noſtri xxi, per omnia benedictus Deus, Amen. Ego *Alfnod* Abbas, *Aſelnodus* Abbas, S. *Leofricus* Abbas. Ego *Aldridus* Subdiaconus ſcriptum recognovi.

Carta Regis Willielmi Rufi *de juriſdictione* Eborac. *Archiepiſcopi ſuper* Lincolniam & Lindiſſim; *Et de conceſſione Abbathiæ S.* Germani *de* Selby, *& S.* Oſwaldi *de* Glouceſtriâ *Eccleſiæ S.* Petri Eboraci. Ex Regiſtro nuncupato Greenfelt, penès Dec. & Cap. *Ebor.* par. 1. f. 45.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Summi Patris fuit conſilium, ut Sanctam Civitatem ſuam cœleſtem, *ſcil.* Jeruſalem, quæ ſuperbiâ Diaboli diviſa erat, morte dilectiſſimi filii ſui intercedente, redintegraret; & per redemptionem generis humani Angelica damna repararet. Hac conſideratione ego *Willielmus* Dei gratia Rex *Anglorum*, *Willielmi* Regis filius, qui *Edwardo* Regi hæreditario jure ſucceſſit, videns Eccleſiam *Anglorum*, ex parte diviſam, & diſcordantem, reſartire concupimus, quod malè ciſſum fuerat, & ad unitatem veræ caritatis revocare, quod diu indiſcuſſum, ſub diſcordiâ, manſerat: Redemi igitur de meis propriis poſſeſſionibus calumniam, quam habet *Eboracenſis* Eccleſia, & *Thomas* ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſuper *Lincolniam*, & ſuper *Lindiſſim*, & ſuper manſiones Stow, & *Ludam*; Et dedi, pro eis, Eccleſiæ Sancti *Petri Eboraci*, jure perpetuo poſſidendas, Abbathiam Sancti *Germani* de Selby, & Eccleſiam Sancti *Oſwaldi* de *Gloceſtriâ*, cum omnibus ad eas jure pertinentibus. Et ita dedi Archiepiſcopo *Thomæ*, & ſucceſſoribus ejus, Abbathiam Sancti *Germani*, ſicut Archiepiſcopus *Cantuarienſis* habet Epiſcopatum *Roffenſem*: Et propter hæc prædicta beneficia, benignè dimiſit, & gratanter, *Thomas* Archiepiſcopus in æternum, conſentiente Clero ejus, prædictam calumniam in præſentiâ meâ, & Epiſcoporum & procerum meorum, mihi, & *Roberto* Epiſcopo *Lincoliæ*, & ſucceſſoribus ejus. Hujus autem calumniæ redemptionem feci ego, graciâ ejuſdem *Roberti* Epiſcopi, quia Cancellarius meus extiterat, ex parte.

Carta Willielmi *Regis ſuper teſtatione unius hydæ terræ facta* T. *Archiepiſcopo* Eborum *in* Motesfundâ —

WIllielmus Dei gratiâ Rex *Anglorum* T. Epiſcopo & *H.* de *Portu*, & omnibus fidelibus ſuis de *Hamteſcira* ſalutem. Notum vobis facio quod Ego reddidi *Thomæ Eborum* Archiepiſcopo unam hidam terræ quæ pertinet Eccleſiæ de *Metesfundâ*, ſicuti melius habuit *Aldredus* Archiepiſcopus tempore Regis *Eadwardi*, in pratis & ſilvâ & paſturâ, & in communi herbagio ad tantum beſtiarum quantum ibi plus habere potuit tempore Regis *Eadwardi*, ſicut teſtificatum eſt coram *Dunelmenſi* Epiſcopo & *Bertramo* de *Verdun*, & diviſum per homines de Vicecomitatu. Val. Teſte *W°*. Epiſcopo *Dunelmenſi*, & *Bertramo* de *Verdun*. Adhuc ex eodem Regiſtro f. 62.

Carta dicti Regis Willielmi *per quam concessit, quod terræ ad* Eborac. *Ecclesiam spectantes, sint liberæ.*

Ibid. VVIlielmus Rex *Anglorum T.* Archiepiscopo & *G. Bainardo*, & omnibus Baronibus de *Eboracensiscyrâ* salutem. Notificamus Vobis, quod tribuo Sancto *Petro* & Canonicis ejusdem Ecclesiæ terram liberam omni quærelâ, ad hospitalitatem faciendam, atque ejus necessaria, Ecclesiam Sancti *Petri*; & Sa-- *Ganfride* libera esse sine morâ, Teste *Eudone* Dapifero & *Rogero Bigoto.*

Confirmatio Regis Willielmi Rufi *super omnibus possessionibus* Eborac. *Eccles. cum Soccâ & Saccâ, &c.*

Ibid. VVIllielmus Rex *Anglorum* omnibus Vicecomitibus in quorum Vicecomitatibus *Thomas* Archiepiscopus habet terras salutem. Sciatis, quod volo & præcipio quod Archiepiscopus *Thomas* terram suam de *Launtonâ*, & omnes alias terras suas ubicunque eas habeat, ita benè & honorificè & quietè cum *Socâ* & *Sacâ*, & *Toll* & *Team*, infra Burgum & extra, cum omnibus aliis, habeat & teneat, sicut *Aldredus* Archiepiscopus meliùs & honorabiliùs, & quietiùs tenuit tempore Regis *Eadwardi*, & Patris mei; & alias terras quas Pater meus postea sibi dedit, ita honorificè teneat sicut tempore Patris mei tenuit, & nullus sit ausus ei inde injuriam ullo modo facere. Teste Episcopo *Dunelm.* & Episcopo *Lincolniensi.*

Bulla *Honorii* Papæ *Eboracensem* Ecclesiam à subjectione *Cantuariensis*, eximens.

Ibid. HOnorius *Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri* Thurstano Eboracensi *Archiepiscopo, ejusque successoribus, Canonicè promovendis in perpetuum. In eminenti Apostolicæ sedis speculâ, disponente Domino, constituti, ex injuncto nobis Apostolatus officio fratres nostros Episcopos, intimâ caritate diligere, & Ecclesiis, sibi à Deo commissis, suam debemus justiciam conservare; pro ipsarum quoque volumus statu satagere, atq; earum quieti, & utilitate salubriter, auxiliante Domino, providere: Ideoque Kariſſime frater* Thurstine *Archiepiscope, tibi tuisq; successoribus, & per vos* Eboracensi *Ecclesiæ, cui (autore Deo) præsides,* Eboracensem *Ecclesiam Metropolem, Suffraganeos, & quicquid Parochiarum vel Episcopali, vel Metropolitico jure ad eandem cognoscitur Ecclesiam pertinere, in perpetuum confirmamus*

Antiquam sanè dignitatem Eboracensis *Ecclesiæ, integram conservari, auctore Deo, cupientes; Autoritate Apostolicâ prohibemus, ne ulteriùs aut* Cantuariensis *Archiepiscopus,* Eboracensem *professionem quamlibet exigat; aut* Eboracensis Cantuariensi *exhibeat; neque quod penitùs à beato* Gregorio *prohibitum est, ullo modo* Eboracensis Cantuariensi *dicioni subjaceat; sed juxta ejusdem patris constitutionem, ista inter eos honoris distinctio in perpetuum conservetur, ut prior habeatur qui prior fuerit Ordinatus. Ad hæc si* Cantuariensis *Archiepiscopus* Eboracensem *electum, gratis, & sine subjectionis exactione, consecrare noluerit, electus* Eboraci *à suffraganeis suis, aut à Romano Pontifice liberè consecretur. Porrò antiquas libertatis consuetudines, & possessiones, quas, vel in præsenti legitimè optinetis; vel in futuro, largiente Deo, justè poteritis adipisci, Ecclesiæ* Eboracensi, *præsentis privilegii auctoritate, firmamus; statuentes ut nullus eas auferre, minuere, vel temerariis audeat vexationibus infestare; sed omnia integra conserventur, eorum quorum sustentatione, & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: Illud quoque Capitulo præsenti subjungimus, & Ecclesiæ Sancti* Andreæ Haugustaldensis, *Sancti* Johannis Beverlacensis, *Sancti* Wilfridi *de* Rippon, *Sancti* Mariæ *de* Suwellâ, *Sancti* Oswaldi *de* Glouceſtria, *in omnibus possessionibus & libertatibus, & consuetudinibus vobis vestrisq; successoribus, nec non &* Eboracensi *Ecclesiæ integrè semper & quietè permaneant.*

Si qua igitur Ecclesiastica, secularisvè persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundò, tertiovè commonita, si non satisfactione congruâ emendaverit, potestatis honorisq; sui dignitate careat; etiamq; se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi *aliena fiat; atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant;* Amen.

Bulla *Alexandri* Papæ Cartam *Willielmi Rufi, Anglorum* Regis, de *Lincolniâ, Lindisseiâ* & Abbatiis de Selby & *S. Oswaldi Glouc.* confirmans.

ALexander *Episcopus servus servorum Dei,* Ibid. *venerabili fratri* Eboracensi *Archiepiscopo, Apostolicæ sedis legato salutem, & Apostolicam benedictionem. Ea quæ compositione, vel judicio statuuntur, firma debent & inconcussa consistere, & inviolabili firmitatis robore communiri: Indè est, quod nos, cum justis postulationibus grato concurrentes assensu, concordiam & compositionem, quæ inter Ecclesiam tuam & Ecclesiam* Lincolniæ, *super parochiâ* Lindesey, *mediante bonæ memoriæ* Willielmo *quondam* Anglorum *Rege, facta fuisse dinoscitur, sicut, à bonæ memoriæ, prædecessore nostro,* Paſcali *Papâ confirmata est, & hactenus observata, auctoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; Ut,* viz. Eboracensis *Archiepiscopus* Salebaienam *Abbathiam, & Ecclesiam Sancti* Oswaldi Gloceſtrensem, *cum appendiciis suis, sitam in* Claudio-Ceſtrensi *Civitate, possideat:* Lincolniensis *autem Episcopus,* Lindeseiam *parochiam teneat, & cætera quæ in ipsâ commutatione accepisse cognoscitur. Decernimus ergò,*

fol. 46.

gò, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, infringere, vel ei aliquatinus contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli *Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum* Venetiis *in* Rivo alto, *decimo ſeptimo die Kalendas* Julii.

Bulla *Alexandri* Papæ, pallium Ebor. Archiepiſcopo concedens.

Ex ipſo autogr. in turri beatæ Mariæ Ebor.

ALexander Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto fratri*, Thomæ Eborum Archiepiſcopo, *perpetuam in Chriſto ſalutem. Cum paſtores ovium ſole, geluque, pro gregis ſui Cuſtodiâ, pervigiles exiſtunt; multo vigilantiùs pro Curâ quæ nobis committitur, convenit nos gerere, ut in die judicii, cum Paſtor Paſtorum, omnium facta diſcuſſerit, non de negligentiâ, ut Mercenarii, judicemur, ſed de injuncti Officii diſpenſatione, remuneremur. Quapropter fraternitati tuæ*, Pallium, *ex more, concedimus, quatinus utaris eo, ipſis feſtivitatibus, quibus Apoſtolicæ ſedis autoritas tuis conceſſerit Anteceſſoribus*; viz. *in* Natale *Domini*, Epiphania *Domini*; *in feſtivitatibus Sanctæ virginis*, *in* Cœnâ *Domini*, *in* Pentecoſtes, *& in tuâ Ordinatione, & in Sancti* Johannis *Baptiſtæ, omniumque Apoſtolorum feſtivitatibus*; *necnon in conſecratione Eccleſiarum, & benedictione Epiſcoporum, ac Presbiterorum, & in Anniverſario Dedicationis, & principalibus feſtis Eccleſiæ tuæ. Hortamur igitur Caritatem tuam, ut memores converſationis tuæ, tanto ornamento conveniant, ſicque exterior homo indè glorietur, ut interior conſcia virtutum perfectione ſolidetur. Si quid iſtud eſt ſacerdotii, iſtud eſt pallii*, viz. *habere, quod foris oſtenderis accepiſſe, & ut Apoſtolum irreprehenſibili maneat; & bonæ converſationis exemplum ſubditorum mentibus præbeas.*

Carta Regis Henrici *ſuper collatione Eccleſiæ de* Pocklinton *&c. factâ Beato* Petro; & Eccleſiis aliis dictæ Eccleſiæ collatis.

Adhuc ex dicto Regiſtro, parte primâ fol. 63. & parte 2. fol. 10.

HEnricus Rex *Angliæ. P.* Vicecomiti & omnibus Baronibus Francis & Anglis de *Eboracſchirî* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Sancto *Petro* & *G. Eborum* Archiepiſcopo Eccleſias de Pochelinton, & de Driffeild, & de Killum, & de Pikering, & de Burgh, & de Snaid, cum omnibus ſuis capellis, & *ſoce* & *ſace*, & conſuetudinibus ad eas pertinentibus, quapropter volo, & præcipio, ut predictæ Eccleſiæ ſint quietæ de omnibus rebus & conſuetudinibus; & ut Sanctus *Petrus* perpetualiter teneat ipſas Eccleſias quietas & ſoluras & liberas ab omni ſervicio. Teſte *R.* Comite de *Mellent* apud *Weſtmonaſterium.*

Præceptum ejuſdem Regis ſuper eodem ad Vicecomitem Ebor.

HEnricus Rex *Angliæ Osb.* Vicecomiti de Everwic ſalutem. Mando tibi & præcipio, ut Archiepiſcopum *Gerardum* permittas & facias honorifice tenere Eccleſias meorum propriorum maneriorum, quas Sancto *Petro*, & ei dedi, cum omnibus capellis ſuis; & cum omnibus decimis ſuis; & cum omnibus terris ſuis; videlicet Eccleſiam de *Pocklintonâ*, & de Killom, & de Driffeild, & de Pickering, & de Burgo. *Waltero Euremaro* & miniſtris de Driffeild præcipio, ut decimas de hoc preterito Auguſto quas non reddiderunt, plenariè reddant, ſicut Eccleſia eas juſtè habere debet, & ſicut unquam eas melius habent tempore Patris mei ſive meo, antequam eas dediſſem Sancto *Petro*: & videant ne amplius inde clamorem audiam; ſi quis inde injuriam Archiepiſcopo fecerit, tibi *Osberte* Vicecomes precipio, ut plenariam rectitudinem inde facias. Teſte *Rogero* Epiſcopo *Saresberiæ* apud *Weſtmonaſterium* in Natali. Ibid.

Carta ejuſdem Regis ſuper eodem &c.

HEnricus Rex Anglorum Decanatui *Eboracenſis* Eccleſiæ donavit, & *Stephanus* nepos ejus & ſucceſſor ipſius in regno poſtmodum conceſſit & confirmavit, & quas ipſe decanatus temporibus duorum predeceſſorum meorum predicti ſcilicet *Girardi* & *Thomæ* ſecundi honorabiliter & quietiſſime tenuit; viz. Eccleſiam de Killum cum totâ ſocâ ſuâ quæ quidem ſocha ubicunque jaceat, parochia ipſius Eccleſiæ eſt; & Eccleſiam de *Pickeringâ* quæ ſunt vel futuræ erunt in totâ ſochâ; quæ proculdubio ſoca Eccleſiæ, illius parochiæ eſt: Et Eccleſiam de *Pocklintoni* cum capellis, quæ ſunt aut futuræ ſunt in totâ ſochâ: Quæ ſimiliter ſochâ ubicunque jaceat, predictæ Eccleſiæ parochia eſt, nos Pontificali Authoritate confirmamus, & præſentis Cartulæ noſtræ paginâ communimus. Concedimus etiam prædictis Eccleſiis libertates & quietancias, cum Epiſcopalibus conſuetudinibus, ſicut meliùs & honorabilius habent Eccleſiæ Præbendarum Sancti *Petri*, & ipſa *Eboracenſis* Eccleſia. Et ut hæc futuris temporibus immobilia, & illibata permaneant, noſtroque teſtimonio eadem corroborari flagitamus. Ibid.

Literæ Henrici *Regis &* Matildæ *Imperatricis ſuper boſcis Præbendarum liberè poſſidendis.*

HEnricus Angliæ Rex *Euſtachio filio Johannis*, & *Willielmo Eſpee* ſalutem: præcipio, quod Canonici *Sancti Petri* de *Eborum* habeant omnia aiſiamenta ſua ad neceſſaria ſine waſto; & paſturam ſuam in ſuo dominico boſco de Prebendis ſuis Teſte. *G.* Cancellar: apud Oxon. Ibid. fol. 63.

Matilda

Ibid. MAtilda Angliæ Regina *Willielmo Peverell* de *Nottingham*, & *Ricardo filio Gotteſe*, & *Rogero* de *Lovetot ſalutem.* Volo & præcipio, ut Eccleſia de *Leſtonâ*, quam conceſſi Sancto *Petro Eborum* in Prebendam, ita plenè habeat Decimas ſuas, ſinè moleſtiâ, ſicut ei adjacent. Et prohibeo ne Monachi de *Blidâ*, nec alii homines ſe inde intromittant. Vos autem precor, & præcipio, ut elemoſina mea ne diminuatur; nec aliquis ſe inde intromittat præter ipſos Canonicos de *Eborum* Teſte *Johanne* de *Sagio*, & *Bernardo* Capellano apud *Julii bonam.*

Ibid. MAtilda Angliæ Regina, Vicecomiti & *Rogero* de *Lovetot*, & omnibus Baronibus de honore de *Blidâ* ſalutem: Sciatis me didiſſe & conceſſiſſe Eccleſiam de *Leſtonâ* Eccleſiæ Sancti *Petri Eborac* in Prebendam: Quapropter volo & præcipio, ut hæc prædicta Prebenda amodo ita ſit quieta & libera ab omnibus conſuetudinibus, ſicut ſunt aliæ prebendæ ſupradictæ Eccleſiæ. Teſtibus *Henrico* Epiſcopo, & *Bernardo* Capellano, *Johanne Baloc*, & *Johanne* de *Sagio*, & Ern. Capellano, & *Roberto Mallet*; & aliis data apud *Eboracum.*

Alia Carta dicti Regis Henrici, *de libertatibus.*

Adhuc ex dicto Regiſtro part. 1. fol. 65. HEnricus Rex Angliæ *Osb.* Vicecomiti & omnibus ſuis Baronibus de *Everwic Schyra*, Francis & Anglicis ſalutem. Volo & præcipio, ut Eccleſia Sancti Petri de **Everwic**, & Eccleſia de *Beverlaco*, & omnes terræ Archiepiſcopatus *Eborum* habeant eaſdem leges & conſuetudines, quas habuerunt tempore Patris & Fratris mei; & cum tanto honore, & cum tanta pace, ſicuti eas tenuerant tempore *Thomæ* Archiepiſcopi. T. Comite de *Mellent* per *Thurſtanum* Capellanum apud *Windeſore* in Circumciſione Domini.

Conſimilis Carta ejuſdem Regis, de libertatibus.

Ibid. HEnricus Rex Angliæ *Nigello* de *Albanio*, & *Anſchitello* de *Bulemer*, & omnibus Baronibus Francis & Anglis de *Everwicſchyrâ* ſalutem. Præcipio, quod omnes terræ Canonicorum Sancti *Petri*, & Sancti *Johannis* de *Beverlaco* & Sanctæ *Mariæ* de *Southwellâ*, & Sancti *Wilfridi* de **Ripun**, & de **Heſtoldeſham** ſint ita quietæ de expeditione & de opere Caſtellorum, ſicut melius fuerant tempore Patris & Fratris mei. Et ſi quid inde ſuper hoc captum eſt, reddatur. Teſte *R. Cant.* apud *Wodeſtecam.*

Carta ejuſdem de Eccleſiâ de **Ledſton** *in prebendam conceſſâ.*

Ibid. HEnricus Rex Angliæ *Gerardo* Archiepiſcopo *Eborum*, & *Osberto* Vicecomiti, & Ricardo Vicecomiti de **Nottingham**, & omnibus Baronibus de Archiepiſcopatu *Eborum* ſalutem: Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Eccleſiam de *Leſtonâ*, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus Sancto *Petro Eboracenſis* Eccleſiæ in Prebendam. Quapropter volo & præcipio ut predicta Prebenda ita ſit quieta, & libera in omnibus rebus & conſuetudinibus, ſicut antiquiores Prebendæ predictæ Eccleſiæ ſunt habeatque eaſdem conſuetudines, quas illæ habent: Et ut Sanctus Petrus Apoſtolus perpetualiter teneat ipſam Prebendam T. *Bernardo* Capellano, & *Roberto Malet* apud *Weſtmonaſterium* in natale Domini.

Carta ejuſdem Regis de Eccleſia de **Wallop, Graceley & Wichton.**

Ibid. HEnricus Rex *Angliæ* Archiepiſcopo *Eborum*, & Epiſcopo *Winton*, & juſticiariis & Vicecom. & Baronibus, & omnibus fidelibus ſuis de *Eborum* & *Hamteſchir* ſalutem ſciatis me conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Petri Eborum* in perpetuam elemoſinam, ad faciendam in Eccleſiâ illâ, duas Eccleſias *Willielmi* Theſaurarii; & unam Eccleſiam capellam, quas ipſe tenebit in vitâ ſuâ; ſcilicet Eccleſiam de **Wallop** Capellam de *Craceleia* & Eccleſiam de *Wichtonâ* quare volo & præcipio, quod Eccleſia Sancti *Petri Eborum* eas bene & in pace & liberè teneat, in terris & decimis & inviolendis, & in omnibus iis pertinentibus, nunc & uſque in ſempiternum *T. T.* Archiepiſcopo *Eborum* & *R.* Epiſcopo *Saleb.* & *Nigello* Epiſcopo Elienſi; & *Waltero Eſpee*; & *Euſtachio filio Johannis*, & *Gaufrido filio Pagani* apud Weſtmonaſterium.

Carta Regis Henrici *de Eccleſiâ de* **Pinchelingis.**

Part. 1. Ibid. fol. 63. HEnricus Rex Angliæ *T.* Archiepiſcopo, & *Nigello* de *Albani* bucello ſalutem Præcipio, quod Eccleſia de **Pinchelingis**, ita habeat parochiam ſuam ſicut habuit tempore Regis *Eadwardi*, & non ſit diſturbata pro aliquâ capellâ; & nominatim juſtè ſit ſaiſita de decimâ quam *Eugenulphus* de *Furnellis* ei aufert. Teſte *Willielmo de Warrena* apud *Bruggeſted.*

Literæ ejuſdem Regis ad Serlonem de Burgo *ſuper decimis Eccleſiæ de* Burgo.

Ibid. HEnricus Rex Angliæ *Serloni* de *Burgo*, ſalutem. Præcipio, quod ita plenariè & juſtè facias habere Eccleſiæ Sancti *Petri Eborum* & Canonicis omnes terras & Decimas & rectitudines ei pertinentes de Eccleſiâ Sancti *Andreæ* de *Burgo*, ſicut unquam meliùs & pleniùs habuit. Et niſi feceris, *Walterus Eſphe*, & *Forno*, & *Auſch.* de *Bulemer* faciant. Ut ne audiam inde clamorem pro penuriâ recti. Teſte *Nigello de Albeni.* Apud Wintoniam.

Carta

Carta ejuſdem Regis ſuper libertatibus & juribus, &c.

Ibid. fol. 64. HEnricus Dei gratiâ Rex Anglorum *Osberto* cecomiti, & *R. filio Geronis* ſalutem. Volo & præcipio, ut *Gerardus Eborum* Archiepiſcopus, in terris Eccleſiarum ſuarum, & in omnibus terris *Eborum* Archiepiſcopatus placita ſua in curiâ ſibi habeat; & de Monetariis ſuis, & de Latronibus, & de omnibus aliis; & omnes leges & conſuetudines ſuas, & Eccleſiarum ſuarum, habeat ſicut *Thomas* Archiepiſcopus melius habuit tempore Patris vel Fratris mei, Et nova ſtatuta mea de judiciis, ſive de placitis Latronum & falſorum monotariorum exequantur, & formant per ſuam propriam juſticiam in curiâ ſuâ; nec ipſe aliquod perdat vel Eccleſiæ ſuæ pro novis ſtatutis meis ſi ea, ut dixi, in Curiâ ſuâ faciant per ſuam propriam juſticiam ſtatuta mea. Teſte *R. Ceſtrienſi* Epiſcopo, apud *Winton*, in Paſcha.

Litteræ ejuſdem Regis ſuper Decimis quarundam Eccleſiarum conceſſis Eccleſiæ Metropol. Eborum.

Ibid. fol. 64. HEnricus Rex Anglorum *Auſch.* Vic. & omnibus præpoſitis & miniſtris ſuis de **Driffeild** & de *Poplintonâ*; & de **Chilliom**; & de **Picheringis**; & de **Burch** ſalutem. Volo & precipio quod faciatis habere *Hugoni* Decano, & clericis ſuis benè plenariè omnes rectas Decimas de Dominiis meis in omnibus rebus per hæc prædicta maneria mea; & de omnibus Parochianis qui ad Eccleſias horum prædictorum Maneriorum meorum pertinent ſimiliter facite ei habere benè & plinariè Decimas & omnia jura prædictarum Eccleſiarum in terris, & in capellis, quiâ pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum beato *Petro* eas conceſſi in elemoſinam. Nolo enim quod pro recti penuriâ quicquam perdant quod juſtè habere debent. *T. Waltero Eſpee* apud *Eborum*.

Carta Regis Henrici *primi per quam conceſſit Archiepiſcopatum* Eborum Thomæ *Capellano ſuo.*

Ex dicto Regiſtro, part. 2. fol. 4. HEnricus Rex Angliæ *Anſelmo* Archiepiſcopo *Canterburiæ*, & Epiſcopis & Comitibus & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis Francis & Anglis totius Angliæ ſalutem. Sciatis me didiſſe & conceſſiſſe *Thomæ* Capellano meo Archiepiſcopatum *Eboracenſem*: Et volo & firmiter præcipio, ut ita benè, & liberè, & quietè, & honorificè teneat & habeat cum *Soccâ*, & *Saccâ*, & *Tol*, & *Team*, & *Infangenetheof*, & aliis conſuetudinibus ſuis infra Burgum & extra, in boſco & plano ſicut unquam aliquis Anteceſſor ſuus melius, & honorabilius, & quietius tenuit tempore Regis *Eadwardi*, & Patris mei; & ſicut *Thomas* Archiepiſcopus habebat die qua vivus & mortuus fuit. Et quaſcunque terras prædictus *Thomas* Archiepiſcopus in Dominio ſuo tenebat ea die qua vivus & mortuus fuit, volo & præcipio ut illas eaſdem omnes, iſte *Thomas* in Dominio ſuo habeat, & teneat. Et ſi quid ipſi Dominio Archiepiſcopatus poſt mortem *Thomæ* Archiepiſcopi additum eſt, volo & præcipio, ut eſſe *Thomas* Archiepiſcopus habeat & teneat ſimiliter. Teſtibus *Anſelmo* Archiepiſcopo, & *Sampſone* Epiſcopo *Winton*: & cæteris Epiſcopis Angliæ, & *Ranulpho* Cancellario, & *Roberto* Comite de *Mellent*; & *Henrico* Comite de *Warwick*, & *Willielmo* de *Warren*. & cæteris Comitibus Angliæ: & *Ham*: Dapifero; & *Willielmo* de *Albeni*; & *Thomâ* de *Sancto Johanne*; & *Willielmo Bigod*; & *Willielmo* de *Piron* apud *Weſtmonaſterium* in Pentecoſtem.

Carta Regis Henrici *ſecundi de terris*, & *communibus Canenicorum*, & *ipſius capituli.*

Ibid. HEnricus Rex Angliæ & Dux *Normaniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ* juſticiariis Vicecomitibus & Miniſtris ſuis de *Eboraſchirâ*, ſalutem Præcipio vobis, quod faciatis Decanum & capitulum Sancti *Petri Eborum* tenere terras ſuas & communias ſuas, ita benè, & in pace, & liberè, & quietè & juſtè, ſicut melius, & liberius tenuerunt tempore Regis *Henrici* avi noſtri nec remaneat pro paſſagio meo quin juſtè cogant firmarios ſuos, ut ſint eis ad rectum de quærelis quas adverſus eos habuerunt. Teſte Epiſcopo *Eboracenſi* apud *Leon.*

Carta Regis Henrici *primi*, *de libertatibus Eccleſiæ S.* Petri Ebor.

Adhuc ex præfato Regiſtro f. 37. b. REx *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Conſulibus, proceribus, & univerſis fidelibus *Francis*, & *Anglicis*, totius *Angliæ* ſalutem. Poſſeſſiones, & dignitates, & libertates, & conſuetudines, quas habuit *Ebor.* Eccleſia, concedo, & regia authoritate, præſenti Cartâ confirmo, ſicut hic ſubſcriptæ ſunt, ſub regibus antiquis, & Archiepiſcopis, & quod plerique meminiſſe poſſunt.

Sub *Edwardo* Rege, & *Aldredo* Archiepiſcopo, fuit Eccleſiæ S. *Petri* conſuetudo egregiæ libertatis; Si quis enim quemlibet cujuſcunque facinoris, aut flagitii reus convictum infra atrium Eccleſiæ caperet, & retineret, Univerſali judicio, ſex Centum emendebat. Si vero infra Eccleſiam, duodecem Hundreth; infra *Eboracum* octodecem. Pœnitencia quoque de ſingulis, ſicut de ſacrilegiis injuncta, in Hundreth, octo libræ continetur: Quod ſi aliquis, veſano ſpiritu agitatur, diabolico auſu quemquam capere præſumeret, in Cathedrâ lapidea juxta Altare, quod Anglici vocant **Fridſtoll**, id eſt, *Cathedra quietudinis*, vel *pacis*, hujus tam flagitioſi ſacrilegii emendatio ſub nullo judicio erat, ſub nullo pecuniæ numero claudebatur; ſed, apud *Anglos*, **Boteles**, hoc eſt, ſine emenda vocabatur. Hæ emendæ nihil ad Archiepiſcopum, ſed ad Canonicos pertinebant. Canonici

nici Sancti *Petri* in Hiet, id est, domesticâ, vel intrinseca familiâ, appellabatur *Terra Canonicorum propriæ mensæ Sancti Petri:* Denique siquid in Ecclesiâ, vel in cimiterio, vel in domibus Canonicorum, vel in terris eorum, aliqui injustè agerent; aut ipsi Canonici adversùs se invicem; aut adversùs alios, vel alii adversùs Canonicos, vel adversùs alios, forisfactura nulla Archiepiscopo sed tota Canonicis judicabatur.

Archiepiscopus autem in rebus Canonicorum, hoc tantum juris habebat; quod, defuncto Canonico, ipse aliis Prælationes, & Præbendas præbebat: Nec tamen sine consilio, & assensu Decani & Capituli. Si verò Archiepiscopus adversus Apostolicum, vel Regem comitteret, ad quod redimendum, vel pacificandum pecuniâ opus esset, nihil tamen Canonici Archiepiscopo, præter suam voluntatem, darent; & pecuniam Canonicorum, & hominum eorum pro commissione, vel debito Archiepiscopi, nec etiam in manum caperetur. Habebant Canonici in domibus, & in terris suis, *Soccam*, & *Saccam*, *Thol*, & *Theam*, *Intol*, *Uttoll*, & *Infangentheof*, & omnes easdem honoris, & libertatis consuetudines, quas ipse Rex in terris suis habebat, & quas Archiepiscopus de Domino Deo, & de Rege tenebat: hoc etiam ampliùs, quod nemo de terrâ Canonicorum S. *Petri Wapenthachium*, nec Tridingmot, nec Sthirelmot sequebatur; sed calumpnians aut calumpniatus, ante hostium Monasterii S. *Petri* rectitudinem, & recipiebat, & faciebat.

Hoc autem à religiosis principibus, bonis Antecessoribus, sit provisum, ut quatinus Canonici placitantes, pulsato signo, ad horas Canonicas ritè possent regredi; Archiepiscopo verò per Seneschallos, & præfectos, & milites suos, faciliùs erat prædicta placita sequi, & tenere: Si verò aliquis terram aliquam Sancto *Petro* daret; vel venderet, nemo postea *Soccam*, *Tol*, aut *Theam*, in illâ clamabat; sed easdem consuetudines, quos & alia terra Sancti *Petri* ista habebat, tantum amoris & reverentiæ, antecessores nostri huic Sanctæ principis Apostolorum Ecclesiæ deferebant.

Quando autem Rex congregabat Excercitum, unus homo tantùm præparabat, de totâ terrâ Canonicorum, cum vexillo Sancti *Petri*, qui, si Burgenses in exercitu irent, Dux & Signifer eos præcederet; sine Burgensibus verò, nec ipse iret. Hanc etiam consuetudinem sive dignitatem habebant Canonici, Sancti *Petri* ab antecessoribus Regibus; nominatim, quos à Rege *Edwardo* concessam, & confirmatam, ut nullus de familiâ Regis, vel de exercitu ejus in propriis domibus Canonicorum; nec in Civitate, nec extra, hospitetur. Ubicunque sit duellum *Ebor.* juramenta debent fieri super textum, vel super reliquias Ecclesiæ Sancti *Petri*, & facto duello, victor arma victi ad Ecclesiam S. *Petri* offerat, gratias agens Deo, & Sancto *Petro* pro victoriâ. Si Canonici vel homines eorum, clamorem fecerint in placitis Regis, clamor eorum ante omnem causam terminetur, quantum potest terminari, servatâ Ecclesiæ dignitate. Testibus Archiepiscopo *Eboracensi*, *W. G.* Episcopo *Wynton.* *R. Bloet* Episcopo *Lincoln.* *R. Hambard* Episcopo *Dunelm.* *W.* Comite de *Warennâ*. *R Basset.* *G. Ridell.* *S.* filio *Sigulfi*, apud *Wynton.*

Ex *vitâ* Rogeri *Archiepiscopi.*

IDem etiam *Rogerus*, Chorum Ecclesiæ Cathedralis beati *Petri Eborum*, cum criptis ejusdem & Palatium Archiepiscopale in *Eboraco*, quod juxta ipsam Ecclesiam situm est, de novo construxerat: Condidit etiam Capellam Sancti *Sepulchri* ad januam ipsius Palatii, ex parte boreali ejusdem Ecclesiæ beati *Petri*; ac ipsam in honore Dei genetricis *Mariæ* & Sanctorum Angelorum dedicavit; eamque undecem Ecclesiis, quarum quinque ex propriâ suâ largitione, sex vero ex collatione quorundam fidelium suæ diocesis extiterant, quas eidem Capellæ conferri procuraverat. Dotavit etiam tresdecem Ministros Ecclesiasticos, diversi Ordinis, ad celebrationem divinorum in eâ perpetuos constituit; quorum quatuor esse Sacerdotes, quatuor verò Subdiaconos; & unum Sacristam, qui præesset, reliquis decrevit, quem custodem ipsius Capellæ & procuratorem omnium proveni-entium dictarum undecim Ecclesiarum ad eandem Capellam pertinentium constituit. Et ne eisdem Ministris competens deesset sustentatio, statuit idem Archiepiscopus, ut unusquisque prædictorum Presbiterorum, decem marcas; unusquisque autem Diaconorum centum solidos; unusquisque Subdiaconorum, sex marcas argenti, quolibet anno, per manum Sacristæ perciperet, Residuum verò prædictorum redditum in usum Sacristæ converti disposuit. Et quia Canonici præfatæ Ecclesiæ beati *Petri Eborum*, super situ dictæ Capellæ, eo quod nimis adhæsit Matrici Ecclesiæ, penès Archiepiscopum *Rogerum* graviter murmurabant, statuit idem Archiepiscopus, ad eorundem Canonicorum & successorum suorum exonerationem, & perfectæ pacis charitatis & unitatis, inter ipsos Archiepiscopum & Capitulum Ecclesiæ beati *Petri*, & successores eorundem, perpetuam firmitatem; ut Sacrista ejusdem Capellæ, ea quæ ad eosdem Canonicos spectant, in die Cenæ dominicæ, tam in epulis, quàm in vino & cervisiâ, & vasis, & aquâ calidâ, ad ablutionem pedum ipsorum Canonicorum, & Clericorum, & pauperum; & decem solidis argenti, sexaginta pauperibus, post ablutionem pedum suorum distribuendis; & victualia, quæ secundùm consuetudinem matricis Ecclesiæ solebant ipso die pauperibus, post ablutionem pedum ministrari, sumptibus suis propriis inveniret. Hæc & alia multa *Rogerus* Archiepiscopus ad honorem Dei & Ecclesiæ, cui præerat, decorem, in Archiepiscopatu gessit utilia.

Ex Cod. MS. de vitis Archiepiscoporum *Eboracensium*, penès Majorem & Communitatem Civit. *Ebor.* [C.] f. 231. b.

De

De Sewallo Archiepiscopo.

Ibid. f. 232. b.

TRicesimus quartus *Eboracensem* rexit Ecclesiam *Sewallus*, ejusdem Ecclesiæ Decanus, per postulationem, eo quod defectum patiebatur in natalibus, & non fuit secum dispensatum quoad talem dignitatem: Cujus electioni, cum rex *Henricus* tertius negaret assensum, idem electus misit ad Curiam *Romanam*, & Dominus Papa *Alexander* quartus confirmavit ejus electionem, & ut in Ecclesiâ *Eboracensi* consecraretur, cum eo gratiosè dispensavit. Consecratus est ergo *Sewallus* in Ecclesiâ beati *Petri Eboraci* à Suffraganeis, quos advocaverat, die dominicâ decimâ Kalendarum *Augusti*, Anno Domini *Millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto*. Et sic nolente & volente Rege obtinuit & Pontificatum & pallium. Hic autem considerans proventus undecem Ecclesiarum appropriatarum Capellæ Sancti *Sepulchri Eboraci*, per celebris memoriæ *Rogerum* quondam *Eboracensem* Archiepiscopum, pro sustentatione ipsius Capellæ, & duodecem Ministrorum ecclesiasticorum, & unius Sacristæ tantummodò eidem Capellæ in divinis officiis jugiter in perpetuum ministrantium, à primâ fundatione ipsius Capellæ multipliciter augmentari, ordinavit & statuit, de assensu Magistri *Gilberti* de *Tiwâ*, tunc Sacristæ & Custodis ipsius Capellæ, in unâquâque portionem prædictarum undecem ecclesiarum, vicarium perpetuum, qui curam gereret animarum, sufficientem, unicuique ipsorum vicariorum, de eâ cujus curam gerebat Ecclesia juxta facultatem ejusdem pro sui sustentatione deputavit; quorum præsentationem Sacristæ & suis successoribus concedens, institutionem seu destitutionem sibi suisque successoribus, *Eboraci* Archiepiscopis, reservavit. Statuit quoque præterea certam pecuniæ portionem pauperibus parochianis, cujuslibet prædictarum undecem Ecclesiarum, juxta possibilitatem cujusque Ecclesiæ, singulis annis, per præfatum Sacristam & successores suos, in perpetuum, nomine eleemosynæ, distribuendam.

Ordinavit insuper, ut quisque prædictorum duodecem ministrorum, & quos de novo Canonicos appellari decrevit, horis nocturnis, pariterque diurnis, in præfatâ Capellâ jugiter insistentes, singulis diebus tres denarios, præter proventus Præbendæ suæ, priùs institutæ, de bursâ Sacristæ percipiet. Ordinavit præterea, quod præter duodecem Canonicos prædictos, duo essent in eadem Capellâ sacerdotes, singulis diebus in perpetuum, pro Defunctis, celebrantes: similiterque duo Diaconi & duo Subdiaconi; qui Sacerdotibus in illâ Capellâ, jugiter celebrantibus, ministerium devotum exhiberent: Et ut ipli duo Sacerdotes, duo Diaconi, & duo Subdiaconi, tanto diligentiùs ministrarent, quanto uberiùs remunerentur, statuit ut unusquisque dictorum duorum Sacerdotum quinque marcas; unusquisque duorum Diaconorum tres marcas, & unusquisque duorum Subdiaconorum duas marcas & dimidiam, annuas, pro stipendiis de bursâ Sacristæ percipiet. Facta est autem hæc Ordinatio secunda, quarto Nonas *Maii*, Anno Domini Milesimo ducentesimo quinquagesimo octavo. Vixit autem *Sewallus* in Archiepiscopatu annis duobus, quibus exactis, obiit sexto Iduum *Maii* Anno Archiepiscopatus sui secundo, qui est annus dominicæ Incarnationis MCCLviii. regni verò Regis *Henrici* Tertii, quadragesimus secundus; & in Ecclesiâ beati *Petri Eborum* magnificè sepultus est.

Carta Fundationis Capellæ beatæ Mariæ, *& Sanctorum* Angelorum, *juxta Pallacium Archiepiscopi, in Civitate* Eboracensi.

Ex Registro Archiep. *Ebor.*

ROgerus Dei gratiâ *Eborum* Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus, omnibus successoribus suis, & Decano, & Capitulo *Eborum* universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, hanc Cartam visuris, vel audituris, salutem. Quantas bonitati divinæ gratias referre debeamus, super hiis quæ, ad honorem suum tempore nostro efficere dignata est, breviloquio expediri non posset; inter quæ Capellam, quam sub nomine beatæ, & intemeratæ Virginis *Mariæ* & omnium *Angelorum*, juxta majorem Ecclesiam construximus, & dedicavimus silentio præterire, fas esse, minimè credimus; in quâ, ut in æternum ad Dei honorem, & successorum nostrorum gloriam, & ob peccatorum nostrorum remissionem, divina celebrantur; proposuimus, ut tresdecem Clerici diversi Ordinis, ibi in perpetuum faciant mansionem, & horis matutinis divina, juxta constitutionem Ecclesiæ beati *Petri*, semper deserviant. Horum autem quatuor esse Sacerdotes, decernimus, quatuor Diaconi, quatuor Subdiaconi, & unus Sacrista, qui ad nutum Archiepiscopi, & arbitrium in hiis, quæ inter agenda sint, sedulus semper existat; ut autem ipsis necessaria non desint, providimus, tam ex largitione nostrâ, quàm quorundam fidelium undè in perpetuum sustentari possint; De dono nostro medietatem Ecclesiæ de **Dteley**, Ecclesiam de **Everton**, Ecclesiam de **Sutton**, cum Capellâ de **Scroby**, & Ecclesiam de **Hapton**, Ecclesiam de **Berpeley**: De dono *Willielmi* de *Scoty*, Ecclesiam de **Calverley**. De dono *Willielmi Paynell*, Ecclesiam de **Heton**. De dono *Aviciæ* de *Ramsilly*, Ecclesiam de **Harmode**. De dono *Adæ* de *Bruys*, & *Ivettæ* uxoris suæ, de *Arches*, Ecclesiam de **Thorp**. In hiis autem omnibus ita indempnitati nostræ, & successorum nostrorum, & officialium providimus, ut in Ecclesiis, quæ non sunt de dominio nostro, in quibus nos & officiales nostri Synodalia, & alia, quæ ad nos vel ad ipsos de jure spectare noscuntur, hactenùs percipere solebant, absq; ulla contradictione liberè percipiant.

Reliquas verò Ecclesias, quæ sunt de dono & dominio nostro, ita liberè & quietè teneant, sicut aliqui, qui eas, ante eos, tenuerant, liberiùs & quietius aliquando; statuimus autem, ut nulli prædictorum Clericorum extra Civitatem moram facere liceat: Si verò

fecerit, & ad commonitionem Archiepiſcopi redire voluerit, liceat ipſi Archiepiſcopo alio ejuſdem Ordinis portionem ejus, qui remotus fuerit, aſſignare, qui aſſiduus, ſecundùm quod conſtitutum eſt, in dictâ Capellâ deſerviat: Statuimus præterea, ut unuſquiſque Preſbiterorum prædictorum, habeat per annum decem marcas; unuſquiſq; prædictorum Diaconorum habeat per annum centum ſolidos; unuſquiſq; prædictorum Subdiaconorum, habeat per annum ſex Marças argenti; quæ omnia recipiant per manus Sacriſtæ, quem conſtituimus prædictorum omnium reddituum Procuratorem. Si verò redditus prædictarum Eccleſiarum non poterint ſufficere ad perficiendam ſummam, unicuique per aliquam occaſionem, tunc detrahetur de uniuscujuſq; portionis quantitate, ut decem Marcæ remaneant Sacriſtæ. Quando autem quantitas reddituum ſufficere poterit ad perficiendam integrè omnium portionum ſummam, quod reſiduum fuerit cedet in uſum Sacriſtæ. Ut autem in omnibus honor Eccleſiæ beati *Petri* conſervetur, volumus & præcipimus, quatinus prædictus Sacriſta in Cenâ domini, ſumptibus ſuis, in hiis quæ ad Canonicos Matricis Eccleſiæ, *ſcil.* beati *Petri*, ſpectant, tam in velulis, quàm in vino, Cerviſiâ, & vaſis, & aquâ ad ablutionem pedum Canonicorum, & Clericorum pauperum ad opus eorundem pauperum, decem ſolidorum; & ad victum eorundem pauperum, *ſcil.* ſexaginta, ea, quæ neceſſaria ſunt; ut in omnibus fraternitas & unitas Eccleſiæ conſervetur. Hiis teſtibus *Roberto* Decano, *Hamone* Cantore, Magiſtro *Guydone*, *Radulpho* Archidiacono, *Johanne* Archidiacono, *&c.*

Ordinatio Sewalli *Archiepiſcopi*, *ſuper fundatione Capellæ beatæ* Mariæ *& Sanctorum* Angelorum Eboraci.

Adhuc ex Regiſtro vocato Greenefeld, f. 11.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, *Sewallus* Dei gratiâ *Eboracenſis* Archiepiſcopus, *Angliæ* Primas, ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis, quod nos, de approbatione & conſenſu Capituli noſtri, procurante inſtanter & experſè conſentiente Magiſtro *Gilberto* de *Tiwâ*, tunc Sacriſtâ Capellæ noſtræ beatæ *Mariæ* Virginis & Sanctorum *Angelorum Eboraci*, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, ejuſdem Capellæ Sacriſtis, ad honorem & gloriam omnipotentis Dei, gloriosæ Virginis Matris ejus, & omnium Sanctorum, ad augmentum divini cultus in eadem Capellâ, futuris temporibus exhibendi; ſtatuimus, & imperpetuum Ordinamus, quod duodecim Canonici & Præbendæ duodecim eorundem Canonicorum, & alia in Capellâ ipsâ prædeceſſoruum noſtrorum temporibus Ordinata, firma & illibata perpetuis temporibus perſeverent, Hoc ex noſtrâ Ordinatione adjecto, quod unuſquiſque Canonicus ejuſdem Capellæ, in Civitate prædicta, circa ipſam Capellam reſidens ſingulis diebus ſeu noctibus, ad *matutinas*, unum denarium, ad *magnam Miſſam* alium, & tertium ad *veſperas*, qui interfuerit, de burſa Sacriſtæ, per manum ſuam vel Procuratoris ſui, præter proventus Præbendæ oſim conſtitutos, percipiat; Ita quod ſi aliquis Canonicorum prædictorum à prædictis horis vel ipſarum aliquâ abſens fuerit, vel præſens, rixam vel inſolentiam fecerit; pro horâ in quâ fuerit abſens, vel præſens, prædicta commiſerit, denarios ſibi trahatur. Quis autem Canonicorum rixum vel inſolentiam hujuſmodi commiſiſſe videatur, Sacriſtæ vel ejus Procuratoris arbitrio duximus committendum. Ordinamus præterea, quod in Capellâ prædictâ, præter duodecim Canonicos ſupradictos ſint duo ſacerdotes, pro defunctis ſingulis diebus celebrantes, duo Diaconi & duo Subdiaconi. Qui Diaconi & Subdiaconi ad horas Canonicas & magnam Miſſam diebus ſingulis ſuam præſentiam exhibentes, cum cæteris dictæ Capellæ Canonicis & Miniſtris, omni die dicant plenè *Placebo Dirige* & aliud ſervicium pro defunctis. Et licet Canonici & Miniſtri per negligentiam, vel culpam, ſeu alio modo omiſerint idem ſervicium pro defunctis dicere, dicti duo Presbiteri Diaconi & Subdiaconi, ad hoc neceſſariò teneantur. Unuſquiſque autem dictorum duorum Sacerdotum quinque marças; Unuſquiſq; verò duorum Diaconorum *iii.* marcas; & unuſquiſq; duorum Subdiaconorum duas marcas & dimidiam annuas, pro ſtipendiis de burſâ Sacriſtæ percipiat. Quibus quidem, cum horis magnæ Miſſæ vel officio exhibendo pro defunctis non interfuerint, vel præſentes rixam vel inſolentiam fecerint; Sacerdoti denarius, Diacono & Subdiacono obolus, pro horâ cui non interfuerint, vel præſens rixam vel inſolentiam commiſerit, Sacriſtæ vel Procuratoris ſui arbitrio ſubtrahatur.

Et licet Canonicorum Capellæ inſtitutio & deſtitutio, ad nos & ſucceſſores noſtros debeat imperpetuum pertinere: Iſtorum tamen duorum Sacerdotum, duorum Diaconorum, & duorum Subdiaconorum ad Sacriſtam inſtitutio & deſtitutio pertinebit. Et qui quidem Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi, præter caſus alios in jure expreſſos, propter incontinentiam, infidelitatem, ſeu inſolentiam, pro voluntate Sacriſtæ abſq; judiciali ſtrepitu poterunt ammoveri. Ordinamus præterea, quod Canonici habentes ſacerdotales in dicta Capellâ præbendas, *Miſſam matutinalem* vel majorem, in Altari majoris Eccleſiæ per ſeptimanas viciſſim, prout opportunum fuerit, debeant celebrare, juxta Ordinationem Cantoris denunciantis eiſdem in Capellâ die præcedenti. Qui autem de iſtis Capellæ Canonicis *Miſſam matutinalem*, vel majorem, in dicto Altari majoris Eccleſiæ celebraverit, quolibet die quo celebraverit ſic, ibidem duos denarios recipiet de burſâ Sacriſtæ. Diaconus verò & Subdiaconus Canonicis Capellæ miniſtrantes in dicta Miſsâ majori cum ipſo Sacerdote Canonico, ſimiliter duos denarios percipient; Diaconus unum, Subdiaconus alium, præter antiquos præbendæ ſuæ proventus, & præter tres denarios ad *Matutinas*, *magnam Miſſam*, & *veſperas* in Capella quos debet ex hac noſtrâ Ordinatione percipere, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. Verùm ſi contigerit, quod ex Ordi-

dinatione majoris Eccleſiæ, duo Capellæ Canonici, in magno Altari ejuſdem Eccleſiæ eodem die debeant celebrare, unuſquiſque illorum taliter celebrantium, duos denarios de bursâ Sacriſtæ percipiet eo die. Omnia autem Capellæ Canonicis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis propter abſentiam, rixam, vel inſolentiam ſubtrahenda, in uſus Sacriſtæ ad ſuum arbitrium convertentur. Si autem contigerit, quod dictæ Capellæ Canonici, Diaconi, vel Subdiaconi, per infirmitatem, vel alio quoquo modo (quod abſit) noluerint, vel non potuerint aliquo die magno Altari majoris Eccleſiæ tunc deſervire, tunc Diaconus & Subdiaconus Chori, deſervientes Altari, à Sacriſtâ aliquid non requirent, ſed illis duobus ſolidis, quos ante hanc ordinationem ſolebant percipere, ſint contenti.

Ne autem in Eccleſiis ad Capellam prædictam pertinentibus, animarum cura, aut divinum obſequium, ſeu exhibendæ piæ in Parochiis Elemoſinæ negligantur; Ordinamus, quod in unaquaque de cætero Eccleſiarum ipſarum, ſint perpetui vicarii conſtituti, quorum præſentatio ad Sacriſtam, ad nos verò & ſucceſſores noſtros inſtitutio & deſtitutio pertinebit. In quibus quidem Eccleſiis Vicarias & Elemoſinas, in formâ quæ ſequitur ordinamus.

Viz. quod vicarius de *Thorp Arches*, habeat totum alteragium & manſum Eccleſiæ, ſalvo Sacriſtæ aiſiamento eundi & redeundi ad grangiam, & reponendi blada ſiccanda in croſta ante grandiam, & taſſum faciendi, ſi neceſſe fuerit. Habeat etiam Vicarius decimam decimæ ad Sacriſtam pertinentis, vel duas marcas de burſa Sacriſtæ, & duas marcas de Sacriſtâ illius loci pauperibus annuatim.

Similiter Vicarius de **Colingham** habeat totum alteragium, exceptis decimis fœni & nutrimentorum animalium, provenientibus de dominico domini Regis. Habeat etiam vicarius duos toſtos, ſimul junctos, pro manſo; & unam bovatam terræ, & decimam decimæ illius villæ, vel duas marcas à Sacriſtâ in anno ad duos terminos; *ſcil.* Sancti *Martini* & *Pentecoſtes*; & duæ marcæ annuæ dentur illius loci pauperibus à Sacriſtâ.

Vicarius autem de **Berdeſeye** habeat totum alteraginm ipſius Eccleſiæ, exceptis fœno & proventibus animalium, provenientibus de dominico domini Regis. Item habeat decimam dominici Sacriſtæ in eadem villâ, & unam bovatam terræ versùs **Rouley** pro manſo, niſi Sacriſtæ manſum ei providetur, & ibi dentur tres marcæ annuæ à Sacriſtâ.

Vicarius verò de **Otteleye** habeat ad valorem viginti marcarum de Alteragio de portione Sacriſtæ, vel totum habeat; *ſcil* quantum pertinet ad Sacriſtam, & reſpondeat de viginti marcis Sacriſtæ. Sacriſta autem det illius loci pauperibus per annos ſingulos octo marcas.

Vicarius quidem de **Calverley** habeat quindecim marcas de Alteragio ipſius Eccleſiæ, vel totum alteragium, & reſpondeat de ſex marcis Sacriſtæ. Apud eandem parochiam det Sacriſta annuatim pauperibus ſex marcas.

Vicarius de *Hoton Paynell* habeat Alteragium & decimam dominici Sacriſtæ, vel viginti ſolidos. Et Sacriſta det decimam decimæ, vel duas marcas pauperibus ejuſdem loci.

Vicarius de **Sutton** habeat Alteragium & decimam dominici, & manſum in villâ, & decimam fœni de **Stroby**. Et dictus Sacriſta det *iiii.* marcas per annum pauperibus loci illius.

Vicarius de **Everton** habeat alteragium, & totam terram Eccleſiæ, vel dimidiam marcam de bursâ Sacriſtæ, & decimam fœni, ultra villam de **Scaftworth**, directè versùs **Bautre**. Inveniet autem Sacriſta vicario manſum; vel det ei dimidiam marcam pro manſo annis ſingulis. Et det Sacriſta ibidem pauperibus tres marcas.

Vicarius de **Hayton** habeat alteragium, & terram Eccleſiæ ejuſdem villæ, cum gardino: Et ibi det Sacriſta pauperibus tres marcas.

Vicarius de **Clareburgh** habeat Alteragium, cum toſto & croſto proximo cimiterio adjacenti, & decimas croſtorum de villâ incluſorum, & decimam molendinorum de **Bolum**; & honeſtam ſuſtentationem inveniet Capellano de **Grenley**, etſi altero Capellano deſerviat apud **Clareburgh**, **Wellum**, & **Bolum**. Et Sacriſta det pauperibus ejuſdem parochiæ quinque marcas.

Vicarius de **Retford** habeat centum ſolidos de alteragio, & minutas decimas; *ſcil.* pullorum, porcellorum; aucarum; Et panem & cerviſiam, quos contigerit deferri ad Altare. Et Sacriſta det pauperibus ejuſdem villæ decimas molendinorum.

Si autem aliqua vicariarum, ſic ſuperiùs taxatarum, minus valeat quàm decem marcas, per juramentum ſacerdotum, & duorum fidelium de parochiâ, ad noſtrum debeat arbitrium augmentari; Vicarii ultra decem marcas, vel tantum habentes, quòd ſecum poſſint habere ſacerdotem, teneantur ſe altero Presbytero Eccleſiis deſervire.

Ordinamus etiam, quod ómnes vicarii reparare Cancellos, & invenire in eis neceſſaria teneantur. Illi etiam in quorum Eccleſiis procurationes debentur, Archidiaconis ſuis reſpondeant de eiſdem.

Ne autem inter Vicarium & Sacriſtam de hiis, quæ ſuperiùs ſub disjunctione ponuntur, oriatur materia quæſtionis; utrum *viz.* Sacriſtæ, vel vicariis optio competat; Ordinamus, quod in hujuſmodi disjunctis non vicariorum ſit optio, ſet Sacriſtæ.

Si autem aliquis vicariorum de **Otteley**, **Calverley**, vel **Retford**, per ſe, vel quemcumque miniſtrum, de obventionibus vel quibuſcumq; aliis pertinentibus ad Sacriſtam, aliquid omnino ſubtraxerit (ad quorum fidelem cuſtodiam volumus omnes vicarios & ſuos ubique teneri) vicaria ipſa ipſo jure omnino ſit privatus, ipſoq; vicario abſq; judiciali ſtrepitu omnino ammoto, vicaria ipſa alteri omnino conferatur.

Sanè ſi aliquis ſuperadditorum Presbyterorum, duorum Diaconorum, vel duorum Subdiaconorum

diaconorum miniſtrare, per infirmitatem fuerit impeditus, in veritate & non fictè, nihil ei occaſione hujuſmodi ſubtrahatur; ſet cantet ſi poſſit, in die, Pſalterium pro defunctis.

Ceterum, quoniam dignus eſt operarius mercede ſuâ, & Magiſter *Gilbertus* de *Tiwâ* fideliter laboravit, tam circa adquiſitionem beneficiorum, ad Capellam ſupradictam pertinentium, quàm circa earundem meliorationem, & iſtam Ordinationem optinendam: Ordinamus, quod ejus Anniverſarium ſolempniter fiat ſingulis annis in perpetuum in Eccleſiâ noſtrâ *Eboracenſi*, & in Capellâ prædictâ, & in omnibus Eccleſiis pertinentibus ad Capellam ſuperiùs nominatam. In præmiſſorum autem teſtimonium, & evidentiam pleniorem, nos & Decanus & Capitulum *Eboracenſe*, atque dictus Magiſter *Gilbertus* de *Tiwâ* Sigilla noſtra apponi fecimus huic ſcripto. Actum iii. Non. *Maii* Anno Domini *Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo.*

De Collegio in Eccleſiâ Cathedrali Ebor. *ex Sacerdotibus & perſonis, Cantarias in eadem habentes, qui Domum propriam, in quâ ſimul vel per ſe habitent, non habent, conſtituendo.*

Pat. 33. *H.* 6. p. m. 1.

REx (*&c.*) Sciatis quod nos conſiderantes, quod in Eccleſiâ Cathedrali *Ebor.* quæ Metropolis eſt, plures ſunt Sacerdotes perſonæ, Cantarias habentes; qui cum nullam Domum propriam; in quâ per ſe vel ſimul habitent, vel de ſe recipere poſſint habeant, nonnunquam in laicorum domibus, ſimul cum laicis, qui mulieres habent, cohabitent contra dictæ Eccleſiæ honorem, & decorem Ordinis Clericalis; de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, reverendiſſimo in Chriſto Patri *Willielmo Eborum* Archiepiſcopo, *Angliæ* Primati, dilecto conſanguineo noſtro *Henrico Northumbriæ* Comiti; necnon dilecto nobis in Chriſto *Ricardo Andreæ* Decano, *Johanni Caſtell* Præcentori, *Johanni Bernyngham* Theſaurario, *Stephano Wylton* Archidiacono *Clyvelond*, & *Johanni Mareſhal*, Canonicis ejuſdem Eccleſiæ; quod ipſi ſex; quinq; vel quatuor eorum, in quadam placeâ, Domo, ſive habitatione, Canonicatui & Præbendæ, quos Prior Eccleſiæ Conventualis de Erham, in Com. *Northumbriæ*, qui pro tempore fuerit, in eadem Eccleſiâ Cathedrali & Metropolitanâ optinet, annexâ, appropriatâ, ſive deputatâ, ſive in aliquo alio loco ad hoc congruo; de quo dictis *Willielmo*, *Henrico*, *Ricardo*, *Johanni*, *Stephano* & *Johanni*, ſeu ſex quinque vel quatuor eorum videbitur, quoddam Collegium perpetuum, de dictis ſacerdotibus & perſonis, Cantarias in eadem Eccleſiâ Metropolitanâ habentibus, in honorem S. *Willielmi*, quondam ejuſdem Eccleſiæ *Ebor.* Archiepiſcopi, erigere, fundare, & imperpetuum ſtabilire valeant, quodq; idem Collegium, cum erectum, fundatum & ſtabilitum fuerit, Collegium perſonarum Cantarias in dictâ Eccleſiâ Metropolitanâ habentium, perpetuum, nuncupetur.

Quodq; dictæ perſonæ & ſucceſſores ſui, ſingulis annis imperpetuum, unum de ſeipſis eligant, qui cæteros conſacerdotes & confratres ſuos, pro illo anno ſupervideat; eorumque ac dicti Collegii & bonorum ejuſdem regimini & diſpoſitioni ſuperintendat; quem ejuſdem Collegii ſuperviſorem pro illo anno volumus nuncupari: Ac quod idem ſuperviſor & perſonæ, ac ſucceſſores ſui imperpetuum, per nomen ſuperviſoris & Collegii perſonarum, Cantarias in dictâ Eccleſiâ habentium, habeant unum corpus & ſucceſſionem perpetuam; atque ſint perſonæ habiles & capaces in lege, ad perquirendum, recipiendum, & intrandùm terras, tenementa, redditus, & alias poſſeſſiones quaſcunque; Habendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in feodo ſimplici & perpetuitate imperpetuum. Et quod iidem ſuperviſor & perſonæ, ac ſucceſſores ſui, per nomen Superviſoris & perſonarum Collegii prædicti, proſequi poſſint & defendere omnimodas actiones reales, perſonales & mixtas, ſectas, quærelas, & demandas, ac implacitare & implacitari in eiſdem actionibus querelis & demandis, motis ſeu movendis, pro ipſis & contra ipſos, in omnibus Curiis coram quibuſcunq; Judicibus ſpiritualibus & ſecularibus, ac aliis Judicibus quibuſcunq;.

Conceſſimus inſuper & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris (*&c.*) dilectis nobis in Chriſto Decano prædicto, & Capitulo ejuſdem Eccleſiæ *Ebor.* quod ipſi Statuta & Ordinationes concedere valeant, ſecundùm quæ dicti Superviſor & ſacerdotes Cantarias hujuſmodi habentes, eorumq; ſucceſſores omnes & ſinguli, regi, gubernari, puniri, & corrigi debeant. Ac etiam ſi oporteat, ab eodem Collegio amoveri. Et ulteriùs, de uberiori gratiâ noſtrâ, conceſſimus, ac licentiam dedimus eiſdem Decano & Capitulo, ac ſucceſſoribus ſuis; necnon Priori & Conventui de Erham prædicto, ac ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi dictam placeam, domum ſive habitationem, Canonicatui & Præbendæ Prioris dictæ Eccleſiæ de Erham, qui pro tempore fuerit, ſicut præmittitur, unitam, annexam, incorporatam, ſive limitatam aut deputatam, concedere & confirmare poſſint imperpetuum dictis Superviſori & perſonis, Cantarias in dictâ Eccleſiâ *Ebor.* habentibus, & eorum ſucceſſoribus, ac Collegio prædicto, cum ſic fundatum, erectum & ſtabilitum fuerit; ipſiſque Superviſori & perſonis Collegii ſupradicti, cum ſic fundatum fuerit, quod ipſi dictam placeam, domum ſive habitationem ab eiſdem recipere poſſint, & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum.

Et inſuper de ſpeciali gratiâ noſtra conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dictis Superviſori & perſonis, quod ipſi terras, tenementa, redditus ad valorem decem marcarum per annum, etiamſi de nobis teneantur in Capite, de quibuſcunq; perſonis eis placuerit, adquirere poſſint; Habenda & tenenda

ſibi

ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ad faciendum recompenſam dictis Decano & Capitulo, necnon Priori & Conventui de Erham prædictâ pro placeâ, Domo, ſive habitatione prædictâ; nec non ſupportandi onera reparationum & alia eidem Collegio incumbentia: Ac quod; tam hujuſmodi perſonæ, quæcunque hujuſmodi terras, tenementa, & redditus ad valorem annuum x. marcarum, ut præmittitur, vel infra dictis Superviſori & perſonis imperpetuum dare & concedere, quam ipſi Superviſor & perſonæ, eaſdem terras, tenementa & redditus hujuſmodi, cum adquiſita fuerint, dictis Decano & Capitulo, ac ſuis ſucceſſoribus; necnon Priori & Conventui ac ſuis ſucceſſoribus, ſimul vel ſeparatim, in recompenſationem hujuſmodi, concedere & dare imperpetuum (*&c.*) In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xi. *Martii.*

Licentia regia pro prædicto Collegio fundando; & Collegium S. Willielmi, *quondam* Ebocenſis *Eccleſiæ Archiepiſcopi, nuncupando.*

Pat. 1. E. 4. p. 2. m. 17.

REx (*&c.*) Sciatis, quod nos conſiderantes, quod in Eccleſia Cath. *Ebor.* quæ Metropolis eſt, plures ſunt ſacerdotes perſonæ, Cantarias habentes in eadem, vocatæ *Perſones in Kyrk of Yorke*, qui nullam domum propriam, in qua per ſe, vel ſimul habitent, vel ſeſe recipere poſſint, habeant, nonnunquam in laicorum domibus, ſimul cum ipſis laicis cohabitent, contra dictæ Eccleſiæ honorem & decorem Ordinis Clericalis; de ſpeciali gratiâ noſtrâ conceſſimus, & per præſentes licentiam damus, pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt, reverendiſſimo in Chriſto Patri *Georgio Exon.* Epiſcopo, ac dilecto conſanguineo noſtro, *Ricardo Nevyll* Comiti *Warwici*, & hæredibus ſuis; quod ipſi duo, Epiſcopus & Comes, conjunctim & diviſim, vel hæredes ſui, de dictis perſonis & eorum ſucceſſoribus, unum Collegium perpetuum in honore S. *Willielmi Eborum*, quondam dictæ Eccleſiæ Cathedralis Archiepiſcopi; *viz.* de uno Præpoſito perſonarum prædictarum, & de eorum ſucceſſoribus; ac de reſiduis perſonarum prædictarum, & eorum ſucceſſoribus, quos ſocios Collegii illius pro perpetuo, poſtquam Collegium illud erectum, fundatum, & ſtabilitum fuerit, nuncupare volumus; erigere, fundare, ordinare, & ad placitum illorum Epiſcopi & Comitis, & hæredum ſuorum, ſtabilire valeant, infra clauſum dictæ Eccleſiæ, in Civitate prædicta, in aliquo meſuagio ſive placeâ, nunc ſive nuper parcella alicujus Canonicatus ſeu Præbendæ in Eccleſiâ prædictâ; aut nunc vel nuper alicui hujuſmodi Canonicatui ſeu præbendæ annexa, ſeu pertinente; aut in aliquo loco infra Civitatem prædictam honeſto, juxta voluntatem, diſcretionem, & Ordinationem eorundem Epiſcopi & Comitis, vel hæredum ſuorum ſuperinde fiendam. Et quod Collegium illud, poſtquam idem Collegium erectum, fundatum, & ſtabilitum fuerit, Collegium S. *Willielmi Eborum*, perpetuò nuncupatur.

Et quod iidem Epiſcopus & Comes, vel hæredes ſui, poſtquam Collegium prædictum erectum, fundatum & ſtabilitum fuerit, unum de perſonis prædictis, vel eorum ſucceſſoribus, Præpoſitum Collegii illius, pro termino vitæ ſuæ exiſtere nominet vel nominent, præficiat, vel præficiant. Et quod extunc temporibus perpetuis duraturis, in qualibet vacatione, Præpoſiti, ſive præpoſituræ Collegii prædicti ſequente, perſonæ prædictæ, & eorum ſucceſſores ſocii ejuſdem Collegii & communias ſuas temporibus vacationum hujuſmodi, infra meſuagium ſive manſionem prædictam voventes, vel eorum major numerus, infra ſex dies proximè ſequentes aliquam hujuſmodi vacationem, infra meſuagium ſive manſionem illam, & non alibi, unum de perſonis prædictis, & de eorum ſucceſſoribus, ſociis ejuſdem Collegii, ut prædictum eſt, & non alium eligant in Præpoſitum Collegii prædicti: Et quod ipſe ſic electus, de tempore in tempus, ſit immediatè, per hujuſmodi electionem, Præpoſitus Collegii illius pro termino vitæ ſuæ. Et ſi perſonæ prædictæ, vel eorum ſucceſſores, de Præpoſito de ipſis ſic eligendo, infra dictos ſex dies concordare noluerint, nec fortè poterint; tunc totiens prædicti Epiſcopus vel Comes *Warwici*, conjunctim & diviſim, & hæredes ſui, quotiens continget prædictas perſonas vel ſucceſſuros ſuos de hujuſmodi electione, infra dictos ſex dies non concordare, unum de ſociis Collegii illius, in Præpoſitum ejuſdem Collegii nominabit, vel nominabunt, faciet vel facient, præficiet vel præficient Præpoſituræ Collegii illius, pro termino vitæ ſuæ, habendam; ſalvâ ſemper ſociis prædicti Collegii, & eorum ſucceſſoribus, in qualibet vacatione, ſequente electione ſuâ prædictâ, infra ſex dies prædictos, habendâ & fiendâ.

Et volumus & concedimus, quod quilibet Præpoſitus Collegii prædicti, & ſucceſſores ſui, omnia bona ejuſdem Collegii, tam mobilia, quàm immobilia, prædia, poſſeſſiones, terras & tenementa, dona data vel legata, tam realia quàm perſonalia ſupervideat & intendat, regat & diſponat ad utilitatem & proficuum dicti Collegii & ſociorum ejuſdem Collegii. Et quod nullus ſocius dicti Collegii, de rebus quibuſcunque prædicto Collegio pertinentibus, infra Collegium illud, ſive extra, ſe intromittat, ſine præcepto & aſſenſu prædicti Præpoſiti & ſuorum ſucceſſorum, ſeu eorum ſpeciali mandato: quem quidem Præpoſitum & omnes ſucceſſores ſuos Præpoſitos perpetuos Collegii S. *Willielmi Ebor.* eſſe & nominari volumus, ac cæteris perſonis ejuſdem habitus præferri, tam infra dictam Eccleſiam Cathedralem quàm extra, in prioratu habitus & ſtatus perſonarum, ac aliarum perſonarum dicti Collegii præeminentia, ſuperioritate, honore, & reſidentiâ, in divinis officiis, *Matutinis*, *Miſſis*, & *Veſperis*, ac *Proceſſionibus* quibuſcunq;.

Et ulterius volumus & concedimus, per præſentes; quod poſtquam Collegium prædictum erectum, fundatum, & ſtabilitum fuerit, &

Præpo-

Præpoſitus inde præficiatur vel nominetur; quod tunc Præpoſitus ille & ſucceſſores ſui, ac perſonæ prædictæ Collegii illius, ſocii & ſucceſſores ſui, ſint unum Corpus perpetuum, in re & nomine; & quod ipſe & ſucceſſores ſui per nomina Præpoſiti & ſociorum Collegii S. *Willielmi Ebor.* tam alios implacitare, quàm ab aliis implacitari, reſpondere & reſponderi poſſint in quibuſcunque Curiis noſtris, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum, ac aliorum quorumcunque pro omnibus rebus, materiis, & cauſis, Collegium illud concernentibus vel tangentibus. Et quod iidem Præpoſitus & ſocii, & ſucceſſores ſui, habeant Sigillum Commune pro omnibus materiis, cauſis, & rebus, Collegium prædictum qualitercunque concernentibus, aut concernere contingentibus. Et quod primus Præpoſitus Collegii prædicti, principalem cameram in meſſuagio ſive placeâ prædictâ, ſibi magis neceſſariam, eligat, habeat & teneat ſibi & ſucceſſoribus ſuis, perſonis, ſive Presbyteris Cantariæ ſuæ in Eccleſiâ prædictâ, per ipſum tunc habitam: Et quod ipſe Præpoſitus & ſucceſſores ſui, per eorum diſcretiones, aſſignare, dare & concedere poſſint cæteris perſonis perſonarum prædictarum; habendam & tenendam ſibi & eorum ſucceſſoribus, perſonis ſive presbyteris Cantariarum ſuarum, quamdiu ipſi Communias ſuas infra meſſuagium ſive placeam prædictam foveant; Et quouſque Præpoſitus Collegii prædicti; pro tempore exiſtens, ipſos à Cameris ſuis, ſic ſibi aſſignandis, vel concedendis penitùs expellet.

Et ad effectum quod Præpoſitus Collegii prædicti, poſtquam illud Collegium fundatum & ſtabilitum fuerit; ac ſocii prædicti & eorum ſucceſſores, ad Dei laudem & honorem, diutiùs, quietiùs, perfectiùs & ſalubriùs continuare poſſint; concedimus eis, quòd extunc imperpetuum Præpoſitus Collegii illius, & ſucceſſores ſui; ac tres ſocii Sociorum Collegii ejuſdem & ſucceſſorum ſuorum, communias ſuas, ut prædictum eſt, foventes, per Præpoſitum prædictum, & ſucceſſores ſuos, ad eorum placitum eligendi vel nominandi, de tempore in tempus, Statuta, Ordinationes, regulas, prohibitiones, proviſiones, & pœnas pro bono & honeſto regimine & gubernatione Collegii illius & ſociorum ejuſdem, ibidem pro tempore exiſtentium, totiens quotiens voluerint, concedere, facere, ordinare, providere, & imponere; ac ea evacuare valeant; & alia de novo ad eorum libitum condere, ordinare, facere, providere, & imponere poſſint: Ac omnes & ſingulos ſocios Collegii prædicti, ibidem pro tempore exiſtentis, ibidem pro tempore exiſtentium, contra Regulas, Ordinationes, proviſiones, & pœnas, illa, ſive eorum aliquod delinquentes, in meſuagio ſive placeâ prædictâ, tam in ſuis abſentiis, quàm in ſuis præſentiis corrigere, caſtigare, punire, & reformare; & illos extra Collegium illud penitùs expellere, juxta ſanam diſcretionem Præpoſiti prædicti, & ſucceſſorum ſuorum, & trium ſociorum ipſorum.

Et ulteriùs de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, & damus per præſentes, Decano & Capitulo dictæ Eccleſiæ Cathedralis, & ſucceſſoribus ſuis; ac cuicunque alio Canonico ſeu perſonæ ſeculari vel regulari, & ſucceſſoribus ſuis, & eorum cuilibet, aliiſque perſonis quibuſcunque; quod ipſi placeas, domos, terras, & tenementa, ſi quæ fuerint in Civitate prædictâ, infra clauſum prædictum, vel extra, pro manſione ſive habitatione ejuſdem Collegii; ſeu pro augmentatione ejuſdem manſionis vel habitationis, conjunctim vel diviſim, dare & concedere poſſint & confirmare prædictis Præpoſito & perſonis & eorum ſucceſſoribus ſociis Collegii prædicti, poſtquam idem Collegium fundatum & ſtabilitum fuerit; & eiſdem Præpoſito perſonis prædictis & eorum ſucceſſoribus; quod ipſi omnia & ſingula hujuſmodi domos, placeas, ſive habitationes, terras, & tenementa prædicta, ab omnibus hujuſmodi donatoribus recipere poſſint, tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum.

Conceſſimus etiam & licentiam dedimus, per præſentes, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Præpoſito & perſonis, ſociis Collegii prædicti, & eorum ſucceſſoribus; quod ipſi poſtquam prædictum Collegium fundatum, erectum & ſtabilitum fuerit terras, tenementa, redditus & temporales poſſeſſiones, ad valorem *C.l.* per annum, ultra repriſas, licet de nobis aut de aliis teneantur in Capite, adquirere poſſint, habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum: Et quod ipſi Præpoſiti & perſonæ, & ſucceſſores ſui, indè poſſint recompenſare, & ea dare & concedere, tam dictis Decano & Capitulo & ſucceſſoribus ſuis, quàm alicui alio Canonico Præbendario in Eccleſiâ prædictâ; ac etiam aliis quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis; habendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, pro terris & tenementis, prædictis Præpoſito & perſonis, ſociis Collegii prædicti ſuperindè, ſeu pro ejuſdem manſionis augmentatione fiendâ, per ipſos aut eorum aliquem dandis ſive concedendis: Eiſdemque Decano, & Capitulo, Canonicis, & perſonis eccleſiaſticis, & ſucceſſoribus ſuis, & eorum cuilibet, quod ipſi hujuſmodi terras (*&c.*) recipere (*&c.*) poſſint, tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Ebor.* xi. *Maii.*

Confir-

Confirmatio Papalis super villas, Ecclesias, redditus & libertates Archiep. **Eborac.** *pertinentes.*

Ex Registro *Ebor.* Eccl. Cat. parte 3. fol. 52.

INnocentius Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri *Waltero* Archiepiscopo *Eborum*, ejusque successoribus Canonicè restituendis &c. in quibus his propriis duximus exprimenda vocabulis; viz. de **Wilton**, de **Witwange**, de **Burton**, de **Patrington**, de **Shiteby**, de **Helgedon**, de **Beverlaco**, de **Ripon**, de **Hertildesham**, de **Otteley**; de **Schyrbom**; de **Sowelle**, de **Lanum**, de **Sutton**, de **Scroby**, de **Chirchendon**, de **Dttingdon**, de **Drebebangerwood**, de **Riggeby**, de **Turlington**, & de **Stalisburg** maneria, cum pertinentiis eorundem, Sancti Johannis **Beverlaco** S. *wilfridi* **Ripon** S. *Andreæ* **Hertildesham** S. *Mariæ Suwellensis* & S. *Oswaldi Glouceſtriæ* Ecclesias. Necnon Ecclesiam & terram de *Kinaldestowe*, cum portionibus, & aliis omnibus bonis suis. Episcopatus quoque inferiùs annotatos Ecclesiæ tuæ metropolitico jure subjectos, tibi tuisque successoribus nihilominus confirmamus; videlicet *Dunelmensis & Carliolensis*: Usum quoque Pallei plenitudinis; viz. Pontificali, officii, tuæ fraternitati Apostolicæ sedis liberalitate, largimur quo, infra Ecclesiam tuam. Utaris diebus inferius annotatis; viz. in Nativitate Domini; Festivitate Protomartyris *Stephani*; circumcisione Domini, Epiphaniâ . . . . . Dominica in ramis palmarum; Cæna Domini; Sabbatho Sancto Paschæ; feriâ secundâ post Pascha, Ascentione, Pentecoste, Festivitatibus Sanctæ *Mariæ*, Natalis S. *Johannis* Apost. solennitate omnium Apostolorum, commemoratione omnium Sanctorum, dedicationibus Ecclesiarum; Anniversarii, tam consecrationibus die Ecclesiæ tuæ, principalibus festivitatibus, consecrationibus Episcoporum, & ordinatione clericorum, &c. Signatum per *Innocentium* Catholicæ Ecclesiæ Episcopum *Nichol. Tusculanen.* Episc. *Guidonem Primestren* Episc. *Hugonem Ostien*: & *Weletren* Episc. *Pelagium Alban*: Episcopum &c. Amen, &c.

Dunelm. & Carliol. Episc. Eccl. *Eborum* subjiciuntur.

Dies In quibus *pallium* uti potest.

Litera Honorii *Pp. pro primatu* Eborum.

Adhuc ex dicto Registro part. 1. fo'. 49.

HOnorius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri T. Archiepiscopo *Eboracensi* salutem & Apostolicam benedictionem. Gracias clemenciæ divinæ persolvimus, quia sani & incolumes cum pacis tranquillitate in urbe sumus. Et quia personam tuam diligimus; controversiam illam de Primatu inter *Eboracensem* & *Cantuariensem* Ecclesias in nostrâ tantum volumus præsenciâ terminari data *Laterani* nonis Aprilis.

Litera Papæ Paschalis *Archiep. Cantuar. super primatu Ecclesiæ* Eborac.

PAschalis Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri *R. Cantuar*: Archiepiscopo salutem, & Apostolicam benedictionem quanto amplius de tuæ dilectionis sinceritate confidimus, tanto amplius admiramur, quod ea videari exigere, quæ Romanæ solum competere videtur Ecclesiæ; Nosti enim, frater charissime, beati *Gregorii* ad *Augustinum* verba; ita in ejus Epistolâ de *Eborum* Episcopo esse disposita, post obitum tuum Episcopis, quos ordinaverit, præsit, ut *Londoniensis* Episcopi nullo modo *dicioni* subjaceat. Si verò inter *Londoniæ* & *Eboracæ* civitatis Episcopos in posterum ista honoris distinctio, ut ipse prior habeatur qui prior fuerit ordinatus: Quo igitur modo, quâ ratione ab electo *Eboracensis* Ecclesiæ professionem exigis? Et propter hoc ei manum imponere detractas, cum secundùm proscriptam beati *Gregorii* constitutionem nullo modo dicioni tuæ debeat subjacere: præcipimus igitur, ut pro vestrarum Ecclesiarum consuetudine eum debeas, secundùm Sanctorum scita canonum consecrare, omni subjectionis exactione depositâ; alioquin nos eum juxta communem Ecclesiarum morem ab *Eboracensis* Ecclesiæ suffraganeis præcipimus consecrari: Etsi cum prioris locum optineat, nec Ecclesiæ tuæ suffraganeus est, nec tibi obedientiam debet. Ibid. fol. 48.

Litera Calixti *Pp. pro controversiâ de primatu* Eboracensis *Ecclesiæ sedandâ.*

CAlixtus Episcopus servus servorum Dei charissimi in Christo filio *Henrico* illustri Anglorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem. Quæstio quæ tam diu de professione illâ inter Cantuariensem Archiepiscopum, & *Eborum* electum agitatur, & sedi Apostolicæ gravis est; & *Eboracensi* Ecclesiæ non modicum ingerit detrimentum, Ea propter nobilitatem tuam rogamus, ut eosdem fratres nostros ad concilium pro quo eos vocavimus, sicut aliis jàm his rogavimus, venire permittas; quatenus, auctore Deo, in nostrâ, & fratrum nostrorum præsentia diutina illa quæstio finem debitam sorciatur. Si quis etiam eorum antea nos visitare noluerit, eandem ei tribuas facultatem. Ibid.

Litera Pap. Calixti *Archiepiscopo* Turonensi *correctæ pro* Thomâ *Eborac. Archiepiscopo.*

CAlixtus Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri *G Turonensi* Archiepiscopo salutem, & Apostolicam benedictionem. Quiâ devotionis tuæ dilectionem, & fidelitatis constancia in beati *Petri* servicio sepius probatam agnovimus, ejus tibi negotium potissimum duximus committenda siquidem prudenciam tuam pro venerab. fratris nostri *Thomæ* Eborum Archiepiscopi causâ ex fratrum nostrorum concilio, nostrâ volumus legatione perfungi Ibid. fol. 50.

fungi in quo quanta nobis & Romanæ Eccleſiæ injuria irrogetur ipſe, ut credimus, non ignoras. Tuam itaquè, frater chariſſime, ſollicitudinem exoramus, atque precipimus, ut illas quas pro eodem fratre noſtro *T.* dirigimus literas in *Normanniâ*, ad Regem Anglicum deferas; & primò earum traditioni Regem ipſum vice noſtrâ tu & confrater veſter *G. Rothomagenſis* Archiepiſcopus, quem in hujus allegacionis executione tibi ſocium exhibemus convenire, diligentiſſimè ſtudeatis. Cumque inſtanciùs deprecamini, ut in predicti fratris noſtri reſtitutione, ita Matris ſuæ Romanæ Eccleſiæ preces exaudiat, quatinus verus ejus filius, ſervorum Dei chariſſimo in Chriſto filio, *Henrico* illuſtri & glorioſo Anglorum Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, ſæpè jam dilectionem tuam, pro venerabili fratre noſtro *Thomâ Eborum* Archiepiſcopo, verbis & literis monuiſſe meminimus, & nichil adhuc in ejus negocio de honore Dei & Eccleſiæ apud te valuimus impetrare. Unde graviori profectò correptione dignus fueras; ſed quia duplici te dilectione complectimur, perſonæ tuæ, ad preſens, in executione juſticiæ duximus indulgendum. Ceterum confratris noſtri *R. Cantuarienſis* Archiepiſcopi contemptum omnino diucius tollerare non poſſumus, & à Dominis enim fœlicis memoriæ *Paſchalis*, & *Gelaſii* prædeceſſoribus noſtris, & nobis ipſis commonitus; nec electo Eboracenſis Eccleſiæ abſque profeſſionis exactione manus imponere, nec pro eodem negocio noſtræ noluerit audienciæ preſentare. Et ipſi ergo Epiſcopale atque ſacerdotale officium interdicimus & in matrice *Cantuarienſis* Eccleſiâ, necnon & *Eborum* propriâ parochiâ tota divina omnia celebrari officia, & ſepulturam mortuis prohibemus præter infancium Baptiſmâ, & moriencium pœnitencias, donec predictus frater noſter *Thomas*, *Eborum* Eccleſiæ reſtituitur manere in eâ quiecius dimittatur. Si enim prædictus Dominus noſter *Paſchalis* Papa eum adhuc in electione poſitum, ab *Eborum*, ab Eccleſiâ nullatenus paſſus eſt, nos conſecratum jam, per Dei graciam, noſtris, tanquam beati *Petri* manibus, exulare prorſus pati, nec poſſumus nec debemus.

Litera Alex. *Papæ Archiep.* & *Capitulo* Eborum *ſuper ſubjectione Epiſcoporum* Scociæ *inſtante* Willielmo Scociæ *Rege*, *Ebor. Eccleſiæ reformandæ.*

Ibid. fol. 47. a

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri *R. Eborum* Archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis legato, & dilectis filiis Decano & Canonicis Eboracenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum veſtri nobis literas chariſs. in Chriſto filii noſtri *Willielmi* illuſtris Regis *Scotiæ* preſentaſſent, à nobis cum multa inſtancia poſtularunt, ut eis literas ipſius Regis, ſicut nobis ſigillo ejus munitas tradiderant, ita redderemus nobis reportandas. Sed quia ſigillum ipſarum literarum fractum fuerat, ipſorum petitioni ad plenum ſatisfacere non potuimus; veruntamen conſtancia & ſupplicatione devicti & utilitate Eccleſiæ noſtræ in hac parte providâ ſollicitudine conſulere ac proficere cupientes, tenorem literarum prædicti Regis, de verbo ad verbum, nichilo addito vel dempto, ſcribi fecimus, & ſub ſigillo noſtro nobis duximus tranſmittendum, ut in perpetuam memoriam habeatis; quarum ſiquidem literarum tenor talis eſt. *Reverentiſſimo Domino & Patri Alexandri Dei gratia ſummo Pontifici Willielmus eadem gratiâ Rex* Scociæ *ſalutem & devotam reverenciam; noverit Sanctitas veſtra; quod de ſubjectione Eccleſiæ* Scociæ, *quam* Eborum *Eccleſia antiquo jure ſibi vendicat, tam ex ſcriptis auctenticis, quæ inſpexi, quàm ex relatione & teſtimonio virorum antiquorum auctenticorum, & veredicorum diligenter veritatem in veſtigando comperi; quod, ab antiquis temporibus ad* Eborum *Eccleſiam de jure pertineat, & quod poſſeſſionem ejus hoſtilitate & potenciâ Regum prædeceſſorum meorum amiſerit. Scilicet jam per graciam Dei, inter Dominum meum Regem* Angliæ *& me, in perpetuum reformata; ſuppliciter poſtulo; quatenus Domino meo Regi & Regno ſuo, &* Eborum *Eccleſiæ predictam poſſeſſionem & ſubjectionem veſtra auctoritate omni occaſione & appellatione remotâ, reſtitui, & redintegrari præcipiatis, nèc ſine maximo Dampno me & terræ meæ detrimento pretermitti poteſt quod ita fiat, quoniam in pace reformata ita inter Dominum meum Regem & me convenit, & illud idem juramento firmavi. Scio enim, quod in maximum periculum animarum noſtrarum redundaret, ſi id quod pro certo ſcimus competere debere effectivè non manciparetur. Valeat ſemper Sanctitas veſtra data* Anayn. *tertio idus Maij.*

Litera Honorii *Papæ ad S. Regem* Norwægiæ *directa pro* reſtitutione *Orchenienſis* Epiſcopatus *Radulpho* Epiſcopo, juriſdictionem Eborac. Archiepiſcopi indicans.

HOnorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto filio *S.* illuſtri *Norwegiæ* Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Auribus noſtris intimatum eſt, quod venerabilis frater noſter *Thomas Eborum* Archiepiſcopus *Radulphum Orcheneia* ipſum conſecravit. Poſtmodum verò, ſicut accepimus, alius eſt ibidem intruſus. Ceterum Epiſcopalem Cathedram aut unus optinebit aut nullus. Ideoque per preſentia ſcripta nobilitati tuæ mandamus, quatinus prenominato *Radulpho* ſedem Epiſcopalem *Orcheneiam* videlicet, cum parochiâ & ceteris pertinentiis ſuis, tanquam proprio illius loci Epiſcopo & Paſtore reſtituas, & de cetero ſollicitudo cuſtodiat, ne ob hoc iram Dei incurrat. Datum *Laterani* V°. Idus Decembris. Ibid. fol. 49.

Litera

Litera Calixti *Papæ* Norwegiæ *Regibus porrecta pro admissione ejusdem Episcopi.*

Ibid. fol. 50. CAlixtus Episcopus servus servorum Dei, Dilectis in Christo filiis *Aistano* & *Siwardo Norwegiæ* Regibus salutem & Apostolicam benedictionem. Ab ipso fidei Christianæ principio Ecclesiæ Dei per principum munificentiam in temporalibus excreverint, & Dominus quidem honorificantes se, honorificabit, & eorum potentiam habundancius delatabit: ea propter filii in Christo charissimi, dilectionem vestram literis Apostolicis visitantes, rogamus vos, & admonemus in Domino, ut filium nostrum *Orcadensium* Episcopum, Canonicè ut accepimus electum, & in Metropoli suâ *Eboracâ* Ecclesiâ consecratum, benignè suscipiatis, ab injuriâ defendatis, & in Episcopatu suo manere quiesius faciatis.

Littera Regis Insularum *directa capitulo* Eborum *pro electo suo* candidæ casæ.

Ex dicto Registro, vocato *the white Book* parte 3. fol. 58. VEnerabili venerabilis & Sanctæ *Eborum* Ecclesiæ decano, totique Sancto Fratrum conventui *Olavus* Dei gratiâ *Insularum* Rex. Quicquid contrarium malo præter quidem, & fraternæ dilectionis affectum fraternitatis vestræ scripta diligenter intelligentes, quæ in eis continebatur animadvertimus, & de ordinum communione & consortii vestri servicio, & si gracias quas debemus solvere non possumus, tamen quas possumus incessanter solvere curamus: in omni ergo caritatis sollicitudine ad honorem Dei & Matris nostræ Ecclesiæ dignitatem quam diminutione sicut rem nequàquam debetis acc. . . . pensatè, qualiter *Nicholaum* electum nostrum Archiepiscopi vestri per manuum impositionem consecratum, omni occasione & dilatione remotâ, ad nos mittere laboretis: Alioquin quod absit, mutua dilectionis devotio spiritualis, quam promisimus ad vos exaltandum, sub termino mixti Cleri & Papuli nostri decretum, absque spe reparandi, in eternum peribit. *Fuernentium* verò clamor sivè injusta queremonia nos nullatenus disturbent qui . . . . . quod inter nos habere videntur quod non c. . . . . secundùm dominum vel homines pociùs . . . . . quàm aliud consequitur nuncios verò nostros qui nichil aliud vobis quàm per nos audierint intimabunt, honorificè recipite, receptos cum Episcopo nostro sinè dilatione nobis remittite, valete.

Litera Regis Insularum *quod Episcopus suus consecraretur apud* Eborum.

Ex dicto Registro, parte tertia fol. 58. O. Dei gratiâ Rex *Insularum T.* eadem gratiâ *Eborum* Archiepiscopo salutem & orationes in Christo fama sanctitatis vestræ orbem terrarum circumquaque pertingens, quam à Majorum nostrorum insigne preconium & virtus vestra tùm privatis tùm publicis actibus illustris in abscondito latere non sunt; nos quoque non parum letificavit: collaudamus igitur Regis omnipotentis magnalia, gratias agentes ei, quia magnificavit dominus facere nobiscum, qui nos super omnes vicinos nostros dignitate atque Sanctitate exaltavit: de cætero significamus vobis, quod dominus abbas *Furneseiensis* cœnobii à cujus finibus non longè per mare distamus, audientibus nobis famam Religionis ejusdem loci tripartitâ petitione, persuasioneque nostrâ itur. . . . . arduum cum confidentiâ ingressus, compensatio itaque & itinerandi onere laborioso, & labore super Ecclesiâ dilatandâ fructuoso Domino aspirante ad nos usque pervenit, denique & nostro decreto & plebis consultu sanccitum est inter nos, ut ex suis Pontifex eligatur, qui Christianitati per insulas gentium propagandæ præficeretur. Quapropter ad vos conclamamus, vestræque benignitatis gratiam humiliter imploramus, quatenus imponere manuum vestrarum ratum fiat de communi diligentiâ tam provide procuratum est fieri, ad honorem Dei, & salutem animarum nostrarum; scilicet, ut Episcopus noster ad Episcopi gradum sub auctoritatis vestræ signaculo pro Dei amore & nostri, quam citius fieri potest permoveatur narrante nobis igitur domino Abbate tam mira, tamque sancta de vobis; dicenteque se nolle nec posse ad alium quempiam ire, nisi ad vos patrem suum. Gaudio magno repleti pro universis, gratias Deo nostro prout potuimus, persolvimus: valeat Sanctitas vestra in Domino.

Litera Calixti *Papæ* Johanni Glasguensi *Episcopo porrecta, obedientiam suam* Eboracensi *Archiepiscopo mandantes.*

Adhuc ex albo Registro part. 1. f. 51. CAlixtus Episcopus servus servorum Dei *Johanni Glesguensi* Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem. Multis dilecti filii nostri *Alexandri* Regis *Scottorum* precibus inclinati, tibi aliquanti temporis inducias dedimus, quatinus infra prefixi diei terminum ad obedientiam venerabilis fratris nostri *T. Eborum* Archiepiscopi debitâ humilitate redires; sicut autem directa literarum suarum notatione percipimus te ab ejus obedientiâ & subjectione subtrahere presumpsisti; unde tibi mandamus quatinus infra triginta dies post harum acceptionem literarum, ad prefati Archiepiscopi subjectionem & obedientiam redeas; alioquin sententiam quæ ab eo in te promulgata est, confirmamus. Data laterani vii. Calend. Septembris.

Consimiles litera Candidæ-casæ *Episcopo* per Papam Honorium.

Ibid. f. 52. id est *Galwidiæ.* HOnorius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio electo de *Candida-casa* salutem, & Apostolicam benedictionem. Cui alii à domino præesse conceditur, nulla suis dignè subesse prelatis superbia communicatur; ideoque per presentia scripta tibi mandamus, ut ad carissimum fratrem nostrum *Thomam Eboracensem* Archiepiscopum, tanquam ad proprium Metropolitanum tuum consecrandus accedas; & ab ipsius manu, presen-

te ſancti ſpiritus gratiâ cum humilitatis devotione conſecrationem accipias. Data *Laterani* quinto idus Decembris.

Conſimiles literæ per Innocentium *Papam*, Johanni Glaſguenſi *Epiſcopo.*

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri *Johanni Gleſguenſi* Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Predeceſſor noſter felicis memoriæ Papa *Paſchalis*, ſalvo ſiquidem *Eboracenſis* Eccleſiæ jure, tibi manus conſecrationis impoſuit. Poſtmodum verò ſucceſſores ejus Sanctæ recordationis *Calixtus* & *Honorius* Romani Pontifices, tibi per ſcripta Apoſtolica mandaverunt quatinus venerabili fratri noſtro *Thomæ* Archiepiſcopo *Eborum* tanquam proprio Metropolitano obedientiam & reverentiam exhibere; quamvis autem, prout ipſe aſſerit, ei obedire promiſeris, nondum tamen id effectu proſequi ritè compleſti: Quo circa per preſentia tibi ſcripta precipimus, ut omni delatione, ſeu terquiſatione remotâ, predicto fratri noſtro *T.* Archiepiſcopo humiliter pareas; alioquin ei in ſuâ deeſſe juſticiâ non poterimus. Data *Altiſſiodori* tertio Calendarum Decembris.

Litera Papalis *directa Epiſcopo* Gleſguenſi, *quod obediret Archiepiſcopo* Eborum.

Adhuc ex dicto Regiſtro, parte 3. fol. 57.

CAlixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, *Johanni Gleſguenſi* Epiſcopo multò dilecto. Dilecti filii noſtri *Alexandri* Regis Scottorum precibus inclinati, tibi aliquanti temporis inducias dedimus, quatenus infra prefixi diei terminum, ad obedientiam venerabilis fratris noſtri *T. Eborum* Archiepiſcopi, debitâ humilitate redires, ſicut autem directâ litterarum ſuarum notatione, percipimus te ab ejus obedientiâ & ſubjectione ſubtrahere preſumpſiſti: Unde tibi mandamus quatenus infra triginta dies poſt harum acceptionem literarum, ad præfati Archiepiſcopi ſubjectionem & obedientiam redeas; alioquin ſententiam, quæ ab eo in te promulgata eſt confirmamus.

Litera Papalis directa Regi Scotorum *ſuper hujuſmodi negotio.*

Ibid.

CAlixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei illuſtri & glorioſo Scottorum Regi *A.* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro Epiſcoporum, qui tuo ſunt Regno preſumptione, atque pro venerabilis fratris noſtri *T. Eborum* Archiepiſcopi negotio, alias ad te jam litteras miſimus: ſed in nullo apud te uſque adhuc, uti comperimus, exauditi ſumus: Quamobrem nobilitatem tuam, literarum preſentium viſitatione domino commonentes, præcipimus, ut Regni tui Epiſcopos ſeſe invicem conſecrare abſque Metropolitani licentiâ nullatenus permittas. Cum autem Eccleſiarum opportunitas exegerit Metropolitanum tuum Eboracenſem videlicet Archiepiſcopum electum, reverenter accedant. Et autem per ejus manum, aut ſi neceſſitas ingruerit per ejuſdem licentiam conſecrationem accipiant. Cui nimirum Archiepiſcopo, & illos & teipſum, tanquam Patri & Magiſtro, humiliter obedire, Apoſtolicâ authoritate precipimus. Datum *Tarenti* Decimo octavo Kalend. Februar.

Littera Regis Scottorum.

DAvid Dei gratiâ Rex Scottorum univerſis Sanctæ Eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit tam preſentibus quàm futuris *T. Eborum* Archiepiſcopum conſecraſſe, ſinè profeſſione & obedientiâ, pro Dei amore & mei, *Robertum Sancti Andreæ* Epiſcopum, ſalvâ querelâ *Eborum* Eccleſiæ, & ſalvâ juſticiâ *Sancti Andreæ.* Et ſi quando Archiepiſcopus *Eborum* de querela ſuâ loqui voluerit, plenariam rectitudinem, remotâ malevolentiâ, ei exequar, ubi juſtè debebo. Teſtibus *Ran. Dunelm.* Epiſcopo, *Johanne Glaſco*; *Radulpho Orcadum*; *Gaufrido Eborum* Monaſterii abbate, *Hereberto Rochesburgh*, —de *Croyland*, Adelof Priore *Sconenſi*, *Gualtero* de *Gaunt*; *Euſtachio filio Johannis*, *Hugone* decano; & toto *Sancti Petri* capitulo; *Gaufrido Murdac*, *Anchetino de Bulemer*; *Roberto* de *Wattevillâ*, *Rogero* de *Eumners.* Et de *Scotia Wimaro* milite, *Aldano* filio *Alfimeldi*, *Will.* filio *Momyn*, *Vlkil* filio *Maldredi*; *Gilcolin Stugepah.*

Litteræ Paſchalis *Pp. ad Epiſcopos* Scotiæ, *ſuffraganeos* Eborum *Eccleſiæ, pro Archiepiſc.* Eborum.

Adhuc ex dicto Regiſtro parte primâ f. 50.

PAſchalis Epiſc. ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus *Eborum* Metropolis ſuffraganeis, per *Scotiam*, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Noſcat dilectio veſtra venerabilem fratrem noſtrum *Gerardum Hereſordenſem* quondam Epiſcopum in *Eborum* Metropolitanum per omnipotentis Dei gratiam nos promoviſſe; cui, ex Apoſtolicæ ſedis liberalitate Palleum privilegiumque conceſſimus, unde mandamus, præcipientes, ut ei deinceps tanquam noſtro Archiepiſcopo, debitam obedientiam exhibeatis.

Literæ Calixti Pp. *ad Epiſcopos* Scotiæ, *obedientiam Metropolitano ſuo* Eborac. *Archiepiſcopo mandantes.*

Ibid. f. 51.

CAlixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus *R. Dunelmenſi*, *R. Orcadenſi*, *J. Gleſguenſi*, & univerſis per *Scotiam* Epiſcopis, *Eboracenſis* Eccleſiæ ſuffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad hoc, diſponente Deo, ſedis Apoſtolicæ cum nobis commiſſa eſt, ut Eccleſiarum omnium ſollicitudinem gerere debeamus ea propter divinæ deſtinationi noſtræ Metropolis *Eborum* Eccleſiæ paterna benignitate compaſſi ſumus; & venientem ad nos venerabilem Fratrem *T.* ipſius electum benignè ſuſcepimus; atque in Archiepiſcopum, cooperante domino, conſecravimus; Pallei quoque, inſigne

inſigne Pontificalis videlicet officii plenitudinem, ſecundùm conſuetudinem Apoſtolicæ ſedis ei conceſſimus : Non enim fratribus veſtris rationabile viſum eſt, ut pro illa confratris veſtri *R. Cantuarienſis* Archiepiſcopi queremonia vacare diucius Eboracenſis debeat Eccleſia; precipue cum fratrem frequenter ab Apoſtolicâ ſede commonitus nullâ ei cauſâ hac voluerit reverentiam exhibere : veſtræ itaque fraternitatis, præſentium literarum auctoritate, precipimus, ut prædictum fratrem noſtrum *T.* tanquam Metropolitanum veſtrum, diligere, & honorare attentius procuretis; eique in poſterum omni occaſione ſepoſitâ, debitam obedientiam & reverentiam deferatis. Datæ *Belvaci* xii. Kalend. Decembris.

Literæ Innocentii *Papæ totius* Scotiæ *Epiſcopi, obedientiam Metropolitano ſuo Eborac. Archiepiſcopo præſtandam, mandantes.*

Ibid. fol. 52. INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis per *Scotiam* Epiſcopis, *Eboracenſis* Eccleſiæ ſuffraganeis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Equum eſt, ut qui aliis præeſſe deſiderat, ſuis Prælatis ſubeſſe nullatenus erubeſcat : obedientia namque & humilitas ſunt virtutum cuſtodes arrogans verò & inobediens indignationem Dei incurrit, & odioſus effectus à ſe proximi amorem repellit. Ceterùm, ſicut obedientes & humiles filii, ſunt & in ſedis Apoſtolicæ gremio confovendi; ita è converſo rebelles & elati ex diſtrictæ rigore juſticiæ digni ſunt——per Apoſtolica ſcripta, vobis præcipiendo mandamus, quatenus venerabili fratri noſtro *Thomæ* Archiepiſcopo, tanquam proprio Metropolitano veſtro, abſque refragatione aliquâ, obedientiam & reverentiam humiliter deferatis. Et quem admodum à prædeceſſoribus noſtris felicis memoriæ, *Calixto*, & *Honorio*, Romanis Pontificibus, vobis mandatum eſt, ei irrefragabiliter paretis. Data *Altiſiodori* iii°. Kalend. Decembris.

Literæ Innocentii *Papæ G.* Cantuar. *Archiepiſcopo de inobedientiâ* Johannis Glaſguenſis *Epiſcopi conquerentes.*

Ibid. INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri *G. Cantuarienſi* Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis legato. Ita rebelles & ingrati diſtrictis debent animadverſionibus cohortari. Quia igitur *Johannes Gleſguenſis* Epiſcopus contra Matrem ſuam ſanctam *Romanam* & *Eboracenſem* Eccleſiam calcaneum ſuum erexit, & quoſcunque potuit in errorem ſchiſmantis inducere minime formidavit, ſollicitudini tuæ mandamus; ut, ſicut in partibus illis vices veſtras exequeris, eundem *Johannem* diſtrictè convenias, quatenus à ſuis erroribus reſipiſcat, & ad debitam obedientiam atque ſubjectionem *Eboracenſis* Eccleſiæ redeat. Si verò infra trium menſium ſpacium, poſtquam à te commonitus fuerit hoc implere contempſerit, ex tunc, quouſque ſatisfecerit, eum excommuicationi cum tuis ſuffraganeis ſubjicias idipſum *Tho.* Eborac. Archiep. Metropolitano ſuo facere injunximus. Vale, data *Pariſiis* x. Kalend. Maii.

Literæ Dom. Honorii *Papæ ad Regem Angl. pro dilatione crucis per totam Angliam, & Coronatione Regis.*

Ibid. HOnorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus *G. Cant.* Archiep. ſedis Apoſt. legato; & univerſis Epiſcopis per regnum Angliæ conſtitutis; & chariſſimo in Chriſto filio *H.* illuſtri Anglorùm Regi ſalutem, & Apoſtol. benedict. Quemadmodum noſtrum non vultis honorem divini ita dignitatem ſuam illibatam, veſtris debetis fratribus conſervare; ideoque vobis mandamus, quatinus chariſſimo fratri noſtro *Thomæ Eborum* Archiep. juxta antiquam conſuetudinem & *Eborum* Eccleſiæ prerogativam Crucem ante ſe deferri abſque contradictione aliquâ permittatis, & Regem more ſolito coronare. datæ *Laterani* v°. Idus Decembris.

Literæ Papæ Calixti *ad Regem* Scotiæ *Alexandrum obedientiam Epiſcoporum* Scotiæ *Archiepiſcopo Eboracenſi tangentes.*

Adhuc ex eodem Regiſtro fol. 50. CAlixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, illuſtri & glorioſo *Scotorum* Regi *A.* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro Epiſcoporum qui in tuo ſunt regno preſumptione, atque pro venerabilis fratris *T. Eborum* Archiepiſcopi negotio, alias ad te jam literas miſimus, exauditi ſumus : Quamobrem nobilitatem tuam literarum preſentium viſitatione, in domino commonentes præcipimus, ut regni tui Epiſcopos ſeſe invicem conſecrare abſque Metropolitani licentiâ nullatenus non permittas. Cum autem Eccleſiarum opportunitas exegerit, ad Metropolitanum ſuum, *Eboracenſem* videlicet Archiepiſcopum electi reverente accedant. Et autem per ejus manus, aut ſi neceſſitas ingruerit, per ejuſdem licentiam conſecrationi accipiant; cui nimirum Archiepiſcopo, & illos & teipſum, tanquam Patri & Magiſtro humiliter obedire Apoſtolicâ Authoritate præcipimus. Datæ *Tarenti* xviii°. Kalend. Februarii.

Conſimiles Literæ Johanni Glaſguenſi *Epiſcopo.*

Ibid. fol. 51. CAlixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri *Johanni Gleſguenſi* Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *Eborum* Eccleſiæ poſtulatione à domino predeceſſore noſtro ſanctæ memoriæ *Paſchale* Papâ in Epiſcopum conſecratus es : Quam profecto benignitate cum humiliter recognoviſſe debueris, in tantam uti accipimus ſuperbiam elevatus es, ut Metropolitano tuo *Eboracenſi* Archiepiſcopo; nec pro noſtro etiam precepto profeſſionem volueris exhibere. Contemptus hujus pertinatiam nos diucius pati non poſſe, pro certo cognoveris; propter quod, repetitâ tibi perceptione præcipimus, ut Eboracenſem Eccleſiam, in cujus capitulo tanquam ejus

Suffraganeis Electus es, non ut ingratus filius, recognoscas Matrem tuam ; & Venerabili fratri nostro *T.* Metropolitano tuo professionem exhibeas ; alioquin sententiam quam ipse in te Canonicâ equitate protulerit, Nos, autore Deo - - ratam habebimus. Data *Tarenti* xviii. Calend. *Februarii.*

Litera Papalis quod Episcopus Dunelmensis *obediret Electo* Eborum.

Adhuc ex dicto Registro, parte 3. fol. 56.

C*Elestinus* Episc. servus servorum Dei dilecto filio *Gaufrido Eborum* electo salutem, & Apostolicam benedictionem. Quamvis Ecclesia Romana dixerit aliquis Prælatis Ecclesiarum, diversis respectibus deferendis. Cum tamen ipsâ Mater Ecclesia, prout congruè Visum fuerit, reducere voluerit oculos ad jura debita conferenda ; Nullatenus est molestè ferendum, sed potius equanimiter tolerandum. Hinc est quod tuæ diligentiæ per scripta præsencia duximus indicandum, quod licet personam Venerabilis fratris nostri *Hugonis Dunelmensis* Episcopi, sicut honorabile membrum Ecclesiam sedem Apostolicam proviserit & duxerit honorandam. Quia tum juvi & statui, *Eborum* Ecclesiæ Nos opportuit, & docuit providere cum nimium absonum videretur, quod eadem Ecclesiâ diutius permaneat tanti & unici in Regno *Angliæ* Suffraganei, solatio destituta ; nec quicquam de suo jure minuetur, si jus alterius conservetur, ei dedimus in mandatis atque præcipimus tibi, sicut suo Metropolitano, exemptione qualibet obtentâ pro eo à Romana Ecclesiâ non obstante, & ante consecrationem, & cum fueris consecratus assistat ; & cum eum & Ecclesiam suam decreverimus tibi & Ecclesiæ tuæ, jure Metropolitico per omnia conservato, de communi fratrum consilio, subjacere debitam tibi obedientiam & reverentiam, sublato cujuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, impendere non postponat. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum* quinto Idus *Maii* Pontificatus nostri Anno Primo.

Professio subjectionis Episcopi Carleolensis.

Ibid. parte 3. fol. 36.

EGo *Walterus Carleolensis* Episcopus Electus, profiteor Sanctæ *Eboracensi* Ecclesiæ, & tibi *Waltero Eborum* Archiepiscopo & *Angliæ* Primati, & successoribus suis Canonice substituendis subjectionem & Canonicam obedientiam ; & propriâ manu confirmo, & subscribo.

Professio subjectionis Episcopi Dunelmensis.

Ibid.

EGo *Nicholaus*, Ecclesiæ *Dunelmensis* Electus, profiteor Ecclesiæ *Eborum* ; tibique Pater *Waltero* Archiepiscopo & successoribus tuis canonicè substituendis, Canonicam subjectionem, reverentiam, & obedientiam, & hoc propriâ manu subscribo.

Subjectio Episcopi de Candidâ Casâ *facta* Eborum *Archiepiscopo.*

DOmino & Patri suo reverendo *Thurstino* Dei gratiâ *Eborum* Provinciæ Metropolitano *Gilla Aldan* humilis electus *Candidæ Casæ* salutem, & obedientiam. Cognovi, tam scripris Patrum autenticis, quàm veredictis antiquorum virorum testimoniis ; quod Episcopus *Candidæ Casæ* ab Antiquo debeat ad Matrem suam *Eborum* Metropolitanum respicere ; & in iis, quæ ad Deum pertinent obtemperare : Quapropter Ego *Gilla Aldan*, *Candidæ Casæ* Electus Sanctæ *Eborum* Ecclesiæ, & tibi *Turstino* & successoribus tuis canonicè instituendis, debitam subjectionem à sanctis patribus institutam, & Canonicam obedientiam me à modo servaturum permitto.

Ibid. parte 3. fol. 17.

Carta Garini *de* Bubwith *de Ecclesiâ de* Bubwith.

OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, *&c.* *Garinus* de *Bubwith* salutem in Christo. Noverit caritas vestra me dedisse Ecclesiæ S. *Petri Eborum*, & super Altare optulisse Ecclesiam de *Bubwith*, quæ in feodo meo fundata est, liberam & quietam ab omnibus consuetudimbus perpetuo possidendam, cum toftis & croftis, & unâ carucatâ terræ infra villam & extra in viis & semitis in bosco & plano ; in pratis, & aquis ; in pascuis & omnibus eidem Ecclesiæ de feodo meo pertinentibus : hoc tamen tenore *Willielmus Wynton.* ejusdem Ecclesiæ S. *Petri* Canonicus itidem liberam & quietam illam, vitâ comite, teneat ; nichil pro eâ alicui reddens. Et ut in dispositione ipsius stet, cui communæ sive Præbendæ post decessum suum debeat adjacere, *&c.* Testibus *W.* Decano, *Osberto* Archidiacono, *&c.* *Radulpho* de *Sanctâ Columbâ*, *&c.* *Ranulpho* de *Walehop*, *Osberto Gise* ; *Barnardo* Venatore. Ibid. fol. 18.

Confirmatio Rogeri *de* Mowbray *prædictæ Ecclesiæ.*

ROgerus de *Mowbray* Omnibus Sanctæ Matris Eccl. filiis tam præsentibus quam futuris necnon Dapiferis & hominibus & amicis suis salutem. Sciatis me concessisse Deo & Ecclesiæ S. *Petri Eborum*, necnon *W. Wynton.* Canonico *Eborum* donationem quam fecit *Garinus* de *Bubwith* de Ecclesiâ ejusdem Villæ, quæ super terram quam de meo feodo tenet fundata est ; & sicut *Garinus* præfatam Ecclesiæ donationem offerendo super Altare Sancti *Petri*, & Cartâ suâ confirmando fecit, ita concedo, & hac Cartâ meâ confirmo. His testibus *Herberto* de *Cuninghburgh*, *Waltero Buliet*, *Bartramo Aget*, *Ric.* de *Morevillâ &c.*

Carta

Carta Petri *de* Ros.

Ibid. part. 3. fol. 32. OMnibus Christi fidelibus, *&c. Petrus* de *Ros* de **Barton** salutem in Domino: Noveritis me concessisse, dedisse, & hac præsenti Cartâ Sigillo meo impressâ confirmasse Deo & B. *Petro Eborum*, & Canonicis ibidem Deo & B. *Petro* servientibus duas bovatas terræ in **Barton** in **Bulmirschyre**, cum omnibus suis pertinentiis, pro salute Animæ meæ, & antecessorum meorum, in puram & perpetuam Elemosinam tenendum, *&c.* cum tofto & crofto, *&c.* infra Villam & extra, *&c.* Hiis testibus Dominis *Rob. Guer*, *Symone* de *Lylling*, *W. Haget* Militibus, *Alano* de *Heton*, *Walt.* de *Wodhuses*, *Walt.* de *Kenerthorpe*, *&c.*

Carta Ricardi *de* Morevillâ *de quibusdam terris in* **Cumpton.**

Ibid. fol. 36. RIc. de *Morvillâ* omnibus, *&c.* Sciatis me dedisse Deo, & super Altare S. *Petri* de *Eborum* in perpetuam Elimosinam optulisse sex bovatas terræ in **Cumpton**, & unam culturam proximam domui meæ in **Cumpton** apud **Colingham**; & unam culturam juxta **Pareil**, quæ vocatur **Preplam**. Hanc totam terram prædictam dedi & concessi Deo & Ecclesiæ S. *Petri* de *Eborum* in perpetuam Elemosinam, *&c.* sub tali conditione, quod *Osebertus* de *Thorpe*, & *Robertus* suus filius, & sui hæredes hanc terram prædictam tenerent in feodo & hæreditate de Deo & S. *Petro*, *&c.* reddendo annuatim duodecem nummos Ecclesiæ S. *Petri*, *&c.* Hiis testibes *Roberto* Decano ejusdem Ecclesiæ *Symone* de *Sigillo*, *Alano* Canonico, *&c.*

Carta Adæ *filii* Radulfi *de* Nor-chuton *de quibusdam terris in* **Nor-Chuton.**

OMnibus, *&c. Adam.* fil. *Rad.* de *Norchuton*, *&c.* Sciatis, *&c.* me dedisse Deo & S. *Petro* & Capit. *Eborum*, *&c.* Unam bovatam terræ in **N. Chuton** quam *Godwinus* tenuit, cum tofto & crofto, quos *W. Hervei* tenuit: & dimid. bovatæ terræ in eadem Villâ, quam *Brittenerus* tenuit; scil. duodecem acras: Et præterea viginti & unam acras terræ in campo ejusdem Villæ. Hiis testibus *Symone* Decano, *Hamone* Præcentore, *&c. Willielmo* de *Grenburgh*, & multis aliis.

Carta Thomæ *filii* Roberti *de* **Polthorp**, *&c.*

Adhuc ex eodem Registro part. 3. fol. 19. UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ, *&c. Thomas* fil. *Roberti* de *Polthorpe*, salutem. Noverit universitas vestra me, Divini amoris intuitu, *&c.* dedisse, *&c.* Deo & Ecclesiæ B. *Petri Eborum*, & Canonicis ibidem, *&c.* duas bovatas terræ in **Polthorp**; illas scilicet quæ jacent propinquiores terræ---- *Aliciæ* de *Killum*, & quæ sunt de feodo Archiep. cum tofto illo & crofto, quod *Walterus Blundus* tenuit, *&c.* cum omnibus aliis pertinentiis, & libertatibus; & communiis & aisiamentis, in pratis, pascuis, *&c.* Tenendum in perpetuum, *&c.* Hiis testibus *Rad. Nuvel*, *Alex.* de *Bajocis*; *Alano* de *Knapton*, *&c.*

Carta W. *filii* Thomæ *de* Belkerthorp *super* **Gauthzap.**

OMnibus Christi fidelibus, *&c. Will.* fil. *Thomæ* de *Belkerthorpe* Miles salutem in domino: Noveritis me dedisse, *&c.* Deo & Ecclesiæ B. *Petri Eborum*, *&c.* tresdecem acras prati, cum pertinentiis; scil. totum pratum nomine undecim acrarum quod pertinet ad culturas de **Gouthorpe**, quod jacet ex occidentali parte de **Gauthorpe**. Quæ quidem culturæ jacent inter **Gawthorp**, & **Fangfolle**, sicut se extendunt in longitudine & latitudine inclusarum fossis & fossatis, cum eisdem fossis & fossatis, sine communione mei & alicujus alterius; nec ante levationem feni, nec post in aliquo alio tempore: Et duas acras in prato sub **Wrangebeck** versùs **Gawthop** à parte orientali dictarum culturarum: Habendum, *&c.* Deo & dictæ Ecclesiæ, & communi dictorum Canonicorum, in liberam puram & perpetuam Eleemosinam, *&c.* Hiis testibus *Zulcone Basset* tunc Decano, Magistro *Symone* de *Evesham* tunc Præcentore, *&c.* Dom. *P.* de *Lascells* Milite, Domino *Johanne* de *Hammerton* Milite; Dom. *H.* de *Seleby* Milite; *Joh.* de *Warthill*; *Henr.* de xvi. *Vallibus*; *Rober.* de *Claris Vallibus*, *&c.*

Ibid. fol. 20.

Carta Willielmi *filii* Ricardi *Canonici* Ebor. *de terris in* **Petergate.**

UNiversis Christi fidelibus, *&c. Will.* fil. *Ricardi* Canonicus *Eborum* salutem. Noveritis me, pro salute animæ bonæ memoriæ Regis *Ricardi*, & pro salute animæ meæ; & pro animabus anteceſſorum meorum, dedisse, *&c.* Præbendæ de **Masham** totam terram meam in **Petergate**, cum ædificiis, & cum omnibus aliis pertinentiis; Ita scilicet, quod ille qui pro tempore erit Canonicus Præbendæ de **Masham** dabit singulis annis die Obitus mei, Viginti solidos Vicariis Ecclesiæ S. *Petri*; illis qui intererunt Exequiis meis faciendis, *&c.* Hiis testibus *R.* Decano, *T.* de *Lichfield*, *&c. Reginaldo Morgan*, *Rogero* de *Driffeild*; *Hugone* de *Conyngstreet*, *&c.*

Ibid. fol. 22.

Carta Will. Painell *super terram in* **Hoton-Paynel.**

Willielmus Painell Omnibus Sanctæ Matris Eccl. filiis, *&c.* salutem: Sciatis me dedisse & hac Cartâ meâ quietam clamasse Eccles. S. *Petri Eboracensis* in puram & perpetuam elemosinam totam culturam illam in *Hotonâ* quæ dicitur **Wikelflath**, quæ vadit desarto *Alexandri*, octo in latitudine percariam,

Adhuc ex eodem Registro, parte 1. fol. 71.

riam, uſque ad viam, quæ vadit de *Hotonâ* uſque ad pontem de Dffoyd; & de ipſa viâ ſeptem habentem percatas uſque ad campum de Havepol. Hanc culturam in manu meâ ceperam, cum Prior de *Novo-Burgo* eam tenuerit: Volo igitur, Ut hanc terram liberè, & quietè teneat & habeat de Eccleſiâ cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut & alias terras, quas eidem Eccleſiæ Cartis meis confirmavi. Hiis teſtibus *Bernardo* Priore de *Novo-Burgo*, & Canonicis ſuis &c.

Carta Galfridi *de* Furnivall *ſuper Præbendâ de* Laghton.

Ibid. fol. 72. OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, &c. *Gaufridus* de *Furnivall* æternam in Domino ſalutem: Noverit univerſitas veſtra me, Dei intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum conceſſiſſe, & dediſſe in liberam & puram elemoſinam Deo & B. *Petro*, & Capitulo *Eborum* & Præbendæ de *Laghtonâ* duas marcas & dimid. annuatim de Eccleſiâ de Handleswod, quæ eſt de meâ donatione, Ita ſcilicet quod cum prædictam Eccleſiam vacare contigerit, ego & hæredes mei præſentabimus perſonam ydoneam Decano *Eborum* & Capitulo & Canonico de Laughton, qui pro tempore fuerit; Et ipſi ſine difficultate, & contradictione Clericum noſtrum recipient, & inſtituent, &c. Sigillis noſtris confirmavimus. Hiis teſtibus Magiſtro *S.* Decano *Eborum*, Magiſtro *A.* Archidiacono West-Riding, &c.

Carta Matildæ *de* Flamvillâ.

Adhuc ex dicto Regiſtro part. 2. fol. 55. OMnibus Chriſti fidelbus, &c. *Matilda* de *Flamvillâ* ſalutem: Noverit, &c. quod ego in liberâ Viduitate mea & poteſtate, dedi, &c Deo & Eccleſiæ beati *Petri Eborum*, & Præbendæ de Dunnington, in liberam puram & perpetuam elemoſinam homagium & ſervicium *Godefridi* de *Lunam* Militis, quod michi debuit de terra de Barton, quam de me tenuit, &c. Et ego *Matilda* & hæredes mei warrantizabimus, &c. contra omnes homines, & fœminas dotatas, & inpignorationes. Hiis teſtibus Magiſtro *R.* Præcentore, *W.* Theſaurario, &c. *Hen.* de *Sexdecim Vallibus*, &c.

Carta Galfridi *filii* Columbani, &c. *pro viâ apud* Holflet.

Ibid. fol. 57. GAlfridus filius *Columbani*, &c. ſalutem. Sciant omnes, qui modo ſunt, & qui poſt hæc venturi ſunt, quod ego *Gaufridus* conceſſi & dedi Domino *Rogero Eborum* Archiep. & omnibus ſucceſſoribus ejus, &c. impertuum &c. Viam duas perticas latam à medio Holflet, perprata mea, & terram arabilem, uſque ad Chimicum-Regis. Reddendo, &c. Hiis teſtibus *Waltero* Decano, &c. *Nigello* de *Liſuris*, &c.

Carta Roberti *de* Percy, *de Eccleſiâ de* Killingwick.

Adhuc ex eodem Regiſtro part. 2. fol. 16. RObertus de *Percy*, Omnibus hominibus ſuis & amicis, &c. ſalutem. Notum ſit Vobis, quod ego *Robertus* de *Percio* prorſus quietam clamavi, &c. pro me & *Agnete* ſponſâ meâ, & pro omnibus noſtris hæredibus poſt nos quærelam & jus quæ anteceſſores noſtri & ego videbamus habere in Eccleſiâ de Killingwich. Et inſuper conceſſi & dedi Eccleſiæ *S. Petri* & *Roberto* Decano & omnibus ſucceſſoribus ejus imperpetuum eandem Eccleſiam de Killingwich, cum quatuor bovatis terræ quæ ei adjacent plenariè cum omnibus manſuris ſuis, infra Villam; & cum omnibus rectis decimis quos Sancta Eccleſia debet habere; Ita ut beatus *Petrus* & *Robertus* Decanus, & cæteriquique Decani poſt ipſum teneant præfatam Eccleſiam & terram, & cætera omnia liberè & quietè in puram & perpetuam eleemoſinam, &c. Ego enim in præſentiâ *Robrti* Decani & Capituli Sancti *Petri*, cum *Agnete* ſponſâ meâ, tactis ſacroſanctis Evangeliis, ſuper Altare B. *Petri* hujus quietudinis & libertatis Cartam meam optuli, & imperpetuum, pro nobis & pro hæredibus noſtris iſta tenenda juravimus. Iſtis præſentibus & ſuper hiis Vocatis Vicariis Eccleſiæ *S. Petri*, *Picotto*, *Normanno*, *Alexandro*, *Rad.* de *Percy*, &c.

Carta Domini Will. *de* Percy *de Eccleſiâ de* Topcliffe *fabricæ Eccleſiæ* Eboracenſis *conceſſâ.*

Ibid. part. 2. fol. 92. WIllielmus de *Percy* omnibus hanc Cartam viſuris vel audituris ſalutem. Sciatis me donaſſe, conceſſiſſe, & præſenti ſcripto confirmaſſe Eccleſiæ Sancti *Petri Eborum* Eccleſiam de *Toppeclivâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis, in perpetuam Elemoſinam, ad reficiendum, ædificandum per diſpoſitionem Dom. *R.* Archiepiſcopi, & ſucceſſorum ſuorum, & Capitali *Eborum* quæ in eadem ædificandâ cognoverint, ſeu ædificiendâ; præcedente tamen Domini Archiepiſcopi authoritate & aſſenſu, ſine quo prædictum Capitulum nichil inde ſtatuere poſſit. Neque de eo quod Theſaurarius *Eboracenſis* ad reædificationem & reparationem Eccleſiæ ſolet exhibere, quicquam propter hoc detrahatur. Si verò Archiepiſcopus & Capitulum aliquando ab ædificatione & reparatione Eccleſiæ ceſſandum duxerunt neceſſarium, redditus prædictæ Eccleſiæ omnes nichilominus ad vaſa ſacra, & ea Ornamenta quærenda quæ Theſaurarius invenire non debet aſſignentur & expendantur; Ita quod nec Archiepiſcopo, vel Capitulo poſt deceſſum *R.* de *Alveto* perſonæ nunc illius Eccleſiæ, liceat redditus ex inde ad alios quàm prædictos uſus transferre. Hanc autem donationem & conceſſionem feci, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ *Sybillæ*, Patris mei, & Matris meæ, filiorum quoque & filiarum mearum, omniumque anteceſſorum meorum, ut intercedat

cedat pro nobis ad Dominum Beatus *Petrus* claviger regni cœlorum. His teſtibus *R.* Archiepiſcopo *Eborum*, *Sybilla* de *Valloniis*, *Nicholao* Priore de *Fontibus*, *Petro* de *Ros*, *Alano* Canonico *Eborum*, *Marmaduco Darell*, *Baldwyno* de *Bramhopâ*, *Waltero* de *Bovenent*, *Radulpho* de *Belleyâ*, & *Joſcelino* fratre ejus, *Johanne* hoſtiario Archiepiſcopi, *Adamo* Clerico de *Torneverâ*, *Ricardo* Clerico de *Kirkby-Malgrum*.

Confirmatio Domini Ricardi *de* Percy *ſuper prædictam Eccleſiam de* Toppecliue.

Ibid. fol. 96. OMnibus ad quos præſens Scriptum pervenerit D. *Ricardus* de *Percy* æternam in Domino ſalutem: Noverit univerſitas veſtra me, Divini amoris intuitu, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ confirmaſſe, quantum ad Patronum ſpectat, pro animâ meâ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum Deo & beato *Petro* Principi Apoſtolorum & clavigero regni cœlorum Eccleſiam de Toppecliue, cum capellis & omnibus pertinentiis, libertatibus, & aiſiamentis ejuſdem, ad Fabricam & Ornamenta *Eborum* Eccleſiæ, ſecundùm quod in Cartâ *Willielmi* de *Percy* avi mei continetur, & in Cartâ etiam venerandæ memoriæ *Rogeri* quondam Archiepiſcopi *Eborum* ſuper eadem Eccleſiâ confectâ. Et ut hæc mea donatio, conceſſio, & confirmatio rata & illibata permaneat eam præſenti ſcripto Sigillo meo ſignato autenticè roboravi. Anno Incarnationis Domini M. CC. xxvi°. Idus *Aprilis* —. His teſtibus *Rogero* Decano, *Johanne Romano*, *Godardo*, *Mauricio*, *Serlone* Canonicis, *Wattero de* Reveſtiario, Magiſtro *Juone*, *Nicholao*, *Serlone*, *Willielmo* Capellanis, *Waltero* de *Catton*, *Godfrido* de *Altâ Ripâ*, *Willielmo* de *Wancie* Militibus, *Roberto* de *Schegnes*, *Johanne* de *Avell*, *Roberto* de *Fekeby*, *Henrico* de *Percy*, *Henrico* de *Davill*, *Ricardo* de *Altâ Ripâ*.

Conceſſio Capituli dicto Domino Ricardo.

Ibid. OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Rogerus* Decanus, & Capitulum *Eborum* Eccl. æternam in Domino ſalutem, Noverit univerſitas veſtra, quod cum nobilis Vir Dom. *Ricardus* de *Percy*, divinæ pietatis intuitu, confirmavit Eccleſiæ noſtræ ad fabricam & ornamenta ejuſdem Eccleſiæ, Eccleſiam de *Toppcliffâ*, cum omnibus Capellis & pertinentiis ſuis, juxta quod in Cartâ fælicis recordationis *Willielmi* de *Percy* avi ejus continetur. Qui eandem Eccleſiam ad uſus contulit memoratos: Nos ſpontaneâ Voluntate promiſiſſe eidem & ſucceſſoribus ſuis, hæredibus videlicet ejuſdem, quod in defenſis boſcorum ſuorum, & beſtiis ejuſdem nichil exigemus, ſalvâ nobis in communi boſco & paſturâ communi, ſicut homines ejuſdem Villæ habent; & in aſſertis ejuſdem nichil exigent niſi decimas garbarum & minutas decimas. Promiſſimus etiam eidem quod in Capellâ B. *Mariæ* quam ipſe ædificavit in cemiterio Eccleſiæ de *Toppecliffâ* Capellanum ydoneum omni tempore in pertuum inveniemus, ad cujus ſuſtentationem Centum ſolidos de bonis ejuſdem Eccleſiæ aſſiſos aſſignabimus, qui Miſſam de Dominâ ibi in perpetuum celebrabit. His teſtibus *Rogero* Decano, *Joh. Romano*, & aliis.

Carta Andreæ *de* Bavent *ſuper homagio*, &c. *pro* Helperby.

Adhuc ex dicto Regiſtro part. 2. fol. 67. SCiant omnes, *&c.* Quod Ego *Andreas* de *Bavent* feci homagium, *&c. S.* Decano & Capitulo Eccleſiæ S. *Petri Eborum*, tanquam ligeis Dominis meis, pro Villâ de Helperby, quam idem *Simon* Decanus, & Capit. dederunt & conceſſerunt *Matildæ* matri meæ & michi & hæredibus meis tenendam in feodo. Reddendo inde annuatim Decano & Capit. ſex marcas & dimidium argenti, *&c.* & quod libertates & conſuetudines Eccleſiæ *Eborum*, *&c.* pro poſſe meo, defendam; Salvâ fidelitate Domini Regis *Angliæ*. Hiis teſtibus *S.* Decano *Eborum*, *Hamone* Præcentore, *W.* Archid. *Nottingham*, *&c.*

Carta Thomæ *ſecundi Archiepiſc.* Eborum, *ſuper collatione de* Helperby.

Ibid. fol. 68. EGo *Thomas* Secundus, Dei gratiâ *Eborum* Archiep. dedi Eccleſiæ S. *Petri* in Communitatem Canonicis, Villam quæ vocatur Helperby, jure perpetuo poſſidendam; ſolutam & quietam ab omni conſuetudine ſicut & aliam terram Canonicorum Sancti *Petri*.

Quieta clamatio Alani *filii* Thurſtini *ſuper terras in* Stamleie.

Adhuc ex eodem Regiſtro, part. 2. fol. 56. SCiant omnes tam præſentes quàm futuri, quod, ego *Alanus* filius *Thurſtini* filii *Goſpatric* reddidi *Rogero Eborum*, Archiep. totam terram quam Pater meus & anteceſſores mei tenuerant in *Stanleiâ* de feodo Archiepiſcopo totum jus quod ego habebam in eâ quietum clamavi eidem Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis. Et quod prædictus michi Archiep. xv. marcarum argenti, & unum equum inſellatum & unam carucatam terræ in *Biſcopton* clamavit quietam, ipſi Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis de me & hæred. meis, *&c.* Et Archiepiſ. ad petitionem meam, dedit michi in eſcambium terram *Rogeri* de *Sternolf*, ſcilicet *Chunegeſland*, *&c.* Dedit etiam michi Archiepiſc. pro eodem eſcambio terram quam de illo tenebat *Williel.* de *Segin* in *Ripeſhire*, quæ reddebat annuatim duos ſolidos & alia ſervicia. Has autem terras dedit michi Archiep. liberas & quietas pro ſervicio xx. partis unius militis ſicut *Symond Ward*, & alii milites illius in *Ripſire* tenent in feodo militis, *&c.* Et ego, tactis ſacroſanctis Evangeliis juravi me obſervaturum has conventiones, *&c.* Data ſunt hæc apud *Ripon* in Curiâ Archiepiſcopi Anno Nonodecimo regni *Henrici* nepotis *Henrici* ſenioris, in tertio Anno regni *Henrici* filii ejuſdem Regis, dominicâ ante Cathedram B. *Petri* Apoſtoli: Teſtibus hiis *Simone Ward*; *Alex. de Neweb.* *Gernego* filio *Hugonis*; *Ricardo* de *Widevill*, *Rad.*

Rad. de Cramavill, *Rob. de Muſchamb*, *Malgero de Stainton* cognato ejus; *Anchtino* de *flagernun ingenulpho* milite Archiepiſcopi, *Gilb. Haring*, *Williel. Blundo*, *G. præpoſito Beverlaci*, *Joh.* Archidiacono de *Nottingham*, & aliis.

Carta Gaufridi filii Petri *Comitis* de Eſſex, *de capellâ S.* Petri *in* Drayton.

Ibid. parte 3. fol. 15.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis &c *Gaufridus filius Petri* Comes *Eſſex* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & Anteceſſorum noſtrorum conceſſimus & quietam clamavimus, de nobis, & hæredibus noſtris, in perpetuum, Deo & *B. Mariæ* & *B. Petro* Apoſtolo, Eccleſiæ *Eborum*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus totum jus noſtrum quod habuimus in capellâ *S. Petri* Eborum in Drayton. Et ut hæc conceſſio noſtra rata & firma permaneat eam preſenti ſcripti & ſigilli impreſſione confirmavimus. Hiis teſtibus *Thomâ* de *Muleton*; *Gilb.* de *Heingwrd*; *Jacobo* de *Calce*; *Waltero* de *Preſton*, *Waltero* de *Stadley*; *Hugone* de *Hedun*, *Randolpho* de *Novo foro* &c.

Carta de terrâ de Ulfi-villâ 1. Ulf-thorpe.

Adhuc ex dicto Regiſtro, parte 3. fol. 36.

SCiant preſentes & futuri, quod ego *Robertus* de *Hareſtan* conceſſi & hac preſenti cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ *S. Petri Eborum*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, duas bovatas terræ in Villâ de Ulvethorpe, illas ſcilicet quas *Walterus* filius *Lemmer* tenuit, cum tofto & crofto, & omnibus aliis pertinentiis, in villâ & extra &c. His teſtibus *W. Selvein.*

Carta Avicie filiæ Ulfi, *de uno tofto, & 2. acris terræ, cum pertinentiis; & paſtura* xx. *vaccarum* &c.

Ibid. fol. 61.

OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Avicia filia Ulfi* ſalutem. Noveritis me dediſſe, & hac præſenti cartâ meâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Petri*, pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, unum toſtum & duas acras terræ cum pertinentiis in Stubbum, & paſtura viginti vaccarum, cum totâ ſectâ ſuâ trium annorum in eadem villâ; ſcilicet illud toſtum in quo *Gaufridus* de *Staghe* manſit; & illas duas acras quæ jacent intra terram *Normanni* clerici, & terram *Roberti Stelli*, ad lumen ſuſtinendum coram altari *S. Mariæ* virginis in cripto *S. Petri Eborum*: Habendum &c. in puram & perpetuam elemoſinam &c. ita ſcilicet quod prædictæ vaccæ, cum prædictâ earundem ſectâ, ſecundùm cuſtodis earum voluntatem; ſivè inter pecora Domini villæ, ſivè inter pecora hominum villæ ibidem, ad paſcendum. Et ego *Avicia* &c. predictam terram &c. contra omnes homines Warrantizabimus. In hujus auctoritate rei teſtimonium, fide meâ mediante, huic ſcripto Sigillum meum appoſui; Hiis teſtibus D. *Henrico* Theſaurario Eborum; Magiſtris *R.* pœnitentiario, & *Johanne Romano* Canonicis S. *Petri Eborum*; *Phil. de Capellâ* Henrico fratre ejus, *Johanne* filio *Galfridi*; *Jordano* de *Bongethorp*; *Gafrido* filio ſuo, *Ric.* de *Budleſton*, *Rob.* de *Barkeſton*, *Johanne* de *Eborum* clerico & aliis.

Carta Henrici de Inſula *de terrâ apud* Colſuamhagh &c.

Ibid. parte 3. fol. 45.

HEnricus *de Inſula* omnibus &c. notum ſit univerſitati veſtræ me dediſſe &c. Deo & Eccleſiæ S. *Petri Eborum*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, totam terram quam *Rad. filius Pagani* de me tenuit &c. quam ei dederam pro ſervitio ſuo ſc. terram illam de Colſuamhaghe, quam *Rogerus filius Boncle* tenuit; & terram illam de Bretteſwait quam *Bretel* tenuit; & totum pratum de Boldricſike; & terram illam quam *Wymer* tenuit; quæ vocatur Kathwaite, & terram illam vocatam Midlecroft &c. in puram elemoſinam &c. Teſt. *H.* precentore; *Gerardo Stephano*, *Thomâ*, *Paulino* &c. Canonicis: *Johanne*, *Rad. Jordano*, filiis *Pagani*, & aliis.

Ordinatio Archiepiſc. Ebor. *ſuper Eccleſiâ de* Preſton *in* Holdernes.

Ibid. fol. 64.

OMnibus Chriſti fidelibus &c. *Walterus* Dei gratiâ *Eborum* Archiepiſcopus, primas Angliæ ſalutem in domino, cum Abbas & Conventus *Albemarle* Eccleſiam de Preſton, cum capellâ & pertinentiis præcisè, & abſolutè commiſiſſent ordinationi perpetuo durare: Nos attendentes, ad augmentum honoris Eccleſiæ noſtræ *Eborum* pertinere &c. ſubſtituimus ſubdiaconatui, dilecto filio Magiſtro *Johanni Romano* Canonico *Eborum* contulimus, & concedimus eidem, ut Eccleſiam prædictam à præſentationibus Epiſcopalibus liberam habeat; & immune, ita tamen, quod in ejuſdem Eccleſiæ parochianis, ſalva ſit nobis & ſucceſſoribus noſtris exceſſuum correctio, & plenaria juriſdictio, quorum exceſſus ejuſdem Eccleſiæ capitulum officialibus, vel decanis noſtris, denuncient, ipſorumque mandatis, invocationibus faciendis, reverenter pareant & devotè. In propriis autem ipſius Eccleſiæ hominibus eandem quam alii *Eborum* Eccleſiæ Canonici in ſuis habent, eidem concedimus libertatem quod ut ratum & ſtabile perſeveret in poſterum preſens ſcriptum Sigilli noſtri munimine duximus roborandum. Teſtibus Magio *Will.* de *Markeham* Canonico *Suwelle*, & *Willielmo* de *Wiſebech*; *Math.* de *Cantelupo*, *Martino* de *Mariſco*, *Odone* de *Richemonde*, *Guarino* de *Aquiâ*, *Reginaldo* de *Stowâ* clericis; & aliis.

Carta Abbatis & Conventus Albemarlæ *ſuper Eccleſias ſuas in* Holdernes.

Adhuc ex dicto Regiſtro, part. 3. fol. 12. a.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Ricardus* Dei permiſſione Abbas *Sancti Martini Albemarlæ*, &

& ejuſdem loci Conventus, humilem ſalutem in domino. Noveritis, quod cum Eccleſias noſtras de **Holdernes** ordinationi venerabilis Patris *Walteri Eborum* Archiepiſcopi perpetuæ duraturæ commiſiſſemus; videlicet Eccleſias de **Preſton**, de **Wapelton**, de **Withornewic**; de **Burton**; de **Wagne**; de **Audeburgh**; de **Skekling**; de **Kilneſe**, de **Tunſtall**, ... de aſſenſu & voluntate Capituli *Eborum* ita ordinavit, quod Eccleſias de **Audburgh**, de **Skekling**, & de **Kilneſe**, cum earum pertinentiis nobis conceſſit in uſus proprios, cum vacaverint, committendas reſervando ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum Eccleſias de **Preſton**, de **Wapelton**, de **Withornwic**, de **Burton**, de **Wagne**, & de **Tunſtall**; ita quod nichil omnino jure poſſimus in illis de cætero vendicare &c. inſuper decimas Dominii de **Clinton**, & penſiones quas de Eccleſiis de **Clinton**, de **Gamgham**, de **Skipſe** hactenus percipere conſuevimus. Item capellam de **Bireſtel**, quam dudum nobis conceſſerat, ſecundum ejuſdem conceſſionis ſuæ tenorem nobis conceſſit, & de conſenſu & voluntate capituli *Eborum* confirmavit &c. In cujus rei teſtimonium preſenti ſcripto Sigilla noſtra duximus apponenda. Data Kalend. Maij Anno Domini M. CC, XXVIII°.

Carta Thomæ *Archiepiſcopi ſuper redditu Scolæ* Eborum.

Ibid. f. 3. THomas Dei gratiâ *Eborum* Archiepiſcopus *H.* Decano, & capitulo *S. Petri Eborum*, ſalutem. Donavi ad teodum Scholæ veſtræ centum ſolidos per annum; & conſtituo illos per Archidiaconatus veſtros; ita videlicet de Archidiaconatu de **Auſtreing.** quadraginta ſolidos de Sinodo poſt Paſcha; & de **Rumpeming** de Archidiaconatu de *Nottinghamſchyrâ* ad feſtum Sancti *Michaelis* triginta ſolidos.

Alia Carta ſuper eodem redditu.

Ibid. f. 4. G. Dei gratiâ *Eborum* Archiep. Angliæ primas, dilectis ſibi in Chriſto omnibus Archidiaconis per *Eborum* Provinciam conſtitutis ſalutem. Mandamus vobis firmiter injungentes, quatenus de cetero *Joh.* de *S. Laurentio* Cancellario *Eborum* Eccleſiæ C. ſolidos de Synodalibus noſtris annuatim, ad duos terminos ſecundùm conſuetudinem *Eborum* Eccleſiæ, ſinè difficultate ſalvatis; ſcilicet ad Paſcha quadraginta ſolidos, & ad feſtum S. *Michaelis* quinquaginta ſolidos. Valete.

Carta Willi. de Argenton *de terris in* **Uplithum.**

Ibid. (ſcilicet part. 3.) fol. 28. *Willielmus de Argenton* omnibus audientibus, & videntibus literas iſtas ſalutem. Notum ſit vobis, quod ego *Willielmus* & *Juliana* uxor mea, & heredes mei conceſſimus & dedimus Deo & *S. Petro Eborum* in puram & perpetuam elemoſinam duos toſtos, & duos croſtos in **Uplithum**, illos ſcilicet qui fuerunt *Taccheman* filii *Thooche*, & *Rob. Surreis*, & tres bovatos terræ in eadem villâ &c. Teſtibus *Roberto* ſecundo decano; W. Cantore, *Gerlando* de *Conyngſtreetâ*, *Humfrido* de *Alverton*, & aliis.

Carta Willielmi filii Hamelin *de* Riderâ.

SCiant omnes, qui literas has viderint, vel audierint, quod Ego *Willielmus filius Hamelini de Riderâ*, conſenſu & aſſenſu fratris mei junioris *Willielmi*, conceſſi & præſenti cartâ confirmavi Deo & *S. Petro*, ad reedificationem Eccleſiæ ſuæ, donationem illius acræ prati, juxta **Aesfeild**, quam pater meus pro ſalute animæ ſuæ, & uxoris ſuæ, & liberorum ſuorùm *B. Petro* ita conceſſerat. Inſuper, cum conſenſu ejuſdem fratris mei *W.* unam manſuram terræ in **Litdehil**, quæ contineat xii. perticatas in longitudinè, & iiii. perticatas in latitudine, ita ut B. *Petrus* & homo ibi habebit & habeat in communi paſtura quatuor vaccas cum fetibus earum, & quatuor equas cum pullis earum, & quatuor ſues, cum toto nutrimento ſuo. Et ſi in tempore pannagii viginti porcos ſuper annatos habuerit, adquietabit ſe homo per viginti denarios; & ſi plures porcos ſuper annatos ibi habere voluerit per licentiam domini. Et habebit in boſco ad edificandam ſuam, & ad proprium ignem, quantum ibidem fuerit neceſſarium. Hæc omnia ego *Willielmus* & frater meus *Willielmus junior* manutenebimus & Warrantizabimus legitime B. *Petro* ad Eccleſiam ſuam reedificandam, & homini ſuo tenendo liberè & quietè &c. Et ſi qui fideles, pietatis intuitu, ad opus Eccleſiæ B. *Petri* reformandæ equum vel taurum, vel bovem, vel alia animalia viacilentia contulerint; licentiam habeant ibi morandi donec reformentur &c.

Carta Henrici de Wiſtow. *de terris in* **Fenton.**

OMnibus hominibus ad quos literæ iſtæ pervenerint *Henricus* de *Wiſtowâ* ſalutem. Sciatis quod ego conceſſi domino meo *R. Eborum* Archiepiſc. totam terram quam habebam in territorio de **Fentona**, in vitâ ſuâ habendam: Et quod ego & heredes mei hanc terram cum omnibus pertinenciis ei contra omnes homines pro poſſe noſtro Warrantizabimus & defendemus &c Hiis teſtibus *Galfrido* Abbate de *Salby*, *Johanne* Archidiacono de *Nottingham*, *Willielmo* Seneſcallo &c. Adhuc parte 1, fol. 39.

Carta Nicholai *de* Stutville *de* Mich. *de* Hamelſciâ *nativo ſuo.*

NIcolas de *Stutville* omnibus has literas &c. ſalutem noverit univerſitas veſtra me dediſſe & quietum clamaſſe Deo & Eccleſiæ *S. Petri Eborum* & Mag°. *Brando* Canonico Prebendæ de *Oſbaldwic* & ejus ſucceſſoribus in perpetuum totum jus, quod dicebant me habere in *Mich.* de *Hamelſciâ* filio *Roberti* Ibid.

ipſumque & totam ſequelam ſuam, cum omnibus catallis quietum clamaſſe, ſicut prædiximus, de me & hæredibus meis, pro amore Dei & S. *Petri* & decani & capituli Eborum; & pro quinque Marcis quas michi dedit predictus *Brand*, &c. Hiis teſtibus *S.* decano; *Hamone* Theſaurario, &c.

Carta monialium de **Wilberfoſs** *pro terrâ in* **Awawark**.

Ebor. part. 2. fol. 66.

OMnibus has literas viſuris vel audituris *Leticia* Prioriſſa & Conventus de **Wilberfoſſe** ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos teneri Decano & Capit. B. *Petri Eborum*, ad ſolutionem duorum ſol. faciendam annuatim pro quadam terrâ, in **Aldewakre** in *Eborum*, quam ſcil. *Alicia* de *Nevile* in ultimâ voluntate nobis legavit, *&c.* In cujus rei teſtimonium, *&c.* Hiis teſtibus *Adam Ultra Uſam*, *Rob.* Capellano, *Alex.* fil. *Rad. Alex. del Hill*, *Roberto Verdune*, *&c.*

Carta Henr. *filii* Thomæ *de* **Fridaythorpe**, *de quodam tofto.*

Ibid. fol. 69.

OMnibus, *&c.* *Henricus* filius *Thomæ* de **Fridaythorp** ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me quietum-clamaſſe Dom. & fratri meo *Heliæ Moyſont* & in manu ejuſdem reddidiſſe unum toftum quod tenui de feodo ſuo, ſcilicet toftum illud quod fuit *Lewini*; Ita quod ipſe *Helias* dabit toftum illud Deo & Eccleſiæ S. *Petri Eborum* in puram & perpetuam elemoſinam. Et ego & hæredes mei warrantizabimus prædictum toftum Deo & Eccleſiæ S. *Petri Eborum* in puram & perpetuam elemoſinam contra omnes homines in perpetuum. Hoc ſine malo ingenio & firmiter tenendum juravi ſuper Altare S. *Petri Eborum*. Hiis teſtibus *Hamone* Præcentore *Eborum*, *&c.* *Reginaldo Arundell*; *W.* de *Stigendiby*; *Gervaſio* Capellano Reginæ; *Alex.* *Pepercorne.*

Carta Thomæ Boniface *de terris in* **Kirkby-Grandale.**

Adhuc part. 2. fol. 67.

OMnibus has literas viſuris vel audituris *Tho. Boniface* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ B. *Petri Eborum*, de aſſenſu *Matildæ* & *Edæ* filiarum *Thomæ* filii *Thomæ Hildeard* dimidiam Carucatam terræ in **Kirkby-Grandale**, quam idem *Thomas* filius *Thomæ Hildiard* tenuit de patre meo in puram & perpetuam elemoſinam, liberè, *&c.* Teſtibus *S.* Decano; *H.* Theſaurario; *VV.* Archidiacono de **Nottingham**, *&c.*

Carta Henr. *filii* Vtredi, *de* **Burton.**

Ibid. fol. 68.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ, *&c.* *Henricus* filius *Vtredi* de *Burton* ſalutem in Domino; Noverit univerſitas veſtra me dediſſe, *&c.* B. *Petro Eborum* & Decano & Capitulo ejuſdem loci in puram & perpetuam Elemoſinam unum toftum cum croſto in Villâ de **Burton**, quæ jacet infra toftum *Radulphi* filii *Roberti Blundi*, & Toftum quod *Richolda* Mater ejuſdem *Henr.* tenuit in dote; & ſex acras in campo de **Burton**. *&c.* His teſtibus *Hugone* & *Johanne Lambert*, *&c.* *Rogero Manleverer*, *Thomâ* de *Walkingham*, *Nigello le Buteler*, & multis aliis.

Carta W. *de* Waloingnes *de terrâ in* Leonard-**Burton.**

Ibid.

OMnibus filiis Sanctæ Matris Eccleſiæ has literas viſuris, *&c.* *Willielmus* de *Valoingnes* ſalutem. Noverit univerſitas, *&c.* me dediſſe Deo & Eccleſiæ B. *Petri Eborum* & Capellæ Sancti *Leonardi* de **Burton** totam culturam in Campo de **Burton**, quæ vocatur **Mugun**; illam videl. de quâ fuit controverſio inter Decanum & Capit. *Eborum* & Nos, abſque aliquo retenemento, in puram & perpetuam Elemoſinam. Hiis teſtibus Magiſtro *Rad.* Hoſpitalis S. *Leonardi*, & Magiſtro *Ric.* Pœnetenciario, & *Johanne Romano* Canon°. *Eborum*, *Nich.* de *Treils*, *&c.*

De terris, &c. infra libertatem S. Petri.

Ex præfato Regiſtro; ſcil. part. 4. fol. 44.

INquiſitio libertatum Sancti *Petri* infra Civitatem *Eborum*, cum ſub-Urbiis ejuſdem capta 15: Kal. *Aprilis* Anno Domini 1275. & Anno Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* quarto, coram *Roberto* de *Nevill*, *Alex.* de *Kirkton*, *Joh.* de *Reygate*, *Wichardo* de *Charrun*, & *Will.* de *Northburgh*. Et jurati dicunt; ſcilicet *Nich. Wake*, *Henr.* filius *Conani*, *Will.* de *Holtby*, *Galfrid. Goband*; *Ric.* de *Waxand*; *Hen. Sprig*, *Joh.* filius *Michaelis*; *Rob.* de *Tritheby*; *Jac. de la More*, *Fulco* de *Coneſtable*, *Adam* de *Seyton*; *Ric.* de *Thornhill*, & *Rob.* de *Mounteney* Milites, quod tota illa terra inter celdam *Johannis Apothecarii* in *Petergate*; & aulam quæ dicitur **Wulberin** eſt de præbenda de **Geueldale**; in quâ terrâ ſunt quinque tofta & ſolvunt *Gevelgeld* Ballivis *Eborum*. Pro omnibus qualiter devenerunt ad libertates S. *Petri* non poſſunt inquirere pro elapſu temporis, per quod impetrata ignorant. Item dicunt quod **Wullerithalle** eſt de Præbendâ de **Newbald**, & non eſt geldabilis. Item tota illa terra quæ eſt inter dictam aulam & venellam, quæ dicitur **Swinegalle** eſt de terrâ Sancti *Petri*, & vocata **Peterbowland**, & ſunt ibi modo tria tofta, & quod reddit *Huſgablum* aliter non geldabilis. Tota illa terra in **Petergate**, quæ eſt inter terram *Nicholai* de *Langeton* & terram Vicariorum S. *Petri*, quem *Richardus* de *Craven*, & *Johannis* de *Paris* tenent, videlicet tofta duo, ſunt de terrâ S. *Petri* de Præbendâ de **Wyntham**, quæ non ſunt gavelgeld, nec aliter geldabilis. Item tota illa terra in **Petergate**, quam *Richardus Apothecarius* tenet de *Radulpho* de *Thirnum* Vicario Eccleſiæ B. *Petri* quæ jacet inter terram *Alani* de *Quixlay* in **Petergate**, & terram Prioris de *Novoburgo* in venellâ Sancti *Benedicti*, eſt de tetra *S. Petri*, &

& dant *Gavelgeld.* Item terra quam *Rogerus* de *Wighton* tenet in **Petergate** jacens inter terram quondam *Willielmi* de *Horliens* in **Petergate**, & terram Magiſtri Hoſpitalis Sancti *Leonardi* in **Blakeſtreet**, eſt de Præbendâ de **Bramham** Prioris Sancti *Oſwaldi* & nichil dat. *R. &c.* Item terra quam *Radulphus Curteys* tenet in **Stayngate** eſt de terrâ S. *Petri* pertinens ad communiam, & dat *gavelgeld.* Item idem *Radulphus* tenet unam toftam in **Swyngaill** in terrâ S. *Petri* & non dat *Gavelgeld* qualiter devenerunt ad libertatem non poſſumus inquirere pro elapſu tanti temporis. Item terra cum domibus quam *Johannes* de *Wyphale* dat *Huſgabl.* alia domus non dat *Huſgabl.* nec aliter ſunt *Geldab.* ut credunt. Dicunt quod Eccleſia Sancti *Martini* in eadem pertinet ad communiam Eccleſiæ à terrâ de quâ eſt dotata. Dicunt quod terra quam *Robertus Frend* tenet in vico de **Gotherungate** eſt de feodo B. *Petri*, & jacet inter terram *Will. Palmer*, & terram Præbend. de **Bramham** & data fuit in puram & perpetuam elemoſinam per *Aliciam* de *Nevill*, quæ tenuit de Boroniâ Domini Archiepiſcopi. Item tota illa terra quæ jacet in **Staingate** inter terram Præbendæ de **Maſſam** in **Petergate**, & terram Præbendæ de **Ampleford** in **Steyngate** eſt de feodo Sancti *Petri*, & data ſunt Decano & Capitulo per *Simonem* de *Eveſham* in puram & perpetuam elemoſinam; & idem *Simon* emit illam de *Thomâ* Aurifabro, qui eam de Decano & Capitulo tenuit. Item tota illa terra quam *Bonifacius* tenuit de Præbendâ de **Ampleford** non eſt *Geldab.* præter *Huſgabl.* item illa terra prope eſt de terra S. *Petri* pertinens ad Præbendam de **Barneby** non eſt *Geldab.* præter *Geveld.* Item domus in **Steyngate**, in quâ *Robertus* de *Scardburgh* quondam Archidiaconus **Eſt-riding** habitavit, eſt de communiâ S. *Petri*, non eſt *Geldab.* & non dat *Huſgabl.* ut credunt. Item tota illa terra cum omnibus ædificiis, quæ eſt inter prædictam domum & terram *Gilberti* de *Harnehalle* eſt de communiâ Eccleſiæ. Sed qualiter illlæ terræ devenerunt ad communiam, & per quos, non poſſumus inquirere pro elapſu tanti temporis; & non ſunt modo *Geldab.* præter *Uſgabl.* ut credunt. Item omnes domus Canonicorum ſunt de feodo Sancti *Petri*, & de libertatibus; nec ſunt *Geldab.* & qualiter devenerunt primo ad libertatem S. *Petri* non poſſunt inquirere pro elapſu tanti temporis, ſcilicet à tempore quo non extat memoria. Item eſt quædam terra infra clauſum Cimiterii Eccleſiæ S. *Petri Eborum*, ante domum quam Archidiaconus **Richmond** inhabitabat, & portam Cimiterii, quæ eſt de feodo S. *Petri*; unde quondam quidam Canonicus Eccleſiæ, *Mapalii* nomine feoffavit Priorem de Sancto *Andrea* in *Eboraco*, poſtea, medio tempore, idem Prior feoffavit Eccleſiam S. *Petri*, Item omnes tenentes infra Cimiterium ſunt de feodo Sancti *Petri*, & non dant *Gavells.* Dicunt quod *Bederna* eſt de terrâ B. *Petri*, & data fuit Deo & beato *Petro*, & Vicariis Deo ſervientibus in puram & perpetuam Elemoſinam per *Willielmum* de *Lanum* quondam Canonicum ejuſdem; & major pars eſt de communia de terrâ *Ulfi*; & quædam pars eſt de feodo Archiepiſcopi, & elemoſinata per eundem. Item dicunt, quod Vicarii tenent totam terram inter *Bedernam*, & domos Dominæ de **Queneby** de Præbendâ de **Wetewang**, & fuit illa terra de Præbenda à tempore à quo non extat memoria. Item Vicarii tenent totam terram inter **Aldwerk** & domos Magiſtri *Willielmi* de *Pothow*; & datum eiſdem Vicariis in puram & perpetuam Elemoſinam per dominum *Willielmum* de *Grey* Archiepiſcopum; & eſt illa terra de feodo Archiepiſcopi de Baroniâ. Item Vicarii tenent terram inter domos Præbendæ de **Newland**, & domos Præbendæ de **Wyrton**, & eſt de Præbendâ de **Wyghton**, terra *Johannis Sperry* in **Foſſegate**. Terra *Henrici* de *Rydall* ibidem: terra *Thomæ Boni* ibidem.

Terra *Willielmi Molendarii*; terra *Willielmi* de *Warchill* in **Berks**. Terra *Johannis* de *Bouthun* in *Staynbowe*; Terra *Radulphi* de *Eſingwald* in **Foſſegate**. Terra quondam *Willielmi Turgis* in **Walmgate**. Terra *Thomæ* de *Helperby* in **Fiſhergate** in Cimiterio Sancti *Stephani* Terra *Nicholai* de *Tulford* ibidem. Terra *Willielmi* de *Croftes* in **Patrick Pool**, & terra *Roberti* de *Sticketon* in **Uſegate**. Terra *Roberti* de *Fenton* in **Aldwerk**. Terra Prioriſſæ de **Munckton** in **Gotherumgate**. Terra *Simonis Aky*. Terra *Henrici* de *Beningburgh*, quæ ſunt *Adæ Neyrum* in **Daymangergate** ſpectans ad Præbendam de **Newbald**. Terra *Julianæ Neyrum* juxta **Helkeld**. Terra *Henrici* de *Hedelingthorpe*, *Matildæ* & *Alani*, & *Chriſtianæ* de Cemiterio ſpectantes ad communiam in parochiâ Sancti *Andreæ*. Terra cum ædificiis in **Stayngate**, cum terrâ in Cimiterio Sancti *Benedicti*, quæ fuit *Eliæ Bernard*, quas emit à communia Canonicorum. Terra ejuſdem *Eliæ* cum ædificiis in *Munk-gate*, quam inhabitat *Johannes* de Sancto *Nicholao*, ut credunt, ſet non de certo. Terra cum ædificiis in gardino ex oppoſito *Bedernæ* ſpectans ad Præbendam de **Wyrton**. Terra cum ædificiis quondam *Bernardi* de Sancto *Audemaro*, quam Magiſter *Tho.* de *Munkgate*. Quidam tenentes iſtorum ſunt *Huſgabl.* & quidem non: & uſi ſunt libertates Sancti *Petri* hucuſque ſet qualiter devenerunt ad libertatem S. *Petri* non poſſint inquirere pro elapſu tanti temporis.

Inquiſitio Sancti *Petri* in Suburbio *Eborum*. Juratores dicunt ſuper juramentum ſuum, quod tota illa pars de **Munkgate** versùs boream ab Eccleſiâ S. *Mauricii* uſque ad Viam Regiam, juxta **Foſſe** eſt de feodo S. *Petri*, de terrâ *Ulfi*, & de Præbendâ de *Fridaythorpe* & ſunt ibi tot tofta ſcil. 42 tofta, cum ortis, uſque croftum Domini Abbatis retro; & per rectas diviſas. Item in eadem à dictâ Eccleſiâ uſque ad terram Domini Abbatis, & continet in ſe xix acras: Et prædictæ terræ non ſunt *Geldab.* quià dominus prædictæ Præbendæ capit *Huſgabl.* de eiſdem, & Eccleſia ſimiliter eſt de feodo S. *Petri*: Et Decanus & Capitulum

Nota quod *Bederna* non eſt de aliqua Parochia niſi Sancti *Petri*.

Cœmetrium Sancti *Bernardi*.

Domus Canonicorum.

habent prædictam Ecclesiam in proprios usus pertinentem ad Præbendam de **Fenton**. Item quatuor tofta sunt de parte Domini Regis in **Munkgate**, & de libertate S. *Petri* pertinentia ad communiam Canonicorum Ecclesiæ: & jacent inter terram Prioris de **Maulton**, & terram Domini Regis. Item dicunt, quod tota illa terra quæ jacet inter terram quam *Henr. le Fourbour* tenet & Cimiterium quam Vicarius B. *Petri* Ecclesiæ tenent de communiâ S. *Petri*, & impetrata & data in puram & perpetuam Elemosinam dictæ Ecclesiæ per *Joh. Romanum* quondam Thesaurarium dictæ Ecclesiæ. Et dicunt quod quinquaginta & duo anni sunt elapsi postquam illa terra fuit impetrata; sed à quo Juratores non possunt inquirere per aliquem. Juratores dicunt quod tota illa terra de **Bouthum** à domo qua quondam fuit *Tho.* de *Parchemen* usque ad terram, quæ quondam fuit *Gazonis* de *Ebaum* est de feodo S. *Petri* pertinens ad Thesaurarium *Eborum* & *Terra Ulfi.* de terra *Ulfi* non est *Geldab*: Item tota illa terra quæ jacet à terrâ *Adæ Sampsonis* usque terram *Roberti* de *Cordwaner*, est de feodo S. *Petri*, pertinens ad Præbendam de *Strensall*, & est de terrâ *Ulphi*; Item tota illa terra, quæ jacet à terrâ Domini Abbatis *Eborum* usque barram de **Bouthum**, est de feodo Sancti *Petri*, pertinens ad Thesaurarium *Eborum*, & jacet à regiâ stratâ usque **Renyndike** retro, & Cimiteriam Sancti *Egidii* est de feodo S. *Petri*, & de terrâ *Ulphi*, nec est Geldab: Item dicunt quod terra illa de *Bichill* quæ jacet inter terram *A.* filii *Stephani Wyles* in Vico de **Littelgate** versùs austrum, & terram *Hugonis Champneys* versus boream, continens in se sex Messuagia, de quibus *Alanus Blund*, & *Willielmus* de *Spofford* tenent duo Messuagia, *Nicholaus Blound* unum messuagium. & *Adam* filius *Alani* de *Walingate* unum messuagium; *Willielmus* de *Scotherskeld* duo messuagia. Item de eadem Præbendâ nunc **Knaresburgh** in **Lonvelytgate**, Capitale messuagium ejusdem Præbendæ & Capitale messuagium Prioris Sancti *Oswaldi* de **Bamham**, & unum messuagium de communiâ S. *Petri* quæ similiter idem *VVillielm.* de *Scotherskeld* tenet, de quibus Ecclesiâ S. *Petri* fuit dotata à tempore quo non extat memoria: & illæ terræ sunt annexæ Ecclesiæ de **Knaresburgh**.

Resignatio Adæ *Dom. de* Millum *de toto jure suo in Ecclesiâ de* **Millum**.

Ex præfato Registro part. 2. fol. 21.

OMnibus ad Quos præsens scriptum pervenerit *Adam* Dominus de *Millum* salutem in Domino: Noveritis, quod ego anno graciæ M. CC. xxx°. ad Natale Domini renunciavi pro me & hæredibus meis Ecclesiam de **Millum** cum pertinentiis in perpetuum quicquid juris & proprietatis in eâ habui, vel habere potui per manum Dom. Abbatis de **Furnes**, Domino *VV* Archiepiscopo *Eborum* per præsentem Cartam meam resignavi. T. *A.* Priore de **Kirmel**, *VV.* de *Boyvill* Vicario de **Arlwic**, *&c.*

Litera Testimonialis Hugonis *de* Goldesburgh *super controversiâ inter Ecclesiam de* **Goldesburgh** *& Ecclesiam de* **Burgh**.

OMnibus videntibus vel audientibus Literas præsentes; *Hugo* de *Goldesburgh* salutem. Universitati vestræ notum fieri desidero, me affuisse in præsentiâ domini *R. Eborum* Archiep. dum ipse assensu *Roberti* Decani, & totius Capituli S. *Petri Eborum* controversiam, quæ inter Ecclesiam de **Goldesburgh**, & Ecclesiam de **Burgh**, diù fuit agitata, terminavit; & super omni jure Parochiali, in decimis; scilicet in administratione Parochianorum de **Flaskeby**, & in omnibus obventionibus, specialiter autem corporum in sepulturâ inter præscriptas Ecclesias perpetuâ celebravit, transactione. Quam quidem compositionem concessi, & gratum, ad personam meam, & hæredes meos spectare videtur ratam & firmam habeo; & præsenti scripto confirmo; sicut in scriptis supradicti Archiepiscopi & Capituli S. *Petri*, continetur. Testibus hiis *Ricardo* filio meo & hæredæ, *&c.* *Ibid. fol. 22.*

Carta Roberti *filii* Thomæ *de* Huchdum *super* **South Newbald**, *ad animalia Prebendarum.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Robertus* filius *Thomæ* de *Huchdum* dedi, *&c.* Domino *Egidio* Archidiacono *Northampton* Canonico *Eborum*, Præbendæ de **South-Newbald**, & successoribus suis in eadem Præbendâ qui pro tempore erunt; pasturam ad sexdecim animalia, tam equorum quàm boum; nec non & Vaccarum, ad voluntatem dictorum *Egidii* & successorum suorum ponenda in campis, & pratis, vesturis garbarum & fœni tempore debitò asportatis; & in marisis, pasturis, aliisque locis, & omnibus quibus ego vel hæredes mei & liberi homines de **Huchdum** communicamus, seu debemus in Villâ de **Huchdum**, cum libero introitu & exitu eidem *Egidio* & successoribus suis in dictâ Præbendâ, *&c.* In cujus rei testimonium, *&c.* Testibus *Alexandro* de *Saunton*, *Rogero* fratre ejus, *Radulfo Foliott*, *Ric.* de *Cliffe*, *Johanne* de *Suth-Newbald*, *&c.* *Ibid. fol. 37.*

Carta Dom. Walteri *de* Gray *quondam Archiepiscopi* Eborum *de Manerio de* **Bishop-Thorpe**.

OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit *Walterus* Dei gratiâ *Eborum* Archiepiscopus, *Angliæ* Primas salutem in Domino. Cupientes tam Ecclesiæ nostræ quàm successorum nostrorum pro commodis providere, Universitati Vestræ notum facimus. Nos concessisse, dedisse, assignasse, & hac præsenti Cartâ confirmasse dilectis in Christo filiis Capitulo *Eborum* man- *Ex dicto Registro part. 2. fol. 85.*

manſum noſtrum in Villa de Thorpe Sancti *Andreæ*, cum ædificiis gardinis & Vivario, quæ infra illud manſum fieri fecimus; & omnes terras, cum hominibus, redditibus, pratis, & omnibus aliis ad dictas terras pertinentibus; videlicet quicquid habuimus in eadem Thorpe Sancti *Andreæ*, de cujuſcunque dono fuerit ſine aliquo retenemento, ex auſtrali parte Aqueductus quæ vocatur Caldecoteſike, & deſcendens de boſco de Thorpe per berchariam in Vivarium; & de Vivario uſque fluvium Ale; & ipſum Vivarium cum molendino aquario ſupra illud ſito; & totam terram Præbendæ de Bickehill, cum redditu denariorum & gallinarum, ſerviciis, & omnibus aliis pertinentiis; excepto Capitali manſo aſſignato Præbendæ de Knaresborough; & totam terram cum ædificiis, & aliis pertinentiis, quæ habuimus de *Petro Craſſo*, & *Arnaldo* de *Naborne* Clerico in Suburbio *Eborum* juxta barram in Bickelgate; & totam terram cum pertinentiis quam habuimus in *Beverlaco* de *Philippo* de *Dalton*; & unam bovatam terræ in Schiteby, cum pertinentiis; & redditum trium ſolidorum & trium denariorum in Thorpe, cum pertinentiis quæ habuimus de *Johanne Flambard*; Ita videlicet quod idem Capitulum *Eborum* concedant ſucceſſoribus noſtris, qui pro tempore fuerint prædicta omnia tenenda & habenda pro Viginti marcis *Sterlingorum* annuatim ad Feſtum Sancti *Martini* in Hyeme ſolvendis Theſaurario *Eborum* qui pro tempore fuerit; ſuper quarum ſolutione fideliter faciendâ unuſquiſque ſucceſſorum noſtrorum Cartam ſuam ante ingreſſum ſuum conficiat Capitulo memorato. Idem autem Theſaurarius dictam pecuniam hoc modo diſtribuat; videlicet uni Capellano qui per Decanum & dictum Capitulum noſtrum, & ſi non fuerit Decanus, per ſolum Capitulum inſtituatur; celebraturo perpetuo in Capellâ noſtrâ de Thorpe S. *Andreæ* pro animabus claræ memoriæ *Johannis* quondam Regis *Angliæ*, noſtrâ, & omnium fidelium defunctorum ſex libratas *Sterlingorum*, ad duos terminos; videlicet ſexaginta ſolidos ad *Pentecoſten*, & ſexaginta ſolidos ad Feſtum Sancti *Martini* in Hyeme, & viginti ſolidos ad luminaria in Termino *Pentecoſtes*, & die Anniverſarii noſtri ſingulis Canonicis *Eborum* Eccleſiæ, qui eadem die Exequiis noſtris intererunt celebrandis, tres ſolidos; ſingulis autem Vicariis duos ſolidos; ac ſingulis Diaconibus & Subdiaconibus duodecim denarios: ſingulis autem Clericulis —— de choro tres denarios annuatim perſolvat. Reſiduum verò dictarum viginti marcarum, per Viſum Capituli, pauperibus diſtribuatur ipſo die, Vacante ſi quidem Sede *Eborum* dictum Capitulum præmiſſa omnia integrè habeant & teneant, ſolvendo dicto Theſaurario viginti marcas, ut præmiſſum eſt, per ipſum, quibus ſupra diximus aſſignandas, donec aliquis præficiatur *Eborum* Eccleſiæ, qui ipſa vult onere ſuſcipere ſupradicto. Si verò aliquis ſucceſſorum noſtrorum ea cum præfato onere habere, noluerit, dictum Capitulum omnia præmiſſa habeant cum onere memorato, ut prædictum eſt, donec aliquis præficiatur dictæ Eccleſiæ qui ipſa vellet habere cum onere ſupradicto. Excommunicabimus autem, de conſenſu dicti Capituli noſtri, omnes qui contra hanc Ordinationem venerint, vel idem Manerium alteri quam Archiepiſcopo vel alicui de eodem Capitulo conceſſerint. Et ut hæc omnia præmiſſa ſtabilia & rata permaneant præſens ſcriptum Sigilli noſtri & Sigilli ipſius Capituli munimine eſt corroboratum. Teſtibus Dominis *Fulcone Baſſeth* Decano; *Symone* de *Eveſham* Præcentore; *Roberto Haget* Theſaur°. *Laur°*. de *Lincoln.* Archidiacono *Eborum*; *Johanne Romano* Archidiacono *Richmond.* Mag°. *Waltero* de *Kirkham*, *Gilberto* de *Tuyâ*, *Stephano* de *Eccleſfeild*, *Nich.* de *Eve*, *Will°*. *Paſſemer*, *Johanne* de *Langton*, *Johanne* de *Tuyâ*, *Symone* de *Sancto Egidio* Subdecano; *Henrico* de *Grey* Canonico *Eborum*, Dominis de *Widiger*, *Waltero* de *Ludham* Militibus, & aliis. Datum Anno gratiæ M. CC. quadrageſimo primo.

Obligatio Domini Willielmi *Archiep.* Eborum *facta Theſaurario* Eborum *pro reddit̃u de* Biſhops-Thorpe.

OMnibus Chriſti fidelibus hoc ſcriptum inſpecturis, vel audituris *W.* Dei providentiâ *Eborum* Archiepiſcopus *Angliæ* Primas ſalutem & gratiam in ſalvatore. Noverit univerſitas veſtra nos teneri in viginti marcis *Sterlingorum* annuatim ad Feſtum Sancti *Martini* in Hyeme ſolvendum Theſaurario *Eborum*, qui pro tempore fuerit, pro Manerio de Thorpe, cum ſuis pertinentiis nobis ad vitam noſtram à Capitulo noſtro *Eborum* conceſſis; Super cujus pecuniæ ſolutione fideliter faciendâ, hanc Cartam noſtram ante ingreſſum noſtrum in idem Manerium fecimus Capitulo memorato. His teſtibus Magiſtro *Thomâ* de *Abberbiry*, *Nicholao* de *Welle*, *Waltero* de *Glovernia*; *Thomâ* de *Grimſton*, *Willielmo* de *Capellâ*; fratre *Ricardo* de *Bathampton*, & *Willielmo* de *Malton*, ac aliis. Adhuc ex dicto Regiſtro part. 3. fol. 5.

Compoſitio facta inter Dom. W. Archiepiſcop. & Decan. & Capitulum Eborum *ſuper hayâ de* Langwath.

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis hanc Literam inſpecturis Capitulum B. *Petri Eborum* ſalutem in ſalutis auctore. Noverit univerſitas veſtra Nos unanimi aſſenſu tradiſſe & conceſſiſſe ad firmam Venerabili Patri Domino *Willielmo* Dei gratiâ *Eborum* Archiep. *Angliæ* Primati totam hayam noſtram de Langewath, cum ſolo ejuſdem hayæ, bruerriâ, mariſco, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, Tenendum & habendum eidem Archiepiſcopo ad vitam ſuam liberè, quietè, & pacificè. Reddendo inde annuatim nobis & ſucceſſoribus noſtris tempore pinguedinis unum damum, & fermeſonæ tempore unam damam; Ibid.

poſt

post mortem verò Archiepiscopi memorati prædicta hayâ nostra, cum omnibus suis appendiciis liberè ad nos & integraliter revertetur. In cujus rei testimonium huic scripto, ad modum cyrographi confecto, tam Sigillum Venerab. patris, quàm nostrum veterum sunt appensa. Datum *Eborum* xiii. Kalend. *Januarii* Anno Domini M. CC. lxx. nono.

Ordinatio Domini Walteri *de* Grey *Archiepiscopi* Eborum *super Ecclesiis de* **Tickhill, South Kirkby, Rowthwell,** *&c.*

Adhuc ex dicto Registro part. 2. fol. 6.

WAlterus Dei gratiâ *Eborum* Archiepiscopus *Angliæ* Primas, Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod cum viri religiosi *Robertus* Prior & Conventus Sancti *Oswaldi* de **Nostell**, nolentes quod *Eborum* Ecclesia læsam causam haberet conquerendi de ipsis, quasi alienationem aliquam procuraverunt in ipsius præjudicium & gravamen, per hoc quod ab Apostolicâ sede ipsis; ad eorum instanciam, est concessum; quod Ecclesias de **Boulton**, de **South-Kirkby**, de **Rowthwell**, cum vacaverint, in proprios usus suos possint convertere, super præmissis: Necnon & super Ecclesiis de **Wiverthorp**, **Tickhill**, & medietate Ecclesiæ de **Hekeburgh**, ad eorum præsentationem spectantibus, nostræ Ordinationi faciendæ; de consilio discretorum virorum *W.* Decani, & *R.* Thesaurarii *Eborum*, se absolutè, & simpliciter commisisset: Nos habitâ super hoc deliberatione, de consilio prædictorum Decani & Thesaurarii, assensu Capituli nostri *Eborum* accedente, de eisdem ordinavimus in hunc modum; videlicet de **Tickhill**, **South-Kirkby**, & de **Rowthwell** Ecclesiæ cum vacaverint, in ipsorum Prioris & Conventus proprios usus cedant, ab ipsis, post earum vacationem in perpetuum possidendæ, salvis Vicariis in eisdem, secundùm quod inferius sunt taxatæ; ut augmentatis per earum apparationem, eorum facultatibus manus charitatis extendere possint ad Christi pauperes largiores; ac iidem Canonici in Ecclesiis de **Tickhill**, **Rowwell**, **Dovelton**, **Wiverthorpe**, & medietate Ecclesiæ de **Hekeburgh** pensiones recipiant, quas de eisdem hactenus perceperunt, quousque aliqua prædictarum trium Ecclesiarum quas eisdem appropriavimus vacet, & ad manus deveniat, eorundem in quarum quamlibet cum vacaverit liberè ingredi, eis auctoritate propriâ concedimus facultatem: ita quod extùnc omnino evacuetur & cesset pensionum solutio prædictarum: Præfatam autem medietatem Ecclesiæ de **Hekeburgh**, quam dicti Canonici aliquandiu de nostrâ gratiâ tenuerunt Archidiaconatui *Eborum* adjunximus; ut Archidiaconi qui pro tempore fuerit, se ibidem in suo recipere valeant; cum per partes illas transierint pro visitationis officio exercendo. Decedentibus siquidem vel cedentibus Rectoribus dictarum trium Ecclesiarum, scilicet **Tikhill**, **Suth-Kirkby**, & **Rouwell**, dicti Prior & Conventus ad Vicarias earundem, Presbyteros ydoneos præsentabunt, facturos residentiam continuam in eisdem; Vicaria de **Tikhill** sic taxatâ, quod Vicarius ad sustentationem sui, & unius socii Sacerdotis, Diaconi, & Subdiaconi & ad sustentanda omnia onera Ecclesiæ debita & consueta, habeat totum *Alteragium* ita quod nomine *Alteragii* contineantur omnes obventiones, decimæ & proventus ipsius Ecclesiæ de **Tikhill**, exceptis decimis bladi, liguminis; & fœni, & terris ad dictam Ecclesiam pertinentibus; salvo competenti manso Vicario assignando. Quæ quidem Decimæ garbarum & fœni, cum prædictis terris, dictis Priori & Conventui remanebunt. In Capellâ de **Staynton**, cum habeat Baptisterium, & Cemiterium prope distantiâ à Matre Ecclesiâ, sit Vicarius perpetuus quod ad suam sustentationem & luminaria, & aliorum necessariorum in Capellâ, habeat totum *Alteragium* de **Staynton**, cum terris ad Capellam pertinentibus memoratam. Vicaria de **South-Kirkby**; talis sit, qualis fuit tempore *Henrici* de *Oxoniâ*, qui fuit Vicarius in eadem. Et Vicarius habeat secum unum socium sacerdotem, & sustineat omnia onera Ecclesiæ debita & consueta. Vicaria de **Rouwell** consistit in *Alteragio* ejusdem Ecclesiæ, ita quod Vicarius eidem deserviens, ad sui & unius socii sacerdotis sustentationem habeat totum *Alteragium*, cum manso competenti, per Priorem & Conventum assignando. Priori & Conventui remanentibus decimis bladi, & leguminis, & omnibus terris ad dictam Ecclesiam pertinentibus excepto manso dicti Vicarii, ut supradictum est. Et idem Vicarius sustinebit omnia onera dictæ Ecclesiæ debita & consueta. Donationem autem Ecclesiæ de **Boulton** nobis & successoribus nostris Archiepiscopis *Eborum* imperpetuum reservamus. Et ne *Eborum* Ecclesia ex hac nostra Ordinatione lædatur, Ecclesiam de **Wiverthorpe**, salvis competentibus Vicariis, tam à matre Ecclesiâ quàm in Capellâ de **Helperthorpe** commune *Eborum* Ecclesiæ imperpetuum assignamus; eandem sic onerando communiam, quod postquam dicta Ecclesia de **Wiverthorpe** vacaverit, & in utilitatem dictæ communæ fuerit conversa, Canonicus *Eborum*, qui nomine Præbendæ tantum sex marcas recipere consueverat; de communiâ triginta marcas duntaxat annuatim eodem nomine extunc percipiat de eadem. In matre Ecclesia de **Wiverthorpe**, ut Vicarius perpetuus sacerdos residens, qui ad sui & unius socii sacerdotis sustentationem, & ad onera Archidiaconalia, & omnia alia debita & consueta sustinenda, habeat viginti quatuor marcas; in cæteris proventibus ei per Capitulum *Eborum* assignandas de Ecclesiâ memoratâ. Et in Capellâ de **Helperthorpe** pro - - - - - distantiâ à matre Ecclesiâ, sit Vicarius sacerdos residens, qui ad sui & Clericorum suorum sustentationem, ut plenius & honestius eidem Capellæ deserviatur, habeat decem marcas in cæteris proventibus, ei similiter assignandis per

Alteragium quid.

per Capitulum memoratum. Ut autem quæ in hac parte facta ſunt perpetuæ robur optineant firmitatis, ad rei geſtæ & Ordinationis prædictæ memoriam ſempiternam, hoc ſcriptum duplicatum tam noſtro ſigillo, quàm ſigillo noſtri Capituli, & ſigillo dictorum Priorum & Conventus, ac ſignis Decani & Theſaurarii *Eborum* quorum in hoc facto conſiliis uſi ſumus, fecimus ſigillari. Data apud *Eborum* xv°. Kal. *Junii* Pontificatus noſtri Anno triceſimo tertio.

Carta Thomæ *Archiepiſcopi* Eborum *ſuper* **Laundesburgh**, *& aliis terris in feodo collatis D°.* Herberto *Camerario*, *& filio ſuo* Herberto.

Ex dicto Regiſtro, part. 1. fol. 69.

THomas Dei gratiâ *Eboracenſis* Archiepiſcopus, Omnibus hominibus ſuis & amicis ſalutem: Notum Vobis facio, quod ego dedi Domino *Herberto Camerario*, & filio ejus in feodum **Laundesbrough**, cum **Tolethorpe**; **Wiverthorpe**, cum **Helperthorp** & duabus **Luttunis** in **Turgiſleby**; Unam carucatam terræ in **Schyrburn**, tres carucatas in **Rideſhale**; tres carucatas in **Dulethorpe**; quinque carucatas in **Ulkilthorpe**; unam carucatam in **Croym**; quatuor carucatas in *Colhum*. Eccleſiam cum dimidiâ carucatâ in *Beverlaco*; unam Domum in *Eborum*; Eccleſiam Sancti *Johannis* in **Aglefort**; & terram ab Eccleſiâ uſque ad portam inter viam & foſſatum. In *Gloeceſtreſcirâ* terras quas tenuerunt *Hermerus*, & *Turchitellus*, propter hæc trium militum ſervicium michi debet. Hujus rei teſtes ſunt *Robertus* Sancti *Johannis* præpoſitus; *Willielmus Bayoenſis*, *Hugo* de *Pineonio* Canonicus S. *Petri*: *Herbertus* filius; *Albericus*, *Nigellus* præpoſitus Archiepiſcopi *Eborum*, *W. Mareſcallus* & homines *Stephani* Comitis, ſcil. *Hermerus*, *Bernardus* Vicecomes de *Richemond* & *Piſcis* nepos ejus. Val...

Carta Regis Stephani *facta* Willielmo *Theſaurario* Ebor. *de Eccleſiis quas tenet de feodo* Herberti *fratris ſui.*

Ex dicto Regiſtro, part. 4. fol. 21.

STephanus Rex *Angliæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Baronibus, & Juſticiariis in quorum Epiſcopatu & Ballivâ *Willielmus* Theſaurarius *Eborum*, Capellanus meus, habet Eccleſias, ſalutem: Sciatis me conceſſiſſe eidem *Willielmo* Eccleſias quas tenet de feodo *Herberti* fratris ſui, cum terris & conſuetudinibus & aliis rebus eidem pertinentibus; ſcilicet Eccleſiam de **Wiverthorpe**, Eccleſiam de **Laundesbrough**, & Eccleſiam de *Clerî*, cum Capellis & pertinentibus; & Eccleſiam de **Staunton** cum terris & decimis omnibus & rebus eis pertinentibus. Et volo & præcipio, quod bene & in pace, & honorificè teneat, ſicut Pater ejus & frater ejus *Herbertus* eas ei dederunt & conceſſerunt, & ſicut Carta Regis *Henr.* teſtatur. Teſtibus *G.* Archiepiſc. *Eborum*; *D.* Epiſcopo *Elm.* & *Johanne* Epiſc. *Sag.* & *Roberto* de *Veer*; & *Willielmo Martell* apud *Eborum.*

Confirmatio Steph. *filii D.* Herberti *Camerarii.*

ROgero Archiepiſcopo, & Capitulo beati *Petri Eborum*, & omnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis *Stephanus* filius *Herberti Camerarii*, &c. ſalutem: Notum ſit tam futuris, quàm præſentibus, me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmaſſe illam Donationem quam *W.* de *Scuris* fecit Eccleſiæ B. *Mariæ* de **Thornton**, & **Acklam**, & quiquid juris vel advocationis & ad Eccleſiam de **Acklam** habuit, in perpetuam & liberam & quietam Eleemoſinam, *&c.* pro ſalute animæ meæ & omnium Parentum meorum tam vivorum quàm mortuorum. Teſtibus- - - - de *Suilly*, *Ricardo* filio Archidiaconi de *Lincoln*; *Walkelino* de *Eborum*, *Ailberum* de *Dalton.* Ibid. part. 3. fol. 4.

Carta D. Reginaldi *filii* Herberti *de Eccleſiâ de* **Wiverthorpe.**

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris. *Reginaldus* filius *Petri* ſalutem in Domino: Noveritis me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Decano & Capitulo Sancti *Petri Eborum*, pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum, & hæredum meorum advocationem Eccleſiæ de **Wiverthorpe**, cum pertinentiis: Habendam & tenendam eiſdem Decano & Capitulo, & ſucceſſoribus eorum, de me & hæredibus meis in puram & perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio & exactione in perpetuum. Ego vero *Reginaldus* & hæredes mei warrantizabimus, *&c.* eiſdem Decano & Capitulo, *&c.* contra omnes gentes in perpetuum, *&c.* In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum ſigillo meo roboravi his teſtibus domino *Roberto* de *Ros*, domino *Petro* de *Ros*, domino *Willielmo* de *Ros*, domino *Roberto* de *Thweng*; domino *W.* de *Wivele*, & aliis. Adhuc ex dicto Regiſtro, part. 2. fol. 7.

Finalis concordia pro **Wiverthorpe.**

HÆc eſt finalis concordia facta in Curiâ Domini Regis apud *Weſtm.* in Octab. S. *Johannis Bapt.* Anno regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* quinquageſimo tertio coram *Martino* de *Littlebiri*, Magiſtro *Rogero* de *Seton*, & *Johanne* de *Cobham* Juſticiariis, *&c.* Inter *Reginaldum* filium *Petri* querentem, & *Willielm.* Decanum & Capitulum Sancti *Petri Eborum*, & *Willielmum* Priorem Sancti *Oſwaldi*, *&c.* de advocatione Eccleſiæ de **Wiverthorpe**, unde placitum fuit inter eos in eadem Curiâ ſcilicet, quod prædictus Prior recognovit prædictam advocationem ejuſdem Eccleſiæ cum pertinentiis eſſe jus ipſius *Reginaldi*, & illam remiſit, *&c.* prædicto *Reginaldo* & hæredibus ſuis imperpetuum: Et pro hac recognitione, remiſſione, quieta clamancia, fine, & concordiâ idem *Reginaldus*, ad inſtantiam Ibid.

prædicti

prædicti Prioris, & pro amore Sancti *Willielmi* quondam Archiepiſcopi *Eborum* anteceſſoris ipſius *Reginaldi*, conceſſit prædicto Decano & Capitulo prædictam advocationem ejuſdem Eccleſiæ cum pertinentiis: Habendum & tenendum eiſdem Decano & Capitulo & ſucceſſoribus ſuis, de prædicto *Reginaldo*, *&c.* in puram & perpetuam eleemoſinam, *&c.* ob omni ſeculari ſervitio & exactione imperpetuum. Et prædictus *Reginaldus* & hæredes ſui warrantizabunt, *&c.* eiſdem Decano, *&c.* prædictam advocationem, *&c.* contra omnes homines imperpetuum, *&c.*

Quieta clamatio Reginaldi *filii* Petri.

Ibid.fol.97. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit *Reginaldus* filius *Petri* miles ſalutem in Domino: Noveritis, quod cum mota eſt contentio ſuper jure patronatus Eccleſiæ de **Wighton** *Eborum* Dioceſſo inter Venerabilem Patrem Dom. *W. Gifford Eborum* Archiepiſcopum, aſſerentem Eccleſiam memoratam Præbendam eſſe Eccleſiæ *Eborum*, ex unâ parte; & Nos aſſerentes dictam Eccleſiam ad noſtram ſpectare præſentationem ex altera: Nos inſpectâ Cartâ bonæ memoriæ *Henrici* de *Puteaco* quondam Patroni dictæ Eccleſiæ, qui dictam Eccleſiam divinæ pietatis intuitu, *&c.* Deo & B. *Mariæ* & B. *Cuthberto*; necnon & S. *Godrico* de **Finchale** & Monachis *Dunelmenſibus*: Deo apud **Finchall** ſervientibus, cum omnibus ſuis pertinentiis, in puram & perpetuam eleemoſinam contulit: Viſa eſt etiam Carta confirmationis quondam illuſtris Regis *Angliæ Johannis* ſuper eadem conceſſione, ſeu collatione: Inſpectâ etiam ſubmiſſione Priorum & Conventus *Dunelmenſis*, & de **Finkenhale**, qui dictam Eccleſiam una-cum Eccleſiâ de **Giggleſwick** & jus Patronatus earundem, liberè, precisè, & abſolutè, ordinationi Venerab. Patris *W.* de *Grey* quondam *Eborum* Archiepiſcopi ſubmiſerunt; nec non & Carta ordinationis ejuſdem Patris, ex quâ dictam Eccleſiam de **Withton** Præbendam *Eborum* Eccleſiæ imperpetuum eſſe cognovimus: Volentes & affectantes tanquam devotus filius Eccleſiæ *Eborum*, libertates & jura ipſius Eccleſiæ in hiis & in aliis perpetuò immunitas & illeſas ſervari: Nos, pro nobis & hæredibus noſtris, nec non quibuſcunque ſucceſſoribus noſtris, totum jus & clamium quo ad advocationem memoratæ Eccleſiæ de **Withton**, dicto reverendo Patri Domino noſtro Archiepiſcopo *Eborum*, ac capitulo totaliter remittimus & quietum clamamus; & quicquid in eadem ad Nos attinet, vel attinere poterit quocunque modo, tenore præſentium, eis conferimus, & concedimus liberè & pacificè in poſterum poſſidendum; Concedentes & recognoſcentes dictam Eccleſiam de *Wichton* Præbendam eſſe Eccleſiæ *Eborum*, & à præſentatione noſtrâ & hæredum noſtrorum, ac quorumcunque ſucceſſorum noſtrorum penitùs liberatam: Et ut omnia præmiſſa firma ſint & ſtabilia imperpetuum, ut prædictum eſt, præſenti ſcripto Sigillum noſtrum apponi fecimus. Data *London.* in atrio Eccleſiæ B. *Pauli*, die *Mercurii* proxima poſt Feſtum *Aſſumptionis* B. *Virginis* Anno Regni Regis *Henrici filii* Regis *Johannis* quinquageſimo quinto. His teſtibus domino *Johanne* de *Hocton*, domino *Johanne* de *Rigate*, *Remigio* de *Pokelington*, *Johanne* de *Kirkby*, *Ricardo Wale*; *Henrico Puddings*; Eliâ de *Blenlevenny*, & aliis.

Wighton ſuper *le Wolds.*

Ibid.fol.91 10 SCiant præſentes & futuri, quod ego *Reginaldus* filius *Petri*, filii *Herberti*, pro me & hæredibus meis imperpetuum remiſi, & per hanc Cartam meam quietam clamavi Deo & Eccleſiæ Cathedrali B. *Petri* de *Eborum*, & Domino *Waltero Gifford* ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo, ac domino *VV.* Decano & ejuſdem loci Capitulo, eorumque ſucceſſoribus imperpetuum, totum jus & clamium quod habui vel aliquo modo habere ſeu vendicare potui in jure Patronatus Eccleſiæ de **Withton**, ſeu etiam in jure præſentandi aut nominandi aliquam perſonam ad præſentandum ad Eccleſiam eandem. Ita quod nec ego nec hæredes mei nec aliquis alius nomine noſtro, *&c.* aliquod jus vel calumpniam ad dictam Eccleſiam præſentando, vel aliquem nominando ad præſentandum ad eandem vendicare vel aliquocunque modo habere poſſumus imperpetuum. Et præterea recognoſco, *&c.* quod Venerab. Pater bonæ memoriæ quondam *VValterus* de *Grey* Archiep. dictam Eccleſiam de **Wythton** puram Præbendam Eccleſiæ *Eborum*, ſolutam, & quietam, *&c.* ſicut & cæteras Præbendas Eccleſiæ ſuæ *Eborum* conferre potuit Magiſtro *Simoni de Eveſham*: ac Venerab. Pater dominus *VV. Gifford* ipſius ſucceſſor, dicto Magiſtro *VV.* decedente, eandem Eccleſiam Præbendalem eodem jure contulit, *&c.* D. *Fulconi Lovel* Archidiacono *Coleceſtriæ*. Et ut hæc mea remiſſio, *&c.* robur firmitatis, *&c.* Deo & Eccl. B. *Petri Eborum* Domini Archiep. & Decano & Capitulo, *&c.* hanc Cartam meam fieri feci, Sigilli mei impreſſione munitam. Data *London* in atrio Eccleſiæ B. *Pauli*, *&c.* Anno Regni Regis *Henr.* fil. Regis *Johannis* 55. Teſtibus D. *Joh.* de *Kirkby*, *Joh.* de *Reygate*, D. *Joh.* de *Halton*, D. *VV. Latymer*, *Henr. Pudding* de *VVighton*, *Eliâ* de *Blanllevenny*, *Ric. VVale*; *Henr.* de *Norton*, & aliis.

Carta Regis Henrici *ſecundi ſuper VVarennâ in* **Cawood** *&* **Shirborne** *conceſſa Archiepiſc.* Eborum.

Adhuc ex eodem Regiſtro part. 2. fol. 44. HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiep. Epiſc. Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtic. Vicecom. Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis, & fidel. ſuis ſalutem. Sciatis Nos conceſſiſſe, *&c.* Venerab. in Chriſto Patri *VValtero Eborum* Archiep. *Angliæ* Primati; quod ipſe & ſucceſſores ſui Archiepiſcopi *Eborum* imperpetuum habeant liberam Warrennam in omnibus dominicis; terris ſuis Maneriorum ſuorum de **Shirburne**, & de **Cawood** in Com. *Eborum*. Ita quod nullus intret

intret illas terras ad fugandum in eis, vel ad capiendum quod ad Warrennam pertineat, ſine licentiâ & voluntate ipſius Archiepiſcopi vel ſucceſſorum ſuorum ſuper forisfacturam noſtram decem librarum, *&c.* His teſtibus *Umfrido* de *Boun* Comite *Hereford.* & *Eſſexiæ*, *VVillielmo* de *Valentia* fratre noſtro, *Johanne Maunſel* Præpoſito *Beverlaci*; *Radulfo* filio *Nich. &c.* Datum per manum noſtram apud *VVeſtm.* xv. die *April.* Anno regni noſtri xxxiiii°.

Carta Regis Stephani *de ſeptem bovatis terræ in* Cawod.

Ibid.part. 3. fol. 73. & part. 4. fol. 21. STephanus Rex *Angliæ* Juſticiariis, Vicecomitibus, & Baronibus, & Miniſtris, ſalutem. Sciatis quia dedi & conceſſi *Turſtino* Archiepiſcopo *Eborum* in feodo & hæreditate ſeptem bovatas terræ in Cawod, quas habui, & benè, & in pace, & quietè teneat *T.* Epiſcop. *Carl. Adel.* & *R.* de *Vere* apud *VVeſtm.*

Carta Aufridi *de* Chanci *ſuper* Skirpenbek.

Ibid. f. 31. AUfridus de *Chanci* fil. *VV.* de *Chanci* Omnibus videntibus & audientibus literas has ſalutem. Sciatis, quod ego aſſenſu *VValt.* & *Rog.* filiorum & hæredum meorum, dedi, *&c.* Deo & S. *Petro Eborum*, & Canonicis S. *Petri Eborum* Carucatam unam terræ in Scherpingbek, *&c.* & unam acram terræ & duo tofta in eadem Villâ, quæ fuerunt *Odonis* diſpenſatoris & *Stephani* filii *Ernaldi*, in puram & perpetuam eleemoſinam, *&c.* Teſtibus *Hamone* Præcentore, *&c.* *Gilberto* de *Tadcaſtre*, *&c.*

Carta Regis Stephani *de molendino de* Savelint.

Ibid. f. 73. STephanus Rex *Angliæ* Juſticiariis, & Vic. de *Eborum* ſalutem. Præcipio, quod S. *Petrus* de *Eborum* habeat molendinum ſuum cum ſtagno ſuo de Savelint ita benè & liberè, ſicut habuit tempore Regum *Willielmi* & *Henrici* avunculorum meorum, & plenum rectum facite michi & Archiepiſcopo de illis qui ſtagnum illud fregerunt. T. *Rob.* de *Curci* apud *Eborum*.

Carta Pagani *de* Vilers *ſuper Eccleſiâ de* Kineldeſtow *& rebus aliis.*

Ex præfato Regiſtro parte 3. fol. 8. OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis hanc Cartam viſuris, vel audituris *Paganus* de *Vilers* ſalutem. Sciatis quod Ego dedi, *&c.* Eccleſiæ B. *Petri Eborum* & Domino *Rogero Eborum* Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ejus, in puram & perpetuam elemoſinam, *&c.* ad uſus & hoſpitium Archiepiſcoporum, ita quod nullus alius perſona ibidem inſtituatur; Eccleſiam de Kinaldeſtowe cum toto gardino, tam ad ipſam Eccleſiam pertinente, quàm non pertinente, & quatuor bovatas terræ, quas ipſa Eccleſia priùs habebat; & uno tofto ad ipſas bovatas pertinente, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Et præterea, ex dono meo, duodecim acras terræ; quarum quatuor acræ & tres rodæ abuttant ſuper Cimiterium ipſius Eccleſiæ, ex parte orientali: Una verò acra, & una roda abuttant ex parte Aquilonali ſuper idem Cimiterium & ſuper Stowedale; & poſt primos quatuor ſellivos, qui ſunt juxta viam, perfeci ſex acras in Dalacre. Conceſſi quoque eis communem paſturam per totum territorium Villæ, quantum pertinet ad omnes prædictas terras. His teſtibus *R.* Decano *Eborum*; *Hamone* Cantore; *Rad.* Archidiacono *Eborum*, *Rob.* Præpoſito *Beverlaci*; *Joh.* Archidiacono *Nottingham*, & aliis.

Carta Johannis Conſtabularii Ceſtriæ, *ſuper boſcis & villâ de* Plumtre *Archiep.* Ebor. *datis* ——

Ibid. f. 8. OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis *Johannes Conſtabularius* de *Ceſtriâ* ſalutem in Domino: Sciatis me dediſſe, *&c.* Deo & S. *Petro Eborum*, & *Rogero* Archiep. & ejus ſucceſſoribus in puram & perpetuam elemoſinam. Unum boſcum ſcilicet Bilehagh, & alium boſcum, ſcil. Brendwode liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & anteceſſorum meorum, ſalvâ Communi paſturâ de *Harewortha* & de *Sochâ*. Præterea, Sciatis me dediſſe Deo & S. *Petro Eborum* & *Rogero* Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ejus villam de Plumtre, cum omnibus ſuis pertinentiis, in perpetuam elemoſinam: Reddendo inde annuatim michi & hæredibus meis, quadraginta ſolidos argenti, ad Feſtum S. *Mich.* & ad *Paſcam*, *&c.* Teſtibus *Gervaſio* de *Bretton*, *Joh. Burdon*, *Eudone* de *Dauvillâ*, *Galfrido* de *Clinchon*, *Malgero* de *Stineton* Militibus, *Rad.* Capellano, *&c.* Hæc autem acta ſunt in Capellâ de *Scroby*, Anno ab Incarnatione Domini M. C. Lxxviii°. Anno verò regni Regis *Henrici* ſecundi viceſimo quarto.

Carta Wigani *filii* Wigani *ſuper terras in* Barton.

Ibid. part. 3. fol. 39. OMnibus Chriſti fidelibus, *&c.* *VVieganus* filius *Wigani* ſalutem in Domino: Noverit univerſitas veſtra me dediſſe, *&c.* Deo & beato *Petro Eborum*, Decano & Capitulo ejuſdem loci, in puram & perpetuam elemoſinam, duas bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in Barton, *&c.* cum tofto & croſto ad eaſdem bovatas pertinentibus in eadem villâ de Barton, *&c.* Hiis teſtibus *Alexandro*, *Thoraldo*, *&c.* Capellano, *&c.*

Carta Galfridi *de* Mandaville *ſuper* x. *bovatas terræ in* Hugate.

Ibid. fol. 42. UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *&c.* *Galfridus* de *Mandevilla* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me *&c.* dediſſe, *&c.*

Deo & beato *Petro Eborum*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam, puram, & perpetuam eleemoſinam decem bovatas terræ in **Hugate**, quas *Robertus* filius *Petri* de me tenuit, *&c.* cum omnibus pertinentiis, *&c.* Tenendas & habendas liberè & quietè, *&c.* Hiis teſtibus *Simone* Decano, *Hamone* Theſaurario, *&c.*

Carta Gilberti *filii* Nigelli *ſuper* **Clementhorpe.**

Ibid. fol. 60. GIlbertus filius *Nigelli* omnibus hominibus, *&c.* Sciatis me conceſſiſſe, *&c.* Deo & Eccleſiæ S. *Petri Eborum*, & Domino meo *R. Eborum* Archiep. & ſucceſſoribus ſuis quicquid habui in **Clementhorpe** in hominibus, in terris, in pratis, in paſturis, & in aliis ad me ibidem pertinentibus, præter Dominicam manſuram meam, & gardinum meum, & pratum quod dedi ſanctimonialibus Sancti *Clementis Eborum*, *&c.* Hiis teſtibus *W.* Cantore; *Joh.* Archidiacono de *Nottingham*; *Will.* de *Percy*; *W. Arundell*, &c.

Carta Thomæ *filii* Jollani *de* Dinegelby *de uno toſto in* **Clotton.**

Ibid. fol. 62. NOtum ſit omnibus, *&c.* *Thomam* fil. *Jollani* de *Dinegelby*, & hæredes ejus conceſſiſſe, *&c.* Eccleſiæ S. *Petri (Eborum)* & Hoſpitali *Hieroſolomitano*, in puram elemoſinam unum toſtum in **Clotton**, quod ſitum eſt ad ſeptentrionalem partem Eccleſiæ ejuſdem villæ, *&c.* videlicet inter domum ſacerdotis præfatæ villæ, & terram *Simonis* Militis; habens in longitudine xvii. perticatas, & in latitudine xvi. perticatas; & toſtum aliud in eadem villâ ad occidentalem partem prædicti toſti, *&c.* Hiis teſtibus *Alano* Canonico, *&c.* *Willielmo* de *Boneville*; *Phil.* fil. *Baldwini*; *Simone* Clerico de Hoſpitali *Hieroſolomitani*, *&c.*

Carta Galf. *de* Etton *ſuper* **Grimſton.**

Ibid fol. 66. UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *&c.* *Galfridus* de *Etton* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe, *&c.* Deo & beato *Petro* & Decano & Capitulo *Eborum* totum laicum feudum quod *W. Burdon* tenuit de me & patre meo in **Grimſton & Hetra**: Et unum toſtum in **Gilling**, *&c.* Tenendum, *&c.* liberè ab omni ſervitio, *&c.* Hiis teſtibus *S.* Decano, *G.* Theſaurario, *&c.*

Carta Hugonis *de* Lelay *ſuper Eccleſiâ de* **Weſton.**

Ibid. part. 2. fol. 30. SCiant præſentes, *&c.* quod ego *Hugo* de *Lelay*, pro ſalute animæ meæ, *&c.* conceſſi & dedi & præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & B. *Petro*, & Venerabili Patri domino *Waltero Eborum* Archiepiſcopo *Angliæ* Primati Eccleſiam de **Weſton**, cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ de meâ advocatione eſſe dinoſcitur, in puram & perpetuam eleemoſynam, ad augmentationem luminariorum in Eccleſiâ beati *Petri Eborum* prout idem Venerab. Pater diſponere & ordinare decreverit: & quicquid juris habui vel habere potui in jam dictâ Eccleſiâ de **Weſton**, in jus & proprietatem dictæ *Eborum* Eccleſiæ, ut prædictum eſt, pro me & hæredibus meis imperpetuum tranſtuli, Quod ut ratum, ſtabile & inconcuſſum impoſterum permaneat, præſenti pagina ſigillo meo roborata maniendum duxi, & confirmandum. Hiis teſtibus *Rob.* de *Lelay*, *Henr.* de *Mohaut*, *Ric.* de *Berford*, *Will.* de *Veſcy*, *Paulino* de *Ottelay*, *Odone* de *Richmond*, & multis aliis. Data apud **Ottelay** 2. Non. *Novembris* Anno Incarnationis Dominicæ M. CC. xxi°.

Carta Hugonis *de* Lelay *ſuper medietatem villæ de* **Baildon.**

Ibid. fol. 71. OMnibus, *&c.* *Hugo* de *Lelay* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, *&c.* me divini amoris intuitu, *&c.* & pro animabus omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum & pro animâ *Chriſtianæ* uxoris meæ contuliſſe Deo & Eccleſiæ S. *Petri Eborum*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus medietatem villæ de **Baildon**, cum capitali meſſuagio, & omnibus pertinentiis ſuis, *&c.* Et ego pro me & hæredibus meis, *&c.* præfatam elemoſinam Eccleſiæ dictæ contra omnes homines warantizabimus, *&c.* Hiis teſtibus *Hamone* Theſaurario *Eborum*, *Joh.* Cancellario, *Joh. Romano*, *&c.* & multis aliis.

Ex Regiſtro fabricæ Eccleſiæ beatæ *Petri Ebor.* AD hæc Venerab. Pater Dom. *Willielm.* de *Melton Ebor.* Archiep. Anno Domini MCCCxxxviii°. ex gratiâ ſuâ & Devotione contulit fabricæ Eccleſiæ ſexcentas marcas Argenti in ſubſid. ejuſdem, Cujus memoriale permaneat in ſecula.

Carta Domini Roberti *le* Vavaſour *de Lapidicinâ apud* **Tadcaſter.**

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcripta pervenerit *Robertus le Vavaſour* æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe conceſſiſſe & hac præſenti Carta mea confirmaſſe in puram & perpetuam Eleemoſinam, & liberam ab omni ſeculari ſervicio & exactione Deo & B. *Petro* & Eccleſiæ *Eborum* pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Juliane*, & anteceſſorum meorum; & ut participes ſimus omnium Bonorum quæ in eadem Eccleſiâ fient in perpetuum plenum & liberum tranſitum per antiquas & conſuetas vias & ſemitas ſine omni impedimento & contradictione in eundo & redeundo in **Thevedale**, quod eſt de libero tenemento meo ad ſufficientiam fabricæ ejuſdem Eccleſiæ quotieſcunque. Opus fuerit dictam Eccleſiam emendare, reædificare, vel ampliare. Et ad majorem ſecuritatem hujus conceſſionis præſentem paginam Sigilli mei appoſitione dignum duxi communire. Ego vero & hæredes mei warantizabimus hanc donationem noſtram

in

in perpetuum contra omnes homines. Hiis teſtibus *Rogero* Decano, *Galfrido* de *Norwico* Præcentore, *Willielmo* Theſaurario, Magiſt. *Waltero* Archid.

Litera Domini Roberti *de* Percy *de libertate aquæ & terræ ſuper ripam de* Querf.

RObertus de *Percy* Dominus de Boulton univerſis Ballivis ſervientibus & Miniſtris ſuis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Venerab. in Chriſto Patri Dom. *Johanni* Dei gratia *Eborum* Archiepiſcopo, *Angliæ* Primati, Quod marinarii ducentes ſeu cariantes petram in Navibus ſuis de Tadcaſter, uſque *Eborum* ad fabricam Eccleſiæ B. *Petri* tam in aquâ quàm ſuper terram propè aquam, liberum habeant tranſitum abſque impedimento mei, etiam vel meorum. Volens & vobis injungens quod illis nullam inferatis moleſtiam, nec inferri ab aliis permittatis, quo minus liberum habeant tranſitum ut prædixi. Volo etiam & concedo, quod quoties dicti Marinarii pro ſe vel petrâ ſuâ ad dictam fabricam per longum terræ meæ ſuper *Querf*, quantumcunque duraverit terra mea in pratis & aliis terris meis repoſitione indigitum & ad trahendum Naves tam Vacuas quam cum petrâ in eiſdem pratis & terris meis ad utilitatem prædictæ Fabricæ hoc libere faciant abſque meo vel meorum impedimento quocunque. In cujus rei teſtimonium Sigillum meum præſentibus eſt appenſum. Dat. apud *Eborum*, *&c.*

Compoſitio inter Archiep. Eborum, *& Epiſc.* Dunelm. *ſuper Eccleſias S.* Cuthberti.

Adhuc ex dicto Regiſtro, part. 1. fol. 67.

CApella & Cimiterium de *Alventonâ* in manu Prioris *Hagulſtald* erunt ita, quod Archiepiſcopus non coget aliquem ibi ſepeliri, nec Epiſcopus prohibebit. Eccleſia *Haguſtald* criſma, & oleum recipiet à *Dunelmenſi* Eccleſiâ, ſicut ſolet. Prior quoque veniet ad Synodum *Dunelm.* Clerici & Canonici *Haguſtald* ab Epiſcopo *Dunelmenſi* ordines recipient, Parochiam *Hagulſtald* in Pentecoſten viſitabunt ſi voluerint. Prior *Hagulſtald* omnia placita Eccleſiaſtica illius Parochiæ placitabit ſine pœnâ pecuniariâ; & pecunias dabit. Decedente vero Priore *Ricardo* qui nunc eſt, eam auctoritatem habebit Epiſcopus *Dunelm.* in alterius Prioris conſtitutione, quam idem Prior *Richardus* & Prior *Guiſeb.* & *Petrus* frater Prioris de *Brenlynton* juraverunt Eccleſiam *Dunelm.* habuiſſe in conſtitutione ejuſdem Prioris *Ric.* ſi quam habuiſſe eam juraverunt. De Eccleſiis B. *Cuthberti*, quarum hæc ſunt nomina, in Archidiaconatu *Joh.* filii *Letoldi*, Eccleſia de Hamingburgh, Eccleſia de *Skipewith*, Eccleſia de *Averton*, Eccleſia de *Bretteby*, Eccleſia de *Oſmunderlay*; Eccleſia de *Siggeſtona*; Eccleſia de *Leio*, Eccleſia de *Ottringtona*, Eccleſia de *Creik*, Eccleſia de *Holteby*. In Archidiaconatu *Gaufridi* in *Eboraco*, Eccleſia *Omnium Sanctorum* in *Uſegate*; Eccleſia S. *Petri* parva, & dimidia Eccleſiæ S. *Trinitatis*: In Archdiaconatu Theſaurarii, Eccleſia de *Hoveden*, Eccleſia de *Wellet.* Eccleſia de *Brentingham*, Eccleſia de *Walkintonâ.* Non exiget Archiepiſcopus denarios Synodales. Si vero Clerici eorundem Eccleſiarum, vel laici de dominicis Maneriis B. *Cuthberti* in *Eboraciſcirâ* aliquid dignum Eccleſiaſticâ caſtigatione perpetraverunt, per Archiep. emendabitur tali priùs factâ ſub-monitione, quod Epiſc. intereſſe poterit vel miniſter ejus. Hæc ſupradicta firmaverunt Archiep. & Epiſcopus, fide invicem interpoſitâ ſe ſervaturos ſinè dolo & fraude quamdiù vixerint, ſine præjudicio utriuſque Eccleſiæ impoſterum poſt alterutrum deceſſum: Præterea de Capellis *Ottrintona* & *Walgaby* plenarium rectum tenebit Archiep. Epiſcopo in Curiâ ſuâ, ſicut æquus & favorabilis judex. Et ſi Epiſc. alteram vel utramque, vel nullo ſe opponente adquirere poterit, non plus exigetur ab illis quàm à cæteris B. *Cuthberti* Eccleſiis. Si perſona de *Levintona* adverſus Epiſcopum de Capellâ de Werkeſſale tam .... voluerit, Epiſc. in Curiâ Archiep. judicio ſtabit Epiſc. pro amore Archiepiſcopus reſeiſiet *Gamalielem* de decimis quas poſtulat, ſalvâ penſione, *&c.* T. *A.* Abbate *Rivall. Rad.* Theſaur. *Eborum Joh.* fil. *Letoldi* Archidiac. *Eborum*, *&c.*

Carta Gulielmi Eborum *Electi ſuper exactione Eccl. de* Warſam (*i.* Waſham) *& aliarum ex quibus conſtat Præbenda de* Warſam.

GUlielmus Dei gratiâ *Eborum* electus, Omnibus hanc Cartam viſuris vel audituris ſalutem. Noverit univerſitas, Nos in Capitulo noſtro *Eborum*, de Communi aſſenſu & conſilio fratrum noſtrorum, liberaſſe & exemiſſe Eccleſias Præbendæ *Rogeri* de *Albeni*, ſcilicet Eccleſiam de Kirkby-maleſard, & Eccleſiam de Landeford ab omnibus conſuetudinibus & exactionibus Archidiaconorum & officialium noſtrorum. Unde volo, & concedo, & hac præſenti Carta mea confirmo, quod illæ Eccleſiæ ſint adeo liberæ & quietæ in perpetuum; ſicut aliæ Eccleſiæ præbendarum in Eccleſiâ *Eborum*.

Ex eodem Regiſtro part. 1. fol. 68.

Epitaphium Thomæ Ebor. *Archiepiſcopi, qui obiit* 14. *Kalend.* Decembris *Anno Domini* M. C°. *apud* Eboracum.

Adhuc ex eodem Regiſtro, part. 1. fol. 3.

ORba pio viduata bono paſtore patrono
Urbs Eboraca *dolet, vix habitura parem.*
Qualia vix uni perſona ſcientia vita
Contigerat Thomæ *nobilis alta bona.*
Canicies, hilaris facies, ſtatura venuſta,
Angelici Vultus, ſplendor & inſtar erat.
Hic numero, atque modico doctrinæ ſ u probitatis
Clericus omnis erat, vel magis omnis homo
Hæc domus & clerus ſub tanto Præſule felix.
Penè quod eſt & habet numinis omne ſui eſt.
Octavis Sancti Martini *tranſiit ille.*
Cui pietate Dei ſit Comes in requie.

Pro Ordinatione cujuſdam Cantariæ quatuor Capellanorum in Eccleſiâ de Kirkeby-Overblows.

Ex Regiſtro quodam nuncupato *Domeſday* penès Decanum & Capit. *Ebor.* fol. 59. b.

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos præſentes Literæ pervenerint, Capitulum Eccleſiæ Beati *Petri Ebor.* Decano ejuſdem in remotis agente, ſalutem in ſinceris amplexibus Salvatoris. Noveritis Nos Literas Venerabilis in Chriſto Patris & Domini, Domini *Johannis* Dei gratiâ *Eborum* Archiepiſcopi *Angliæ* Primatis, & Apoſtolicæ ſedis Legati, impreſſione Sigilli ſui pendentis ſignatas vidiſſe & inſpexiſſe, tenorem, qui ſequitur per omnia continentem; univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis ad quos præſentes Literæ perveverint *Johannes* permiſſione divinâ *Eborum* Archiepiſcopus *Angliæ* Primas, & ſedis Apoſtolicæ Legatus ſalutem in ſinceris amplexibus Salvatoris. Cum inter cætera Salvationis & reparationis humanæ ſuffragia, celebratio Miſſarum, in quibus, pro ſalute vivorum & requie defunctorum Deo Patri Deus filius immolatur meritò ſit judicanda præcipua, & Divinæ miſericordiæ præ cæteris ..... dignum duximus ea quæ multiplicationem Miſſarum, & divini cultus augmentum reſpiciunt favore proſequi gratioſo. Sanè dilectorum filiorum dominorum *Richardi Tempeſt* Militis, & *Willielmi* de *Newport* Rectoris Eccleſiæ de Spofforth noſtræ Dioceſſus, oblata nobis ſupplicatio continebat; Quod, cum bonæ memoriæ *Henricus* de *Percy* Pater viri nobilis & magnifici domini *Henrici* de *Percy*, qui nunc eſt, ipſos Executores teſtamenti ſui conſtituit & eos firmiter oneraverit, ut de bonis ſuis eorum adminiſtrationi commiſſis Cantarias perpetuas promiſſis celebrandas prout melius ordinare poterunt fieri procurarunt: Ipſique volentes in hoc voluntate dicti defuncti exequi fideliter, ut tenentur, Advocationem & jus Patronatus Eccleſiæ Parochialis de Kirkeby Overblowes noſtræ Dioceſis, cujus fructus & proventus annui tam ad ſuſtentationem congruam Rectoris ejuſdem, & ad ſupportationem omnium aliorum quorumcunque eidem Eccleſiæ incumbentium, quàm ad inveniendum quatuor ſacerdotes, divina perpetuò celebrantes ſufficere potuerint, habundantur de bonis ipſius defuncti titulo legitimo ſint adepti; vellemus gratam conſiderationem habere ad profuſa beneficia quibus tam dicti defuncti & progenitorum ſuorum recolenda Prioritas, quam filius & hæres ſuus prædictus Eccleſiam noſtram *Eborum* pervenerint, præſertim appropriari; procurando Eccleſiam Parochialem de Topcliff ejuſdem noſtræ Dioceſſios, in quâ jus Patronatus habebant ad Fabricam Eccleſiæ noſtræ *Eborum* eminentiùs conſtruendam, ac perpetuò ſuſtinendam, ac de Lapidicinis ſuis lapides quantis pro dictâ Fabricâ opus eſſet ſumendos, & inde liberè cariandos munificè concedendo, & ipſam gratiis aliis variis, ut in conceſſione viarum & diſtrictus, & loca ſua pro carriatione lapidum prædictorum & tranſitu miniſtrorum ipſius Eccleſiæ accommodas aſſignando, & grato præmiſſorum intuitu dignaremur; ad dilatationem divini cultus quatuor Cantaras quatuor ſacerdotibus ad celebrandum divina perpetuo; ſpecialiter pro animâ dicti *Henrici* Patris, & Progenitorum ſuorum, ac claræ memoriæ *Mariæ* conſortis ipſius Domini *Henrici* de *Percy* nunc viventis; & pro ſalubri ſtatu ſuo, dum egerit in humanis; & pro animâ ſuâ cum ab hac luce ſubtractus fuerit; & generaliter pro animabus omnium fidelium defunctorum, de fructibus & proventibus dictæ Eccleſiæ de Kirkeby Overblowers ordinare miſerecorditer & creare; Et ad dictas Cantarias ſic effectualiter ordinandas, præfati *Richardus* & *Willielmus* ipſius Eccleſiæ de Kirkby veri Patroni, ſe & totum jus quod habent in jure patronatus ejuſdem; & dominus *Robertus Ede* Rector ejuſdem Eccleſiæ de Kirkeby Overblowers dictam Eccleſiam de Kirkby, ſtatum & nomen, ac jus, & poſſeſſionem quæ habet in eadem ad faciendum ordinationem, hujuſmodi, noſtris laudi, arbitrio, diſpoſitioni, ordinationi, decreto, beneplacito ac voluntati purè, ſponte, ſimpliciter, & abſolutè tam verbaliter & actualiter, quàm per ſuas Literas ſubmiſerunt, nobis inſtanter & humiliter ſupplicantes, & ſuper hiis; ad laudem Dei & ſalutem Animarum dignaremur celeriter & ſalubriter ordinare, *&c.*

De conſuetudinibus & ordinationibus antiquitus uſitatis, & obſervatis, in Eccleſiâ S. Petri Eborum.

De receptione & inſtallatione Domini Archiepiſcopi *Eborum.*

DE inſtallatione Domini Archiepiſcopi dicunt, quod cum conſecratus fuerit & ad Civitatem redierit, recipiendus eſt in Eccleſiâ Sancti *Jacobi* cum Proceſſione ſolempni (ſi tempus ſit amenum) in Capis ſericis & per Decanum in ſede Archiepiſcopali inſtalletur. A ſtante Præcentore vel aliquo de Majoribus Eccleſiæ inſtalletur. Item recipiendus eſt cum Proceſſione ad hoſtium Eccleſiæ cum redierit à conſilio vel alias pro negotiis Eccleſiæ, cum mare tranſierit, & illis vicibus tantum pulſabitur contra eum. Ad calcem cujuſdam Regiſtri penes Dec. & Capit. *Ebor.* fol. 5.

Quod Epiſcopus Dunelmenſis *tenetur offerre Capam precioſam.*

EPiſcopus vero *Dunelmenſis* ſecundùm antiquam conſuetudinem Eccleſiæ, poſt Conſecrationem ſuam, unam capam pretioſam teneatur offerre; & tunc cum venerit ad illud faciendum ad hoſtium Eccleſiæ recipiendus eſt cum Proceſſione. Ibid. fol. 5.

Quod

Quod quilibet Præbendariorum & in dignitate conſtitutus tenetur ſolvere Capam circam præcioſam.

Ibid. f. 5. ET quilibet Præbendarius ſivè in dignitate conſtitutus, etiam non Canonicus, decedens tenetur ſolvere Capam pretioſam; quam ſi in vita non dederit, valor decem librarum ad minus ſolvet poſt mortem Eccleſiæ viginti marcas. Tenetur Palefridum qualem habuit tempore mortis ſuæ ſolvere, alioquin decem marcas. Si aliquis Dignitatem habuerit cum Præbendâ, tantùm, unam Capam & unum Palfridum ſolvat; vel pretium, ut ſuperiùs eſt taxatum.

De inſtallatione Decani & quid ad ejus ſpectat officium.

Ibid. f. 5. DEcanus à Præcentore debet inſtallari; & ad officium Decani pertinet in Choro Confeſſionem dicere ad *Primam* & *Completerium* ſi præſens ſit, & *fidelium* in finem: ſimiliter in Capitulo. Et in majoribus principalibus diebus debet celebrare & tunc habebit tres Diaconos, & tres Subdiaconos ſibi miniſtrantes in Miſsâ. Item *Veſperis* & *Matutinis* Vicarius Decani in capâ cerica defert ſibi capam ſuam ad ſtallum, præeuntibus duobus cero-ferariis dum quintus Pſalmus cantatur, & ibi dicat Capitulum; & Orationes. Et inceptâ Antiphonâ ſuper P..... *Magnificat*, & *Benedictus* à Decano, quàm ſibi affert ſuccenter vicariorum: & percantatâ accedat clericus de Veſtibulo cum Thure, & coeuntibus Ceroferariis & Thuribulariis cum Thuribulis ſuis plenis carbonibus ignitis, coram Decano imponat Incenſum in carbones, & benedicat: Et tunc Rector chori primum intonizarit, præcedat Decanus per medium Chori ad Altare ad Sanctuarium thurificandum, præ-euntibus Ceroferariis, & Thuribulariis. Tunc Rector Chori verſis ad illum Vultibus, omnes Majores aſſurgunt & minores, tam in eundo quàm in redeundo. In magnis verò ſolennitatibus ad magnam-Proceſſionem tenetur ultimum Antiphonum incipere. Item ad eum pertinet, die Purificationis, Candelas benedicere, & die cum cineres, & eas dare, & penitentes dicere ſi præſens ſit. Item die *Palmarum* Palmas benedicere; & *Ave Rex noſter* ante crucem incipere; & illo die per ſe vel per alium Sermonem facere ad Populum, & die Cœnæ pœnitentes recipere; & poſt prandium pedes pauperum cum aliis Canonicis lavare: & mandatum, quod omnino erit de ſumptibus ſacriſtæ de Capella facere; & poſt mandatum completum, ipſe cum duobus majoribus Altaria lavare. Hiis quatuor diebus Archiepiſcopus, ſi præſens fuerit tenetur officium peragere, & in abſentiâ ejus Decanus, vel major perſona de reliquis, ſi ipſe non-poſſit, tenetur compiere.

De Elemoſinâ quam Decanus facere tenetur.

ITem tenetur ex antiquâ conſuetudine paſce- Ibid. f. 6.
re qualibet die quadraginta Pauperes, & hoc infra Decanatum apud *Eborum*, vel alibi in Decanatu. Dicunt, quod in Eccleſiâ major eſt poſt Archiepiſcopum, & in Capitulo major omnibus: Et nullus Canonicus niſi in habitu ad tractandum, prout Canonici fiunt præmuniti per Decanum; vel in ejus abſentiâ præſidentem ingredi debet, exceptis illis, qui de licentiâ ſunt muniti, licentiâ petitâ in Capitulo a Canonicis, ſi fuerint ibi; & ſi non fuerint ibi, ſtat denuntiatio Vicariis per ſe vel per ſuum Vicarium.

Incipiunt Statuta de Reſidentiariis, & diſtributionibus Canonicis-Reſidentiariis faciendis.

IN Nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti; Ibid. f. 9.
Amen, Anno ab Incarnatione M. CC. xxi. die Sancti *Valentini*. Nos Magiſter *Rogerus* Decanus, *Galfridus* Præcentor, *Walterus* Archidiaconus *Eaſt-riding*. *Johannes Romanus*: *Rob.* de *Winton*. Canonici *Eborum*, de Communi conſenſu Capituli *Eborum*, ad ordinandum reſidentiam in Eccleſia *Eborum*, & diſtributionem communem inter Canonicos reſidentes cum cæteris hoc negotium contingentibus electi, habito ſuper hoc diligenti tractatu & conſuetudinibus Vicinarum Eccleſiarum ſollicita inquiſitio ad utilitatem & decorem Domus Dei.

De Reſidentiâ quatuor perſonarum Eccleſiæ Eborum.

ITa ordinavimus ut quatuor Perſonæ ſcil. *Decanus*, & *Cantor*, *Cancellarius*, & *Theſaurarius* in Eccleſia *Eborum*, ut ſolito, reſideant. Archidiaconi qui Canonici fuerint, qui ex officio ſuo tenentur Eccleſias viſitare pronuntias & officium circa Curam animarum ſibi commiſſam ſolliciter & diligenter adimplere, per tres menſes Reſidentiam in Eccleſiâ *Eborum* facere procurent. Simplices verò Canonici ad minus per dimidium Anni continuè, vel per quartam partem, in unâ medietate Anni, & aliam quartam partem in aliâ medietate anni continuè ſuam faciant Reſidentiam: Penſatis itaque juribus & facultatibus commune *Eborum* Eccleſiæ, providimus, ut exceptis conſuetis expenſis & debitis quotidianis, inter ſolos Reſidentes; & equaliter ſine perſonarum acceptione communis fiat diſtributio. Ita ſcilicet, ut ſingulis diebus ſingulis Reſidentibus dentur ſex denarios: In feſtis *Novem lectionum* duodecem denarios; in *Feſtis* verò *duplicibus* duos ſolidos, Reſidentes autem quantum ad hanc quotidianam percipiendam, intelligantur Canonici, qui in Civitate *Eborum* circa Eccleſiam ſuam *Eborum* pernoctant & vigilantur, & eidem deſerviunt; & ſaltem *Matutinis*, & horis interſint, niſi excuſa munitionis vel infirmitatis, ſive impotentiæ

tentiæ manifeſtæ circa Eccleſiam commorantes, ad Eccleſiam ipſam accedere impediantur: ſi verò aliqua ſeptimana abſuerit Canonicus aliquis per unam noctem vel duas, non imputabit ei ad pœnam, dummodo ex conſuetudine non contingat. Diebus etiam, quibus intrant Canonici vel exeunt Civitatem, quotidianam capiant memoratam tanquam in Eccleſiâ commorantes. Factâ verò prædictâ quotidianâ diſtributione, quod reſiduum erit de communiâ, ſive in Feſto *Penticoſten*, ſive in Feſto Sancti *Martini* in *Yeme*, de termino præterito inter ſolos illos Canonicos qui reſidentiam fecerint, prout ſupra determinavimus æqualiter diſtribuatur. Canonici verò, qui in ſacrâ paginâ ſtuduerint vel docuerint, ſecundùm tenorem conſtitutionis domini *Honorii* Papæ portiones ſuas integrè percipiant. Propterea ſoli Canonici communiam percipiant qui prius in Eccleſiâ ſuâ corporaliter, ad minus per dimidium anni continuam fecerit reſidentiam.

De admiſſione Vicarii ad ſtallum & altare, in Eccleſiâ exiſtente quod ipſi & alii habeant bonam vocem.

Ibid. fol. 13. STatuerunt igitur ad honorem Dei & Eccleſiæ noſtræ, & totius cultus divini devotiùs exequendum. Imprimis, Ut ad ſtalla Vicariorum & Altaria in eadem Eccleſiâ exiſtentia, nullus ad preces quaſcunque amodo admittatur, ſed promoveatur talis qui diutiùs Eccleſiæ deſervierit, dum tum dignus & aptus ad Eccleſiæ ſervitium, ac bene morigeratus & honeſtus exiſtat. Item nullus novus introducatur in Eccleſiam, ſive Vicarius, ſive alius de primâ formâ ſive de ſecundâ ſive promovendus ad Altare, niſi per Decanum vel Capitulum; vel per ipſum Capitulum; in caſu in quo Decanus abſens fuerit amplius quam per menſem; & fuit declaratum; quod, quum Capitulum, debeat aliquem admittere abſque Decano, quatuor vel quinque Canonici in Capitulo convenirent ad minus & eſſent concordes. Item nullus Vicarius, vel de inferioribus miniſtris de novo admittatur in Chorum, niſi habet bonam Vocem, & qui contra formam in Articulis præmiſſis contentam, admiſſus fuerit, habeatur ut non admiſſus.

Statuta nova Eccleſiæ Metropolitanæ Eborum *conceſſa*, &c.

Ibid. fol. 42. HEnricus octavus Dei gratiâ *Angliæ* & *Franciæ* Rex, fidei defenſor, Dominus *Hyberniæ*, & in terrâ ſupremum caput Anglicanæ Eccleſiæ, Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino *Edwardo* permiſſione divina *Eboracenſi* Archiepiſcopo, *Angliæ* primati, & Metropolitano, decanoque ac capitulo Eccleſiæ noſtræ Metropoliticæ *Eborum*, ſalutem. Cum pretextu cujuſdam perverſæ conſuetudinis, ac quorundam ſtatutorum pretenſorum in Eccleſiâ noſtrâ Metropoliticâ *Eborum* predictâ, diu obſervatum fuerit, quod nullus ipſius Eccleſiæ Canonicus Præbendarius pro reſidenciario in dictâ Eccleſiâ reputaretur, ſeu quoviſmodo emolumenta quæ aliis Canonicis Præbendariis in eadem reſidentibus, occaſione hujuſmodi reſidenciæ debentur percipere poſſit, niſi in certis conviviis admodum ſplendidis, epuliſque nimium delicatis, ac aliis ſumptibus oneroſis valde plurimumque profuſis mille marcas monetæ Anglicanæ primo ſuæ hujuſmodi reſidentiæ anno, in Eccleſiâ prædictâ exponat nimio veriùs conſumat. Et ad hujuſmodi convivia, ſumptus, & expenſas; fructus redditus & proventus ex Prebendis ipſius Eccleſiæ, quæ diſtincte ſunt proveniantes non ſufficiant; ac propter ſumptuum & expenſarum hujuſmodi immenſitatem unus tantum in eâ nunc reſideat, quo fit, ut ipsâ Eccleſiâ diu inſignis, & jure primaciæ honorata ſuis miniſtris multum diſtituatur, magiſque indies veriſimile deſtituetur; ac per hoc divinus cultus quod abſit; diminuetur in eadem, niſi conſuetudo predicta & aliæ dictæ Eccleſiæ conſuetudines & ſtatuta reformatione & limitatione indigentia, reformentur, limitentur, & ad meliorem ſtatum reducantur: Nos igitur ipſius Eccleſiæ jugem profectum, & ſalutarem directionem pio zelante affectu, dictas conſuetudines, ſeu potiùs corruptelas ſivè ſtatuta hujuſmodi, ac etiam alias conſuetudines ſivè ſtatuta quæcunque dictæ Eccleſiæ ordinationibus & declarationibus noſtris infra ſcriptis ob . . . . . vel prejudicantia, tenore preſentium reprobamus & abolemus, ac pro reprobatis & abolitis haberi volumus. Atque inſuper, ut major numerus reſidentiarum & miniſtrantium in eadem Eccleſiâ, ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ad uberius relevamen & ſubſidium pauperum impoſterum; declarationes, limitationes, reſtrictiones, & ordinationes infra ſcriptas perpetuò in eadem Eccleſiâ obſervandas fecimus & ordinavimus; quas locum habere & obſervari ab omnibus reſidentiariis & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ volumus ſtatim, cum prefata ſtatuta noſtra in domo capitulari ejuſdem Eccleſiæ publicata aut per aliquem canonicum ejuſdem Eccleſiæ publicæ lecta fuerint. Imprimis ſtatuimus deinceps inter Canonicos ejuſdem Eccleſiæ perpetuis futuris temporibus obſervari volumus; quod Canonicus ejuſdem Eccleſiæ reſidentiam poſt hac in eadem Eccleſiâ incepturus in domo capitulari ejuſdem Eccleſiæ horâ capitulari conſuetâ coram decano ſi tunc ibidem affuerit, ſi autem abſuerit coram canonico vel canonicis & aliis ejuſdem Eccleſiæ miniſtris quos tunc in dicta domo capitulari adeſſe contigerit, & coram actuario capituli vel alio notario proteſtetur publicè, quod tali die reſidentiam ſuam primam inchoare proponit: quam proteſtationem & diem in eadem expreſſam, idem canonicus, per actuarium capituli ejuſdem Eccleſiæ vel alium notarium in ſcriptis redigi procurabit. Et ſic prefatus canonicus reſidentiam ſuam eodem die per illum in ſua proteſtatione limitato abſque impedimento aut alicujus contradictione, aut alicujus minimi aut minimorum ſolutione grati incipiat. Et ſi plures canonici ejuſdem Eccleſiæ eodem die

Reprobatio priorum Statutorum.

Proteſtatio Reſidentiarii.

Inchoatio Reſidentiæ.

die ſimiliter proteſtationes fecerint, ille ſenior reputabitur, qui prius proteſtatus eſt, & reſidere infra decem dies inceperit. Et hunc modum proteſtandi volumus tam ab omnibus ejuſdem Eccleſiæ canonicis obſervari, qui nunquam in eadem Eccleſiâ reſidentiam antea fecerint, quàm ab illis, qui antea reſidentiam fecerint. Et reſidentiarii aliquo caſu eſſe deſierint, quos tunc reſidentiarios deſinere intelligimus, ſi reſidentiam facere ſingulis annis in eadem Eccleſiâ, juxta ſtatuta noſtra deſeruerint. Item ad laudem & honorem Dei & divini cultus augmentum antiquis ſtatutis ejuſdem Eccleſiæ inhærentes & eadem declarantes, volumus & ordinamus, quod ſinguli canonici reſidentiarii ſtatutum antiquum de magnâ reſidentiâ firmiter in omnibus obſervent, præter illas clauſuras ejuſdem ſtatuti, quibus cavetur, quod canonici reſidentes in primâ ſuâ reſidentiâ conſueverunt & tenentur vicariorum & miniſtrorum munerum ad menſam duplicare : Et quod canonici reſidentiarii in magnâ ſuâ reſidentiâ, infra viginti ſex ſeptimanas ince . . . . de comunia percipient : quas clauſuras præſenti ordinatione damnamus, caſſamus, & irritamus; ac deinceps à dictis reſidentiariis obſervari noluimus : Statuentes igitur, quod omnes & ſinguli canonici in dictâ Eccleſiâ reſidentiam facturi, in ſuâ magnâ reſidentiâ communiam, & diſtributiones quotidianas, proventus, & redditus firmarum, ac omnia alia jura & emolumenta ad eandem Eccleſiam ſpectantia abſque aliquâ allocatione reſidentiæ ſuæ ab aliquo faciendum, juxta ratum temporis reſidentiæ ſuæ continuè percipiant ab ipſo die quo reſidere incepetint, & in prima ſua reſidentia per duodecem ebdomadas ante feſtum *Sancti Martini* in hieme vel Pentecoſtes in eadem Eccleſiâ continuè fecerint, & perimpleverint; Nec aliquis reſidentiarius ſit poſthac perpetuus firmarius aliquarum firmarum ejuſdem Eccleſ. ſed redditus & proventus earundem firmarum aliqualiter inter reſidentiarios dividantur, prout redditus, & cætera emolumenta ejuſdem Eccleſiæ ſuperiùs ſpecificatur diſtribui ſtatuuntur. Hoc tamen proviſo, quod tanta portio commune tantum ipſius Eccleſiæ, pro theſauro *Sancti Petri* ſervetur, & fideliter juxta antiquum ſtatutum ejuſdem Eccleſiæ deponatur, quanta unius canonici reſidentiarii portio commune ſe extendit : quod ſtatutum volumus, & mandamus firmiter & inviolabiliter obſervari. Si nullus in eadem Eccleſiâ ſit Reſidentiarius, Volumus quod tota communia ipſius Eccleſiæ Theſauro S. *Petri* integrè applicetur, & fideliter reponatur, ac ad uſum Eccleſiæ, prout neceſſitas exigit & requirit abſque diminutione ſolvetur. Item ne ſit in poteſtate Reſidentiariorum ipſius Eccleſiæ tantum bona, ſeu jura ipſius Eccleſiæ noſtræ alienare aut aliter mutare, & ad proprium libitum diſponere & conſumere; ſtatuimus, quod omnes & ſinguli Canonici ejuſdem Eccleſiæ etiam, non Reſidentiarii, quos tunc in Civitate noſtrâ *Eborum* adeſſe contigerit, ad omnia Acta Capitularia ſeu aliàs ipſam Eccleſiam vel Capitulum tangentia & concernentia vocentur; & de eorundem Canonicorum tunc preſentium ſeu majoris partis conſenſu, omnia acta prædicta tractentur & expediantur, aliorum abſentium & monitorum contumatiis non obſtantibus, cum conſtat eoſdem Canonicos etiam non Reſidentiarios fratres & membra ejuſdem Eccleſiæ eſſe ac Capitulum ejuſdem Eccleſiæ cum cæteris Canonicis facere, Et quicquid in contrarium actum fuerit, id nullum & invallidum tenore præſentium, declaramus. Item ne ſimili diſpendio gravetur Eccleſia prædicta, ſi unus tantum Reſidentiarius omnes claves ciſtæ, in quâ Sigillum commune cuſtoditum ſervaretur, Statuimus, quod prædicta Ciſta ad minus tres habeat ſeras diverſas & totidem Claves, quarum unam per Decanum dictæ Eccleſiæ ſi adſit & duas alias per duos Canonicos Reſidentiarios juxta ſenioritates ſuas cuſtodiri volumus, Et ſi totidem Reſidentiarii non fuerint, tunc dictas duas Claves, per Præcentorem & Cancellarium (& uno eorum abſente) per *Theſaurarium* ejuſdem Eccleſiæ; & ipſis abſentibus per duos Canonicos juxta ſenioritates ſuas cuſtodiri præcipimus. Ulterius ſtatuentes & tenore præſentium mandantes, quòd tres Claves prædictæ nunquam ſint in cuſtodia ſolius Decani vel alicujus Canonici-Residentiarii ſolum, ſed ſemper prædictæ tres Claves sint in Cuſtodiâ trium perſonarum, prout eſt ſuperiùs ſtatutum. Item ut omnis conſuetudo prodigalitatem & pompam nutriens, ab ipsâ Ecclesiâ abroleatur, Volumus & ſtatuimus, quod Residentiarii in majori & minori Residentiâ in Aula, vel alibi in prandiis ad placitum ſuum ſedeant cum nulla ratio ſuadeat cur magis in Aula ſit ſedendum quàm alibi. Item ad laudem & honorem Dei & divini cultus augmentum in Ecclesiâ prædictâ futuris temporibus providentes, ſtatuimus, quod ſi sint duo aut tres Residentiarii in eadem Ecclesiâ, ſemper unus eorum, ad minus, per totum annum ſit præſens, & in eadem Ecclesia resideat; Et ſi ſint quatuor, aut ſex Canonici-residentiarii, ſemper duo eorum ad minus, ſi verò sint quinque, interdum tres, & aliquando duo, continuo Residentiam faciant perſonalem in eadem Ecclesiâ, prout inferiùs plenius providetur.

Ut hujuſmodi igitur ſtatutum pleniùs, declaretur, & futuris temporibus imperpetuum firmiter & inviolabiliter ab omnibus ejuſdem Ecclesiæ Residentiariis ſervetur, Volumus, ſtatuimus, & per præſentes mandamus, quod ſinguli Residentiarii ejuſdem Ecclesiæ, ad domum Capitularem ibidem singulis annis in feſto S. *Martini* in hyeme accedant, & factâ per Decanum & Residentiarios ſeu eo abſente, per ſeniorem Residentiarium, & cæteros Residentiarios equali divisione ebdomadarum totius anni, Decanus & cæteri Canonici Reſidentiarii; ſeu eo abſente ſenior Residentiarius, cum eiſdem Canonicis ſingulis Residentiariis, dies, hebdomadas, & menſes, quibus ſinguli residebunt juxta ſenioritates ſuas aſſignabitur : Ita quod ſint duo vel tres Residentiarii ſemper unus ad minus Residentiarius in eadem Ecclesiâ resideat, & ſenior Residentiarius residere incipiat & Residentiam ſuam per dies,

Statutum antiquum de magnâ reſidentiâ eſt obſervandum.

Allocatio Reſidentiæ.

S. Petri pars.

Tres ſeræ & claves.

Pompa fugienda.

Numerus Reſidentiariorum.

Diſtributio dierum.

dies, ebdomadas, & menſes ſibi, ut præfertur, aſſignatas continuò perficiat; quo tempore finito, ſecundus poſt eum, & demùm tertius ſinguli juxta ratam temporis ſic, ut præfertur, diviſi & ſibi aſſignati reſidentiam ſuam incipiant & compleant. Si verò ſint quinque Reſidentiarii diviſis, ut præfertur, æqualibus ebdomadis, duo ſeniores reſidentiarii, juxta tempus eis aſſignatum, reſideant. Si vero ſint quatuor aut ſex, ſemper duo ad minus ſint continuò præſentes, & in eadem Eccleſiâ reſideant, juxta tempus eis & eorum cuiliber, juxta ſenioritates ſuas limitatas reſideant; quibus diebus, menſibus & ebdomadis ipſi Reſidentiarii *Veſperis*, *Matutinis*, & altæ Miſſæ, ad minus, interſint, niſi infirmitate, aut aliâ juſtâ causâ impediti fuerint, ſub pœnâ amiſſionis diſtributionum illo die debitarum. Hoc tamen ſemper proviſo, quod omnes & ſinguli Canonici-Reſidentiarii, non minus quàm per viginti quatuor ebdomadas ſingulis annis in dictâ Eccleſiâ reſiderint; aliàs pro non Reſidentibus reputentur, & omni commodo Reſidentiariis debitò, pro eo anno omnino careant, niſi aliquâ ægritudine ad præmiſſa facienda impediti fuerint. Dies tamen recreationum quæ juxta antiqua ſtatuta munitionum vocabuntur, ex dictis viginti quatuor ebdomadis deduci volumus; dummodo non extendant ultra dies munitionum in antiquis ſtatutis limitatas. Si vero unicus tantum ſit Reſidentiarius in dictâ Eccleſiâ, qui totum commodum commune ipſius Eccleſiæ percipiet, equum & rationi conſonum nobis viſum eſt, ut qui majori commodo fruitur, etiam majorem laborem ſubeat, & agnoſcat. Unde, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinavimus; quod, ſi in dictâ Eccleſiâ ſit unicus tantum Reſidentiarius, ille omnibus Feſtis duplicibus per totum annum, ac etiam per triginta ebdomadas ſingulis annis reſideat & divinis interſit, diebus recreationum conſuetis tantùm exceptis, aliàs pro non Reſidentiario reputabitur.

Infirmitas juſta cauſa.

Archidiaconi *Eborum*, *Nottinghamiæ*, *Eaſt-Ridingiæ*, & *Cleavelandiæ* ratione Canonicatuum ſuorum in eadem Eccleſiâ reſidentes, pro viſitationibus in minori Reſidentiâ habeant triginta dies, in quibus nichilominus pro Reſidentibus reputentur, modo Archidiaconatus ſuos perſonaliter viſitent niſi fuerint infirmitate detenti, aut aliquâ aliâ juſtâ causâ & rationabili per Capitulum, vel majorem partem Capituli approbandum impediti, in majori Reſidentiâ obſervent Statutum magnæ Reſidentiæ, ſicut cæteri Canonici ſimplices Reſidentiarii. *Item* licet Residentiarii ejuſdem Eccleſiæ, ultra viginti quatuor ebdomadas in quibus ex ſtatuto & conſuetudine ejuſdem Eccleſiæ reſidere tenentur per aliquot dies, ebdomadas, ſeu menſes in eadem Eccleſiâ Reſidentiam fecerint; nichilominus tamen iidem Canonici anno ſequenti Reſidentiam ſuam, per viginti quatuor ebdomadas compleant: nec præfati dies, ebdomadæ, aut menſes anni Prioris, in numero viginti quatuor ebdomadarum annuum ſequentium computabuntur. *Verumtamen*, quia dignum eſt, ut qui laborat manducet; Volumus, ut communiam quotidianam ſolitam, juxta antiqua Statuta ejuſdem Eccleſiæ ſinguli Reſidentiarii pro illis diebus, ebdomadis, & menſibus integrè percipiant, dummodo illis diebus divinis interſint. *Item* quod nullus Canonicus ejuſdem Eccleſiæ pro Reſidentiario reputabitur, niſi qui in domo aliquâ Canonicali, infra vel propè clauſuram dictæ Eccleſiæ reſideat, in quâ pro tempore Reſidentiæ ſuæ inhabitaret; & niſi qui Centum libras in annuo redditu ad minus, vel beneficiis ſingulis annis habeat & expendere poſſit, Excepto Decano cui, ſi Canonicus ejuſdem Eccleſiæ fuerit, Reſidentiam ſuam ſervare, & facere in domo aliquâ Canonicali, vel domo Decanatus ſui, infra clauſuram dictæ Eccleſiæ tenore præſentium, concedimus. *Item* ubi Vicariorum choralium ejuſdem Eccleſiæ Metropoliticæ in majori reſidentiâ quatuor, cum rubris mantellis, & in minori reſidentiâ duo ſingulis diebus in menſâ, & in prandio una-cum Reſidentiariis intereſſe ſolebant, cum Canonici ejuſdem Eccleſiæ id eis nullâ ratione exiſtimantur deberi; Nos tranquillitati utriuſque partis & indempnitati Vicariorum providentes, & conſulere volentes; ſtatuimus, quod dicti Vicarii deinceps jus aliquid ſeu intereſſe in menſâ, & prandiis Reſidentiariorum non vendicent. Tamen ut dictorum Vicariorum devotionem ad divinum officium magis ſollicitè & diligenter exequendum; & ut relictis ſeculi curis ſolum rebus divinis intendant excitemus; Volumus, & præſenti ordinatione ſtatuimus, quod præfati Vicarii, cum ſingulis Canonicis majorem reſidentiam incipientibus, in ipſo primo ingreſſu quinque libras *Sterlingorum* recipient & habebunt: Recipient etiam iidem Vicarii ſingulis annis à Canonicis Reſidentiariis ejuſdem Eccleſiæ ſex libras treſdecem ſolidos & quatuor denarios ad duos anni terminos eis ſolvendum per equales portiones, viz. ad Feſtum *Pentecoſtes* tres libras ſex ſolidos & octo denarios, & ad Feſtum *Sancti Martini* in Hyeme tres libras ſex ſolidos & octo denarios ad commodum & uſum ipſorum proprium, præter illos quadraginta ſolidos quos iidem Vicarii annuatim à ſingulis Canonicis ejuſdem recipiunt, niſi aliter, juxta antiqua Statuta pro Vicariis ſuis providerint in expenſis.

100 *l. redditus beneficia.*

5 *l. dandæ Vicariis.*

Et quum nobis nichil magis ſit cordi, quàm ut Verbum Dei in quo animæ ſalus conſiſtit, per univerſum regnum meum propagetur & declaretur, ad rudis & ignari populi eruditionem, Statuimus & Ordinavimus, quod ſinguli Canonici ejuſdem Eccleſiæ Canonicatus & Præbendas ad ſummam octo librarum in eadem Eccleſiâ obtinentes, ſingulis annis in Feſto *Sancti Martini* vel infra quindecim dies dictum Feſtum immediatè ſequentes ſex ſolidos & octo denarios per ſe vel alios, manibus Cancellarii ejuſdem Eccleſiæ, ſeu ejus deputatus vel aſſignatus abſque ulla petitione aut monitione prædictâ pro concionatoribus in eadem Eccleſiâ inveniendis contribuant, ſub pœna Sequeſtrationis & Venditionis fructuum, & proventuum Præbendarum

Pœna Sequeſtrationis.

rum & Canonicatuum ſuorum ad valorem dictorum ſex ſolidorum & octo denariorum; quam ſequeſtrationem & venditionem ad dictum valorem, cum cujuſlibet cohertionis Eccleſiaſticâ poteſtate contra Violatores ejuſdem ſequeſtrationis exercendâ, Volumus per dictum Cancellarium aut ejus deputatum nulla monitione præſidenti fieri & interponi. Et idem Cancellarius, pro Contionatoribâs piis & doctis ad purè & ſincerè prædicandum Verbum Dei in eadem Eccleſiâ, vel domo Capitulari ejuſdem, diebus *Rogationum*, & diebus Dominicis, ac aliis anni temporibus, juxta diſcretionem ſuam provideat, nominet, & aſſignet. Et præfatus Cancellarius ſingulis annis treſdecim ſolidos & quatuor denarios de prædictis contributionibus, pro laboribus ſuis in hac parte retineat: Et quod reſiduum fuerit, per dictum Cancellarium aut ejus deputatum de conſilio & conſenſu Capituli ejuſdem Eccleſiæ inter pauperes, ſingulis annis in dicto Feſto *Sancti Martini*, vel infra octo dies immediate ſequentes erogetur: Hoc tamen adjecto moderamine, quod tales Prædicatores licentiam prædicandi ab Archiepiſcopis *Eborum*, qui pro tempore fuerint, priùs petant, & eorum ſingulis munitam obtineant. *Hoc* tamen proviſo quod per hoc ſtatutum non intendimus Decanum ejuſdem Eccleſiæ vel dictum Cancellarium, ſeu quemvis alium exonerare ab illis concionibus vel prædicationibus ad quas faciendas ſive inveniendas ex ſtatuto, ordinatione, aut conſuetudine in dictâ Eccleſiâ tenentur aut aliquo pacto obligantur. Et ut prædictis Statutis noſtris nullus contradicere aut aliquâ causâ, ſeu colore ea impugnare aut eiſdem contravenire audeat; ſed ea omnia & ſingula firma, & illibata futuris perpetuis temporibus in eadem Eccleſiâ ſerventur, Nos *Henricus* Octavus Dei gratiâ *Angliæ* & *Franciæ* Rex Fidei Defenſor, Dominus *Hiberniæ*, ac in terris poſt Deum totius *Anglicanæ* Eccleſiæ ſupremum Caput, prædicta Statuta omnia & ſingula, auctoritate noſtra confirmamus & approbamus ac ab Omnibus & ſingulis in eadem Eccleſiâ Dignitates, Canonicatus, Miniſteria, vel Officia obtinentibus, vel impoſterum obtenturum, quatenus eos tangunt, & communiter firmiter obſervari præcipimus & mandamus, & Canonicos ejuſdem Eccleſiæ omnia & ſingula Statuta & Ordinationes noſtras prædictas violentes ſeu non obſervantes, omni commodo Reſidentiariis debito carere volumus, & tenore præſentium decernimus, niſi egritudine ad præmiſſa faciendum impediti fuerint. In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus patentes, Teſte me ipſo apud *Weſtmonaſterium* tertio die *Junii* Anno regni noſtri triceſimo tertio.

Pœna contradicentium.

Per ipſum Regem & de datâ prædictâ auctoritate Parliamenti.

Inventorium omnium Jocalium, Vaſrum Auri & Argenti, ac aliorum Ornamentorum Veſtarum & Librorum ad Eccleſiam Cathedralem Eborum *pertinentium in cuſtodio Subthеſaurarii ejuſdem Eccleſiæ: Cum jocalibus & aliis proùt inferius patet, una cum moneta in Ciſta* Sancti Petri.

IMprimis, Una Mitra bona, ex dono Dom. *Walteri Gifford*, cum appenditiis ſuis.

Item una Mitra pretioſa cum appenditiis ſuis, ex dono Domini *Walteri Grey*.

Item una Mitra cum appenditiis bene ponderans, ex dono Dom. *Johannis Thoreſby*.

Item una Mitra novæ formæ, empta per Capitulum ab Executoribus Domini *Walteri Skirlow* dudum Epiſcopi *Dunelm.* cum iiiior. *les Owchez* ſex lapidibus pretioſis & multis *le Perles*.

Item una Mitra parva cum *Petris* pro Epiſcopo puerorum.

Item una Mitra frictata cum Argento & reband. de Auro, ex dono Domini *Johannis Thoreſby*.

Item una Mitra de albo ſerico cum riband de Auro.

Item una Mitra de albo ſerico ornata cum Argento de Aurata, in circumferentiis cum pretioſis lapidibus, & quatuor lapidibus, Roſis pendentes ſuper ramos de peryll. aurati & totidem ret. cum lapidibus pretioſis in dictis roſis; excepta una Roſâ qua caret lapide, ex dono *Roberti Clifton* Militis Executoris teſtamenti bene memoriæ Domini *Willielmi Bothe* nuper *Eborum* Archiepiſcopi.

Item una pretioſiſſima & magna Mitra cum duobus pend. auro circumdata & lapidibus pretioſis, Saphiris & Rubeis, valoris ſeptingentarum marcarum per eſtimationem; ex dono Domini *Thomæ Rotheram* Archiepiſcopi *Eborum*.

Item una Mitra cum ſex foliis & *le Treyfoyles* cum duabus pendulis & quatuor *le Pearles* in ſex foliis & aliis lapidibus. A°. 1510.

Baculus Paſtoralis.

Unus Baculus Paſtoralis argenteus & deauratus ex dono Domini *Thomæ Arundell* nuper *Eborum* Archiepiſcopi.

Annuli.

Unus magnus Annulus Pontificalis cum lapide vocato *Emered* in medio, & in circumferentiis ſuis quatuor Rubee & 4 magnæ margaritæ ex dono Domini *Willielmi Greenfeild* quondam *Eborum* Archiepiſcopi.

Item unus Annulus Pontificalis, cum unâ *le Perledz* in medio & parvis lapidibus pretioſis & *le perles* in circumferentiis.

Item unus Annulus Pontificalis cum magno Saphyro & duodecem *le perles* dudum Dom. *Ricardi Scrope* Acchiepiſcopi *Eborum* datæ Eccleſiæ per viam conſcientiæ.

Item unus Annulus Auratus cum una *le balace* olim Dom. *Walteri Gifforde.*

Item tres Annuli Pontificales cum Saphiris magnis.

Item duo Annuli minores, quorum unus cum lapide Saphiro, & alter cum lapide vocato *Emered.*

Item tres Annuli Auri, unus cum lapide vocato *Emered*, & duo alii cum *le ballace*; unus quadratus, alter rotundus.

Item sex Annuli Aurati, unus videlicet cum imaginibus *Adæ* & *Evæ*; duo habentes lapides vocatos *le ballace*; unus alius de Saphyre alter de *Emered*; sextus parvus cum lapide *le ballace.*

Item unus Annulus pro Episcopo puerorum, & duo Archys. Unus in medio ad modum Crucis cum lapidibus in circumferentiis cum alio parvo cum uno lapide in medio vocato *Turkas.*

Crismatorium.

Unum Crismatorium argenti ornatum & deauratum, dudum D. *Ric. Scrope.*

Item quatuor Spinetra de auro, tria eorum cum lapidibus pretiosis.

Item duo Spinetra argentea, & duo monilia argentea super quorum . . . . . *Johannes Baptista* & super aliò S. *Johannes Evangelista*, unum parva pixide de ebore.

Calices.

Item unus Calix pretiosus cum patena de auro & lapidibus pretiosis, tam in pede quam in Nodo, cum quatuor lapidibus pretiosis in patenâ, ex dono domini *Walteri Gray*, ponderis 3 *l.* & 1 unciæ.

Item unus Calix de auro cum patena de nova factione, cum imagine in pede in sculptâ & enamelyd in circumferentiis, ponderis 3 *l.* 8 unciarum & quarterium.

Item unus Calix cum patenâ de auro novæ formæ, cum armis Domini *le Ross* & pendens scriptura *Jesu filii Dei*, *&c.* in patenâ ex dono D. *le Ross* ponderis 2 l. 3 unc. & dimid.

Item unus Calix cum patenâ argenteâ & deauratâ ex dono Dom. Cardinalis *Palestinæ* quondam Præbend. de *Masham*, ponderis 2 l. 5 unc. dimid. cum armis in pede & 3 Deskalopz & 1 Leon.

Item unus Calix cum patenâ argenti & deauratâ, ponderans 17 uncias 3 quarter. ex dono *Nicholai Keld* executoris testamenti D. *Tho. Garton*, quondam Thesaurarii, qui quidem Calix remanet ad Altare *Beatæ Mariæ.*

Item unus Calix cum patenâ argenteus & deauratus, ex dono magistri *Thomæ Haxey* olim Thesaurarii, ponderis 4 l. & x. unciarum, cum scripturâ in patenâ bill. cum judic.

Item unus Calix novus cum patenâ argenteâ non deauratâ, ex dono Ducissæ *Buck.* ponderis 9 l. 7 unciarum & 3 quarteriarum, cum vernaculo in patenâ.

Item unus Calix argenteus & deauratus, cum ymagine crucifixi in pede & agnum in patenâ.

Item unus Calix argenteus & deauratus cum ymagine *Trinitatis* in patenâ.

Item unus Calix de argento cum manu Salvatoris in modum benedictionis.

Phialæ.

Item duæ Phialæ pretiosæ argenteæ & deauratæ ex opere subtili, cum lapidibus pretiosis annexis, ex dono D. *Walt. Gifford* Archiepiscopi *Eborum* ponderis 4 l. 2 unciarum.

Item tres magnæ Phiallæ ex argento, quarum duæ sunt pro oleo sancto, & infirmorum; & tertia deaurata pro chrismate.

Item duæ Phialæ argenteæ deauratæ factæ ad modum Cygnorum stantes super Castrum in parte enamelyd, ex dono *Thomæ Arundell* quondam Archiepiscopi *Eborum* ponderis 2 l. 11 unc. 1 qu.

Item duæ Phialæ argenti deauratæ cum ymaginibus beatorum *Petri* & *Pauli* sculptæ circa corpora eorum, ponderans 2 libras unam unciam & dimid.

Item duæ Phialæ largæ argenti & in circumferentiis olim deauratis cotidie occupatæ ad summum Altare.

Item una Phiala argentea & deaurata cum cunea in summitate legente sc. librum.

Item alia Phiala argentea & deauratà ejusdem sectæ sc. minorum cum 2 *le Spowts.*

Item duæ Phialæ argenteæ cum litera *M.* deauratæ.

Ollæ.

Item una Olla argentea deaurata cum scutis *Angliæ* enamelatis ponderis 3 l. 1 unciæ.

Item duæ magnæ Ollæ argenti deauratæ cooperiæ, continentes in summitate stellas blodas ponderans . . . . .

Item duæ Ollæ argenteæ deauratæ ponderis - - - -

Item duæ Ollæ argenteæ ponderis 75 unciarum habentes scilicet coopertoria utriusque eorum arma bona memoria *Martini Collyns* quondam Thesaurarii Ecclesiæ *Eborum* Canonici residentiarii eadem posita in Cistam Communem in vestibulo Ecclesiæ *Eborum* prædictæ pro salute animæ ejusdem *Martini*, ad usum Ecclesiæ *Eborum* & Canonicorum residentium in eadem, & præsertim Canonici illius Ecclesiæ residentium junioris pro tempore existentis & suæ *indigentiæ* nullo modo in posterum vendendum seu alienandum, sed pro perpetuo ad usum, ut permittitur, occupandum & conservandum; & post suam indigentiam in præfatam Cistam communem deponendam.

Pelves.

Item duæ magnæ Pelves argenti deauratæ, cum rosis albis infra *le garter* in medio.

Item duæ Pelves argenteæ deauratæ cum Rosis *emboss'd* & radiis.

Item

Item duæ parvæ Pelves de auro ex dono D. *Walteri Gifford*, ponderis 3 l. 6 unc. dim.

Item duæ Pelves Argenteæ & deauratæ cum Armis Regis *Angliæ* & *Franchiæ* in fundo ex dono *David Wallor*, ponderis 5 librarum 1 unc. dim. quarter.

Item duæ Pelves parvæ argenteæ & deauratæ habentes Roſas in fundis & in medio Roſarum ſcuta de Bloda & auri; ponderans 26 uncias ex dono magiſtri *Willielmi Pateman*.

Item duæ parvæ Pelves argenti cum Roſis deauratis ac clavibus & mitrâ in medio Roſarum, ponderis - - - -

Item una Pelvis argentea cum Roſis att: . in fundo

Candelabra.

Duo Candelabra magna argenti & deaurata cum Ollis & Roſis ſculptis in pedibus, ex dono D. *Alex Nevil* dudum Archiepiſcopi *Eborum*, ponderis 6 lib. 9 unc. 1 dim.

Item duo Candelabra argentea in circumferentiis bacillata in ſummitate, ex dono D. *Johannis Newton* Theſaurarii, ponderis 5 lib. 2 unc. 1 quart.

Item duo Candelabra magna & alta argentea & deaurata cum Armis D. *le Scrope*, ex dono Domini *Johannis* Domini *le Scrope* ponderis 8 *l*. 4 unc.

Item duo Candelabra cotidiana quadrata ponderis 5 lib. 2 unciarum.

Item duo Candelabra de Chriſtall cum nodis & pedibus argenti ponderis 6 li. 4 unc. dim.

Item duo Candelabra de novo empta cum culmis deauratis ponderis 5 li. 6 unc,

Item unum Candelabrum baſs-argent in parte deauratum cum manubrio.

Navis.

Item una Navis argentea pro thure deferenda deaurata, cum uno *cocliari* argenteo deaurato, ponderans 2 libras & dimidium unciæ.

Item una Navis parva argentea, cum uno cocliare argenti ponderans 6 unc. dim.

Sconſa.

Item una Sconſa argentea deaurata pro majori parte quadrata, ponderans 2 libr. dim. unc.

Item una Sconſa argentea rotunda non deaurata, ponderans 1 lib. & 5 uncias.

Thuribula.

Item unum Thuribulum auratum ponderans 7 li. 5 uncias dimid.

Item duo magna Thuribula argentea deaurata, cum feneſtris ſuperiore enamelyd ac capitibus Leopardarum fumum emittentibus ex dono Domini *Thomæ Arondell* Archiepiſcopi *Eborum*, ponderis 16 l. 6 unc. & dimid.

Item unum novum Thuribulum argenti deauratum cum parvis roſis argenti in circumferentiis Chonchæ ſuperioris ex dono D. *Stephani Scrope* ponderans 4 lib. 8 unc. & dim.

Item duo Thuribula argentea unius ſectæ cum feneſtris apertis ſuper conchas ſuperiores cum conchis de ferro clavato ponderis 10 lib. 1 unc dimid.

Item duo Thuribula argentea plena feneſtris aliquantulum fracta; una cum Conchis de ferro ponderis 8 lib. 9 unciarum.

Item novum Thuribulum argenteum deauratum, cum parvis Roſis argenteis in circumferentiis conchæ ſuperioris, ex dono Executorum Domini *Roberti Weldon* quondam Theſaurarii hujus Eccleſiæ ponderans 4 lib. 1 unc. & dimid.

Cunæ.

Item una magna Cuna pro aqua benedicta cum yſopo de argento pond. 9 li. 3 unc.

Item una minor Cuna pro aqua benedicta cum yſopo de argento ponderans 3 li. 5 unc.

Item una Cuna cum yſopo argentea in parte deaurata ponderis - - - -

Item unum ſalarium argenteum intùs deauratum, pro ſale in Dominicis diebus benedicendo, ponderis 3 unciarum & dimidii.

Item unus yſopus de argento.

Cruces.

Item una Crux aurea cum Reliquiis, *viz.* de Columpna ad quam Chriſtus ligatus ſune ex dono M. *Steph. Scrope* quondam Archidiaconus *Richmond* cum pede penis 1 l.

Item una magna Crux aurata cum pede argenteâ, & in eadem pede una Imago aurea cum manibus legatis ad modum Chriſti, ponderis 8 librarum ſex unciarum.

Item una parva Crux aurea cum portione ligni Crucis Domini in medio cum pede argenteo deaurato, ponderans 2 libras ſex uncias.

Item Crux proceſſionalis cum ymagine Crucifixi de auro, tribus pulchris Saphyris in corveriis infixis, & una ballace in ſummitate, ponderans 3 libras 4 uncias dim.

Item una Crux aurata cum uno magno dyamond in pede & tribus magnis Diamonds pedibus Crucifixi ex dono Dom. *Stephani Scrope*, ponderans 7 uncias.

Item una magna Crux argentea deaurata cum ymagine B. *Mariæ* in uno Tabernaculo inferiore parte &; ymaginem Crucifixi cum *Mariâ* & *Johanne* in ſuperiore parte ſtantes ſuper quatuor Angelos, ex dono M. *Johannis Newton* olim Theſaurarii, pond. 8 li. 10 unc.

Item duæ Cruces cum ymagine Crucifixi argenteæ deauratæ unius ſectæ cum quatuor Evangeliſtis in Corneriis de albo argenteo, & duabus ymaginibus B. *Mariæ* in Tabernaculis ſuper pedem ſtantem ſuper quatuor Leones, ex dono Dom. dicti Magiſtri *Johannis Newton*, ponderans 5 libras 3 uncias.

Item una Crux argentea deaurata cum ymaginibus *Mariæ* & *Johannis*, cum pede rotundo, & rotundo nodo inter pedem & Crucifixum, ponderis 2 li. 7 unc.

Item una Crux proceſſionalis pro haſtâ argenteâ deauratâ pro diebus ferialibus, ponderans unam libram, decem uncias & unam quarteriam.

Item una Crux de rubeo Jaſpide ornatâ cum argento deaurato cum *Petris* infixis in pede ligneo depicto, ex dono Magiſtri *Johannis Newton*.

Item una Crux de Chriſtallo cum Pulchro pede benè ſculpta, pond. 4 li. 5 unc. dim.

Item una Crux magna pro haſtâ argenteâ deauratâ cum *le Flower de luce* in corneriis, quæ Crux plena eſt cum ligno, ex dono D. *Joh.* Domini *le Scrope* de *Upſall*, ponderis ſex librarum.

Item una magna Crux ſtans ſuper ſex baſes, habentes ſex Angelos in Pinnaculis earundem baſium, & duos Angelos ſuper baſes, tenentes in manibus reliquias Caſulæ & ſotularium B. *Petri* Apoſtoli, habentes autem albas ymagines Crucifixi & duorum latronum, cum aliis ymaginibus juxta pedem & multis lapidibus precioſis Rubeis & Saphyris, ex dono Regis *Richardi* tertii.

Item una magna Crux cum ymaginibus Crucifixi *Beatæ Mariæ* & *Sancti Johannis* ſtans ſuper pedem, cum armis Domini *le Scrope*, ponderis - - - - -

Item alia Crux cum Crucifixo & ymagine *Beatæ Mariæ* & *Sancti Johannis* ac tribus Angelis ſubtus, ponderis - - - -

Item una parva Crux de auro cum Crucifixo & ymagine *B. Mariæ* & *Sancti Johannis* cum Leone alſo ac uno *le creſſant*, cum Coronâ in medio, pond. - - -

Item una parva Crux cum Reliquiis & lapidibus pretioſis.

Item una Crux cum anteriore parte de auro & tribus magnis Saphyris & longa portio ligni Crucis Domini, cum pede argenteo deaurato, ponderis 2 lib. 6 unc.

Item una Crux quadrata ſtans ſuper *Montem Calvariæ*, cum ymagine *Beatæ Mariæ Magdalenæ* in nigro.

Imagines.

Item ymagines B. *Mariæ*, quarum una argentea deaurata ſedet in Cathedra, ponderis 19 li. Altera argentea deaurata portans puerum, cum lapide Saphyro in manu ſua, quam ebdomedarius portat cotidie ad miſſam ad ſummum Altare, ponderans 5 libras 11 uncias.

Item ymago *B. Mariæ* Virginis de auro, ponderis 3 unciarum dim. & 20. d. ex legato M. *Thomæ Ebden* ad deponendum in fine orientalis feretri Domini *Ricardi Scrope*, quondam Archiepiſcopi *Eborum*.

Item ymago magna B. *Mariæ* Virginis argenti deaurata, cum puero in manu dextra & liliis in ſiniſtra, ponderis - - -

Item ymago *Sancti Pauli* cum libro in dextrâ manu, & gladio in ſiniſtra, ponderis - - - -

Item ymago *Sancti Petri* argenti deaurati, cum clavibus in manu dextra & libro in ſiniſtra, ponderans - - - -

Item ymago Sancti *Johannis Baptiſtæ* cum Agno & Cruce, ponderis - - -

Item Caput Sancti *E* . . . . & ſtans ſuper quatuor Leones de cupro aurato quod remanet ad rubeam ciſtam.

Item ymago *Beatæ Mariæ* Virginis cum libro in manu ſiniſtra & armis Domini *le Scrope* in fundo ponderans - - - -

Item ampulla argentea cum libro in eadem, ponderans - - - -

Item *Aſſumptio B. Mariæ* Virginis cum jocali ſtans ſuper quatuor columpnas cum armis Domini *le Scrope* pond. - - -

Item ymago *Sancti Gabrielis* cum armis Domini *le Scrope* in fundo.

Item ymago *Sanctæ Margaritæ* argentea deaurata cum Cruce in manu dextra & libro in ſiniſtra, ſtans ſuper Draconem Viridem jacentem ſuper viridem montem cum pede argenteo deaurato, cum armis Domini *Thomæ Rotheram* nuper Archiepiſcopi *Eborum* ſuper ſummum Draconis.

Haſta.

Item una Haſta longa argentea deaurata pro poceſſionibus, ex dono Executorum Magiſtri *Willielmi Walthan* quondam hujus Eccleſiæ Canon. pro animâ ejuſdem.

Item una Haſta argentea deaurata, cum Nodis rotundis.

Item una Haſta argentea quod Dominus *Robertus Semar* fieri fecit.

Reliquiæ.

Item unum feretrum de Beryl ornatum cum argentéo deaurato ac enamelato cum pretioſis lapidibus & fixis, continens crines *Sancti Willielmi*, & cum aliis.

Item magnum rotundum Beryl ornatum cum argento deaurato ac enamelato ſtans ſuper duos Draconis cum capitibus duplicatis ac diverſis reliquiis incluſis, ex dono *Thomæ Sampſon*, ponderans quatuor libras & quinque uncias.

Item unum Berill ornatum cum argento deaurato ad modum Cuppæ coopertæ cum Cruce in ſummitate Cooperculi pro corpore Chriſti portando, ex dono Domini *Ricardi Scrope* Archiepiſcopi, ponderis 3 librarum & octo unciarum.

Item unum brachium de argento deaurato, cum manu & annulo in majori digito, continens Brachium *Wilfridis*, ponderis 6 li. 10 unc.

Item dua Spinæ Coronæ Domini ſuper unam Stirpem, incluſæ in auro poſito in capſula de coreo ornato cum argento deaurato cum cathenâ argenteâ ac ſera & clave ex dono Domini *Thomæ Arondell* Archiepiſcopi *Eborum*, ponderis 2 unciarum & unius quarteriæ auri

Item duæ Spinæ Coronæ Domini in una Beryl incluſa in eadem Capſula.

Item ſeptem Reliquiæ de Beryl diverſæ formæ cum reliquiis ornatis cum argento deaurato ordinato pro procuratoribus fabricæ Collegii Chriſti fidelium eleemoſinas in patera, quarum

rum una est liberata Custodi fabricæ *Sancti Petri*, de Pilis *Sancti Willielmi* & aliorum.

Item una Pixis argentea cum scriptura circa eandem *Eligæ* de *Optimis* pro Pane portandum diebus ferialibus, ponderis decem unciarum & dimid.

Item una Reliquia de novo empta, cum Crucifixo in summitate & ymago *Beatæ Mariæ* subtus cum Beryl in medio, ponderis 7 li. 5 unc. & dim.

Item una Pixis argentea deaurata cum rotundo Nodo pro Pane portando ad summum Altare in Festis duplicatis ponderans unam libram.

Item una Reliquia cum rotundo Beryllo in medio cum uno *le botros* ex utraque parte & Cruce cum Crucifixo in sunimitate stante super uno parvo Beryllo rotundo, ex dono Magistri *Thomæ Haxey*, ponderans 18 uncias.

Item duæ Reliquiæ cum Berill in medio & Cruce in summitate deauratæ unius sectæ, ex dono ejusdem Magistri *Thomæ*, ponderis quindecem unciarum.

Item unum Coffur & unas Pixis de *Ebore* ornata cum argento deaurato.

Item tria Abditoria & tres Pixides de *Ebore* ornatæ cum Cupro deaurato.

Item una Vagina aurata cum lapidibus pretiosis posita in una pixide longâ.

Item una Reliquia continens in Berill unum dentem S. *Apoloniæ* cum ymagine S. *Georgii* in summitate cum aliis Reliquiis argento deaurato, continentes manus *Apostolorum Petri & Pauli*, ex dono Domini *Roberti Clifton* Militis, Executoris Testamenti bene memoriæ D. *Willielmi Booth Eborum* Archiepiscopi.

Item una Reliquia continens de cranio S. *Stephani* cum Cruce parva in summitate.

Item una Reliquia continens de panno cum sanguine Sancti *Ricardi*, cum Cruce in summitate habens ymaginem Archiepiscopi e tergo.

Item unum monstrum cum ossibus Sancti *Petri* in Beryl & crucifixo in summitate ac ymagino Beatæ *Mariæ*.

Item una Pixis argentea cooperta pro hostiis.

Item una campana argenti.

Item Reliquia antiqua cum ymagine Sancti *Trinitatis*, & alia parva Imago Sancti *Georgii* subtus pedes Sancti *Trinitatis*.

Item ymago Sancti *Petri*, cum una Reliquia in manu sinistra —

Morsus.

Item unus Morsus de auro, factus ad modum Rosæ cum uno magno rubeo in medio magni Valoris, cum aliis petris pretiosis, ex dono Domini *Walteri Gray* dudum *Eborum* Archiepiscopi, ponderis 7 li. 2 unc.

Item unus Morsus de argento cum circumferentiis & ymagine B. *Mariæ* Virginis de auro, in medio, ymagino Beati *Johannis Baptistæ* ex dextra parte ejusdem Virginis & *Johannis Evangelistæ* ex sinistra parte de auro, ex dono Magistri *Willielmo Waltham*, ponderis unius libræ octo, unciarum & dimidii.

Item unus Morsus argenteus dearatus cum magnâ petrâ in medio vocato *Emeraud* & aliis petris circumstantibus fixis in auro, ponderis undecem unciarum, in quo quatuor lapides deficiunt cum suo apparatu.

Item magnus Morsus argenteus deauratus fixus super Lignum cum ymagine Salvatoris in medio, & *Petri* & *Pauli* adstantes ac quatuor Evangelistas in Corneriis, ponderis duarum librarum.

Item unus *le Typytte* de auro ornato cum lapidibus pretiosis, ex dono Domini *Walteri Gray* serviens pro rubea capa ejusdem Domini *Walteri*, ponderans decem uncias.

Item & alius auratus cum multis lapidibus pretiosis.

Item unus Morsus cum passione Sancti *Thomæ Cantuariensis* depictus sub beryllo, cum diversis lapidibus pretiosis, ex dono Domini Regis *Richardi* tertii, valoris per estimationem viginti marcarum.

Item unus Morsus de Cupro deaurato cum ymagine *B. Mariæ* in medio.

Item unus Morsus de Cupro deaurato cum ymaginibus *Petri & Pauli*.

Item unus Morsus de Cupro deaurato cum ymagine Sancti Salvatoris & Apostolorum *Petri & Pauli*.

Item unus Morsus de Cupro deaurato cum Crucifixo & ymaginibus ut supra.

Calefactoria.

Item unum Calefactorium argenti deauratum cum nodis curiosis insculptis, ponderis unius unciæ.

Item unum Calisactorium de Cupro deaurato cum nodis insculptis, ponderans decem unc.

Crathera.

Item una Crathera magna argentea deaurata stans cooperta, ponderis 8 unc. dim.

Item una Crathera argentea ex dono D. *Tho. Arundell* quondam Archiep. *Eborum*, pond. 18 li.

Item unum *le Goblet* cum coopertorio deaurato cum rosa in fundo, ex dono *Johannis Rawcliffe*, pro usu Canonicorum, residentium in suis primis residentiis continue utendum & postea, cum voluntate ex mutuo.

Salina.

Item duo Salina argentea deaurata, cum uno cooperculo, ponderis - - - -

Cornua.

Item unum magnum Cornu de ebore ornatum cum argento deaurato, ex dono *Ulphi* filii *Thoraldi*, cum Zona annexa, ex dono Magistri *Johannis Newton* Thesaurarii.

Item unum Cornu Unicorni stans fixum in magno Lapide:

Manu-

Manubrium.

Item unum Manubrium flabelli argenteum deauratum, ex dono ejusdem Thesaurario, cum ymagine Episcopi in fine, enamelyd, ponderis quinque unciarum.

Tabula.

Item una Tabula argentea deaurata cum imagine Beatæ *Mariæ* enamelyd, ponderans novem libras octo uncias & dimidium.

Super Altare.

Item unum super Altare pretiosum de Jaspide, ornatum in circumferentiis cum argento & auro ac lapidibus pretiosis operis subtilis.

Item unum super Altare de Rubeo Jaspide ornata, in circumferentiis cum Capro deaurato.

Item duo super Altaria de Rubeo Marmore, ornata cum argento, quorum unum stat super quatuor pedes argenti, & alterum sine pedibus, super quem Sanctus *Johannes* celebravit quando sibi apparuit Spiritus Sanctus, ut in sua legenda patet.

Textus Evangelia.

Item tres Textus Evangeliorum, ornatus cum argento deaurato, cum magnis Saphyris & aliis, lapidibus infixis in circumferentiis eorundem, quorum duo continent ymaginem *Crucifixi*, *Mariæ*, *Johannis*. Et tertius continet ymaginem *Salvatoris* seu ejus majestatis.

Item duo Textus Sancti *Wilfridis* ornatus cum argento & auro; Quorum unus continet ymaginem *Crucifixi*, *Mariæ*, & *Johannis* in inferiori parte, & ymaginem Sancti *Trinitatis*, & duorum Angelorum in superiori parte, de Ebore; Et aliud continet ymaginem *Crucifixi* in parte inferiori, & *Salvatoris* sivè Majestatis ejus cum *Petro* & *Paulo* in parte superiore.

Item unus Textus ornatus cum argento de novo deauratus, super quem juramenta Decani & aliorum dignitatum ac Canonicorum in principio inseruntur.

Item unus Textus ornatus cum argento deaurato, cum ymagine Coronationis B. *Mariæ* Virginis.

Item unus Textus epistolarum ornatus cum argento deaurato, cum ymagine *Trinitatis* & quatuor Evangelistarum in corneriis insculptus.

Item unus Textus continens ymagines Apostolorum aspicientes ascentionem Domini.

Item unus Textus cum Crucifixo & ymaginibus *Mariæ* & *Johannis* cum lapide Montis *Calvariæ*, ad arcam rubeam remanet.

Item unum Ostulatorium argenteum & deauratum.

Item unus Textus Epistolarum secundo folio *Spiritus Sancti.*

Item alius Textus Evangelistarum secundo folio rum.

Item unus Textus cum epistolis, 2 fo in illis ep.

Virga Moysi cum aliis.

Item una Virga *Moysi*, ornata in utraque fine cum argento deaurato.

Item una Tabula ornata cum argento & cupro deaurata admodum Textus cum Cruce duplici mediocon tinens reliquias & quatuor Berillas in corneriis continentes scripturas Reliquiarum inclusas.

Item tres Virgæ pro Sacristis ex argento, ponderans 18 uncias.

Circa feretrum Sancti Willielmi *portabile.*

Quinque ymagines argenti deaurati.

Quatuor Zonæ *le harnyshed.*

Duo paria precularum argenti deaurati.

Duo paria de *le Corall*, cum *le gandeys* argenti deaurata.

Item par precularia *del Chalcedon*, cum *le gandeys* argenti deaurata.

Unum *par del Pomander* cum *le gandeys* argenti deaurata.

Quatuor Cocliaria argenti deaurata.

Unum Cochliare cum *le steel* de Coral.

Duo Corda argentea deaurata.

Item alia Zona argentea deaurata, ex dono Domini *Chymnay.*

Una mamilla argenti deaurata.

Tres parvi Crucifixi.

Quatuor *le Owches* cum lapidibus.

Una ymago Beatæ *Mariæ* in Tabernaculo.

Unum par precularium argenti deauratum.

Una manus argenti deaurata, cum uno Sceptro.

Quinque annuli cum lapidibus.

Tres annuli absque lapidibus.

Unum *le Chelander* argenti deauratum.

Una pecia *de moder de perle.*

Una plusçula auri cum octo lapidibus.

Unum *le tach* argenti deauratum cum uno lapide.

Una Zona de serico, auro intexta ac *lez boukylls* & p oblonga.

Item tres *Ryals* & *Gold Nobles* ——

Item unum *tach* cum 3 *Stonys* & 4 *Perles.*

Circa Caput Sancti Willielmi.

Unum par precularium argenti, cum *le gandeys* deauratum.

Tria paria precularum *del Corall*, cum *le gandeys* argenti deaurata.

Unum par precularium de alba *Awmbre*, cum *le gandeys* argenti deaurata.

Item unum vetus *Noble* & 3 *Nobles*, vocatos *Angells* & 3 *s.* de auro.

Item una *le pendant* parva de auro Veneto cum lapidibus & perles.

Item undecem annuli argenti deaurati.

Item unus annulus argenti.

Item

Item unum par precularum de Coral cum 16 gaudeys argenti deaurati.

Item duo Nobiles duas roſas auri & duo regalia de auro.

Item unum Croyſado de auro.

Item *a Broche of Gold enamylet.*

Item una Crux de auro cum lapidibus pretioſis & margaritis.

Item unum par precularum de Corall cum *lez gaudeys* deauratis.

Item unum par precularum de auro magni pretii.

Item unus Naſus de auro.

Item ſexdecem annuli ex auro & una *le Wyre.*

Item unus Agnus Dei. Duo Sancti *Georgii.* Ymago Sancti *Eliæ.*

Item ſeptem Cruces & unum Pomander argenti deauratæ & una Aquila argenti.

Item una flos de luce enamelyt. Item ---

Item unus arcus argenti. Una Zona *garniſhyt* cum argento deaurato pro portando caput Sancti *Willielmi.*

Pertinentia Tumbæ Domini Ricardi le Scrope.

Una virga ſignata cum litera *A.* ſuper quam ſunt duæ ymagines viri de argento, major & minor.

Item Caput Viri, Cor Viri. Duæ ymagines bovis major & minor. Decem Naves de argento.

Item ſuper Virgam ſignatam cum litera *B.* Duæ ymagines Viri. Mamilla mulieris cum 14 Navibus de argento.

Item ſuper Virgam ſignatam cum litera *C.* Duæ ymagines Viri. Una Mulieris & duo conjuncti Viri & Mulieris. Magnum Cor hominis cum cathena deaurata, aliud Cor minus & decem Naves argenti cum una Anchora argenti.

Item ſuper Virga ſignata cum litera *D.* Caput Presbyteri. Duæ Zonæ, una viridis ornata cum ramis & volucribus, alia rubea cum lapidibus pretioſis in *le buckle.* Una Navis magna cum quinque minoribus de argento.

Item ſuper Virgam ſignatam cum litera *E.* Duæ ymagines. Major Mulieris. Minor Viri. Dimidium ymaginis Viri, tibea Viri. Duo Corda & 12 Naves de argento.

Item ſuper Virgam ſignatam cum litera *F:* Una Zona de ſerico Nigro cum pluſcula, & *le pendant* de aurata cum ſex Navibus.

Eidem Tumbæ.

Item 27 Remi pro Nautis cum una ſagitta de argento.

Item unum par precularum de *Gagate* cum ſex de *le gaudeyes* argenti.

Item una parva Zona blod cum plaſcula & *le pendant* argenti.

Item unus Agnus cum Reliquiis Sancti *Stephani.*

Item una ymago Sancti *Stephani* argenti deaurati poſita ad feretrum S. *Willielmi.*

Item una Pelvis argenti cum Roſis & radiis in fundo & circumferentiis deauratis.

Pertinentes Tumbæ Dom. Scrope *noviter inventæ tempore* Roberti Laugton *Theſaurarii* Eborum. Anno 1509.

Imprimis Imagines argenti, in primo panno 13.

Item octo Crucifixi de argento. Item 4 Capita argenti.

Item Anchora & Hooks 17 argenti. Item 17 Boukylls argenti.

Item 3 Agnus & 2 Tabills argenti. Item unus arcus argenti.

Item 7 *legs* & *foots* argenti. Item 4 *teeth* & 4 *hearts* argenti.

Item 8 *eyn* & 2 *hands* argenti. Item 2 *gyrdills garniſhid with Letters of Silver.*

Item 15 *pieces of gold.* Item *a Ring of gold without a ſtone.*

Affixa ſecundo panno.

Item *Images and heads* argenti 6. Item 4 *Crucifixes.* Item unus Agnus.

Item 18 *Ankers and hooks.* Item 2 *Shipps.* Item 7 *Legs and feet.*

Item 4 *Boukylls and Penands.* Item *a Bonkle of Gold.* Item 10 *Teeth.*

Item *a Chappyl* argenti. Item *one payre of Beads of Silver with gilt gaudeys.*

Item 5 *oeys of ſilver and* 2 *of gold.*

Item 2 *Belts garniſhyd with ſilver.*

Item 11 *Rings of gold.* Item 2 *Arrow heads of gold.* Item 8 *pieces of gold.*

Affixa tertia panno.

Item 8 *Images and heads.* Item *St.* George *on horsback of ſilver.*

Item *a Horſe of ſilver.* Item 4 *hearts.* Item 3 *Crucifixes.*

Item 6 *hands and leggs.* Item 25 *Buckylls.* Item 4 *Ankors and hukes.*

Item 1 *Pap and* 1 *Gun.* Item 2 *pieces of harneys for horſe heads.*

Item 3 *eyn and* 2 *Agnus.* Item *a bruch of gold with an Angel and ſtone in it.*

Item 1 *Hart of gold ynameled with white and green.* Item 2 *teeth.*

Item 1 *Box for a Meſſenger.* Item *a Table of ſilver.* Item *two old Nobles.*

Item 2 *Rings of gold with a ſtone.* Item 2 *old girdylls garniſhed with* 3 *gold rings in it.*

Item *a Girdyll throu garniſhit with knots of ſilver and gilt.*

Affixa ad feretrum Sancti Willielmi.

Item una Zona parva de ſerico purpureo cum pluſcula & *le pendant* de auro.

Item una Zona vocata dymycent argentea deaurata.

Item duæ peciæ de Corall in fine ornatæ cum argento deaurato.

Item

Item duæ peciæ de Corall non ornatæ.

Iſta proxima ſuperius ſcripta ſunt affixa feretro portabili Sancti Willielmi, *quæ fuerant circa Tumbam Domini* le Scrope.

Item 7 Naves argenti deaurati quæ fuerant affixa feretro magno Sancti *Willielmi*.

Item una Zona rubæ ſericæ ornata cum argento deaurato, quæ remanet non fixa ad aliquid feretrum adhuc.

Item duo annuli de auro & duæ gaudeyes de auro involuto in ſerico rubeo remanens in pixide burneo continente plures lapides pretioſos.

Pro ſummo Altare.

Impr. 3 peciæ de albo Bawdkino empto, cum floribus auratis intextis in eiſdem cum duabus Curtinis.

Item 3 peciæ de rubeo Bawdkin cum floribus in eiſdem intextis ac duabus Curtinis del ſarcenet.

Item 3 peciæ de panno *le Tiſſue*, blod coloris, cum armis & duabus Curtinis de ſarcenet.

Item tres peciæ de Tiſſu pallida cum duabus Curtinis de rubea ſarcenet palid.

Item duæ peciæ alba Welvet una cum Crucifixo, altera cum Salutatione Beatæ *Mariæ* cum duabus Curtinis de ſarcenet.

Item duæ peciæ de blod Bawdkin cum floribus de auro intexo abſque Curtinis.

Item duæ peciæ de rubeo Welvet cum Coronis & Stellis, ac duabus Curtinis.

Item duæ peciæ de Welvete palyd cum literis R. R. coronatis remanentes in Veſtibulo.

Item una pecia de *blod Sarcenet* cum ymaginibus *Cruciſixi*, *Mariæ*, & *Johannis le ſteyned* cum duabus Curtinis

Item duæ peciæ de albo panno lineo cum Cruce rubeo pro quadrageſimo & duabus Curtinis.

Item una magna Palla pro Feſto *Paraſcevæ*.

Item duodecem Pallæ de dyaper.

Item una Pall. de panno - - - - - - - - - cum frontellis operatis cum auro.

Item duo Palla de panno lineo ſive frontellis.

Item duodecem manutergia de dyapero & tres parvæ de Dyaper pro capite Sancti *Willielmi*.

Panni pendentes pro Chore.

Item duodecem peciæ albæ cum rubeis Roſis.

Item duodecim peciæ rubeæ cum armis Domini *le Scrope*.

Item octo peciæ blod cum armis Magiſtri *Johannis Pakenham*.

Item unus pannus longus & largus ad ponendum in Choro die Sanctæ *Paraſcevæ*.

Item unus pannus operis *le Arras* pendendum pene Altare nuper *R. H. 6.*

Item unus pannus operis *le Tapiſtry*, ex dono Magiſtri *Thomæ Pereſon* ſubdecani ad pendendum ibidem.

Item tres *le Banqweres*, una alba, alia rubea, tertia blod.

Item tres panni cum armis *Angliæ*.

Item velum Quadrageſimale operatum cum ſerico.

Item duo panni de ſago albo cum uno *le banquer* ejuſdem panni.

Item unus pannus *del Buckram* coloris *blod*, pro coopertura S. *Petri* in quadrageſimale.

Item unus pannus de *Buckeram* coloris *blod* pro coopertura ymaginis B. *Mariæ*.

Pulvinaria in Veſtibulo cum aliis.

Item longum pulvinarium de *Blod Damask*.

Item unum longum pulvinarium de *blod* ſerico cum ramis.

Item ſex pulvinariæ de viridi fatteyne figuratis cum le trey foyles.

Item tria pulvinaria de Bawdekyno ſerico.

Item quatuor veteres pulvinariæ de blod ſerico ex uno latere & viridi de Welvete ex alio.

Item unum pulvinarium de rubeo le Worſted longum & aliud minus.

Item unum pulvinarium de le Bawdkin.

Item quatuor pulvinaria de ſcarlet.

Coopertoria.

Item unum le Carpett largus ad ponendum coram ſummo Altari in diebus Feſtialibus.

Item unum parvum le Carpet.

Item duo magna Coopertoria rubea ad ponendum ſuper gradus ſummi Altaris, quorum unus habet garbas, aliud arma Domini *le Scrope*, unum duplicatum cum *le Cannaſs*.

Item Coopertorium album cum Roſis duplicatis.

Item tria Coopertoria blodia cum armis Magiſtri *Johannis Pakenham* nuper Theſaurarii.

Memorandum de viginti & octo Virgatis de nigro Damask pro Capiciis inde fiend emptis.

Item una virga de quarterio panni aurati rubei Tyſſue.

Item una le Jaket de panno aureo viridi.

Item una Capa rubea de panno aurato non duplicato.

Item una virga & una quarteria albæ le Baudkyn.

Item - - -

Capæ Albæ.

Imprimis una Capa de albo panno aurato habens *Aſſumptionem Beatæ Mariæ Virginis* in le Moyce ejuſdem.

Item tres Capæ de albo ruceto Velwet Tyſſue, quelibet earum cum tribus Capitibus avium in le Moyſe earum.

Item

Item una Capa de ruceto Velwete tyſſue cum flore aquatico in le Moyſe ejuſdem.

Item una Capa de albo Damask cum Angelis ac Sancto *Andreâ* in le Moyce.

Item una Capa de albo Velwete cum Stellis aureis ac Crucifixo in le Moyce.

Item viginti & una Capæ albæ de Velwet ex una ſecta cum diverſitate le Orfreys & le Moyces.

Item undecem Capæ albæ de Damask ex una ſecta cum diverſitate del Orfreys & le Moyces.

Item una Capa alba de Damask cum floribus auri in le Moyce, ex dono Magiſtri *Johannis Tapton.*

Item ſeptem veteres Capæ albæ de Velwet operatæ cum le Gryffiths ac Sole plurimo de auro, ex nodo Magiſtri *Thomæ Arondell Eborum* Archiepiſcopi.

Item octo Capæ unius ſectæ operatæ cum nigris Stellis.

Item tres Veteres Capæ, quarum una cum Sancto *Paulo*, alia cum una Stella, tertia cum leonibus aureis in le Moyce earundem.

Item duæ Capæ albæ de Damask cum le Orfreys blodii coloris.

Item undecem Capæ albæ del Baudkin cum le Eſtrich-feders.

Item una Capa pro accolito.

Item novem Capæ pro pueris.

Item una Capa vetus de Damaſco cum le Orfreys de rubeo Baudkyno.

Item una Capa alba, cum *Aſſumptione Beatæ Virginis* in Capuo Dorſi ex panno aureo albo: ex dono Domini *Galfridi Simeon* Decani Capellæ Regiæ tunc tempore - - - - tradita & deliberata per manus Domini *Thomæ Dalbæ* Archidiacon *Richmondiæ*, die *Aſſumptionis Beatæ Virginis* 1510.

Capæ Rubeæ.

Tres Capæ rubeæ operis acus operatæ cum hiſtoriis Bibliæ.

Item una Capa rubea de Tyſſue cum le Orfreys de perle.

Item una Capa rubea de Tyſſue in le Moyce, ex dono Magiſtri *Baroo.*

Item una Capa rubea de Tyſſue cum Sancto *Petro* in le Moyce.

Item una Capa de eadem, cum Sancto *Petro*, & clavibus in modum in le Moyce.

Item una Capa de Tiſſu, cum Angelo in le Moyce.

Item una Capa de Tiſſu, cum Sancto *Paulo* in le Moyce.

Item una Capa de Tiſſu, cum S. *Petro* in le Moyce, habens unam clavem in manu.

Item una Capa de panno aureo, cum Cygno in le Moyce.

Item una Capa aurata cum Cruce del Lincks cathenarum in le Moyce.

Item una Capa de panno aureo cum Coronatione B. *Mariæ* in le Moyce.

Item una Capa ornata cum ymaginibus auratis in le Moyce, ejuſdem beſtiæ ferææ.

Item una Capa de Bandekino, cum le barrys de auro.

Item una Capa cum ymaginibus auratis, ac in le Moyce, una pecia panni aurati.

Item una Capa de Tiſſue, pro Epiſcopo puerorum.

Item una Capa de panno aureo cum martirio Sancti *Thomæ* in capicio ejuſdem.

Item duæ Capæ de auri panno cum armis *Angliæ* in le Moyces earundem.

Item una Capa operata cum knotts de perle.

Item duæ Capæ operatæ, cum Aquilis duplicis aurati.

Item tres Capæ de panno aureo de Damask, cum armis *Angliæ* in le Moyces earundem.

Item una Capa rubea de Velvett cum floribus auri, ex dono M. *Lepeyate.*

Item una Capa rubea de Satteyn operata, cum floribus auri de luce, ex dono Sancti *Thomæ Harford.*

Item una Capa de Sattein operata, cum Apoſtolis ac Crucifixo in dorſo.

Item quatuor Capæ rubeæ de Baudekin, cum Leonibus auri & le dayſies.

Item octo Capæ del Baudkin, cum Leonibus ramping de auro.

Item ſex Capæ del Baudkino, cum Lyberts paſſant de auro cum floribus operatis.

Item Capa del Baudkin operata cum Leonibus ac manibus auri.

Item quatuor Capæ del Satteyn operatæ cum ramuſculis & ymaginibus cum le Orfreys de viridi panno aureo.

Item ſex Capæ cum ymaginibus & ramuſculis ac le Orfreys cum albo panno aurato.

Item una Capa rubea de Damask, cum pavonibus, quorum Capita pectora & pedes aurata ſunt.

Item una Capa del Baudkin, cum le pales auri.

Item una Capa del ſarcenet, operata cum ymaginibus, ac in le Moyce Salvator.

Item una Capa operata cum Stellis & Roſis auri.

Item quinque Capæ de Welvet, cum floribus & Stellis auri.

Item novem Capæ del Bawdkyn, cum le Orfreys blod.

Item una Capa del Baudkyn, cum arboribus auri.

Item una Capa operis acus cum le Orfreys Vitis currentis.

Item duæ Capæ veteres olim pro Epiſcopo puerorum.

Item una Capa rubra de panno aurato, cum ſalutatione Beatæ *Mariæ* in Capite.

Item duæ pallæ rubræ pallyd, cum viridi & blod.

Capæ Blod.

Item una Capa blod de Tiſſue cum Sancto *Symone* in le Moyce.

Item ſex Capæ de Tyſſue cum armis M. *Andreæ Huls* in le Moyce earum.

Item una Capa de Tiſſue, ex dono Magiſtri *Eysburne*, cum Sancto *Petro* Cathedratus in le Moyce.

Item una Capa de Tyſſue cum Sancto *Petro* in le Moyce.

Item una Capa de Tiſſue cum Sancto *Jacobo* in le Moyce.

Item una Capa de Tiſſue cum Sancto *Johanne Evangeliſta* in le Moyce.

Item una Capa de aureo panno, operata cum Leone ac armis *Angliæ* & *Franciæ* in le Moyce.

Item una Capa blod de Velvette, cum floribus de luce auri.

Item una Capa blod de ſatteyn, operata cum Angelis & Stellis auri.

Item una Capa blod de Damask, operata cum floribus ac le Orfreys cum opere acus.

Item una Capa blod de Damask, operata cum floribus de luce auri.

Item 18 Capæ blod de Damask, cum le Orfreyes de panno rubeo auri.

Item una Capa blod de Welvette operata cum una Roſa de perle in le Moyce.

Item una Capa blod de Velevette operata cum le garteriis Militum S. *Georgii*.

Item una Capa del ſattein figurii cum ymagine B. *Mariæ* Virginis in *Capucio*.

Item una Capa blod de Welvette cum clavibus ad modum Crucifixi de auro.

Item una Capa blod de ſattein cum Leonibus paſſant de auro.

Item una Capa blod de Velevete cum le Orfrey de Tyſſue ruſſet.

Item una Capa blod de panno argenti cum R. R. coronata in le Moyce.

Item una Levis blod coloris de ſattein cum R. R. coronata in le Moyce.

Item duæ Capæ blod de Baudkin operatæ cum avibus.

Item una Capa de blod Velvete cum floribus auro, cum tribus rubeis capitibus Leopardarum in lez Moyce.

Capæ Virides.

Una Capa Virdis de Tiſſue, cum armis Domini *Georgii Nevile* in le moyce, qui nuper fuit hujus Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Item una Capa viridis de Tiſſue cum una Aquila ſtante per ſuper librum in le moyce, ex dono Magiſtri *Johannis Gisbrough*.

Item una Capa de Tiſſue cum Aquila in le Moyce, ex dono M. *W. Brand*.

Item una Capa de Tiſſue, cum Aquila in le moyce, ex dono M. *Rob. Stillington*.

Item una Capa ejuſdem formæ, ex dono M. *Johannis Pakenham* nuper Theſaurarii.

Item una Capa de Tiſſue, ex dono Magiſtri *Roberti Radcliffe*.

Item una Capa de Tiſſue, cum S. *Petro* in le moyce, ex dono Mag. *Rich. Andrew* Decani.

Item una Capa de Tiſſue, cum Sancto *Bartholomeo* in le moyce ejuſdem.

Item una Capa de Tiſſue, cum S. *Paulo* in le moyce, ex dono M. *Joh. Mewes*.

Item una Capa de Tyſſue, cum Cygno in le moyce.

Item una Capa de Tiſſue, cum S. *Petro* in le moyce, ex dono Mag. *Willielmi Poteman*.

Item una Capa de Tiſſue, cum S. *Bartholomeo* in le moyce ac Trinitate ſuper dorſum ejuſdem.

Item una Capa de Baudkin, cum Cruce in le moyce.

Item una Capa del Baudkin, cum avibus aureis & S. *Petro* in le moyce.

Item una Capa viridis de Velvete, cum capitibus Taurorum.

Item una Capa Viridis de Velvete cum Stellis.

Item quatuor Capæ del Baudkin cum le Orfreys cum panno nigro de Tiſſu.

Item una Capa de ſerico, cum ymaginibus Apoſtolorum & armis.

Item una Capa de opere acus cum ymaginibus & ſcripturis.

Item una Capa de opere acus cum ramis ſcutis & armis.

Item una Capa de opere acus cum ramis & ymaginibus.

Item una Capa de opere acus cum multis ymaginibus ac Salvatore indorſo.

Item duæ Capæ virides del Baudkin operatæ cum avibus.

Item duæ Capæ del Baudkin cum le Orfreys de blod de Baudkin cum Leonibus in le moyce.

Item duæ Capæ del bawdkin operatæ cum beſtiis & floribus ac cum le Orfreys de blod de bawdkin.

Item una Capa viridis de velvete operata cum duplicibus Aquilis de auro.

Item una Capa viridis del baudkin cum Pavonibus, quorum capita noſtra ac corpora ſunt auri.

Item una Capa del baudkin cum le Orfreys cum albis floribus extraneis.

Item una Capa viridis pro accolito.

Item novem Capæ virides pro pueris.

Item una Capa del baudkyn cum pavonibus pedibus & capitibus deauratis, cum nodis quadratis auri.

Capæ Purpureæ.

Item una Capa purpurea de Velvet cum Delphinis auri.

Item treſdecem Capæ purpureæ de Velwete operatæ cum armis *Angliæ* ac le Squirills auri.

Item duæ Capæ purpureæ de Velvete cum R.R. in le moyces coronatæ earumdem.

Item quatuor Capæ purpureæ de Velvete, cum le Orfreys cum panno nigro aurato.

Item una Capa purpurea panni argenti cum duplice R.R. in le moyce ejuſdem.

Capæ nigræ.

Item una Capa nigra de panno aurato cum R. R. in le moyce coronata.

Item una Capa nigra de Velvete deperled cum auro ac R. R. in capucio & le moyce.

Item

Item una Capa nigra de Velvet, cum Stellis & le barres de auro.

Item una Capa nigra de Baudkyn operata cum ymaginibus & floribus de Luce de auro.

Item undecem Capæ nigræ del Baudkin operatæ cum albis floribus & avibus auri.

Item duæ Capæ del tawney Damask, cum le Orfreys de purpure Satteyn.

Item ſex Capæ de Worſted nigro, cum le Orfreys de Crymoſin Worſted.

Item tres pallæ nigræ del Baudkyn operatæ, cum avibus aureis duplicatæ, cum viridi buckram.

Item una Capa de panno aureo nigro, cum le Orfreys de viridi panno aurato ac R. R. coronatis in le moyce.

Veſtimenta Alba.

Imprimis una Secta videlicet pro Presbytero Diacono & Subdiacono de albo panno aurato abſque albis Stolis & le favous.

Item una ſecta de panno ruſeto auri le Tiſſue.

Item una ſecta alba de Velveto operata cum floribus.

Item una ſecta alba de Velveto, cum le *Gryffiths* in le Orfreys coronatis.

Item una ſecta alba de panno le Baudkin operata cum floribus de luce & avibus auratis, cum Orfreys de rubeo le bawdkyn.

Item una ſecta de alba Bawdkin operata cum nigris Stellis abſque albis.

Item una ſecta de alba baudkyn operata cum floribus auratis abſque albis.

Item una ſecta de alba baudkino operata cum Stellis auri, cum Stola & le phanon.

Item una caſula de albo baudkin abſque albis.

Item quatuor tunicæ cum thuribulariis & choriſtis.

Item duæ Dalmaticæ pro Domino Archiepiſcopo.

Item una ſecta perfecta de baudkyn, cum floribus argenteis operatis in le tiſſue.

Veſtimenta rubea.

Item una ſecta rubea de Tyſſue, cum le Orfreys operatis cum le pearle.

Item una ſecta de panno rubeo auri, cum armis Domini *Fitzhugh.*

Item una ſecta de panno aurato operata cum floribus & verbis *Francia.*

Item una ſecta de Welvete coronis & Stellis auratis.

Item una ſecta de rubeo baudkin cum magnis Leonibus auri.

Item una ſecta de baudkyn cum beſtiis auri.

Item una ſecta de ſatteyn cum magnis ymaginibus, *viz. Domini noſtri* & *Beatæ Mariæ* in dorſo abſque albis.

Item una ſecta cum Coronis & le Barres de auro ſine albis.

Item una ſecta de rubeo baudkyn operata cum floribus & ſtellis auri in le Orfreys.

Item una ſecta de rubeo ſerico, cujus caſula extat le garniſhed cum lapidibus abſque albis.

Item una ſecta de Hiſtoria *Jeſſe.*

Item una ſecta del Baudkin operata cum le *Popingeas* ſine albis.

Item una ſecta de ſerico abſque albis.

Item una Caſula cum Sancto *Andrea* in dorſo.

Item una ſecta operata cum *Leonibus* & *floribus* de *Luce* de auro abſque albis.

Item duæ tuniclæ operis acus cum armis & diverſis operibus.

Item una ſecta de rubeo ſatteyne, cum *Agnibus auri.*

Item quatuor tuniclæ pro thuribulariis & choriſtariis.

Item duæ Dalmaticæ rubeæ pro Archiepiſcopo.

Item Veſtimentum integrum de panno auri, cum Cruce panni aurati viridis ac armis.

Veſtimenta blodia.

Item una ſecta blod de Tiſſue.

Item una ſecta blod de Velweto cum *le Skallopes* de auro.

Item una ſecta de Velweto cum floribus ac floribus de luce cum albis.

Item una ſecta de Velwet cum floribus auri.

Item alia ſecta de Velvete cum *le garteriis* & *SS.* de auro.

Item alia ſecta de Velvete cum le Orfreys de panno nigro de Tiſſue.

Item una ſecta blod del baudkin cum Draconibus auri abſque albis.

Item una ſecta blod de ſatteyn cum le *Popingaes* de auro.

Item una ſecta blod del baudkin pro *Adventu* & *Septuageſimâ.*

Item quatuor tuniclæ pro thuribulo & choriſt.

Item duæ Dalmaticæ pro Archiepiſcopo.

Veſtimenta viridia.

Item una ſecta viridis de Tyſſue.

Item una ſecta viridis de Velveto operata cum Aquilis & floribus auri.

Item una ſecta viridis del Baudkin cum perdicibus auratis abſque ſtolis & manipulis.

Item una ſecta viridis de ſerico cum ſcutis & armis, ſine albis.

Item una ſecta viridis del Baudkyn operata cum Pavonibus abſque albis.

Item una ſecta del baudkyn operata cum albis gallis & albis leonibus & ſine albis.

Item quatuor tuniclæ cum armis Sancti *Willielmi.*

Item quatuor tuniculæ pro thuribulariis & choriſtariis.

Item unum Veſtimentum viride del baudekyn.

Item una caſula pro *Feſto Reliquarum*, abſque albis.

In Ciſtâ communi.

Imprimis unum Dicentum de auro per *Robertum Boothe* nuper Decanum pro xx. libris.

Item viginti & octo, & tria quarteria de antiqu. Nobil. quorum quodlibet valet octo ſolidos & decem denarios 13 *li.* 16 *s. ob.*

Item in regalibus, ad ſummam 72 *li.* 12 *s.* 6 *d.*

Item in angelis auri, ad ſummam 65 *li.* 10 *s.*

Item in groſſus ad ſummam 19 *l.* 06 *s.* 06 *d. ob.*

Item in manibus *Willielmi Ward*, & *Richardi Godſon* pro operibus Sancti *Petri* ex mutuo per Indenturam 40 *l.*

Item D. *Richardus Godſon* cuſtos fa mutuatus eſt de communi Ciſta 8 die *Januarii* A. D. 1501. 20 *li.*

Item una cathena aurea cum *Crucifixo* & quinque lapidibus pretioſis vocatis *Saphires.*

Item una cathena aurea parva.

Item unum Collare cum *le Eſſez* auri.

Item decem & ſeptem annuli auri cum annulo fracto & unus annulus argenti, *&c.*

Memorandum quod ego *Robertus Langton* Theſaurarius *Eborum* impoſui in Ciſta Sancti *Petri* ſex parie *boulles* cum cooperto ponderis 140 unciarum.

Item duæ Ollæ argenti percell guilt, ponderis 57 unciarum, *&c.*

In Ciſtâ communi.

Memorandum, Quod viceſimo nono die menſis *Novembris*, Anno Domini 1519, inventi fuerant in Ciſtâ communi in inferiore domo Veſtiarii Eccleſiæ *Eborum* in pecuniâ, *viz.* in groſs 70 *li.* in veteri nobilibus 31, & quatuor pars unius Nobilis ejuſdem imaginis.

Item tres Nobiles, tres Ryales, quinque Coronas & tres Angelos.

Item ſeptemdecem annuli & unus annulus fractus, de quibus unus annulus de argento.

Item ſex boulls cum una coopertorio ponderis ſex librarum 19 unc. de argento percell guilt.

Item duo Potts argenti, ponderis trium librarum una uncia & dimid.

Item una Cathena aurea cum *Crucifixo* ac lapidibus pretioſis quinque, vocatis *Saphires*, ponderans ſeptem uncias & dim. uncii.

Item *a Bawdric of gold with Bells*, ponderans 19 uncias & dimid. uncii.

Item una Cathena aurea cum *le Eſſez*, ponderis unius uncii quart. & dimidii uncii, ex dono Domini *Nicholai Bowet* de Comitatu *Lincolniæ* Militis, ad feretrum *Richardi Scrope.*

Item una Cathena aurea, ponderans unam unciam & unam quarter.

Item unum magnum Pontificale, videlicet Annulus cum lapide *Emered*, ponderis duarum unciarum unius quarterii & dimidium quarterii.

Item alius Annulus Pontificalis magnus, *&c.* ponderis unius uncii & dimid.

Item treſdecem Annuli Pontificales ſuper duos rotulos.

Item in auro 83 libras.

Item in groſs 68 libras.

Item in groſs 14 libras.

Ponitur in Ciſtâ Communi de computo Ballivi de Anno Domini 1517. 4 *li.* 7 *s.* 5 *d.*

Ponitur in Ciſtâ Communi de computo Ballivi, de Anno Domini 1518. 4 *li.* 1 *s.* 4 *d.*

Sexto die *Decembris* 1518. ponitur in Ciſtâ communi 80 *l.* quarum, quadragintæ libræ de portione Sancti *Petri* ſolvit, *&c.* ponitur in Ciſtâ communi, *&c.* de computo, *&c.* 3 *li.*

Memorandum, *Quod quarto die Menſis* Februarii *Anno Domini* 1530. *præſentibus Dominis Decano & Theſaurario Eccleſiæ* Eborum *Canonis Reſidentiariis de eadem, aliiſque ejuſdem Eccleſiæ Officiariis ſolvitur per* Willielmum Harryngton *Ballivum* Beati Petri Eborum *ad Communem Ciſtam in Veſtiario pro portione* Beati Petri, *videlicet de annis* 1520. *quinque libras octodecem ſolidos, &c. ſumma,* 18 *li.* 12 *s.* 11 *d. &c.*

HEREFORDENSIS

Eccleſia Cathedralis.

Hiſtoria de primâ fundatione ejuſdem, per Merciorum *Regem* Milefridum.

QUo defuncto (*ſcil.* Rege *Offâ*) *Egfelda* filius ſuus, vix per annum & *Cxl.* dies pro patre regnavit, & ſic completum eſt quod Propheticè virgo *Alfrida*, ſive *Alfrida* prædixerat, quod, poſt necem martyris *Ethelberti*, tribus nequaquam annis *Merciorum* populis imperaret. Hiis & hujuſmodi ſignis beatus *Ethelbertus* de die in diem magis innotuit, quouſque *Merciorum* Rex *Milefridus* Sanctitatem viri Dei, famâ vulgante cognovit: qui & quendam Epiſcopum ſuum, virum ſimplicem & Sanctum, de cujus diligentiâ plurimùm confidebat, ad locum deſtinavit; jubens de morte martyris & causâ, ac de miraculis & ſignis ibidem, meritis ejuſdem à Deo declaratis diligens ei ſcrutinium facere rerumque geſtarum prudenti indagine certitudinem reportare. Quo facto, Regis innocentis interitum, quem didicit, magnaliaq; Dei multa; nec ſolùm ea quæ audivit, verùm & illa quæ ibidem oculis conſpexit, ſuo Principi nunciavit. *Milefridus* igitur Rex, hiis auditis, quamquam in remo-

Hiſt. Angl. ſcript. antiq. edit. *Lond.* 1653. Col. 754. l. 17.

tis



HEREFORDIENSIS ECCLESIÆ CATHEDRALIS



Vt perenne maneat, fluctibus
fanaticismi invitis, egregium hoc
pietatis SILVRENSIVM monumentum
Ære cudi Curavit,
FABIANVS PHILIPPS
Armiger,

W. Hollar fec:

HE LIS AB OCCIDENTE PROSPECTVS,





HEREFORDIENSIS ECCLESIÆ CATHEDRA

HEDRALIS . AB AQVILONE PROSPECTVS.



W. Hollar fecit.

tis regni ſui partibus tunc temporis ageret, tranſmiſſa ad locum eundem pecunia multa, Eccleſiam * egregiam lapideâ ſtructurâ, ad laudem & honorem beati martyris à fundamentis, & piâ devotione, Domino auxiliante perfecit; & in eodem loco, primus Regum omnium, Epiſcopum conſtituens, eandem Eccleſiam Cathedrali dignitate ſublimavit; quam terris pulcherrimis & prædiis amplis, palliis olofericis, & ornamentis egregiis, regiâ quoad vixit magnificentiâ, ditare quidem non ceſſavit.

* *Herefordiæ* Eccl. Cath.

Carta Regis Edwardi *Confeſſoris.*

Ex vetuſto codice MS. penès S. *Taylor* gen. A. 1657.

EDwardus Rex ſaluto *Aldredum* Epiſcopum & *Haroldum* Comitem, & omnes meos miniſtros in *Herefordenſi* Comitatu, amicabiliter: Et ego notifico vobis, quod ego volo quod preſbyteri *Hereford.* apud S. *Ethelberti* Monaſterium, quod ipſi ſint de eorum *Sachâ* & eorum *Sochâ* liberi ſupra eorum terras & ſupra eorum homines, infra burgum & extra; tam plenè & tam planè, ſicut ipſi prius habuerunt in omnibus rebus. Et ego præcipio vobis omnibus, quod vos ſitis eis in adjutorium ubicunque ſicubi ipſi depauperantur, pro Dei amore & pro meo.

Ex vet. Kalendario penès præfatum *S. T.*

Obitus *Wulnivæ* & *Godivæ*, quæ dederunt *Hopam*, *Præſtonam*, & *Nortonam*, & cæteras terras præſenti Eccleſiæ, *&c.*

Terra Eccleſiæ de Hereford.

Ex Regiſtro nuncupato *Domeſd. Booke* penès Theſ. & Camer. Scacc.

IN *Hereford* port. T. *R. E.* habuit *Walterus* Epiſc. C. maſuras, duas minus. Qui manebant in eis reddebant C. ſol. ſex ſolidos minus. Habebatque ipſem Epiſcopus unum monetarium. Quando *Robertus* venit in Epiſcopatu invenit Lx. maſuras. Qui manebant in eis reddebant xliii ſ. iiii *d.* Modo appreciatum eſt L. ſol.

Robertus Epiſcopus, quando venit ad Epiſcopatum invenit xl. hidas vaſtatas, & ita ſunt adhuc.

Walterus Epiſcopus habuit Manerium Dodelegie, quod appreciatum eſt xl. ſ. Et juxta illud jacet aliud Manerium Stane, quod rectè pertinet ad Epiſcopatum. In his duobus Maneriis ſunt x. hidæ. Omnes hæ hidæ Waſtatæ ſunt & Waſtæ fuerunt præter unam hidam in Dodelige. De his novem hidis una pars eſt in Caſtellariâ *Alured Eniar*; & altera pars in defenſione Regis. Iſtæ hidæ geldabant cum *W.* Epiſcopo. T. *R. E.* In Codeſthorne duæ hidæ & dimidium. In *Selbergâ* dim. hidæ. In Ardeſhope tres virgatæ terræ. In *Ach* una hida & una virgata.

Hæ terræ ſubter-ſcriptæ pertinent ad Canonicos de Hereford.

In Stradford Hundred.

IN Lulleham ſunt viii. hidæ geldabiles. In dominio eſt una carucata & duo villani, & quinque bordarii cum xiii. carucatis. Ibi una ancilla & tres acræ prati; & una carucata plus poſſet eſſe in dominio.

De hac terrâ tenent duo Clerici duas hidas & tres virgatas, unde unus miles unam hidam. Hi habent in dominio duas carucatas, & xiii. villanos & duos bordarios cum xviii carucatis Tempore Regis *Edwardi* vaſtum fuit, modo valet C. libr.

In Preſtretune ſunt vi. hidæ geldabiles. In dominio eſt una carucata & novem villani & octo bordarii, cum viii. carucatis & dimidium. Ibi molendinum de duobus ſolidis. Silva unius leuvæ longitudine, & dimid. latitudine: Et una carucata plus poſſet in dominio eſſe.

De hac terrâ tenent duo Clerici duas hidas & dimidium; & una hida eſt waſta. Hæc habent ſeptem villanos cum tribus carucatis. Villani plus habent cir. quam arabilem terram. T. *R. E.* waſtum fuit; modo valet C ſ.

In Terintintune ſunt ſex hidæ geldabiles. Ibi eſt una carucata in dominio & xvi. villani & ſex bordarii cum novem carucatis: Et una carucata plus poſſet eſſe in dominio. Ibi eſt acra prati. Silva 1. leuva longitudine, & dimidium leuvæ latitudine. T. *R. E.* waſta erat modo valet iii. libr. In ipſo Hundredo tenet unus *Radman.* unam hidam, quæ eſt de *Bertune-Canonicorum* & geldabat. Et ibi eſt una carucata in dominio valoris quinque ſolidorum.

In Etune ſunt quinque hidæ; in dominio ſunt duæ carucatæ, & xii. villani & ſex bordarii cum ſeptem carucatis. Ibi duo ſervi & molendinum de quinque ſolidis, & xii. acræ prati. Silvæ una leuca longitudine, & duarum quarentenarum latitudine. Valuit iiii. libr.

Hoc manerium tenuit *Heraldus* Comes: Et *Willielmus* Comes dedit *Waltero* Epiſcopo pro terrâ in quâ mercatum eſt modo, & pro tribus in Lvonegie.

In Medelogie ſunt tres hidæ, & pertinent ad *Bertune*-Epiſcopi. In dominio eſt una carucata & ſex villani & quatuor carucatæ. Ibi ſilvæ dimid. leuca longitudine, & unius quarentenæ latitudine. Hæc ſilva eſt indenſa Regis.

In eodem Hundredo tenent duo liberi homines quatuor hidas, & pertinent ad *Bertune*.

Ipſi in dominio habent 1. carucatam & dimid. & ſex bordarios, cum duabus carucatis. Hoc manerium valet C. ſol. Terra militum xv. ſolidos & viii. *d.*

In Dunre Hundred.

In Bertune ſunt x. hidæ geldabiles: In dominio & una carucata, & unus villanus & duo Bordarii cum una carucata. Ibi eſt una ancilla

ancilla & quatuor acræ prati. Silva hujus manerii habet Rex in ſuo dominio. De hac terrâ tenent quatuor Clerici quatuor hidas & dimidium. Et quatuor milites tenent quinque hidas. Hi habent in dominio ſeptem carucatas & dimidium, & xxii. villanos & xii. bordarios, cum x. carucatis & dimidium. Dimidia hida eſt waſta. In dominio poſſent eſſe duæ carucatæ plus quam ſunt. T. *R. E.* waſtum fuit; modo valet ſeptem libras.

In **Hamme** ſunt quinque hidæ geldabiles. In dominio ſunt duæ carucatæ & xvi. villani & presbyter & præpoſitus, & unus francigena & quatuor buri. Iidem omnes habent xx. carucatas & dimidium. Ibi unus ſervus & duæ ancillæ, & decem acræ prati. Silva dimidium leuvæ longitudine, & tantundem latitudine. Ad hoc manerium pertinet una Eccleſia & vocatur **Ladgueen**; & ibi ſunt tres carucatæ, ſed non geldabat terra hujus Eccleſiæ; presbyter reddebat ii. ſol. inde, Hanc terram tenet *Rogerus* de *Laci* ſub Epiſcopo. Hoc manerium tenuit *Haraldus* Comes injuſtè, quia eſt de victu Canonicorum. Rex *W.* reddidit *Waltero* Epiſcopo. T. *R. E.* valebat ix. lib. modo viii. lib.

In Tragetreu Hundred.

In **Hope** ſunt xvi. hidæ geldabiles. In dominio eſt una carucata, & alia poſſit eſſe; & xxxv. villani, & ſeptem bordarii cum xxxv. carucatis. Ibi octo acræ prati. Silva trium quarentenarum longitudine, & duarum quarentenarum latitudine. De hac terra tenent duo Clerici unam hidam & unam virgatam: & unus miles unam hidam & dimidium. In dominio eſt una carucata, & quinque villani, & quatuor bordarii cum quatuor carucatis. Miles reddebat quinque ſolidos Canonicis S. *Alberti*. T. *R. E.* valebat xvi. libr. & modo ſimiliter.

In **Capel** ſunt quinque hidæ geldabiles. In dominio ſunt tres carucatæ & novem villani, & unus bordarius cum octo carucatis. Ibi unus ſervus & duæ ancillæ: Et molendinum de tribus ſolidis, & octo acræ prati. T. *R. E.* valebat iiii. ſol. Et poſt & modo lx. ſol.

In **Capleforz** ſunt quinque hidæ anglicè geldabiles, & tres hidæ Wallicæ reddentes ſex ſolidos Canonicis per annum. In quinque hidis eſt una carucata in dominio, & octo villani cum ſeptem carucatis, & tres acræ prati. T. *R. E.* valebat x. ſol. Et poſt & modo tantundem.

In Thornlau Hundred.

In *Preſtetune* ſunt quatuor hidæ geldabiles; una virgata & dimidium eſt waſta. Duo Canonici tenuerunt tempore Regis *Edwardi*; poſtea unus Clericus, & unus Miles. In dominio quatuor carucatæ, & quinque villani cum quatuor carucatis & dimidium. Ibi eſt ancilla & xx. acræ prati. T. *R. E.* valebat Lxv. ſol, modo qinque ſol. minus.

In **Widdingtune** ſunt octo hidæ geldabiles. In dominio eſt una carucata, & quatuor villani, & duo bordarii cum tribus carucatis. Ibi duæ acræ prati, & molendinum de ii. ſolidis. De iſto manerio tenent tres Clerici quatuor hidas, & habent in dominio tres carucatas, & ſex villanos, & quatuor bordarios cum ſex carucatis, & unum ſervum, & duas ancillas, & ſeptem acras prati. De eodem Manerio tenent moniales de **Herefoꝛd** duas hidas, & habent ibi unam carucatam & tres villanos cum duabus carucatis & dimidium, & xiiii. acras prati. Inter totum valet & valuit ſemper ſex libras & quinque ſolidos.

In **Allingwic** ſunt ſex hidæ. Ex his tres hidæ geldabant, & tres ſunt waſtæ. In dominio ſunt tres carucatæ, & octo villani & quatuor bordarii, cum ſex carucatis & dimidium. Ibi duo ſervi, & pars ſalinæ in **Wiche**. T. *R. E.* & poſt & modo valet C. ſ. ſolum unus miles equ. tenet de Epiſcopo.

In Wimundeſtrey Hundred.

In **Dunninctune** eſt una hida geldabilis. In dominio eſt una carucata & ſex villani, & ſex bordarii, cum ſeptem carucatis. Ibi una ancilla & octo acræ prati. T. *R. E.* & poſt & modo valuit xxv. ſol. unus Clericus Epiſcopi tenet de Epiſcopo.

In Radinelau Hundred.

In **Moꝛtune** ſunt tres hidæ geldabiles. In dominio ſunt tres carucatæ & duo villani & unus bordarius cum duabus carucatis. Ibi quatuor ſervi & ſex ancillæ, & ſeptem acræ prati, & una ſalina in **Wiche**. T. *R. E.* & poſt & modo valebat C. ſol.

In **Fꝛome** ſunt x. hidæ geldantes. Ex his quatuor hidæ jacent in **Plegelgete Hundred**. In dominio eſt i. carucata & xxii. villani & quatuor bordarii, cum xx. carucatis. Ibi unus ſervus, & molendinum de octo ſolidis; & ſex acræ prati. Silva nil reddit. De iſto manerio tenent duo milites tres hidas, & Capellanus Epiſcopi unam hidam, & presbyter villæ unam virgatam terræ. Hi habent ſex carucatas, & quinque villanos & unum bordarium cum quatuor carucatis & tribus ſervis. Præpoſitus villæ habet unum molendinum de xxxii. denariis. T. *R. E.* & poſt & modo valebat x. *li.* & xv. *ſ.*

In Bromeſech Hundred.

In **Wiboldingtune** ſunt tres hidæ, quæ rectè pertinent ad Epiſcopatum. Waſtæ ſunt, & waſtæ fuerunt. Ibi eſt piſcaria.

In **Walecfoꝛd** ſunt ſeptem hidæ geldabiles. In dominio eſt una carucata, & adhuc duo poſſent eſſe. Ibi ſex villani & quatuor bordarii, cum quinque carucatis. Ibi xiiii. acræ prati & tres haiæ. Villani reddunt x. ſ. pro waſtâ terrâ.

In

In **Rosse** sunt septem hidæ geldabiles. In dominio est una carucata, & alia posset esse. Ibi xviii. villani & sex bordarii; & Presbyter cum xxiii. carucatis. Ibi tres servi, & molendinum de sex solidis & octo denariis; & xvi. acræ prati. Silva est in defensu Regis villani reddunt xviii. sol. de censu.

In **Uptune** sunt septem hidæ geldabiles. In dominio sunt duæ carucatæ, xviii villani, & xi. bordarii, & duo buri & Presbyter. Inter omnes habent xxviii. carucatas & dimidium. Ibi quinque servi & quatuor acræ prati, & una haia, & silva nihil reddens. Villani reddebant xx. sol. pro consuetudine. Hæc tria maneria **Walfolde**, & **Rosse**, & **Uptune** appreciata sunt xiiii. libr.

In Wimundestreu Hundred.

In **Liedeberge** sunt quinque hidæ. In dominio sunt duæ carucatæ & x. villani; & unum burum cum duabus carucatis. Ibi molendinum de xxxii. denariis, & septem acræ prati. Silva dimidia leuva longitudine, & dimidia latitudine nil reddit. De hoc manerio tenuit Presbyter duas hidas & dimidiam; & duo milites unam hidam, & unus Radman xiii. virgatas. Hi habent in dominio decem carucatas & septem bordarios, cum aliis hominibus habitantibus viii. carucatas, & pars salinæ in **Wiche**. T. *R. E.* valebat x. libr. & post & modo viii. libr. Quod Presbyter tenet valet quinquaginta solidos.

Halles. De isto manerio tenuit *Heroldus* Comes injustè unam hidam, & *Godricus* de eo: Rex *W.* reddidit *Waltero* Episcopo. In dominio sunt tres carucatæ & quatuor villani cum tribus carucatis; & molendinum de ii. sol. & septem acras prati. T. *R. E.* & post & modo valet xxv. sol.

In **Astrenofre** sunt quatuor hidæ geldantes. In dominio sunt tres carucatæ, & octo villani, & septem bordarii cum xi. carucatis. Ibi sex acræ prati, & duæ haiæ; & silva quæ nil reddit; & pars salinæ in **Wiche**. Silva quatuor quarentenæ longitudine & duæ latitudine. De isto tenet unus miles dimidiam hidam, & unus cementarius dimidium hidæ & dimidium virgatæ. In dominio i. carucata & duo bordarii, cum aliquibus aliis tribus carucatis. T. *R. E.* & post, & modo valebat quatuor libras.

In **Bageberge** sunt quinque hidæ geldantes. In dominio sunt duæ carucatæ & xvi. villani, & xiii. bordarii cum xx. carucatis. Ibi molendinum de xxxii. denariis & octo acræ prati: Et silva nihil reddit: Et pars salinæ in *Wiche*. De isto manerio tenent duo milites unam hidam & tres virgatas; & duo Radmanni tres virgatas & dimidium. In dominio habent hi quatuor carucatas, & homines eorum sex carucatas; & molendinum de xvi. denariis. T. *R. E.* & post, & modo valebat viii. lib. quinque solidis minus.

In **Boseberge** sunt sex hidæ geldabiles. In dominio duæ carucatæ, & xvii. villani & xvi. bordarii & unum burum, cum xxii. carucatis. Ibi duo servi & molendinum de xxx. denariis; & octo acræ prati, & silva nil reddit. Presbyter tenet unam hidam & habet unam carucatam. T. *R. E.* & post & modo valebat sex libras.

In **Credelaie** sunt xii. hidæ; una ex his est wasta, aliæ geldantes. In dominio sunt tres carucatæ, & xxiii. villani, & tres bordarii, & sex buri, cum xxviii. carucatis. Ibi quinque servi, & molendinum de xxxii. denariis, & septem acræ prati. Silva una leuva longitudine & dimidium latitudine, & nil reddit. Ibi una haia. De hoc manerio tenet Presbyter virgatam & dimidiam, & præpositus dimidiam hidam; & duos milites unam hidam & unam virgatam & dimidiam: Et unus Radman dimidiam hidam. Hi habent in dominio quinque carucatas, & bordarii eorum sex carucatas. T. *R. E.* & post, & modo valebant x. lib.

In **Colewelle** sunt tres hidæ geldantes, & jacent in **Credelaie**. *In* dominio sunt duæ carucatæ & octo villani, & octo bordarii, cum x. carucatis. *Ibi* sex servi & molendinum de xvi. *d.* & octo acræ prati, & una haia. De hoc manerio tenet unus *Radman* dimidium hidæ, & ibi habet unam carucatam. T. *R. E.* & post & modo valebat sex solidos. Hoc manerium tenuit *Heraldus* Comes injustè, & *Turmon*[illegible] de eo. Rex *W.* reddebat *Waltero* Episcopo.

In **Cotingtune** sunt tres hidæ. Dimidia hida est wasta; aliæ hidæ geldantes. In dominio sunt duæ carucatæ, & sex villani & unus bordarius cum sex carucis. Ibi unus *Radmannus* tenet unam hidam, & habet unam carucatam. Ibi tres acræ prati & silva nil reddit. Ad istud manerium pertinet tres masuræ in *Wirecestre* reddentes xxx. denarios. T. *R. E.* & post & modo valebat xlv. sol. Hoc manerium tenuit *Heraldus* Comes injustè Rex *W.* reddebat *Waltero* Episcopo.

In Cutethorne Hundred.

In **Hantune** sunt quatuor hidæ geldabiles In dominio sunt duæ carucæ, & sex villani, & quinque bordarii cum septem carucis. Ibi duæ ancillæ, & duo molini & dimidium de xxxv. sol. & xxviii. acræ prati. De isto manerio tenet unus miles tres virgatas, & unus Rademan unam virgatam; & habent in dominio tres carucas. T. *R. E.* & post & modo valebat C. sol. Hoc manerium tenuit *Heraldus* Comes injustè. Rex *W.* reddidit *Waltero* Episcopo.

In **Popestage** est una hida geldabilis. In dominio sunt duæ carucatæ, & quatuor villani & sex bordarii cum duabus carucatis. Ibi molendinum de xx. sol. & xx. acræ prati; & salina ad *Wiche* reddens xvi. mittas salis. Unus Francigena tenet istam hidam dimidiam, & habet unam carucam. T. *R. E.* & post valebat xl. sol. modo quinque solidos plus.

In **Scelwiche** sunt duæ hidæ geldantes. In dominio est una carucata: Et sex villani & sex bordarii cum quatuor carucis. Ibi una ancilla

cilla & molendinum de xxx. ſolidis & xviii. acris prati. T. *R. E* & poſt valebat Lx. ſol. modo C. ſol.

In **Scelwiche** ſunt tres hidæ geldantes. In dominio eſt una carucata, & quinque villani cum tribus carucis: Et ibi unus francigena tenens dimidiam hidam; & habet unam carucam cum duobus bordariis. Ibi octo acræ prati. T. R. *E.* & poſt valebat xxx. ſol. modo v. ſol. plus.

In **Sucweſſen** ſunt duæ hidæ geldantes. In dominio eſt una carucata. Unus miles tenet ad firmam unam ex his hidis pro octo ſolidis. T. R. *E.* & poſt & modo valebat xxiii. ſol. Idem manerium tenuit *Heraldus* Comes injuſtè. Rex *W.* reddidit *Waltero* Epiſcopo.

In **Werham** ſunt duæ hidæ geldantes. Ibi octo villani cum quaruor carucis. Valet & valuit xxx ſol.

In **Peune** ſunt duodecim hidæ geldantes. In dominio eſt una carucata, & xv. villani & decem bordarii cum xvi. carucis. Ibi unus Bedellus & duæ ancillæ & duæ acræ prati. De terrâ hujus manerii tenet tres Clerici Epiſcopi quatuor hidas & dimidiam: Et tres milites tenent tres hidas & dimidiam. Hi habent in dominio ſex carucatas, & xiiii. villanos & i. bordarios cum ſex carucis. Ibi ſunt quatuor ſervi, & molendinum de xxxii. denariis. T. R. *E.* & poſt, & modo valebat xi[illegible]b. & x. ſol.

In **Huntenetune** ſunt x. hidæ. Ex his quatuor ſunt waſtæ, & aliæ geldabiles. In dominio eſt una carucata, & quinque villani; & quatuor bordarii cum ſeptem carucis. Ibi quinque acræ prati: Et adhuc una carucata plus poſſet eſſe in dominio. De iſto manerio tenet unus Clericus duas hidas, & unus miles tres hidas. In dominio habent duas carucas, & tres bordarios, & unus faber cum una carucâ. T. R. *E.* & poſt, & modo valebat iiii. lib

In **Holemere** eſt una hida geldabilis. In dominio ſunt quatuor villani cum quatuor carucis. Valet & valuit x. ſolid.

In **Moxtune** ſunt quatuor hidæ geldantes. Tres Clerici tenent de Epiſcopo, & habent tres carucatas in dominio, & octo villanos & quatuor bordarios, cum duabus carucis & dimidiam. Ibi quatuor ſervi & duæ ancillæ, & molendinum de quatuor ſolidis, & xx. acræ prati. T. R *E.* valebat iiii. lib. & poſt & modo tres libras.

In **Pipe** eſt una hida geldabilis. Ibi una caruca, & xvi. acræ prati valentes v. ſol. In *Leode* ſunt duæ hidæ geldantes. Ibi una carucata & dimidia in dominio, & tres villani cum tribus carucis & dimidia. Ibi una ancilla. Et adhuc poſſet eſſe in dominio dimidia carucata. Ibi octo acræ prati. Valet & valuit xl. ſol. unus miles tenet de Epiſcopo.

In Stapel Hundred.

In **Moxtune** ſunt ſex hidæ geldantes. In dominio eſt una carucata, & octo villani & tres bordarii cum octo carucis & dimidia. Ibi una ancilla, & una acra prati & ſilva reddens duos ſolidos. T. R. *E.* & poſt valebat Lx. ſol. modo C. *s.*

In **Wulverſhille** ſunt quinque hidæ geldantes. In dominio eſt una carucata, & alia otioſa, & novem villani: Et præpoſitus & quatuor bordarii cum ſex carucatis & dimidia. Ibi una ancilla & ſex acræ prati. T. R. *E.* valebat tres libras, & poſt & modo quatuor libras.

In **Wurmeſleu** dimidia hida eſt geldabilis. Unus Miles tenet de Epiſcopo, & habet duos villanos cum una carucâ. T. R. *E.* & poſt, & modo valebat iiij. ſol.

In **Bycce** ſunt quatuor hidæ geldabiles. Unus Miles tenet de Epiſcopo. In dominio ſunt duæ carucatæ & quatuor villani, cum duabus carucatis. Et unus alter Miles tenet ibi unam hidam, & habet unam carucatam, & quatuor bordarios cum unâ carucatâ. Ibi unus ſervus & una ancilla. T. R. *E.* valebat L. ſol. modo Lx. ſol.

In Plegelget Hundred.

In **Bromgerbe** ſunt xxx. hidæ. Ex his tres hidæ ſunt & fuerunt waſtæ; aliæ geldantes. In dominio ſunt quinque carucatæ & xlii villani & ix. bordarii cum xxxix. carucis. Ibi ſex ſervi & molendinum de x. ſolidis & xii. acræ prati. Silva eſt ibi nil reddens.

De hoc Manerio tenent tres Milites Epiſcopi, novem hidas & unam virgatam; & duo Presbyteri unam hidam, & unus Capellanus unam hidam & tres virgatas; & præpoſitus unam hidam; & unus Radman unam hidam. In dominio habent unam carucatam & dimidiam; & homines eorum habent xx. carucatas; unus eorum habet duos ſervos, & tres acras prati. T. R. *E.* & poſt, & modo valebat totum Manerium xlv. li. & x. ſol.

In **Collintune** ſunt tres hidæ geldabiles. In dominio ſunt tres carucatæ, & duo villani & quatuor bordarii, cum duabus carucatis & dimidiâ. Ibi duæ acræ prati.

T. R. *E.* & poſt & modo valebat xxx. ſol. Hoc Manerium & illud ſuperius ſcriptum **Bigge** tenuit *Heraldus* Comes injuſtè. Rex *W.* reddidit eos *Waltero* Epiſcopo.

In Wilfagie Hundred.

In **Lutelon-Hereford** ſunt ſeptem hidæ. Tres ex his ſunt waſtæ, aliæ geldabiles. In dominio ſunt tres carucatæ, & Li. villani, & tres bordarii cum xi. carucatis. Ibi duæ ancillæ & molendinum de ſex ſolidis & octo denariis. Ibi ſunt quatuor molini quorum medietas rectè pertinet ad prædictum Manerium. Ibi quinquæ acræ prati, & ſilva duarum quarentenarum longitudine, & dimidium quarentenæ latitudine; & nil reddit. De hoc Manerio tenet Presbyter dimidiam hidam, & unus Radman dimidiam hidam. Ipſi habent tres carucatas: T. R. *E.* valebat C *s.* et poſt et modo quatuor libras.

In

In **Winetune** est dimidia hida. Hanc tenet unus Radman, & ibi habet unam carucatam, & duos villanos. Valet & valuit v. sol.

In Cuethorn Hundred.

In **Cradennille** sunt duæ hidæ. Ibi duo villani cum unâ carucatâ, reddens v. sol. de censu. Valet xx. s.

In Stadel Hundred.

In **Woze** est una hida quæ valet quinque solidos. Ipsi Canonici quatuor hidas. Ibi tres Clerici habent tres villanos cum quatuor carucatis. Valet xv. s.

Ipse Episcopus *Walterus* habuit unam hidam Walescam. T. R. *E.* vastatam. Ibi sunt duæ carucatæ in dominio, & tres villani, & sex bordarii, & duo alii homines cum sex carucatis. Valent xl. sol. Hujus terræ maxima pars est in defensu Regis.

Circa portam *Herefordiæ* habuit *Walterus* Episcopus terras tempore Regis *Edwardi* quæ non geldabant. Ibi habebat *Robertus* Episcopus quatuor carucatas in dominio, & duos villanos, & quinque buros cum quinque carucatis & dimidiâ. Valuit xl. sol. modo iiii. lib. De hac terrâ tenent duo Capellani Episcopi aliquam partem, & unus miles unam hidam. Hi habent in dominio sex carucatas & unum villanum, & sex bordarios, & duos servos, & tres ancillas. Inter totum valet Lxvii. sol.

Inter totum sunt in Episcopatu CCC. hidæ.

Carta Regis Henrici *Primi donationem* Radulfi *de* Limesi *confirmans.*

Pat. 27 E. 3. part. 1. m. 25. per Inspex.

HEn. Rex *Angl.* Episcopo *Lincolniæ*, & Vicecomiti, & omnibus Baronibus & fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de *Lincolesirâ* salutem. Sciatis me concessisse donationem terrarum, & omnium rerum illarum quas *Radulfus* de *Limesiâ* dedit Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Herefort* in Elemosinam, pro animabus Patris & Matris meæ, & fratris mei *Willielmi* Regis, & reliquorum antecessorum meorum; & pro meipso, & pro uxore meâ *Matildâ* Reginâ, & pro pueris nostris; & pro *Willielmo* filio nostro, & uxore suâ & filiis suis; & pro animabus Parentum nostrorum; viz. terram illam ubi Ecclesia prædicta de *Herefort* ædificata est; & unam hidam terræ ibidem; & Ecclesiam de *Peritonâ*, cum totâ decimâ suâ, & decimis hominum suorum in eadem villâ; & duas hidas terræ, & dimidiam hidam ibidem; & pasturam bobus de carucis Monachorum de *Herefort*, pariter cum bobus dominicarum carucarum prædicti *Radulfi* in *Piritonâ*; & porcis eorum pastionem pariter cum dominicis porcis *Radulphi*, in quemcunque boscum suum illos pascendos miserit: & duas partes decimæ de dominico suo in *Cavendisc*; & duas partes decimæ *Radulfi* de *Hichentonâ*, & unam carucatam terræ in eadem villâ; & decimam suam de *Huverleiâ*, & decimas hominum suorum; scilicet de *Uccietune*, & *Ansgoti* de *Caldecotâ*, & *Walteri* de *Bilesurdâ*, & de terrâ suâ juxta *Piritonam*; & decimam *Hugonis Samsone* de *Aprestona*, & de *Torpe*, sicut prædictus *Radulfus* hæc omnia dedit & concessit prædictæ Ecclesiæ de *Herefort* in Elemosinam. Et volo & præcipio, ut prædicta Ecclesia hæc omnia benè & in pace & honorificè & quietè in omnibus rebus teneat sicut decet Elemosinam. T. *Rogero* Episcopo *Sarum*, et *R.* Episcopo *Lincoliæ*, et *Gaufrido* Abbate *Wintoniæ*, et *Ranulfo* Cancellario, et *Nigello* de *Albini* apud *Westmonasterium.*

Carta Simonis *de* Clifford, *de Manerio de* Hamme.

Ex præfato Cod. MS.

SCiant præsentes & futuri, quòd ego *Simon de Clifford* concessi & demisi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi venerabili Patri Domino *Radulfo Herefordensi* Episcopo, totam terram, cum omnibus pertinentiis suis in Manerio de Hamme, quod est de feodo Episcopi *Herefordensis*: quam quidem terram habui & possedi de dono nobilis viri *Walteri de Lacy*, per servicium unius militis & dimidii, pro omni servicio. Et præterea totum jus & clamium, quod habui & haberè potui in prædictâ terrâ, & prædicto Manerio, cum omnibus pertinentiis suis, eidem Domino Episcopo sine ullo retenemento remisi, & imperpetuum quietum clamavi pro me & hæredibus meis, *&c.* Habenda & tenenda sibi & cuicunque dare, vendere, legare, & assignare voluerit, tam in religione, quam extra religionem, liberè, quietè, *&t.* Ego verò *Simon* & hæredes mei, dicto Domino Episcopo, & suis assignatis (*&t*) imperpetuum warantizabimus (*&c.*)

Carta Radulfi Herefordensis *Episcopi, Decano & Capitulo* Herefordensis *Ecclesiæ de terrâ de* Hamme.

Ibid.

OMnibus Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, *Radulphus* miseratione divina, *Herefordensis* Ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, nos divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ nostræ, totam terram illam de Hamme; *viz.* quindecim libratas terræ, cum omnibus pertinentiis, quam emimus à Domino *Simone* de *Clifford* milite, quæ est de feodo nostro, dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmasse dilectis in Christo filiis Decano & Capitulo *Herefordiæ*; & totum jus, quod in eadem terrâ habuimus, vel habere potuimus ex emptione, quam à prædicto *Simone* fecimus (*&c.*) Habendam & tenendam prædictis Decano & Capitulo, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus ad prædictam terram pertinentibus in perpetuum, sicut unquam aliquis eam aliquo tempore liberius tenuit de nobis & successoribus nostris, per servicium unius militis & dimidii, pro omni servitio seculari & exactione, sicut in Cartâ prædicti

Simonis, quam inde habemus pleniùs continetur. Conceſſerunt autem nobis, ad inſtantiam & petitionem noſtram, caritativè, prædicti Decanus & Capitulum, quod in perpetuum, die Obitus noſtri, cum ab hoc ſeculo migraverimus, in Eccleſiâ *Herefordenſi*, obſequia divina pro nobis ſingulis annis ſolemniter facient celebrari. Et ut hæc noſtra donatio, conceſſio & confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſenti ſcripto Sigillum noſtrum in teſtimonium duximus apponendum. Hiis teſtibus, *&c.*

Carta Walteri *de* Laſcy, *facta Priori & Conventui de* Craſſewell, *de Mannerio de* Hammâ.

Ibid. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Walterus de Laſcy* dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & Priori Ordinis *Grandimontenſis*, & fratribus ejuſdem Ordinis, commorantibus, & Deo ſervientibus apud **Craſſewell**, in puram & liberam & perpetuam eleemoſynam, pro amore Dei, & ſalute animæ meæ, & *Margeriæ* uxoris meæ, anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; & pro ſalute animarum bonæ memoriæ *Johannis* illuſtris Regis *Angliæ*, & illuſtris Regis *Henrici* filii ſui, totum dominicum meum, quod habui in manerio de *Hammâ*, cum Capitali meſſuagio meo, cum ædificiis, gardinis, vivariis, rivariis, piſcariis, ſtagnis, molendinis, pratis, & paſcuis, viis, & ſemitis, cum boſco & omnibus aiſiamentis, exitibus & profectibus, & omnibus aliis rebus & libertatibus ad dictam terram pertinentibus. Tenendum & habendum totam dictam terram, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut per viſum proborum & legalium virorum meliùs & pleniùs extenſa fuit & perambulata, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Creſſewellâ*, & fratribus ibidem commorantibus & Deo ſervientibus, liberè, plenariè, integrè, & quietè. ab omni ſervicio ſeculari, exactione, demandâ & conſuetudine, quæ ad me vel ad hæredes meos pertinent, vel pertinere poterunt; ſalvis mihi & hæredibus meis, ſerviciis duorum militum, & homagiis *Simonis* de *Clifford*, & hæredum *Stephani* de *Ebroicis*; & ſerviciis *Hugonis Pilate*, & *Walteri* filii *Walteri*, & hæredum illorum, qui ſummonitiones militum meorum, pertinentium ad Caſtrum meum de **Wevbeleg** facere debent: quorum ſervicia omnia mihi & hæredibus meis retineo; ita *viz.* quod dicti Prior & fratres Ordinis *Grandimontenſis*, ſine omni vexatione & ſeculari ſervitio, ibidem perpetuâ gaudeant tranquillitate. Ego, verò *Walterus* de *Laſcy* & hæredes mei, omnia dona & conceſſiones præſcriptas, dictis Priori & fratribus apud **Creſſewell** commorantibus, contra omnes homines & fœminas in perpetuum warantizabimus; quod quia volo ratum & ſtabile in perpetuum permanere, præſentem Cartam Sigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, domino *Petro Wyntonienſi* Epiſcopo, *&c.*

Carta Prioris de **Craſſewell**, *& ejuſdem loci fratrum, facta* Petro *de* Aquablancâ Herefordenſi *Epiſcopo, & hæredibus ſuis, de manerio de* **Hamme** Lacy.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens Carta pervenerit, *Reginaldus* rector omnium domorum Ordinis *Grandimontenſis* in *Angliâ*, & ſpecialiter Rector & Prior domus de **Craſſewell**, & ejuſdem loci fratres ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, nos vendiſſe, & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmaſſe venerabili in Chriſto Patri, *Petro* de *Aquablancâ Herefordenſi* Epiſcopo, pro ſervicio ſuo, totum dominicum noſtrum & terram noſtram, quam habuimus in Manerio de **Hamme** *Lacy*, *viz.* duas Carucatas terræ, quæ jacent in dicto Manerio de **Hamme**, ex unâ parte, & alias duas Carucatas terræ, cum grangiâ & nemore ex aliâ parte, quæ ſitæ ſunt juxta grangiam dicti Domini Epiſcopi, cum Capitali meſſuagio, grangiis, & omnibus aliis ædificiis, cum molendino dicti manerii, cum gardinis, vivariis, piſcariis, ſtagnis, rivariis, pratis omnibus & paſcuis, viis & ſemitis, cum boſco & omnibus aliis ayſiamentis, cum omnibus liberè tenentibus & non liberè tenentibus, cum omnibus exitibus & profectibus, & omnibus aliis rebus & libertatibus & liberis conſuetudinibus, tam nominatis quàm non nominatis, ad dictam terram pertinentibus, ſine aliquo retenemento noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum, vel domus noſtræ imperpetuum. Tenendum & habendum, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè, quietè, plenariè, integrè imperpetuum, eidem Epiſcopo, & cuicunq; & quibuſcunq; ea dare voluerit, legare, vendere vel aſſignare, & hæredibus eorum vel aſſignatis eorum, de nobis & ſucceſſoribus noſtris, & domo noſtrâ de **Craſſewell**: Reddendo indè annuatim unam libram cumini ad *Paſca*, apud **Hereford**, pro omni ſervicio, conſuetudine, ſecta Curiæ, & pro omnibus herietis, wardis, & releviis; & pro omni ſeculari demandâ quæ ad nos, vel ad ſucceſſores noſtros, vel ad domum noſtram prædictam pertinere poſſint in perpetuum. Et ego frater *Reginaldus* (*&c.*) & dicti loci fratres, & ſucceſſores noſtri in perpetuum, totum præfatum dominicum, *&c.* prædicto *Petro* & hæredibus, *&c.* warantizabimus, *&c.* imperpetuum. Pro hac autem venditione noſtrâ, donatione, conceſſione, & warantizatione noſtrâ, dedit nobis prædictus *Petrus* Epiſcopus quingentas marcas argenti, quas ab eodem recepimus, ad terras & redditus emendas, ad ſuſtentationem fratrum, qui divina celebrabunt pro animâ Domini *Walteri* de *Laſcy*, & omnium fidelium defunctorum in domo *Grandimontenſi* in perpetuum. Et ut hæc noſtrâ venditio, donatio, conceſſio, & warantizatio perpetuum robur optineat, præſentem Cartam Sigilli noſtri impreſſione roboravimus. Hiis teſtibus, *&c.*

Ibid.

D:

De dono & conceſſionibus Petri *de* Aquablancâ, Herefordenſis *Epiſcopi*, *Eccleſiæ* Herefordenſi *factis.*

Ex Calendario antedicto. OBitus venerabilis Patris, *Petri* Dei gratiâ *Herefordenſis* Epiſcopi; & patris & matris, fratrum & ſororum, parentum & anteceſſorum ejus; & *Bernardi* quondam Prioris *Campaniæ*, qui dedit redditum Centum ſolidorum Canonicis & Clericis, præſentibus in exequiis Anniverſari ſui; Canonicis *ſcil.* quinq; marcas, & Clericis duas marcas & dimidium: Et qui libertates Epiſcopatus & Capituli Eccleſiæ *Herefordenſis*, contra Cives *Herefordiæ*, & alios Eccleſiæ rebelles, longo certamine veredicavit; Et manerium de Hamme *Lacy*, proprio peculio acquiſitum Eccleſiæ *Herefordenſi*; ac quatuor libras annui redditus de molendino Prioris *Herefordiæ*, ad certum uſum dedit in puram & perpetuam elemoſinam, prout in Cartis indè confectis plenius continetur. Et Eccleſiam de Bocclington Theſaurariæ *Herefordenſi* appropriavit: ſtatuens, ut Subtheſaurarii, pro animâ ſuâ, & animabus benefactorum Eccleſiæ *Herefordenſis*, celebrare divina teneantur; & ex hoc è Carta ejus in Theſaurariâ. Dedit etiam pretioſam Mitram, Caſulam, Dalmaticam, & Tunicam duplicem, crocei & indici coloris; Calicem argenteum deauratum, & plures libros de Capellâ ſuâ; & alia plura dedit: Ac maneria Epiſcopatus in redditibus & ædificiis plurimum augmentavit & emendavit.

Domeſday lib. in Scac. *Nomina Maneriorum olim Eccleſiæ Cathedrali* Herefordenſi *ſpectantium*; *quæ* Heraldus *Comes injuſtè abſtulit*, *& Rex* Willielmus *eidem Eccleſiæ reſtituit.*

In Dunre Hundredo. Hamme manerium.

In Wimundeſtreu Hundr. { 1. Hida Haſles dicta. Colewelle manerium. Cotingtune manerium.

In Cutethorn Hundr. { Hantune manerium. Sucwiſſen manerium.

In Stapel Hundr. Bigge manerium.
In Plegelget Hundr. Collintune maner.

Ex præfato Cod. MS. penès S. *Taylor* gen. *Carta* Willielmi D'eureus *de Capellâ de* Puttele.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus D'eureus*, aſſenſu & conſilio uxoris meæ, & hæredis mei, dedi & conceſſi Deo & S. *Mariæ* & S. *Ethelberto*, quicquid juris habui in Capellâ de Puttele, & jus patronatus illius Capellæ, in manu *Radulfi* Decani reſignatum: Et quod iſtud ratum & inconvulſum manere volo, Sigilli mei appoſitione confirmavi. Hiis teſtibus *Radulfo* Decano, *Gilberto* de *Overwyke*, *Ranulfo* filio *Orchemar*, *Mauricio* præpoſito *Herefordiæ*, *Galfrido* de *Scotot*, *Philippo* de *Sernesfeld*, & *Radulfo* de *Monſelawe*, & multis aliis Clericis & Laicis.

Finis levatus de advocatione Eccleſia de Putteleye. Ibid.

HÆc eſt finalis concordia, facta in Curiâ Domini Regis apud *Weſtm.* in *Octab. S. Michaelis*, anno regni regis *Johannis* nono, coram ipſo Domino Rege, & Domino *G.* filio *Petri* Comitæ *Eſſexiæ*, *Simone* de *Pateſhull*, *Henrico* Archidiacono *Staffordiæ*, *Jacobo* de *Poternâ* Juſticiariis, & aliis fidelibus Domini Regis ibidem tunc præſentibus; inter *Ceceliam* de *Ebroicis* petentem, & *Hugonem* Decanum, & Canonicos *Herefordiæ* deforciantes, de advocatione Eccleſiæ de Putteleg, undè aſſiſa ultimæ præſentationis ſummonita fuit inter eos in præfatâ Curiâ; *ſcil.* quod eadem *Cecelia* recognovit advocationem illius Eccleſiæ eſſe jus prædictorum Decani & Canonicorum, & Eccleſiæ ſuæ de Hereford; & illam remiſit & quietam clamavit, de ſe & hæredibus ſuis, eiſdem Decano & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, & Eccleſiæ de Hereford in perpetuum. Et pro hac recognitione, fine, & concordiâ, idem Decanus & Canonici dederunt eidem *Ceciliæ* octo marcas argenti. Et idem *Hugo*, & Canonici *Herefordiæ*, & eorum ſucceſſores facient in perpetuum in eadem Eccleſiâ divina celebrari ſingulis diebus.

Confirmatio Radulfi Murdac.

SCiant tam præſentes quàm futuri, quod ego *Radulfus Murdac* conceſſi Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* & S. *Ethelberti* de Hereford, & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, Eccleſiam de *Puttelegâ*, cum omnibus ſuis pertinentiis, in perpetuam elemoſynam liberè & quietè tenendam, quàm *Will. D'eureus* prædeceſſor meus, eis dedit, & quod volo ſuam donationem & meam ratam eſſe, Sigillo meo & Cartâ præſenti eis illam confirmavi. Teſte *Ricardo* Epiſcopo *Wintoniæ*, *Radulfo* de *Glanvillâ*, *Willielmo Baſſet*, *Roberto Mantel*, *Alexandro* de *Kayſneto*, *Radulfo* fratre ſuo, *&c.* & multis aliis, qui tunc fuerunt apud *Weſtm.* coram Juſticiariis Domini Regis.

LANDAVENSIS

Ecclesia Cathedralis.

De S. Germano & Lupo.

Lel. Coll. vol. 2. p. 42.

QUi cum Hæresin illam extirpassent, Episcopos in pluribus locis *Britanniæ* consecrarunt; beatum *Dubricium*, summum Doctorem in Archiepiscopum statuerunt, & *Landavensem* Ecclesiam in honore beati *Petri* fundatam, sedem Cathedralem collocârunt.

De primo statu Landavensis *Ecclesiæ*, & *vitâ Archiepiscopi* Dubricii.

Ex Cod. MS. Eccl. Catth. *Landavensis* in bibl. *Seldenianâ* f. 47. a.

ANno ab Incarnatione Domini *CLvi. Lucius Britannorum* Rex, ad *Eleutherium* duodecimum, Apostolicæ sedis Papam, legatos suos, *scil. Elvanum* & *Medwinum* misit; implorans ut juxta ejus ammonitionem Christianus fieret, quod ab eo impetravit: nam gratias agens Deo suo, quod illa gens, à primo regionis inhabitatore, *Bruto*, gentilis fuerat, tam ardenter ad fidem Christi festinabat, consilio seniorum urbis *Romæ*, placuit eosdem legatos baptizari, &, Catholica fide susceptâ, Ordinari: *Elvanum* in Episcopum; *Medwinum* autem in Doctorem. Et propter eloquentiam & scientiam, quam in sacris habebant scripturis, prædicatores ad *Lucium*, in *Britanniam* reversi sunt: quorum Sanctâ prædicatione *Lucius*, & totius *Britanniæ* primates baptismum susceperunt; & secundùm jussum beati *Eleutherii* Papæ, ecclesiasticum Ordinem constituit, Episcopos Ordinavit, & benè vivendi normam docuit. Quam Christianæ religionis fidem, sine aliquâ pravi dogmatis maculâ, sincerum conservarunt, usq; dum *Pelagiana* hæresis orta est: ad quam confutandam S. *Germanus* Episcopus, & *Lupus* à *Galliæ* antistibus ad *Britannos* missi sunt. Sæpè tamen antè, missis Legatis à *Britannis*, ad eos, implorantibus auxilium contra tam execrabile periculum; quia pravæ doctrinæ Hæreticorum non adquiescebant, neq; tamen confundere valebant. Postquam prædicti seniores *Pelagianam* hæresin extirpaverant, Episcopos in pluribus locis *Britanniæ* insulæ consecraverunt. Super omnes autem *Britannos* dextralis partis *Britanniæ*, beatum *Dubricium* summum Doctorem, à rege & ab omni parochiâ electum, Archiepiscopum consecraverunt.

Hac dignitate ei à *Germano* & *Lupo* datâ, constituerunt ei Episcopalem sedem, concessu *Mourici* Regis, principum, Cleri, & populi, apud *pedum Lanntani*, in honore S. *Petri* Apostoli fundatam; & cum finibus istis a **Henrin gunua**, usq; ad **rin Finion**; & à **Gungleis**, usq; ad mare, totum infra **Taf** & **Elei**, cum piscibus & coretibus suis omnibus, & cum omni suâ dignitate; & liberè ab omni regali & seculari servicio, nisi tantum Oratione cotidianâ, & Ecclesiastico servicio pro animâ illius, & animabus parentum suorum, Regum & principum *Britanniæ*, & omnium fidelium defunctorum; & cum isto privilegio, sine Consule, sine pro-Consule, sine Conventu intus nec extra, sine expeditione, sine vigilandâ regione, intus nec extra, & cum liberâ communione totius Episcopatus incolis; in campo & in silvis; in aquis & in pascuis; & cum totâ suâ Curiâ, in se plenariâ liberâ & integrâ, ut regia; & cum suo refugio, non ad finitum tempus, sed sine termino; id est quamdiu voluerit, profugus maneat tutus sub ejus asylo; & cum datis Corporibus & commendatis Regum totius parochiæ *Landaviæ* in perpetuo.

Parochiam vero quincentas tribus, sinus *Sabrinæ*; **Ercic**, & **Anercyc**, à **Mochnos** super ripam **Gluy**, usque ad insulam **Ceithi**. Et propter sanctitatem suam, & prædicationem præclaram beati pastoris, & regalem parentelam suam, plures Ecclesiæ, cum suis dotibus, decimis, oblationibus, sepulturis, territoriis, & liberâ communione earum, datæ sunt sibi Ecclesiæ *Landaviæ*, & successoribus suis omnibus, à Regibus & Principibus totius regni dextralis *Britanniæ*, & cum prædictâ dignitate.

Statutum est enim, Apostolicâ auctoritate, istius Ecclesiæ privilegium, ut cum suâ dignitate, ab omni secularis servicii gravamine, libera imposterum maneat & quieta. Quæcunq; vero, concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis eidem pertinebunt, ei firma imposterum & integra conserventur. Quæcunque præterea in futurum, largiente Deo, justè atque Canonicè poterit adipisci, quieta ei semper & illibata permaneant.

Decretum quoque est, ut nulli omnino hominum liceat prædictam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; & omnia ei, cum parochiæ finibus conserventur. Si quâ igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona, contra hanc temerè venire temptaverit, secundò, tertiove commonita, si non satisfactione congruâ emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat; reamq; se divino judicio existere, de perpetratâ iniquitate cognoscat; & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri *Jhesu Christi* aliena fiat; atque in extremo examine, districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ jura servantibus, fiat pax Domini nostri *Jhesu Christi*, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Post

Poſt hæc ſurrexit Rex, circuens totum territorium, & portans Evangelium in dorſo, cum Clericis ferentibus Cruces in manibus, ſimul & reliquias: Et aſpersâ aquâ benedictâ, ſimul cum pulvere pavimenti Eccleſiæ, in omnibus finibus territorii ambulavit, per totum, datâ benedictione omnibus conſervaturis elemoſinam; cum omni prædictâ dignitate privilegii & refugii; maledictione autem violaturis, in magno aut immodico, ut prædictum eſt.

Videns autem S. *Dubricius* largiſluam potentum manum erga ſibi * commiſſam Eccleſiam, partitus eſt diſcipulos; mittens quoſdam diſcipulorum ſuorum, per Eccleſias ſibi datas; & quibuſdam fundavit Eccleſias & Epiſcopos per dextralem *Britanniam*; coadunatores ſibi. Ordinatis parochiis ſuis conſecravit, *Danielem* in Epiſcopum *Bancorenſi* Civitate; & plures alios Abbates & Presbyteros, cum inferioribus Ordinibus; *Ildutum* Abbatem apud *Podum*, vocatum ab eo **Lann-Ildut.**

*Ib. f. 48.

Locus *Mocroſi*, ſuper ripam **Guy**, quem Priori tempore beatus vir *Dubricius* priùs inhabitaverat, dono & conceſſione *Mouirici* Regis & principum, datus eſt Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtoribus ſuis in perpetuo: & ut ille Prior locus poſteriori ſemper ſerviret, cum omni ſuo territorio, & omni libertate, liberè ab omni regali ſervicio in perpetuo.

Lann Cuſſenhinn garth henni mercicg.

SCiendum eſt nobis, quod *Peipiau* Rex, filius *Erb*, largitus eſt **Mainaur garth henni**, uſq; ad paludem nigram, inter ſilvam & Campum, & aquam & jaculum Conſtantini Regis, ſocri ſui, **trans Guy** amnem **dom**; & *Dubricio*, archiepiſcopo ſedis *Landaviæ*, & *Junapeio* conſabrino ſuo, pro animâ ſuâ; & pro ſcriptione nominis ſui in libro vitæ, cum omni ſuâ libertate, ſine ullo cenſu terreno & principatu parvo & modico, niſi Deo & S. *Dubricio*, ſervientibus Eccleſiæ *Landaviæ* in perpetuo: Tenuitq; *Peipiau* grafium ſuper manum *Dubricii* Sancti, ut domus Orationis & pœnitentiæ; atque Epiſcopalis locus in æternum fieret Epiſcopis *Landaviæ*: & in teſtimonio relictis ibi tribus diſcipulis ſuis, Eccleſiam illam conſecravit. De Clericis teſtes ſunt in primo *Dubricius*, *Arguiſtil*, *Ubelni*, *Lovann*, *Lunapius*, *Conuran*, *Gorvan*. De laicis verò *Peipiau* Rex teſtis, *Cuſſenhin*, *Guourir*, *Dehiruc*, *Condivill*, *Guidgol*, *Clem*. Quicunque cuſtodierit hanc elemoſinam Deo datam, cuſtodiat illum Deus: qui autem non ſervaverit, deſtruat illum Deus.

De Lann Cernu.

NOtum ſit omnibus Chriſtianis, quod *Peipiau* Rex dedit **Lann Cernu**, cum uncia agri, Deo & *Dubricio* & Eccleſiæ *Landaviæ*, & omnibus ſibi ſervaturis, cum omni ſuâ libertate, ſine ullo cenſu ulli homini terreno, niſi *Dubricio* ſancto, & ſibi ſuccedentibus, in Epiſcopali ſede *Landaviæ* in perpetuo. Finis ejus **Dnant dylicat nant ɣɣegvic. Dnant ireguic, Cehit inant. Dirheith tir ruo ini Pirved, Ircoit behit pan a nir halmelen, ynhiaun behet pancuid inioſt irinis. Dioſt irinis hit bronn iralt.** Teſtes ſunt *Elgilſtil*, *Lunabui*, *Cenguarvi*, *Merchuit*. De laicis verò *Peipiau* Rex, *Coloni*, Centiuit. Servaturis fiat benedictio; Violaturis autem Excommunicatio. *Amen.*

De Lann Lunabui.

REx *Peipiau*, humili corde contritus, & ſuorum facinorum memor; ſuam vitam vertens in meliùs, pro commercio regni Cœleſtis, *Podum Junabui*, cum uncia agri dedit *Dubricio* ſancto, & ſibi ſuccedentibus in Eccleſiâ *Landaviæ*, cum omni ſua libertate, ſine ullo cenſu homini terreno, niſi S. *Dubricio* & Eccleſiæ *Landaviæ*. Finis autem hujus agri **Dɀ rit diuchilan, dirgvoiret huch irguduit dir bronn iralt** rectè **trus ircecg** verſus dum deſcendit **guar irhennrit iſſid arifrut, iniccoit maur.** Per ſilvam rectè **Diguarthan Campull, Dɀcampull** rectè uſque **Guy.** De Clericis teſtes ſunt *Aruguiſtil*, *Junubui* Presbyter, *Cinguarin*, *Cimmeired*, *Ludnou*, *Elharnn*. De laicis, *Peipiau* teſtes, *Cinnin*, *Colt*, *Arcon*, *Gnobrir*, *Guodcon*, *Cintinut*, *Cingint*. Fiat pax ſervaturis; violaturis autem maledictio. Amen.

De Cum Barruc.

SCiant omnes, quod duo filii *Peipiau*, *Cinvin*, viz. & *Guidci*, dederunt tres uncias agri, cum **Barruc** S. *Dubricio*, & omnibus ſibi ſuccedentibus, in Eccleſiâ *Landaviæ*, in perpetuo; cum omni libertate, ſine ullo cenſu homini terreno, niſi S. *Dubricio* & ſuæ familiæ, & ſuis ſequacibus; & cum omni communione datâ circum circa, in campo & in aquis, in ſilva & in paſcuis. Finis hujus agri eſt à valle uſque ad **Lech**. Longitudo, latitudo de **Lech** uſque ad petram **Crita**. Teſtes ſuper hoc pactum, de Clericis *Arguiſtil*, *Lunabin*, *Cingvarvi*, *Elhiarun*, *Cimmareia*. De laicis teſtes *Guoidci*, & *Cinvin*, *Collbin*, & *Arcon*. Qui in ſacrato iſto peccaverint, execrentur.

De Lann mocha.

SCiendum eſt nobis, quod dederunt *Britcon* & *Ilvic* **Lann mocha**, pro animabus ſuis, cum omni ſuâ libertate, in campo & in ſilvâ, in paſcuis & in aquis, Deo & S. *Petro* Apoſtolo, & Archiepiſcopo *Dubricio* Archimonaſterii *Landaviæ*, & ſuis omnibus ſucceſſoribus in perpetuo verbo, & conſenſu *Mouirici*

rici Regis, ſimul cum dono filiorum *Guoleiduc*, *Caratauc* viz. & *Cincu*, ſine principatu & poteſtate alicujus ſuper eam, niſi Epiſcoporum *Landaviæ*. Quicunque ab Eccleſiâ *Landaviæ*, & à paſtoribus ejus eam, ſeparaverit, perpetuo anathemate feriatur. Finis iſtius podi, eſt de foſſa ad **Caſtel merych**: Ex hinc tendit ad vallem **Lembi**, uſque ad vallem **Cilcirt**, rectè tendit in longitudinem vallis uſque ad **Baudur**: deinde in longitudine vallis **Ecclin**, uſque ad caput ſilvæ: Deinde per medium ſilvæ, uſque ad caput **nan Pedocon**, & in hit **Dirtnou guinn**, uſque ad vadem rufum **Salatinnu** *huc **Diravallen Pendreb Lovonnu**: Deindè exit ad rubum ſaliculum, & deſcendit in primam foſſam, ubi inceptus eſt finis agri iſtius podii. Teſtes ſunt, de Clericis, *Num*, *Simon*, *Sciblon*, *Araun*, *Blainrit*, *Ludon*, *Loubui*, *Guoren*, *Cinguan*; & multi alii teſtes, qui hic non nominantur. De laicis *Britton* & *Ilinc*, *Glovi*, *Buionin*, *Lilli*, *Cimuireg*. Coram illis omnibus poſuerant hanc dotem ſuper quatuor Evangelia in perpetuo ſine hærede, niſi Eccleſia *Landaviæ*; & benedicentes omnes uno ore, omnibus ſervaturis hanc elemoſinam: maledicentes autem communiter hiis, qui iſtud podum, cum ſuâ tellure & finibus iſtis, ab Eccleſiâ *Landaviæ* ſeparaverint, donec ad emendationem venerint.

*Ibid. f. 49. a.

De Cil Hal.

VIdens *Erb.* Rex *Guenti*, & *Ercic*, quod caduca eſſet ambitio hujus mundi, & poteſtas, accepit unam tellurem de propriâ ſuâ hæreditate, nomine **Cil hal**, & *Dubricio* Archiepiſcopo archimonaſterii *Landaviæ*, & ſuis ſucceſſoribus, cum devotione dedit, cum omni ſuâ libertate & communione, in campo & in paſcuis, in ſilvâ & in aquis, ſine ullo hærede, niſi in voluntate Epiſcopi *Landaviæ* & poteſtate, ſine ullo cenſu ulli homini terreno, magno vel modico. Rex prædictus miſit manum ſuper quatuor Evangelia, tenente beato *Dubricio*, cum prædicta tellure. Finis illius à palude magnâ uſque ad **Arganhell**: benedicens poſteris ſuis, qui ſervaverint iſtam donationem: qui autem violaverint, & ab Eccleſiâ *Landaviæ* ſeparaverint, maledicentur; & in ignem æternum mittentur. De Clericis teſtes ſunt Archiepiſcopus *Dubricius*, *Elhearn*, *Ludner*, *Guordocui*, *Guernabui*. De laicis vero Rex *Erb*, *Pepian*, *Gurtavan*, *Mabon*, *Condiuil*.

Tir Conloc.

COnfirmans ſcripturam, dicentem, *Date & dabitur vobis*, Rex *Pepiau* filius *Erb*, dedit pro ſalute animæ ſuæ, & pro remuneratione futuri præmii, quatuor uncias agri, **Conloc**, ſuper ripam **Guy**, infra inſulam **Ebsdil**, uſque **Cumbarruc ynis Strat dour**, ſine ullo cenſu hominum terreno, niſi *Landaviæ* archiepiſcopo *Dubricio*, & ſuis ſucceſſoribus, in perpetuo. De Clericis, teſtes ſunt *Dubricius* Archiepiſcopus; *Arguiſtil*, *Welbiu*, *Lovan*, *Lunapuis*, *Conuran*, *Gurvan*. De laicis verò *Pepiau* & filii ejus, *Cinuſt* & *Guidci*, & hæredes **Conloc**, *Congval*, & multi alii de melioribus totius regni. Qui in hoc dono ſacrilegium fecerint, execrentur. *Amen.*

Poxth Tulon.

REgnante *Merchguino*, filio *Glivis*, immolavit *Guorduc* filiam ſuam *Dulon* virginem, Archiepiſcopo *Dubricio Landavenſis* Eccleſiæ; quam conſecravit monialem, datis ſibi quatuor modiis agri, in ſempiternâ conſecratione, ſine ullo cenſu homini terreno, niſi Deo & Archiepiſcopo *Landaviæ*; & cum omni dignitate ſuâ & libertate, & communione totâ, regionis *Guhiri*, in campo & in ſilvis, in aquâ & in paſcuis, teſtante Archiepiſcopo *Dubricio*, & præſente, cum Clericis ſuis *Ubelvivo*, *Merchguino*, *Cuelino*. De laicis verò *Merchguinus* Rex, *Matauc*, *Garu*, *Lugobi*, *Luvaet*, & alii innumerabiles teſtes ſunt: Factâ maledictione ab omni ore, & excommunicatione omnibus hiis, quicunque illam terram ab Eccleſiâ *Landaviæ* & à paſtoribus illius, ab illo in futuro ſeparaverit. *Amen.* Datâ autem benedictione ſervaturis.

De Penn Alun.

NOE, filius *Arthur*, implens Apoſtoli mandatum, dicentis, *Date & dabitur vobis*: Et alibi dicitur, *Manus porrigens non erit indigens*, dedit pro commercio regni Cœleſtis, in primo tempore, terram **Pennalun**, cum ſuo territorio, ſine ullo cenſu homini terreno, niſi Deo & Archiepiſcopo *Dubricio* & *Landaviæ*, in honore S. *Petri* fundatæ; & omnibus ſibi ſuccedentibus; & **Lamteilo maur**, ſuper ripam **Tybi**, cum duobus territoriis ſuis, ubi converſatus eſt *Teilianus*, alumnus S. *Dubricii* & diſcipulus; & territorium *Aquilentium*, ſuper ripam *Tavi* fluminis: mittens *Noe* manum ſuper quatuor Evangelia, & commendans in manu Archiepiſcopi *Dubricii* hanc elemoſinam in perpetuo, cum omni refugio ſuo, & cum omni libertate ſuâ, in campo & in ſilvis in aquâ & in paſcuis, ſub perpetuo anathemate, quicunque ab illâ die in antea, ſepararet ab Eccleſiâ *Landaviæ* terras prædictas, & cum ſuâ dignitate, *Amen.* De laicis *Noe* ſolus teſtis eſt, cum innumerabili copiâ hominum. De Clericis verò Archiepiſcopus *Dubricius*, *Arguiſtil*, *Ubelbui*, *Lovann*, *Lunabui*, *Conbran*, *Guorvan*, *Elhearn*, *Ludnou*, *Gurdocui*, *Guernabui*. Fiat pax in diebus ſuis, & habundantia rerum firmaturis donum. Et filii eorum violatoribus Orphani, & uxores eorum viduæ.

Di

De morte & sepulturâ S. Dubricii, *& majoris Monasterii constructione.*

Ibid. f. 52. a.

SExcentesimo duodecimo anno incarnationis dominicæ, S. *Dubricius Landavensis* Ecclesiæ Episcopus *xviii.* Kal. *Decembris*, migravit ad dominum; Millesimo vero centesimo vigesimo, bissextilique anno, nonis *Maii*, & in sextâ feriâ translatus est ab insulâ Enli, & ab *Urbano*, ejusdem Ecclesiæ Episcopo, verbo & consensu *Radulfi Cantuariensis* Ecclesiæ metropolitani, & assensu *David*, *Bancorensis* Ecclesiæ pontificis, & in præsentiâ simul & *Grifridi* Regis *Guenedociæ*, & totius Cleri & populi collaudatione; & decimâ Kalendis *Junii* mensis, die dominicâ, receptus est in suam Ecclesiam *Landaviam*, cum processione factâ, præviâ sanctâ Cruce, & cum Reliquiarum copiâ; & in cujus adventu fit pluvia copiosa, multum populo necessaria: nam non pluerat octo septimanas, aut eo amplius, per totam parochiam *Gulatmorcanensem*; nec etiam stillaverat gutta. Quartâ nonis ejusdem mensis, & in quartâ feriâ, idem prædictus Episcopus, vir bonæ memoriæ, & post laborem, & præ tanto sibi & Ecclesiæ suæ gaudio, adepto pro tanto patrono: Et facto jejunio & oratione factâ, advocavit Canonicos suos, fratrem *Esni*, Decanum ejusdem Ecclesiæ, & virum castimoniæ & summæ prudentiæ; Capellanumque suum, *Isaac* nomine, virum astutiæ & valentiæ: Et appositis ad terram sacris Reliquiis beati *Dubricii*, & locatis ad unum ut præparentur, & separato pulvere, aquâ lavarentur, pro tanto itinere; & missis propriis suis manibus ad reverentiam tanti thesauri, & toti patriæ, in tria baccina, ante Altare *Petri* Apostoli, & Sanctorum confessorum *Dubricii*, *Teiliavi*, *Oudocei*, statim tactu Sanctarum Reliquiarum, ebullivit aqua undique, miro ac veluti misso grandi calido, & rubeo lapide: Non tantum pro ebullione multimodâ, per totum baccinium mirabantur, stupefacti; verum etiam tantam aquam nimium calefactam sentiebant. Nec parvâ horâ, aut spacia momenti; sed etiam quamdiu alternatim movebantur ab illis, communiter in aquâ tandiu, usque ad finem ablutionis crescebat calor in aquâ; non tantum visus & tactus sentiebant miraculum, immo auditus audientes caloris, & humidi sonitum & tumultum.

His visis, auditis, & tactis, ut est mirabilis Deus in Sanctis suis, accepit Episcopus unum os de brachio; & tractans præ nimio gaudio remisit in aquam; & missum ad fundum aquæ, movit se in fundo per spacium, nullo se movente, nisi divino tutamine, per nimiam horam: Quod cum vidisset, solus inprimis, advocavit Decanum, sibi adhærentem, ut videret ossis & aquæ motionem; simul, & Capellanum; & referunt grates Deo, ut in ore duorum aut trium sit omne testimonium pro tanto miraculo. Quibus visis, ad laudem & exaltationem Ecclesiæ Dei, positæ sunt Reliquiæ S. *Dubricii* in tumbam ad hoc aptam; & in antiquo Monasterio, ante S. *Mariæ* Altare, versus aquilonem plagam. Et prædictus antistes vir bonæ memoriæ, videns loci parvitatem, in longitudine *xxviii.* pedum, in latitudine *xv.* altitudine *xx.* & cum duabus alis ex utraque parte, ad modum parvæ quantitatis, & altitudinis & cum porticu *xii.* pedum longitudinis, & latitudinis rotundæ molis, consilio *Radulfi*, *Cantuariensis* Ecclesiæ Archiepiscopi, & totius Cleri & populi ejusdem, cœpit Monasterium majus construi, in honore *Petri* Apostoli, & Sanctorum confessorum *Dubricii*, *Teiliavi*, *Oudocei* *MCxxix.* anno, *xviii.* Kal. *Maii* mensis, & in quartâ feriâ passionis; & acceptis sibi & Ecclesiæ suæ literis domini Archiepiscopi, cum datâ benedictione & pardonatione omnibus auxiliaturis incœptum opus.

Requisitio Urbani, Landavensis *Ecclesiæ Episcopi, versus* Calixtum *Papam, apud* Remis.

VEnerabili *Calixto* Apostolico, & totius Christianitatis summo patrono, *Urbanus Landavensis* Ecclesiæ Episcopus, fidele servitium & Orationes debitas. Ecclesia Dei nostraque sub Deo & vobis vestræ misericordiæ & pietati, hanc dirigit Epistolam, & suppliciter rogat, ut pro summo Rege Christo, eam præcipiatis diligenter vobis recitari, & à vobis misericorditer exaudiri. A tempore antiquorum patrum, * dilectissime pater & domine, sicut cyrografum sancti patroni nostri *Teiliavi* testatur, hæc Ecclesia prædicta, prius fundata, in honore S. *Petri* Apostoli, aliarum omnium Ecclesiarum *Gualiæ*, semper Magistra extitit in dignitate, & in omni privilegio; donec tandem per seditiones, & tot bellorum flagitia, & inveterato antecessore meo *Herwoldo*, & indè debilitata, Ecclesia cœpit debilitari, & ferè viduata pastore, & annichilata indigenarum crudelitate, & invasione supervenientis gentis *Normannicæ*. Semper tamen religiosi viri, ad serviendum in ea hæserunt, tum propter *Anglorum* vicinia, à quibus in Ecclesiastico quidem ministerio nichil discrepabant; quia apud eosdem fuerant tam nutriti, quàm eruditi: tum etiam quòd, ab antiquis temporibus, id est à tempore *Eleutherii* Papæ, sedis *Romanæ*, Episcopus illius loci; & post adventum *Augustini* in *Britanniam* insulam, *Dorobernensis* Ecclesiæ metropolitani, ejusdem archiepiscopo, simul & regi *Anglorum* semper fuerat subditus, & per omnia obediens. Novissimè autem *Willielmo* Rege regnante, maximâ Cleri parte jam deletâ, *xxiiii* tamen Canonicis Ecclesia fuerat munita: quorum in præsenti nulli, præter duos in eâ remanent; & in dominio Ecclesiæ quatuor Carucæ, & quatuor libræ; nec tantum in territoriis ablatis, nunc Ecclesia desolata & dispoliata; verum etiam in decimis ablatis, sibi & Clericis omnibus totius Episcopatus, tam laicali potestate, quàm Monachorum invasione; quàm etiam fratrum nostrorum Episcoporum, *Herfordiæ viz.* &

* Ibid. f. 53. a.

Sancti

Sancti *Devi*, territorii simul & parrochiæ, grandi invasione: Nunc Præcor vos, ut patrem velut inermis armatum, & debilis fortem, quatinus Ecclesiæ nostræ vobis commissæ succurratis; ut qui vos fecit, ipse vos manuteneat: & post laboris terminum perducat vos ad perhenne solatium. *Amen.*

De Lann Garth.

Ibid. f. 65. a. IDon Rex, filius *Ynyr guent*, pro commertio æternæ patriæ, unam de domibus suis, **Lanngarth**, *viz.* cum omni territorio suo, quæ à priori tempore fuerit S. *Dubricii* Archiepiscopi immolavit, cum omni suâ libertate, & cum refugio Ecclesiæ S. *Petri* de *Landaviâ*, Archiepiscopo *Teliavo*, & omnibus successoribus suis, sine ullo censu terreno, magno vel modico, nisi Deo & Ecclesiæ *Landaviæ*; & cum totâ communione intus vel extra, in campo & in silvis; in aqua & in pascuis. Et Rex circuens totum territorium, & portans Evangelium in dorso, cum Clericis ferentibus Cruces in manibus, & aspersâ aquâ benedictâ, simul cum pulvere pavimenti Ecclesiæ & sepulchri, in omnibus finibus perambulavit per totum; factâ maledidictione & excommunicatione ab omnibus uno ore, illis specialiter quicunque locum istum, cum suo territorio & finibus istis subscriptis, ab Ecclesiâ *Landaviâ*, & à pastoribus illius, in æternum separaverit; datâ autem benedictione servaturis in pace. De Clericis testes sunt *Teliaus* Archiepiscopus, *Arguistil*, *Elgvoret*, *Conguariu*, *Conbran*, *Ludon*, *Guordocui*, *Gurmoi*, *Gurhal*. De Laicis, Rex *Ludon*, T. *Morguid*, *Merchion*, *Frendubur*, *Erbic*, *Guinabui*. Finis istius podi est, **Clougur**, per viam magnam usque ad cumulum **Frutmur**: à cumulo **Frutmur** rectè **Dirfos**, usque ad petram in quatuor confinibus **Dyleth Cibitan bital trecyn, behet tal irfos**; **openn ifos** usque ad fontem nigrum: à fonte per silvam **diclour eminus tal ifos Cibitan Clouuric diclour.**

Lann Maur, *id est* Lann Tel porth hal.

IDem Rex *Idon* largitus est in elemosinâ, pro animâ suâ, & animabus parentum suorum, Regum & principum, Deo & S. *Petro*, & Archiepiscopo *Teliauo*, & omnibus succedentibus sibi in Ecclesiâ *Landaviæ*, **Lann maur**, id est **Lann Teliau porth halauc**, ubi *Biuan*, cum quatuor sociis suis jacet, cum omni territorio suo, & omni dignitate & refugio, & cum totâ libertate, & omni communione incolis; in campo & in silvis, in aquâ & in pasuis; & cum finibus istis subscriptis, & attestantibus legitimis viris, Clericis & laicis; & ita sine ullo censu, magno vel modico, ulli homini terreno, nisi pastoribus Ecclesiæ *Landaviæ* in perpetuo. De clericis testes sunt *Teliaus* Archiepiscopus, *Arguistil*, *Elgvoret*, *Conguariu*. De laicis, *Idon* Rex, *Morguid*, *Merchion*, *Guinabui*: Datâ benedictione servaturis elemosinam in quietâ pace; violaturis autem ab omni ore maledictione sub anathemate.

Lann Teliau Cressinych.

TEmpore prædicti Regis *Idon*, venerunt *Saxones*, in regionem suam deprædari; & ipse, cum suo exercitu secutus est illos, & in viâ suâ venit ad Sanctum *Teliavum*, manentem tunc temporis, cum suis Clericis apud podum suum **Langarth**; & deprecatus est illum nimium, & omnes Clericos suos; ut pro illo & toto exercitu suo, Deum deprecaretur. Et venit S. *Teliau* cum eo, usque ad montem unum in medio **Crissinic**, propè **Trodi**, stans & orans Deum omnipotentem, ut populo suo depredato succurreret: & exauditâ prece suâ, & adepto magno gaudio, versis hostibus in fugam, reversus est Rex, Captâ predâ; & tunc tres modios terræ circa cumulum illum, S. *Teliauo*, & Ecclesiæ *Landaviæ*, cum omni communione suâ, incolis, in campo & in silvis, in aquis & in pascuis: ita excommunicatione factâ ab omnibus communiter illis, quæcunque ab illâ die in antea separarent ab Ecclesiâ *Landaviæ*: & ex aliâ parte, factâ absolutione illis servaturis hanc elemosinam in pace.

Datæ sunt istæ Ecclesiæ, cum suis dotibus, & territoriis omnibus; & omni dignitate suâ & privilegio, libertate, & refugio, & omni communione incolis; in campo & in silvis: in aquâ & in pascuis, & à Regibus prædictis, S. *Teliauo*, & omnibus Episcopis *Landavensis* Ecclesiæ: datâ maledictione violaturis: benedictione autem servaturis, fiat pax in diebus eorum & habundantia pacis, hic & in perpetuo.

Lann Teliau nant Seru, villa tantum in **Cantref maur**, super ripam **Cothi**. **Lann Teliau garth tevir**, villa tantum super ripam **Cothi**.

Lann *Telian* **bechan** in **difrinteuu** villa tantum. **Lann** *Telian* **tref ieerniu. Lann Toulidauc icair. Lann** *Telian ap Conin.*

Lann *Telian* **penntybinn. Lann** *Telian* **Luingaidan**, villa tantum in **Ebelfre.** In **Pennbzo Lanrath. halann cronguern**, cum tribus territoriis **amrath.** Finis illorum **Dfrut gurcant** hic **glan rarh.**

Trem carn, villa tantum, sine Ecclesiâ.

Laithti *Telian* super ripam **Ricec**, villa tantum juxta **Pennalun.**

Menechi arglanritec, juxta **Pennalun. Pullarda** juxta **Mainaur pis**, villa tantum. **Lum** *Telian*, villa tantum. **Ecclins gumniau**, ubi natus * est S. *Teliaus.* **Porthmeogen**, villa tantum. **Porthmanac inamithiel. Din guennham** in **Lonion**, villa tantum. **Lann** *Telian* **litgarth in dou cledif mainaur. Lann** *Telian* **Cilretin** in **Emlin.** In **Ros**, **Lann iffan mainaur. Bzodian**

* Ibid. f. 66. a.

lan Lannguirrit. Lann cetnc in Cu-lacharn, cum Centum acris terræ & quinque.

Mainaur Bunus & Telicheloumaη Tref canus.

REx *Demetiæ* regionis *Margetud*, filius *Rein*, commotus furore nimio, & crudelitate, occidit *Gufrir*, hominem S. *Teliavi*, in refugio Dei, & illius, manentem ante altare illius. Poſtmodum requiſitâ ab eo pœnitentiâ, cum datâ ſibi veniâ ob emendationem ab eo promiſſam in jejunio, oratione & elemoſinâ largitus eſt, cum promiſſa in omni emendatione ſuâ, Deo ſanctoque *Teliavo*, & Eccleſiæ *Landaviæ*, omnibus paſtoribus illius in perpetuo, **Mainaur Bunus**, cum Eccleſiâ & piſcibus, & ſilvis, ſimul & **Telicheloumaη**, ſimulque etiam **Trem canus**, liberas illas terras, ab omni regali ſervicio, & ita cum omni dignitate ſuâ, & privilegio S. *Teliavi* illis conceſſo in omnibus, cum perviâ communione incolis, in campo & in ſilvis, in aquâ & in paſcuis, in perpetuo; datâ maledictione violaturis, benedictione autem conſervaturis.

Tref Carti Laithti *Teliau* Benechi.

REgnante *Aircol Lauhir*; filio *Tryfun*, Rege *Demeticæ* regionis; contigit, cum vice ſua, Curiam ſuam apud **Liſcaſtell**, caput totius *Demeticæ* regionis teneret; ita quod omni nocte, cum diſpenſatores Regis, vice mutuâ, Regi ſervirent, in cibo & potu, ſuadente diabolo, præ nimiâ Copiâ liquoris, quod ſemper unus de militibus, aut de familiâ Regis occideretur. Quod cum Rex ſolitum vidiſſet homicidium, cognovit quod nullo modo diſſolutum ponet fieri, niſi elemoſinis & jejuniis; & oratione Sanctorum factâ, jejunio & oratione': mandavit Rex propter Sanctum *Teliaum*, converſantem tunc apud **Pennalun**, podum ſuum, ut cito ad eum veniret, ut ſibi & Curiæ ſuæ benedixiſſet; ne tam ſolitum homicidium amplius in Curiâ ſuâ eveniſſet. Et poſtquam Sanctus *Teliau* ad illum venit, ſibi benedixit, & Curiæ ſuæ, & duos diſcipulos ſuos: *Lovil* & fidelis miſit, ut Curiæ ſervirent, dividendo cibum & potum omnibus ad menſuram & ſufficientiam, & gratiâ ſpiritus Sancti, quod nullum illâ nocte factum eſt homicidium, nec poſt in ſuâ Curiâ, ut ſolitum.

Cognoſcens Rex, quod per orationem Sancti *Teliavi*, evacuatum eſt illud periculum, dedit ſancto *Teliavo*, de propriâ hæreditate ſuâ, tres villas; id eſt **Tref carn. Duinyd garthon diblain nant hyat ynguairet hit in ritec.** Ex aliâ parte **Duinid garthon hit nant ycla vaxion bet in ritec. Laithty** *Teliau* **D carn baclan dicil meinauc bet in ritec. Benichi otref eithinauc dinant hirot guidou bet in ritec.** Ex aliâ parte **D tonou pencenn diblain nant Caſtell Cerran bet in ritec**, cum omni ſuâ libertate, in campo & in aquis, in ſilva & in paſcuis, intus & extra, ſine ullo cenſu ulli homini terreno, niſi Deo & Archiepiſcopo *Teliavo*, & Eccleſiæ & ſucceſſoribus illius in perpetuo: Teſtantibus Rege *Aircol*, cum ſuis principibus. De Clericis S. *Teliau* teſtis; *Lovil* fidelis diſcipulus ſuus, facta benedictione ab omnibus uno ore illis ab illa die ſervaturis in antea in pace hanc elemoſinam in perpetuo. Qui autem ab Eccleſia *Landaviæ* ſeparaverint, ſeparentur in die Judicii, ut edi ab agnis. *Amen*.

Cil Tutuc & Pemelecir.

QUadam die contigit, quod porci unius hominis de **Pennalun** intraverunt in ſegetes unius divitis, nomine *Tutuc*: qui cum hoc dampnum vidiſſet queſivit ſubulcum, ut vindictam in eum faceret; & non invenit eum donec ad locum **Pennalun** pervenit; & ibi ſubulcum invenit; & volens eum feriri cum lanceâ, interveniente Infante quodam, nomine *Typhei*, nepote S. *Teliavi*, & ſe ſubulco defendente infantem, crudelis vir perforavit lancea & mortuus eſt; & poſtea pœnitens feciſſe, veniam queſivit apud ſanctum *Teliaum*, & ſemetipſum ſibi verbo & conſenſu Regis *Aircol*, cum duabus villis ſuis, **Cilcutuc**, & **Pencleeir** dedit, cum magna devotione in perpetua ſervitute, & cum totâ ſuâ progenie, & Eccleſiæ *Landaviæ* & paſtoribus illius perpetuo, cùm ſuâ omni libertate, ſine aliquo cenſu ulli homini terreno, niſi Deo & Eccleſiæ *Landaviæ*. De Clericis teſtis eſt Archiepiſcopus *Teliau*, cum ſuis diſcipulis, *Longuil* & fidelis. De laicis verò Rex *Aircol*, *Livathru*, *Letclit*, *Ina*, **Rec** *Dovid*. Finis eſt **D Caſtell cerran dinaut toyr icair bet hi locubty.** Ex alia parte **Duant Caſtell carran bet in ritec.**

Mainaur mathau, & Tenarth maur.

FUit vir, *Cynguain* nomine, de **Doucledif**, natus nobili parentela, ſed egenus & uxoratus; qui in tantum utebatur uxore ſua quod ſingulis annis ſingulum procreavit natum; quo magis gaudere debebant, eo amplius triſtabantur ob penuriam & frequentem partum; adeo tantæ ſimplicitatis, quod indè requiſierunt conſilium apud S. *Teliaum*, de tanta copia filiorum & inopia, & in antea quidve agendum. Beatus *Teliau*, audita ſibi hac tam querula requiſitione, dixit; Nullam aliam cauſam vobis video, ad evitandam prolis fecunditatem, niſi ut à carnalitate ambo abſtineatis. Quo audito, perceperunt ſibi hoc conſilium eſſe ſaluberrimum, & per ſeptem annos abſtinuerunt. Qui cum ita eſſent, veluti in deſperatione, ſemper in antea prolis ſimul peccato ſuo annuerint; concepit mulier & peperit ſeptem filios, & ita paganos portaverunt eos verſus Sanctum *Teliaum*, & dicentes; *Malo omine recepimus conſilium S. Teliavi, male etiam ſumus onerati; nos quidem ſubmergamus in aquâ, aut etiam ſibi commen-*

damus, acceptâ ſibi eorum curâ. Tranſeunte autem eventu ſancto *Teliavo* per viam ſuam, invenit patrem illorum in **Ryt ſinetic**, ſuper **Taf** flumen, filios ſuos, ſuadente Diabolo, mergentem ſingillatim in flumine, propter inopiam ſuam & paupertatem.

Videns S. *Teliau* tam execrabile opus, accepit eos ſingulos ſemivivos, & baptizavit eos in nomine patris & filii & ſpiritus Sancti, cum gratiarum actione. Ablatis filiis ſeptem patri funeſto, vir magnæ pietatis nutrivit eos, & ad ſtudium literarum miſit, quos in podo ſuo **Lann** *Teliau* dimiſit: ab aliis quidem ſumpto loco, nomine **Landyſtruyn**, eo quod nullo alto victu vivebant ob religioſam ſuam vitam, niſi aquatilibus piſcibus, & ad numeri eorum ſufficientiam, ſeptem Cotidie ſuper ſaxum unum, ſumpto ſibi nomine, id eſt **Lechmeneich** in **Taf** flumine, à Deo ſibi miſſis & iterum: ideo vocati ſunt **Dufuyſtruyn**, eo quod inventi ſunt in aquâ, & per aquam evaſi, & de aquaticis piſcibus procurati. **Dybyſtuyn**, id eſt *aquatici* Britannico ſermone, id eſt aquatici viri. Quadam vice S. *Telianus* ad eos venit, deſiderans eorum converſationem viſitare frequentem, hoſpitatus eſt cum illis ut cum diſcipulis, & in ſolito unus de fratribus ivit ad aquam propter piſces, qui ſeptem, ad numerum fratrum invenit ſuper prædictum ſaxum; & unum majorem illis ſeptem, octavum, quos omnes domum adduxit; & indè mirati ſunt fratres, ut dicitur *mirabilis Deus in Sanctis ſuis*; qui benè cognoverunt, quod propter advenientem hoſpitem, ſanctum *Teliaum*, patronum ſuum & Magiſtrum, Creator omnium piſces multiplicaſſet.

Et poſtquàm dies & tempora religioſe diu in loco illo duxerunt, & alio multo tempore, cum beato *Dubricio* converſati ſunt; miſit eos ad alium locum ſuum, qui vocatur **Marthyu** in **Pepitiauc**, & ibi vocati ſunt **Seith ſeint Marthyu.** Et poſtquam ibi per aliud ſpacium morati ſunt, indè venerunt ad **Cenarth maur**, ubi morati uſque ad finem obitus ſui, & totam terram illorum **Marthyu** & **Cenarth maur**, ſancto patrono ſuo **Teliavo** & Magiſtro, & Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtoribus ſuis omnibus in perpetuo dederunt, verbo & conſenſu Regis **Aircol**, & principum ſuorum, quibus ipſe terras illas dederat propter ſanctitatem eorum, in ſempiternâ conſecratione, ſine ullo cenſu ulli homini terreno, niſi Deo & fratribus illis, & S. *Teliavo*, cum omni ſuâ libertate, in campo & in ſilvis, in aquâ & in paſcuis; factâ Excommunicatione ab omnibus, uno ore, ſeparaturis iſtas terras ab Archi-Monaſterio *Landaviæ*, & à paſtoribus illius inperpetuo; benedictione autem ſervaturis. *Amen.*

Cilcyuhinn & ſex modios terræ Conuoy & Landgemey.

Ibid. f. 70. b.

NOtandum eſt nobis, quod *Mouric* Rex **Morcanhuc**, filius *Tendiric*, & uxor ejus *Onbrauſt*, filia *Gurtanti* magni, dederunt tres modios terræ, **Cilcyuhynn** & ſex modios terræ **Conuoy**, id eſt **Lanngemei**, ſimul & **Lann Teliau Talypont**, quæ antea illius fuerat, reddiderunt Deo & *Oudoceo* Epiſcopo, ſanctiſque anteceſſoribus ſuis, *Teliavo*, *Dubricio*, omnibuſque ſuccedentbus ſibi in Eccleſiâ *Landaviæ*, pro animabus ſuis & parentum ſuorum, liberè, ab omni regali ſervicio, cum omni ſuâ dignitate & libertate, refugio & liberâ communione, incolis habitantibus & habitaturis in campo & in ſilvis, in aquâ & in paſcuis, in perpetuâ conſecratione. De laicis teſtes ſunt *Mouricus* Rex, uxor ejus *Onbrauſt*; filii ſui *Arthrius* & *Idnerth*, *Condaf*, *Louheithi*, *Catgual*, *Catleu*, *Riacat*, *Conbrinum*, *Merthyr*, *Gurcon.* De Clericis *Oudoceus* ſummus Epiſcopus, *Jacob* Abbas S. *Catoci*, cum ſuis ſenioribus, *Catgen* Abbas S. *Ilduti*, cum ſuâ familiâ, *Gutigirn* Abbas **Docguinni**, *Conbran*, *Conueon*, *Conguare*, *Mainc* Doctor, *Gunbui* Magiſter.

Rex *Tendiric*, cum eſſet in regno ſuo, tenens pacem cum populo & juſticiam poſtpoſuit temporalem poteſtatem pro æternâ, ita quod regnum ſuum commendavit filio ſuo *Mourico*, & vitam heremitalem, in rupibus **Dindyrn** cœpit ducere. Qui, cum eſſet in vitâ illâ, cæperunt *Saxones* terram ſuam invadere, ſuper filium ſuum *Mouricum*, & ita niſi ipſe ſolus adhuc eis ſuccurreret, quod omnino filius ſuus ab extraneis exhæreditaretur. De quo *Tendiric* dicebant, cum regnum ſuum teneret, quod nunquam victus ab hoſtibus fuerat, ſed ſemper victor, & ita visâ facie ſuâ in acie bellorum, ſtatim hoſtes vertebantur in fugam. Et Angelus Domini ei dixit nocte præcedente, * *Vade in craſtino in auxilium populi* Dei, *contra inimicos Eccleſiæ Chriſti, & hoſtes vertent faciem in fugam uſque* **Pull hochuatl**, *& tu armatus, in acie belli ſta, & visâ facie tuâ, ut ſolitâ, & cognitâ, inibunt in fugam: & poſtea, uſque ad* XXX *annos, non audebunt, in tempore filii tui adire patriam, & erunt indigina & hæreditarii in quietâ pace, & tu tamen vulneraberis unâ plagâ* **Inſyt Tindyrn**, *& morieris in pace, poſt triduum.* Et ita manè, ſurgens, cum adveniente exercitu filii ſui *Mouricus*, equum ſuum aſcendit, & ivit cum illis lætus Angelico juſſu, & armatus ſtetit in acie belli, ſuper ripam **Guy**, propè vadum **Emdirn**, & viſa facie ſuâ ſtatim dorſum verterunt, & inierunt fugam: Et tamen unus ex illis projecit lanceam, & illum vulneravit lanceâ, ſicut prædictum ei fuerat, & indè gaviſus eſt, ac ſi hoſte victo, captâ prædâ.

* Ibid. f. 71. a.

Poſtquam *Mouricus* filius ſuus reverſus eſt cum victoriâ, captâ præda, dixit patri ut cum eo veniret: & dixit *ita: Nolo hinc recedere, donec dominus meus Jeſus Chriſtus hinc me ferat ad locum meum deſiderabilem, ubi diſpoſui jacere poſt mortem, in Inſulâ viz.* **Echni**. Et manè diluculo aſſunt duo cervi ſubjugati, & cum plauſtro ſuo parati, ante Hoſpicium. Et vir Dei cognoſcens, quod ex parte Dei eſſent miſſi, aſcendit feretrum, & ubicunque requieſcebant, ibi fontes emanabant, donec ad locum unum venerunt, juxta pratum unum, verſus

verſus *Savarnam*. Et poſtquam ad locum illum venerunt, ibi fons emanavit lucidiſſimus, & feretrum ſuum totum dirupit, & ſtatim ſpiritum Deo commendavit; & præcepit cervis ut diſcederent, & ibi ſolus remanſit, & poſt ſpacium emiſit ſpiritum. Auditâ morte patris à filio *Mourico*, fecit ibi oraculum & cimiterium à S. *Oudoceo* Epiſcopo benedictum; & totum territorium pro animâ patris dedit Epiſcopo *Oudoceo* & Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtoribus ejus, in ſempiternâ conſecratione, ſine ullo cenſu ulli homini terreno, niſi S. *Oudoceo* & Eccleſiæ *Landaviæ*.

Ibid. b.

Eccleſia Gurvid.

POſt intervallum Rex idem *Mouricius*, verbo & conſenſu hæredis *Lilian*, ſimul cum dono illius, dedit Eccleſiam **Gurvid**, cum ſua tellure, Deo & Sanctis *Dubricio* & *Teliauo*, & Eccleſiæ *Landaviæ*, & præſenti *Oudoceo*, & ſuis ſucceſſoribus inperpetuo, cum omni dignitate ſua & libertate (&c.) Finis autem hujus agri, eſt à palude nigro, uſque ad ſedem **Cetiau**, & **Aheſcenn iudie**, uſque ad arbores **Foton**.

Lann igualan & Lannarth bodu, Lann conuin & Lann pen.

SCiendum eſt ſanè, quod *Oudoceus* Epiſcopus, ſuum proprium adquiſivit agrum, id eſt podum **Cyngualan**, agrum quidem S. *Dubricii* in patriâ **Guhyr**; quem S. *Oudoceus*, à tempore mortalitatis, id eſt **Ydylyt melen** perdiderat, uſque ad tempus *Arthrius* filii *Mourici*. Poſt verò contentionem magnam, inter *Oudoceum* Epiſcopum, & Abbatem *Ilduti* **bivon**, qui dicebat ſuum eſſe agrum. In fine verò judicio judicatus eſt ager prædictus *Oudoceo* Epiſcopo, & Altari *Landaviæ*, in perpetuâ hæreditate. Cella quidem **Cyngualan**, cum ſua tota tellure; & Cella **Arthbodu**, **Congurique**, & **Penncreic**. Et S. *Oudoceus* cepit de manu *Arthruis*, *Gurcanti* magni nepotis, tres Cellulas prædictas in perpetuâ conſecratione; & cum omni dignitate & tota communione, in campo & in ſilvis, in aqua & in paſcuis, & ſub perpetuo anathemate, quicunque illas prædictas Eccleſias à Monaſterio *Landaviæ* ſeparaverit: Qui autem cuſtodierit cuſtodiet illum Deus. *Amen*. De Clericis teſtes ſunt *Oudoceus* Epiſcopus, *Catgen*, *Bivan*, cum ſuâ familiâ: *Jacob* Abbas Altaris S. *Catoci*; *Eutigirn* Abbas *Docunni*, cum ſuis Clericis. De laicis Rex *Mouricus* ſuper filium ſuum *Arthruis*; *Convonuc*, *Guallonir*, *Morcenou*, *Eithin*, *Convetu*; *Gueithgen Brochmaili* filius; *Gindoc*, *Matuc*, *Arthcumanu*, *Oguhyr*, *Gurguiſtil*, *Arguiret*, *Abel*; cum presbyteris *Conhail*, *Conhibrit*, *Gueithgno*. Finis **Lann Cyngualan**, infra duas foſſas ad mare **Malyduc irdiu foſſ-dyr mynyd, Arhytyzcecyn, in Lann Gemei.**

Lann Merguall.

Ibid. f. 82. a.

MOrcant Rex **Mouannhuc**, filius *Arthruis*, clamavit quietam in die Natalis Domini, & pro oblatione ſua, Eccleſiam **Cyngur Troſgardi**, quæ fuerat antea S. *Teliani*, ſimul & reddidit ſummo pontifici *Oudoceo*, Sanctiſque *Teliano*, *Dubricio*, omnibus paſtoribus *Landaviæ* in perpetuo, & cum omni territorio ſuo, & finibus ſuis, ſimul cum *Mergualdo* illius Eccleſiæ principe, ſub Epiſcopo: & totam libertatem dedit Eccleſiæ, & territorio illius, & dominantibus, & inhabitaturis incolis inperpetuo, & ſine Conſule & pro Conſule, & cum refugio; & ſine expeditione infra regionem nec extra; nec ad vigilandam die nec nocte; & cum omni communione incolis, in campo & in ſilvis, in aquâ & in paſcuis. De Clericis teſtes ſunt *Oudoceus* Epiſcopus (&c.)

Lann Coys.

SCiant omnes Chriſtiani, quod *Aguſtus* Rex **Brechciniauc**, & filii ſui *Elud* & *Rivallaim*, propter Deum & amicitiam carnalem, dederunt *Oudoceo* **Lann coys** Epiſcopo, & ſuis omnibus ſucceſſoribus in Eccleſia *Petri* Apoſtoli, & Sanctorum *Dubricii* & *Teliani* de *Landaviâ*; & cum corporibus ſuis ad ſepulturam ſuam, in elemoſinâ; & cum ſuis piſcibus & coretibus anguillarum, & cum toto territorio ſuo, & in modum dotis in perpetuo; & cum ſuâ totâ libertate in Campo & in ſilvis (&c.)

Villa Guerberth. Riu Gaenauc. Nant avan.

MOuricus Rex, & *Cynvetu* convenerunt inſimul *Landaviæ*; & præſente *Oudoceo* Epiſcopo, juraverunt, ante poſitis reliquiis Sanctorum, ut firmam pacem inter ſe tenerent. Facta juratione, poſt intervallum, occidit Rex *Mouricus*, dolo, **Cynvetu**: Et poſtea Epiſcopus *Oudoceus* convocavit omnes Clericos ſuos, ab hoſtio **Taratyr yn Guy**, uſque ad **Tyvi**, cum tribus Abbatibus ſuis; *Concen* Abbate *Carbani* vallis; *Catgen* Abbate *Ilduti*; *Sulgen* Abbate *Docguinni*, & plenâ ſynodo excommunicavit Regem *Mouricum* propter homicidium ab eo perpetratum, & propter pactum factum præſentiâ ſui; & ſuper Altare *Petri* Apoſtoli, & Sanctorum *Dubricii* & *Teliani* tranſgreſſum: & ita, inclinando Cruces ad terram, ſimul & patriam dimiſit ſine baptiſmo & communione Chriſtianâ, maledixit Regem, cum progenie; confirmante Synodo & dicente, *Fiant dies ejus pauci, & fiant filii ejus Orphani, & uxor ejus vidua*, Et remanſit Rex, cum totâ regione ſuâ, ſpacio duorum annorum, & eo amplius, ſub eadem Excommunicatione.

Poſt hæc non potuit Rex tam diu, durantem excommunicationem tantam amplius ſuſtinere, videns perditionem animæ ſuæ, &

dampnationem regni, veniam requisivit apud S. *Oudoceum Landaviæ* : & effusis lachrymis, cum inclinato capite, & coram tribus Abbatibus, *Oudoceus* Episcopus imposuit ei jugum pœnitentiæ, ad modum qualitatis & quantitatis; commendans ei, ut tribus modis emendaret apud Deum & Ecclesiam *Landaviæ*, *viz.* jejunio & oratione & elemosinis. Rex *Mouricus* accepto jugo pœnitentiæ, dedit quatuor villas, pro redemptione animæ suæ, & pro animâ *Cynvetu*, Ecclesiæ *Landaviæ*; & in manu *Oudocei* Episcopi, & omnibus suis successoribus, cum totâ suâ libertate, & ab omni servicio liberas, in perpetuo; cum totâ communione per patriam suam, manentibus in his terris; in Campo & in silvâ, in pascuis & in aquâ; *i* **Ringraenauc.** *ii* **Nantavan.** *iii* est in quâ occisus est **Cynvetu**, ultra **Nadavan.** *iiii* trans **Nadavan**, ubi filius Regis nechatus est. A palude **Ellti** usque **Nadavan**, id est villa **Gurberdh**, de illis quatuor *xxiiii.* modii terrarum. De Clericis testes sunt *Oudoceus* Episcopus; *Concen* Abbas *Carbani vallis* (&c.) De laicis *Mouric* Rex, cum filio suo *Frioc*, & nepote *Morcant*, filio *Arthruis* (&c.)

* Ibid. f. 73. a.

* Finis **Riugraenauc anadavan**, durante fossâ per longitudinem sursum ad rufum lacum in **truuo** montis.

Villa Guilbiu.

Morcant Rex, filius *Arthruis*, dedit villam **Guilbiu**, cum hæreditario suo **Gurbytyr**, pro animâ suâ, & animâ *Mourici* avi sui, filii *Teudiric*; *Oudoceo* Episcopo & Ecclesiæ *Landaviæ*, & suis pastoribus in perpetuo, sine ullo censu homini terreno; & cum sua libertate & totâ communione. De Clericis testes sunt *Oudoceus* Episcopus (&c.) Finem ejusdem agri supradiximus; à fine illius villæ, in quâ occidit *Mouric Cynuetu*, usque ad cumulum lapidum, & usque ad cumulum alium, & postea usque in **Nauda-van.** Qui custodierit, custodiat illum Deus (&c.)

Podum Liuhesi *in* Elvail.

Morcant Rex dedit *Oudoceo* Episcopo, in elemosina, podum **Liuhesi**, & *Landaviæ*, & suis omnibus successoribus in perpetuo, sine ullo censu ulli homini terreno; & cum suâ totâ libertate in Campo & in silvis, in aquâ & in pascuis, & super sepulchrum *Mourici* Regis (jacentis *Landaviæ*) avi sui, coram idoneis testibus. De Clericis, *Oudoceus* Episcopus testis est. (&c.)

Porth Cassec.

Mouricus Rex, simul & *Judic* filius *Nud*, dederunt agrum **Porth Cassec** Deo & Ecclesiæ *Landaviæ*, & Sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, & in manu Episcopi *Oudocei*, & suis omnibus successoribus in perpetuo (&c.)

Tirhiernin & Tir Retoc.

SCiant Katholici viri, quod *Judic* Rex, filius *Nud*, & *Cinan* filius *Cinvedu*, ambo reges, dederunt duos agros; agrum **Retoc**, & agrum **Hiernin**, pro salute animarum suarum, summo Episcopo, & Sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, & omnibus pastoribus Ecclesiæ *Landaviæ* (&c.)

Coupalua Pennporth, *super ripam* Tavi.

FActum est, quod *Oudoceus* Episcopus accepit villam **Gzeguri**, quæ dicitur **Coupalva**, super ripam **Taf**, id est **Pennporth**, **Aguedgueno**, *Brochmaili* filio, cum suo toto agro; id est cum tribus modis terrarum, pro animâ suâ & commertio regni Cælestis, cum omni suâ libertate, & totâ communione, sine ullo censu homini terreno, nisi Ecclesiæ *Landaviæ*. De Clericis testes sunt Episcopus *Oudoceus* (&c.)

Villa Lath.

SCiendum est omnibus in dextrali *Britanniâ* habitantibus, quod *Morcant* Rex, *Arthruis* filius, pro commertio regni Cælestis, dedit villam **Lath**, *Landaviæ* Ecclesiæ S. *Petri*, & Sanctorum *Dubricii* & *Teiliavi*, beato Episcopo *Oudoceo* & suis successoribus omnibus, cum suâ totâ libertate (&c.)

Lann Gurbaet.

Ibid. f. 74. b.

August Rex **Bechenlaun**, & filii ejus *Eliud* & *Rivallaun*, reddiderunt Deo & Sanctis *Teliavo* & *Dubricio*, & in manu *Oudocei* summi Episcopi, & omnibus Episcopis *Landaviæ*, in perpetuâ consecratione, **Lann gurbaet**, quæ antea fuerat in primo tempore Sanctorum *Dubricii* & *Teliavi*, cum omni suo territorio; & ita sine ullo censu ulli homini terreno (&c.)

Lann Cyncyrill.

Morcant Rex, *Arthruis* filius, pro animâ *Frioc*, filio *Mourici*, quem ipse occidit, & pro redemptione * animæ suæ, accepto jugo pœnitentiæ, in jejunio & elemosinâ & oratione, dedit summo *Oudoceo* Episcopo, **Lann Cincirvll**, & agrum **Cynfall**; & Ecclesiæ *Landaviæ*, & sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, cum suâ totâ libertate (&c.) Finis istius agri, **Cepetic tricau**, hoc est à vado rufo super **Rudlan Elei**; dehinc sursum è regione, per silvam super clivum silvæ, usque ad **Cruc Cynfall** scoti: Exin, fossâ dividente, sursum supra montem; per longitudinem fossæ, usque ad fontem. De fonte deorsum, per spacium, usque ad capud **Claud Trycau**, in valle, fossâ ducente usque ad montem; descendente deorsum per fossam, per longitudinem, ad **Talpon hinan**,

* Ibid. f. 75. a.

nan, ad viam latam, per longitudinem viæ, fossâ ducente ad **Elei**.

Lann Dudocui.

MOrcant Rex **Glevissic**, pro commercio regni Cælestis, cum magnâ devotione, humili et contrito corde, reddidit *Oudoceo* Episcopo, et sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, & Ecclesiæ *Landaviæ*, in honore S. *Petri* fundatæ, **Lann enniaun** (i. **Lann Dudocui**) cum suâ totâ dignitate, & cum totâ libertate (&c.)

Ecclesia Elidon & Gucoz.

JUdhail Rex, *Arthrnis* filius, equitans quadam die per tellurem *Guocob*, titubante equo suo, cecidit ad terram; & resurgens sanus, gratias egit Deo & respexit versus Ecclesiam **Elidon**; dixit, elevatis manibus ad Deum: *Istam Ecclesiam, quam video, cum suâ totâ tellure, & villam* **Guocob**, *in quâ sto, commendo Deo omnipotenti, qui me sanum fecit de periculo.* Et evocato ad eum *Oudoceo* Episcopo, cum tribus Abbatibus, *Concen* Abbate *Carbani vallis*; *Colbrit* Abbate *Ilduti*; *Ludhubr* Abbate *Docunui*. De Clericis testes sunt *Trychan*, *Satuc*, *Cinbran* (&c.)

Emricorua inguent iscoit, *super ripam* Guy.

JUdhail Rex, *Morcanti* filius; & filii ejus *Fernuail*, atque *Mouric*, dederunt tres uncias agri, pleni navigationis **Guy** fluminis; id est *Emricorva*: Et *Gurdocius* hæreditarius filius, **Carden**, simul cum eis, Deo & sanctis *Dubricio* et *Teliavo*, & *Oudoceo*, & omnibus suis successoribus, Ecclesiæ *Landaviæ* in perpetuo (&c.)

Lann Emfrdil.

Ibid. f. 76. a.

IThail Rex immolavit Deo & sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, & in manu *Oudocei* summi Episcopi, et omnibus successoribus suis in Ecclesiâ *Landaviæ*, **Lann Efrdil** in **Bzehes**, cum omni territorio suo (&c.)

Lann Benechi.

BRochmail, filius *Guidgentivai*, villam **Benetch**, cum sex modiis agri, immolavit Deo et Sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, et in manu *Oudocei* Episcopi, & suis omnibus successoribus in Ecclesiâ *Landaviæ*, pro animâ suâ, in elemosina (&c.)

Lann Sulbiu.

ANimadvertendum est, quod Rex *Mouricus*, dedit pro redemptione animæ suæ, Deo & Sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, podum **Lann Sulbiu**, cum sua tota tellure, & in manu *Vuelvui* Episcopi, & omnibus successoribus suis in perpetuo (&c.)

Bolgzos.

SCiendum est sanè omnibus, in dextera parte *Britanniæ* habitantibus, quod *Guvodius* Rex **Ercycg**, habita sibi victoria in die belli, super Saxonicam gentem; & gratias agens Deo, et precibus *Vuluui* Episcopi et Clericorum illius, dedit sibi in elemosyna, et suis omnibus successoribus, sub refugio Sanctorum *Dubricii* & *Teliavi* in perpetuo, agrum nomine **Bolgzos**, super ripam **Guy**, eminus **Mochzos**; id est mensuram trium unciarum. Et data elemosina in modum doris; *Vuelvui* Episcopus, cum suis Clericis, circuivit totam terram, per confiniuni, spargens aquam benedictam, sancta Cruce antecedente, cum Sanctis Reliquiis; et præsente Rege, cum suis, attestantibus, in medio fundavit Ecclesiam in honore S. *Trinitatis* et S. *Petri*, et Sanctorum *Dubricii* et *Teliavi*; et ita totum agrum liberatum ab omni fiscali tributo, commendavit Deo et Episcopo præsenti, et successoribus omnibus *Landaviæ* (&c.)

Lann Gumboe.

GUorvodu Rex **Ercycg** regionis, dedit alterum agrum, id est unciam agri, pro commertio regni Cælestis, Deo et S. *Dubricio*, et suæ congregationi, et Ecclesiæ suæ dextralis *Britanniæ* insulæ, et in manu *Vuelbui* Episcopi, et omnibus successoribus suis intraturis, in perpetuo; et cum tota libertate, et omni communione, in campo et in silvis; in aqua et in pascuis: et circuens agrum, antecedente sancta Cruce, cum Sanctis Reliquis, et cum aspergine aquæ benedictæ, in medio fundavit locum in honore S. *Trinitatis*; et ibi *Guorvoe* sacerdotem suum posuit; et sibi locum commendavit serviendum, ad utilitatem Ecclesiæ permansurum (&c.)

Maburn.

SCiendum est, quod *Cinvin* Rex, filius *Pepiau*, dedit Deo et Sanctis *Dubricio* et *Teliavo*, **Maburn**; et in manu *Aidan* Episcopi, in perpetua consecratione, pro redemptione animæ suæ et salute, et omnibus Episcopis *Landaviæ* in perpetuo (&c.)

Cum Barruc.

CInvin Rex, & *Guidci* frater suus, reddiderunt Deo, & *Elgisto* Episcopo, tres uncias agri, **Cum barruc**, cum suâ tota libertate (&c.) quas in priori tempore accepit S. *Dubricius* Archiepiscopus dextralis *Britanniæ*, & sedis *Landaviæ*, à *Peibiau* Rege **Ercicg**, cum sua tota libertate (&c.)

Luna-

Lunapeius *Episcopus*, **Lann Loudeu**, *in* **Ercicg.**

SCiendum est, quod *Gurcant* Rex, filius *Cinvin*, dedit *Junapeio* Episcopo, & sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, & Ecclesiæ *Landaviæ*, & omnibus pastoribus ejus, inperpetuo, podum **Loudeu**, cum tribus unciis agri, & cum sua tota libertate (&c.)

Lann Budgualan.

REx *Gurcant*, *Cinvin* filius, sedens super Sepulchrum patris sui, & pro animâ illius, dedit Deo & Sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, & in manu *Junapei* Episcopi, podum Sancti **Budgualan**, cum duabus unciis, & mediâ unciâ in circuitu podi; & cum totâ libertate (&c.) Finis illius est, à vado **Selinan** super ..... transversum, usque in flumine magno, juxta rivulum **Circhan**, in circuitu fluminis **Guy**, totus angulus datus est Deo & *Dubricio*, & *Junapeio* Episcopo.

Lann Cinmarch, & Lann Devi, & Lann Junabui, & Lann gurboe; & *podum* Mafurn; & Lann Calcirch & Lann Cernui.

SCiat Clerus & populus dextralis *Britanniæ*, quod *Arthruis* Rex *Guenti* regionis, dedit Deo & Sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, & in manu *Comegirn* Episcopi, Ecclesiam **Cinmarchi**, discipuli *Dubricii* sancti, cum toto territorio suo; id est **Manaur Tnoumur**, & **Lann Devi**, & **Lann Junabui**, & **Lann Guoꝛboe**, in Campo **Balochu**, & podum **Mafurn**, & **Lann Calcuch**, & **Lanncernui**, cum suâ totâ terrâ, sine aliquo hærede, nisi ad voluntatem Episcoporum *Landaviæ*, * & cum suâ tota libertate (&c.) Et Rex *Arthruis*, circuens territorium totum, in giro suo, sparso pulvere Sepulchri S. *Cinvarchi*, Discipuli S. *Dubricii*, per totum confinium, antecedente Sanctâ Cruce, cum aspergine aquæ benedictæ, & præsente Episcopo *Comeregio*, cum suo Clero, solus Rex portabat Evangelium, in dorso; confirmans elemosinam factam pro animâ patris sui *Mourici* in perpetuo; & Data sibi benedictione, simul & absolutione factâ, commendavit semetipsum, animâ & corpore, præsenti Episcopo, & suis successoribus in Ecclesia *Landaviæ* (&c.) Finis est **Mainaur Tnoumur**, à fissura vallis **Annuc** in **Guy**: sursum longitudine vallis, ad fossam in valle; fossâ custodiente juxta viam latam per longitudinem ad **Pull Mouric.** Sursum, dividente **Pull Mouric dirpant Maur nant Catguithil arthit iuinid diol huch Dirtaran pull dir tauc**, ad cumulum **Irtuuen Truiircoit dirguairet, dir-Claud arthit bet iguy cann ichoꝛetou dirguairet bet pant an huc**, ubi incœpit.

* Ibid. f. 78. a.

Lann Coit.

SCiens *Idon* Rex, se esse corruptibilis naturæ & putridæ; & memor facinorum suorum, factus est amator mandatorum Dei; ut transactâ vitâ præsente, perveniret ad gaudia paradisi. Et ita, quadam die, cum esset inter principes suos, dixit, *Immolo Deo & S.* Petro, *&* S. Dubricio *&* Teliavo, *& præsenti* Arguistlo *pontifici, & omnibus successoribus suis in Ecclesiâ* Landaviæ, *inperpetuo*, **Lann coit**, *cum tribus unciis agri, & cum omni suâ libertate* (&c.)

Lann Mihacghgel Trefcersau. Gurven *in* Brechenniauc.

REges *Teudur*, filius *Rein*; & *Elgistil*, filius *August*, reges **Brechenniauc**, juraverunt super Altare S. *Dubricii*, per sancta Sanctorum, ante positis sacris voluminibus, & reliquiis, quod nullus alteri insidiasset; & quod firmam pacem inter se tenerent sine dolo: & præsente *Gurvanno* Episcopo, cum Clericis suis: Et tali pacto insuper, quod si unus alteri dolum faceret, totam suam hæreditatem quietam clamaret, & iret in perigrinationem, viduato regno suo, & mansurus semper exilio. Post hæc diabolus, qui patrem nostrum *Adam*, primum parentem nostrum, subdolâ admonitione suâ projecit de paradiso; id est de sede deliciarum, cum pace quieta; ille idem fecit fraude suâ, quod *Teudur* Rex, ruptâ pace, occidit *Elgist*, filium *August*, utrumque faciens homicidium simul & perjurium, Quo facto & audito, Episcopus *Gurvan*, simul cum Clero suo, homicidam simul & perjurum excommunicavit, denudando Altaria Dei, & posternendo Cruces ad terram, simul & reliquias Sanctorum; & ablatâ sibi totâ communione Christianorum.

Post hæc, videns Rex *Teudur*, pati non posse maledictionem, & justiciæ rigorem, quæsivit veniam compuncto corde, cum effusis lachrymis; & imposito sibi jugo pœnitentiæ, ad modum qualitatis & quantitatis, ne terra sua despoliata fieret, carens principe; Consilio fratrum totius parrochiæ, illum fecit remanere in regno emendaturum, in omnibus, suum scelus, elemosinâ, & oratione, & jejunio. Rex *Teudur* inprimis offert Deo, datâ sibi tantâ remissione, & S. *Dubricio*, & *Gurvanno* præsenti, & suis omnibus successoribus in Ecclesiâ *Landaviæ*, & Sanctorum *Dubricii* & *Teliavi*, **Lann Mihael tref Cerian**, cum suâ totâ terrâ; & cum omni sua libertate, & tota communione, in campo, & in silvis (*&c.*) Finis illius est; de viâ magnâ, quæ est ab austro, per spinetum rubum; indè usque ad rivulum **Tanguel**, qui est ab aquilone: indè per rivulum orientem versus, usque ad fontem **Cenetan**: postea à fonte **Cenetan**, per siccam vallem, quæ ducit sursum usque ad prædictam viam magnam, iterum, quæ est ab Austro, ubi incœpit.

Villa

Ibid. f. 79. a

Villa Hirpant.

SCiendum eſt, quod *Cuchein*, filius *Gloui*, dedit villam vallis, cum tribus modiis ſuis, Deo & Sanctis *Dubricio* & *Teliavo*, & in manu *Guodlovi* Epiſcopi; & *Guingualum*, cum ſuâ progenie, ſerviturum Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtoribus ejus in perpetuo (&c.)

Cilpedec *in* Ercicg.

NOtandum eſt omnibus Chriſtianis, in dextrali parte *Britanniæ* habitantibus; & maximè infra Guy & Typi, cognitum; quod *Faun*, filius *Benjamin*, dedit Eccleſiam Cilpedec, cum agro ſuo circa ſe, pro animâ ſuâ, Deo & S. *Dubricio*, & in manu *Grecielis* Epiſcopi, ſine ullo cenſu homini terreno; & liberam ab omni debito, habitantibus in eâ, & habitaturis in perpetuo; & omnibus ſucceſſoribus ſuis, in Eccleſiâ Sanctorum *Dubricii & Teliavi*: Et ita clamavit eam quietam ab omni re, *Faun*, ſimul & *Gedeon*, verbo *Mourici* Regis, qui juſſit omnibus reſolvere Eccleſias in ſuâ regione, omnes juxta legem Dei amplius permanſuras (&c.)

Cum Mouric *in* Ercicg.

REſolvit quoque *Guinncum* Eccleſiam Cum Mouric, verbo *Mourici* Regis & imperio; & reddidit eam Deo & S. *Dubricio*; & in manu *Grecielis* Epiſcopi, liberam, cum ſuâ tellure, ab omni fiſcali tributo. Finis illius à rivulo Iguern uſque ad Clivum: Et augmentum trans viam dedit *Morgen*, de villâ ſuâ, ſimili modo liberum ab omni re: Et iterum, verbo & conſenſu Regis *Mourici*, cum omni communione in aquâ & in ſilvis, in campo & in paſcuis. De Clericis teſtes ſunt *Grecielis* Epiſcopus (&c.)

NOtum ſit, quod *Gulferi & Cinvin*, & *Nir*. filii *Gurcan*; & *Bonus*, cum filiis ſuis, dederunt agrum in deſerto, ſuper ripam Meinbui, cum duobus modiis ſuis, ſine ullo cenſu homini terreno, niſi Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtoribus ejus, Deo & Sanctis *Dubricio & Teliavo*, & *Gracieli* Epiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, in Eccleſiâ *Petri* Apoſtoli, & Sanctorum *Dubricii & Teliavi*, *Landaviæ*; & cum totâ communione in campo, & in ſilvis (&c.)

Sex Eccleſiæ, id eſt Lannbudgualam, *in hoſtio*; Cricau *ſuper* Guy; Merthir cynfall, Lann mocha, Lann Typallai, Lanndinul, Maturn, & Mable.

SCiant omnes Chriſtiani, quod *Briteon hail*, filius *Devon*, immolavit ſex Eccleſias, in una die, Deo & Sancto *Dubricio*, pro ſalute animæ ſuæ, & in manu *Grecielis* Epiſcopi, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, in Eccleſia Sancto-

rum *Dubricii* & *Teliavi*; & cum ſua tota libertate, & omni communione, in campo & in ſilvis, in aqua & in paſcuis, & cum ſuis territoriis omnibus. Inprimis Eccleſia, id eſt Eccleſia Lannbudgualam, in hoſtio Circau, quæ dudum fuerat *S. Dubricii*; & Merthir chinfall, cum omni tellure ſua, id eſt tribus modiis terræ: Et agrum, quem dedit *Judhail*; & augmentum præterea, quod *Bivon* dederat huic Eccleſiæ. Et Lannbocha dederunt ſimul, *Britton* & *Iliuc*, Deo, & Sanctis *Dubricio & Teliavo*, & *Gracieli* Epiſcopo *Landaviæ*, & omnibus paſtoribus illius in perpetuo, cum toto agro ſuo, & tota * libertate, & finibus iſtis ſubſcriptis: & verbo *Mourici* Regis, liberam ab omni ſervicio. De Clericis teſtes ſunt *Greciel* Epiſcopus (&c.) Finis illius incipit à foſſa uſque ad Caſtell meirch; exhinc tendit ad vallem Lembi, uſque ad vallem Cilcirch, rectè in longitudine vallis, uſque Baudur. Deinde in longitudine Eilin, uſque ad caput ſilvæ. Deindè, per medium ſilvæ, tendit uſque ad caput Nant Pedecou. Deinde Dirtnouguinn uſque ad ruſum vadum ..... ſata tinnu huc diraballen henntre igvonui: Deinde ad rubum de ſalicibus deſcendit in primam foſſam, ubi inceptus finis eſt.

* Ibid. f. 80. a

Eccleſiam Tipallai, & Eccleſiam Dinuul, atque Maturn; & Eccleſiam Mable, habens ſex modios, cum ſilva & campo. finis illius eſt Dyglaſguern dir dubnnant du: Dehinc, per tranſverſum, inter flumen *Jacob* & hinn Conou. Iterum per ſilvam: dehinc deſcendit in Manach rivulo rectè dirhalannauc, rectè per ſilvam dironcerbet irſinnaun eithaf fraxina cuſtodiente tendit rectè inter duo Caſtella, ad longam inſulam ..... donec deſcendit in rivulo Trodi.

Finis Lantipallai Licat, arganhell, artrauſir coit (&c.)

Lann Cum.

INſinuandum eſt, quod Cinuelin reſolvit, immolavitque Lann Cum, cum ſuo agro, id eſt tribus modiis terræ, Deo & S. *Dubricio & Teliavo*, & *Gracieli* Epiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ejus in Eccleſia *Landaviæ*, in perpetuo pro anima ſua, cum ſua tota libertate (&c.)

Mainerch filius *Milfrit*, & *Guiner* filius *Jacuan*, dederunt agrum trium modiorum Deo & *Dubricio*, ſimul & *Teliavo*, & *Gracieli* Epiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis in Eccleſia *Landaviæ* in perpetuo, ſuper ripam Amyr fluminis, & liberum ab omni tributo parvo & magno. Finis illius eſt vadum pallan, ad foſſam, foſſa ducente ad cumulum Glas: & à Cumulo è regione, uſque ad Amyr flumen, cum parte illius agri de ſilva Damilet. De Clericis teſtes ſunt *Grecielis* Epiſcopus (&c.)

Eccleſia

Eccleſia Ystrat hafren.

SCiendum eſt, quod dedit Morcant, filius *Arthruis* Eccleſiam Iſtrat hafren, cum unciâ agri, Deo & Sanctis *Dubricio* & *Teliauo*; & in manu *Berthguini* Epiſcopi, & omnibus ſucceſſoribus ejus in Eccleſiâ *Landaviæ* Finis illius eſt à ſilvâ uſque ad mare; & uſque ad podum Cevid; & cum ſuâ totâ libertate, *&c.* Finis Dguarthafluin iſi, uſque ad mare; & à Glaſguern behet lovern. De Clericis teſtes ſunt *Berthguinus* Epiſcopus; *Samuel* Magiſter, *&c.*

Poſtea *Ithail* Rex, filius *Morcant*, ablatâ prædictâ Eccleſiâ cum ſuâ tellure, * Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtori ſuo *Berthguino*, quadam vi & laicali invaſione; reddidit eidem *Berthguino* Epiſcopo, & ſucceſſoribus ejus in perpetuo, totam, cum prædictâ libertate, & cum prædictis finibus, & omnibus coretibus, undique & prædictis atteſtantibus. * Ibid. f. 81. a.

Sciendum eſt nobis, quod dedit *Ilias* podum quatuor modiorum agri circa ſe, cum omni cenſu ſuo, magno vel modico, Deo & *Dubricio* et *Teliauo*, et *Berthguino* Epiſcopo; et omnibus ſuis ſucceſſoribus Eccleſiæ *Landaviæ* in perpetuo. Facta eſt iſta elemoſyna in à per Bynuy, verbo et conſenſu Ithail patris, et filiorum Fernuail et Mouric; et cum omni ſua libertate, *&c.*

Villa Conuc.

SCiendum eſt, quod *Convilius*, filius *Gurceniu*, verbo *Morcanti*; et filii ejus *Ithail*, dedit villam in qua Sepulchrum eſt *Gurai*; id eſt villam Conuc, Deo et tribus Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, et *Oudoceo*, cum ſuâ totâ libertate; et totâ communione, in campo et in aquis, in ſilva et in paſcuis. Et *Berthguino* Epiſcopo, et Epiſcopis omnibus *Landaviæ* in perpetuo: Et cum datâ elemoſinâ, præcepit Comiil filio ſuo Conuc, et filiis ſuis, à generatione in generationem, ut ſemper ſervirent Altari *Landaviæ* de prædicto agro. Finis illius à vertice montis Gurai, uſque ad amnem Evenhi: Latitudo autem à foſſa magna. uſque ad foſſam contra mare. De Clericis teſtes ſunt *Berthguinus* Epiſcopus, *&c.*

Ager Pelic, *&* *ager* Tencu.

REges *Clotri* et Gudguallaun, antepoſitis Evangeliis ſacris et Reliquiis ſuper Altare Eccleſiæ Larthbenni, coram Epiſcopo Berthguino, ſimul cum Clero, juraverunt, ut ſimul inter ſe firmam pacem tenerent ſine dolo et damno in omnibus: et tali pacto, quiſquis illorum rumperet, totum regnum ſuum quietum clamaret, pergens in peregrinationem, uſque ad finem, in exilio: nec poſſet redimere ſe, neque regnum auro nec argento. Poſt intervallum, occidit Rex *Clotri*, rupta pace ſua, *Judguallaun*, utrumque faciens homicidium et perjurium, fraude ſubdolâ. Audito tam grandi facinore, et violatâ pace, ſurrexit Epiſcopus, et fecit convenire ad ſacram Synodum *Landaviæ*, omnes Clericos totius parrochiæ, ab hoſtio Tactyr ſuper Guy, uſque ad ripam Tyui, et plenâ Synodo excommunicavit Regem cum ſuâ progenie, ſimul et regnum: denudando Altaria Dei, et deponendo Cruces ad terram.

Poſthæc Rex non potuit pati tantam Excommunicationem, quæſivit veniam, cum magnâ devotione, et advocavit Epiſcopum *Berthguinum*, cum tribus Abbatibus ſuis: *Sulgen* Abbate *Carbani* vallis; *Saturn* Abbate *Docunni*; *Gurhaval* Abbate *Ildutî*, ut venirent obviam ei, ad Eccleſiam Gartbenni; ut ſicut eam violaverat, et ejus refugium, faciens homicidium et perjurium; ex aliâ parte faceret eam emendatam, ſufferens divinum judicium, cum emendatione, tam corpore quàm animâ, cum jejunio, & oratione & elemoſinâ. Qui poſtquam convenerunt ad Eccleſiam Gartbenni, judicaverunt illum tranſgreſſorem mandatorum Dei, ut quod promiſerat jurando, & ſimul voverat ſacramento, faceret ſine aliquo obſtaculo: & obtemperans Deo, & mandatis Dei & Epiſcopi, reliquit patriam, & ivit in peregrinationem. Et poſt multum temporis rediit ad patriam ſuam, & queſivit veniam apud Epiſcopum, per *Morcant* Regem interceſſorem ſuum; & auditâ ejus prece, dimiſit eum in patriâ, emendaturum ſe in omnibus, & facturum condignam juſtitiam: & accepto ſibi jugo pœnitentiæ in omnibus, immolavit Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, *Oudoceo*, & *Berthguino* Epiſcopo, & omnibus ſibi ſuccedentibus in Eccleſia *Landaviæ*, agrum Helic, cum tribus unciis agri; & agrum Tencu, cum duabus unciis agri, cum omni libertate ſuâ, *&c.* De Clericis, teſtis *Bertinguinus* Epiſcopus, *&c.*

Conblus, filius *Jaco*, immolavit agrum trium modiorum, ſuper ripam Guy, pro animâ ſuâ, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliau*, *Oudoceo*, & *Berthguino* Epiſcopo *Landaviæ*, & omnibus paſtoribus illius in æternum. De Clericis teſtes ſunt *Berthguinus* Epiſcopus, *&c.*

Villa Strat.

SCiendum eſt, quod *Elfin* dedit villam Strat hancr, pro animâ ſuâ Deo et Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, et *Oudoceo*, et omnibus paſtoribus Eccleſiæ *Landaviæ*, cum totâ ſua libertate in perpetuo. Ibid. f. 82. a.

Villa Guinnonui.

Ithail Rex, & *Judon* hæreditarius filius *Ceriau*, immolavit villam *Guinnoui*, juxtà paludem *Mouirici*, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo* & *Oudoceo*; & *Berthguino* Epiſcopo, &

& omnibus ſucceſſoribus ſuis in Eccleſiâ *Landavia*, cum ſuâ totâ libertate, *&c.*

Cum Cerruc.

Juthail Rex, filius *Morcanti*, & filii ejus *Fernvail* & *Mouric*, immolaverunt tres uncias agri pleni, in medio **Cum Cerruc**; id eſt villam quæ fuit **Guroc**, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo* & *Oudoceo*; & *Berthguino* Epiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis *Landaviæ*; & cum totâ ſuâ libertate, *&c.*

In Guent vehe coit Apermenei, *juxta* Frut murfin, ma maur Laun Garth.

Poſthæc *Juthail* Rex commendavit pro animâ ſuâ, **Apermenei** Deo & S. *Dubricio*, *Teliauo* & *Oudoceo*, quæ priùs fuerat data ſibi à *Morcanto* Rege, & *Birthguino* Epiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis *Landaviæ*, cum ſuâ totâ libertate, *&c.*

Lann Catgualatyr.

SCitote kariſſimi fratres, quod in tempore *Oudocei* Epiſcopi diabolicâ admonitione, occidit *Guidnerth* fratrem ſuum *Merchion*, cauſa contentionis regni: & perpetrato homicidio, fratricida excommunicatus eſt à beato *Oudoceo*, & à ſynodo ſimul congregatâ, ab hoſtio **Guy**, uſque ad hoſtium **Tyui** *Landaviæ*: & ita remanſit, depoſitis Crucibus ad terram, ſimul & Cimbalis verſis, tribus annis ſub eadem excommunicatione; & ex toto ſine aliquâ Chriſtianorum communione. Finitis tribus annis, requiſivit veniam apud beatum *Oudoceum*: Et datâ ei veniâ, miſit eum in peregrinationem uſque ad Archiepiſcopum *Dolenſem* in * *Cornugalliam*, propter veteranam amicitiam & cognitionem, quam Sancti patres habuerant anteceſſores ſui inter ſe; S. *Teliaus* & S. *Sampſon*, Archiepiſcopus primus *Dolenſis* Civitatis: Et propter aliam cauſam, eo quod ipſe **Guidnerth** & *Brittones*, & Archiepiſcopus illius terræ, eſſent unius linguæ, & unius nationis, quamvis dividerentur ſpacio terrarum. Et tanto melius poterat renunciare ſcelus ſuum, & indulgentiam requirere, cognito ſuo ſermone.

Poſthæc, datâ ſibi remiſſione, cum ſigillatis literis, rediit ante caput anni ad patriam, & ad beatum *Oudoceum*; & quia nondum fecerat annum, quem promiſerat in exulatu, neque finierat, noluit illum abſolvere, ſed potius in eadem fieret excommunicatione, non ſervato ab eo primo jugo pœnitentiæ, manente eo in eadem prævaricatione & excommunicatione. Ante finem anni S. *Oudoceus*, famoſiſſimæ vitæ Epiſcopus, tranſivit ad dominum: Cui ſucceſſit *Berthguinus Landaviæ*; quem *Morcant* Rex ſimul & *Guednerth*, requiſierunt apud *Landaviam*, cum multis ſenioribus **Morcamuc**, uno ore deprecantes Epiſcopum, videntes Cruces adhuc depoſitas ad terram, ſimul & Reliquias, cum cimbalis ſuper *Guednert*, ut veniam daret *Guednerth* fratricidæ, & ut ſolveret excommunicationem, elevando Cruces de terrâ & Reliquias Sanctorum.

Poſt hæc *Guednerth*, promittens emendationem vitæ ſuæ amplius in jejunio & oratione, & elemoſinâ, fuſis lachrimis, cum magnâ devotione, abſolutus eſt de Epiſcopo & junctâ ſibi pœnitentiâ plenariâ, ad modum culpæ, Poſtmodum *Guidnerth*, memor divini ſermonis, ſicut aqua extinguit ignem, ita elemoſina peccatum, donavit Deo & Sanctis *Dubricio*, *Telian*, & *Oudoceo*, & in manu *Berthguini* Epiſcopi, & omnibus ſucceſſoribus ſuis Eccleſiæ *Landaviæ*, **Laun Catgualatyr**, cum omni ſuâ tellure, cum ſilvâ, & cum maritimis, & cum omni ſuâ libertate, ſine ullo cenſu homini terreno, niſi Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtoribus ejus, * & cum refugio ſuo in perpetuo. De Clericis teſtes ſunt *Berthguinus* Epiſcopus, *&c.*

* *Britannia* minor.

* Ibid. f. 83. a.

Eccleſia Tytiuc *ſuper ripam* Guy.

NOtandum eſt, quod dedit *Judhail* podium **Henn Laun**, ſuper ripam **Guy**, cum agro quatuor modiorum circa ſe, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*; & in manu *Berthguini* Epiſcopi, & omnibus ſucceſſoribus ſuis in Eccleſiâ *Landaviæ*, cum totâ libertate ſuâ, *&c.* Finis illius podi, eſt inter duos rivulos, **Irguduin**, uſque **Guy** flumen.

Cemeis.

ROtri dedit pro animâ ſuâ, verbo & conſenſu *Morcant* regis, agrum **Cemeis**, in hoſtio **Dumri** rivuli, de proprîâ hæreditate ſuâ, cum duabus unciis agri, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo* & *Oudoceo*, & in manu *Berthguini* Epiſcopi, cum ſuâ totâ libertate, in perpetuo; ſine ullo cenſu homini terreno, niſi Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtoribus ejus. De Clericis teſtes ſunt *Berthguinus* Epiſcopus, *&c.* Poſt longum tempus reſolvit *Oulen* Captivitatem illius agri, de poteſtate laici; & reddidit Deo & *Dubricio*, *Teliauo* & *Oudoceo* liberatum ab omni laicali invaſione, *Gracieli* Epiſcopo, pro animâ ſuâ: & poſt intervallum temporis reſolvit iterum *Fan*, totam Captivitatem illius agri, & laicalem invaſionem; & liberatum reddidit in manu *Cerentiri* Epiſcopi *Landaviæ*, & cum prædictis duabus unciis agri, inter ſilvam & campum & aquam. Quicunque cuſtodierit, benedictus ſit, *&c.*

Judbiu.

VIdens *Mabſu* præſentem vitam caducam eſſe & corruptibilem, emit vitam incorruptibilem pro corruptibili. Elemoſinam faciens Deum recognovit, dando villam **Judbiu**, pro animâ ſuâ, ſuper Altare Sanctorum *Dubricii*, *Teliani*, & *Oudoci*, & in

manu *Berthguini* Episcopi, cum suâ totâ libertate, *&c.*

Factâ hac donatione confirmavit iterum *Mabsu* elemosinam suam firmam esse, & non vaticillatam. Et fecit *Berthguino* Episcopo & familiæ *Landaviæ* convivium bene præordinatum in medio Ercyc: & congregatis melioribus hominibus totius Ercic commendavit villam prædictam *Berthguino* Episcopo, & successoribus suis in perpetuo, liberatam ab omni fiscali tributo. Quicunque custodierit, benedicetur. Qui hæc violaverit, maledicetur. *Amen.*

Guarmarch.

SCiendum est, quod emit *Riataf* unciam agri *Gurvach*, filiis *Clodri*, *Gueidcui Conuin*, pro *xxiiii.* & Saxonicâ muliere, & gladio pretioso, & equo valente, verbo *Judhaili* Regis, & consensu & præsentia *Juthaili* Regis, & nobilium seniorum Ercyc, duo fratres prædicti *Guedcui* & *Convin*, clamaverunt terram illam quietam ab omni re mittentes manus suas; in manu *Berthguini* Episcopi, ut nunquam terram illam clamarent, neque posteritas eorum, accepto sibi pretio, ut diximus. Post hæc dedit *Riataf*, præsentibus duobus fratribus prædictis, & præsente Rege *Judhailo*, terram Gurmarch, Deo & sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*; & in manu *Berthguini* Episcopi, & omnibus successoribus suis in Ecclesiâ *Landaviæ*, cum suâ totâ libertate, *&c.*

Villa Nis.

Ibid. f. 84. a. VIdendum est sanè, quod accepit *Ilias* filius *Morglas*, unciam agri plenam, villam Nis, in pretio fratris sui *Catgen* nomine, quem occiderat *Convor* filius *Jacob.* Postea dedit *Convor*, de propriâ suâ hæreditate, & cum suâ totâ libertate; & pro animâ illius *Catguen*, quem occiderat: et cum dono *Ilias* fratre occisi, Deo et Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, et *Oudoceo*, et in manu *Berthguini* Episcopi, & omnibus suis successoribus, in Ecclesia *Landaviæ*, in perpetuo. De Clericis testes sunt *Berthguinius* Episcopus, *&c.*

☞ *Ilias*, pro animâ suâ, et pro scriptione nominis sui in libro vitæ, dedit podium in medio Aper mungru, cum agro quatuor modiorum, circa se, verbo *Judhaili* Regis, filiorumque ejus *Fernvail* et *Mouric*: et cum omni censu, à magno usque ad modicum, sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, et *Oudoceo*, et in manu *Berthguini* Episcopi, et omnibus successoribus suis in Ecclesiâ *Landaviæ*: et cum omni suâ libertate, *&c.*

Lann Tyssoi.

PRævidendum est nobis, quod Conbac, de propriâ suâ hæreditate, dedit podum S. *Tisoi*, alumni S. *Dubricii*, quod fuerat ejusdem *Dubricii* ab antiquo tempore, pro redemptione animæ suæ, Deo et S. *Petro* Apostolo, et Sanctis *Dubricio*, *&c.*

Penn hellei.

ELfin largitus est in elemosinâ, Deo et S. *Dubricio*, *Teliauo*, et *Oudoceo*, et *Berthguino* Episcopo, et omnibus successoribus suis in Ecclesiâ *Landaviæ*, agrum Penn-hellei, in medio Surguntid, cum omni sua libertate, *&c.*

Tull Coit.

SCiatis, quod *Elfin* dedit agrum Estrat, id est Coll coit, pro animâ suâ, cum sex modiis terræ, Deo et sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, et *Oudoceo*, et *Berthguino* Episcopo, et omnibus successoribus suis in Ecclesiâ *Landaviæ* in perpetuo, cum totâ suâ libertate, *&c.* Finis ab oculo fontis Coll coit, usque ad fossam paludis, in Capite: et ab occidente, per transversum usque ad petram jacinthinum, vallo ducente usque ad petram Dunbyt.

Machynys.

POst obitum Guitiau, tenuit *Gurcan* regionem patris sui, simul et novercam incestuosè; propter quam excommunicatus est ab *Ertbguino* Episcopo, et à plenâ synodo, congregata in unum *Landaviæ*, ab hostio Carnetyr, usque ad hostium Cynl: Et factâ Excommunicatione, et depositis Crucibus ad terram, cum sanctis Reliquiis, & versis cimbalis, requisivit veniam & resolutionem, dimissâ novercâ cum satisfactione, per Regem *Judhailum* intercessorem suum: & datâ ei veniâ, cum emendatione vitæ, jejunio & oratione & elemosinâ, dedit terram Machinis, agrum sex modiorum, Deo & *Petro* Apostolo, & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*; & Episcopo *Berthguino*, & omnibus successoribus suis in Ecclesiâ *Landaviæ* in perpetuo, cum totâ suâ libertate, *&c.* * Ibid. f. 85. a.

Villa Bertus.

DEmonstrandum est nobis Karissimi fratres, quod *Judhail* Rex, præsente *Mourico*, coram senioribus Glevissig, dedit villam Bertus, pro animâ suâ Deo & S. *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, Deviqque, in sempiternâ consecratione, *&c.*

Dabyum.

COnvilius, *Guercenin* filius, emet agrum, id est villam in quâ Sepulchrum est *Gurai*, à *Morcanto* Rege, & à filio ejus *Judhail*, & ab uxore ejus *Ricceneth*: Et emptâ villâ illâ verbo Regis & consensu, largitus est illam in elemosinâ Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*; & *Berthguino* Episcopo, & omnibus successoribus suis in Ecclesiâ *Landaviæ* in perpetuo, cum totâ suâ libertate, & cum silvâ & maritimis; & cum omni communione in aquâ & in silvis, *&c.*

Guenno

Guenno Noe.

IVdon filius *Ceriau*, emit villam **Guenno Noe**, juxta paludem *Mourici*, à *Judhailo* Rege **Glevissicg**, & à filiis suis *Fernvail* & *Mourico*, & *Rotri* in æternâ emptione, pro *xxii.* equis indomitis: & emptâ villâ illa, quæ priùs fuerat S. *Dubricii* à primo tempore, largitus est eam liberam ab omni tributo' sine aliquo servicio, magno vel modico; & cum tota libertate sua, *&c.*

Cum Barruc Cenubia, Colcuch, Lann Cerniu.

SCiendum est, quod evenerunt magnæ tribulationes, & vastationes, in tempore *Telpaldi* & *Ithaili* Regum *Brittanniæ*, & à Saxonicâ gente infidelissimâ; & maximè in confinibus *Britanniæ* & *Angliæ*, versùs *Herfordiam*; in tantum, quod *Britanniæ* totum confinium ferè deletum est; & multum extra confinia, ex utraque parte *Angliæ* & *Britanniæ*; & circa flumen **Guy**, maximè propter bella, & sæpe facta diurna & nocturna inter utrasque. Post tempus, sedatâ pace restituta est in suâ & fortitudine terra sua, quamvis deleta & inhabitata raro homine, & rara peste, cuique *Britanno* in illis partibus perpetrato federe. Et Rex *Judhail* omnibus superstitibus, reddidit patrimonia, quamvis per spacium desolata; & *Berthguino* Episcopo, sua loca reddidit per omnia, & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo* & *Oudoceo*, & omnibus Episcopis *Landaviæ* in perpetuo, *&c.* Et *xi.* * numero in propriâ parrochiâ suâ; in primis **Cum Barruc**, cum tribus unciis; id est **Cenubia**, **Colcuch** cum tribus unciis agri, **Cenubia Coznubunn**; id est **Lann Cerniu** super ripam **Dour**, podum **Bafurn**, **Lann Guoyvoe**; **Lann Lunabin**; **Lann Devi**; **Bochnos**, **Lann Ebydil**, **Bolgros**, **Lann Loudeu**, **Lann Garan.**

* Ibid. f. 68. a.

Rex *Clitanc*, filius *Clitguin*, cum esset in regno suo, tenens pacem & rigorem justitiæ, factus est martyr, virtute & meritis & Coronâ Cælestis gloriæ, cum palma carnalis castimoniæ; quædam virgo, nata cujusdam potentis, adamavit illum, dicens requirentibus se, nulli nuptura, nisi vero præclaro *Clitanco*. Audito puellæ responso, & omnibus abnegante, ut solito, quidam de sodalibus Regis, clauso sibi utero virginis, inflatus maligno spiritu, & spiritu ardoris muliebris, & accipiens fundamentum à fece temeritatis, & luxuriæ livore, quadam die, in venatu, occidit Regem *Clitanc* innocentem, velut pium agnum juxta flumen *Mingui*, expectantem venatorum conventum, & tamen verba sacri eloquii, cum summâ devotione præmeditantem. Defuncto eo, familiares viri & compatriotæ, & nobilissimæ parentæ populares, junctis bobus feretris, cæperunt Corpus de loco auferre, & vadum **Mynyui** transire; & in aliâ parte fluminis cæperunt juga boum dirumpi, & boves stare, adeo quod nunquam de loco illo, præ nimiâ Corporis gravedine poterant Corpus movere, quamvis sæpè ligatis torquibus & funibus, tamen ruptis innumerabilibus, ac si igneus obsistabat globus, ita nunquam boves movebant gressus, quamvis multiplex aderat stimulus. Et videntibus omnibus & admirantibus, remansit Corpus in loco sibi præparato divinitùs: & populus statim, propter vitam præclaram, quam in sancto viro præviderat, & sanctitatem & finem ductum ad Coronam martyrii; & post finem mirabilem levitatem corporis, in secundo gravitatem nimiam & immobilem, laudes retulit Deo: & visa columpnâ ignis in sequenti nocte, de tumulo post sepulturam placabilem Deo: Et statim, Consilio Episcopi *Landaviæ* & Cleri, fundatum est ibi oraculum, & benedictum aspergine aquæ, in honore martyris *Clitanci*: & ab illa die cœpit locus pro beato Martyre venerari.

Quadam die venerunt duo viri, de **Lannerch glas**, inter se irati, & dixerunt, *Concordemur, & tendamus ad* **Batle**, *Ecclesiam S.* Dubricii; *& simul juremus super Altare illius, ut oblito invidiæ livore, immo juncto fœdere, semper amodò simus firmiter amici, in fraternâ pace.* Qui cum in via essent, tendentes ad propositum iter, dixit unus ad alterum, *Pergamus ad locum istum martyris*, viz. **Clitauc**; *& ad Sepulchrum illius, ad breviato itinere nostro, & remanente proposito; & super illius tumulum concordemur, & confirmaturi firmandam pacem amodò inter nos perpetuam.* Et confirmato fœdere, unus in redditu, ruptâ pace, & violatâ fide, occidit alterum fraude; immo semetipsum, ut dicitur, *Quicunque alium molitur ledere, primum ipsum se jaculo percutiet proprio.* Et statim facto homicidio, & ut sic dicam, simul cum perjurio, semetipsum propriâ lanceâ perforavit in utero, plagâ, ducente eum ad interitum, socium dico perductum ad perenne gaudium.

Post intervallum temporis, venerunt duo fratres, *Lybiau* & *Gurvann*, & sororius illorum *Ciuuur*, de regione **Penmithen**, relinquentes patriam per inimicitiam, & ex aliâ parte eligentes & ducentes heremitalem vitam & solitariam, ad locum ubi positum est Corpus beati martyris *Clitanci*, super ripam **Mynyui**, in **Evias**; & ibi vitam suam duxerunt; & Ecclesiam melioratam consilio Episcopi *Landaviæ* & adjutorio fundaverunt, & dato sibi toto territorio, ex utraque parte **Mynyui**, à Rege **Morcannuc**, **Penbargaut**, in sempiternâ consecratione, & sine ullo censu ulli homini terreno; & cum omni communione darâ habitantibus & habitaturis territorium Ecclesiæ, in campo & in silvis, in aqua & in pascuis, finem suum duxerunt. Et duo fratres castam duxerunt vitam. Sororius verò quinque procreavit filios, unde semper territorium remansit, quin partitum fratribus, & semper posteris & superstitibus.

Merthir Clitauc.

JUdhail filius *Morcant*, Rex Gleuiſſicg, verbo filiorum ejus *Fernvail* & *Mouric*, & hæreditariorum conſenſu *Judhail* & *Freudur*, immolavit Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & *Clitauco* martyri; & *Berthguino* Epiſcopo, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*, totum territorium Merthir Clitauc, ſicut meliùs fuit data martyri *Clitauco*, & tribus heremitis, *Libiau*, *Gurvan*, *Cinnur*, primis habitatoribus & cultoribus illius loci, poſt martyrium *Clitauci* martyris, & cum ſuâ totâ libertate, *&c.* & ſine ullo cenſu, magno vel modico, ulli homini terreno, niſi Eccleſiæ *Landaviæ* & paſtoribus in perpetuo; & quaſi inſulam poſitam in ſalo, liberam ab omni ſervicio; & ſine hærede niſi * ad voluntatem et ad utilitatem Epiſcopi *Landaviæ*, et Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ; et cum dato refugio ad voluntatem profugi, ſine termino quamdiu permanere voluerit, tutus remaneat ſub ejus aſylo, ac ſi eſſet in *Landaviæ* patrocinio. De Clericis teſtes ſunt *Berthguinus* Epiſcopus, *&c.*

* Ibid. f. 87. a.

Judhail filius *Edeluirth*, quidam potens vir in Eugias, veniens, comite ſibi uxore, dominicâ die, ad audiendum ſervicium divinum, ad Sanctum *Clitauc*, monitus eſt Diabolicâ ſuggeſtione, et ſtimulo luxuriæ cum muliere ſuâ, in prato uno ſuper ripam Dingui concubere; et ita quod in eodem concubitu, volens, perpetrato peccato ſeparari, nullo modo potuit ſegregari, immo junctus uxori, remanſit inſeparabilis, et clamavit voce magnâ, et dixit ſodalibus ſuis, *Ite ad Sepulchrum martyris* Clitauci; *& ponite, ex meâ parte ſuper Sanctum Altare* Clitauci *pratum iſtud, meâ vi injuſtè ſibi ablatum: & mittentes manus veſtras in vadimonium, veluti datâ dote, & ſimul junctas, ſuperpoſitis quatuor Evangeliis antepoſitis, & ità liberam clamando, & quietam, ab omni laicali ſervicio amodò, niſi tantum oratione cotidianâ; & miſſâ à me ſalutè Clericis Eccleſiæ, ut Deum pro me orent intentivè; ut interceſſione martyris, & eorum oratione, ab hac intollerabili peccato, ſimul & horribili ligamine deliberer feſtinè.* Et ſtatim factâ elemoſinâ, ſimul & redditâ, cum promiſsâ emendatione vitæ ſuæ, in antea, in jejunio & oratione & elemoſinâ, ſegregatus eſt ab infeſtâ conjunctione, coram omni populo laudes Deo & gratias referens de tam gratâ deliberatione. Et quod priùs fecerat per legatos ſuos, hoc idem ſanus fecit per ſemetipſum, miſſis manibus propriis ſuper Altare martyris, & confirmando, antepoſitis ſacris Evangeliis, & verbo regum Morcanhuc, & conſilio principum, ſine aliquâ calumpniâ liberum, ſanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & matyri *Clitauco*, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ* in perpetuo.

Filii *Cinhleidion* immolaverunt Lechluit, martyri *Clitauco*, & Eccleſiæ *Landaviæ*. Finis Lechou litton, Dingui ex unâ parte, & infra duos rivulos. Finis Lennic infra Dyngui, & Dingui betoucimer, Lechenuris ex aliâ parte verſus aquilonem plagam.

Villa Ellcon.

Erbic filius *Elfin*, pro ſcriptione nominis ſui in libro vitæ, largitus eſt in elemoſinâ, Deo & *Petro* Apoſtolo, & S. *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & in manu *Tridiani* Epiſcopi *Landaviæ*, & omnibus paſtoribus ſuis, in perpetuo, villam Ellcon, ſuper Dubleis, cum ſuâ totâ libertate, *&c.*

Villa Cathoven.

Poſt hæc datâ villâ Elcun, poſitâ ſuper Dubleis, Deo & Sanctis, ut prædiximus; idem *Erbic* tribuit Deo, *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & in manu *Trichani* Epiſcopi, villam Cathoven, filii Hinder, cum omni cenſu ſuo, & totâ libertate ſuâ, quamdiu lapis fuerit ſuper lapidem.

Tir Dimuner.

EVidendum eſt, quod *Fernvail* largitus eſt terram unciæ agri, quæ vocatur Tirdimuner, circa longum lignum, coram ſenioribus Guenti & Erciſg, propter malum quod fecerat generatio ejus in Cemeis, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & in manu *Trichani* Epiſcopi, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ* in perpetuo, *&c.*

Merthir Termed.

FRatres kariſſimi, ſciatis, quod *Brii* filius *Ludbui*, dedit Deo & ſanctis *Dubritio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & in manu *Tricani* Epiſcopi, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*, podum Merthir termed, cum dimidiâ unciâ agri, circa ſe, pro animâ ſuâ, ſine ullo cenſu homini terreno, verbo & conſenſu duorum filiorum *Riderch*, *Ceretic*, & *Judic*, ſimul & conceſſione generationis ſuæ in perpetuo, *&c.* Ibid. f. 88. a.

Eccleſia Tryleu Lann Mainuon.

REferamus gratias Deo, quod Rex *Fernvail*, compunctus corde & animo, largitus eſt in elemoſina S. *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & in manu *Trichani* Epiſcopi & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*, in ſempiternâ conſecratione, Eccleſiam Trileu, cum tribus modiis terræ, & cum totâ libertate, ut inſulam in ſalo. Et ita Rex *Fernvail*, tenens curiam ſuam in medio Cemeis, in hoſtio Humir, clamavit eam quietam ab omni ſervicio, niſi tantum oratione. De Clericis teſtes ſunt *Trichanus* Epiſcopus, *&c.* Finis infra duo flumina Aghiti maur, & Aghiti bichan.

Penn

Henn Lennic. Lann Guernin Erlicy.

INtuendum est nobis, quod *Catnuth*, filius *Coffro*, agrum trium modiorum, id est quartam partem unciæ agri, immolavit Deo; id est Ecclesiam **Henn Lennic**, super ripam **Ampr**; id est **Lanniguern**, verbo & consensu *Fernvail* Regis, in perpetua consecratione Crucis Christi, & sanctis *Dubricio*, *Tiliavo*, & *Oudoceo*, & in manu *Trichani* Episcopi, & omnibus pastoribus *Landaviæ*, sine fine; cum suâ libertate, *&c.* Finis illius est, inter **Ampr**, & viam *Jacinthinam*: latitudo ejus & longitudo, usque ad fossam senem.

Gurthebiriuc.

Convur filius *Jacoi*, emit Ecclesiam **Gurthebiriuc**, cum unciâ agri, & semiunciâ circa se, à *Fernvailo* Rege, filio *Judhaili*, pro equo optimo in pretio *xii.* vaccarum, cum cane valente, qui occidebat aves cum ancipitre, in pretio trium vaccarum; & alterum equum in pretio trium vaccarum; & ita emptam, liberam ab omni servitio, verbo Regis *Fernvail*, largitus est eam Deo, & *Petro* Apostolo, & S. *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, & in manu *Trichani* Episcopi, & omnibus Episcopis *Landaviæ* imperpetuo, cum totâ suâ libertate, *&c.*

Villa Elignou.

Conuc, filius *Convil*, emit villam **Breican** à *Vidhailo* Rege, *Morcanti* filio, quæ alio nomine vocatur villa **Elignou**, pro duobus equis; uno pretio octo vaccarum; altero in pretio trium vaccarum; & gladio in pretio *xii.* vaccarum; & Cornu in pretio *x.* vaccarum; & altero in pretio *xiiii.* vaccarum; & ita emptam liberatam ab omni servitio, verbo *Judhaili* Regis & consensu, largitus est eam in elemosinâ Deo & S. *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, & in manu *Tirchani* Episcopi *Landaviæ*, *&c.* Finis illius est à villâ **Guoidbearu**, *longitudine ejus ad villam **Conguit**; latitudine ejus à villâ **Coutrpau**, usque villam **Marchleu**. De Clericis testes sunt *Trichanus* Episcopus, *&c.*

*Ibid. f. 89. a.

Villa Tancuoi; *villa* Devi; *villa* Iliman.

Bricon filius *Guincon*, emit agrum trium unciarum; id est villam *viz.* **Tancuoi**, filii *Condy*: & villam **Iliman**, filii *Samson*, à *Fernvailo*, & à filiis ejus, *Mourico* & *Garcant*, pro septem equis in pretio *xxviii.* vaccarum, & vestimento toto unius hominis, in pretio *xiiii.* vaccarum; & gladio in pretio *xii.* vaccarum; & ancipitre in pretio sex vaccarum; cum quatuor canibus in pretio *xiiii.* vaccarum; & cum totâ suâ libertate, quietas ab omni servitio, liberavit eas pro animâ suâ, verbo regis *Fernvaili* & consensu, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, & in manu *Tirchani* Episcopi, & omnibus Episcopis *Landaviæ* in perpetuo, *&c.*

Turion.

Matoc filius *Guinau*, emit unciam agri, quæ vocatur **Turion**, à *Fernvailo* filio *Judhaili*, præsentibus filiis suis, *Mourico* & *Gurcanto*, pro ancipitre in pretio *xii* vaccarum: et pro duobus equis in pretio sex vaccarum; et cornu, in pretio sex unciarum argenti; et scrupulum in pretio *xii.* vaccarum, et lineâ coccineâ: et ita emptam, ab omni pretio quietam, largitus est illam, pro salute animæ suæ, verbo et consensu Regis, et filiorum ejus, *Mourici* et *Gurcanti*, Deo et Sanctis *Dubricio*, *Teliavo*, et *Oudoceo*, et in manu *Tirchani* Episcopi, et omnibus Episcopis *Landaviæ* in perpetuo, *&c.*

Strat Eley.

SCiendum est, quod *Cors*, filius *Gabran*, immolavit quatuor modios terræ, **Stratelei**, pro commercio regni Coelestis Deo et Sanctis *Dubricio*, *&c.* et omnibus Episcopis *Landaviæ*, *&c.*

Villa Proclium, *id est*, Trefiriscelauc.

SCiendum est, quod *Conuil*, *Gurgeni* filius, cum filio suo *Gurnivet*, emerunt villam **Proclivin**, juxta **Nadavan**, à *Judhaillo* Rege **Glevessicy**, filio *Morcant*, pro duobus equis, in pretio octo vaccarum; et tuba in pretio *xxiiii.* vaccarum; et pallio dato Reginæ, in pretio sex unciarum, cum equo in pretio quatuor unciarum; et emptam illam, ut prædiximus, verbo Regis et consensu, immolaverunt eam ad honorem sepulturæ suæ, liberam ab omni servitio Deo et Sanctis *Dubricio*, *Teliavo*, et *Oudoceo*, et in manu *Trichani* Episcopi, et omnibu Episcopis *Landaviæ* in perpetuo, *&c.*

Lann Helicon.

ELiud et *Conon*, et *Guoidcen*, et *Erdtibui*, filii *Enguen*, dederunt Ecclesiam, cum Castello agri circa eam, liberam ab omni servicio laicali, verbo & consensu *Brachmaili* Regis; & tradidit eam quietam ab omni calumpniâ, Deo & Sancto *Dubricio*, *&c.* in perpetuo. Et *Tirchanus* Episcopus, congregatis tribus Abbatibus, & attestantibus in unum; & omnibus Clericis totius parochiæ, ab hostio **Taratyr**, super ripam **Guy**, usque ad hostium **Tyvi**; & coram omnibus super quatuor Evangelia, firmatâ elemosinâ benedixit ei, simul cum sobole: & junctâ sibi pœnitentiâ de omni facinore absolutum cum à peccatorum sorde. De Clericis testes sunt *Tirchanus* Episcopus, *&c.*

Ecclesia

Eccleſia **Mamouric**, *id eſt* **Lann Avien.**

Ibid. f. 90. a. SCiendum eſt omnibus Chriſtianis, quod *Gabran* filius *Cors*, immolavit pro animâ ſuâ in elemoſinâ, Deo & *Petro* Apoſtolo, & S. *Dubricio*, *&c.* Eccleſiam *Mamouric*, id eſt **Lann Avien**, cum ſex modiis terræ, circa ſe, & cum omni ſuâ libertate, *&c.* De Clericis teſtes ſunt *Catgvoret* Epiſcopo, *&c.*

Bynn Lyguni & Mathenni.

FErnuhail filius *Judhail* dedit uxori ſuæ *Ceincair*, in modum dotis, cum hæredibus ſuis, *Crin* nomine, filio *Morciuanu*, & omnibus pecudibus ſuis domeſticis & campeſtribus, **Binnliguni**, & cum tribus modiis terræ **Mathenni**, **Muſtuir**, **Mur**, cum omni ſuâ libertate. Quæ, poſtquam accepit à domino ſuo Rege prædicto, terras iſtas, cum ſuis hominibus, finibus & habitatoribus, ſimul cum ſuâ prole in perpetuo; dixit, & verbo Regis, & conſenſu ſimul & donatione, *immolo Deo & Sancto* Petro, *& Sanctis* Dubricio, Teliauo, & Oudoceo, *& in manu* Catguoreti *Epiſcopi*, *& omnibus Epiſcopis* Landaviæ *inperpetuo*, *cum ſuâ totâ dignitate & libertate*, *& omni communione*, *in campo & in ſilvis*, *in aquâ & in paſcuis.* De Clericis teſtes ſunt *Catguoret* Epiſcopus, *&c.*

Mathenni.

POſt hæc ablatâ illâ tellure, & quadam laicali vi & poteſtate, ab Eccleſiâ *Landaviæ*, & à *Catguareto* Epiſcopo calumpniatâ, ſæpe reddidit eam Eccleſiam **Mathenni**, cum tribus modiis terræ **Morcunris**, pro animâ ſuâ, ne fieret particeps Excommunicationis factæ ſibi & omnibus Eccleſiam illam, cum ſuâ tellure habitaturis, niſi per gratiam & conceſſionem *Catguareti* Epiſcopi, & omnium Epiſcoporum *Landaviæ*, verbo *Arthruiſi* Regis, & teſtimonio, cum ſuis atteſtantibus; *Morcunbris*, *Moreb*, *Morglas*, *&c.*

Guimma.

NOtum ſit omnibus Chriſtianis, quod *Ris* filius *Judhail*, Rex **Glevissicg**, immolavit Deo, ſimul cum *Domnguaret* hæreditario, tres modios agri, **Guimma**, & S. *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & in manu *Catguareti* Epiſcopi, & omnium Epiſcoporum *Landaviæ*, cum ſuâ totâ libertate, *&c.*

Clouhaf.

Ibid. f. 91. a. COnvelin filius *Conuc*, emit agrum **Louhaf**, trium modiorum à Rege *Rotri*, filio *Judhail*, pro duobus equis pretioſis, & duobus veſtimentis; & emptum illum liberum ab omni fiſcali tributo immolavit, cum verbo Regis, Deo & S. *Dubricio*, *&c.*

Catir Riou.

A *Thruis* Rex, filius *Fernuail*, immolavit **Catiou**, cum unciâ agri, Deo & S. *Dubricio*, *&c.* & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*, cum ſuâ totâ libertate in perpetuo. Et *Leubrit* hæreditarius accepit agrum à *Catguareto* Epiſcopo, & à *Landaviæ* Clero, daturus eis, omni anno, ſex modios cerviſiæ, cum omni ſuo debito, in pane & in carne; & cum ſextario mellis, & ad voluntatem Epiſcopi, quamdiu ſibi placeret, & ſuo Capitulo quietam ab illo clamabat, & à prole ſuâ in perpetuo.

Cat Guaret Din Birriou.

CInuelin, filius *Conuc*, immolavit Deo, & Sanctis *Dubricio*, *&c.* & omnibus Epiſcopis *Landaviæ* **Dinbirrion**, verbo & conſenſu Regis *Rotri* filii *Judhail*, cum tribus modiis terræ, & cum ſuâ totâ libertate, *&c.*

Gueritur.

RIs Rex, filius *Judhail*, largitus eſt villam **Gueruduc**, cum *ix.* modiis terræ, pro ſalute animæ ſuæ, Deo & S. *Dubricio*, *&c.* & in manu *Catguareti* Epiſcopi, & omnium Epiſcoporum *Landaviæ* in perpetuo, *&c.* Et fecit illum agrum refugium habitantibus & habitaturis, & requiſiturus, quacunque de causâ gaudii aut leticiæ ſine fine. De Clericis teſtes ſunt *Catguaret* & Epiſcopus, *&c.*

Merthermaches.

COrs, filius *Erbic*, compunctus corde & animo, & requirens veniam de amiſſis ſuis, apud Deum, per interceſſionem Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi*, & *Oudocei*, apud *Landaviam*, & à *Catguareto* Epiſcopo ejuſdem Eccleſiæ, indulgentiam & remiſſionem peccatorum ſuorum; dixit, *Offero Deo & S.* Dubricio Teliavo & Oudoceo, *& in manu* Catguareti *Epiſcopi*, *& omnibus Epiſcopis* Landaviæ *Eccleſiam* **Merthirmaches**, *cum tribus modiis terræ circa ſe*, *& cum ſuâ totâ libertate*, *& omni communione*, *in campo & in ſilvis*, *in aquâ & in paſcuis*, *ſine ullo cenſu*, *magno vel modico*, *ulli homini terreno niſi Eccleſiæ* Landaviæ *& paſtoribus ejus inperpetuo*, *concedente & affirmante* Gurgavarno *Rege*, *filio* Fernvail.

Mer-

Werthirbucell, Werthirmuoy, Cerenhir & Tir Collou.

Ibid. f. 92. a.

COgnitum sit omnibus Christianis Regibus & Principibus, & Catholicis viris utriusque Ordinis, Clericalis tam laicalis, in dexterâ parte *Britannia* maximè habitantibus; quod *Gallun* filius **Cidich**, motus irâ & furore, surrexit contra Dominum suum, elevato suo Capite, *Hovel viz.* Regem **Gleuissicg**, filium *Ris*, ruptâ suâ pace; & voluit ei auferre terram **Lantivei**, vi sua & fortitudine: Et audita lite & contentione, inter Regem & principem, per totam regionem, hortatus est *Cerenhir* Episcopus *Landaviæ*, eos concordari, facta pace & ei obtemperantes, audita prece, venerunt ad *Landaviam*, cum magno milite; & super Altare Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi*, & *Oudocei*, antepositis sacris Evangeliis, juraverunt pacem amplius, sine aliqua fraude & insidiis, præsentibus tribus Abbatibus, *Elisael* Abbate *Catoci*, *Elised* Abbate *Ilduti* ..... Abbate *Docunni*; *Civaret* lectore, *Guerngen*, *Ruid*, *Esne*, *Pascen*, præsentibus laicis, *Mormerchitir*, **Judrant**, *Embresel*.

Post hæc Rex *Hovel*, rupta sua pace, faciens utrumque homicidium, simul & perjurium occidit *Galloun* per dolum: & occiso eo, congregavit Episcopus totam Synodum apud *Landaviam*; congregatis in unum Clericis totius parrochiæ, ab hostio **Taratir**, in **Guy**, usque ad hostium **Tivi**; omnibus & una voce depositis Crucibus ad terram, & versis Cimbalis; simul cum Reliquiis Sanctorum ablatis Altari; & projectis in terram, excommunicavit Regem, auferens ei totam Christianorum communionem; & in eadem excommunicatione mansit ferè per annum integrum.

Post hæc Rex non sustinens tantam Excommunicationem, meritis suis exigentibus, quæsivit veniam apud *Landaviam*, nudis pedibus, cum effusis lachrymis; & datâ veniâ ei, cum juncta pœnitentia publica, homicidii simul & adulterii, consilio patruelis sui *Mourici*, promittens emendationem, tam animæ, quàm corporis amplius in jejunio & oratione & elemosina, largitus est Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, & in manu *Cerenhir* Episcopi, & omnibus Episcopis *Landaviæ* in perpetuo, coram prædictis; & attestantibus illis omnibus, **Werthirbucell**, & **Wirthirmuoy**, cum quatuor modiis terræ circa se, & semimodium **Tircollou**, cum sua tota libertate (&c.)

Villa Gulbic.

REgnante *Mourico* Rege **Gleuissicg**, filio *Judhail*, convenerunt *Ili*, filius *Conblus*, simul & *Camanc*, ad Monasterium *Landaviæ*; & præsente *Cerenhiro* Episcopo, cum suo Clero, firmaverunt pacem suam, deleta & oblita veterana inimicitia; jurantes ambo super Altare *Petri* Apostoli, & Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi*, *Oudocei*; antepositis sacris Evangeliis, & Sanctorum Reliquiis. Post intervallum, ille qui stabat præsentia Dei, cum gaudio in Cælesti paradiso, & per semetipsum præsumendo, dicens; *Ponam sedem meam in aquilone, & ero similis altissimo*; & Cadens invidiæ livore & superbiæ, traxit secum, de summo throno partem ad barathrum, de consentientibus sibi immundis spiritibus, partem misit in aere; & qui *Adam* protoparentem nostrum factum verbo Dei æternum & sanctum, & positum in sede deliciarum, cum summa fœlicitate & gaudio, decepit, fraude sua subdola, & projectum de paradiso, cum uxore, egentem & tristem, amisso suo gaudio, ille idem antiquus hostis, stimulo invidiæ suæ adhuc remanente, & in prole fecit prædictis discordari, rupta pace sua; in tantum, quod illi membrum antichristi occidit, *Camanc*, insidiosè, utrumque faciens homicidium, simul & perjurium.

Posthæc, audita fama nequitiæ & impietatis, per totum regnum Episcopus *Cerenhis* adunavit totum Clerum totius parrochiæ, infra **Taratir**, super ripam **Guy**, & hostium **Tivi**, apud *Landaviam*; & Consilio totius synodi, abstulit prædicto *Ili* homicidæ & perjuro, depositis Crucibus ad terram, simul et Reliquiis Sanctorum, cum cimbalis, totam Christianorum communionem et participationem; et ita per aliquantulum temporis, mansit excommunicatus, et vi et rigore justiciæ compulsus, non valens amplius sustinere sarcinam nequitiæ, et * facinus, requisivit veniam, effusis lachrymis, cum nudis pedibus, apud Episcopum *Cerenhir*, et in *Landaviâ*: et data sibi venia pœnitentiâ, et admodum utriusque culpæ, homicidii et adulterii, simul et excommunicationis, stans in medio Ecclesiæ, promisit emendaturus se in omnibus jejunio et oratione et elemosina, et verbo *Mourici* Regis et consensu, largitus est Deo, pro salute animæ suæ, et Sanctis *Dubricio*, *Teliavo* et *Oudoceo*, et in manu *Cerenhis* Episcopi, et omnibus Episcopis *Landaviæ* in perpetuo, villam **Gulpic** minorem, cum sua tota libertate, et omni communione, in campo et in silvis, in aqua et in pascuis. De Clericis testes sunt *Cerenhis* Episcopus (*&c.*)

* Ibid. f. 93. a.

Lann Culan.

CInvin filius *Gurcant*, immolavit Deo & Sanctis *Dubricio* (*&c.*) & omnibus Episcopis *Landaviæ* in perpetuo, **Lann Culan**, cum omni agro suo, & cum tribus modiis terræ; id est dimidium semiunciæ agri, verbo & consensu *Brochmail* Regis, filii *Mouric*, cum suâ totâ libertate, sine ullo censu ulli homini terreno, nisi Ecclesiæ *Landaviæ*, & pastoribus ejus in sempiternum; & cum refugio suo, manentibus & mansuris, & requisituris, pro aliquâ causâ facinoris, Ecclesiam illam, & totam suam tellurem; & quandiu profugus voluerit sine termino, in pace quietâ, & cum omni communione, in cam-

campo & in ſilvis, in aquâ & in paſcuis. De Clericis teſtes ſunt *Cerenhis* Epiſcopus (*&c.*)

Villa Penn-Onn, & Sant Tyluil.

AGvod filius *Jovaf*, venit quadam die ad hoſtium Eccleſiæ S. *Dubricii*, *Teliavi*, *Oudocei*, de *Landaviâ*, & facto litigio, iræ mixto, inter utramq; familiam illius & Epiſcopi; & ità, cum furore nimio, venit ad hoſtium Eccleſiæ; & jactis lapidibus in hoſtium Eccleſiæ, verſus eſt in fugam ſub anathemate: & pro emendatione culpæ ſuæ, ſimul & familiæ, poſt dies paucos requiſivit veniam; & factâ ſibi abſolutione, recognoſcenti culpam tranſgreſſionis, cum nimio mærore immolavit Deo, & verbo *Mourici* Regis Moycannur, villam Penn Onn, cum Eccleſiâ ſuâ Lann Tiuil, & cum tribus modiis terræ, & cum ſex modiis tritici; & Sanctis Confeſſoribus *Dubricio*, *Teliau*, *Oudoceo*, & *Cerenhiro* Epiſcopo, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*, & cum refugio ſuo; & cum totâ ſuâ libertate (&c.)

Finis illius eſt, de valle Brachan, per longitudinem latæ viæ, uſque ad fontem: De fonte viâ latâ, ducente uſque vadum Dubleis, ab occidentali parte de nant brachan, per longitudinem foſſæ, toſſâ ducente rectè uſque ad aliam foſſam longitudine illius, uſque Peninclaud longitudine irclaud diranguaret beticcin ozecin betibynn iun hitianbet dubleis.

Eccleſia Bainbon, *id eſt villa* Guicon.

NOngui Rex, filius *Guriat*, vaſtavit *Arcoit*, filium *Diſſaith*, in podo Bainbon, in medio Trilec, podo Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi* & *Oudocei*, per iram ſuam & furore nimio, & violato Sanctorum refugio, Epiſcopus *Pater* congregavit Clericos totius patrochiæ, infra Taratir & Tivi, propter factam vim ſacrilegii. Et audiens *Nogui* Rex adventum Epiſcopi, & Conventum Synodum, negotio Sacrilegii facta, & violati refugii; veniam requiſivit apud patrem Epiſcopum & totam Synodum, in Eccleſiâ Bainbon: & redditis rebus Eccleſiæ omnibus, cum ſatisfactione, & cum lachrymarum effuſione, pronus cadens in terram; & dâta ſibi veniâ & junctâ pœnitentia, largitus eſt in elemoſina Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliavo* & *Oudoceo*, & *Patri* Epiſcopo, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*, villam Guidcon, cum toto ſuo territorio; id eſt cum tribus modiis terræ; & cum tota ſua libertate, & omni communione, in campo & in ſilvis, in aqua & in paſcuis. De Clericis teſtes ſunt *Pater* Epiſcopus, *Diſſaith* lector (*&c.*)

Territorium Lann bedini. *Sinodus.*

Ibid. f. 94. a.

ANno *DCCCCLv.* indictione *xtii.* à nativitate Domini, hoc nefarium opus factum eſt. In diebus enim *Nogui* filii *Guriat*, atque *Patris* Epiſcopi ſedis Epiſcopalis famoſiſſimæ, quæ ad ripam *Tavi* fluminis poſita eſt; quadam die, tempore meſſis quidam Diaconus, nomine *Ili*, filius *Beli*, quem in uno eodemque anno ordinaverat Epiſcopus, tranſiens per ſegetes obviavit ei quidam ruſticus, nomine *Merchitir*, filius viduæ, vituperando, dicens, ait, *Quid tibi timidiſſime & armis.* Dum verbis vituperationis colloquebantur, irruit Merchitir in eum, extendens manum ad gladium ejus; gladio evaginato ſuccidit digitum illius Diaconi. Dirivante autem ſanguine ejus, ait ad Deum, *Reverte ad me, ut ligas digitum meum.* Convertens autem ad eum, & ligans digitum ejus, jugulavit eum Diaconus, & ſtatim defunctus eſt. Ipſe autem Diaconus vertens ſe in fugam, declinavit ad Eccleſiam ſanctorum *Jarmen* & *Febric*, refugium inquirens. Dum autem aguntur, nuntiatum eſt amicis defuncti. Poſtea congregati ſunt amicorum ejus multi, & conati ſunt frangere Eccleſiam in qua erat Diaconus. Tunc affuit famoſiſſimus ille vir *Bledcuirit*, filius *Enniaun*, qui prohibuit eos, ne Eccleſiam frangerent, quod ſcelus erat dictu. Noviſſimè verò affuerunt ſex viri de familia *Nogui*, quorum autem ſunt nomina *Birtulf*, & *Britilm* frater ejus, *Budat* & *Biguan* filius ejus, & alii duo fratres, filii Cinnilic, *Guodcun* & *Alla*, ſtatim veniente irruerunt in Eccleſiam, & occiderunt Diaconum ante Altare Sanctorum, ſcelus dictu, reſperſo ſanguine in Altari & in parietibus Eccleſiæ.

His malis peractis, nuntiatum eſt Epiſcopo, qui tunc morabatur apud *Hovel Britannicum* Regem, in regione *Brachani*. Ipſe ſtatim, ut audivit, tranſmiſit nuncios ad Monaſteria omnium provinciarum totius parrochiæ, infra hoſtium Taratir ig Guy, uſque ad ripam Tiu Guy, quarum obedientiæ ſubjectæ ſunt Eccleſiæ *Landaviæ*, & ſanctis ejuſdem *Dubricii*, *Teliavi*, *Oudocei*, et *Patri* Epiſcopo, et omnibus Epiſcopis ſuccedentibus in perpetuo, us congregarentur ſacerdotes, Diaconi, et omnes gradus Eccleſiaſtici, et in unum convenirent. Audiente quoque *Nongui*, cum optimatibus ſuis totius Eccleſiæ maledictionem, irruentem in ſe, et deſcendentem ſuper eum, non audiens tale pondus maledictionis ſuſtinere, inito conſilio, cum doctiſſimis regionis ſuæ, et legatis tranſmiſſis, appellavit Epiſcopum ad ſe. Poſtea verò obviarunt ſibi *Nogui* Epiſcopus, & cum optimatibus ſuis in *Guentoniâ* urbe, & ex conſilio doctorum utriuſque partis dati ſunt illi ſex viri crudeles in manu Epiſcopi. Adducti ſunt ad Monaſterium S. *Teliavi* illis facientibus ſex menſes in ferreis carceribus.

Nogui iterum poſtulavit, ut adducerentur viri illi ad ſupradictum Monaſterium, in quo occiderant Diaconum, & illic divinum judicium acciperent. Sinodo quoque judicante, diffinitum eſt; ut unuſquiſque eorum ſuum agrum ſuamque totam ſubſtantiam, inſuper & precium animæ ſuæ, hoc ſeptem libras argenti redderet Eccleſiæ, quam maculaverat. Sed hoc prætereundem non eſt, quod ante judicium redacti ſunt viri illi *Idguallaun*, filius *Morvid*, & *Guiſian*, *Vinathan*, & *Guelfird*, tres

tres filii *Ceretic*, & totus ager generationis *Guorvot*, cum campo & fontibus, cum ſilvis & ancipitribus, cum omni cenſu qui antea dabatur Regi, in manu Epiſcopi, & in poteſtate Epiſcopi S. *Teliavi*.

Determinatis hiis omnibus, divino judicio, ſurrexit Epiſcopus in medio, & omnes ſteterunt juxta eum, tenentis Evangelium, & ait ad *Nogui*. *Pone manum tuam ſuper hoc Evangelium*. Et extendit *Nogui* manum ſuper Evangelium, dicens, *Sit terra, cum incolis ſuis in ſempiternâ conſecratione Deo & Sanctis* Dubricio, Teliavo, & Oudoceo, & Patri *Epiſcopo, & omnibus Epiſcopis* Landaviæ, *libera ab omni laicali ſervicio, niſi tantum oratione cotidianâ in perpetuo*. De Clericis teſtes ſunt *Pater* Epiſcopus (*&c.*)

Cair Nonou.

Ibid. f. 95. a.

Bledruis filius *Guollguinn*, jacens in ægritudine, ducente eum ad mortem, in honore ſepulturæ ſuæ largitus eſt **Cair nonu**, cum unciâ agri, & dimidiâ unciæ; id eſt dimidiam partem totius agri **Cair nonu**, Deo & S. *Dubricio* (*&c.*) & omnibus Epiſcopis *Landaviæ* in perpetuo (*&c.*)

Tremicarn Pont.

Loumarch, filius *Catguocaun*, deprædatus eſt **Aperguenkrut**, & cepit *Elcolf*, filium *Cinhor*, cum omnibus rebus ſuis ſupellectilibus, & beſtiis domeſticis, & campeſtribus; & facta illâ iniquitate, cum nimiâ irâ & furore, in territorio Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi*, *Oudocei*, & refugio; mandavit Epiſcopus *Gulbrit* Clericos Eccleſiaſtici Ordinis, de omni parochiâ, infra hoſtium **Taratir**, ſuper ripam **Guy**, & ripam *Tivi*, apud **Lann Dudocui**: Et auditâ congregatione, ſimul & adunatâ pro tantâ tranſgreſſione, *Lovinarch* requiſivit veniam; inclinans ſe ad terram, flexis genibus, & effuſis lachrymis coram Epiſcopo, & coram antepoſitis ſacris Reliquiis, Crucibus & Cimbalis, offerens ſe paſſurum, & accepturum, recognoſcendo delictum, Canonicam ſententiam & judicium. Inito conſilio cum Synodo, & cum quibuſdam parrochiæ optimis viris laicalis ordinis, & Catholicæ fidei, condonavit ei Epiſcopus, redditis ſibi & ſuis omnibus rebus ſuæ vaſtationis; datâ ſibi remiſſione, & junctâ pœnitentiâ admodum culpæ, & poſt datam veniam, *Loumarch* largitus eſt in elemoſinâ villam **Treficarn Pont**, cum tribus modiis terræ Deo & S. *Dubricio* (*&c.*) & in manu *Gulfridi* Epiſcopi, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*, cum totâ ſuâ libertate (*&c.*)

Villa Segan.

PAtens ſit omnibus Chriſtum colentibus, maximè in dextrali parte *Britanniæ* habitantibus, quod *Aſſer* filius *Marchuid*, occidit dolo, **Gulagguin**; propter quod homicidium emendandum apud Deum & homines; initâ pace, ex utroque pariete parentelæ, largitus eſt in elemoſinâ, pro animâ defuncti, *Aſſer*, ſimul & pater ſuus *Marchuid*, villam **Segan**, cum novem modiis agri, Deo & *Petro* Apoſtolo, & S. *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, & in manu *Gulfridi* Epiſcopi, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ* in perpetuo (*&c.*)

Tref Ret, *juxta* Werthir.

Catguocaun Rex, filius *Ovein*, immolavit pro animâ ſua, & animabus patris & omnium parentum ſuorum, villam **Ret**, cum tribus modiis terræ, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, & *Gulfrido* Epiſcopo, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*; & cum totâ ſuâ libertate (*&c.*)

De Werthir *Jun & Aaron.*

Ibid. f. 96. a.

Gulfert, *Hegoi*; *Arguiſtil*, filii *Beli*, & familia illorum litigaverunt priùs verbis; ut dicitur, *De minimis majora creſcunt*. Poſtea pugnaverunt cum familiâ *Nud*, Epiſcopi *Landaviæ*, manentis tunc temporis apud **Lann-garth**; & facto fœdere inter utroſque, requiſierunt viri prædicti veniam pro incœptâ injuriâ ab eorum parte; & peractâ nimiâ crudelitate, & junctâ eis pœnitentiâ, ad modum culpæ, dixerunt, *Immolamus & bono animo reddimus Deo & S.* Dubricio, Teliavo, & Oudoceo, *totum territorium Sanctorum martyrum* Julii & Aaron, *quod priùs fuerat S.* Dubricii, *in priori tempore*; & Nud *Epiſcopo & omnibus præſulibus* Landaviæ, *& cum totâ ſuâ libertate* (&c.)

Cair Dui Cil.

PAter & filius & ſpiritus Sanctus, tres in perſonis, unus in deitate & ſubſtantiâ inſpiravit, per gratiam ipſius, & cauſâ ſalutis ſuæ creaturæ, factæ ad imaginem & ad ſimilitudinem ſui, cor lapideum **Engeſtil**, cujuſdam divitis, jacentis in infirmitate & pondere peccatorum: & converſus **Engiſtil** ad dominum, acceptâ ſibi remiſſione peccatorum de Epiſcopo *Nud*, per interceſſionem Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi*, & *Oudocei*, largitus eſt in elemoſinâ Caſtellum **Dinduicil**, id eſt **Caer Duicil**, cum Eccleſiâ ſuâ, & tribus modiis terræ per circuitum arcis, ſupra montem, & infra montem; & cum ſuis omnibus finibus undique & cum totâ ſuâ libertate (*&c.*)

Villa Eliau.

Elian, filius *Acheru* immolavit agrum unius modii, pro ſcriptione nominis ſui in libro vitæ, Deo & S. *Dubricio* (*&c.*) & omnibus Epiſcopis *Landaviæ* in perpetuo (*&c.*)

Eccleſia Dincat.

TUtmap, compunctus corde & animo, implendo Domini præceptum, dicentis, *Date & dabitur vobis*; pro commercio regni Cæleſtis, donavit Eccleſiam **Dincat**, cum tribus modiis terræ, Deo & *Petro* Apoſtolo, & Sanctis *Dubricio* & *Teliavo* & *Oudoceo*, & *Nud* Epiſcopo, & omnibus paſtoribus *Landaviæ*, & pro animâ patris ſui *Poul*, cum ſuâ totâ libertate (*&c.*)

Eccleſia Gueithirin.

Ibid. f. 97. a. COrs & *Morvid* donaverunt Eccleſiam **Gueithirin**, cum agro trium modiorum circa ſe. Et poſt intervallum largitus eſt *Cors*, per ſemetipſum, alios tres medios terræ, ſupra viam juxta alium agrum ſupradictum, cum ſilvâ ſuâ, & placitis ſuis; & cum omni ſuâ libertate (*&c.*)

Penn Creic mertig *ſuper* Guy.

POſt multum temporis largitus eſt *Hivel* Rex, filius *Ris*, **Pennereic**, pro animâ ſua, & animabus parentum ſuorum, & amicorum, cum tota ſua tellure, & omni libertate (*&c.*)

Yſtrat Yafren.

POſt intervallum temporis, Rex *Hivel*, filius *Ris*, reddidit Deo & S. *Dubricio*, *Teliavo* & *Oudoceo*, in manu *Nud* Epiſcopi, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ* in perpetuo, Eccleſiam **Strathaffren**, cum finibus ſuis, **Oguarthaf luin** *Ili*, uſque ad mare: Et **Aglaſguern behet longuern**, ablatam ſibi per tempus, laicali invaſione; & ita quietam ab omni ſervicio & calumpnia, ſicut melius fuit, tempore *Morcanti* Regis **Gleuſſicg**, filii *Athruis*, contemporanei *Berthguini* Epiſcopi *Landaviæ*.

Eccleſia Rit.

GVorai filius *Judic* reddidit Deo & S. *Dubricio*, *Teliavo* & *Oudoceo*, Eccleſiam **Rut**, cum tribus modiis terræ, circa ſe; quæ prius fuerat, in priori tempore S. *Dubricii*, dextralis *Britanniæ* Archiepiſcopi: & *Nud* Epiſcopo & omnibus Epiſcopis *Landavie* in perpetuo (*&c.*)

Villa Bzanuc.

NOtum ſit omnibus incolis dextralis *Britanniæ*, quod *Abraham* tribuit Deo & S. *Dubricio* (*&c.*) & in manu *Nud* Epiſcopi, & omnibus ſucceſſoribus ſuis in Eccleſia *Landaviæ* in perpetuo, villam **Bzanuc**, cum duobus modiis terræ; & cum ſua tota libertate (*&c.*) Et cum ea dedit campum Monachorum, * juxta **meſſes oper humir**, & cum aratris ſuis in **oper humir**. De Clericis teſtes ſunt *Nud* Epiſcopus (*&c.*)

* Ibid. f. 98. a.

Lann meiri penn Rog.

BRochmail, filius *Mouric* dedit, pro anima ſua, Eccleſiam S. *Mariæ*, Deo & S. *Dubricio* (*&c.*) cum tribus modiis agri circa ſe, quam prius immolaverat filiæ ſuæ, virginitatis caſtimoniæ, & in moniali velamine perfectæ; & ibi habitaret ducens vitam ſuam uſque ad mortem. Quæ decepta diabolica ammonitione & ſuggeſtione, ſeducta eſt, opprimente eam *Etgar* filio *Levi*; & concepta inceſtuoſe peperit filium, per cujus partum deducta eſt ad interitum. Poſt hæc facta eſt contentio de Eccleſia illa, & ejus territorio, inter *Brochvail* & Epiſcopum *Civellianc*, congregatis omnibus Clericis, & omnibus ſapientibus, qui erant à **Tyvi** uſque **Guy**, ut judicarent inter Epiſcopum & *Brochvail*: & vero judicio Clericorum totius Synodi, Eccleſia prædicta, cum tota tellure dirationata Epiſcopo *Civeillianc* & Eccleſiæ *Landaviæ* in perpetuo: & facto judicio, ex utroque pariete conceſſo, dixit *Brocvail*, *Immolo Deo, & jurandi confirmo hanc Eccleſiam, cum ſuâ totâ tellure, & totâ libertate, Deo & Sanctis prædictis, & omnibus Epiſcopis* Landaviæ *in perpetuo, ſine ullo cenſu ulli homini terreno, niſi paſtoribus* Landaviæ (*&c.*) De Clericis teſtes ſunt *Civeillianc* Epiſcopus, *Catger* lector (*&c.*)

Tir Cynit.

NUd filius *Gurcinnif* tribuit pro ſalute animæ ſuæ, agrum **Cinit** Deo & Sancto *Dubricio* (*&c.*) & in manu *Civeillanc* Pontificis, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*, cum tota ſua libertate (*&c.*)

Tref Lili.

ELiſet *Yrſimus* immolavit **Tref Ili**, cum tribus modiis terræ, Deo & Sanctis *Dubricio* (*&c.*) & in manu *Civiellianc* Epiſcopi (*&c.*) verbo & conſenſu *Brochmail*; cum ſua tota libertate (*&c.*)

Tref Pern; *id eſt* Lann Mihacgel maur.

SCiendum eſt, quod diſcordia facta eſt inter utramque familiam *Civeillanc* Epiſcopi, & *Brochvail* filii *Mouric*, apud *Landaviam*; & factâ injuriâ & inceptâ à familia *Brochvaili*, motus eſt Epiſcopus; & congregavit omnes Clericos uſque ad inferiores gradus; miſſis legatis infra totam parrochiam, infra hoſtium **Taratir** in **Guy**, uſque ad hoſtium **Tivi**: Et aduntatis illis, voluit *Brochvailum*, & totam familiam ſuam, ſibi foriſfactam, & Deo exoſam propter ſuam neqeitiam & injuriam excommunicare, coram omni populo, in plena Synodo. Et audiens *Brochvail* tantam ſummotionem ſuper ſe, quæſivit veniam & ind ul-

indulgentiam apud *Landaviam* : nec aliter habere potuit, nisi sufferret Canonicum judicium : Et discusso judicio, judicatum est Episcopo, precium faciei suæ, longitudine & & latitudine, in puro auro ; cum emendatione faciendâ familiæ suæ, ad condignum honorem suum, & nobilitatem parentelæ suæ. Et Rex *Brochvail* judicium sufferre non potuit, & alio modo aurum redemit ; largiendo Deo & S. *Dubricio*, *Teliavo* & *Oudoceo*, & in manu *Cuneilliauc* Episcopi, villam **Tref peren**, cum sex modiis terræ, & omnibus Episcopis *Landaviæ* in perpetuo ; & cum totâ suâ libertate (*&c.*)

Ysciuit Tyst.

Ibid. f. 99. a. *Brochvail* filius *Mouric*, pro animâ suâ, & anima patris sui, reddidit **Ysciuit Tyst**, cum tribus modiis terræ, & cum coretibus suis in *Sabrinâ*, & in **Mouric**, ex utraque parte ripæ, Deo & *Petro* Apostolo, & S. *Dubricio* (*&c.*) & in manu *Cuneilliauc* Episcopi, & omnibus Episcopis *Landaviæ*, & cum tota sua libertate (*&c.*) per totam regionem **Guenti**, in campo & in silvis (*&c.*) & cum navium libera applicatione in hostio **Pull mouric** ; & cum navibus anfractis in toto confinio illius terræ & matris, & in omnibus rebus applicatis, sinè ullo censu (*&c.*)

Villa Tyuiu.

March, filius *Pepiau*, largitus est & reddidit, pro salute animæ suæ, villam **Tyuiu**, agrum trium modiorum, & membrum de territorio **Merthyr Teudiric**, junctâ sibi pœnitentiâ, & datâ veniâ de homicidio, quod fecerat de consobrino suo ; *viz.* *Bortulf* nomine ; Deo & S. *Dubricio* (*&c.*) & cum omni sua libertate (*&c.*)

Castell Conscuit, & *Ecclesia* Brigidæ.

Rochmail, filius *Mouric*, immolavit duas Ecclesias, & reddidit, pro redemptione animæ suæ, Ecclesiam **Castell Conscuit**, & Ecclesiam *Brigidæ*, cum sex modiis terræ ; ambas Deo & S. *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo* ; & in manu *Cuncillianc* Episcopi, & omnibus Episcopis *Landaviæ* ; & cum tota libertate (*&c.*) Et cum libera applicatione navium in hostio *Taroci*, & cum coretibus suis omnibus, sine ullo censu illi homini terreno, nisi Ecclesiæ *Landaviæ*, & pastoribus ejus in perpetuo (*&c.*)

Sciendum est, quod *Hiugel* Rex, filius *Ris*, largitus est in elemosina, *Erminr* & *Catharuc*, filios *Cremic*, Deo & S. *Dubricio* (*&c.*) & omnibus Episcopis *Landaviæ* (*&c.*)

Villa Birran.

Arthmail Rex immolavit, pro salute animæ suæ, villam **Cair biran**, cum quatuor mordiis agri Deo & S. *Dubricio* (*&c.*) & omnibus præsulibus *Landaviæ*, liberam ab omni regali servicio, & sine ullo censu (*&c.*)

Villa Tref Teriau ; *id est* Lann Mihachgel.

NOtum sit omnibus, in dextrali plaga *Britanniæ* habitantibus, quod facta est contentio magna, inter *Libiau* Episcopum *Landaviæ* & *Teudur* Regem **Brecheniauc**, filium **Elised** ; propter hoc, quod *Teudur* Rex dimisit Episcopum se unum, in Monasterio suo **Lancors**, ablato sibi convivio suo, vi & fortitudine : & factâ sibi tam grandi invasione, surrexit Episcopus in crastino, cum tota familia sua, & reliquit Regem sub maledictione, & perpetuo anathemate. Et congregatis omnibus Clericis totius parrochiæ, infra hostium **Taratir** in **Guy**, & hostium **Tigui** positæ ; & in plenâ Synodo apud *Landaviam*, fecit Regem anathematizare. Et relatum est Regi, & Episcopo *David*, *Lunberth* nomine, de facto anathemate. Et post intervallum temporis, missis legatis ad Episcopum *Libiau* ; & receptâ legatione, convenerunt insimul in Monasterio **Lamcois** ; & judicatum est Episcopo *Libiau*, pretium totius familiæ suæ, ut redderet sibi quinquies familiæ quidem, quæ tunc temporis fuerat cum Episcopo, quando ablatum fuit sibi, vi, convivium suum, & precium ejusdem Episcopi, ut redderetur sibi septies ; hoc septigintas mancusas in auro puro. Ibid. f. 100. a.

Teudur Rex, videns judicium inferre non posse, per intercessorem suum Episcopum *Lunberth*, quesivit veniam, cum accepta pœnitentia, offerens villam **Tref Teriau** Deo & S. *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, & *Libiau* Episcopo, & omnibus Episcopis *Landaviæ*, in perpetuo. Datâ sibi veniâ accepit Episcopus *Libiau* terram illam cum suâ totâ libertate, sine ullo censu ulli homini terreno nisi Ecclesiæ *Landaviæ* & pastoribus ejus in perpetuo (*&c.*) Finis illius est, de via magna, quæ ab austro, per spinum rubum, indè usque ad rivulum **Taugetel**, qui est ab aquilone ; indè per rivulum, orientem versus, usque ad fontem **Cheneian** : postea à fonte **Cheneian**, per siccam vallem, quæ ducit sursum, usque ad prædictam viam magnam iterum, quæ est ab austro. De Clericis testes sunt *Libiau* Episcopus (*&c.*)

Penn tbei, *in* Ros Ilgen.

SCiendum est nobis, quod *Grifud* Rex, filius *Tugein*, largitus est in elemosinâ, quatuor modios agri, **Pennthei**, & in sempiternâ consecratione Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & *Libiauo* Episcopo, & omnibus Episcopis *Landaviæ*, liberam, ut insulam in medio maris, sine ullo censu ulli homini terreno, nisi pastoribus *Landaviæ*, & Clero ejusdem ; & propter emendationem vitæ suæ ; & propter tres prævaricationes,

nes, quas fecerat contra Deum & Sanctos: primò tenendo *Idmab*, filium *Idcant*, in Monasterio Sancti *Cingnali*, Ecclesiæ Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi*, & *Oudocei*, & violando refugium. Secundò vastando *Ciuarheru*, filium *Crasbaion*, in Monasterio S. *Cinnuri*, id est **Lann berngall**: Tertiò, vendendo portum **Dulon**, Ecclesiam S. *Dubricii*, à primo tempore, sine licentiâ Episcopi, quibusdam hominibus. Et emendatis hiis tribus prævaricationibus, commendavit prædictam tellurem, pro salute animæ suæ, ut prædictum est.

Finis illius est in longitudine à vertice montis usque ad rivulum **Mithi**: latitudo autem ejus, à dimidio silvæ, quæ est ab oriente, usque ad agrum *Cingnali*, qui est ad occasum, cum duobus agris in **Emporth**. Quorum finis est, à mari in longitudine usque ad petram jacintham: Latitudine autem à fossa orientali usque agrum filiorum *Grucanc*, cum hæredibus suis, *Boduc* atque *Ennin*, & cum uno modio agri, qui est juxta **Telich**. Finis illius à mari, usque portum Capræ; & ita inter duas fossas, per longitudinem, usque ad petram jacintam.

Ibid. f. 101. a. *Morcant Hen*, filius *Tugein*, Rex **Mozcannuc**, contemporaneus *Etgari* Regis *Anglorum*, reddidit, ejusdem ammonitione, & *Dunstani Dorobernensis* Ecclesiæ archiepiscopi exhortatione; & commendatitiis literis, *Gucauno* Episcopo *Landaviæ*, omnia territoria ejusdem Eccleſiæ, & cum omni sua dignitate & privilegio; & sicut melius fuit tempore Sanctorum *Dubricii*, *Teliani*, *Oudocei*, prædecessorum suorum, liberas ab omni servitio, per totam *Gualiam*; non tam per regnum *Morcanti* regis, regnantis per septem regiones infra hostium **Stiy**, & hostium **Tyvi**, quàm per regnum *Huiel Da*, filii *Cattel*, regnantis per totam *Gualiam*; & istas nominatim Ecclesias, cum suis territoriis omnibus; Ecclesias **Hachumur**; *viz.* **Lann Livit**, & **Lann Uannar**, & **Lann Guozonoi**, & **Lann Tituil**, & **Lann Mihacgel Cruc Cozuou**, & **Lann Mihacgel ipull**, & **Lann Gunhoitl**, & **Lann Kistien**, & **Lann guern tiuaue**, & multas alias; & verbo filiorum suorum, *Igvein*, *Idguallaun*, *Cattel*, *Cinuin*, & omnium optimatum totius regni **Mozcannuc**; & præsentibus Clericis suis innumerabilibus.

Lan Carvan.

PErpetualiter regnanti domino nostro Jesu Christo, honor, laus, & perhennis doxa, per infinita secula; ego *Merchiaun*, filius *Riderch*, post plurima delicta, immensaque crimina, ad te, qui es fons indulgentiæ largifluus, affectuosis nisibus, immo lachrymosis planctibus, pœnitentialiter, suppliciterque, nimiâ aviditate, Deus meus, reverti desidero: hæc jugiter recolens, quod *Petrus* amarissimè flevit & veniam perpetravit: *Paulus* conversus confestim Apostolus: Latro credidit, paradisum coluit. Inclitis igitur confessoribus *Dubricio*, *Teliauo*, *Oudoceo*, & *Gucauno* Episcopo, utrisque gemmis decorato; sapientiâ, *viz.* sanctarum scripturarum, divinæ & humanæ; & regali nobilitate parentelæ; simul cum dignitate pontificalis Cathedræ, Abbati totius dignitatis, Ecclesiæ S. *Catoci*, **Lann** *Carvaniæ*, simul & hæreditario jure, hos duos fratres, * *Guslin* & *Ebba*, cum suâ paternâ hæreditate, & cum capturâ piscium, ut mereat beatâ tranquillitate, adipisci perhenne gaudium, tribuo pro animabus conjugis meæ, & parentum meorum, **Riderch** & **Acgarat**, cum suâ totâ libertate; & sine ullo censu ulli homini terreno, nisi Ecclesiæ *Landaviæ*, & pastoribus ejus in perpetuo, & cum liberâ communione in campo & in silvis, in aquâ & in pascuis. De Clericis testes sunt *Gucaunus* Episcopus; *Eidef* lector urbis *Guenti*, (*&c.*)

* Ibid. f. 102. a.

Lann Michaegel, Lichzit, & villa Stifilot.

ARthmail Rex *Guenti*, filius *Nongui*, occidit fratrem suum *Elised*, immo semetipsum, ut est metricè dictum, *Quicunque alium molitur ledere primùm, ipsum se jaculo percutiet proprio.* Et facto tam execrabili homicidio, & humano generi exoso, Episcopus *Gucaunus*, missis legatis per totam parrochiam sibi subditam & obtemperantem Ecclesiæ suæ *Landaviæ*, propter Clericos omnes de majoribus gradibus, usque ad inferiores gradus, ut simul convenirent apud *Landaviam*: Et congregatis illis omnibus, de fine ad finem, ut prædiximus, affirmante totâ Synodo, fecit Regem anathematizare; & ablatâ sibi totâ Christianorum communitate. Et audito sibi facto anathemate, requisivit veniam lachrimabili devotione apud *Landaviam*; & injunctâ sibi pœnitentiâ, de fratricidio perpetrato, largitus est in elemosinâ Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & *Gucauno* Episcopo, & omnibus præsulibus *Landaviæ* in perpetuo, **Lann Mihacgal lichzit**, cum tertiâ parte prati.

Villa Sevan.

LAur, & filius ejus *Dehevent*, compuncti corde & animo, & datâ sibi pœnitentiâ, pro homicidio ab eis perpetrato, *Merchi*, *viz.* largiti sunt in elemosinâ Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & *Gucauno* Episcopo, & omnibus præsulibus *Landaviæ*, villam **Sevan**, cum tribus modiis terræ, verbo & consensu *Idguallaun* Regis, filii *Morcant*, cum suâ totâ libertate, *&c.*

Incarnationis Domini A. *DCCGCLxxxii.* *Gucaunus* Episcopus *Landaviæ*, consecratus à metropolitano *Dunstano*, *Dorobernensis* Ecclesiæ Archiepiscopo, datâ sibi virgâ pastorali, in regali Curiâ, à summo Rege *Anglorum Etgaro*, præsentibus suffraganeis suis, Episcopis *Angliæ*; *Birthelmo* Episcopo, *Alfwoldo* Episcopo;

copo; *Oſwaldo Wiccrniæ* Epiſcopo: Et præſentibus Abbatibus *Ælfrico* Abbate; *Æſwuitg* Abbate, & aſtantibus ducibus, *Ælſhere* duce, *Ælſhea* duce, *Æthelſtan* duce, cum multis aliis Clericis & laicis.

Ibid. f. 103. a. Sciendum eſt, quod quatuor alumni *Ili*; id eſt *Elmoin*, *Nud*, *Melguas*, *Arguiſtil*, immolaverunt **Lamngurouot**, cum modio agri, & ſemimodio, pro animabus ſuis, Deo & S. Confeſſoribus, *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, verbo & conſenſu Regis **Morganhuc**, *Riſ*, *viz.* filii *Ovein*, ſimul & donatione ejus in perpetuâ oblatione, *&c.*

Sciant omnes Chriſtiani, quod ſeptem ſunt *Cantref* in Dominio **Morcannuc**, & in epiſcopatu ſuo ſimiliter Eccleſiæ, *ſcil. Landaviæ*. Primus quidem *Cantref* eſt **Bioan**; Secundus verò *Cantref* eſt **Guyr & Cedweli**, & **Carn walıaun**; Tertius verò *Cantref* eſt **Wurhunt**; Quartus *Cantref* **Penychen**; Quintus *Cantref* **Gunlyuch**, & **Edelyvon**, Sextus *Cantre*, **Wenyſcoyt**; Septimus *Cantref* **Wenthuccoyt**, & **Ystradyw**, & **Ewyas**: Qui ambo vocantur ſeptem **Dew wur la weys went huc coyt de went huc coit ſinit.** Et inſuper **Hoc ergyn & anergyn**, ſicut in iſto **gref Telıau** reperitur per totum finem **Morgannuc**, per circuitum.

Inſuper autem ſcitote; quod in uno tempore fuerant *Edgar* Rex totius *Britanniæ*, & *Huwel da*, & *Morgan hen*: & iſti duo tamen erant ſubjecti Regi *Edgaro*. *Morgan hen* optinuit quoque tunc temporis, totum **Morgannuc** in pace & quietè: Set *Huwel da* voluit auferre huic **Ystradyw** & **Ewyas**, tunc temporis ſi poſſet. Quo audito Rex *Edgarus* advocavit *Huwel da* & *Morgan hen*, & filium ejus *Huweyn*, ad Curiam ſuam; & ibi in pleno conſilio Rex *Edgarus* tractavit de litigatione amborum; & repertum eſt juſto judicio Curiæ Regis *Edgari*, quod *Huwel da* nequiter egiſſet contra *Morgan hen*, & filium ſuum *Huweyn*; & depulſus eſt *Huwel da* ab his duabus terris; *ſcil.* **Iſtradui** & **Ewias** in perpetuum, ſine recuperatione. Et poſtea Rex *Edgarus* dedit & conceſſit *Huweno* filio *Morgan hen*, illas duas terras, *ſcil.* **Iſtradui** & **Ewias**, nominatim, in Epiſcopatu *Landavenſi* conſtitutas, ſicuti ſuam propriam hæreditatem; & illas eaſdem duas terras, ſibi & hæredibus ſuis, per Cartam ſuam, ſine calumpniâ alicujus terreni hominis confirmavit. Communi verò aſſenſu omnium Archiepiſcorum, Epiſcoporum, & Abbatum, Comitum, & Baronum totius *Angliæ* factum eſt; & quod maledictus eſſet à Deo patre, qui illas duas terras à domino **Morgannuc**, & parochiâ *Landaviæ* unquam ſepararet. Et quod iterum benedictus foret à domino Jeſu Chriſto, qui hoc obſervaret, & à cuncto populo Chriſtiano, à modo & uſque in ſempiternum. *Amen.* Inſuper ſcitote, quod Carta illa, quæ illo die facta fuit & ſcripta, coram Rege *Edgaro* in pleno conſilio ſuo, in Eccleſiam *Landavenſem* depoſita eſt.

Mouric Rex **Gulatmorcant**, filius *Huviel*, reddidit Deo & S. *Dubricio*, *&c.* & omnibus præſulibus *Landaviæ*, villam **Elcu**, ablatam Eccleſiæ *Landaviæ*, quadam laicali invaſione, & cum ſua tota libertate, *&c.* Finis illius terræ eſt à lata via uſque ad **Crucglas**; & à **Trefmarchan** uſque ad **Iguern.**

Familia *Etguini* Regis *Guenti*, filii *Guriat* litigavit cum familiâ *Bledri* Epiſcopi *Landaviæ*; in tantum, quod Epiſcopus ſolus litigio interfuit mixto furore nimio * & ſanguine ex utraque parte, & volens ſedare, ſtans inter utramque aciem, à quodam ſcelerato viro familiæ Regis vulneratus eſt; & effuſo ſanguine, & ſequeſtrato litigio, venit Epiſcopus ad *Landaviam*, & miſit legatos ſuos per omnes Eccleſias totius parrochiæ; infra hoſtium **Caratir**, ſuper ripam **Guy**, & hoſtium **Tuiguı** poſitæ: & adunatis omnibus Clericis ſacri Ordinis, apud *Landaviam*, in plena ſynodo fecit Regem anathematizare, cum tota familia ſua: & reliquit patriam *Guenti*, ſub maledictione & ſine baptiſmo, & ablata ſibi tota Chriſtianorum communione. Et poſtquam Rex **Etguin** audivit tantam ſuper ſe ſubmotionem; & factam ſibi & patriæ ſuæ tam execrabili excommunicatione, quæſivit veniam, cum tota familia, & malefactoribus omnibus apud *Landaviam*; & in plena ſynodo, in quantam ad ſemet ipſum pertinebat, de factâ injuriâ accepit indulgentiam & remiſſionem peccatorum, adductis crudelibus viris ante pedes Epiſcopi & ſibi liberatis, ad ſuſtinendum judicium, cum veniâ: et junctâ eis pœnitentiâ, et facta remiſſione, cum data venia, *Etguin* Rex, non aliter credens ſe purgatum à crimine, niſi jejunio et oratione et elemoſina, largitus eſt Deo, et Sanctis *Dubricio*, *Teliauo*, et *Oudoceo*, et *Bledri* Epiſcopo, & pro effuſione ſanguinis ſui, villam **Junuluc**, cum tribus modiis terræ, et cum totâ libertate, *&c.* Finis illius eſt **opill Cinguid bet nant louhelic in hit bet pill.**

* Ibid. f. 104. a.

Penn Celli Guemhucc, *juxta* **Lanſguern.**

Rotri et *Grifud*, Reges *Guenti*, filii *Eliſed* immolaverunt Deo et S. *Dubricio*, *&c.* et *Bledri* Epiſcopo, et omnibus pontificibus *Landaviæ*, pro animabus parentum ſuorum, terram **Penn celliguen huc**, cum ſua tota libertate, *&c.*

Pennipzilc tref *Elian*, *in* **Segimid**; **Lanntuiauc** *in* **Pennichen.**

Mouric Rex **Gulat morcant**, filius *Hivel*, firmavit pacem, cum *Etguino* filio *Guriat*, Rege **Guenſcoit**, ambo jurantes ſuper reliquias Sanctorum, antepoſitis ſacris

Ibid. f. 105. b.

ſacris Evangeliis, ut ſimul tenerent contra *Brachanios* in fraternâ pace, & contra inimicos ſuos Anglos; *viz.* ex unâ parte dextrales *Britannos* ultra montanos; ex aliâ parte præſente Epiſcopo *Landaviæ Joſeph*; & præſentibus pluribus de melioribus regni: & factâ juraratione, & confirmato fœdere, poſt intervallum, *Mouricus* Rex potius perjurii particeps, ruptâ pace ſuâ, & in manu Epiſcopi conſolitatâ, cepit *Etguinum*, & in carcerem ſuum miſſum, abſtulit ei regnum, ſimul & lumen oculorum, ducente illum orbitate ad interitum. * Et poſtquam audivit Epiſcopus violatum fœdus, maledixit Regem iniquum, & malefactores & conſiliarios, pro facto perjurio & homicidio; advocatis omnibus Clericis totius parrochiæ, infra hoſtium **Taratyr** in **Guy**, & hoſtium **Tyvi**, apud *Landaviam*, & confirmantibus ſententiam Canonicam. * Ibid. f. 106. a.

Rex nequam, videns dampnationem ſuam, & tantam excommunicationem ſufferre non poſſe, requiſivit veniam apud *Landaviam*, & apud Deum per interceſſionem Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi*, & *Oudocei*, & *Joſeph* Epiſcopi; & datâ ſibi veniâ, ſimul cum junctâ pœnitentiâ, largitus eſt in elemoſinâ Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, & *Joſeph* Epiſcopo, & omnibus præſulibus *Landaviæ*, villam **Penni pyſc**; id eſt **Diffrinanovid**, cum ſuâ totâ libertate, *&c.* Et alteram villam **Tref** *Elian*, in **Seghenid**; id eſt villâ filiorum **Quichtrit**, agrum trium modiorum: Et **Lanntivauc**, agrum trium modiorum, cum omni ſuâ libertate, *&c.* De Clericis teſtes ſunt *Joſeph* Epiſcopus, *Ruid* Sacerdos, *&c.*

Riu Brein.

SCiendum eſt, quod *Ringnallaun*, filius *Run*, pugnavit cum Epiſcopo *Joſeph* & familiâ illius; & unum de familiaribus Epiſcopi amicum perforavit lanceâ: & expulſus à regione totâ, ſimul & ſequeſtratus à tota Chriſtianorum communione, per ſuam nequitiam, tandem inito fœdere cum Epiſcopo & parentibus ejus, accepit pœnitentiam de foriſfacto; & factâ ſibi abſolutione, cum concordiâ perpetratâ & habitâ, cum vulnerati parentelâ largitus eſt, verbo Regis *Huigel*, & filii ejus *Mouirici*, hæreditariam ſuam terram **Riubrein**, cum ſua tota libertate; & cum tertiâ parte ſilvæ **Pniſpeithan**, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, & *Joſeph* Epiſcopo, & omnibus præſulibus *Landaviæ* in perpetuo, *&c.*

Tref Gynnhill.

GUrcant, filius *Ithail*, immolavit pro anima ſua, villam **Tref ginnhill**, Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*; & *Joſeph* Epiſcopo, & omnibus præſulibus *Landaviæ*; & cum tota ſua libertate, *&c.*

Tref Gulych.

MOuric Rex *Gulat Morcant*, filius *Hnigel*, iratus eſt cuidam potenti ſuo viro; & venit cum furore nimio ad *Landaviam*, frangendo refugium Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi*, & *Oudocei*; & accepit ab hoſtio Eccleſiæ uxorem illius viri, nomine *Seiſill*; & in præſentiâ Epiſcopi *Joſeph*, * & violato refugio Sanctorum, & vulnerato quodam de familiâ Epiſcopi, & ablatâ uxore, & vi & fortitudine, mandavit pontifex, per Eccleſias totius parrochiæ, adjacentis Eccleſiæ *Landaviæ*, ab hoſtio **Taratir** ſuper ripam **Guy**: & adunatis omnibus Clericis, de majori gradu, uſque ad inferiorem; & in plenâ Synodo anathematizavit Regem potius iniquum, mandatorum Dei tranſgreſſorem: & facto anathemate, & per patriam dilatato, Rex requiſivit veniam apud *Landaviam*; inprimis offerens ſe reddituram raptam uxorem; & vulneratum virum familiarem Epiſcopi pacare muneribus, cum refugii plenâ reintegratione; & junctâ ſibi pœnitentiâ, cum data venia ad modum culpæ, reddidit villam **Tref Gulich**, cum tribus modiis terræ, Deo & S. *Dubricio*, *Teliano*, & *Oudoceo*, quæ antea fuerat illorum; & à tempore *Judhail* Regis **Morcannuc**, filii *Arthruis*, contemporanei *Oudocei* Epiſcopi; & cum ſua tota libertate, *&c.* * Ibid. f. 107. a.

Villa Fratrus.

MOuricus Rex, pro prædicta prævaricatione, immolavit Deo & Sanctis prædictis, & Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtoribus ejus in perpetuo, villam **Fratrus**; & cum tota ſua libertate, *&c.* Et inſuper quatuor libras Epiſcopo *Joſeph*, & multa dona Canonicis ſuis. Et ſemper ſe promiſit obedientiam Eccleſiæ, & omnibus ſuis territoriis, rectum auxiliatorem & fiduni defenſorem: Et benedixit filiis ſuis *Catguocaun* & *Ris*, ut firmiter tenerent commendationem ſuam & elemoſinam, in pace quietâ, & omnibus ſuis poſteribus, nepotibus, pronepotibus, & omnibus ſuæ generationis. Et maledixit, ex aliâ parte, omnibus ſuperſtitibus ſuis, quicunque illorum elemoſinam prædictam, ab Eccleſia *Landaviæ*, vi & laicali invaſione, aut ſubdolâ fraude ampliùs ſeparaverint. *Amen.*

Pennriu, *in* Lebinid.

CAratauc filius *Rivallaun*, unus de Comitibus *Mouirici* Regis *Morcanhuc*, fregit refugium Sanctorum *Dubricii*, *Teliavi*, & *Oudocei*; & in Comitatu *Mouirici* Regis, & verbo, auferendo uxorem *Seiſill*, vi & fortitudine ab hoſtio Eccleſiæ, ut prædiximus, recolens quod malefecerat; nec aliter poſſe ſalvari & liberari ab ira & maledictione Epiſcopi *Joſeph*, niſi per jejunium & orationem & elemoſinam; cepit lachrimari & veniam requirere apud *Landaviæ* præſulem; & junctâ ſibi pœnitentiâ, ad modum Sacrilegii, verbo & conſenſu *Catguocaun* Regis *Guenti*, largitus eſt in elemoſinam Deo & Sanctis *Dubricio*, *Teliavo*, & *Oudoceo*, &

& omnibus præſulibus *Landaviæ* in perpetuo, **Lampetyz** in **Pennrut**, & cum totâ ſuâ libertate, *&c.*

Villa **Carnou**, *id eſt, Villa* **Crucou Lebirn**; *& Villa* **Crucou Moycan.**

MErchiam filius *Riderch*, cum filio ſuo *Gurcant*, dederunt, pro redemptione regni Cœleſtis Deo & S. *Dubricio, &c.* & omnibus præſulibus *Landaviæ*, villam **Carnou**, cum duobus modiis terræ, villam **Crucou Leuguirn**, cum tribus modiis terræ, & cum totâ ſuâ libertate, *&c.*

Ibid. f. 108. a. **Lam ſant Bleiz**, *in* **Mainaur Crucmarc.**

CAtguallaun filius *Guriat*, intermixtis quibuſdam verbis, cum quodam homine, *Riderch* nomine, filii *Beli*; & in Curiâ Epiſcopi *Joſeph*, apud *Landaviam*, & in præſentiâ illius, percuſſit cum pugno, donec fluxit ſanguis de naribus; & retentum fecit Epiſcopus eum; & in carcerem miſſum, præſentibus parentibus ſuis, patre ſuo, *Guriat*, *viz.* & *Garcano* filio *Ithail* conſobrino ſuo, cum multis aliis aſtantibus: Et carceratus recognovit malefactum ſuum; & requiſivit veniam per interceſſores, apud Epiſcopum; offerens S. *Dubricio*, *Teliauo* & *Oudoceo*, & Epiſcopo *Joſeph*, Eccleſiam S. *Brigidæ*, & cum tribus modiis terræ, & cum finibus ſubſcriptis, & concordiam condignam homini Epiſcopo. Et inito conſilio, cum Canonicis Eccleſiæ, & cum probis hominibus *Landaviæ*, accepit Epiſcopus Eccleſiam illam, cum ſuo agro, & cum totâ ſuâ libertate, *&c.*

Finis illius eſt, *latitudine* **onant bıatan bet gleſius**: *longitudine* **ofinnaun tiſſ bet cimer irdounant bıachan.**

Cecin penn ros argui.

SEiſill filius *Giſtlerth* immolavit Deo & S. *Dubricio, &c.* & *Joſeph* Epiſcopo & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*; **Cinfall cecin pennros**, verbo *Grifud* filii *Riderch* in perpetuo, ſuper ripam **Dingui**, ex aliâ parte **Lamcinfall.**

Cecin Pennicelli.

RIunuallaun, filius *Tutbulch*, venit quadam die, motus irâ & furore, Comite ſibi ſuâ familiâ, ad **Lann Docha**; & depredatus eſt populum illius Eccleſiæ; & cum predâ veniens, ſequentibus illum Reliquiis Eccleſiæ, cum clamore magno & gemitu, cecidit in fontem *Oir*; ſtupefactus nimium, videns piſcem grandem in fonte, pro quo equus illius ſalivit; unde projectus eſt ſeſſor, de equo ad terram; & fracto brachio ſuo, ſemivivus advocavit familiam, & quietam clamavit prædam, & in illo loco largitus eſt Sanctis *Dubricio*, *Teliauo* & *Oudoceo*, & *Joſeph* Epiſcopo, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*, terram ſuam hæreditariam, *Cecin* **Pennicelli**, ſine ullo cenſu ulli homini terreno, niſi Eccleſiæ *Landaviæ*, & paſtoribus ejus in perpetuo.

Henriu Gunnua.

Ibid. f. 109. a.

FAmilia *Catgurcanni*, Regis **Moycannuc**, filii *Mouirici*, in die *Nativitatis* domini, viſitavit *Landaviam*, bono affectu; & ut dicitur de virgâ *Aaron* verſâ in Draconem, animus illius familiæ tardus ad ſperandum bonum; velox ad faciendum malum, & dilatus præ nimio gaudio tantæ feſtivitatis, cepit baccare copiâ potationis, ſequeſtratâ diſcretione ſobrietatis; in tantum quod imperfecti viri amiſſâ vi ſcientiæ & pietatis, devaſtaverunt unum familiarem, & nepotem *Hergualdi* Epiſcopi, *Berthutis* nomine, virum juſtum, & medicum totius patriæ: Et factâ tam execrabili invaſione; & ſub alâ Sanctorum *Dubricii*, *Teliani*, *Oudocei* & aſylo, miſit Epiſcopus Legatos ſuos, per omnes Eccleſias totius ſuæ Dioceos; obtemperantes ſibi, infra hoſtium **Tarâtir**, ſuper ripam **Guy** & ripam **Tyui**, ut ſimul convenirent, Clerici majoris dignitatis, electi, tam quàm inferioris, apud *Landaviam*; & in plenâ ſynodo, depoſitis Crucibus, cum ſanctis Reliquiis ad terram, & verſis cimbalis ſimul, & clauſo hoſtio Eccleſiæ, cum ſtipatis ſpinis; & ita carentis ſervicio & paſtore remanſit diebus, & noctibus, facto anathemate familiæ Regis, & ſequeſtratæ à totâ Orthodoxæ fidei ſorte: Et auditâ tantâ ſubmotione & dilatatâ per patriam, magno ſtrepitu & murmure, cepit Rex lachrimari pro dampnatione familiæ ſuæ, deſideratis potius pacem cum ſuo paſtore, quam participationem perpetratæ injuriæ; advocatis omnibus Comitibus ſuis, requiſivit veniam apud *Landaviam*, lacrimabili devotione, ſimul & familiâ ſegregatâ, à Chriſtianorum conſortio, & auditâ ejus prece, & datâ ſibi veniâ ſimul & familiæ, junctâ cum pœnitentiâ, Canonicè dixit Rex, poſitis manibus ſuis ſuper Altare *Petri* Apoſtoli & Sanctorum Confeſſorum *Dubricii*, *Teliani*, & *Oudocei*, & coram utroque populo Clericali & laicali, *Confirmo hanc eleemoſinam*; *tribuens Deo*, **Henriugunia**, *viz. Et Sanctis prædictis*; *& Epiſcopo* Herualdo, *& omnibus* * *pontificibus* Landaviæ, *in ſempiternâ conſecratione, liberam ab omni ſervicio ſeculari & regali; & cum datâ communione incolis, in campo & in ſilvis, in aquâ & in paſuis, &c.* De Clericis teſtes ſunt *Hergualdus* Epiſcopus, *&c.*

* Ibid. f. 110. a.

Villa Milur.

GIſtinus, filius *Gurcant*, miſit familiam ſuam ad *Landaviam*, inflatam maligno ſpiritu; de cujus Collegio quidam nequam, nomine *Turgvert*, comitante illum, & præduce quodam juvene, nepote *Giſtin*, *Enniaun* nomine; & inſtigante illos ſpiritu libidinis, oblito ſigno S. Crucis, & violato refugio, ſub aſylo Sanctorum *Dubricii*, *Teliani*, & *Oudocei*, & *Herualdi* Epiſcopi, rapuerunt virginem de

ſub

ſub alâ Eccleſiæ, auſugentem infra taxum & Eccleſiam : Et ita raptam, & devirginatam puellam, nomine *Ourdilat*, filiam *Cingual*, duxerunt. Et in eadem horâ, ut dicitur, *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*, quâ juvenis prædictus cepit eam, ut diximus, bachatus eſt; & tota vita ſua irrita, & opprobrio plena. Et factâ tali invaſione, & violato refugio, maledixit Epiſcopus *Giſtinnin*, ſimul & malefactores; ablatâ eis totâ Chriſtianorum communione, in omnibus. Et poſtquam *Giſtinus* recognovit malefeciſſe erga Deum & paſtorem ſuum, requiſivit veniam lacrimabili devotione apud Epiſcopum ſuum; & datâ ſibi veniâ, cum junctâ pœnitentiâ, & redditâ rapinâ, cum factâ concordiâ, immolavit *Giſtin* villam **Milur**, Deo & S. *Dubricio*, *Teliauo*, & *Oudoceo*, & *Heruualdo* Epiſcopo, & omnibus Epiſcopis *Landaviæ*; & cum totâ ſuâ libertate, *&c.* De Clericis teſtes ſunt *Heruualdus* Epiſcopus; *Mormarch* Presbyter, *Merchuin* Presbyter; *Tutnerth*; *Lifris* filius Epiſcopi, Archidiaconus, & Magiſter S. *Catoci*, *&c.*

Tref Rita.

Aratocus Rex *Morcanuuc*, miſit familiam ſuam ad **Lann Mocha**, terram Sanctorum *Dubricii*, *Teliaui*, & *Oudocei*, & *Heruualdi* Epiſcopi; & convivium Epiſcopi factum, & præparatum prandium; invito hoſpite, *Riderch* filio *Eguid* ſumpſit; & conſummatum, violenter pernoctando remanſit inundata & inebriata violenti liquore. Et poſt tantam invaſionem factam, miſit Epiſcopus legatos ſuos Regi, ut ſibi emendaret, ſimul & familia illius factam injuriam. Et auditâ legatione, ſimul & acceptâ, recognovit culpam, & pœnitens requiſivit veniam apud *Landaviam*; & junctâ ſibi pœnitentiâ, ſimul & familiæ, ad modum perpetratæ culpæ, largitus eſt in elemoſinâ Deo & S. *Dubricio*, *&c.* & omnibus præſulibus *Landaviæ* in perpetuo, villam **Tref Rita** in **Edelicion**, juxta **Werthir Tecmed**, cum totâ ſuâ libertate, *&c.* De Clericis teſtes ſunt *Heruualdus* Epiſcopus; *Lifricus* filius ſuus; *Mormarch* Presbyter S. *Teliaui*, *&c.*

De villâ Gunhucc, *in* Guarthâ.

Ibid. f. 112. a. *Aratauc* filius *Ruiguallaun*, in ægritudine poſitus; & propter ſalutem animæ ſuæ, memor facinorum ſuorum; & maximè de fratre ſuo, *Cinon* nomine, occiſo à quodam de ſuis ſodalibus; & diabolicâ ammonitione & ſuggeſtione; & in ſuâ præſentiâ, & per ſui cauſam, in majori parte; & propter hoc ſeptiesjunctâ ſibi pœnitentiâ, ad modum culpæ, limina S. *Petri* adivit; ſciens non aliter ſalvus fieri, niſi jejunio, oratione & elemoſinâ; largitus eſt Deo & S. *Dubricio*, *Teliau*, & *Oudoceo*, & quatuor ſanctis de **Lann Cinn**; *Mirgint*, *Cinficc*, *Huui*, & *Erven*; & *Heruualdo* Epiſcopo & omnibus Epiſcopis *Landaviæ* in perpetuo, villam *Gunnuc*, de propriâ ſuâ hæreditate, in **Guarthafcun**, & cum ſuâ libertate; & datâ communione incolis & habitaturis in æternum, in campo & in ſilvis, in aquâ & in paſcuis, & verbo Comitis *Herfordiæ*, & domini *Guenti Rogerii* filii *Willielmi*, filii *Otberni*, & in tempore *Willielmi* patris Regis *Anglorum* & *Gualiæ*. De Clericis teſtes ſunt *Heruualdus* Epiſcopus *Landaviæ*; *Abraham* Archidiaconus *Guenti*; *Lifricus* filius Epiſcopi, Archidiaconus *Gulat* **Moncant**, & Magiſter S. *Catoci*, *&c.*

Quando Rex *Willielmus* conquiſivit *Angliam*, tenebat *Hergualdus* Epiſcopus Epiſcopatum *Landavenſis* Eccleſiæ, ab oſtio **Guy**, uſque ad flumen *Tygvi*, cum omni Epiſcopali dignitate & ſubjectione. In cujus tempore regnabat *Catgucaun*, filius *Mourici* Regis, in **Glatmoncant**, uſque ad vadum *Trunci* ſuper **Tyuui**. *Caratocus* verò Rex regnabat in **Ystratyu Guent vehcoit Gunnipuuc**: *Riderch* verò in **Cuyas** & **Guent Iſcoit**. Qui Reges prænominati ſervierunt Regi *Willielmo*; & in tempore illius fuerunt defuncti: Quorum terras prædictas, cum parrochiâ **Ercycg** tenuit *Hergualdus* Epiſcopali ſubjectione. Ibid. f. 113. a.

ECCLESIA

Cathedralis de Lichefeld *in agro* Staffordienſi.

De primâ fundatione ejuſdem, & Epiſcopis.

Ex vet. Cod. MS. in Bibl. *Cotton.* Chron. *Lichfeldenſe* nuncupato.

INterfecto *Pendâ* paganiſſimo Rege *Merciorum*, ab *Oſwio* Rege *Northanhymbrorum*, fratre ſcil. Sancti Regis *Oſwaldi*; cum idem *Oſwius* Rex Chriſtianiſſimus regnum ejus acciperet, & gentem *Merciorum*, finitimarumque provinciarum ad fidem *Chriſti* converteret, primò fundatâ Eccleſiâ *Mercienſi*, quæ nunc **Lichefeld** dicitur, & factâ Cathedrali, *viz.* Anno ab incarnatione Domini DCLvii. *Duina* factus eſt primus Epiſcopus *Merciorum* & mediterraneorum *Anglorum*, *Lindifararum*, & *Merciorum*, finitimarumque provinciarum; paucitas enim Sacerdotum cogebat unum Antiſtitem duobus populis præfici. Iſte *Duina*, natione *Scotus*, rexit Eccleſiam *Mercienſem* annis duobus, & obiit anno Domini DCLviii.

Cellach, natione *Scotus*, poſt *Duinam* ſuſcepit Epiſcopatum *Merciorum*; qui non, multò poſt, relicto Epiſcopatu, reverſus eſt ad inſulam **Hii**, Anno Domini DCLix.

Trumhere




ECCLESIÆ CATHEDRA
à Meridi P

EDRALIS LICHFELDENSIS.
ridie Prospectus,

Quo priscæ pietatis monumentum, fanatico-
rum rabie laceratum ac nuperrimè restau-
ratum, posteris innoleſcat,

P. Rev: in xpō Pater
THOMAS Lich: et Cov: Epis:
A° 1672



CLESIÆ CATHEDRALIS LICHFELDENSIS, ab Occidente prosp:tus



MATTHEVS SMALWOOD
S.T.P. et Ecclesiæ Cath: Lichf:
Decanus, qui olim sub illius manibus
pro Rege pugnavit; nunc vero per
Regem illum provect, hanc gratitudi-
nis & civo nunquam Occidentis imag-
inem L.M.P.

Trumhere Anglicus, ſed à Scotis Epiſcopus ordinatus; poſt *Cellach* Epiſcopus factus *Merciorum*, rexit annis tribus, quod temporibus Regis *Wlferi* factum; obiit anno *DClxii.*

Jarmannus Anglicus, ſed à Scotis Epiſcopus ordinatus, rexit Epiſcopatum *Merciorum* annis quatuor, & obiit anno Domini *DClxvii.*

Cedda ſanctiſſimus, natione Anglicus, ſucceſſit *Jarmanno.* Iſte *Cedda* primus erat conſecratus Epiſcopus Eccleſiæ *Eboracenſis*, *ſcil.* anno Domini *DClxiii.* & rexit Eccleſiam *Eboracenſem* annis tribus: Poſtea, cum redarguitus fuiſſet à *Theodoro Cantuarienſi* Archiepiſcopo, quia non erat ritè conſecratus, humiliter ceſſit, & in Monaſterio ſuo **Leſtingay**, undè priùs Abbas fuerat, ſeceſſit: Deindè *Jarmanno Merciorum*, id eſt *Lichfeldiæ* Epiſcopo defuncto, Sanctus *Cedda*, per eundem *Theodorum Cantuarienſem* Archiepiſcopum Eccleſiæ *Lichfeldenſi*, ſive *Mercienſi* poſtulatus, Epiſcopus factus eſt, anno Domini *DClxvii.* qui, cum eandem Eccleſiam *Lichfeldenſem* duobus annis & dimidio gloriosè rexiſſet, obiit ſexto nonas *Martii* anno Domini *DClxx.* & *Lichfeldiæ* ſepultus eſt.

Winfridus Anglicus, per *Theodorum Cantuarienſem* Archiepiſcopum datus & conſecratus, rexit Eccleſiam *Lichefeldenſem* annis tribus; & poſtea per eundem *Theodorum* depoſitus eſt.

Sexwlfus, poſt depoſitionem *Winfridi*, per *Theodorum* Epiſcopus *Lichefeldiæ* conſecratus eſt anno Domini *DClxxiii.* Hic erat conſtructor & Abbas Monaſterii de **Medhamſtede**, quod nunc dicitur **Petrusburgh**. Iſte *Sexwlfus* obiit anno Domini *DClxxiiii.*

Poſt *Sexwlfum* Epiſcopum, provincia *Merciorum* duos habuit Epiſcopos; *ſcil. Heddam Lichefeldiæ*, & *Wilfridum Leogeceſtriæ*; ſed *Wilfridus* poſtea ejectus, *Hedda* ſolus, ambas parochias regebat. Per iſtum *Heddam* Epiſcopum conſtructa eſt Eccleſia *Lichefeldiæ*, ſecundo Kal. *Januarii* anno Domini *DCC.* & corpus S. *Cedda* tranſlatum eſt in eandem, Iſte *Hedda* obiit anno Domini *DCCXXI.* Poſt *Heddam Aldwinus*, qui & *Wor* nominatur, Epiſcopus conſecratus, ſimiliter regebat ambas parochias, *ſcil.* **Lichefeld** & **Legeceſter**, annis octo, & obiit anno Domini *DCCXXIX.*

Tempore *Ethelredi* regis *Merciorum*, & *Sexwlphi* Epiſcopi, Epiſcopatus *Lichefeldenſis* in quinque parochias dividebatur; *viz.* in *Herefordenſem*, *Wigornienſem*, *Lichefeldenſem*, *Legeceſtrenſem* & *Lindiſienſem.*

Lichefeldenſes *Epiſcopi*, *hi ſubſequentes ſunt poſt diviſionem.*

Vitta Epiſcopus, poſt *Aldwinum*, rexit Epiſcopatum *Lichefeldiæ* annis ſex, & obiit anno Domini *DCClii.*

Hemele Epiſcopus *Lichefeldenſis*, rexit annis xv.

Cuthfrithus Epiſcopus *Lich.* rexit annis tribus.

Berchwinus Epiſcopus *Lich.* rexit annis quatuor, & obiit anno Domini *DCLvii.*

Higberthus Epiſcopus *Lich.* rexit annis quinque, & obiit anno Domini *DCCLxiiii.*

Adulphus Lichefeldenſis Archiepiſcopus conſecratus eſt, anno Domini *DCCLxiiii* rexitque provinciam *Merciorum*, & etiam *Orientalium anglorum*, annis xxxvi. & obiit anno Domini *DCCC.*

Offa enim Rex *Merciorum* impetravit à Papa *Hadriano*, ut ſedes Archiepiſcopalis *Merciorum* eſſet apud **Lichefeld**; & quod omnes Pontifices *Merciorum* provinciæ, Archiepiſcopo *Lichefeldiæ* ſubjicerentur; *viz. Wigornienſis*, *Herefordenſis*, *Legeceſtrenſis*, *Sitnaceſtrenſis*, & etiam Epiſcopi Orientalium *Anglorum*, *ſcil. Helmanenſis*, *Dorvicenſis*; vocabaturque, Archiepiſcopus *Lichefeldiæ Aldwlphus*; nam Papa *Adrianus* primus, miſit ei pallium. Remanſerunt autem Archiepiſcopo *Cantuarienſi* quatuor Epiſcopi tantum, *Londen. Winton. Roffen.* & *Seleſienſis*: fuit enim ſedes metropolis apud **Lichefeld** toto tempore iſtius *Adulphi* Archiepiſcopi anno Domini *DCCCxii.*

Herewinus *Lichefeldiæ* Epiſcopus rexit Epiſcopatum annis quinque, & obiit anno Domini *DCCCxvii.*

Athelwaldus *Lich.* Epiſcopus conſecratus eſt anno Domini *DCCCxviii.* Per iſtum *Athelwaldum* Epiſcopum Canonici inſtituti ſunt primò in Eccleſiâ Cathedrali *Lichfeldiæ*, anno Domini *DCCCxxii.* ſub *Chelwlfo* rege *Merciorum*, *Huittâ* tunc exiſtente Canonicorum præpoſito. *Athelwaldus* obiit anno Domini *DCCCLvii.*

Humbertus *Lichefeldiæ* Epiſcopus rexit annis xx. & obiit anno Domini *DCCCLxxvii.*

Kineberthus *Lichefeldiæ* Epiſcopus rexit annis xxiii. & obiit anno Domini *DCCCXC.*

Thunfrithus *Lich.* Epiſcopus rexit annis xxx. & obiit anno Domini *DCCCCxx.*

Aelle, qui & *Alfwinus*, *Lich.* Epiſcopus rexit annis xxiiii. ſub Rege *Athelſtano*, & obiit anno Domini *DCCCCxliiii.*

Elgarus *Lich.* Epiſcopus, rexit annis xvi. & obiit anno Domini *DCCCCLx.*

Kinſius *Lich.* Epiſcopus, rexit annis xiiii. & obiit anno Domini *DCCCCLxxiiii.*

Winſius *Lich.* Epiſcopus, rexit annis xviii. & obiit anno Domini *DCCCCXCii.*

Alpheagus *Lich.* Epiſcopus, rexit annis xv. & obiit anno Domini *Mvii.*

Godwinus *Lich.* Epiſcopus, rexit annis xiii. & obiit anno Domini *Mxx.*

Leofgarus *Lich.* Epiſcopus, rexit annis vii. & obiit anno Domini *Mxxvii.*

Brithmarus *Lich.* Epiſcopus, rexit annis xi. & obiit anno Domini *Mxxxviii.*

Wlſius *Lich.* Epiſcopus, rexit annis xvi. Hujus *Wlſii* tempore fundatum eſt Monaſterium Monachorum de *Coventreâ*, *viz.* anno Domini *MXliiii.* per *Leofricum* tunc Comitem *Herefordiæ.*

Leofwinus *Lich.* Epiſcopus, qui fuit Abbas *Coventrenſis*, rexit Epiſcopatum annis xi. & obiit anno Domini *Mlxvi.*

Post adventum Normannorum.

Petrus Lich Episcopus consecratus est anno Domini *Mlxvii.* sub Rege *Willielmo.*

Sedes *Licheſeldenſis* translata est in *Ceſtriam*, tempore *Lanfranci Cantuarienſis* Archiepiscopi, qui transtulit sedem anno Domini *Mlxxv.* per *Petrum Lich.* Episcopum. Et sciendum est, quod à principio fundationis Ecclesiæ *Licheſeldenſis*; *viz.* anno Domini *DClxvi.* usque ad tempus istius *Petri*, semper fuit sedes Cathedralis apud Lichefeld tantum, sinè conjunctione alicujus Ecclesiæ alterius. *Petrus* autem tunc *Ceſtrenſis* Episcopus, obiit anno Domini *Mlxxxvi.* qui solus apud *Ceſtriam* sepultus est:

Robertus de *Lymeſi* secundus *Ceſtrenſis* Episcopus consecratus est anno Domini *Mlxxxviii.* Erat in *Ceſtrenſi* dioceſi quoddam Cœnobium, *Coventrea* nomine, quod Comes magnificentissimus *Leofricus*, cum *Godevâ* uxore suâ construxerat, tanto auri & argenti spectaculo; ut ipsi parietes Ecclesiæ angusti viderentur esse receptacula thesaurorum. Hoc *Robertus* iste *Ceſtrenſis* Episcopus comperiens, ambitione possedendi ipsas gazas, impetravit transferri ad *Coventream* sedem suam; & sic migravit sedes *Lichfeldenſis* prædicta, de *Ceſtriâ* ad *Coventream*, anno Domini *MXCv.* per *Robertum* de *Lymeſi* secundum Episcopum *Ceſtriæ*, & primum Episcopum *Coventriæ*; qui solus ad *Ceſtriam* ordinatus erat. Iste *Robertus* de *Lymeſi* obiit Kal. *Sept.* anno Domini *MCXvi.* & *Coventriæ* sepultus est. Iste *Robertus* quum esset Regis *Henrici* primi à Consiliis, mittitur in causâ regiâ ad *Paſchalem* pontificem Rom. contra *Anſelmum Cantuarienſem* Archiepiscopum, de re controversâ.

Robertus Peche Coventrenſis Episcopus consecratus est anno Domini ..... sub rege *Henrico* primo. Obiit xi. Kal. *Sept.* anno Domini *MCXXvii.* & *Coventriæ* sepultus est.

Rogerius de *Clinton Coventrenſis* Episcopus, consecratus est anno Domini *MCXXviii.* sub rege *Henrico* primo. Iste *Rogerius* Ecclesiam *Lichfeldiæ* erexit, tam in fabricâ, quàm in honore; numerum Præbendarum augendo, Castrum *Lichfeldiæ* muniendo, villam vallo vallando, milites infeodando, Et tandem signaculo Crucis assumpto, *Jeroſolimam* petens, apud *Antiochiam* obiit xvi. Kal. *Maii*, anno Domini *MCXLviii.*

Walterus Durdent, qui fuit Prior Ecclesiæ *Cantuarienſis*, Episcopus *Coventriæ* consecratus est anno Domini *MCXlix.* sub rege *Stephano.* Rexit Episcopatum annis xii. Obiit anno Domini *MClxi.* & *Coventriæ* sepultus est.

Ricardus Peche Coventrenſis Episcopus consecratus est anno Domini *MClxii.* sub *Henrico* secundo. Iste *Ricardus* in fine vitæ suæ, Canonicum induit habitum in Ecclesiâ S. *Thomæ* martyris juxta Stafford, quam de Episcopio fundaverat; tandemque obiit anno Domini *MClxxxi.* & in ipsâ Ecclesiâ *Staffordiæ* sepultus est.

Gerardus de *Puellâ* per monacos *Coventriæ* & Canonicos *Lichfeldiæ* concorditer electus Episcopus, consecratus est anno Domini *MCXCiii.* sub Rege *Henrico* secundo; rexitque Episcopatum anno uno, & obiit secundo Idus *Jan.* & *Coventriæ* sepultus est.

Hugo de *Novant*, *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Episcopus consecratus est anno Domini *MClxxxvi.* sub *Henrico* secundo. Iste *Hugo* ejecit monachos de Monasterio *Coventrenſi*; & loco eorum instituit Canonicos seculares anno Domini *MCXC.* Deindè, septennio elapso, ad instanciam Regis *Ricardi*, qui fuit iratus eidem *Hugoni*, per *Hubertum Cantuarienſem* Archiepiscopum Apostolicæ sedis legatum, monachi in *Coventream* sunt introducti, nam Rex *Ricardus* spoliaverat *Hugonem* de *Novant* de suo Episcopatu; sed postea anno revoluto Rex reddidit ei Episcopatum suum pro quinque millibus marcarum argenti. *Hugo* obiit apud *Cadomum* in *Normanniâ* sexto Kal. *Aprilis*, & ibidem sepultus est anno Domini *MCXCIX.*

Galfridus de *Muſchampe Coventriæ* & *Lich.* Episcopus consecratus est apud *Weſtmonaſterium* Idibus *Martii*, anno Domini *MCXCix.* sub rege *Richardo*, rexitque Episcopatum annis decem, & obiit anno Domini *MCCVIII.* & *Lichfeldiæ* sepultus est.

Willielmus de *Cornhil Coventr.* & *Lich.* Episcopus consecratus est octavo Kal. *Febr.* anno Domini *MCCXV.* sub Rege *Joanne*; rexit Episcopatum annis viii. Obiit xiiii. Kal. *Sept.* anno Domini *MCCXXIII.* *Lichfeldiæque* sepultus est.

Alexander de *Savensby*, quem Papa *Honorius* tertius providit Episcopum Ecclesiis *Cov.* & *Lich.* cassatâ electione *Galfridi* Prioris *Coventriæ* postulantibus Canonicis *Lichfeldiæ*, monachis verò *Coventriæ* postulare nolentibus, per eundem Papam *Honorium*, vigiliâ *Paschæ*, in presbyterum ordinatus est; & die *Paschæ*, in crastino, *viz.* tertio Kal. *Aprilis*, *Coventriæ* & *Lichefeldiæ* Episcopus confecratus est, anno Domini *MCCXXIIII.* sub rege *Henrico* tertio. Hujus *Alexandri* Episcopi tempore, terminata est causa, quæ vertebatur inter Ecclesias de Lichefeld & Coventre, super electionem Episcopi, per Papam *Gregorium* ix. in hunc modum; *viz.* quod unâ vice in *Coventrenſi* Ecclesiâ Conventus *Coventriæ*, & Capitulum *Lichfeldiæ* electionem Episcopi celebrent; & alterâ vice simul ab utrisque in Ecclesiâ *Lichfeldenſi* eligeretur, anno Domini *MCCXXVIII.* Iste *Alexander* Episcopus obiit septimo Kal. *Januarii* anno Domini *MCCXXXVIII.* in die S. *Stephani*, & *Lichfeldiæ* sepultus est.

Hugo de *Pateſhull* Episcopus *Coventriæ* & *Lichfeldiæ* consecratus anno Domini *MCCxl.* sub rege *Henrico* tertio; rexit Episcopatum anno uno & dimidio. Obiit sexto Idus *Decembris* anno Domini *MCCXli.* sepultus est *Lichfeldiæ* ante Altare S. *Stephani.*

Roge-

Rogerus de *Weſeham*, qui fuit Decanus *Lincolniæ*, cui Papa *Innocentius* quartus Epiſcopatum *Cov.* & *Lich.* contulit, apud *Lugdunum* conſecratus per eundem Papam anno Domini *MCCXlv.* tempore Regis *Henrici* tertii. Qui cum rexiſſet Epiſcopatum annis xi. de licentiâ ſummi pontificis, ſponte ceſſit oneri ſui Epiſcopatus, circa feſtum S. *Nicholai* anno Domini *MCClvi.*

Rogerus de *Meyland* eligitur Epiſcopus *Cov.* & *Lich.* xi. Kal. *Febr.* anno *MCClvi. Rogerus Weſam* obiit xiiii. Kal. *Junii* anno Domini *MCClvii*, & *Lichfeldiæ* ſepultus eſt.

Rogerus Meyland conſecratur VI. Id. *Martii*, anno *MCClvii.* Sedit Epiſcopus annis xxxviii. Obiit xvii. Kal. *Jan.* anno Domini *MCCXCv.* & *Lichfeldiæ* ſepultus eſt.

Walterus de *Langton Cov.* & *Lich.* Epiſcopus, per Cardinalem *Albanenſem* apud *Cambray* conſecratus eſt xi. Kal. *Jan.* anno Domini *MCCXCVI.* ſub rege *Edwardo* quarto. Iſte *Walterus* Epiſcopus clauſum *Lichfeldiæ* muro lapideo circumcinxit: Feretum magnum S. *Cedda*, precii ducentarum millium librarum, præparavit. Caſtrum de **Eccleſhale**, & manerium de **Heywode**, de novo reædificavit: unum Calicem & duas phiolas de auro puriſſimo, precii quater viginti librarum; & unam Crucem de auro puriſſimo lapidibus pretioſis undique ornatam, precii ducentarum librarum, & veſtimenta plurima ineſtimabilis precii magno Altari *Licheſeldiæ* donavit. Magnum pontem ultra vivarium *Lichfeldiæ* conſtruxit. Vicarios *Lichfeldiæ* domibus, quibus inhabitant in clauſo feoffavit; eiſque cuppam argenteam, ponderis quinq; marcarum, largitus eſt: Et etiam eiſdem vicariis xx^{s}. annuos de Eccleſiâ de **Tibbeſhulf** ordinavit. Fabricam Capellæ beatæ *Mariæ*, ubi ſepultus eſt fundavit; & pecuniam ſufficientem ad eandem Capellam plenè conſtruendam, in Teſtamento ſuo legavit & demiſit. Palacium Epiſcopi in *Lich.* Clauſo conſtruxit. Paviagium *Lichfeldiæ*, & alias quamplures libertates Eccleſiæ *Lichfeldenſi* conceſſas, à rege *Edwardo* (poſt Conqueſtum primo) concedi impetravit. Cum idem *Walterus* Epiſcopus rexiſſet Epiſcopatum annis xxv. Obiit apud *Londinum* quinto Idus *Nov.* anno Domini *MCCCXXI.* ejus corpus à *Londino* delatum, *Lichfeldiæ* ſepultum eſt.

Rogerus de *Norburgh*, cui Papa *Johannes* xxii^{s}. Epiſcopatum *Cov.* & *Lich.* contulit & conceſſit, apud Abbatiam de **Dolis** Epiſcopus conſecratus eſt quinto Kal. *Julii* anno Domini *MCCCXXII.* ſub rege *Edwardo* qui fuit poſt conqueſtum ſecundus. Iſte propter ingentia beneficia, quæ *Walterus* de *Langeton* prædeceſſor ſuus, in templum, Civitatem, & Epiſcopatum *Lichfeldenſem* contulit, illius corpus intulit in Sepulchrum magnificentius ad auſtrale cornu principalis Altaris; & ipſe juxta ſepultus eſt, poſtquam rexiſſet Eccleſiam ſibi creditam annis xxxviii.

De fundatione Lichfeldenſis *Eccleſiæ.*

ANno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, poſt mortem *Hengiſti* anno centeſimo trigeſimo nono, *Penda* quidam filius *Wibbæ*, à *Wodcino* decimus, ſtirpe inclitus, bello induſtrius, idemque fanaticus & impius, apud *Mercios* nomen Regis præſumpſit. Iſte *Penda Edwinum* & *Oſwaldum* Reges *Nordanhumbrorum*, *Sigebertum*, *Egfridum*, & *Annam* Reges *Orientalium Anglorum* extinxit; & tandem, poſtquam regnaverat annis triginta, ab *Oſwy* Rege *Nordanhumbrorum* interfectus eſt anno Domini ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto. Succeſſit *Pendæ*, *Peada* filius ejus in parte regni, ex dono *Oſwii*: Nam idem *Peada*, & vivente *Pendâ* patre ejus, duxerat filiam *Oſwi* Regis. Deinde cito poſt, *Pendâ* defuncto, *Oſwy* Rex Regnum *Merciorum* integrum ſuſcepit, & gentem patriæ ad fidem *Chriſti* convertit; Moxque fundatâ Eccleſiâ *Mercienſi*, quæ nunc **Lichefeld** dicitur, ſtatuit eam Cathedralem, & quendam nomine *Duinam*, natione Scotum, Epiſcopum ibidem primum præfecit. Ex Cod. MS. in bibl. *Cottonianâ* [ſub effigie *Cleopatræ* C. 3. 1 fol. 248.

Succeſſit *Oſwi*, pater *Oſwaldi* (in regno *Northanhymbrorum*) Hic gentes aquilonares *Britanniæ*, ex maximâ parte tributarias fecit. *Lel.* Coll. vol. 1. p. 591.

Hic *Pendam* bello interfecit, & *Mercios* imperavit, apud quos Eccleſiam *Lichefeldenſem* fundavit. Regnavit ann xxviii. Obiit Anno Domini *DClxx.*

Deſcriptio clauſi Cathedralis Eccleſiæ Lichfeldenſis.

CIvitas *Lichfeldiæ* olim ex bello de *Liches* nominata fuit; & ſunt ibi duo Monaſteria, quorum unum vocatur ſtatio Sancti *Ceddæ*, quod eſt in orientali plagâ, ubi Sanctus *Cedda* orationes & prædicationes populo fâciebat, quod nunc vocatur **Stowe**. Aliud verò Monaſterium in occidentali plagâ, in honorem beatæ *Mariæ* Virginis conſtruitur. Clauſum foſſatis & ſeptis à Regibus *Merciorum*, olim pluribus donis decoratum, ubi ſedes Epiſcoporum poſita eſt: Et eſt illum Monaſterium ſitum inter **Lemanſyche** & **Way-Cliffe**. Clauſum verò hujus Monaſterii dividitur in duas partes; quarum altera dicitur major, altera minor. In majore clauſo locus Epiſcopi conſtituitur, in angulo verſus Orientem, ex parte boreali; & continet in ſe in longitudine xxxvi pedes, & in latitudine xxviii. pedes. Locus verò Decani, juxta locum Epiſcopi, continet in ſe medietatem loci Epiſcopi, in longitudine & latitudine. Cætera verò loca Canonicorum, circa prædictum Monaſterium conſtituta, continent ſingulatim medietatem loci Decani, exceptâ illa manſione, quæ fuit Magiſtri *Odonis* de *Bikenner*; quia ipſe perquiſivit ab Epiſcopo quandam placeam in **Lemanſhay**, & illam incluſit de petrâ. Sunt & in prædicto Clauſo xxvi. manſiones, cum manſione Epiſcopi. Ex vet. pergamenâ MS. penès Dec. & Cap. *Lich.*

De Electione Episcopi.

Ex vet. membr. in Bibl. Cotton.

FRater *G.* Prior *Coventriæ* juratus, dicit; quod cum in novitate reversionis Monachorum *Coventriæ*, habitum suscepisset regularem ibidem; & jam mota esset querela, virtute literarum Domini Papæ, inter piæ memoriæ, *G.* Episcopum, & *J.* Priorem *Coventriæ*, super administratione Monasterii *Coventrensis*, & nondum autentica Monachorum ablata & deperdita, essent reperta vel restituta, sepiùs idem Prior tractatum habuit cum senioribus, tam Monachis suis, quam aliis religiosis; & etiam Clericis & laicis, fide dignis, de statu *Coventrensis* Monasterii, & quam jurisdictionem Episcopus in Monasterio *Coventrensi* deberet habere, vel prædecessores sui habuerunt. Interim & postmodum à senioribus monachis quibusdam; *scil.* C. annorum & aliis fide dignis audivit idem *G.* quod post adventum *Normannorum*, erat quidam Episcopus *Lichfeldiæ*, nomine *Petrus.*

Eo tempore celebravit *Lamfrancus* Archiepiscopus Concilium apud *Londonias*; in quo Concilio statutum fuit, ne in villulis essent sedes Episcopales. Hujus Concilii authoritate migravit sedes *Lichfeldiæ* in *Cestriam*: Similiter migraverunt aliæ quatuor sedes in *Angliâ* hoc modo. Huic *Petro*, *Cestriæ* Episcopo, sepulto apud *Cestriam*, successit *Robertus* de *Lymesi*; qui mortuo Abbate *Coventriæ Lewino* à Rege custodiam Abbathiæ obtinuit. Interim à Papâ *Paschali* sedem suam à *Cestriâ* usque *Coventriam* transferri impetravit: Ex tunc suppressum est & deletum nomen Abbatis in Monasterio *Coventriæ* propter Episcopalem dignitatem in eodem.

Huic *R.* de *Lymisi* successit *R. Peche* Episcopus *Coventriæ*. Isti duo *R.* & *R.* sepeliri decreverunt apud Ecclesiam suam *Coventriæ* Cathedralem, & ibidem sepulti sunt. Huic *R. Peche*, *R.* de *Clinton* Episcopus *Coventriæ* jam tertius successit. Hic primò constituit Collegium Canonicorum apud *Lichefeldiam*; nam antea non erat ibi nisi quinque sacerdotes, deservientes quinque Capellis, singuli singulis. Usque ad tempora ista, non celebrabantur electiones in *Angliâ*; sed postquam S. *Anselmus* revocatus esset ab exilio, cui Rex *Henricus* senior dedit investituras Ecclesiarum, pullulabant electiones.

Isto *R.* apud *Antiochiam* mortuo & sepulto, vocati fuerunt Monachi *Coventriæ* à *Theobaldo* Archiepiscopo *Cantuariæ* apud *Leicestriam*, ad celebrandam electionem Episcopi *Coventriæ*, qui ibidem *W. Durdent*, Priorem *Cant.* in Episcopum elegerunt, contradicentibus Clericis Episcopatus, tam *Lichfeldiæ*, quàm *Cestriæ*, (ut audivit, & credit) & ad sedem Apostolicam appellantibus, pro quorum appellationibus distulit dominus *Cantuar.* electum firmare & consecrare: Sed Prior *Laurentius*, *Romam* profectus, optinuit appellationes dictorum Clericorum cassari, & electum suum confirmari, & à Domino *Cantuar.* per preceptum Domini Papæ consecrari.

Consecratus, & apud *Coventriam* intronizatus, cum venirent *Lichfeldiam* Clausæ erant januæ contra eum. Clausis januis sic, excommunicavit eos. Iste Episcopus *W.* multa mala intulit Monachis *Coventriæ*; quibus ad præsentiam Domini Papæ vocati *W.* Episcopus & *L.* Prior, & coram eo comparentes, interveniente sollicitudine Apostolicâ, composuerunt; confirmato tamen, ut semper apud *Coventriam* habeatur sedes Episcopalis; & in electione Episcopi, Prior primam vocem habeat.

Huic *W.* apud *Coventriam* sepulto, successit *Ricardus Peche*, ad electionem *L.* Prioris & Monachorum *Coventriæ*, & apud *Coventriam* intronizatus, sed non sepultus: sepultus est enim apud Stafford, in Ecclesiâ, quam ipse construxerat in honore beati *Thomæ* martyris, ubi habitum Canonicorum regularium susceperat; in quo habitu sepultus est: nam allata sunt pontificalia ejus per *G. Peche*, consanguineum suum, monachum apud *Coventriam*, sicut ipse Episcopus disposuerat.

Post *R. Peche* mortuo, vacabat tam Prioratus, quam Episcopatus per multos annos, vocati Monachi ab *R. Cantuariensi* Archiepiscopo, ad faciendam electionem, tam de Priore, quàm Episcopo, elegerunt *M.* Capellanum Domini *Cantuar.* in Priorem, & in crastino ipse Prior, cum monachis suis elegerunt *Gerardum Puellam* in Episcopum *Coventriæ*; quo, apud *Coventriam* intronizato, cum veniret apud *Lichfeldiam*, Canonici *Lichfeldiæ* nolebant ipsum iterum intronizare: Quibus dixit, *unica est sponsa mea, nec habeo duo cubicula.*

Iste *G.* de medio sublatus apud *Lichfeldiam*, sed apud *Coventriam* requievit sepultus. Huic *G.* successit *Hugo* de *Novant*, ad electionem *M.* Prioris & monachorum; qui apud *Coventriam* intronizatus, non multo post, omnes Monachos exinde ejecit; in quâ ejectione, tam repentinâ & inopinatâ, omnia deperdita erant instrumenta Monachorum; & universi & singuli qui habebantur; unde credit idem Prior, quod devenerunt instrumenta Ecclesiæ *Coventrensis*, super confirmatione *W.* & aliorum Episcoporum *Coventriæ*, in manus adversariorum suorum, & sic successoribus adhuc retenta.

Revocatis & restitutis Monachis *Coventriæ*, post septennium; & citò post, mortuo eodem Episcopo apud *Kadamum*, & ibi sepulto, successit ei *G.* de *Muschamp*, per ordinationem *Huberti* tunc Archiepiscopi *Cantuariensis*, cui Prior *Joybertus*, & Conventus *Coventriæ* commiserunt vota sua, per literas suas Patentes, de Episcopo eis præficiendo, quoniam Prior tunc temporis infirmabatur apud *Cantuariam*. Has literas detulerunt duo Monachi *Coventriæ* Domino *Cantuar.* per mandatum sui Prioris. Nominatâ verò de voluntate & consilio *Cant.* apud *London.* personâ *G.* de *Muschamp*, à Decano *Lincolniæ* in Episcopum *Coventriæ* promovendâ; incepit unus Monachorum ymnum *Te Deum laudamus?* Cui dixit Archidiaconus *Staffordiæ* (nunc *Dublin.*) *Quis te fecit hîc*

Canto-

Cantorem: Cui respondet Monachus, *Ego sum hîc Cantator, & non tu.* Requisitus si Canonici *Lich.* interfuerunt, Dicit, *quod benè credit, sed non de consensu Monachorum:* in consecratione autem hujus *G.* noluit Prior *Coventriæ* legere postulationem, quousque amoti essent Canonici *Lichfeldiæ:* Quibus dominus H. *Cant.* dixit *Nolite impedire nos, satis audivimus protestationem vestram, & legat Prior postulationem suam:* Et sic, illis amotis, incepit Prior legere postulationem. Consecratus est, & apud *Coventriam* intronizatus ab Archidiacono *Cantuariensi.*

Requisitus de omnibus supradictis, utrum interfuerit; dicit, *quod nil scit, nisi per auditum, nisi tantummodò quod interfuit intronizationi ejusdem* G. *apud* Coventriam, *cum esset electus, de partibus illis natus.* Iste *G.* apud *Lichfeldiam* obiit tempore interdicti, & sepultus est apud *Lichfeldiam*, contradicentibus & appellantibus Monachis *Coventriæ*; cui appellationi interfuit idem *G.*

Dictum est de auditu, incipiendum est de visu, & proprio auditu. In persecutione *Anglicanæ* Ecclesiæ, tempore Interdicti, in vigiliâ Paschæ, devenerunt ad Monachos literæ Apostolicæ, in quibus præceptum fuit Monachis *Coventriæ*; ut Episcopum eligerent: Habito igitur tractatu de Priore suo eligendo in Episcopum, noluit ipse Prior, vel fortè non ausus fuit assentire, ne Regem offenderet: Comperto itaque à Domino Rege mandato Apostolico, *Coventriæ* destinato Priorem Prioratu dissaisivit, undè Prior dedit Domino Regi CCC. marcas. Postmodum verò misit Rex, de **Wautham** & *Oseneyæ* Abbates & *Robertum* de *Veupont*; rogans per eos, ut eligerent Archidiaconum *Staffordiæ* in Episcopum, nec profecit: Postea vocati *Coventrenses* à Domino Rege apud **Theukesbiri**; quibus obtulit Rex Abbatem de **Binnesdon** ut eligerent in Episcopum, nec est exauditus. Tunc Dominus Rex dixit Priori, *Neminem quem diligo vis promovere:* unde Prior timens dixit Justiciario; *Si sedeat Domino Regi benè, eligam Cancellarium suum:* Cui Justiciarius; *nequaquam, quoniam juvenis est; satis tempestivè potest promoveri, licet non ad præsens.* Dictum est itaque *Coventrensibus* à Domino Rege, ut compararent coram eo apud **Notingeham.** Interim deliberaverunt *Coventrenses* in suo Capitulo, quod nullo modo eligerent dictum Abbatem, vel *Ricardum* de *Mariſco*, cum suspicaverant quod offerret eis Dominus Rex, dictum *Ricardum* vel Abbatem. Venientes itaque Prior, & sex Monachi cum eo, die statuto apud **Notingham,** coram Domino Rege in Castello, supplicaverunt, ut liceret eis liberè & Canonicè eligere Priorem, *scil.* suum, vel alium virum idoneum; sed passi sunt repulsam, contumelias, derisiones, & convicia: Misit itaque Rex ad eos quamplures magnates, ut minis vel blandiciis inducerentur ad eligendum Abbatem de **Binnedon**, vel *Ricardum* de *Mariſco*; nec profecerunt.

In crastino, ad mandatum Domini Regis coram eo, in talamo suo, comparuit Prior cum duobus monachis, cæteris exclusis; & cum magnam moram Prior in talamo faceret, timebant Monachi exteriùs, ne alterum prædictorum minis perteritus, Prior eligeret; deliberabant inter se discedere, nolentes aliquo modo nec valentes in alterum illorum consentire; & accedentes ad portam exire volebant: sed *Phulco* de *Cantilupo* Clausit januam, & obseravit; portans secum Clavos, & dicens *per linguam Dei, non exibitis antequam feceritis Episcopum ad voluntatem Domini Regis; Ite, facite citius;* & alia intulit, quæ non sunt dicenda. Interim vocati sunt illi quatuor Monachi exteriores, ad Dominum Regem; quibus præsentibus, promisit Dominus Rex Priori magna, & magnos honores, & dixit ei *Dic, dic, Prior dic.*

Tunc Prior, flexis genibus, supplicavit Regem in hæc verba; *Pro animâ patris tui Regis, & pro animâ fratris tui Regis, & pro honore vitæ tuæ, qui Rex es, cum aliter non possit fieri, quin habeamus unum ex hiis duobus, date nobis Abbatem de* **Binedon.** Cui respondit unus Monachorum, nomine *Thomas*; *quamdiu vixero nunquam hoc fiet, & nunquam erit meus Episcopus.* Cui *Lincoln.* electus sedens juxta Regem, dixit, *Non es bonus Monachus, nimis rebellis es Priori tuo in Claustro, & inobediens, quoniam sic pertinaciter contradicis Priori tuo, coram Rege.* Cui monachus; *in Claustro sum Monachus; sed hîc ad eligendum Episcopum sum socius ejus.* Tunc visus Rex eos in magnâ iracundiâ, exiit à talamo suo; & accesserunt ad eos quamplures Comites & Barones, monentes eos ut facerent voluntatem Regis, & exponentes eis imminentiâ pericula, & dicentes; *Nonne videtis miserias, nonne auditis dolores? valdè timendum est vobis, si iram indignationis regiæ incurritis.*

Iterum vocati sunt Monachi coram Rege, cum Priore suo. Cui dixit Rex; *Domine Prior! ego te semper dilexi, & bonum tibi facere volui, & tu in nullo vis facere voluntatem meam. Quid dicis de Cancellario nostro, quem postulasti apud* **Theukesbiri.** Ad hæc Prior; *Quod dixi tunc, dico adhuc, volo eum eligere, si placet vobis:* Et Rex ad hæc, *Placet utique ex parte Dei:* vocentur igitur Canonici *Lichfeldiæ*; ad quem Prior ait, *per sanctam* Milburgam *non venient, nunquam intererunt electioni nostræ, nihil pertinet ad eos, nihil.* Ad hæc Rex iratus dixit, *Per dentem Dei venient, alioquin destruam te, & totum ordinem tuum.* Ad hæc Prior ait, *Mallem jugulari, quam esse causa destructionis Ordinis mei.*

Accurrebant quamplures Comites & Barones, qui tunc erant in talamo, ad Monachos, incumbentes super colla eorum, & dicentes, *Nolite Regem offendere, non expedit vobis; laudamus vos, laudamus, & consulimus in Domino, facere voluntatem ejus.* Tunc dixit Prior ad Regem; *Quoniam vobis aliter non placet, nec aliter fieri poterit, facite voluntatem vestram:* præsentibus itaque Canonicis, dixit Archidiaconus

diaconus *Wigorn.* *Prior & Conventus* Coventriæ, *Decanus & Capitulum* Lichfeldiæ; *Decanus & Capitulum* Lichfeldiæ, *Prior & Conventus* Coventriæ *sunt*; *W.* de *Gray* Cancellarius Domini Regis, in Episcopum Ecclesiarum suarum: Et sic insimul Canonici cum Monachis *Te Deum laudamus* cantaverunt; & sic etiam timore regio oppressi, insimul perrexerunt aliquando ad impetrandam confirmationem sui electi; non tamen, tanquam essent unum Capitulum, vel de uno consensu, aut voluntate; immo semper contradixerunt Monachi ubicunque audebant, ne Canonici intromitterent se super aliquo, electionem *Coventrensis* Episcopi contingente.

Examinatâ itaque electione, & postulatâ confirmatione, tam à Monachis quàm Canonicis, in cismarinis & transmarinis partibus, ut dictum est; tandem puplicatæ sunt attestationes; quarum quædam attestationes, *scil.* quorundam Monachorum, fecerunt mentionem de supradictâ comminatione regiâ apud Notingham; & ob hoc & aliâ timebatur de cassatione habendâ: quod cum innotuisset Regi, valdè movebatur contra Ecclesiam *Coventrensem*, & cepit ab eâ quingentas marcas argenti. Tandem prædicta electio apud Notingham facta, ad quam non fuit, cassata fuit. Postmodum venit legatus *Nicholaus* apud *Coventriam*, tractaturus super electione ..... : Episcopi; ostendens privilegium suum; quod tam Cathedrales, quàm regulares Ecclesiæ, tunc vacantes, deberent eligere de consilio suo; & nominavit quatuor personas; quarum unam præcepit Priori & Monachis *Coventriæ*, ut sibi eligerent in Episcopum & pastorem: At Prior supplicavit ei; ut, secundùm mandatum Apostolicum, sibi & fratribus suis directum specialiter, possent liberè eligere, cum nulla fieret mentio in privilegio Legati de mandato illo; nec est exauditus. Tunc Prior nominavit similiter quatuor personas, ut ipse eligeret quem illarum vellet, nec est exauditus; & mansit ibi Legatus per triduum, nec profecit in proposito suo.

Tunc vocati fuerunt postmodum Prior & monachi *Coventriæ* apud *Oxonium*, coram Legato, ubi cum eis tractavit per biduum, de eligendo Abbate de *Bello loco*, nec profecit. Iterum apud *Coventriam* venit, & eundem Abbatem secum tunc habuit, & satis & nimis satis sollicitavit Priorem & Clericos suos, per tres dies, ut inducerent Conventum ad dictum Abbatem eligendum, nec profecit. Iterum, inter tot anxietates, literas consolatorias, merâ sui gratiâ, dominus *Cantuarienſis* Monachis *Coventriæ* destinavit; postmodum suâ præsentiâ eosdem visitavit, *scil.* verbo consolationis, & ædificationis. Tandem vocati fuerunt Prior & monachi *Coventriæ*, ut comparerent coram Legato, apud Etone, processuri super electione *Coventrensis* Episcopi; ubi Prior comparuit, cum sex monachis, & literis rati habicionis; qui requisitus à Legato quid facturus esset, de electione *Coventrensis* Episcopi, respondit, dicens: *Intimatum est mihi à quibusdam, quod Canonici* Lichfeldenses *contulerunt vota sua in vos, tanquam jus habentes in electione* Coventrensis *Episcopi; & quod vos dedistis eis literas super hoc testimoniales; undè, si geritis vices illorum, sciatis pro certo, quod nunquam tractabo coram vobis super Episcopo eligendo vel postulando.*

Ad hæc Legatus, *Per animam meam, non sum hîc loco illorum; & si ipsi aliquando contulerant vota sua in nos, ego renuncio*: Quo audito, vocavit Prior dominum *Wintonienſem*, & habito tractatu seorsum cum eo & fratribus suis, de *W.* de *Cornhull* eligendo; & cum esset nexibus Curiæ astrictus, & Clericus alterius Diocesis: accessit cum Monachis suis ad Legatum, & postulavit eum, dicens, *Domine Legate! aliquando nominastis nobis quatuor personas; inter quas nominatus fuit Archidiaconus* Huntingdoniæ W. *de* Cornhull, *vir simplex & liberalis, fidelis Regi & utilis regno, ut credimus; hunc à sanctitate vestrâ postulamus, ut concedatis nobis ipsum eligere*: Quo concesso, accessit Prior ad pedes Legati, & osculatus est manus ejus. Similiter omnes monachi: quibus dixit Legatus, *Ite ad Ecclesiam vestram, & in nomine Domini eligite.* Eodem die, *scil.* vigiliâ S. *Barnabi* Apostoli, accessiri fecit Prior Conventum totum *Coventriæ*, in Capitulo *Coventrensi*, quibus exposuit ea quæ acta erant ab eo & fratribus suis coram Legato apud Etone; & qualiter postulaverunt *W.* de *Cornhull*: Inquisivit itaque à singulis & universis, si vellent ipsum sibi præfici in Episcopum, & pastorem: Quo concesso, ex proprio ore cujuslibet, pronunciavit Prior in hunc modum; *In nomine patris, & filii, & spiritus sancti, ex parte nostrâ & vestrâ, nominamus & eligemus* W. *de* Cornhull, *Archidiaconum* Huntindoniæ, *in Episcopum nostrum & Pastorem*: quo dicto, Præcentor inchoavit ymnum *Te Deum laudamus*, submissâ voce, propter Interdictum; & sic intraverunt Ecclesiam cantantes, accensis luminariis omnibus, & organis sonantibus; & finito ymno in Ecclesiâ, & dictâ hac Oratione *Actiones*, à Priore, ascendit Prior pulpitum, & electionem factam puplicavit coram Clero & populo, tunc ibidem convocato, & pro electo suo supplicavit & appellavit.

Rogerus Pantolph miles dicit, quod de electione Monachorum & Canonicorum nichil scit, nisi de auditu; & dixit, quod audivit à quibusdam, quod Monachi habuerunt jus eligendi; & similiter à quibusdam, quod Canonici habuerunt jus eligendi; & similiter de *Cestriâ*.

Johannes Monachus *Coventriæ* juratus dixit, quod interfuit ubi in electione *W.* de *Gray*, nunc *Eboracensis* Archiepiscopi, apud Notingham, fuerunt Canonici *Lichfeldenses*, monachis renitentibus: veruntamen, per verba minatoria, quæ dixit Rex *Johannes*, metu sustinuerunt ipsos ibi esse. Requisitus quæ erant verba, dixit, *quod vos & ordinem vestrum destruam.* In isto metu Monachi & Canonici simul cantaverunt *Te Deum laudamus*; & in isto metu venerunt Monachi & Canonici ad Archiepiscopum propter confirmationem.

Dixit

Dixit etiam Rex *Johannes, non curo de appellationibus vestris, quia jam per contentionem Monachorum* Cantuariæ *multa mala sustinui.* Idem juratus dixit, quod ante tempus hujus electionis, interfuit in Capitulo suo, ubi Prior *Joybertus* fuit electus unanimiter, à toto Conventu *Coventriæ*, sine *Lichfeldiâ*, per mandatum Domini Papæ, quod habuerunt expressum de personâ ydoneâ eligendi: Verumtamen decretum eorum de electione *Joyberti* factum, ad Archiepiscopum non potuit pervenire, quia tunc erat in transmarinis partibus, & hoc potestate regiâ prohibente, ne Monachus eorum, cum decreto eorum ad Archiepiscopum transiret.

Idem juratus dixit, quod interfuit in Capitulo *Coventriæ*, ubi Prior & Conventus *Coventriæ* unanimi assensu elegerunt *W.* de *Cornhull*, sine *Lich.* in Episcopum, qui ante fuit postulatus apud **Etone** à Priore personaliter & quibusdam monachis, cum literis de rato, coram Legato *Nicholao.* Audivit autem à Priore & fratribus suis in reditu eorum de **Etone**, quod Prior dixit Legato, *Domine! audivimus quod Canonici* Lichfeldiæ *contulerunt vota sua in vos de eligendo*: Respondit Legatus, *Per animam istam non*, imponendo manum suam super pectus, dixit, *& si aliquando contulerunt ego renuncio.* Requisitus verò *Johannes*, si Canonici *Lichfeldenses* fuerunt apud **Etone**; dixit, quod audivit eos ibi fuisse, sed non interfuisse ubi ita fuit postulatio. Dicit etiam, quod interfuit ubi præsentata fuit electio apud *Cantuariam*, nec ibi interfuerunt Canonici. Dicit etiam, quod Dominus *Cantuarienſis* distulit confirmationem, quia non habuit electus eorum literas Domini Regis de absolutione à Curiâ. Prior *Joybertus* dixit Archiepiscopo, quando licentiatus fuit ab eodem, *Domine habeo custodiam plurium domorum, & ideo non possum ad eos venire, frequenter.: Ego feci, quod ad me pertinet, & vos faciatis quod ad vos pertinet, cum vobis placuerit.* De aliis electionibus nichil scit, nisi per auditum. Dicit etiam, quod audivit, quod sedes Episcopalis translata fuit à *Lichfeldiâ* usque ad *Cestriam*, tempore *Petri* Episcopi, sub *Alexandro* Papâ secundo, & Rege *Willielmo* Bastardo, per Concilium *Lanfranci* celebratum *Londoniis.* Demùm, tempore *Paschalis* Papæ, fuit translata sedes de *Cestriâ* usque ad *Coventriam*, sub Rege *Henrico* primo, & *Anselmo* Archiepiscopo, per *Robertum* de *Lymesi* Episcopum.

Roberto de *Lymesi* successit *Robertus Peche*. *Roberto Peche* successit *Rogerus* de *Clinton*, qui ☞ creavit Canonicos *Lichfeldiæ*: Ante non fuerunt ibi, ut audivit, nisi quinque Presbyteri, qui celebraverunt ad quinque Capellas. *Rogero* successit *W. Duredent*, qui fuit electus apud *Leycestriam* à Priore *Laurentio* & Monachis *Coventriæ*, coram Archiepiscopo *Teodbaldo*; Canonicis *Lichfeldiæ*, cum Clericis aliis Episcopatus reclamantibus, & appellantibus contra illam electionem; utraque pars —— ad Dominum Papam *Eugenium*, & Prior *Coventriæ* obtinuit pro electo suo, Canonicis redeuntibus confusis.

Waltero Duredent successit *Richardus Peche*, qui fuit electus à Monachis apud *Londoniæ.*

Requisitus si Canonici ibi fuerunt, dicit quod nescit. *Richardo* successit *Gerardus Pucella*, qui fuit electus a Priore *Moysi* apud *Ch*—— Requisitus si Canonici ibi interfuerunt; dicit, quod nescit. *Gerardo* successit *Hugo* de *Novant*, qui fuit electus *Londoniis* à Priore *Moysi*: Requisitus si Canonici ibi interfuerunt, dicit quod nescit. *Hugoni* successit *Galfridus*, qui fuit electus ab Archiepiscopo *Huberto*, Co—— sibi potestate *Eugenii*, illâ vice; & Priore *Joyberto*, qui tunc infirmabatur *Cantuariæ*, & non poterat ibi esse: Monachi tamen interfuerunt ibi cum literis de ratâ. Requisitus si Canonici interfuerunt; dicit, quod duo, qui dixerunt Archiepiscopo *Domine nos habemus jus in electione*: Respondit Archiepiscopus, Salvo jure utriusque Ecclesiæ do potestatem Decano *Lincolniæ*, Magistro *Rogero* de *Rolveston*; quia non curo, quod hac vice sit inter nos contentio; & ipse elegit *Gulfridum.* In confirmatione *Galfridi*, quæ facta fuit *Londoniis*, ut credit, noluit Prior *Joybertus* sustinere, quod Canonici *Lichfeldenses* essent secum ubi facta fuit postulatio.

Collatio Præcentoriæ Lichfeldensis; *per* Ricardum Peche Coventriæ *Episcopum.* Ex autogr. penès D. & Cap. *Lich.*

Ricardus Dei gratiâ *Coventrensis* Episcopus, omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos præsentes literæ pervenerint salutem, & benedictionem: Noverit universitas nos veræ Caritatis intuitu dedisse, & in perpetuam elemosynam concessisse *Matheo* Clerico nostro, Cantariam Ecclesiæ *Lichfeldensis*, cum omnibus pertinentiis suis, liberè & quietè imperpetuum possidendum, sicut *Walterus Duredent* eam unquam plenius & liberius possedit: Ecclesiam, *viz.* de **Ichinton**, & Ecclesiam de **Chadelesthunt**, cum omnibus suis appendiciis; nichilominus & terram de **Fulfen**. & tenuram *Blundelli* in **Mozehale**; & duas mansuras in **Lichefeld**; & Scoppam *Sheroldi Fabri*, & Cherchambrum; quæ omnia prædictum *Walterum* pacificè constat possedisse. Et ut hæc donatio nostra rata & inconvulsa in posterum permaneat, eam præsentis Scripti attestatione, & Sigilli nostri munimine confirmavimus; sub anathemate prohibentes, ne quis eam de cætero infringere præsumat: His testibus *Rogero* Archidiacono *Salopiæ*, *Richardo* Decano *Lichfeldiæ*; *Alano* Archidiacono *Staffordiæ*; *Augustino* Canonico & *Nigello*, Capellanis; *Philippo* Canonico; Magistro *Roberto* de *Hayâ*, *Galfrido Pecche*, *Richardo* de *Rushale* & *Waltero Foun*, Camerariis; *Hosberto* &——de Camerâ, *&c.*

Augmentatio ejusdem Præcentoriæ, in terris apud **Chadlesthunt**. Ibid.

Walterus Dei gratiâ *Coventrensis* Ecclesiæ Episcopus, omnibus Ecclesiæ Christi filiis salutem & paternam benedictionem: Notum sit caritati vestræ me investisse

Canonicè

Canonicè & integrè *Walterum* Clericum noſtrum præbendâ *Lichfeldenſis* Eccleſiæ, quæ fuit *Willielmi Ceſtrenſis* Archidiaconi, *ſcil.* Eccleſiâ de **Chadleſhunt**, cum omnibus appendiciis ſuis, & Eccleſiâ de **Ichenton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & terrâ de **Folefen**; & tenurâ *Blundelli* in **Moxeſhalle**, & duabus manſis in *Lichfeldenſi* burgo, & Cherchambro, liberè, quietè & Canonicè poſſidendis. Notum ſit & vobis me emiſſe totam tenuram *Richardi* filii *Sternulph* de **Chadleſhunt**; *ſcil.* domum & omnia ejus ædificia, cum manſurâ, & virgulto, & ſtagno, & croftis, & cæterâ totâ ejus terrâ, quæ tempore prædeceſſoris mei, *Rogerii Coventrenſis* Epiſcopi, tenuit in **Chadleſhunt** & in pertinentiis ejus, eodem *Richardo* prædictam terram mihi ſpontè & liberè vendente, quam in augmentum prædictæ Præbendæ, Deo & *Lichfeldenſi* Eccleſiæ, & prædicto *Waltero* Canonico, canonicè poſſidendam, me conceſſiſſe & dediſſe, veſtræ conſtet dilectioni. Et quoniam quod juſtè actum eſt, ratum haberi eſt dignum; prohibemus, ne quis ſuper hoc, de prædictâ poſſeſſione, vel minuendo, vel moleſtando, Eccleſiam *Lichfeldenſem* vel prædictum Canonicum inquietare præſumat. Teſtibus *Frogero* Archidiacono, *Rogero* Archidiacono, *Odone* Theſaurario, Magiſtro *Richardo*, Magiſtro *Zachariâ*, Magiſtro *Herberto*, *Aluredo* Monacho, Magiſtro *Humfredo*, *Rogero Durdent*, *Rabello Durdent*, & multis aliis.

Ibid. *Carta* Bonifacii Cantuarienſis *Archiepiſcopi, Eccleſias præbendales & alias poſſeſſiones* Lichfeldienſis *Eccleſiæ, confirmans.*

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Bonifacius* Dei gratiâ, *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, *Angliæ* primas, ſalutem in Domino; Conceſſionem & confirmationem bonæ memoriæ *Rogeri* quondam *Cov.* & *Lich.* Epiſcopi, factam dilectis in Chriſto filiis Decano & Capitulo Eccleſiæ *Lichfeldenſis*, ſuper Eccleſiis præbendalibus, & aliis poſſeſſionibus earundem, inſpeximus ſub hac formâ. *Rogerus* miſeratione divinâ *Cov.* & *Lich* Eccleſiæ miniſter humilis, dilectis in Chriſto filiis Decano & Capitulo *Lichfeldenſis* Eccleſiæ ſalutem in Domino ſempiternam. Obſequia divina cotidiè, quæ in Eccleſiâ noſtrâ *Lichfeldenſi* devotè exhibentur, nos ammonent, & inducunt, ut eandem Eccleſiam in Domino diligamus, & ipſius honorem, utilitatem, & incrementum paternâ ſollicitudine proſequamur: Eapropter, ut eadem obſequia futuris temporibus perpetuâ ſtabilitate pacificè perſeverent, de voluntate & conſenſu dilectorum in Chriſto filiorum Prioris & Conventus Monaſterii *Coventrenſis*, veſtris piis deſideriis annuentes, Eccleſias de **Bathocwell**: **Hope**, cum ejus Capellis; **Tideſwell**, *Kanoco*, *Rugele*, & de **Arleye**, cum omnibus ſuis pertinentiis, & dependentibus ex eiſdem; habito legitimo conſenſu omnium quorum aſſenſus debuit intervenire, vobis & per vos Eccleſiæ *Lichfeldenſi* prædictæ, ad uſus communes ſuſtinentium obſequia memorata concedimus & confirmamus; habendas in perpetuum pleno jure liberas & abſolutas ab omni juriſdictione Archidiaconali; decem ſolidos annuos de Eccleſiâ de **Sceneſtan**, x *l.* annuas de Eccleſiâ de **Dunchurch**, x *l.* annuas de Eccleſiâ de **Eſt Lemington**, x *l.* annuas de Eccleſiâ de **Bramleye**, xxiv. marcas annuas de Eccleſiâ de **Winewick**, xxx marcas annuas de Eccleſiâ de **Southam**, x marcas annuas de Eccleſiâ de **Watherfeld**, xx marcas annuas de Eccleſiâ de **Aſton**, habito conſenſu legitimo eorum quos præmiſſa continget, aut conſentientibus Priore & Conventu memoraris; vobis concedimus & confirmamus, per vos Eccleſiæ *Lichfeldenſi* prædictæ, ad uſus memoratos, perpetuo, abſolutè & liberè obtinenda.

Item de Eccleſiâ de **Waleſhall** Lx. ſol. annuos ad opus fabricæ ejuſdem Eccleſiæ *Lichfeldenſis*, & xx *s.* annuos ad opus vicariorum miniſtrantium in Miſſa beatæ *Mariæ* in eadem Eccleſiâ *Lichfeldenſi*. Item de Eccleſiâ de **Byuton** x marcas annuas ad opus Sacriſtariæ ipſius Eccleſiæ *Lichfel.* Et de bonis Eccleſiæ de **Polgrave** x. marcas ad opus ejuſdem. De Eccleſiâ de **Bradley** quinque marcas annuas ad opus Presbyteri miniſtrantis in Altari beatæ *Mariæ* in præfatâ Eccleſiâ *Lichfel.* Et de Canonicis de **Dale** xl *s.* annuatim, ad opus vicariorum miniſtrantium in eodem Altari, habito ſuper hoc conſenſu legitimo ejus, quorum aſſenſus debuit requiri, vobis & per vos Eccleſiæ *Lichfel.* prænominatæ concedimus & confirmamus, habenda ad uſus prænominatos in perpetuum. Propterea, ut omnia in Eccleſiâ & pro Eccleſiâ *Lichfel.* jam dicta, pro ſtudio ſtatuta, ordinata, proviſa, conceſſa, & confirmata à quibuſcunque perpetuâ firmitate ſolidentur, dictorum Prioris & Conventus interveniente conſenſu, volumus & concedimus, quod quotieſcunque Decanatum ejuſdem Eccleſiæ *Lichfeldenſis* vacare contigerit, vos & veſtri ſucceſſores imperpetuum, Decanum ejuſdem Eccleſiæ in formâ juris liberè eligant: Et quod idem Decanatus, qui conſiſtit in Eccleſiâ de **Brewod** & Capellâ de **Adbaſton**; Præcentoria, conſiſtens in Eccleſiis de **Ichentune** & **Chadeleſhunt**, cum earum Capellis; Theſauraria conſiſtens in Eccleſiis de **Sallew** & de **Wilne**, cum earum Capellis; Cancellaria conſiſtens in Eccleſiâ de **Airewas**, cum ſuis Capellis: Præbendæ de **Frekorde**, **Wekorde**, **Handelacre**, **Longedon**, **Stotfold**, **Biſhops-Hull**; *Pipa* minor, cum Eccleſiâ de **Prees**; **Berkſwyck**, **Uletheton**, **Wilkeye**, **Thachbrocke**, *Gaya*, **Horborne**, **Eccleſhale**, **Curburgh**, **Dernford**, **Terne**, **Weltington**, **Colewiz**, **Bobenhull**, **Ruyton**, **Weresbury**; & Præbendæ conſiſtentes in Denariis beati *Petri* de **Heywode**, **Brewode**, **Longdone**, **Eccleſhale**, & in certâ terrâ in **Derlete**, cum omnibus ad prædicta ſpectantibus & dependentibus ex eiſdem.

Et

Et Conſtitutiones bonæ memoriæ *Hugonis* prædeceſſoris noſtri, de conſenſu veſtro factæ ſuper Reſidentiâ Canonicorum, Cura animarum parochianorum veſtrorum juriſdictione eorundem, viſitatione faciendâ per Decanum, fructibus Canonicorum decedentium, firmâ ſtabilitate perpetuò perſeverent.

Omnia verò bona præliberata, & cætera univerſa, tam Eccleſiaſtica, quàm ſecularia, temporalia, ſpiritualia, cum omnibus ad eadem pertinentibus, quæ in præſentiarum rationabiliter habetis, ſeu futuris temporibus, (Deo concedente) juſtis modis poteritis adipiſci, vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum, autoritate Pontificali concedimus obtinenda; ac per vos Eccleſiæ *Lichfeldenſi* prænotatæ, cum omnibus libertatibus, conſuetudinibuſque perpetua, libera, integra, illibataque permanere: Et ſpecialiter, inter alia, quod Eccleſiæ *Coventriæ* & *Lichfeldiæ*, ſemper in electione Epiſcopi *Covent.* & *Lichfel.* pares, quoad numerum cenſeantur, licet in unâ ſit major numerus eligentium, quàm in alterâ; ſalvâ ſedis Apoſtolicæ proviſione, quam quoad hoc partes debere ſic intelligi conſenſerunt: Supradictis verò Conventu *Coventriæ* expreſſum conſenſum ad præmiſſa præſentibus, autoritate Pontificali, in nomine Dei ſtatuimus, ordinamus, & confirmamus. In præmiſſorum autem robur & teſtimonium, præſenti Scripto Sigillo noſtro Sigillato, memorati Prior & Conventus commune Sigillum Monaſterii eorundem, in eorum conſenſus teſtimonium fecerunt apponi. Valete in Domino. Data apud **Heywode** pridie Cal. *Septembris* anno gratiæ MCCLV. & pontificatus noſtri anno xi.

Nos autem conceſſionem & confirmationem prædictas, ratas habentes & gratas, eas ad humilem ſupplicationem dictorum Decani & Capituli, auctoritate metropolitanâ, prout juſtè factæ ſunt, concedimus & confirmamus. Data apud **Lambethe** xii *Febr.* anno gratiæ MCCLix.

Donatio de Ruggele, & Canok.

Ex Regiſtro albo penès Dec & cap. Eccle. Cath. Lichef. fol. 85.

Richardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, Comes *Andegaviæ*; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Archidiaconis, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Ballivis, & omnibus miniſtris & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Carta meâ confirmaſſe pro redemptione peccatorum noſtrorum & pro animâ patris noſtri & parentum noſtrorum Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & beati *Cedda* & *Lichfel.* & *Hugoni Coventr.* Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis *Coventr.* villam de **Ruggele** & villam de **Canoc**, cum Eccleſiis & Hundredis, & omnibus aliis libertatibus ſuis: Habendas & tenendas in liberam & puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus & firmiter præcipimus quod præfatus Epiſcopus & omnes ſui ſucceſſores poſt eum, habeant & teneant prædictas villas in puram & perpetuam elemoſinam, cum Eccleſiis, Hundredis, & omnibus aliis pertinentibus ſuis cum *Saccâ* & *Sochâ*, & *Tholl*, & *Theam*, & *Infanguenethef*, benè & in pace, liberè, quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in boſco & plano in pratis, in paſcuis, & paſturis, in vivariis, ſtangnis, & mariſcis; in aquis & molendinis; in vlis & ſemitis; in homagiis, releviis & ſerviciis, & in omnibus aliis rebus & locis, in Burgo & extra Burgum, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis. Teſt. *H. Dunelm.* & *God. Wynton*, & *Hub. Salesbur.* Epiſcopis; & *Willielmo Mareſcallo*, & *Henrico* de *Longo-campo*, apud *Cantuar.* Dat. per manum *Willielmi* de *Longo-campo* Elien. Clerici, Cancellarii noſtri, Anno primo Regni noſtri quarto die *Decembris*.

Confirmatio Papæ ſuper Eccleſiis de Arlegh, Connak, & Ruggele, *facta Capitulo* Lichfield.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ de **Lichfield** ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quòd juſtum etiam & honeſtum, tam vigor equitatis, quàm ordo exigit rationis, ut per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis precibus inclinati de **Arnlegh**, de **Cannoco**, & de **Ruggele** Eccleſias, cum earum pertinentibus nobis à venerabili fratre noſtro *W.* Epiſcopo *Coventriæ*, loci Dioceſano, de Capituli ſui aſſenſu piâ & providâ liberalitate collatas, prout in ejuſdem Epiſcopi literis plenius dicitur contineri, ſicut eas juſtè ac pacificè poſſidetis, vobis & per vos Eccleſiæ veſtræ, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem, omnipotentis Dei & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* tertio nonas *Maii* Pontificatus noſtri anno quinto. Ibid. f. 87. a.

Carta pro Præbendâ de Alrewas, *de placeâ juxta Cimiterium ipſius Præbendæ.*

SCiant præſentes & futuri quòd ego *Robertus* filius *Walteri* de **Alrewas**, conceſſi, reddidi & quietum clamavi Magiſtro *Adæ* de *Waleton* Cancellario Eccleſiæ *Lichfield*: Et Præbendario Præbendæ de **Alrewas** unam placeam terræ, quam de dictâ præbendâ tenui in **Alrewas**, jacentem juxta Cimiterium Eccleſiæ ejuſdem præbendæ, ad latus orientale ejuſdem Cimiterii. Habendam & tenendam eidem Magiſtro *Adæ* & ejus ſucceſſoribus in dictâ præbendâ in purum & proprium dominicum ejuſdem præbendæ imperpetuum: Ita quòd nec ego nec aliquis hæredum meorum, quicquam juris vel hæreditatis in dictâ placeâ unquam vendicare poſſumus vel habere: Pro quâ conceſſione, redditione & quietâ cl matione, Ibid. f. 92 & 93.

tione, præfatus Magiſter dedit mihi viginti ſolidos argenti præmanibus. In cujus rei teſtimonium, huic ſcripto ſigillum meum appoſui; hiis teſtibus, *Henrico* Clerico de **Alrewas**, *Willielmo* juxta aquam, *Gilberto Eliot*, *Rogero* filio *Matildis*, *Henrico* dicto Præpoſito, *Willielmo* filio *Walteri*, *Gilberto Kyde*, *Richardo* Capellano de **Alrewas**, & aliis.

Carta de Domibus London. *quas* Hugo Coventriæ *Epiſcopus emit pro* ——, *Epiſcopo* Lichfeld. *& ſuis ſucceſſoribus.*

Ibid. f. 95. a. b.

SCiant tam præſentes quàm futuri, quòd ego *Walterus* filius *Hugonis*, filii *Ulgerii*, demiſi & conceſſi *Johanni Buchomte* filio *Galfridi*, totum meſſuagium matris meæ cum omnibus pertinentibus illi meſſuagio, in ligno & lapide, abſque ullo retenemento; quod ſcilicet meſſuagium eſt inter murum *London*: Et terram *Hugonis Murdac*; quæ ſcilicet terra fuit *Johannis* filii *Kermini*; tenendum illi *Johanni*, & hæredibus ſuis, de me & de hæredibus meis, in fœdo & hæreditate firmabiliter: Reddendo inde per annum mihi & hæredibus meis dimidiam marcam argenti, & unum denarium infra Octabas Sancti *Michaelis*, pro omni ſervicio. Ego verò jam dictus *Walterus* debeo adquietare totum prædictum meſſuagium adversùs *Willielmum Martel* de unâ librâ Piperis per annum, & adversùs Dominum Regem de uno denario de *Langabulo* de portochâ ad feſtum Sancti *Martini*. Hanc autem conventionem ego *Walterus* affidavi prædicto *Johanni* fideliter tenendam pro me & pro hæredibus meis; & *Johannes* affidavit mihi *Waltero* hanc eandem conventionem fideliter tenendam pro ſe & pro hæredibus ſuis abſque malo ingenio: Pro hac autem dimiſſione & conceſſione dedit prædictus *Johannes* mihi *Waltero* centum ſolidos in gerſummâ. Hiis teſtibus *Rogero* Capellano, *Gilberto* de *Cranford*, *Rogero* de *Northale*, *Hugone Bret*, *Nathinel* de *Newlande*, *Adâ* de *Greneford*, *Thomâ* de *Sancto Johanne*, *Johanne Kabul*, *Godfrido Uſcarle*, *Alano* de *Bicleton*, *Radulpho Darel*, *Willielmo* filio *Hamonis*, *Radulpho* fratre ſuo, *Johanne Buchomte*, *Henrico* filio *Alwini*, *Ricardo* filio *Reinerii*, *Radulpho* de *Corinhull*, *Willielmo* filio *Sabelini*, *Johanne* filio *Nigelli*, *Johanne* filio *Exletis*, *Jordano Peverel*, *Johanne Burguntinn*, *Conſtantino* filio *Alulfi*, *Fromundo* fratre ejus, *Baldwino* filio *Baldwini*, *Johanne Wakelin*, & multis aliis.

Donatio de **Stringhale**, *Epiſcopo Ceſtriæ, & ſuis ſucceſſoribus.*

Ibid. f. 98. a.

HUgo Comes *Ceſtriæ* & *Matilda* Comitiſſa mater ejus, Conſtabulariis, Dapiferis, Juſticiariis, Baronibus, & omnibus hominibus ſuis ſalutem. Vos ſcire volumus nos dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam, *Waltero* Epiſcopo *Ceſtriæ*, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, & ejus matri Eccleſiæ, pro Comitis *Ranulphi* Domini noſtri abſolutione, & pro Animæ ipſius, & Anteceſſorum noſtrorum, & noſtrarum animarum redemptione; & nominatim pro dampnis quæ *Ranulphus* Comes prædictæ Eccleſiæ & Epiſcopo intulit: **Stivinghale** cum molendino, quod eſt juxta parcum, & cum terrâ **Duillet**, & cum terrâ parcarum & cum omnibus pertinentiis ipſius villæ; ut teneat eam ab omni ſervicio ſeculari ſolam & liberam & quietam in boſco in plano, in molendinis, in aquis, in paſchuis, in pratis, in pannagiis, & cum omnibus utilitatibus ad illam villam pertinentibus, excepto parco, & vivariis piſcibus: Et volumus & firmiter præcipimus ut Epiſcopus teneat villam illam cum omnibus prædictis, ita liberè & quietè, ſicut aliquis Epiſcopus tenet liberiùs & quietiùs Eccleſiæ ſuæ poſſeſſiones. Teſte *Euſtachio* Conſtabulario, *Roberto* Dapifero, *Willielmo Malbanc*, *Willielmo Patric*, *Roberto Bannſter*, *Thomâ* de *Verdon*, *Aluredo* de *Combriâ*, *Hugone Auſtricario*.

Ordinatio Domini Cantuarienſis *Archiepiſcopi de Capellis Eccleſiarum Parochialium reparandis, & ornamentis inveniendis in eiſdem.*

FRater *J.* permiſſione Divinâ *Cantuarienſis* Eccleſiæ minister humilis, totius *Angliæ* Primas; dilectis filiis Decano & Capitulo *Lichfeld.* ſalutem, gratiam, & benedictionem. Cùm nuper Eccleſiam veſtram cum pertinentiis jure metropolitico viſitantes, defectus ipſius reformare ſollicitè, conaremur; quædam invenimus nobis clamore celebri nunciata, quæ altiſſimo diſplicentia, & piis mentibus execranda, non valuimus cum diſſimulationis mollitie pertranſire. Veruntamen ſi recolitis noſtræ defferri prudentiæ cupientes, vobis indulſimus ut ea ante Feſtum Sancti *Michaelis* proximo præteritum ſtuderetis integrè reformare: Alioquin extunc juxta officii noſtri debitum eorum correctioni manus ad ea nos appoſituros proteſtatione notoriâ ſpoſpondimus correctrices: Et tamen vos vel aliis diſtracti, vel fortè ſpontaneè negligentes illum hujus uſque in præſens remedium impendiſtis: Non eſt ergo ratio quare cordibus veſtris contra nos debeat ſuboriri ſuſpicio ſi ceptum ampliamus officium; præſertim cum in talibus ſolum nobis accreſcat tædium: Cum etiam vos nobis ſitis noti & kariſſimi. Habentes nos vobis multiplici meritorum gratia obligatos, & illi extra quibus alleviandis intendimus ignoti penitùs & ſolo vincti nobis vinculo officii paſtoralis: Occurrunt igitur primitus quædam in Eccleſiâ de **Bauquell** & Capellis eidem annexis, quæ ad communam veſtri Capituli pertinere noſcuntur penitùs reformanda: Quis enim audire valeat patienter Diaconum & Subdiaconum tam affluentis Eccleſiæ ſibi querere neceſſariis mendicando, cum miniſter Altaris ſecundùm jus divinum pariter & humanum de bonis debeant Eccleſiæ communibus ſuſtentari. Idcirco ſtatuimus & in poſterum ſtabiliter diffinimus, ut Diaconus & Subdiaconus ſint vicario ipſius Eccleſiæ commenſales; & ſub ipſius die nocteque maneant diſciplinâ, ut ſibi ipſis perhibere

Ibid. f. 102.

valeant

valeant teſtimonium honeſtatis: Sitque reverentior clericalis auctoritas à convictu papali ſeparata; & quia ad hoc & cetera reſidentiæ honera hoſpitum quoque curam non ſufficit portio vicaria ei hactenus aſſignata; utpote viginti marcæ, penuriam vix tranſcendens, eidem decem marcas Sterlingorum adicimus, percipiendas de Alteragio omni anno, nec ſine familiâ honeroſâ, cum duos presbiteros una-cum Diacono & Subdiacono, & miniſterio Eccleſiæ habere in mensâ ſuâ omni tempore teneatur; Diacono marcam: Subdiacono verò decem ſolidos annis ſingulis, pro veſtibus impenſurus: Volumus inſuper ibidem eſſe duos clericos ſcolaſticos per parochianorum de quorum habeant vivere elemoſinis induſtriam eligendos, qui Aquam benedictam circumferant in parochiâ & Capellis diebus dominicis & feſtivis in divinis miniſtrantes officiis, & pro Feſtis diebus diſciplinis ſcolaſticis indulgentes.

☞.

In capellis autem annexis, magna veſtrorum reperimus gravamina ſubditorum; cum enim decimas, ac cæteras eorum elemoſinas in uſus veſtros liberè convertatis, ſic eiſdem onus totum imponitis capellarum, ut earum neceſſe habeant paſcere ſacerdotes, providere de libris & ceteris ornamentis; & ipſarum capellarum fabricam ſuis ſumptibus cuſtodire; quia vobis debeant ſua gratis exhibere ſtipendia, qui in eorum excubiis minimè vigilatis; quia vos ſuis carnalibus paſcere teneantur, quibus ſpiritualem non impenditis paſtionem; verè in vobis querela Prophetica locum habet, quâ dicitur, *Ve paſtoribus Iſraelis, qui paſcebant ſemetipſos & lac comedebatis, & latus operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, Gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmum ſit, non conſolidaſtis* &c. Sed aiunt nonnulli veſtrum quòd Capellæ parochianis ipſis ex gratiâ ſunt conceſſæ, quia ad matricem Eccleſiam pro importunitate viarum & temporum & diſtantiæ longitudine, accedere ſæpiſſime nequeunt ullo modo; nec infirmis periclitantibus commodè provideri. Et nos è contra fronte liberâ affirmamus, quod prædictis cauſis ſtantibus, paſtorum ipſorum metentes, carnalia tenentur eis ratione recepti beneficii in ſpiritualibus providere, & periclitantes oves requirere; & eis etiam ſi oportet cum periculo vitæ propriæ ſubvenire: In vobis igitur, niſi ſecus egeritis; Prophetica queremonia cenſebitur adimpleta, quâ dicitur, *Diſperſi ſunt greges mei & non erat qui requireret; non erat inquam qui requireret*: Iſtos igitur defectus taliter duximus reformandos non ſine prejudicio parochianorum, teſte conſcientiâ ut putamus; ut videlicet Capellarum corpora, & Cancellos parochiani ſuſtineant & reficiant, ac de Calice provideant & miſſali: Capitulum autem veſtrum de libris aliis provideat, & omnibus ornamentis, quod ad omnis Epiſcopatus veſtri Rectores ſeu vicarios locorum extendi volumus, ubi ſecus factum eſſe dinoſcitur, toto onere ornamentorum & librorum erroneè parochianis impoſito quacunque conſuetudine contrariâ quæ corruptela verius dicitur, ſeu ordinatione cujuſcunque inferioris noſtri penitus non obſtante.

Circa ſuſtentationem verò Presbiterorum in eiſdem capellis miniſtrantium taliter declaramus ordinari; ut videlicet Capellæ de **Tadyngton, Langedon, Baſſelowe**, prænominatæ Eccleſiæ de **Bauquell** ſubjectis; Capitulum veſtrum de idoneis provideat Capellanis, ad quorum ſuſtentationem Capitulum cum parochianis ex æquo dividant portiones; ambo ad minus duas marcas & dimidiam largiendo: De Capellâ verò de **Chelmerdon** neceſſe eſt aliter ordinare, proventus enim ipſius ſexaginta marcas valere dicuntur, quarum duas partes recipit prior de **Lenton**; cetera verò ad Capitulum veſtrum noſcitur pertinere: Juſtum eſt igitur ut proportionaliter Capellæ onera dividantur; ut videlicet duas partes librorum & ornamentorum (exceptis miſſali & caſice) exhibeant Monachi; tertiam verò veſtrum Capitulum ſubminiſtret: De miniſtrante autem in Capellâ Presbytero Capitulum veſtrum provideat, quia prior prædictus nunquam in poſſeſſione de ipſo fuiſſe dicitur, providendi quinque marcas etiam ad ſuſtentationem annis ſingulis exhibeat ſacerdotis ad quas ſolvendas de ſufficienti annis ſingulis provideat cautione priuſquam prædictas decimas de Capellæ parochialibus finibus abducere permittatur; ipſum autem priorem licentiùs oneramus quòd contra jus commune Decimas recipit prætaxatas, & illis à quibus recipit carnalia pauca vel nulla alia quantum apparetur exteriùs ſpiritualia ſubminiſtrat.

Parochiani inſuper de **Chelmerdon** duas marcas cum dimidio ipſi Capitulo, tanquam ſalutis ſuæ mediatoribus conferant; non ſuis uſibus recondendas, ſed adjecta unâ marcâ de bonis ipſius Capituli acceptâ annuatim de fructibus Capellæ de **Beyghelegh**, quam ſibi ipſum Capitulum recipere conſuevit; adjunctis inſuper viginti ſolidis à parochianis ipſius Capellæ de **Byghelegh**, quos ad hoc præſentibus obligamus: Hoc etiam in ſummâ quinque marcas tribuant annis ſingulis ſacerdoti in ipſâ Capella de **Byghelegh** pro tempore miniſtranti.

De Capellâ verò de **Montalch** taliter providemus; ut, præter duodecim acras terræ fruciferæ, quas dudum in fundatione Capellæ parochiani celebraturo ibidem ter in ebdomadâ Presbitero contulerunt, unam marcam annis ſingulis adiciant, reſiduum verò Capitulum veſtrum adicere teneatur, ut ad honorem divini nominis, & cultus ſui augmentum ibidem ſacerdos continuè celebrans, ad populi regimen habeatur.

Quia verò ſacerdos celebrans in Capellâ de **Herthill** congruam pro ſuſtentatione ſuâ ab ipſo Capitulo habere dicitur portioni, nichil circa illam innovandam credimus niſi ut in inventione librorum, ac ornamentorum aliorum pro Altaris & Eccleſiæ miniſterio forma teneatur quæ ſuperius eſt expreſſa: Solutioni autem dictorum neceſſariorum in hac formâ ſacerdotibus miniſtrantibus præcipimus exhiberi; ut totius ſcilicet quantitatis medietatem recipiant

piant in festo Sancti *Michaelis*, aliam verò medietatem in festo *Annunciationis* dominicæ fine dilationis tædio, propter Deum; quia quicquid ei subtrahitur vel imponitur oneroſum in populi sibi commissi dispendium noscitur redundare : Annum autem præsentem huic ordinationi inserimus, ut quod omissum est in festo Sancti *Michaelis* præterito scelerius supleatur: Obsecramus igitur per sanguinem Ihesu Christi ut huic ordinationi nostræ velitis liberaliter immo & misericorditer assentire, vestrarum advertentes periculum animarum; inter peccata enim filiorum *Helyh* noscitur fuisse gravissimum, quòd extorsione immoderatâ illorum qui offerre ad sustentationem Sacerdotum populus consuevit, ipsius populi evacuabant merita, dum dabat indevotè & involuntariè illa quæ sola devotio voluntaria acceptabilia facit dominicæ Magestati : Idcirco cum prædicti filii *Hely* filii *Belial* essent luxurioſi, pariter & guloſi, pro hoc tantum præcipuè condemnantur, quòd in offerendo faciebant populum indevotum : Ait enim scriptura, *Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quòd homines à Sacrificio Domini detrahebant* : Ne igitur cum *Hely* reprobo, pro subtractione correctionis debite arguantur, vobis in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus prædictam Ordinationem nostram integrè per omnia observetis, eam infra mensem à tempore præsentium admittentes; alioquin expresso populo manum dabimus advictricem, contra vos juxta quod Justitia patitur processum.

Eadem insuper districtione præcipimus ut in locis omnium præbendarum, in quibus nondum sunt instituti infra festum *Purificationis* virginis gloriosæ proximò sequuturum, vicarii instituantur idonei, pro temporalibus quæ recipitis populis quibus tenemini spiritualia compensantes; quia qui operari renuit, manducare à populo prohibetur.

Circa mortuarios verò à vestris subditis Ecclesiarum de Tyddeſwel, & Bauquell, & aliarum ad Capitulum pertinentium exigenda, modo tenetis, ut primâ facie apparet impiam & iniquam quod pro libitu vestro magnum vel modicum facitis inhumane : Nec etiam defuncti debitis deferentes quorum duorum quod sit celeratius ignoramus, vel in scandalum viventium prædari defunctum in his quæ ex solâ gratiâ conferri consueverunt vel mortuo exigere obsequium de substantiâ alienâ.

Modum annectimus etiam decimandi circa agnes, vellera, & similia, in quibus modum tenere dicimini in solitum omni honeste *Cantuarienſis* Provinciæ regioni, quo accedit & consimilem extat errorem, quod à suis se laboribus transigentibus in omni vigore decimas extorquetis, quibus habetis cum sua non sufficiunt caritatis imperio & fidei formatæ dictamine, juxta quod sufficitis in necessariis providere, quorum clamor ad lacrimas provocans cor nostrum, ut *Jacobus* ait *In aures Domini Saboath introivit.*

Abusione insuper mirabili de vaccarum proventibus, quæ à quinquaginta annis & amplius non fuerint, decimas execrabiliter exigitis, quarum donatores novem partium nihil habent.

Pro probationibus insuper Testamentorum pecuniam accipitis, ut lugere faciatis oculos viduarum, quam ut aiunt Eloquia contra deducentes, eis est Dominus auditor, Quâ fronte insuper illos qui ibi legant fabricæ Ecclesiæ morientes propter hoc decernitis intestatos; obsecramus si sacræ paginæ deberi obedientiam senciatis recolite per *Moysen* scriptum esse, *Iste est sermo quem præcipit Dominus omnis voluntarius & prono animo offerat Domino* &c. Quando dicetis illam artificum legalium querelam laudabilem, *plus offert populus quàm interest.* Justit quoque *Moyses* oblationes superfluas prohiberi. Quis insuper audire valeat patienter vos in hoc devotionem populi specialiter decretare, quod ipsis nolentibus in suis parochialibus Ecclesiis sacerdotes suis sumptibus exhibere, qui cotidie celebrent missam virginis glorioſæ, juribus Ecclesiæ in aliis inoffensis, vos nullatenus ut dicitur fieri sustinetur, nec aliquam Capitulo vestro contribuant portionem, Thinnama Sanctissimum in usus vestros contra legis imperium convertendo. *Erubescè ergo Sidon* vobis dicitur *ait Mar*..... dum non sicut populus sit Sacerdos, sed spiritum populi convertit in carnem Sacerdotium venale, utique non regale, quòd ne fiat de cetero sub anathemate prohibemus, ut benedictiones illius quæ per virginem in omnem creaturam noscitur descendisse, hujus columbarum impudentissimi venditores nisi decetero peniteant sint expertes : vos igitur, ut filios charissimos monemus & exhortamur in Domino nichilominus, quòd in virtute obedientiæ vobis præcipiendo mandantes, ut præscriptis omnibus & singulis animos vestros obtemperare curetis; ac ipsa infra tempus præfinitum à receptione præsentium publicetis seu per alios in locis ipsis distinctè & apertè publicari faciatis, ita vos in hac parte devotos ostendentes, ne censuram & rigorem Canonum contra vos, tanquam nobis & juri obnoxios acrius exercere compellamur inviti. Datum apud *Norwicum* decimo tertio Calendas Decembris, Anno Domini Millesimo Ducentesimo octogesimo; Consecrationis nostræ anno secundo.

Confirmatio Comitis I. *ſuper libertatibus Regiis Eccleſiæ & Epiſcopis* Covent. *conceſſis, & amotione Monachorum.*

OMnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, *Johannes* Comes *Moriton* salutem; Noverit Universitas vestra, quod ego Cartas & Instrumenta, quæ Venerabilis Pater meus *Hugo Coventr.* Episcopus habet à Domino *H.* patre meo, & à Domino Rege fratre meo Regibus, super immunitatibus & libertatibus sibi ab eis indultis propriis oculis inspexi, & inspecta approbavi; & quantum ad me tunc pertinebat, sine ratione temporis vel occasione qualibet imposterum posset percipere confirmavi : Ut igitur omnes libertates per Cartas eorundem Ibid. f. 115. 2.

rundem Regum, ſive alterutrius eorum ſibi & ſucceſſoribus ſuis confirmatas ipſe & ſucceſſores ſui imperpetuum benè & in pace, liberè & honorificè habeant & poſſideant, eas Sigilli mei ſemper valituro munimine communivi: Ordinationem quoque Eccleſiæ *Coventr.* quæ de Canonicis ſecularibus à Domino Papâ *Clemente* facta eſt & à Domino Rege *Ricardo* fratre meo approbata, & omnium Epiſcoporum *Angliæ* conſilio confirmata imperpetuum duraturam, nicholominus Sigilli mei atteſtatione roboravi. Teſte *Roberto* Comite *Mellenti* & *Gerardo* de *Camvill*, *Willielmo* filio *Walkelini*, *Roberto* de *Mara*, *Roberto* de *Teyll*, *Lucâ* de *Trublevill*, *Ricardo* filio *Rogeri*, *Ricardo* de *Vernun*, *Benedicto Gerret*, & multis aliis.

Confirmatio Regis Henrici *tertii de donatione Eccleſiæ de* **Bathekewelle** *Eccleſiæ Sancti* Teddæ Lichf. *per R.* Johannem *facta* —

Ibid. 1 HEnricus Dei Gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitaniæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem: Inſpeximus Cartam quam inclitæ recordationis *Johannes* quondam Rex *Angliæ* pater noſter dum fuit Comes *Moriton* fecit Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & Sancti *Cedda* de *Lichf.* de Eccleſiâ de **Bathecwell**, cum omnibus præbendis ejuſdem Eccleſiæ in hæc verba;

"Univerſis ſanctæ Matris Eccleſiæ ad quos "literæ præſentes pervenerint *Johannes* Comes "*Moriton* ſalutem; Univerſitati veſtræ notum "facio, me, pro amore Dei, & pro ſalute a- "nimæ meæ dotaſſe & in perpetuam elemoſi- "nam conceſſiſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* & "Sancti *Cedda Lichfeld:* Eccleſiam de **Bu- "thecwell**, cum omnibus Præbendis ejuſdem "Eccleſiæ, & cum omnibus quæ ad eandem "Eccleſiam, vel Præbendas pertinent, ut ſe- "cundùm ordinationem chariſſimi amici *Hu- "gonis* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, vel in Præ- "bendas Eccleſiæ de **Lichfield**, vel in com- "munam Canonicorum, ſivè alio modo "quo voluerit vel . . . . . , expedi- "re Præbendæ . . . . . de **Baucwell** in "proprietatem Eccleſiæ de **Lichfield** debe- "ant converti; ſalvo tamen Servitio trium "presbiterorum, qui Eccleſiâ de **Baucwell** "deſervient, & juxta arbitrium Epiſcopi ra- "tionabilem ſuſtentationem habebunt; Ordi- "nationem namque præfati Epiſcopi, quam "ſuper hoc fecerit ratam habeo, & futuris "temporibus ſemper habebo, Eccleſiâ autem "de **Lichfield** conceſſit mihi unum Presbite- "rum Præbendarium in Eccleſiâ de **Lichfield**, "qui ſingulis diebus vitæ meæ Miſſam cantabit "pro ſanitate & incolumitate meâ; & poſt "mortem meam omnibus diebus Miſſa pro ſa- "lute animæ meæ cantabitur imperpetuum: "Ut igitur hæc mea donatio, nullâ futurorum "temporum malignitate valeat divelli; ſed "quod Deo datum eſt ſemper debeat inviola- "biliter obſervari, Donationem ipſam ſuper "Altare Dominicum propriâ manu feci, & "Sigilli mei impreſſione corroboravi; Hiis te- "ſtibus *Ranulpho* Comite *Ceſtriæ*, *Waltero* de "*Donſtanvill*, *Gerardo* de *Chamvill*, *Roberto* "*del' Teil*, *Engeliamo* de *Pratell*, & aliis "Datum apud *Lichf.* per manum *Stephani Ri- "del* Cancellarii noſtri, menſe *Aprilis* in Cra- "ſtino Paſchæ anno tertio Regni Regis *Ri- "cardi.*

Nos autem prædictas donationem & conceſſionem ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus, ſicut Carta prædicta rationabiliter teſtatur. Hiis teſtibus Venerabili Patre *W. Bathon.* & *Wellen.* Epiſcopo, *Rogero* de *Leybourn*; *Roberto Aguillon*, *Johanne Verdon*, *Willielmo* de *Grey*, & aliis. Datum per manum noſtram apud **Kenille- worth** ſeptimo die *Septembris*, anno Regni noſtri quinquageſimo.

Conceſſio tertiæ Præbendæ ad vitam in Eccleſiâ de **Baukewelle**, *pro aureo annuo.*

OMnibus ad quos præſentes literæ perve- Ibid. f. nerint, *H.* miſeratione divinâ *Coven-* 116. *trenſis* Epiſcopus & Decanus de **Lichfield**, totumque ejuſdem Eccleſiæ Capitulum ſalutem in vero ſalutari. Noverit univerſitas veſtra quòd Dominus *Johannes* Comes *Moriton* in perpetuam & puram elemoſinam conceſſit Nobis & Eccleſiæ noſtræ de **Lichfield**, Eccleſiam de **Baucwell** cum omnibus ad eam pertinentibus, & quam *Matheus* Canonicus tempore donationis illius in Eccleſiâ eadem tertiam poſſedit Præbendam; ſicut nec debuimus ita nec volumus eum beneficio ſuo privare, ſed conceſſimus ei quòd omnibus diebus vitæ ſuæ beneficium illud integrè poſſideat: Solvendo inde ſingulis annis in Feſto Sancti *Michaelis* Capitulo de *Lichf.* unum aureum nomine penſionis.

Donatio commune Lichf. *Eccleſiarum* de **Arn- legh**, **Cannok**, **Ruggele**, *duarum portionum de* **Baukwell**, *& viginti marcarum in Eccleſiâ de* **Hope**.

W. Divinâ permiſſione *Coventrenſis E-* Ibid. f. piſcopus; Omnibus ſanctæ Matris 118. Eccleſiæ filiis, hoc præſens ſcriptum viſuris ſalutem in vero ſalutari: Cùm Eccleſia *Lichfield.* per beneficium commune in Divinorum executione laudabilior exiſtat, commonemur, & volumus ipſam proſpectâ opportunitate promovere: Hinc eſt quòd Eccleſiam de **Arn- legh**, & Eccleſiam de **Cannoco**, & Eccleſiam de **Rugelegh**, cum pertinentiis ſuis, & duas portiones in Eccleſiâ de **Baucwell** & viginti marcas de Eccleſiâ de **Hope** memoratæ commune confirmavimus, ſicut in Cartis quas habent Canonici de prædictis Eccleſiis continetur expreſſè valeat.

Donatio

Donatio Eccleſia de Gnouſale, *cum ſuis Præbendis Archidiacono* London: *facta per* R. *Epiſcopum* Ceſtr.

Ibid. f. 127. a. ROgerus Dei gratiâ *Ceſtrenſis* Epiſcopus, Clero & populo & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis*, totius Epiſcopatus ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe *Gulielmo London.* Archidiacono Eccleſiam de *Gnoweſalâ* cum omnimoda ipſius pertinentia, tam in Donatione, quàm in Donatione Præbendarum, vel quarumlibet poſſeſſionum ei adjacentium: Et volo & præcipio ut præfatus Archidiaconus prænominatam Eccleſiam, cum omnimodis ſuis pertinentiis in Eccleſiis, Capellis, Decimis, terris, pratis, paſcuis; in boſco & plano, & aliis conſuetudinibus & libertatibus, benè & quietè, liberè & honorificè in omnibus teneat, ſicut Canonici ejuſdem Eccleſiæ tempore Regum vel prædeceſſorum meorum, meliùs, quietiùs, liberiùs & honorificentius tenuerunt: Hujus Donationis & conceſſionis ſunt teſtes *Ricardus* Archidiaconus, *Rodbertus* Archidiaconus, *Gulielmus* de *Vilers* Archidiaconus, *Ingenulfus* Abbas de Bildewas, *Rogerus* Capellanus Epiſcopi, *Radulphus Petter*, *Radulphus Pincerna.*

Donatio Regis de Eccleſiâ de Gnouſalâ *facta Eccleſiæ* Lichfield.

Ibid. f. 127. b. STephanus Rex *Angliæ*, Juſticiariis & Vicecomitibus & miniſtris & omnibus hominibus & fidelibus ſuis de *Staffordſcirâ* ſalutem: Præcipio quòd Eccleſia de Lichfield teneat Eccleſiam de Gnoweſhala, cum omnibus pertinentiis ejus ita benè & in pace, & liberè & quietè & honorificè, & juſtè, ſicut illam unquam melius tenuit, cum omnibus libertatibus & aliis conſuetudinibus ad eam pertinentibus tempore Regis *Henrici*; Ne ſuper hoc fiat ei inde injuria vel contumelia. Teſte *Ricardo* de *Canvill* apud *Eborum.*

Collatio Præcentoriæ Lichf. *& deſignatio in quibus conſiſtit dicta Præcentoria, ſcilicet in Eccleſiâ de* Ichinton.

Ibid. f. 129. a. RIcardus Dei Gratiâ *Coventrenſis* Epiſcopus; Omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem, & benedictionem. Noverit univerſitas veſtra, nos veræ caritatis intuitu dediſſe & in perpetuam elemoſinam conceſſiſſe *Matheo* Clerico noſtro Cantariam Eccleſiæ *Lichf.* cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè & quietè imperpetuum poſſidendam, ſicut *Walterus Duredent* eam unquam plenius & liberius poſſedit; Eccleſiam videlicet de Ichinton, & Eccleſiam de Chadeleſſunt, cum omnibus ſuis appendiciis; Nicholominus etiam terram de Fulken, et tenuram *Blundelli* in Morchale, et duas manſuras in Lichfield et ſcoppam *Thoroldi Fabri*, et Cherchambrun; quæ omnia prædictum *Walterum* pacificè conſtat poſſediſſe: Et ut hæc donatio noſtra rata et inconvulſa in poſterum permaneat, eam præſentis ſcripti atteſtatione et Sigilli noſtri munimine confirmavimus: ſub anathemate prohibentes, ne quis eam decetero infringere præſumat: Hiis teſtibus *Rogero* Archidiacono *Salop*, *Ricardo* Decano *Lichfield*; *Alano* Archidiacono *Stafford.* *Auguſtino* Canonico, & *Nigello* Capellanis, *Philippo* Canonico, Magiſtro *Roberto* de *Haiâ*, *Galfrido Peccham*, *Ricardo* de *Ruſhale*, *Waltero Poun* Camerariis; *Hosberto* & *Frige* de Camerâ, *Willielmo* de *Norton*, *Willielmo Pincerna*, *Roberto* de *Belmunt*, *Roberto* filio *Radulphi*, *Waltero*, & *Thomâ.*

Collatio Præcentoriæ Lichf. *& augmentatio ejuſdem in terris apud* Caddeleſhunte.

Ibid. f. 131. b. WAlterus Dei gratiâ *Coventrenſis* Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus Eccleſiæ Chriſti filiis ſalutem, & paternam benedictionem: Notum ſit caritati veſtræ, me inveſtiſſe Canonicè & integrè *Walterum* Clericum noſtrum in Præbendâ *Lichfield.* Eccleſiæ quæ fuit *Willielmi Ceſtrenſis* Archidiaconi, ſcilicet Eccleſia de Chadeleſſu, cum omibus appendiciis ſuis, & Eccleſiâ de Ichinton, cum omnibus pertinentiis ſuis, & terrâ de Fulken, & tenurâ *Blundelli* in *Morſchalâ*; & duabus manſuris in *Lichf*: burgo & Cherchambro, liberè & quietè Canonicè poſſidendis. Notum ſit etiam vobis, me emiſſe totam tenuram *Ricardi* filii *Stenulfæ* de *Chadleſhunte*; ſcilicet domum & omnia ejus ædificia, cum manſurâ & virgulto, & ſtagno & croftis, & ceterâ totâ ejus terrâ, quam tempore prædeceſſoris mei *Rogeri Coventrenſis* Epiſcopi tenuit in Chadleſhunte, & in pertinentiis ejus, eodem *Ricardo* prædictam terram mihi ſponte & liberè vendente; quam in augmentum prædictæ præbendæ, Deo & *Lichf.* Eccleſiæ, & prædicto *Waltero* Canonico canonicè poſſidendam, me conceſſiſſe & dediſſe veſtræ conſtet dilectioni; Et quoniam quod juſtè actum eſt, ratum haberi eſt dignum; prohibemus ne quis ſuper hoc, de prædictâ poſſeſſione, vel minuendo vel moleſtando Eccleſiam *Lichfield.* vel prædictum Canonicum inquietari præſumat. Teſte *Frogero* Archidiacono, *Rogero* Archidiacono, *Odone* Theſaurario, Magiſtro *Ricardo*, Magiſtro *Zachariâ*, Magiſtro *Herberto*, *Alueredo* Monacho, Magiſtro *Humphrido*, *Rogero Duredent*, *Rabello Duredent*, & multis aliis.

Carta de Domibus Epiſcopi apud London: *ſuper le* Stronde.

Ibid. f. 137. & 163. b. SCiant præſentes & futuri, quòd ego *Rogerus* dictus *le Amuener* dedi, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Domino *Rogero* de *Mulent Coventrenſi* & *Lichfeldenſi* Epiſcopo, quandam partem terræ meæ, cum ædificiis ſuper ædificatis, cum lignis, lapidibus, arboribus & omnibus aliis pertinentiis, quæ terra jacet in parochiâ Sanctæ *Mariæ de la* Stronde, extra London versùs *Weſtmonaſterium*, inter terram meam versùs occidentem, & terram dicti Domini *Rogeri* versus orien-

orientem ; & extendit à vico regio , qui ducit à London ad *Weſtmonaſterium* uſque ad *Tamiſiam* ; & continet in latitudine in Capite aquilonari, juxta vicum Regium novem ulnas & dimidiam , & ſex polices ; & in medio undecim ulnas & duodecim polices : Et in Capite auſtrali juxta *Tamiſiam* ſeptem ulnas & dimidiam & quinque polices in latitudine. Habendum & tenendum de me & hæredibus meis, dicto Domino *Rogero* & ſucceſſoribus ſuis & Eccleſiæ ſuæ *Lichf.* liberè, quietè in pace & integrè imperpetuum , Reddendo inde annuatim mihi & hæredibus meis tres ſolidos ad Paſcham , pro omni ſervitio, exactione, fidei datione , juramentis , ſectis Curiæ & demandâ ſeculari : Et ego *Rogerus* dictus le *Amnener* & hæredes mei & mei aſſignati , totum prædictum tenementum , cum libero introitu & exitu , & omnibus aliis pertinentiis nominatis & non nominatis , dicto Domino *Rogero* & ſucceſſoribus ſuis & Eccleſiæ ſuæ prædictæ , contra omnes gentes warantizabimus , acquietabimus , & defendemus , per prædictum liberum ſervitium imperpetuum. Pro hac autem Donatione , conceſſione , & præſentis Cartæ meæ confirmatione dedit mihi prædictus dominus *Rogerus* viginti marcas *Sterlingorum* præmanibus in *Gerſumma* : Conceſſi etiam pro me & hæredibus meis dicto Domino *Rogero* & ſucceſſoribus ſuis , quòd faciant Cayum ſuum ſecundùm quod ſibi viderint expedire uſque ad Cayum Domini Epiſcopi *Wigornienſis* ; ſalvo mihi iter meum de domo meâ uſque *Tamiſiam* ſuper dictum Cayum dicti Domini *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Epiſcopi juxta terram ſuam versùs occidentem in Capite auſtrali , ſecundùm latitudinem itineris mei prius ſignati : Et ut hæc mea donatio , conceſſio , & præſentis Cartæ meæ confirmatio , acquietatio , warantizatio , & defenſio robur perpetuum firmitatis optineat, præſentem Cartam meam Sigilli mei munimine roboravi : His teſtibus , Domino *Waltero* de *Merton* , Magiſtro *Thomâ* de *Wymundeham* , Domino *Egidio* de *Erdington* , Magiſtro *Johanne* de *Atlebergh* , Magiſtro *Nicholao* de *Bagingeden* , *Waltero Kardon* , *Henrico* de *Belegrave* , *Richero* de *Cruce* , *Willielmo* le *Plummer* , *Alano* Ciſſore , *Thomâ* de *la Hale* , *Roberto Springold*, *Roberto* de *Stratford* Carpentario, *Willielmo* de *Stowe* , & aliis.

Carta Regis Johannis *pro parco de* Brewode *claudendo, & Caſtro de* Eccleſhale *erigendo conceſſa Epiſcopo* Coventrenſi.

Ibid. f. 142. b. JOhannes Dei gratiâ , Rex *Angliæ* , Dominus *Hiberniæ* , Dux *Normanniæ* , *Aquitanniæ*, Comes *Andegaviæ* ; Dilectis & fidelibus ſuis *G.* filio *Petri* Com. *Eſſexiæ* & *Hugoni* de *Nevill* ſalutem : Prohibemus vobis ne ſitis impedimento Domino *Coventrenſi* Epiſcopo , quin poſſit claudere de boſco ſuo de Brewode , parcum quendam , qui contineat in circuitu duas leucas ; & firmare caſtrum ſuum de Eccleſhale , quia ei inde licentiam dedimus. Teſte *Willielmo Mareſchallo* Comite de Penbroc ; apud *Wigorn.* decimo die *Aprilis*.

Confirmatio ex certâ ſcientiâ ſuper poſſeſſionibus Eccleſiæ Coventrenſis *ſedis Epiſcopalis* Coventriæ *compoſitis obedientiæ ipſi Epiſcopo, & Monachorum amotio interdicta , derogatio privilegiorum contra obedientium Conceſſorum.*

Ibid. f. 156. a. EUgenius Epiſcopus , ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri *Gualtero Coventrenſi* Epiſcopo , ejuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis imperpetuum. In Apoſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino conſtituti , Fratres noſtros Epiſcopos ſincerâ in Domino caritate diligere , & Eccleſiis à Deo ſibi commiſſis ſuam debemus Juſtitiam conſervare Æquum ſiquidem , ac rationabile eſt , ut qui beato *Petro* & ejus Apoſtolicæ Sedi devotiores eſſe noſcuntur , atque ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ patrocinio cupiunt confoveri ejuſdem piæ Matris uberibus nutriantur , & in rationabilibus ſuis poſtulationibus exaudiantur ; Ideoque dilectè in Chriſto Fratris *Gualteri* .... tuis juſtis votis benignitate debitâ concurrentes *Coventrenſem* Eccleſiam, cum Deo autore præeſſe dinoſceris ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcepimus , & per præſentis ſcripti privilegio communimus : Statuentes , ut quaſcunque poſſeſſiones , quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè aut canonicè poſſidet , aut in futurum conceſſione Pontificum , largitione Regum vel principum , oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci , firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant ; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis ; In Comitatu Staffordiæ , *Lichfieldiam* cum Foreſtis , partem *Cannochi* , *Cuniefield* cum ſartis quæ nimirum *Stephanus Anglorum* Rex, prædeceſſori tuo *Rogero* Epiſcopo & ejus ſucceſſoribus rationabili providentiâ conceſſiſſe, & ſcripti ſui munimine roboraſſe dinoſcitur, Hintes , *Tibintuna* , cum appendiciis ſuis ; *Huywodam* cum foreſtâ & omnibus appendiciis ſuis , Berchlewych cum nemore & appendiciis ſuis ; Brendam cum Hayâ & Foreſtâ, & appendiciis ſuis ; *Eccleſalam* cum foreſtâ & appendiciis ſuis , Seſtefoyd cum appendiciis ſuis ; Eccleſiam de Pannicroft cum pertinentiis ſuis , Eccleſiam Stafford cum pertinentiis ſuis , Eccleſiam de Gnowesal cum pertinentiis ſuis , Eccleſias de Alrewas & de *Brumleyâ* cum pertinentiis earum : In comitatu *Warwicenſi* , Chedleſſont , *Tebintuna* , Checheleswyc, Calvecote, cum omnibus eorum pertinentiis : In comitatu *Derbiæ* , *Sallao* , *Bobendonâ* cum appendiciis ſuis : In comitatu *Salopesburiæ* , *Bettona* , Prees ; *Languenarum* cum appendiciis eorum ; Eccleſiam Sancti *Cedda* cum pertinentiis ſuis . In comitatu *Ceſtriæ* , *Trouam* , *Burtonam* , *Ferendonam* , *Baucheberiam* , *Wippenberiam* , *Suttonam* cum eorum appendiciis. In *Wico* duos modios Salis annuatim ; in Suburbio *Ceſtriæ* , Eccleſiam Sancti *Johannis* cum pertinentiis ſuis, & vicum

vicum qui vocatur *Forieta*; Infra muros *Ceſtriæ* quatuor manſuras; Item in *Staffordſiria*, *Alacaſtona*, cum pertinentiis ſuis.

Preterea Deceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ *Paſchalis* Papæ veſtigiis inhærentes, Epiſcopalem Sedem apud *Coventriam* prædeceſſoribus tuis ab eo conceſſam, tibi quoque tuis ſucceſſoribus imperpetuum confirmamus: Porro Monachi qui apud eundem locum in beatæ *Mariæ* Monaſterio converſantur, juxta tenorem concordiæ inter te & Monachos ejuſdem loci, in noſtrâ præſentiâ factæ, ſemper ſub tuâ, ſive ſucceſſorum tuorum obedientiâ maneant; & in ipsâ Epiſcopali Eccleſiâ divinorum officiorum debita peragant, prout in *Cantuarienſi* Eccleſiâ per beatum quondam *Auguſtinum* Epiſcopum creditur inſtitutum, & Sanctiſſimi patris ac prædeceſſoris noſtri *Gregorii* Doctoris Eccleſiæ Catholicæ aſſertione ſancitum: Nec cuiquam omnino ſucceſſorum tuorum liceat Monaſticæ diſciplinæ viros ab ipsâ Eccleſiâ removere, aut eis poſſeſſiones & bona cætera auferre, quæ ab egregiæ memoriæ *Leprico* Comite, ipſius Cœnobii fundatore, vel aliis fidelibus ad Monachorum ſumptus oblata & comparata ſunt, vel in futurum offerri Domino diſponente contigerit: Ad hoc adjicientes ſtatuimus; ut quicquid contra tenorem prædictæ concordiæ privilegia prædeceſſorum noſtrorum *Innocentii*, & *Lucii* Romanorum Pontificum continent omnino viribus careant.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalvâ in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate: Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ inquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat: Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jheſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem premia eternæ pacis inveniant. *Amen. Amen.*

Datam *Sing*..... per manum *Boſonis* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Scriptoris decimo ſexto Kalendas *Martii*, Indictione xv°. Incarnationis Dominicæ anno Milleſimo, Centeſimo, quinquageſimo primo; Pontificatus verò Domini *Eugenii* tertij Papæ A° ſeptimo.

Confirmatio Apoſtolica generalis ſuper poſſeſſionibus Eccleſiæ Lichfeld. *ſalvâ Canonicâ Juſtitiâ Epiſcopo* Coventrenſi.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Canonicis Eccleſiæ *Lichfeldenſis*, tam præſentibus quàm futuris imperpetuum, Apoſtolicæ Sedis clementiæ convenit univerſis ejus patrocinium implorantibus matricæ tuitionis ſuffragium exhibere, ut quem ammodum, diſponente Deo, Patres in Dei populo dicimur; ita etiam operum exhibitione comprobemur: Hujus rei gratiâ dilecti in Domino filii veſtris deſideriis paternâ benignitate annuimus, & Eccleſiam *Lichfeldenſem*, in quâ divino vacatis ſervitio, ad exemplar prædeceſſoris noſtri Papæ *Innocentii*, præſentis ſcripti paginâ communimus: ſtatuentes ut Eccleſias, Decimas, & quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona præfata Eccleſia in præſentiâ juſtè & Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci; quæcunque etiam à venerabili fratre noſtro *Rogero Coventrenſi* Epiſcopo, tam in Eccleſiis, Decimis, terris, quàm in aliis poſſeſſionibus vobis collata ſunt, vel ab eodem impoſterum Deo propitio conferentur, firma vobis imperpetuum, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare; aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalva *Coventrenſis* Epiſcopi Canonicâ Juſtitiâ, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate: Siquis autem auſu temerario id attemptare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus incurrat, & excommunicationi ſubjaceat: Conſervantes autem hæc, eorundem Apoſtolorum & noſtram benedictionem & gratiam conſquantur. *Amen. Amen.* Ibid. f. 156 b.

Datum *Laterani* per manum *Baronis*, Capellani & Scriptoris quarto Nonas *Maii* Indictione ſeptimâ; Incarnationis Dominicæ Anno Milleſimo, Centeſimo quadrageſimo quarto, Pontificatus verò Domini *Lucii* ſecundi Papæ anno primo.

Confirmatio Apoſtolica ſuper Eccleſiis de Bromlegâ, Alrewas, *villis de* Connok, & Ruggelegâ, *cum earum pertinentiis.*

Celeſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo *Coventrenſi* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, & vigor equitatis & ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum: Eapropter Venerabilis in Chriſto Frater tuis Juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu Eccleſias de Bromlee, de Alrewas, & villas de Canok & de Rug- Ibid. f. 157 a.

Ruggelee, cum Eccleſiis & cæteris earum pertinentiis in tuâ Dioceſi conſtitutas, ſicut eas tu & Eccleſia tua de **Lichfield** ex donatione Regiâ, juſtè & ſine controverſiâ poſſidetis; Tibi & eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani*, nonas *Decembris*, Pontificatus noſtri anno primo.

Donatio Eccleſiæ de Arleiâ *Capitulo* Lichf.

Ibid. f. 169. b.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit; *Johannes* de *Burgo* Dominus de **Arnlee** de *Port*..... ſalutem in Domino, Noverit veſtra univerſitas, me pro ſalute animæ meæ, anteceſſorum & hæredum meorum conceſſiſſe & hoc ſcripto meo confirmaſſe, Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Cedde Lichf.* Decano & Capitulo ejuſdem loci Eccleſiam de **Arlegh**, cum terris, tenementis & aliis omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus: Habendum & tenendum eidem Eccleſiæ *Lichf.* Decano & Capitulo prædictis, & eorum ſucceſſoribus ad uſus communes eorundem in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, quietam de me & hæredibus meis imperpetuum: Et ne ego vel aliquis hæredum meorum aliquid unquam juris vel clamii in ipsâ Eccleſiâ, advocatione ejuſdem, vel aliquo ſpectante ad eandem vendicare ſeu exigere poſſumus, præſens ſcriptum meum eis inde fieri feci, & illud Sigillo meo roboravi. Hiis teſtibus, *Hugone Bygot* Juſticiario *Angliæ*, *Johanne* de *Crakehall* Theſaurario Domini Regis, *Rogero Thurkelby* Juſticiario in Banco, *Thomâ* de *Wymundham* Præcentore *Lichf.* *Henrico* de *Wyſhawe*, & *Nicholao* de *Legâ* Canonicis *Lichf.* *Roberto* de *Grendon*, *Willielmo Bagot*, *Johanne* de *Wendovere* Seneſcallo meo, *Laurentio del' Brokes*, *Waltero* de *Rocheford*, *Adâ* de *Camerâ*, & aliis, Datum *Londini* anno Domini Milleſimo Ducenteſimo ſexageſimo, menſe *Mayo*.

Donatio Regis Johannis *Eccleſiæ de* **Bathecquelle** *Eccleſiæ & Epiſcopo* Coventriæ.

Ibid. f. 199. b.

Johannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Acquitanniæ* & Comes *Andegaviæ*; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos pro amore Dei & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, dediſſe & conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmaſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & ſancti *Cedde Lichf.* & venerabili patri noſtro *Galfrido Coventrenſi* Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis Eccleſiam de **Bathecwell**, cum præbendis & omnibus aliis ad Eccleſiam illam pertinentibus, ut ſecundùm ordinem & diſpoſitionem quam *Hugo* bonæ memoriæ *Coventrenſis* Epiſcopus ſuper eandem Eccleſiam de **Bathecwell** fecit, eâ cum omnibus pertinentiis ſuis in proprietatem Eccleſiæ de **Lichfield** liberè convertatur; ſalvo tamen ſervitio trium presbiterorum qui in eadem Eccleſiâ de **Bathcwell** deſervient, & juxta arbitrium Epiſcopi Dioceſani, rationabilem ſuſtentationem habebunt; Ordinationem namque *H.* prædicti Epiſcopi, quam ſuper hoc fecit ratam habemus & futuris temporibus ſemper habebimus: Eccleſia autem de *Lichf.* conceſſit nobis unum presbiterum præbendarium in Eccleſiâ de **Lichfield**, qui ſingulis diebus vitæ noſtræ Miſſam cantabit pro ſanitate & incolumitate noſtrâ, & poſt mortem noſtram omnibus diebus Miſſa pro ſalute animæ noſtræ cantabitur imperpetuum: Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædictus *G.* Epiſcopus & ſucceſſores ſui poſt eum habeant & teneant prædictam Eccleſiam de **Bathecwell**, cum præbendis & omnibus aliis ad eam pertinentibus, benè & in pace, liberè & quiete, integrè, plenariè & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut prædictum eſt. Teſte *Willielmo Mareſcallo* Comite de **Penbroke**, *Willielmo* Comite *Sarum*, *Johanne* de *Pratell*, *Roberto* de *Thurnham*, *Thomâ Baſſet*, *Engel*.... de *Pratell*. *Ricardo* de *Reveriis*, *Willielmo* de *Cantilupo*. Datum per manum S. Archidiaconi *Wellenſis* apud *Valoynez* tertio die *Februarii*; Regni noſtri Anno primo.

Confirmatio Epiſcopi Alexandri *ſuper Eccleſias de* **Bachequelle, Hope, Tideſwelle** *commune* Lichf.

Ibid. f. 200. a.

UNiverſis Chriſti fidelibus, tam præſentibus quàm futuris præſentem paginam viſuris vel audituris. *Alexander* Dei gratiâ *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Epiſcopus ſalutem in Domino. Noverit univerſitas, nos divinæ pietatis intuitu, confirmaſſe, tanquam jus ſuum Commune Eccleſiæ *Lichfield.* totam Eccleſiam de **Baucwell**, cum Capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, poſſeſſionibus & tenementis; & etiam Eccleſiam de **Hope**, cum Capellâ de **Tideſwell**, & aliis pertinentiis ſuis plenè & integrè in liberam, puram & perpetuam elemoſinam perpetuo poſſidendas: Volumus autem quod prædictæ Eccleſiæ immunes ſint imperpetuum ab omni actione, jure & conſuetudine Archidiaconali: Præterea confirmamus commune prædict. Eccleſiæ noſtræ *Lichf.* Eccleſias de *Kannoco*, & de **Ruggele**, & de **Erlegh**, & decem ſolidos de Eccleſiâ de **Seneſtan**, & decem libras quas ex ordinatione noſtrâ annuatim percipiunt de Eccleſiâ de **Dunneſchurch**: Et ut de hac confirmatione noſtrâ plenius impoſterum conſtare poſſit, eam Sigilli noſtri auctoritate confirmamus. Hiis teſtibus, Magiſtro *Willielmo* de *Maneceſtriâ* tunc Decano *Lichfield*: Domino *Ricardo* de *Stavenesby* tunc Theſaurario *Lichf.* Magiſtro

ſtro *Ricardo* de *Glovernià* Archidiacono *Coventriæ* ; Magiſtro *Willielmo* de *Luceby* Archidiacono *Derbiæ* ; Domino *Willielmo* de *Heterfield*, Magiſtro *Roberto* de *Chebeſey*, Domino *Roberto* Capellano, Domino *Hugone* Capellano, Magiſtro *Ricardo* de *Halton* Canonicis *Lichf.* Magiſtris *Radulpho Lacoc*, *Alexandro Blundo*, *Simone Perdriz*, *Thomâ* de *Ludâ* Clericis Domini *Coventriæ* & *Lichfieldiæ*, Fratre *Radulpho* Elemoſinario, *Waltero* de *Halton*, & aliis.

Confirmatio Regis Henrici *ſuper donatione Eccleſiæ de* Baukewelle *facta Eccleſiæ & Epiſcopo* Coventrenſi.

Ibid. f. 200. a. HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ* Dominus *Hiberniæ* & Dux *Acquitanniæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Inſpeximus Cartam quam inclitæ recordationis, *Johannes* quondam Rex *Angliæ* Pater noſter fecit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & ſancti *Cedda* de *Lichf.* & *Galfrido Coventrenſi* Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis de Eccleſiâ de Bathecwell, cum Præbendis, & omnibus aliis ad Eccleſiam illam pertinentibus in hæc verba.

"*Johannes* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, *&c.* ut ſupra.

Nos autem prædictas donationem & conceſſionem ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt concedimus & confirmamus, ſicut Carta prædicta rationabiliter teſtatur. Hiis teſtibus, venerabili Patre *W. Bathonienſi & Wellenſi* Epiſcopo, *Rogero* de *Leybourn*, *Roberto Aguellon*, *Johanne* de *Verdon*, *Will°* de *Grey*, *Will°* de *Aette*, *Nicholao* de *Leukenor*, *Willielmo Belet*, *Radulpho* de *Bakepus*, *Bartholomeo le Bygode*, & aliis. Datum per manum noſtram apud Kenillewoꝛth, ſeptimo die ſeptembris Anno Regni noſtri quinquageſimo.

Donatio Eccleſiæ de Hope *cum* Tideswelle *Eccleſiæ* Lichfieldenſi *per* Johannem *Comitem* Moretonii.

Ibid. OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos literæ præſentes pervenerint, *Johannes* Comes *Morinton.* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & matris & domini *Rogeri* fratris mei conceſſiſſe & donaſſe venerabili patri meo *Hugoni Coventrenſi* Epiſcopo & ſucceſſoribus ejus in perpetuam elemoſinam Eccleſiam de Hope cum Capellâ de Tydeswell, & cum omnibus aliis ad Eccleſiam vel Capellam pertinentibus, in decimis & Oblationibus, & omnibus obventionibus, & in terris, paſcuis, & omnibus aliis cum jure ſcilicet advocationis, & cum omni alio jure, quod in Eccleſiâ illâ vel Capellâ ſeu earum pertinentiis habebam, & cum omni jure quod ad eas pertinebat cum omni integritate & libertate imperpetuum poſſidendas; ut ſecundùm diſpoſitionem ejuſdem Epiſcopi & omnium ſucceſſorum ſuorum, omnibus futuris temporibus Eccleſia illa & Capella cui & quibus voluerit perſonis debeant imperpetuum aſſignari, vel in præbendam vel in honorem alicujus Eccleſiarum ſuarum, vel *Coventriæ*, vel *Lichfieldiæ*, vel in alios uſus pro voluntate ipſius Epiſcopi. Ut autem hæc mea donatio & prædicta conceſſio rata & inconcuſſa imperpetuum debeat obſervari, eam Sigilli mei impreſſione & proprii Annuli appoſitione roboravi : Et ſuper Altare Dominicum Eccleſiæ Coventrenſis Cartam illam poſui & manu propriâ confirmavi. Datum apud *Coventriam* anno ſecundo ab incarnatione Domini Milleſimo, Centeſimo nonageſimo ſecundo, per manum *Stephani Ridell* Cancellarii mei. Hiis teſtibus *Roberto* Comite de —— *Willielmo Briegnerr*, *Gerardo de Canvill*, *Engeramo de Praetis*, *Reginaldo de Waſſenvillis*, *Hugone de Nevill*, *Willielmo de Hardredes*, & toto Capitulo Eccleſiæ *Coventriæ*, & multis aliis tam Clericis quàm laicis.

Collatio Eccleſiæ de Hopâ, *cum Capellâ de* Tideſweile *Canonicis* Lichf. *ad uſum communem per* Willielmum *Epiſcopum facta.*

Ibid. f. 200. b. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Willielmus* Dei gratiâ *Coventrenſis* Eccleſiæ Miniſter humilis æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos divinæ pietatis intuitu & pro ſalute animæ noſtræ & prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, contuliſſe, & auctoritate Pontificali confirmaſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* & Sancti *Cedda Lichf* : necnon & ejuſdem Eccleſiæ Canonicis Eccleſiam de Hopa cum Capellâ de Tydeſwell & omnibus aliis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, eiſdem in proprios uſus ad Communiam Panis & Cerviſiæ ad opus eorundem perpetuo poſſidendam : Salvo nobis & ſucceſſoribus noſtris jure Pontificali & Parochiali. Ut autem hæc noſtra collatio & confirmatio in poſterum rata & ſtabilis perſeveret, eam præſenti ſcripto & Sigilli noſtri munimine roboravi. Hiis teſtibus Magiſtro *Radulpho* de *Meideſton* Archidiacono *Salopienſi*, Magiſtro *Roberto* de *Boſco*, Domino *Willielmo* Capellano; *Willielmo* de *Hatfield*; *Radulpho* de *Pointon* Clerico, & multis aliis.

Confirmatio Poſſeſſionum Eccleſiæ Lichf. *facta Canonicis per Apoſtolicam ſedem.*

Ibid. f. 201. b. INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei; Dilectis filiis Canonicis Eccleſiæ Lichf. tam præſentibus quàm futuris in Chriſto ſalutem ... Apoſtolicæ ſedis clementiæ convenit univerſis, ejus patrocinium implorantibus maternæ tuitionis ſuffragium exhibere, ut quemadmodum diſponente Domino patres in Dei populo dicuntur, ita etiam operum exhibitione comprobemur. Hujus rei gratiâ dilecti in Domino filii veſtris deſideriis paternâ benignitate annuimus, & Eccleſiam *Lichf.* in quâ divino

vacatur

vacatur ſervitio præſentis ſcripti paginâ communimus; ſtatuentes ut Eccleſias, Decimas, & quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona præfata Eccleſia in præſentiarum juſtè & Canonicè poſſidet, aut inſuturum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci; quæcunque etiam à venerabili fratre noſtro *Rogero Coventrenſi* Epiſcopo, tam in Eccleſiis, Decimis, terris, quàm in aliis poſſeſſionibus vobis collata ſunt, vel ad eodem impoſterum Deo propitio conferuntur, firma vobis imperpetuum, & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura: Si quis autem auſu temerario, id attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus incurrat & excommunicationi ſubjaceat: Conſervantes autem hæc, eorundem Apoſtolorum & noſtram benedictionem & gratiam conſequantur; Amen, Amen, Amen.

Datum *Laterani* per manum *Americi* Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii, decimo quarto Kalendas Maii indictionis ſecundæ, Incarnationis Dominicæ Milleſimo, Centeſimo, tricesimo nono, Pontificatus verò Domini *Innocentii* Papæ ſecundi anno decimo.

Confirmatio Lucii *Papæ ſuper Articulis & Eccleſiâ de* **Wolverhampton** *Epiſcopo & Eccleſiæ* Lichf.

Ibid. f. 202. b.

LUcius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri *Rogero Coventrenſi* Epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus Canonicè promovendis necnon Eccleſiæ *Lichfieldenſis* imperpetuum: Officii noſtri nos hortatur auctoritas &c. ut erga proximos ad exemplar prædeceſſoris noſtri beatæ memoriæ Papæ *Innocentii* præſentis ſcripti &c. præterea Eccleſias de **Stafford** & de **Pencriz**, Eccleſiam de **Wolverhampton** cum omnibus pertinentiis tui *Rogeri* Epiſcopi &c. Salvâ in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate: Si qua igitur &c. Datum *Laterani* per manum *Baronis* Capellani, & ſcriptoris, quarto nonas Maii, indictione ſeptimâ. Incarnationis Dominicæ Anno Milleſimo, Centeſimo, quadrageſimo quarto, Pontificatus vero Domini *Lucii* ſecundi Papæ anno primo.

Confirmatio Lucii *Papæ ſuper omnibus præmiſſis facta* Laurentio *priori*.

Ibid. f. 203. b.

LUcius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri *Rogero Coventrenſi* Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè promovendis imperpetuum. Ex injuncto nobis adeo &c. ut ſupra ſuas utique *Laurentio* priori & monachis ejuſdem loci &c. Ad exemplar felicis memoriæ Papæ *Innocentii* prædeceſſoris noſtri præſentis ſcripti paginâ confirmamus &c. ſalvâ in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si quis verò &c. Datum *Laterani* per manum *Baronis* Capellani & ſcriptoris quarto nonas Maii, indictione ſeptimâ: Incarnationis Dominicæ anno Milleſimo, Centeſimo, quadrageſimo quarto: Pontificatus vero Domini *Lucii* ſecundi Papæ anno primo.

Carta Regis Stephani *de Cuneo Monetæ* Lichfield.

Ibid. f. 204. a.

SRex Angliæ, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris & omnibus fidelibus ſuis de *Staffordſcirâ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & Eccleſiæ Sancti *Cedde* de **Lichfield** & *Waltero* Epiſcopo *Coventrenſi*, & ſucceſſoribus ejus imperpetuum unum Cuneum habendum apud **Lichfield**. Quare volo & firmiter præcipio, quòd prædicta Eccleſia & Epiſcopus *Walterus* & ſucceſſores ejus teneant & habeant illum Cuneum apud **Lichfield** imperpetuum. Teſte *Ricardo* de *Luci* & *W. Marcer*, & *R.* de *Canvillâ* apud *London*.

Carta Regis Stephani *de Eccleſiâ de* **Wolverhampton**.

Ibid. f. 241. b.

SRex *Angliæ*, Clericis & laicis & omnibus fidelibus ſuis tenentibus de Honore Eccleſiæ de **Wolverhampton** ſalutem. Sciatis me dediſſe R. Epiſcopo *Ceſtrenſi* & Eccleſiæ de **Lichfield** Eccleſiam de **Wolverhampton** cum omnibus maneriis ad eam pertinentibus, & omnibus appendiciis ejus: Unde volo & præcipio quod ei inde intendatis de omnibus tenaturis veſtris & de omnibus dignitatibus Eccleſiæ, tanquam Domino & prælato veſtro. Teſte *Philippo* Cantor & *W. Marcer* apud **Dreneford**.

Carta dicti Regis Stephani *de Eccleſiis de* **Pencriz**, & **Stafford**.

Ibid. f. 243. a.

STeph. Rex *Angl.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus & fidelibus ſuis Francis & Anglis ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe *Rogero* Epiſcopo *Ceſtrenſi* & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de Coventriâ & Eccleſiæ Sancti *Cedde* de **Lichfield**, Eccleſias de **Pencriz** & de **Stafford** quas *Jordanus* Clericus *Rogeri* de *Fiſcher* tenuit de me in capite. Ita quòd idem *Jordanus* eas teneat de Epiſcopo & prædictis Eccleſiis liberè & quietè in vitâ ſuâ, ſicut Carta ejuſdem Epiſcopi teſtatur, quam inde habet de donatione & poſt mortem ejus Eccleſiæ illæ remaneant Epiſcopo & prædictis Eccleſiis in ſempiternum; cum terris & Capellis & Decimis & omnibus rebus eis pertinentibus pro animâ Regis *Henrici* avunculi mei; Et volo & firmiter præcipio quòd Epiſcopus *Rogerus* & Eccleſiæ ſuæ eas teneant, cum *ſoccâ* & *ſaccâ*, & *Toll* & *Teom* & *Infangenetheve*, & omni-

omnibus aliis consuetudinibus, sicut aliquis prædecessorum suorum eas unquam melius & liberius tenuit. Teste *Will.* Archiepiscopo *Cantuarienſi*, & *H.* Episcopo *Wintonienſi*, & *R.* de *Fiſcher*, & *Willielmo Marcer* apud *Weſtmonaſterium.*

Donatio Boſci ſive Foreſtæ de Canok.

Ibid. f. 243. a. EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ* Dominus *Hiberniæ* & Dux *Acquitanniæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris & omnibus Ballivis & fidelibus suis salutem. Cùm dilectus & fidelis noster *Rogerus Extranens*, & socii sui Justiciarii nostri itinerantes ad placita Foreſtæ in comitatu *Stafford*: anno Regni nostri quartodecimo Boscos venerabilis Patris *Rogeri* de *Meuland Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Episcopi de Alto *Canoko* ratione cujusdam præsentationis coram, eis in itinere illo factæ, ceperint in manum nostram: Et idem Episcopus, post modum ad nos accedens boscos illos cum pertinentiis in manum nostram ut jus nostrum reddidit ad voluntatem nostram inde faciendam. Nos prædicto Episcopo gratiam facere volentes specialem in hac parte, dedimus & concessimus pro nobis & hæredibus nostris pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & successorum nostrorum, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & sancti *Cedde Lichf.* & præfato Episcopo, Boscos prædictos cum venatione, vasto & omnibus aliis pertinentiis suis tanquam pertinentes ad maneria sua de **Ruggele** & **Canokebury**: Habendum & tenendum eidem Episcopo & successoribus suis Episcopis ejusdem loci ut liberam Chaciam in liberam puram & perpetuam elemosinam, per metas & Bundas subscriptas; videlicet de **Aſſchelenetherende** ascendendo usq; in **Clay-broke**, per Hayam de **Aſſhelee**; & sic ascendendo **Clepbroke** usque in **Clepwell**: & de **Clepwell** usque in **Blakeſiche-netherende**; & sic ascendendo le **Blakeſiche-netherende**; & de **Blakeſiche-netherend** usque **Hauekeſwell**; & sic de **Hauekeſwell** per **Lethenardeſty** per medium le **Dyngles** usque le **Wodioks**; & sic del' **Wodioks** per eandem viam de **Lethenardeſty** usque le **Blakeſtrete**, & sic ascendendo le **Blakeſtrete** usque in **Drburiwell** & sic descendendo ductum de **Drburiwell** usque in **Marebroks**; & de **Marebroks** usque rivulum qui vocatur **Caldwelleſiche**; & de **Caldwelleſiche** ascendendo per Hayam nostram de **Chiſtling** usque **Marebroks**, ascendendo usque le **Fayreſty**; & ascendendo le **Fayreſty** usque Hayas de **Huntindon** & inde per **Huntindonſty** ascendendo usque ad Fossam beati *Cedde*; & sic per altam viam usque ad viam quæ ducit de **Penkryth** usque **Ruggele**; & sic descendendo illam viam usque **Naughmarethorn**, & inde per quandam valleiam usque in **Schirebrokeſheued**, & sic descendendo **Schirebroks** usque ad **Ottekord-wey**; & sic ascendendo **Ottekord-wey** usque **Holebrokesheued**; & sic descendendo per **Aſſledewey** usque **Aſſledekord** in **Rybroks**; & sic descendendo **Rybroks** usque le **Fernebraks**, & sic del' **Fernebraks** per quandam semitam usque in le **Middelwey**, & sic ascendendo le **Middelwey** usque le **Boredebicks**; & sic del' **Boredebicks** usq; **Daywellewey**; & sic descendendo **Daywellewey** usque **Daywell**; & sic descendendo **Daywelleſich** usque in **Trent**: & sic ducendo per **Trent** usque **Aſſhelenether end**; Ita quod idem Episcopus & successores sui Episcopi loci prædicti, boscos illos includere, & parcos inde pro voluntate suâ facere; & eos sic factos & inclusos tenere possint sibi & successoribus suis Episcopis ejusdem loci imperpetuum, dum tamen saltantia non faciant in eisdem.

Concessimus etiam; pro nobis & hæredibus nostris eidem Episcopo; quòd ipse & successores sui Episcopi loci prædicti imperpetuum habeant & teneant boscos prædictos cum venatione, vasto, & omnibus pertinentiis suis quibuscunque, tam infra coopertum, quàm extra, deafforestatos, ac liberos & quietos de Foreſtâ, & placitis Foreſtæ, vastis, & assartis, & regardis Foreſtæ: Ita quod nullus Justiciariorum, Senescallorum, Foreſtarium, Viridariorum, Agistatorum, Regardatorum, seu aliorum Ministrorum nostrorum Foreſtæ quorumcunque, de Boscis prædictis venatione vastis, assartis & regardis, per metas & divisas prædictas limitatis & bundatis, ut prædictum est, licet infra antiquas metas Foreſtæ nostræ de *Canoko* priùs extiterunt, decetero in aliquo se intromittat; nec in boscis illis venatione, vastis, assartis, & regardis, seu eorum pertinentiis quibuscunque aliqua quæ ad Foreſtam pertinent quoquomodo exerceat infra metas & bundas prædictas; salvis tamen liberis tenentibus quibuscunque, boscis, terris & tenementis suis cum communi pasturâ suâ, infra metas & bundas & divisas supra scriptas existentibus; Ita quòd idem Episcopus & successores sui Episcopi loci prædicti, in eisdem, boscis, terris & tenementis, liberam chaciam habeant, sicut & in boscis suis prædictis; Dum tamen in boscis illis, extra parcos quos ibidem fieri contigerit retia non tendant seu tendi faciant ad aliquas feras capiendas.

Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus nostris, quòd prædictus Episcopus & successores sui prædicti Episcopi ejusdem loci habeant & teneant boscos prædictos, cum venatione, vasto, & omnibus aliis pertinentiis suis, ut liberam Chaciam, in liberam, puram & perpetuam Elemosinam, per metas & bundas prædictas: Ità quòd idem Episcopus & successores sui Episcopi loci prædicti, boscos illos includere, & parcos inde pro voluntate suâ facere; & eos sic factos & inclusos tenere possint sibi & successoribus suis Episcopis ejusdem loci imperpetuum; Dum tamen saltaria non faciant in eisdem: Et quòd idem Episcopus & successores sui Episcopi loci prædicti

prædicti imperpetuum habeant & teneant boſcos prædictos cum venatione, vaſto, & omnibus aliis pertinentiis ſuis quibuſcunque, tam infra coopertum, quàm extra, deafforeſtatos ac liberos & quietos de Foreſtâ & placitis Foreſtæ, vaſtis, aſſartis, & regardis Foreſtæ; Ita quod nullus Juſticiariorum, Seneſcallorum, Foreſtarium, Viridariorum, Ageſtatorum, Regardatorum ſeu aliorum Miniſtrorum noſtrorum Foreſtæ quorumcunque, de boſcis, prædictis, venatione, vaſtis, aſſartis & regardis, per metas & diviſas prædictas limitatis & bundatis ſicut prædictum eſt; licet infra antiquas Metas Foreſtæ noſtræ de *Canoko* priùs extiterint; decetero, in aliquo ſe intromittat; nec in boſcis illis, venatione, vaſtis, aſſartis & regardis ſeu eorum pertinentiis quibuſcunque aliqua quæ ad Foreſtam pertinent quoquomodo exerceat infra metas & bundas prædictas; ſalvis tamen liberis tenentibus quibuſcunque boſcis, terris, & tenementis ſuis, cum communi paſturâ ſuâ infra metas, bundas, & diviſas ſupradictas exiſtentibus: Ita quod idem Epiſcopus & ſucceſſores ſui Epiſcopi loci prædicti, in eiſdem boſcis & terris & tenementis liberam Chaciam habeant, ſicut & in boſcis ſuis prædictis; dum tamen in boſcis illis extra parcos quos ibidem fieri contigerit retia non tendant ſeu tendi faciant, ad aliquas feras capiendas, ſicut prædictum eſt: Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *R. Bathonienſi* & *Wellenſi* Cancellario noſtro, *A. Dunelmenſi*, *T. Menevenſi*, *D. Karliolenſi*, *S. Wyntonienſi* Epiſcopis; *Edmundo* fratre noſtro, *Willielmo* de *Valentiâ* Avunculo noſtro, *Edmundo* Comite *Cornubiæ* Conſanguineo noſtro, *Gilberto de Clare* Comite *Glouceſtriæ* & *Hertfordiæ*, *Henrico* de *Laſci* Comite *Lincoln*: *Ottone* de *Grandiſono*, *Reginaldo* de *Grey*, *Roberto Tibetot*, & aliis. Datum per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium*, Viceſimo octavo die *Maii* anno Regni noſtri decimo octavo.

Donatio Eccleſiarum de Ruggeley & Canok *per* H. Novant *Epiſcopum.*

Ibid. f. 295. a.

OMnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis adquos præſentes literæ pervenerint, *H.* miſeratione divinâ *Coventr.* Epiſcopus ſalutem in vero ſalutari: In dandis accipiendiſque muneribus, ea ratio debet attendi; ut, qui dat retributionem non requirat; & qui accipit donum non abſcondat: Propterea *ut* ſcriptum eſt, *Qui dat, Deos commitatur, qui bonorum noſtrorum non indigent, nec donorum ſuorum gratiam vendunt; nec noſtræ remunerationis præmia expectant, gratia ut gratis daturi niſi ſui nominis ratione privetur. Qui verò accipit, feneratorem imitatur ſi abſcondit, cui nihil quod habet quem ſemper conſtat egere. Ydropicus eſt omnis avarus, qui plus bibendo plus ſitit, plus acquirendo, plus appetit*, ſicut ſcriptum eſt, *Creſcit Amor Nummi quantum ipſa pecunia creſcit*: Miſer ergo & avaro jure dicatur, qui non ſolum adquiſita retinet, & proprio labore vel ſudore parta conſervat, ſed etiam ex improviſo oblata & gratis acceptà ſepelit & abſcondit, ut nihil erogare valeat illa manus qui *tamen* ſatagit congregare; nilque mercedis debeat expectare qui nichil voluit ſeminare. Scriptum eſt, *Ut quæ ſeminaverit homo hæc & metet*: Et iterum, *date & dabitur vobis*, & in hunc modum, *date qui poſſidetis, & habebitis theſaurum in cœlis.* Hujus ergo ſententiæ fructum aſſequi cupientes, non omnia quæ poſſumus retinere volumus aut debemus; nec ſucceſſoribus noſtris ea conſervare tenemur, quæ intuitu perſonæ noſtræ nec Eccleſiæ nobis fuerint donata vel aliunde comparata: Eorum tamen quærimonias amputare volentes de bis etiam quæ dare poſſumus majorem & digniorem partem reſervamus: Proinde Eccleſias de *Rugeleâ*, & de *Canocho* Commune Canonicorum *Lichf.* Eccleſiæ concedimus inperpetuum; exceptis quatuor ſolidis quos Eccleſia de Penetriz (& nihil amplius) in Eccleſiâ de *Canocho* recipere conſuevit: Villæ *anteri* & earum cum adjacentiis ſuis Dominis Epiſcopis *Coventriæ* remanebunt, ſicut Carta piæ recordationis *Ricardi* Regis *Angliæ*, qui hoc donum nobis donavit, teſtatur: In donatione verò Eccleſiarum, jus Epiſcopale conſervamus illæſum ut in eis auctoritate Epiſcopi ſerviatur honeſtè, & totum reſiduum Communiæ Canonicorum debeat deſervire.

Statutum de bagâ de Whalley, *pro relevatione Decani & Capituli, & Vicariorum.*

Ibid. UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis has literas inſpecturis, *Thomas* de *Stretton* Decanus, & Capitulum Eccleſiæ Cath. *Lich.* ſalutem in omnium ſalvatore. Cordis dolore concutimur & diris torquemur tormentis, dum noſtris bonis communibus non levatis, nos & Eccleſiæ noſtræ Vicarios, in divinis ſerviciis diurnis & nocturnis aſſiduè laborantes, ſine noſtris communis quotidianis, quæ olim ſingulis ſeptimanis ſolvi conſueverant, jam per tres anni partes, accumulatis aliis oneribus, pluribus dampnis, & diſpendiis importibilibus conſpicimus aggravari. Cupientes igitur, nobis & ſucceſſoribus noſtris, ac Vicariis præſentibus & futuris, annuente Domino, remedio perpetuo ſalubriter providere, vocatis & vocandis, & ſervatis omnibus in hac parte, de jure obſervandis, unanimi noſtro aſſenſu, & omnium quorum intereſt, pro noſtri & ſucceſſorum noſtrorum, ac Vicariorum præſentium & futurorum relevatione perpetuâ, ducentas marcas pecuniæ, in quadam bagâ de *Whalley*, in quadam Ciſtâ nominatâ *Ciſta gratiæ*, & ſic vocandâ in Theſaureâ noſtrâ perpetuò remanendâ, quatuor ceris, cum clavibus diverſæ formæ ferratâ, piè duximus reponendas: ſtatuentes quod ſemper Communarius Eccleſiæ noſtræ, qui pro tempore fuerit, & unus alius Canonicus, per Decanum & Capitulum ſibi ad hoc aſſociandus, Ciſtæ prædictæ duas habeant Claves: Reliquas verò Claves habeant duo Vicarii Eccleſiæ, fideles & diſcreti, per omnes Vicarios eligendi, pro quibus eligentes, nobis & ſucceſſoribus noſtris reſpondere teneantur.

Et

Et ſi contingat, quod Communarius, qui pro tempore fuerit, de bonis Eccleſiæ communibus, in manibus ſuis non habeat, undè nobis ſeu ſucceſſoribus noſtris Canonicis reſidentiariis, ſingulis anni ſtadiis, ac Vicariis ſingulis anni menſibus, quotidianas communias ſolvere valeat; extunc, ad ſolvendum communias hujuſmodi, de pecuniâ repoſitâ per viam preſtiti, ſummam in hac parte neceſſariam mutuetur, præſentibus & conſentientibus Vicariis Cuſtodibus ſupradictis; proviſo tamen, quod plus de pecuniâ repoſitâ, mutuò non ſumatur, quam de bonis communibus Eccleſiæ, debitè reſtitui poterit infra annum Comminarii mutuantis; & tunc de mutuo hujus, de ſummâ & formâ ejuſdem, inter Cuſtodes fiant Indentura; quarum una pars in Ciſtâ alterâ penès Vicarios Cuſtodes ſemper remaneant, ita quod idem Commonarius, quàm citò commodè poterit, ſaltem ad ultimum in ſuo finali Compoto, in fine anni ſui reddendo, antequam nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris, aut Vicariis, pro quarto & ultimo anni ſui ſtadio, communias aliquas ſolverit, mutuum hujuſmodi, de bonis Eccleſiæ communibus bagæ prædictæ realiter reſtituat, & integraliter reponat in eadem, ac ſucceſſori ſuo Comminario, ſummam repoſitam, infra duos menſes, à tempore electionis ſucceſſoris ſui hujuſmodi, in pleno Capitulo integraliter liberare teneatur, & realiter liberet; ſic, quod tota pecunia repoſita & reponenda, ſemper ad uſum prædictum tantummodo futuris temporibus valeat perdurare; nec ex aliquâ Causâ pecunia hujuſmodi alicui mutuetur, alienetur, diſtrahatur, ſeu in aliquo aliter diſponatur.

Jurabunt inſuper dicti Ciſtæ Cuſtodes, omnes & ſinguli, antequam Claves ejuſdem habeant, in pleno Capitulo, tactis per eos ſacroſanctis Dei evangeliis, quod hanc ordinationem noſtram, in omnibus, pro viribus ſuis fideliter obſervabunt, & Ciſtam prædictam indempnem ſuo tempore ſuſtinebit; & quod de pecuniâ repoſitâ, ſeu reponendâ, ad eorum vel aliorum uſus non accipient; nec aliter mutuabunt, præterquam in formâ ſupradictâ: parique formâ omnes & ſinguli Canonici reſidentiarii præſentes jurabunt, & futuri in eorum reſidentiæ inchoatione, antequam communias aliquas percipient, perſonaliter jurabunt, perlectâ primitùs jurantibus hac noſtrâ ordinatione diſtinctè & apertè. Et ſi contingat, quod abſit, quod pecunia ſic repoſita, ſeu reponenda, in parte aut in toto, aliquo caſu, per nos vel ſucceſſores noſtros, quàm prædicitur, diſtrahatur, alienetur, mutuetur, aut expendatur, extunc volumus & concedimus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, quod liceat Domino Epiſcopo *Lichfeldiæ*, qui pro tempore fuerit, totiens quotiens ſeparatis vicibus hoc contigerit, viginti libras ſterlingorum, nomine pœnæ, de fructibus & proventibus Eccleſiarum noſtrarum de *Del*—, **Arley**, & **Chebeſey** levare, & dictæ bagæ ad uſum prædictum liberè applicare, abſque noſtri ſeu ſucceſſorum noſtrorum contradictione aliquali: Et nichilominus nos & ſucceſſores noſtros, in quorum tempore hoc contigerit, prædictarum Eccleſiarum noſtrarum fructuum & proventuum, omnem ſequeſtrationem & ſubtractionem realiter, ac quaſcunque cenſuras Eccleſiaſticas ad reſtitutionem debitam pecuniæ ſic repoſitæ, ſeu reponendæ, ſummariè & de pleno compellere & coercere, omnibus appellationibus juris remediis, per quæ hujus proceſſus impediri poterit omnino remotis.

Ad hæc volumus & ordinamus, quod dicti Cuſtodes, quotiens ad dictam Ciſtam, pro mutuandâ pecuniâ acceſſerunt, in Eccleſiâ vel Theſauriâ devote dicant *De profundis*, *Pater noſter*, & *Ave*, cum verſibus conſuetis; & Orationes, *Deus qui inter Aplic. ſac. miſerere queſumus Domine animabus omnium benefactorum noſtrorum, & fidelium Deus omnium, pro animabus Domini* Walteri *de* Langton, *dudum Epiſcopi* Lichfeldenſis, *& omnium benefactorum Ciſtæ prædictæ & omnium fidelium defunctorum.*

Ad perpetuam inſuper memoriam, hanc noſtram ordinationem, inter Statuta Eccleſiæ noſtræ *Lichfeldenſis* jurata, tranſtuli, ſcribi & incorporari. Ac ne ſtatutum ejuſdem Eccleſiæ legitimum in omnibus obſervari, tueri & teneri, volumus & mandamus imperpetuum, ſub pœnâ Excommunicationis majoris, quam in contravenientes ſcienter, exnunc prout extunc eorum culpâ & dolo exigentibus proferimus in hiis ſcriptis. Data & acta in domo noſtra Capitulari *Lichfeldenſi* xvi. die menſis *Aprilis* Anno Domini MCCCXCvii. Et nos *Ricardus* permiſſione divinâ *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Epiſcopus, quia comperimus omnia & ſingula ſupradicta, ad honorem Dei & utilitatem Eccleſiæ noſtræ ſupradictæ, ac miniſtrorum ejuſdem ritè & legitimè concurrentibus omnibus, & jure requiſitis fuiſſe & eſſe, de noſtro aſſenſu ſtatuta & ordinata, ea omnia & ſingula, authoritate noſtrâ Pontificali, acceptamus, ratificamus, & approbamus imperpetuum velitura. In quorum omnium teſtimonium, præſens ſtatutum Sigilli noſtri munimine, Sigillo communi dilectorum filiorum Decani & Capituli hiis appoſito, fecimus roborari. Data die, loco, & anno ſupradictis, & noſtræ conſecrationis anno undecimo.

Carta Johannis Burghill, Covent. & Lichf. *Epiſcopi, & domo pro Cantariſtis.*

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, &c. *Johannes* Epiſcopus *Covent.* & *Lichf.* ſalutem in Domino ſempiternam. Veſtra noverit univerſitas, quod nos attendentes Eccleſiæ Dei miniſtros, & præcipuè eos in Sacerdotio conſtitutos, eo devotiùs & liberiùs officiis intendere poſſe divinis, quo quietiùs & ſecuriùs, tam diurnis, quam nocturnis temporibus honeſtè poterint Converſari: Et quod, quàm bonum & quàm jucundum eis fuerit in unum ſimul inhabitare; conceſſimus, dimiſimus, & ad firmam tradidimus dilectis nobis in Chriſto filiis, *Willielmo* de *Naſſington*, in honorem nominis *Jeſu*; *Roberto* de *Barre*, beatæ *Mariæ*; *Alano* Ex autogr. penès Dec. & Cap. *Lich.*

Alano de *Leche*, S. *Cedde*; *Roberto Atwood*, S. *Thomæ* Martyris; *Johanni* de *Barlawe*, S. *Andreæ*; *R. Conington*, S. *Petri*; *Rogero* de *Ondeby*, S. *Katherinæ*; *Roberto* de *Nerford*, S. *Radegundis*; *Alano* de *Newburgh*, S. *Michaelis*; *Johanni* de *Eyton*, pro animabus Regum *Angliæ*; *Johanni Cocke*, pro animâ *Petri* de *Radnore*; *Ricardo Felgate*, pro animâ *Hugonis* de *Pateshull* Episcopi; & *Ricardo atte Putee*, pro animâ *Richardi Bermingham*, Cantariarum in Ecclesiâ nostrâ *Lichfeldensi* fundatarum, seu aliarum in eadem fundandarum, perpetuis Capellanis præsentibus, non habentibus de suis propriis, infra Clausum nostrum ibidem, ubi Capita sua poterint reclinare, licet eorum aliqui divinis officiis, tam diurnis, quàm nocturnis, in eodem habitu quo Chorales Vicarii Ecclesiæ ejusdem nostræ incedunt, in eodem Choro personaliter tenentur interesse; pro eorum communi inhabitatione unam placeam terræ, cum uno tantum veteri orreo, jam superædificato, & Gardino adjacente, infra Clausum nostrum prædictum, intra mansum Magistri *Hugonis Holbach* Canonici dictæ Ecclesiæ nostræ, & Præbendarii medietatis Ecclesiæ de **Dloughton**, quæ censetur esse Præbenda in eadem, ex parte boreali; & mansum quondam Domini *Johannis* de *Saxton*, dudum Canonici dictæ Ecclesiæ nostræ, ex parte occidentali; continentem in latitudine Lx. pedes; & extendit se in longitudine ab alto vico ducente per dictum Clausum, à parte orientali, usque portam occidentalem ejusdem, usque Vivarium nostrum ibidem situatum: Habendum & tenendum dictam placeam terræ, cum dicto orreo jam superædificato & Gardino, & domibus ac Clausuris superædificandis, & aliis pertinentiis suis quibuscunque, prædictis Capellanis & successoribus suis, de nobis & hæredibus nostris, à die dati præsentium, usque terminum quater viginti decem & octo annorum, proximè jam sequentium plenariè complendorum: Reddendo nobis & successoribus nostris, *Coventr.* & *Lichf.* Episcopis, annuatim xii *d.* ad festum S. *Michaelis* & *Paschalis*, per æquales portiones, pro omnibus aliis servitiis & demandis, nobis indè vel successoribus faciendis: Et insuper, pro incremento terræ stagni nostri, ad finem ejusdem placeæ, quousque per nos, vel successores nostros illud contingat muro lapideo includi, unum florem Rosæ, ad festum *Nativitatis* S. *Johannis Baptistæ*, &c. Data in Manerio nostro de **Heywode** secundo die *Aprilis*, Anno Domini MCCCCxi. & nostræ translationis Anno xiii.

Nomina Cantariarum in Ecclesiâ Cathedrali Lichfeldensi, *& Fundatorum earundem.*

Decimæ valorum.

Ex vet. membr. penès D. & Cap. *Lich.*

Cantaria S. *Katherinæ*, per *Johannem Hardewick* — xi *s* — xi *d.*
Cantaria *Salvatoris*, per *Johannem Heywood* — x *s* — xi *d.*
Cantaria ibid. per *Petrum Radnor* — x *s* — xi *d.*
Cantaria S. *Blasii*, per *Thomam Heywood* — xi *s* — vii *d* — *ob.*
Cantaria nominis *Jesu*, per *Ric. Scroope* Episc — x *s* — xi *d.*
Cantaria S. *Petri*, per *Willielmum* de *Manceter* — x *s* — xi *d.*
Cantaria ibidem, per *Richardum Birmingham* Canonicum — x *s* — xi *d.*
Cantaria S. *Nicholai*, per *Nicholaum* de *Legâ* — xiv *s* — ii *d* — *ob.*
Cantaria S. *Mariæ*, per *Walt. Langeton* Episcopum *Cov.* & *Lich.* xi *s* — v *d* — *q.*
Cantaria per *Thomam Hardewick* — x *s* — ii *d* — *ob.*
Cantaria per *Alexandrum* Episcopum — xii *s* — vii *d* — *ob.*
Cantaria per *Johannem Kinardsey* — x *s* — x *d* — *ob.*
Cantaria per *Hugonem Sotby* — xi *s* — vi *d* — *ob.*
Cantaria per *Walterum Langton*, pro animâ Regis *Edw.* 2. — ix *s* — x *d* — *ob.*
Cantaria per *Johannem Totten* — xii *s* — x *d.*
Cantaria per *Georgium Ratcliff* — viii *s* —
Cantaria S. *Cedde*, apud *Stowe* — x *s* —

Pro novâ fabricâ Ecclesiæ Lichfeldensis, *tempore Regis* Henrici *tertii.*

Clauſ. 19 H. 3. m. 9.

MAndatum est Vicecomiti *Staffordiæ*, quod non impediat, vel impediri permittat Decanum & Capitulum *Lichfeldiæ*, quo minus fodere possint petram in Forestâ Regis de **Hopwas**, ad fabricam Ecclesiæ suæ de **Lichefeld**, sicut eam fodi fecerunt ante tempus suum. Teste Rege apud **Walingford** xii *Junii.*

Clauſ. 22 H. 3. m. 15.

Mandatum est *Hugoni* de *Loges*, quod permittat Canonicos de **Lichefeld** fodere petram, ad fabricam Ecclesiæ suæ de **Lichefeld**, in quarrerâ de **Hopwas**; ita tamen quod hoc fiat sine detrimento Forestæ nostræ. Teste Rege, &c. xxviii *Aprilis.*

Statuta & Ordinationes Ecclesiæ Cathedralis Lichfeldensis.

REverendissimo in Christo Patri, ac Domino, Domino *Thomæ* miseratione divinâ, tituli S. *Cecilie*, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali; *Eborac.* Archiepiscopo, *Angliæ* primati, & Cancellario; ac Apostolicæ sedis etiam de Latere Legato, vestri

Ex autogr. penès Dec. & Cap. Eccles. Cath. *Lich.*

vestri humiles & devoti *Galfridus*, permissione divinâ *Coventr.* & *Lichf.* Episcopus ; *Jacobus Denton* Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis *Lichfeldiæ*, obedientias & reverentias tanto reverendissimo patri debitas, cum honore. Cum in omni republicâ majorum leges & patrum ordinationes dominari debeant ; cumque deferencia Reipublicæ rectè à lapsâ, secundùm id plerumque sumitur, quod in rectâ leges ac statuta prævalent, & suum tenent vigorem : In lapsâ verò sœpiùs conculcantur & prosternuntur pedibus : Nos ergo *Galfridus* Episcopus, *Jacobus Denton* Decanus, unà cum Capitulo Ecclesiæ Cathedralis *Lichfeldiæ* antedictæ, divino honori, Christianæque religionis incremento, ac utilitati reipublicæ nostræ assiduè con———, omnia & singula statuta ejusdem Ecclesiæ à majoribus ædita, & multum confusè relicta, nuper examinavimus, summâ quâ potuimus industriâ : Nam quæ obscura videbantur, apertiùs enucleavimus ; quæ verò superflua sencivimus, ejicimus, quæ usque adeo & repugnantia convenire perfecimus ; quippe inutilia ac diminuta, ad perfectiorem quendam statum reduximus : Denique paucula adjicimus, secundùm morum exigentiam & temporis conditionem. Modo reliquum est, ut hæc in talem formam reducta, tuâ reverendissimâ fulciantur authoritate : Nos igitur prædictus Episcopus, Decanus, cum Capitulo, cum omni eâ, quâ decet humilitate, obtestamur paternitatem tuam, quatinus dignetur ea omnia & singula statuta confirmare, necnon & Legatinâ authoritate corroborare & stabilire, ut in nostrâ præfatâ Ecclesiâ, nos ac omnes alii & singuli ministri ejusdem, Deo laudibus deservire valemus, ac eundem pro tuo sereniſſimo statu indiès exorare poterimus.

Statuta *Hugonis Novant* Episcopi.

Statuta verò & consuetudines dictæ Ecclesiæ nostræ, antiquitus usitatas & approbatas, præsentis opusculi series, ad recordationem modernorum memoriam posteriorum manifestat. Est igitur in Ecclesiâ *Lichfeldiæ* consuetum antiquitùs & statutum, ut eidem Ecclesiæ, juxta morem aliarum Ecclesiarum Cathedralium in *Angliâ*, pro modulo suo, tam in Altari majori, quam etiam in Capitulo, per ministros dictæ Ecclesiæ, juxta distinctionem graduum, in divinis officiis, die nocteque adhibitis, officiorum suorum solempnitatibus debitis, singulis quibuscunque diebus, juxta temporum exigentiam, & distinctionem horarum, in ordinibus, dignitatibus, & sacris indumentis ministrantium, in modis honestis psallentium, atque Cantantium, & attentu rectè legentium, in numero & solempnitate luminarium, in pulsationibus horarum, in habitu & tonsurâ, secundùm morem aliorum Canonicorum secularium Ecclesiarum Cathedralium, in modo solempni, & quoad installationem deserviatur solempniter & honestè.

Ad Missam verò beatæ *Mariæ*, ante *Primam* pulsetur & celebretur. Pulsatâ verò *Primâ* statim dicatur ipsâ horâ in Choro : Quâ finitâ Chorus Capitulum intret, & ibi legatur Martyrologium : Post sequatur *Preciosa est*, cum suis orationibus : Deindè dicantur preces *Deus misereatur*, cum *Gloriâ Patri*, *Kyrieleson*, *Christileson*, *Kyrieleson*, *Pater noster*, *Et ne nos* ; *Salvos fac servos tuos & ancillas tuas* ; *Ostende nobis* ; *Mitte eis Domine auxilium* ; *Dominus vobiscum* ; *Ecclesiæ tuæ quis Domine.* Et in fine orationis, *Et nos famulos tuos ab omni adversitate custodi, per Dominum N.*

Si verò sequatur memoria, vel oratio tunc finiatur, cum *per Christum Dominum N.* Si verò memoria pro vino sequatur, statim post pronunciationem dicantur preces, *Levavi*, cum *Gloriâ Patri. Salvum fac* ; *Mitte ei auxilium* ; *nichil proficiat*, *Dominus vobiscum* ; Oratio *Prætende Domine*, *per Dominum* ; nec sequatur *Oremus* : Post cujus pronunciationem dicatur *De profundis*, *Kyriel* ; & *ne nos*, *Requiem*, & *aporta* ; *Credo videre* ; requiescant in pace : Oratio *Deus indulgentiarum.*

Si dies Anniversarii fuerit, tunc *Fidelium*, & oratio pro benefactoribus, & pro fratribus, *per Dominum.* Deindè legatur tabula, quæ non legatur nisi in Sabatis, vel in vigiliis duplicium festorum : Quibus peractis sileant omnes, donec dignior persona, quæ in Capitulo fuerit, dicat *Benedicite*, & respondeant *Dominus* : Et tunc negotia tractentur, quæ in Capitulo fuerint tractanda : Vertuntamen in tempore *Quadragesimali* dicetur *Commendatio* in Capitulo cum protestatione ; quam sequatur statim Missa pro fidelibus defunctis ; sed sine Diacono & Subdiacono, revestiti, sicut in omni Missâ in Capitulo celebranda, nisi in Vigiliis, quæ contingunt diebus Dominicis, & in die S. *Cedda* ; quo die Missa de jejunio fiat in Capitulo ; Inchoatâ autem magnâ Missâ, semper ante horam Nonam, secundùm anni tempora, cum Diacono & Subdiacono revestitis, consideratis eorum officiis solempnibus in dominicis in Ordinali præscriptis ; ita quidem, quod semper in duplicibus festis habentibus sibi *Processione* adjuncta, Domino Diacono & Domino Subdiacono, cum duobus turibulariis, & aliis tribus in dalmaticis, Cruces tres, Evangelium legentem, præcedentibus, cum Ceroferariis præcedant.

In festis novem Lectionum feriatis, quando *Invit* à tribus cantatur ; & in omnibus diebus dominicis Crux portetur, cum turibulo & Ceroferario ante eum, qui legit Evangelium ; & in hiis sequatur Ordinalis vel consuetus Succentor.

Item deservitur majori Altari cum Ceroferario & turibulo in omnibus festis novem lectionum ad utraſque *Vesperas* & ad *Matutinas*, & ad Missam ; in quibus festis, ebdomodarius ad *Matutinas*, & *Vesperas* Capâ sericâ utatur, sicut in Ordinali plenius est expressum : Finitâ autem Missâ, statim debet in Choro sexta vel nona inchoari, secundùm quod prædictum est, & factis pulsationibus consuetis, post

poſt Miſſam faciendam, ſic itur ad Miſſam. Poſt prandium verò, ſi Claſſicum debeat fieri pro defuncto, fiat ante pulſationem *Veſperarum*: Debent enim *Veſperæ* ſic pulſari, cantari, & finiri ſecundùm anni tempora, quod inter *Veſperas* & Crepuſculum in yeme aliquod ſit temporis intervallum. In æſtate verò, quando cenam *Matutinæ* præcedant, majus debet intervenire ſpacium propter multa. *Veſperas* verò ſemper *Completorium* ſequitur, ſine morâ, quod in Choro cantabitur ſecundùm quod in Ordinali cavetur. In *Quadrageſimâ* verò ſolet quædam pulſatio fieri, poſt prandium, ad convocandum Clericos; quibus congregatis, & finitâ pulſatione, ſtatim incipiatur *Dirige*, ſine notâ, vel cum notâ. Quando *ſcil.* fit ſervitium pro Regibus, Epiſcopis, vel pro quatuor principalibus perſonis Eccleſiæ, percanto officio uſq; ad *Laudes*, ſtatim legatur Collatio in medio Chori, quam ſtatim ſequitur Completorium: Collatio verò non legatur in diebus dominicis, nec in Vigiliis, nec in die S. *Ceddæ*, quia propter devotionem illius Sancti utræque *Veſperæ* poſt prandium, & officium illius diei, ſemper cum *Te Deum laudamus*; *Gloria in excelſis Deo*, & ſequentia; & *ite Miſſa eſt* ſolenniter celebretur.

Decanus autem dignitates ſuas, & Capitulum dignitates ſuas habent & exemptiones, ſecundùm quod in conſuetudine continetur.

Eſt autem ignitegium qualibet nocte per annum pulſandum, horâ ſeptimâ poſt meridiem, exceptis illis Feſtis quibus *Matutinæ* dicuntur, poſt *Completorium*, in quibus ignitegium ex conſuetudine non pulſatum.

Perſonas & eorum officia, dignitates & conſuetudines, quibus Eccleſia *Lichfeldenſis* ordinatè & regulariter, juxta inſtitutiones Epiſcoporum, Decanorum, & Capituli approbatas, præſens tractatus explanat.

Quatuor autem ſunt perſonæ principales in Eccleſiâ *Lichfeldenſi*, *Decanus*, *Præcentor*, *Theſaurarius* & *Cancellarius*.

Officium *Decani* eſt, quod omnibus Canonicis & Vicariis, in animarum regimine & morum correctione præemineat, & quod debeat omnes cauſas ad Capitulum ſpectantes audire, & judicio Capituli terminare: Exceſſus Clericorum, qui in villâ *Lichfeldiæ*, & in parochiis, Commune, & in Præbendis per appellationem corrigere, & delinquentium perſonas juxta delicti quantitatem, & perſonæ qualitatem, dignâ animadverſione punire. Præterea Canonici inſtitutionem ab Epiſcopo; poſſeſſionem verò de Præbendâ à Decano accipiunt, cum conſenſu Capituli: Decani enim eſt Canonicis jam inſtitutis ſtallum proprium in Choro & locum in Capitulo, per miniſterium Præcentoris vel Succentoris, tradere; Vicarias vacantes ad præſentationes Canonicorum præſentium, vel juſtâ & probabili causâ, vel de licentiâ Decani & Capituli ob quamcunque cauſam abſentium, de Clericis idoneis ordinare. Præterea nullus Clericorum de ſuperiori gradu, vel de ſecundâ formâ in Choro admittatur, niſi pro voluntate Decani & Capituli, & authoritate.

Officium *Præcentoris* eſt vices Decani abſentis in Eccleſiâ ſupplere; Chorum in Cantuum elevatione & depreſſione regere; vel per ſe, vel per Succentorem ſuum, & in omni duplici feſto Lectiones legendas Canonicis præſentibus injungere; Cantores, lictores & miniſtros Altaris in tabulâ ordinare. Ad illum etiam pertinet puerorum inſtructio & diſciplina, & eorundem idoneorum in Choro admiſſio & ordinatio. Præterea, in majoribus duplicibus feſtis tenetur intereſſe regimini Chori, ad Miſſam, cum cæteris Rectoribus Chori. Item in omni duplici feſto, Rectores Chori de Cantibus injungendis & incipiendis tenetur inſtruere. Præterea omnes Cantus ab Epiſcopo incipiendos, Epiſcopo in propriâ perſonâ tenetur injungere: Et Canonicis inducendis, ſtallum in Choro aſſignare; & inobedientes in præmiſſis corripere & coercere.

Officium *Cancellarii* eſt, ſive reſidens, ſive non extiterit, lectiones legendas in Eccleſiâ, per ſe, vel per ſuum Vicarium auſcultare, malè legentes emendare; Scolas conferre; Sigilla ad cauſas & negotia conſervare; Literas Capituli facere & conſignare, ſicut inferiùs continetur; Libros ſervare, quotienſcunque voluerit, Prædicationes in Eccleſiâ vel extra Eccleſiam prædicare, & cui voluerit Prædicationis officium aſſignare; ita tamen, quod in aſſignatione hujuſmodi, Canonicos omnibus extraneis, ſi aliquis eorum prædicare voluerit anteponat: ſalvis tamen & reſervatis Decano, duobus diebus, de quibus inferiùs eſt expreſſum.

Officium *Theſaurarii* eſt ornamenta Eccleſiæ, & theſauros Cuſtodire; luminaria miniſtrare per manus Sacriſtæ; de bonis aſſignatis Sacriſtariæ luminaria etiam debet miniſtrare; *viz.* in feſtis duplicibus decem cereos ultra magnum Altare, ad *Miſſam*, & ad *Matutinas*, & ad utraſq; *Veſperas* & *Completorium* in *Quadrageſimâ*; & ſuper Altare beati *Ceddæ* duos cereos: & ſuper quodlibet Altare unum cereum invenire. In Feſtis verò *novem lectionum*, ad *Matutinas*, ad Miſſam, & ad utraſq; *Veſperas*, & ad *Completorium*, In *Quadrageſimâ* quatuor cereos ultra magnum Altare; & duos ſuper Candelabra portabilia; & omnibus *Veſperis*, *Matutinis*, Miſſis, ſuper Candelabra ſtantia ad magnum Altare; & ad *Completorium* per annum duos cereos, & in omnibus Miſſis in Capitulo duos cereos; & in Sepulchro unum cereum continuè ardentem à terminatione Miſſæ in die *Paraſceves* uſque ad diluculum in die *Paſchæ*.

Præterea magnum cereum *Paſchæ*, etiam omnes Candelas in abſconſis in Choro; & in ſingulis noctibus, poſt *Matutinas* quæ dicuntur in mediâ nocte, vel in cero cuilibet Canonico & Vicario, qui *Matutinis* interfuerit, unam Candelam, ad longitudinem unius pugni, & unius pollicis, *xxiiii.* etiam cereolos ultra magnum Altare, tribus noctibus ante *Paſcha*, & *xxv.* Candelas, ad minus ſuper haſtam, in die *Natalis* Domini, & Sanctorum *Stephani*, *Johannis*, *Innocentium*; & ſuper quodlibet

libet Altare in Eccleſiâ *Lichfeldenſi*, in feſto Sancti cujus honori Altare fuerit dedicatum, ad *Matutinas*, ad Miſſam, & ad utraſque *Veſperas* duos cereos; & in *Purificatione* beatæ Virginis cuilibet Canonico & Vicario, & aliis presbyteris honeſtis, juxta gravitatem eorum, ſingulos cereos; & pueris Candelas.

Præterea, coram Domino Epiſcopo in ſtallo ſuo officium exequente ad utraſque *Veſperas*, & ad *Matutinas* duos cereos tenetur miniſtrare; & lumen tenetur etiam invenire ad omnes Miſſas, quæ in Eccleſiâ *Lichfeldenſi* celebrantur: Præterea unum lampadem ante magnum Altare, & unum ante Altare S. *Ceddæ* continuè ardentem; & unum in veſtiario ſingulis noctibus ardentibus; & unum ante Altare S. *Thomæ* tenetur invenire. Præterea in Anniverſariis Epiſcoporum, Decanorum, vel etiam Canonicorum, qui fuerint in dignitatibus conſtituti, quorum corpora requieſcunt in Eccleſiâ *Lichfeldenſi*, quamdiu cantatur *Placebo* & *Dirige* & Miſſa pro eis teneatur, ad tumulum eorum quatuor cereos miniſtrare. Et etiam Sacriſta perpetuus, & percipiet omnia bona, quæ ſunt vel erunt aſſignata Sacriſtariæ, qui indè debet Campanas Eccleſiæ, congruè ſuſpenſas, & amodo ſuſpendendas, in congruo ſtatu conſervare, & eorum uſibus nec non providere. Ornamenta etiam Eccleſiæ ſuis expenſis reficere; Panem, vinum bonum & competentem aquam & Candelas ſingulis Altaribus Eccleſiæ; incenſum, Carbones, ſtramen, juncum & mattas per totum annum Eccleſiæ comparare.

Ad *Sacriſtam* autem pertinent omnia Criſmalia & Candela, cum corporibus mortuorum; & Ceragium, quod elemoſina Carucarum nuncupatur, de hiis Præbendis; *ſcil. Pipâ* majori, Wefoꝛd, Frefoꝛd, Hints, cum Capellis Wyrley, Biſhopſhull, Stotfold, Coꝛboꝛough, *Gaiâ*; in villâ *Lichfeldiæ* parochiâ Decani, & totius villæ *Lichfeldiæ*, & de toto manerio de Longdone; & omnes Candelas, quæ ubicunque in Eccleſiâ *Lich.* offerentur, niſi in Altare beati *Mariæ*: & omnes Candelas, quæ offerentur in Capellâ de Stowe, in feſto S. *Ceddæ*, exceptis illis, quæ ſunt fixæ ad pedes imaginis S. *Ceddæ* in Capellâ S. *Michaelis*; & omnium ſponſaliorum, purificationum Præbendarum dictarum, ubicunque in villâ *Lichfeldenſi* fiant. Debet etiam Sacriſta in omni duplici feſto, quando fit proceſſio in Capis cericis, Capas ipſas Canonicis & Clericis liberare, & omnia quæ ad Sacriſtariam pertinent providere: Eccleſiæ Cuſtodes, pro voluntate ſuâ inſtituere; & Theſaurarius curam operis Eccleſiæ, & omnium, quæ pertinent ad opus Eccleſiæ, vel per ſe vel per alios viros idoneos & fideles tenetur agere.

Pulſatio verò ad horas, & alio modo facienda, ad *Theſaurarium* pertinet; quæ quidem hoc modo fieri debeat. In omni pulſatione ad *Veſperas*, præterquam in *Quadrageſimâ*, & ad omnes *Matutinas*, & primæ horæ diei; & Collatione in *Quadrageſimâ*, debet primus pulſus durare ad æſtimationem itineris unius miliaris, & pulſus Ignitegii, ſerò, tantum. Item pulſetur ad omnes *Veſperas* & *Matutinas* quatuor vicibus; *viz.* primus pulſus fit per Campanum minimum in Eccleſiâ majori; ſecundus per Campanam dulcem, ad æſtimationem unius quarentanæ: tertia pulſatio per aliquam groſſam Campanam: quarta verò pulſatio per Claſſicum rationabili intervallo nullatenùs præmiſſo. *Completorio* verò per illam, per quam *Nona* pulſatur. *Sextâ* non pulſatur: *Tertia* autem per Campanam dulcem debet pulſari: quælibet verò magna Miſſa idem Claſſicum habet, quod fit ad *Matutinas* & ad *Veſperas*, per idem fit in fine magnæ Miſſæ.

Et hic modus pulſationis locum habet in omni feſto *novem Lectionum*, & quotienſcunque regitur Chorus, excepto, quod quando *In*..... à tribus Cantatur, primus pulſus ad *Matutinas* & ad veſperas fit per duas minimas Campanas; reliquæ autem pulſationes ſequuntur formam ſimplicium feſtorum *novem Lectionum*; hoc adjecto, quod ſi fuerit aliquod ſimplex feſtum *novem lectionum*, *Prima*, & *nona Completorium*, pulſentur per aliquam magnam Campanam: Si verò feriatur, iſte tres pulſationes fiunt per Campanam dulcem; ſed in duplici feſto Campanis duplicatis.

Adjicimus etiam quædam; *viz.* quod in nocte *Natalis* Domini, & *omnium Sanctorum*, & nocte *Paſchæ*; pulſatur Claſſicum ab omnibus Campanis, quæ ſunt in Eccleſiâ, ante primum pulſum: Cæteri autem pulſus ſequuntur modo pulſationis Feſtorum duplicium. In feſtis verò *novem lectionum*, non ſolemnibus, pulſetur magna Campana, & in tertio pulſu, ad *Veſperas*. Pulſationes verò ad proceſſiones, & ad Miſſam beatæ *Mariæ*, fiunt ter alternatim per aliquam magnam Campanam. Item ſi contingat, quod feretrum debeat per aliquas partes remotas Dioceſis, ad elemoſinas colligendas deportari, ſolempnis debet fieri pulſatio, quando feretrum affertur, & quando refertur. Et hoc ſemper obſervandum eſt, quocienſcunque aliquod feretrum inferetur, vel afferetur, ad Proceſſiones, aut quæ fuerit in ſolemnibus diebus, & in tribus diebus ante *Aſcenſionem* Domini, & quando cantatur *ſequentia*, & *Te Deum laudamus*, ut in ſolempnibus feſtis *novem lectionum* pulſationes fiunt per Campanam dulcem & ſociam ſuam; ſed in Proceſſionibus quæ fiunt in Feſtis duplicibus pulſantur duæ magnæ Campanæ. In Proceſſionibus verò, quæ fiunt venerationis causâ, pulſantur omnes Campanæ; & quotienſcunque Deus aliquod miraculum, per beatum *Ceddam* dignatus fuerit operari. In Anniverſariis, & pulſatione pro mortuis, juxta quod dignitas perſonæ requirit, diſcretio attendenda eſt ſecundùm exigentiam rationis; ſed maximè, quod nulla fiat pulſatio penitùs, antequam pulſetur ad Miſſam beatæ *Mariæ*; nec poſtquam *Completorium* fuerit pulſatum, niſi caſus importunus & inopinatus Eccleſiæ contigerit, quod abſit. Providere etiam tenentur Sacriſtarii, quod omnes pulſationes ſuis temporibus fiant, per totum annum, tam de die, quàm de nocte.

Dig-

Dignitas autem Eccleſiæ *Lichfeldenſis* hæc eſt, quod quicunque Capellanus, notus vel ignotus, in aliquo Altari (principali tantum Altari excepto) celebraverit, oblationes argenti, quæ ſibi offerentur ad uſus ſuos, liberè poterit retinere, niſi pro aliquo quinque Capellanorum celebraverit requiſitus.

Archidiaconi officiales ſunt Domini Epiſcopi, quorum officium in exterioribus adminiſtrationibus conſiſtit; excepto Archidiacono *Ceſtriæ*, qui ſuam poſſit Reſidentiam primam facere, ratione ſuæ Præbendæ de Bolton, Archidiaconatui annexæ.

Officium *Succentoris* eſt vices *Præcentoris* abſentis ſupplere; Scolas cantus, per officialem dicti Præcentoris regere; omnes etiam Cantus debet injungere, qui non ſunt in tabulâ notati. Modum & Ordinem omnem Proceſſionum, quæ fuerint, per annum providere: Lectiones, quæ in feſtis duplicibus legentur, & in Miſſis, injungere: Tempus etiam inceptionis Miſſarum, & omnium horarum conſiderare, & obſervare: omnes tum cantus ex parte ſuâ incipere in feſtis *trium lectionum*, Reſponſoriis exceptis; *Gloria*, *Kyrieleſon*, & *Alleluia*, quæ quidem omnia incipi debent ab illis, quia ſunt cantaturi, ſecundùm quod eis fuerit injunctum. Item ſingulis diebus ſabbati, poſtquam dicitur *Benedicite* in Capitulo, tenetur ordinare coram omnibus ſervicium totius ebdomadæ ſequentis.

Dignitas *Decani* eſt, ut primam vocem habeat in Capitulo tanquam Caput Capituli, & eidem in Choro vel Capitulo intranti, vel tranſitum facienti, ibi Clerici omnes tenentur aſſurgere, & Chorum, ex parte occidentali intrantes vel exeuntes, eidem inclinare. Item dignitas Decani eſt & omnium Canonicorum, ut Epiſcopo in nullo reſpondeant, niſi in Capitulo, & judicio tantum Capituli pareant: Habeant etiam Curam ſuam in omnibus præbendis ſuis dignitatem Archidiaconalem, ubicunque Præbendæ aſſignatæ fuerint in dioceſi *Coventriæ* & *Lich.* in Eccleſiis aut decimis vel terris, ita quod nulla omnino exigentia in dono vel aſſignatione, vel in aliquâ aliâ conſuetudine, ab Epiſcopo vel ab alio fiat in Præbendis eorum, ſed omnes dignitatis libertates plenariè & pacificè habeant, quas huc uſque conſueverunt habere.

Item, cum Decanus fuerit in villâ, non debet Claſſicum ad *Veſperas*, nec ad *Matutinas* pulſari, quouſque conſtiterit Sacriſtarium de preſentiâ ejus in Choro, ſive de abſentiâ ejus voluntariâ, ſive neceſſariâ; quia poſtquam Claſſicum pulſatur, nullus erit alteriùs expectandus, niſi ſolus Dominus Epiſcopus, cum fuerit in villâ. Item ob honorem Domini Epiſcopi, nullus præſumat deferre librum deoſculandum eidem Epiſcopo, vel textum poſt Evangelium, niſi Decanus, vel ille cui Decanus in hac parte detulerit, aut eodem Decano abſente, ſenior Canonicus illud officium exequetur. Item Decanus habet curam Archidiaconalem in Eccleſiâ & villâ *Lichfeldiæ*, in omnibus. Item, cum omnes alii executores divini officii, ſive Canonici, ſive Vicarii in veſtiario Capas ſericas, in Feſtis *ix. lectionum*, ad *Veſperas*, & ad *Matutinas* induere debeant, Capitulum in ultimo ſtallo verſus orientem, ex parte Chori, & Collectas ad lectrinum. Solus Decanus, ex dignitate ſuâ nec ad Capa induenda, nec ad Capitula, nec ad Collectas dicendas ſtallum ſuum mutabit; ſed cum reverentiâ ad eum eſt Capa ſerica, præcedentibus cereis deferenda: Et ſemper, cum ad *Veſperas*, vel ad *Matutinas* celebraverit, excellentiorem Canonicum, qui præſens fuerit, ſecum habebit, qui in Altari incenſet cum eo, & etiam poſtmodum reverſi fuerint, in Choro.

Item Canonicus, quicunque fuerit, cum principali Rectore Chori, Decanum in ſtallo ſuo incenſabit, Ceroferariis coram ſtallo ſuo cremantibus, quouſque *Benedicamus* dictum fuerit. Item quotienſcunque Chorus incenſatur, ex quacunque parte fuerit, ſemper erit Decanus primus incenſatus, & primus Textum deoſculabitur, & primus pacem ad Miſſam recipiet, & ſemper dicet *Confiteor*, tam ad *Completorium*, quàm ad *Primam*, niſi Epiſcopus præſens fuerit, cui omnes honores ſunt & reverentiæ, non immeritò exhibendæ; nec eſt lectio ad Collationem terminanda, quouſque Decanus, ſi præſens fuerit, dicat, *Tu autem Domine*, vel excellentior Canonicus, qui præſens fuerit in Choro lector, *Miſerere noſtri.*

Decanus juriſdictionem Archidiaconalem habet in Præbendis Canonicorum, & in Eccleſiis ad Communiam pertinentibus, ita quod eas viſitare tenetur, & officium Archidiaconi penitùs excercere, & procurationes recipere, & Cauſas parochianorum Præbendarum, per appellationem ad eum devolutas, judicio Capituli terminare.

Dignitas autem quinque Capellanorum hæc eſt, quod nullus præter Ebdomodarii licentiam, in magno Altari celebret, Epiſcopo tantùm & Decano exceptis, quorum intereſt in majoribus duplicibus feſtis, divinum officium excercere: Veruntamen, in omni duplici feſto tenetur Ebdomodarius rogare aliquem Canonicum Capellanum pro eo officium excercere, & in vigilia *Paſchæ* & *Pentecoſtes*, & in die Cinerum, & in tribus diebus ante *Paſcha*. Si vero Canonicus Capellanus præſens non fuerit, vel non poterit exequi officium, quinque Capellani tenentur in Capitulo providere, quod gravior perſona, poſt Canonicum officium exequatur: Quinque autem Capellani providere tenentur, quod ille qui vacuus fuerit, Miſſas celebret in Capitulo, quæ ibi fuerint celebrandæ.

De *Vicariis* verò Eccleſiæ *Lichfeldenſis* ſtatutum & ordinatum eſt, quod Vicarii aſſiduè interſint horis Eccleſiæ nocturnis, pariter & diurnis; & ſi frequenter abſentes fuerint corripiantur tanquam perjuri, vel amoveantur à Choro, niſi rationabili Cauſa fuerint excuſati; & hoc per arbitrium Decani & Capituli ſit diſcuſſum. Item, quod unus Vicariorum prædictorum per Decanum & Capitulum

Sequuntur Statuta *Hug. Patſhull* Epiſcopi.

lum assignetur; qui Vicarius absentias & defectus quorumcunque Vicariorum & duorum Capellanorum horis Canonicis interesse debentium, sub debito juramenti sui in Capitulo solenniter præstando, eidem Capitulo fideliter notificabit & intimabit, secundùm ordinationes & consuetudines usitatas.

Item nullus Vicarius habeat duplex officium, aut sinetur habere. Diaconus & Subdiaconus, qui in majori Altari ministrare tenentur, singulis septimanis in tabulâ scribantur, & ab Ebdomodario *vi. d.* percipiant per septimanam. Et si ille Ebdomodarius Diaconus & Subdiaconus non fuerint horis statutis & competentibus revestiti, ita quod propter eorum moram officium Missæ non poterit incipi in tempore competenti, isti prædicti ministri, pro tanto delicto, per arbitrium Decani & Capituli puniantur: & idem subjectum fuit de Rectoribus Chori, si ad *Matutinas* vel ad Missam, vel *Vesperas* non fuerint præsentes in Choro ad officia sua exequenda. Si Vicarius scriptus fuerit in tabulâ ad Cantandum, vel ad legendum in Choro, & defuerit, duas Communias amittet; *scil.* diei illius, si quam acceperus fuerit, & diei sequentis: Et si propter Carentiam Commune absentaverit se per tres dies vel noctes, absque licentiâ Decani; per Decanum, tanquam contumax, puniatur; & hoc idem fiat de Rectoribus Chori.

Item si aliquis Vicarius absens, aliquem suo loco posuerit ad Legendum, vel Cantandum, vel aliquod officium exequendum; & ille defuerit, qui sic est requisitus, per arbitrium Decani puniatur uterque. Si Vicarius ensigne fuerit, duas noctes solummodo quietis habebit, Communionem non amittat.

Et quod solùm quatuor Vicarii; *viz.* duo ex utraque parte Chori, quolibet mense solum ensigne recipient, in festis tam *trium*, quàm *novem lectionum*, duplicibus festis (diebus dominicis & festivis omnino exceptis) proviso tamen, quod si aliquis vel aliqui de dictis Vicariis diebus dominicis & festivis, ex Causâ opportunâ ensigne recipiant, quod horis interfint Canonicis & Missis, nisi de villâ ..... sub pœnâ perdendi Communiam diurnam: Et quod nullus vel nulli exeat vel exeant, donec quatuor prædicti reveniant, vel saltem eorum tempus penitùs impleatur.

Nullus Vicarius libros Ecclesiæ asportet à Choro, vel revestiario, sine licentiâ Sacristæ; & si contrafecerit incidat in sententiam majoris excommunicationis, contra tales à Decano & Capitulo promulgatam.

Capæ de samito, vel tantùm de auro, vel alia pretiosa, in bonâ Custodiâ separatim serventur, & nulli Vicario tradantur, nisi præcipuè in majoribus festis & processionibus. Et Vicarii, cum Capis sericis induerint, eas modestè deponant, & honestè reponant. Nullus etiam Vicarius Capam sericam sibi oblatam recuset, nec in Choro, nec in processione; & si fecerit, exeat à Choro vel processione, non reversurus sine licentiâ Decani speciali. Item postquam dicitur *Glorid patri* super Primam precationem ad *Vesperas* & ad *Matutinas*, & ad Missam in *Septuagesimâ*, *Quinquagesimâ*, & in *Quadragesimâ*, vel in *Adventu*, post *Collectam* dictam; nec in alio tempore post *Gloria in excelsis*, quando dicitur in Choro, præsumat Vicarius introire, nec recedat à *Vesperis* donec *Benedicamus* dicitur; nec à *Matutinis* similiter; nec à Missâ ante post Com. dictam, nisi Causâ infirmitatis, vel ad requisita naturæ diverterit, statim rediturus; vel Causam sui recessus Decano, seniori Canonico, vel Succentori aperte ostendat; & si non fecerit puniatur.

Item, quod omnes seculares Clerici, vocati vulgariter **Clerk vikars**, debent scribi in tabulâ ad Missam beatæ *Mariæ*, ad quam accedere & attendere debent in eodem habitu suo, quo utuntur in Choro, & ibidem se honestè gerere, sine murmure & chachinno; & ibidem sine discessu, nisi fuerit necessarius, continuè commorari; & Cantent Cantilenas communes; quas omnes, vel eorum major pars noverit. In diebus autem solennibus, Cantarionibus dulcibus, sine Organis, uti debent. Distribuatur etiam eisdem Clericis pecunia eorum usibus deputata, singulis quarterils anni, secundùm morem hactenùs usitatum, ita *scilicet*, quod portio Clerici absentis cedat usui Vicariorum interessentium.

De Vicariis, qui non accedunt ad officium defunctorum, statutum est; quod illi qui custodiunt Martilogium, tales defectus observent & numerent; & in proximâ distributione, Martilogii faciendi, dictos defectus insinuent Decano, & auctoritate suâ & Capituli, portionem quam habere deberent eâ vice absentes, habeant illi, qui libenciùs & frequentiùs interfuerint Exequiis mortuorum. In ultimo pulsu ad *Matutinas* & *Vesperas*, incontinenti postquam fuerit pulsatum, Vicarius ebdomodarius præsens sit in Choro, & officium suum incipiat; & si non fuerit, vel tempestivè non venerit Communiam amittet, nisi alium loco suo posuerit: & si defuerit ille uterque puniatur.

Quoniam etiam nonnulli, quod verendum est dicere, ad Ecclesiam accedunt, pecuniæ magis prætextu, quam gratiæ, in suæ salutis dispendium, & scandalum sociorum, statim ut stipendium quotidianum receperint, à Choro recedere non verentes, ne gratia in pecuniâ, sed pecunia potiùs in gratiâ Committatur; salubriter est provisum, ut stipendia nocturna, dum dicitur precatio *Benedictus* in duplicibus festis, sive in festis *ix.* lectionum Vicariis præsentibus assignetur: diurna verò distributio Commune fiat in ultimâ horâ quæ fuerit in Choro ante prandium dicenda. Ad hæc, nullus Vicarius Evangelium, vel Epistolam, vel Martylogium, vel Collationem, vel lectionem, in *Matutinis* vel in Missis legere præsumat, nisi auscultetur; et si contrafecerit, amoveatur à libro, et illa lectio alio committatur legenda; et si contra præsumpserit, in Capitulo corrigatur.

Nullus

Nullus ſacerdos corpus alicujus defuncti, niſi fuerit de Choro, in cimiterio Eccleſiæ *Lich.* ſepelire præſumat, ſine licentiâ Decani, vel Canonicorum reſidentium; & ſi contrafecerit, ipſo facto ab ingreſſu Eccleſiæ noverit ſe ſuſpenſum, & ſi contumax fuerit, ſententiam majoris excommunicationis incurrat.

Vicarii de novo inſtituendi, præſentari debent in Capitulo, ſed non niſi Decano ibi præſenti, vel eo abſente, Præſidenti Capituli; & debet ab ipſo Canonico, vel ejus procuratore ſolenniter præſentari, niſi Culpâ ipſius Canonici exigente per Decanum & Capitulum Vicarius præſentetur: quo quidem præſentato, Debet Decanus præſidens injungere Præcentori, vel Succentori præſenti, quod eum experientiæ Causâ, per aliquod tempus ipſum in Choro admittat, & in tabulâ ponat, ad cantandum & ad legendum ſolùm, & quandoque cum ſocio; qui, ſi non fuerit idoneus recedat licentiatus ſolenniter à Decano, vel ſecretè. Si verò repertus fuerit ydoneus ad cantandum & legendum, Succentor, cum teſtimonio Chori, eum tanquam ydoneum præſentabit Decano & Capitulo; & tunc ad Decanum pertinet, ipſum, tam de moribus, quàm de ſuſceptis ordinibus examinare; & ſi nichil Canonicum obſtiterit, Vicarium admittere, & ab eo ſacramenta recipere; *ſcil.* quod ſervicium Eccleſiæ ſuſtentabit pro poſſe ſuo rationabili, & quod fidelis erit Eccleſiæ *Lichfeldenſi*, & quod obedientiam Decano & Capitulo exhibebit, & ſtatuta dictæ Eccleſiæ iſti concernentia fideliter obſervabit. Et ſciendum, quod Vicarius toties Sacramentum iterabit, quociens ſervicium ſuum mutabit.

Admiſſio & inſtallatio *Canonici* eſt, *viz.* quod cum Canonicus inſtallandus literas Epiſcopi patentes, Decano & Capitulo directas, ſuper collatione alicujus Præbendæ, ſibi ab Epiſcopo facta, & aſſignatione ſtalli in Choro, & loci in Capitulo facienda, in ipſo Capitulo publicè exhibuerit, Decanus vel Præſidens eum admittat; qui, aſſumpto habitu debito, ſecundùm anni tempora, quatuor Sacramenta præſtabit; Primùm, quòd jura & libertates Eccleſiæ *Lichfeldenſis* ſervabit, & defendet, & manutenebit contra omnes homines pro poſſe ſuo rationabili. Secundò jurabit, quod conſilia Capituli celabit. Tertiò, quod antiquas & approbatas conſuetudines, & alias per Decanum & Capitulum communiter ſtatuendas, pro viribus ſervabit. Quarto, quod obedientiam Decano & Capitulo devotè ſervabit: quibus ſacramentis præſtitis, Decanus eum inſtallandum Præcentori vel ſuccentori, per manum committet, qui eum in ſtallo ſuæ Præbendæ aſſignato, per manum ponat, ſic dicendo, *Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum; ex hoc nunc & uſque in ſeculum*, & ſic genuflectant, dicendo *Orationem dominicam*, & tunc ſurgant & Capitulum adeant, & Decanus, vel Præſidens eum per manum accipiat, & ei in Capitulo locum, ſecundum ſenioritatem aſſignet. Deinde, ſi domos habeat ſuæ Præbendæ annexas, Decanus, vel ille cui Decanus præceperit, ipſum in corporalem poſſeſſionem Domorum inducat; vel ille Canonicus accedat ad locum Præbendæ cum literis Decani, poſſeſſionem corporalem accepturus.

Sciendum eſt, quod quilibet Canonicus iſta quatuor ſacramenta toties iterabit, quoties præbendam mutabit. Et ſciendum eſt, quod quilibet Canonicus dabit Vicario ſuo ad minus *xx*ſ. pro ſtipendiis ſuis, niſi Vicarius idem fuerit Sacerdos, qui in officio ſacerdotali debet miniſtrari, & tunc Canonicus dabit ei ſtipendia largiora, ſecundùm quod convenerit inter eos. Et ſi Canonicus Vicarium non habuerit, vel per totum annum, vel per aliquam partem ejuſdem, pecuniam quam Vicario præſtare deberet, de *xx*ſ. dabit Capitulo in uſus Eccleſiæ convertendos, Seniores Vicarii convenienter obſecrandi ſunt per Canonicos, ſi verò à quotidiano ſervicio, vel horis Canonicis, ſine rationabili Causâ ſepiùs defuerint, & à Decano correpti, hoc non emendaverint, corrigantur eorum delicta ſecundum quod ſuperiùs continetur.

Quatuor principalium perſonarum ſtalla Chori Lichfeldenſis *ſunt, in introitu Chori, & à parte occidentali, prout in ſequentibus patebit.*

In occidentali parte, à dextris.	A Siniſtris.	In orientali à dextris.	A Siniſtris.
1. Stallum *Decani.*	1. *Cantoris.*	1. *Cancellarii.*	1. *Theſaurarii.*
2. Hondiſacre.	2. Longedon.	2. Frekford.	2. Colbrough.
3. Biſhophull.	3. Wekford.	3. Terbyn.	3. Stotfold.
4. *Pipa* minor.	4. *Gaia* minor.	4. Wolbey.	4. Derneford.
5. Whitington.	5. Eccleſhale.	5. Tachebroke.	5. Colwych.
6. Alveton.	6. Alveton.	6. *Gaia* major.	6. Rupton.
7. Bolton.	7. Sandiacre.	7. Welington.	7. Bobynhull.
8. Okeley.	8. Derſet. Flixton.	8. *Pipa* parva.	

Chorum

Chorum intrantes Clerici, ità ordinatè ſe habeant, ut ſi ex parte orientali intraverint, ad gradum, ſe ad Altare inclinent; poſtea ad Epiſcopum, ſi præſens fuerit, vel eo abſente ad Decanum; quod etiam volumus obſervari, ſi ex parte occidentali intraverint: Et cum moderamine intrent in Chorum & exeant.

Chorum intrare poſſunt Clerici ad *Matutinas*, & ad omnes horas, ſicut continetur ſuperiùs in Statutis de Vicariis. Ad *Completorium* illi, qui *Veſperis* interfuerint, præcedentibus aliis, aut ad *Completorium*, vel ad *Vigilias mortuorum* nullo modo intrare poſſint: in *Quadrageſimâ* tamen ad *Completorium* intrare poſſunt quo modo ad *Veſperas* in alio tempore. Ad *Vigilias mortuorum*, & ad *Collationem* quolibet tempore, ad alias horas, quando ſine intervallo Miſſam ſequuntur, nulli intrare licet, niſi hiis qui Miſſæ interfuerint: in *Quadrageſimâ* tamen, diebus feriis, quando de feriâ agitur, ad *Veſperas* intrare poſſunt hii, qui horis diei interfuerint priùs, licet Miſſæ non præcedenti interfuerunt.

Si aliquis Clericus tranſierit ab unâ parte Chori, in oppoſitum, in eundo & redeundo, ad Altare ſe inclinet: Intrantes etiam Clerici, in locis ſuis ita ordinatè ſe accipiant, ne formas inordinatè tranſileant; idem etiam exeuntes obſervent. In Choro nullum fiat murmur à Clericis; nulla habeant colloquia, riſus, aut alia verba, niſi neceſſaria. In Feſtis ix. *lectionum*, tam Canonici, quàm Clerici, ad omnes *Veſperas* principales, per annum, continuè ſtare tenentur in Choro, niſi dum *verſus Reſponſorius* dicitur, quando *Reſponſorium* habetur, & in ebdomada *Paſchæ*, tunc ſedere debeant, dum *verſus Gradales*, & *verſus Alleluia* cantantur. Ad *Completorium* omnes indifferenter Clerici, per totam illam horam ſtare tenentur. Similiter ad *Matutinas* per totum tempus, niſi dum lectiones leguntur, & *Reſponſoria* cum ſuis verſibus cantantur. In pſalmodiâ verò, ad *Veſperas* & ad *Matutinas*, & ad omnes horas ſedere poſſunt, quandocunque ad *Matutinas* nocturnas dicitur. Et præterea in omnibus feſtis *trium lectionum*, quando fiunt cum ix. precationibus; & in feriis & in feſtis *trium lectionum*, ſive regimine Chori, in tempore *Paſchali*; & ad *Primam*, & ad Cæteras horas uniformiter ſedere tenentur, niſi dum ymnus dicitur.

Stare autem tenentur ad Miſſam, per totum tempus, niſi dum *Lectio*, vel *Epiſtola* leguntur, & *Gradalia*, & *Alleluia*, & tractus ad gradum Chori, cum ſuis verſiculis cantantur: Sed quociencunque tractus à Choro cantatur, alternis vicibus, illa pars Chori quæ cantat ſtare debet, parte appoſitâ interim ſedente: Et vice versâ Rectores Chori alios Clericos mutare tenentur. Converſi autem ad Altare ſtare tenentur Clerici, ad *Veſperas*, ex quo dicitur *Deus in adjutorium*, quouſque incipiatur *Prima*———. Simili quoque modo ſe gerant in inceptione cujuſlibet horæ, & quociens dicitur *Gloriâ Patri*. In *Reſponſoriis* verò cantandis generaliter ſervatur, quod ſemper hii qui verſum cantant, ab inceptione *Reſponſorii*, quouſque verſus cum *Gloria Patri* per cantetur, ſtare debent: Similiter ſervatur in Capitulis & Collectis dicendis, & in fine omnium ymnorum; & in omnibus verſiculis, ad *Matutinas*, ſtat Chorus, ad Altare converſus, in inicio, quouſque reincipiatur ultimo *init*. Ad pronunciationem etiam cujuſlibet Evangelii, ad ipſum lectorem ſe convertat Chorus, dum verba Evangelii dicuntur.

In inceptione *Te Deum laudamus*, ſtare debet Chorus, converſus ad Altare. Ad Miſſam verò geſtus prædictus attenditur, dum *Gloria in excelſis* inchoatur, quouſque Chorus cantet hæc verba *Adoramus te*; & ad hæc verba *Suſcipe deprecationem noſtram*; & cum dicitur *Jeſu Chriſte* uſque ad *Epiſtolam* vel *lectionem*. Item in fine *Gradalis*, vel *Alleluia*, vel per ſe ad Altare ſe inclinent, antequam ad Evangelium lector ſe convertat, ſigno Crucis ſe ſignans, quod ter ad Miſſam publicè ſervatur; *ſcil.* ad *Gloria in excelſis*, quando dicitur in *Gloria Dei patris*: Et cum dicitur *Gloria tibi*, ad Evangelium; & poſt *Sanctus*, cum dicitur *Benedictus qui venit*: Item ad inceptionem *Credo in unum*, quouſque Chorus cantet; & in unâ converſione interim, ter ad Altare ſe inclinent, cum dicitur hæc Clauſula, *Et incarnatus eſt, de ſpiritu ſancto; natus ex* Mariâ *Virgine*, & homo factus eſt.

In ferialibus diebus, quando ad horas preces dicuntur, in proſtratione Chorus ſe habet ad omnes horas, dum preces dicantur, quouſque dicitur *per Dominum*, poſt orationem, ex quo incipiatur *Kyrie*, ſolus ſacerdos à proſtratione ſe erigit, cum dicitur *Exurge Domine*: ad *Matutinas*, dum dicitur *Oratio dominicalis*; Ante *lectionem* quouſque dicitur *& ne nos inducas*: In *laudibus* ſicut ad *Matutinas*: Ad Miſſam & *Veſperas* qualibet die feriali extra tempus *Paſchæ*, poſt *Sanctus*, uſque *per omnia* ante *Agnus Dei*. Item quando elevatur Corpus Chriſti, adoret, ſtando; quo dimiſſo, proſternat ſe Chorus. Item in *xl^a.* in ferialibus diebus, quando dicitur *Sanctus Deus, ſanctus fortis* &c. & quando dicitur *O Crux, ave*; & alia quæ in ordinali deſcribuntur. Et nota, quod dum Chorus eſt proſtratione, nulli licet intrare Chorum, quouſque ſurrexit Chorus. Præterea, in *Quadrageſimâ*, in initio cujuſlibet horæ, fit genuflexio. Proſtratus etiam debet eſſe Chorus in omni feriâ, quando de feriâ agitur, extra tempus *Paſchæ*, in *Vigilia mortuorum*, ab *Placebo*, ex quo dicitur *Kyrie*, donec ultima oratio dicitur ad *Dirige*, dum *oratio Dominicalis* ante *lectionem* dicitur. Poſt Pr. *Benedictus* eodem modo quo poſt *Magnificat*, ad *Placebo*, niſi officium defunctorum fiat cum cantu, & cum *ix.* lectionibus, excepto tempore *Paſchæ*.

Sciendum eſt, quod omnes Clerici indifferenter, nigris utuntur Capis per totum annum, cum almuciis & ſuperpelliceis, in Choro, ad *Matutinas* & ad Miſſam; ac alias, dum uſque ad *Gloria in excelſis*. In Vigilia *Paſchæ*, ubi factâ genuflectione, deponunt Capas nigras, & in ſuperpelliceis, cum almuciis appareant;

reant; & sic, exceptis *Matutinis* tantum se gestant usque ad *Vesperas* exclusivè in Vigilia *omnium Sanctorum*, servicio pro mortuis non obstante. In festis autem duplicibus, habentibus processionem sibi annexam, tunc utentur Capis sericis, in Processione. Nullus etiam Vicariorum, aut ministrorum, almuciâ utatur, nisi nigrâ in Choro, nec in Capitulo: Rectores verò Chori semper Capis utuntur sericis in Choro.

In die *Natalis* Domini, utendum preciosioribus indumentis; in *Paschali* tempore, & in ebdomadâ *Pentecostes*, utuntur Ministri Dalmaticis albis: Rectores autem Chori similiter Capis albis. In *Annunciatione* dominicâ; & in *Circumcisione* Domini; & in festis omnibus beatæ *Mariæ*; & in *Octabis*, & in Commemoratione ejusdem; & in utroque festo S. *Michaelis*, & in festo cujuslibet Virginis, rubeis utuntur indumentis; in utroque festo S. *Crucis*; & in quolibet festo Apostolorum & Martyrum, præterquam S. *Johannis*, in *Natali*; sed in festo *Epiphaniæ*, & in dominicâ Passionis, & in dominicâ *Palmarum*, Rectores Chori capis utuntur rubeis. Varii etiam coloris uti possunt capis Rectores Chori, & ministri Altaris, in festis *omnium Sanctorum* & Confessorum, & S. *Petri* in Cathedrâ, & *Nativitatis* S. *Johannis* Baptistæ. Rubeis utuntur in *decollatione* ejusdem; sed in die S. *Mariæ Magdalenæ*, & in diebus dominicis, ab Octabis *Epiphaniæ*, usque *Quadragesimam*; & ab Octabis *Paschæ* usque *Adventum*, pro voluntate Sacristæ, quando de dominicâ agitur. In *Adventu* tamen & *Quadragesimâ*, & in Exequiis mortuorum, nigris capis sericis utendum est.

Ista omnia temperenda secundùm facultates Ecclesiæ: solet autem Chorus regi omni die Dominicâ, & in omni duplici festo, & in omni festo *ix. lectionum*, per totum annum, & à primis *Vesperis Natalis* Domini, usque ad *Octabas Epiphaniæ*; & in ipsis *Octabis*, & per ebdomodam *Paschæ*, *Pentecostes*; & in quibusdam festis, quæ contingunt in *Paschali* tempore; & in festo S. *Ambrosii*, S. *Martini*, S. *Georgii*; Apostolorum *Philippi* & *Jacobi*, S. *Crucis*, S. *Johannis* ante *Portam Latinam*, S. *Dunstani*, S. *Aldelmi*, S. *Augustini*, S. *Barnabæ*; & per *Octabas Ascensionis* Domini; in die Apostolorum *Petri* & *Pauli*, & in *Octabis* eorum; & in *Octabis Assumptionis* beatæ *Mariæ*; & in *Octabis Nativitatis* beatæ *Mariæ* Virginis regitur etiam Chorus in omni Commemoratione beatæ *Mariæ* & beati *Ceddæ*.

Duplicia autem festa sunt hæc, in Ecclesiâ; Dies *Natalis* Domini, & quatuor dies sequentes, dies *Circumcisionis* Domini, dies *Epiphaniæ*, dies *Purificationis*, dies S. *Ceddæ*, *Annunciationis*; Prima dies *Paschæ*, cum tribus diebus sequentibus, *Octabis Paschæ*, *Inventio S. Crucis*, dies *Ascensionis*, dies *Pentecostes*, cum tribus sequentibus, S. *Trinitatis*, *Johannis Baptistæ*, Apostolorum *Petri* & *Pauli*, Festum *Reliquiarum*, *Assumptionis* beatæ *Mariæ*, *Nativitatis* beatæ *Mariæ*, *S. Michaelis*, *omnium Sanctorum*, *S. Katherinæ*, *S. Andreæ*, & *S. Nicholai* In hiis festis duplicibus, Chorus regitur à quatuor, quorum duo principales semper erunt Capellani, duo secundarii, quandoque Diaconi vel Subdiaconi. In majoribus autem festis duplicibus, committatur Cantoris discretioni, quos vult ad Chorum regendum ordinare; ita tamen provideat, quod semper principales sunt duo Vicarii dignitate.

In simplicibus autem festis, tenentur Chorum regere ebdomodarii, qui in tabula Dominicali scribuntur ad injunctum dicendum; & hii quidem Chorum regent quandocunque regendus est, infra octo dies continuas per totum annum, quando tabula per septimanas discurrit integras; & illi qui scripti fuerint ad injuncta cantanda, illud cantare debent, quociens injunctum fuerit. Duplex, alternis vicibus, per septimanas Chorus esse debet, unâ septimanâ ex parte Decani, & duabus continuis ex Cantoris parte. A die autem *Paschæ* per quatuor dies variatur tabula; Cæteris enim diebus Chorum regant illi, qui scribuntur in tabulâ ad Chorum regendum per ebdomodam; *scil.* Secundarii, simili modo servetur in ebdomoda *Pentecostes*, usque ad diem S. *Trinitatis*: Generaliter autem debet observari, *viz.* quod tam Rectores Chori, quàm quilibet alius Clericus, in Choro ministrans, sub capis omnibus utantur superpelliceis, & non rochetis. Præterea Rectorum Chori officio annexum est, ne pueri inordinatè se gerant in Choro; & ne Chorum exeant, nisi licentialiter ad eos providendum.

Episcopus, si absit, vel Decanus; vel eis absentibus excellentior Canonicus, vel ebdomodarius, dicat *Confiteor*, tàm ad *Primam*, quàm ad *Completorium*, per totum annum, quando in Choro dicitur *Confiteor*, finitâ oratione, cum *Dominus vobiscum*, in Choro: Et *Benedicamus* cantent Clerici processionaliter in Capitulum, ubi in primis legatur quædam lectio de Martirologio, sive *Jube Domine benedice*, & sive *tu autem*, habitu non mutato: Finitâ lectione ebdomodarius dicat, vel executor officii *Pretiosa est in conspectu Domini*, post *Benedicamus*, ut supradictum est.

Statuta Domini *Rogeri Meuland* Episcopi.

Insuper volumus, ordinamus, & statuimus, quod Decanus in Ecclesiâ continuam residentiam faciat; & hoc juret quilibet Decanus, tempore suæ creationis, adhibito tamen moderamine absentiæ suæ, sicut inferiùs continetur: Cujus Decani officium erit excessus Canonicorum, Vicariorum, Clericorum, & deservientium in Ecclesiâ corrigere, de consilio & assensu fratrum residentium in eadem; & Canonicos instituendos per ipsum Sacramentum recipere, Capitula ordinate, dispersa congregare, jura & libertates Ecclesiæ defendere & tueri; & jurabit, quod habebit in se patientiam & humilitatem fratres suos, cum debitâ mansuetudine & benignitate tractare. Missas in duplicibus festis majoribus, ut antiquitùs usitatum est, celebrare; vel aliquem de confratribus Canonicis, si ad hoc dispositus non extiterit, per ebdomodarium, ut id faciat interpellare;

terpellare ; pro negotiis Ecclesiæ diligenter & fideliter laborare : Præbendas Ecclesiæ, modo consueto visitare, cum moderamine tamen familiæ, & evectionum, sicut inferius continetur. Canonicis inducendis locum in Capitulo assignare. In primâ dominicâ de *Adventu*, & in die Cinerum, si voluerit, personaliter prædicare; quod si Cancellarius noluerit prædicare, tunc in illis duobus diebus Decanus, quem voluerit, prædicatorem assignet; ita tamen, quod extraneis Canonici, si prædicare voluerint, secundùm statum & gradum ipsorum, omnibus præferantur.

Item statuimus, quod quatuor principales personæ Claves cistæ communis custodiant, in quâ sunt & esse debent Sigillum communitatis, & privilegia, & circa conservationes prædictorum & aliorum, quæ in eadem includentur, diligentes existant. Item statutum & ordinatum est, quod quilibet Canonicus residens singulis diebus xii *d.* recipiat, & singulis festis duplicibus duos solidos; & in quatuor principalibus Festis; *viz.* die *Natalis* Domini, S. *Ceddæ* in *Marcio*, *Paschæ*, & *Assumptionis* beatæ *Mariæ*, decem solidos. Decanus autem, qui continuam facit in Ecclesiâ residentiam, duplicem Canonici recipiat communam, in diurnis distributionibus : Poterit tamen licitè in qualibet quartâ anni, per unum mensem abesse, sicut & alii Residentes. Quod similiter Dominus Episcopus recipiat duplicem communam singulis diebus, quociens ad Civitatem declinaverit, quamdiu in Civitate fuerit, sive ingrediatur Ecclesiam, sive non. Hæc autem diurna distributio tantum detur & persolvetur residentibus & præsentibus, sive surgant ad *Matutinas*, sive non; absentibus autem ex quacunque causâ nequaquam.

Si verò contingat Canonicum residentiarium venire ad Civitatem, licet non interfit *Matutinis*, nichilominus communam illius diei recipiat; verùm si die craftinâ recedat, & non revertatur, communam illius diei non habeat, nisi interfuerit *Matutinis*, vel alicui horæ Canonicæ diei : Si verò ægrotaverit Canonicus residens, infra Clausum, nicholominus tamen, pro præsente, habitus, cotidianas distributiones, & alia in fine anni recipiat plenariè. sive ingrediatur Ecclesiam, sive non. Item si quis Canonicus residentiarius hujus Ecclesiæ, per xxx. dies continuas vel interpellatur in aliquo quarterio anni, abesse contigerit, communas quas pro illis diebus perciperet omnino amittat : Et si non ultra xxx. dies abfuerit, divisionem in fine anni faciendam, pro quartâ prædictâ integrè recipiat.

Oporteat autem quemlibet Canonicum, sive resideat sive non, continuum habere Vicarium in Ecclesiâ deserviturum, prout ordo suus & officium requirit, secundùm consuetudinem diutiùs usitatam : Qui quidem Vicarius sic pro tempore deserviens, vel Cantariarum Capellanus, qui ratione suæ personalis interessentiæ, in aliquo diurno, vel nocturno officio, in Ecclesiâ prædictâ cotidianas, ex debito, reciperet communas, si ille Vicarius Cantariæ, vel Capellanus absens fuerit ab Ecclesiâ, ex propriâ causâ vel motione, instigatione, instanciâ, seu deprecatione alicujus personæ cujuscunque præeminentiæ, status sive conditionis extiterit; & quanquam pro eadem absentiâ, à Decano tantum, vel à Decano & Capitulo, licentiam absentandi obtinuit, nulla diurna communa ejusdem Ecclesiæ, absenti seu absentibus detur quovismodo; quia personaliter exequentes divina officia, & eisdem intereſſentes, communas recipere debent, & absentes ex quacunque causâ nequaquam.

Verùm quinque Canonici ab antiquo constituti ad deserviendum, per vices suas in Altari majori, cum Diacono & Subdiacono, si non sunt sacerdotes, habere tenentur sacerdotes, Vicarios, viros ydoneos, qui vices illorum Canonicorum suppleant, in Altari, curam vel administrationem in aliis non habentes : Proviso quod Vicarius aut ille ebdomadarius, qui pro tempore fuerit, non alias Missam ad summum Altare celebret, absque licentiâ Decani, aut Præsidentis, nisi *Matutinis* illius diei interfuerit, quem ad modum hactenus est usitatum : Diaconus autem & Subdiaconus prædicti, sex denarios in ebdomadâ, ab ebdomadario recipient.

Insuper statutum est, quod cura animarum Ecclesiarum, Præbendarum, & Commune; necnon & jurisdictio parochianorum omnium earundem, penès Decanum & Capitulum resideat, cum oporteat Canonicos, non in eisdem, sed pro eisdem in majori Ecclesiâ deservire; earundem tamen Canonici, tanquam officiales & ministri perpetui Decani & Capituli, quæ ad jurisdictionem eorum pertinent, exequantur, & sint Canonicorum, quæ ex hiis perveniunt, matrimoniales causas emergentes, semper Decanus & Capitulum audiant & decidant; cæteras autem causas per appellationem Canonicam ad eosdem delatas : Et sint eorum amerciamenta, quæ ex hiis proveniunt.

Ne igitur præmissarum præbendalium Ecclesiarum Canonici, circa sibi commissa officia & jurisdictiones negligentes inveniantur, vel remissi; statuimus, quod Decanus, qui pro tempore fuerit, tam sui quàm Capituli autoritate, de triennio in triennium, dictas præbendales Ecclesias visitet, cum moderamine evectionum, & familiæ; *viz.* cum decem equitaturis, ibique die suæ Visitationis, honore quo decuerit, procuretur; quæ fieri volumus in omnibus aliis Præbendalibus . . . .

. . . . . .

. . . . . & corrigenda, si de plano fieri possit per ipsum; sin autem per Decanum & Capitulum corrigantur. In Civitate verò *Lichfeldensi*, de causis emergentibus spiritualibus, Decanus cognoscat, sicut hactenus est optentum, cujuslibet tamen jure salvo : Sintque prædictæ præbendales Ecclesiæ & cæteræ ad communam pertinentes, de cætero, sicut & quæ hactenus fuerunt, à jurisdictione Archidiaconorum nostræ Diocesis, perpetuo jure exemptæ. Ad hæc, Canonicus in fata decedens,

cedens, à die obitus sui usque ad annum Completum, fructus Præbendæ suæ percipiat universos, exceptis homagiis, releviis, maritagiis, placitis, escaetis; & feno de Dominico, nisi fuerit falcatum, & portionem suam habeat pro stadio illo in quo moritur, de distributione in fine anni faciendâ, dum tamen in aliquâ parte anni quasi residens moritur.

Cæterum, ne imposterum evocetur in dubium, quæ expensæ fieri debeant de communâ pro negotiis Ecclesiæ; statuimus, quod si emergat negotium, quod solum tangat communam, de solâ communâ fiant expensæ, tam de communâ, quàm contributionibus præbendarum: Si verò tangat personam Canonici, tum ipse Canonicus suis sumptibus se defendat: Si verò tangat statum alicujus præbendæ adeo quod ex hoc immineat periculum totius Ecclesiæ, fiant expensæ de bonis illius præbendæ; habitâ tamen ratione, ne Canonicus egeat; quod si bona non sufficiant, suppleantur expensæ proportionaliter de communâ & contributionibus præbendarum, sicut superiùs est expressum.

Item statuimus, quod unus vel duo Canonici in Ecclesiâ *Lichfeldensi* eligantur per Capitulum *Lichfeldiæ*, omni anno sextâ feriâ post festum Sancti *Michaelis*, qui intromittant se de communibus bonis ipsius Ecclesiæ; recipiendo, conservando, & distribuendo dicta bona, secundùm formam statutorum dictæ Ecclesiæ; & tenentur in fine annì reddere finalem compotum Capitulo de omnibus receptis & expensis; & quod dictus Compotus omni anno, sextâ feriâ proximâ ante festum S. *Michaelis* reddatur; ita quod omnes Canonici, qui fuerint residentes, possunt interesse in dicto Compoto, dictâ die; & facto dicto Compoto, fiat sine aliquâ ulteriori dilatione, inter Canonicos distributio, pro ratâ suæ residentiæ, de bonis illis quæ superfuerunt, factis expensis, & solutâ communâ illius anni; quæ quidem communa cotidiana solvatur Canonicis residentibus in qualibet septimanâ, die Sabati illius septimanæ, quamdiu solvi potest de bonis communibus; & illi Communarii Canonici jurent de hoc fideliter faciendo. Et si bona communia aliquo tempore, ad hoc faciendum, non habuerint, quàm cito ea habere poterunt, hoc faciant, nullius super hoc requisito consilio nec consensu: Et tales Canonici communarii pecuniam communem in usus proprios non convertant, nec alicui mutuent, sine Decani & Capituli licentiâ speciali.

Item statuimus, quod Decanus volens congregare Capitulum, teneatur vocare Canonicos die præcedente, nisi talis casus emerserit, vel necessitas immineat, seu utilitas, quod dictum Capitulum, absque Ecclesiæ incommodo, in diem alterum deferri non possit; & tunc illos saltem, qui sunt in clauso teneatur convocare. Item statuimus, quod qualibet sextâ feriâ cujuslibet ebdomadæ, in pulsatione *Primæ*, per Decanum, si præsens fuerit, vel per majorem de Capitulo post Decanum, si Decanus fuerit absens, factum Capitulum, ad tractandum de negotiis Ecclesiæ; & notentur ad illud omnes Canonici Residentes, & de eorum consilio & consensu, vel majoris ac sanioris partis Capituli, quæ in Capitulo ordinanda fuerint, ordinentur & fiant.

Item statuimus, quod qui firmam ab Ecclesiâ acceperit, vel à Canonico Ecclesiæ, ædificia sustinebit, & firmam suam solvat statutis temporibus, quod si prædicta non fecerit, Ecclesia alii concedatur; & nichilominus teneatur firmarius dampna resarcire, secundùm estimationem Decani & Capituli; & finiatur omnis firma omni quinquennio, nisi de quinquennio in quinquennium, & non ultra xx annos per Decanum & Capitulum de cætero concedatur. Item nullus firmarius habeat cognitionem causarum. Item statuimus, quod quolibet anno semel infra *Octabas Pentecostes*, videatur thesaurus Ecclesiæ, & quæ sunt in thesauriâ, per Decanum & Capitulum; ita quod nichil possit per negligentiam deperire; & si circa illum vel illa, aliquid emendandum fuerit, emendetur.

Item statuimus, quod quilibet Canonicus, propriæ familiæ habeat correctionem; quod si in correctione negligens fuerit, tunc ad Decanum & Capitulum correctio devolvatur. Item quilibet Canonicus, qui voluerit, habeat librum proprium, cum lumine proprio, in Ecclesiâ seu in Choro. Item statuimus, quod familia Canonicorum possit sepelire in cimiterio *Lichfeldensi*, non petitâ licentiâ alicujus. Item statuimus, quod Decanus & Capitulum compellent Canonicos, per omnes censuras competentes, quod ædificia sua, tam in Præbendis, quàm in clauso, congruè sustineant, & diruta resarciant competenter. Item statuimus, quod nullus Vicarium, qui est in servicio Ecclesiæ deputatus, extra Ecclesiam mittat, vel ducat, ultra biduum moraturum: Si verò Vicarius, pro negotiis propriis velit se absentare, petat & obtineat licentiam à Decano, si præsens fuerit: Si verò Decanus præsens non fuerit, petat & obtineat licentiam à majori, qui est in Ecclesiâ post Decanum.

Item statuimus, quod Vicarii, qui deserviunt in Ecclesiâ *Lichfeldensi*, omnibus & singulis Canonicis, tanquam eorum Dominis, reverentiam devotam præstent; nec contra ipsos insurgant; nec eis injurientur, nec eis detrahant; quod si fecerint, per Decanum & Capitulum, ad requisitionem Canonici, inquiratur; & si Vicarius culpabilis inventus fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, amoveatur ab Ecclesiâ per Decanum & Capitulum, quousque dicto Canonico de injuriâ fuerit satisfactum. Item statuimus, quod Vicarius delinquens à Decano & Capitulo, ad modum religiosorum, primâ vice corrigatur; quod si se non emendaverit, pœna adjiciatur asperior: Si verò tertiò incorrigibilis fuerit, ab Ecclesiâ per Decanum & Capitulum amoveatur totaliter.

Item statuimus, quod nullus Vicarius recipiat donaria à Vicariis de novo recipiendis,

prætextu cujus vel quorum, insufficiens vel sufficiens recipiatur, & sufficiens à Vicariatus officio repellatur, & hoc sub pœna remotionis ab Ecclesiâ, & sub pœnâ suspensionis, quam ipso facto incurrat. Item statuimus, quod si de voluntate Capituli procedat, & Canonici, vel major pars residentium in hoc voluerit consentire, habeatur aliquis communis Clericus, qui causas communitatis pro Decano & Capitulo audiat & decidat, & literas communitatis componat de voluntate Cancellarii, si residens fuerit, & mandato: Sin autem de voluntate Decani & Capituli, cui salarium de bonis communibus statuatur. Si verò Canonici in hoc consentire noluerint, tunc Decanus per se, vel per Clericum suum, & suis sumptibus, & Capitulum per unum de Canonicis vel Clericum, suis sumptibus, literas conficiat memoratas. Item statuimus, quod Vicarii senio confracti, & infirmitate incurabili detenti, qui benè & honestè deservierunt in Ecclesiâ memoratâ, mansum habeant, apud *le* Stowe, communiam, sicut alii Vicarii, quoad vixerint recepturi.

Statuta *Walteri Langton* Episcopi.

Item statutum est, quod Decanus *Lichfeldensis*, qui pro tempore fuerit, in festis duplicibus majoribus, officium per semetipsum faciat, & magnam Missam celebret; & si forsan per aliquot vices ad hoc faciendum dispositus non existat, per ebdomadarium aliquem de Canocis interpellet, & officium vice illius celebret, ut sic in festis solemnibus officium per Canonicum, si Canonicus præsens existat, non per Vicarium de cætero fiat: Idem quoque Decanus, in prædictis festis solemnibus, licet officium non fecerit, impeditus; ministros tamen Ecclesiæ ipsius consuetos, pro honore Ecclesiæ conservando, semper à modo in domo suâ, prout decet, honorificè procurabit. In duobus festis, *viz.* S. *Cedde* in *Martio*, & *Assumptionis* beatæ *Mariæ* Virginis, secundùm laudabilem consuetudinem in præfatâ Ecclesiâ hactenus usitatâ, idem Decanus totum Chorum integraliter convivabit, Canonicos saltem pro octo diebus ante convivam in Capitulo, vel ex curialitate suâ etiam quemlibet singillatim in domo suâ curialiter invitando; ut sic, ex familiari conversatione affectus sincerior, & unitas Clarior in Ecclesiâ habeatur.

Nullus insuper Vicarius, nisi per Decanum & Capitulum, non per Decanum tantum, à modo, & hoc ex justâ & rationabili causâ amoveatur, cum talis amotio per Decanum attemptata, à consuetudine Ecclesiæ & statuto prorsus fuerit aliena. Cum verò in Ecclesiis præbendarum, aut in Ecclesiis communiæ nostræ Ecclesiæ *Lichfeldensis* vilitatio, per Decanum immineat facienda, idem Decanus præmunire debet Capitulum, tempore competenti; & cum decem equitaturis, non cum pluribus, à modo visitabit, sicut in statuto expressiùs continetur. Item, ut honestas debita Ecclesiæ & honor ejusdem servetur; cum *Vesperæ* aut *Matutinæ* in Ecclesiâ ipsâ, pulsationibus consuetis & debitis præcedentibus fuerint inchoatæ, Decanus per adventum suum casualem re-

incipere non attemptat easdem, cum id facere elationi potiùs quàm Ecclesiæ bonitati ascriberetur quodamodo à plerisque.

Thesaurarius custodiam clavium thesaurariæ amodo habeat; de pulsationibus ordinet; nec Decanus amodo *Thesaurarii*, aut alicujus alterius officio se immisceat, cum officia Decanatus, Præcentoriæ, & Thesurariæ, & alia officia distincta existant secundùm ipsius Ecclesiæ consuetudines & statuta. Jurisdictionem in ministros & parochianos Ecclesiarum Prebendalium, quàm commune, ad Decanum & Capitulum, non ad Decanum tantum pertinere declaramus, prout in Statutis Ecclesiæ plenius continetur.

Item quia quibusdam Canonicis Ecclesiæ nostræ *Lichfeldensis*, per aquæductum ad domos Canonicorum habundanter prospicitur, quibusdam minus quam competeret, habitâ consideratione ad aquæ quantitatem personarum conditionem; volumus & præcipimus, quod aquæ-ductus trium vel quatuor personarum ipsius Capituli, per Capitulum eligendarum, infra mensem oculis subjiciatur, & pro statu personarum & aquæ quantitate per eosdem Canonicos moderatio justa fiat.

Item statuimus & ordinamus, quod si quis Canonicus dictæ Ecclesiæ *Lichfeldensis*, & Præbendarius in eadem, intendat de cætero residentiam suam de novo facere in Ecclesiâ *Lichfeldensi*, supra dictum Decanum, vel ejus locum tenentem, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ, sufficienter & legitime personaliter, aut per literas suas præmuneat per xl. dies ad minus, ante stadium in quo residere proponit, de adventu suo, pro dictâ residentiâ faciendâ, ut sic residentes, si tunc videatur eis expediens Residentiam illius præmunientis, propter onera Residentiæ incumbentia, differre commodè poterint, ne propter numerum de novo residere volentium, crescentem, egeant, ut præmoniens pro tempore provideat pro morâ suâ alibi faciendâ, prout magis eidem videbitur expedire. Si quis verò Canonicus Residentiam de novo, à tempore publicationis præsentis Statuti inchoaverit, vel ipsam ingrediatur, dictâ præmunitione non præmissa, seu non observatâ, pro non Residente eo ipso habeatur, & distributione & aliis, quæ ratione Residentiæ, si juxta formam Statuti Ecclesiæ *Lichfeldensis*, legitimè editi & publicati resideret, sibi essent obventura, careat omnino & sit exclusus.

Item statuimus & ordinamus, quod nullus Canonicus dictæ Ecclesiæ *Lichfeldensis*, qualicunque stipite, seu honoris studio fulciatur in præfatâ Ecclesiâ *Lichfeldensi*, residentiam faciat personalem, nisi de propriis, vel saltem de Christi patrimonio dictæ Ecclesiæ Cathedralis *Lichfeldensis*, aut extra, quadraginta libras de claro, annuatim valeat expendere, ne ad instar apis in officiosi, seu veriùs fuci, alienos labores intrando, vel de apiario, undè mellificantes sponsæ nostræ prædictæ, & laborantes die nocteque in vineâ Domini vivere & sustentari deberent, comedere & devastare videatur,

&

& hoc sub pœnâ amissionis distributionum cotidianarum unius anni integri, tam Decanum, quam Canonicos omnes & singulos contra facientes, seu contrafieri procurantes, aut hoc ipsum ratum habentes, seu approbantes incurrere volumus ipso facto.

Statuta Domini *Will. Heyworth* Episcopi.

Item quia à festo S. *Trinitatis*, usque ad festum *Nativitatis* beatæ *Mariæ* in hac Ecclesiâ, in festis IX. lectionum, *Matutinæ* solebant dici immediatè post *Completorium*; & quia per frequentiam hujusmodi usus, nonnulli potationibus & insolentiis plus debito intendunt, & ex hoc non solum ipsorum, sed etiam quamplurium aliorum devotio subtrahitur & retractatur, statuimus & ordinamus, quod *Matutinæ* incontinenti post *Completorium* tantummodo solemniter dicantur in festis subscriptis, ut id quod rariùs contingit, devotius & avidius sumatur; *viz.* S. *Trinitatis*, *Corporis Christi*, Nativitatis S. *Johannis Baptistæ*, Apostolorum *Petri & Pauli*, *Thomæ* Martyris, *Reliquiarum*, & *Assumptionis* beatæ *Mariæ*.

Item, ut Deo attentiùs & laudabiliùs deserviatur in divinis, Christique fidelium devotio per Missarum celebrationem ulteriùs contenretur; statuimus & ordinamus, quod Capellanus S. *Cedæ*, pro tempore existens, in Ecclesiâ nostrâ prædictâ, Missam matutinalem, *viz.* Horâ quintâ incipiente, de mane singulis diebus celebret, juxta ordinationem Cantariæ suæ indè factam, seu faciat per alium celebrari; ita quod idem Capellanus, sic per se celebrans, *Matutinis* mediâ nocte decantandis, minimè interesse teneatur, communias suas non minus ex hoc integrè percepturus; quas communias totiens quotiens præmissam celebrationem neglexerit, amittat ipso facto: Et ne de introitu Ecclesiæ se excusat, provideat Sacrista, quod hostium Ecclesiæ aperiatur, ut antiquitùs fieri consuevit, sub pœnâ ejus culpâ exigente, sibi per Decanum & Capitulum imponenda; quos in proximo Capitulo, per ipsos ad tunc celebrando, idem Capellanus de impedimento per dictum Sacristam sic facto debitè certificare teneatur.

Præterea statuimus; quod alii Capellani Cantariarum dictæ Ecclesiæ nostræ, præsentes & futuri, & eisdem virtute juramenti præstiti injungimus; quod singulis diebus *Missas* provideant celebrari, juxta eorum ordinationem indè factam, sub formâ, quæ sequitur; *viz.* horâ sextâ incipiente, unus celebret, & sic de horâ in horam, usque horam decimam; & extunc sit unus celebraturus pro viantibus, qui Missam suam incipiat post consecrationem factam in Missâ principali: Quarum Missarum cujusque decantationem pulsatio parvæ Campanæ omnino præcedat. Item statuimus & ordinamus, quod nullus Canonicorum residentium, seu Vicariorum, præsentiam suam exhibeat in Ecclesiâ prædictâ, tempore divinorum in Choro celebratorum, præterquam in habitu suo Chorali, nisi de novo venerit ad Civitatem, vel statim sit abfuturus. Cæterum ordinamus & statuimus, quod Capellani Cantariarum, qui pro tempore fuerint, ab eorum officiis penitùs se non absentent, casibus à jure permissis, duntaxat exceptis, & in hujusmodi petant licentiam.

Præterea volumus & statuimus, quod Libri, Calices, Fiolæ, Pelves, & Cruces Meliores, & Candelabra, aliaque jocalia & ornamenta congrua, quæ ad ornamentum divini servicii in Ecclesiâ nostrâ prædictâ existunt, & habentur, & in futurum contingunt haberi in eadem; duplicibus festis & principalibus, juxta eorum exigentiam; ac etiam, cum Episcopus, Decanus, seu aliquis Canonicorum, divina solenniter celebraverint in eadem, prout gradus exigit, ad Altare deducantur, ut sic Deo laudabiliùs deserviatur in eisdem. Insuper volumus, statuimus & ordinamus, & districtè præcipimus; quod numerus Vicariorum â modo sit plenus sic quod nisi Canonicus stallo suo, pro tempore vacanti, infra duos menses Vicarium juxta morem præteriti temporis præsentaverit, extunc Decanus & Capitulum stallo hujusmodi, sic ut præfertur vacanti, infra duos menses provideant; quod si non fecerint extunc, propter dictorum Canonicorum, ac Decani & Capituli negligentiam hujusmodi; Dominus Episcopus, pro tempore existens, aut eo, extra regnum agente, ejus Vicarius in spiritualibus generalis, eidem stallo sic vacanti, de Vicario, juxta formam Ecclesiæ antiquitùs observatam, examinando, providere tenetur: Proviso semper, quod Sacerdotes minimè admittantur ad stalla Clericorum, nisi sciverint cantare canticum organicum, seu eisdem stallis deservire, prout Clerici tenerentur in eisdem. Et si aliquis contra formam præsentis Statuti, de facto admissus fuerit, admissionem suam hujusmodi, nullam fore decernimus ipso facto.

Præterea statuimus & ordinamus; quod omnia bona ad officium Custodis fabricæ Ecclesiæ nostræ prædictæ, de statutis, vel consuetudine antiquitùs spectantia, prout in Compoto officii sui pleniùs continetur, in usus fabricæ prædictæ Ecclesiæ nostræ, debitè & integrè convertantur per eundem; dummodo novum opus seu magnum non consuetum minimè incipiat, nisi de consensu Capituli hoc faciat; sic quod hujusmodi bona, inter Residentiarios Canonicos de cætero non dividantur: Quod si quid de aliquibus bonis prædictis, per aliquem Residentiarium Canonicorum, qui pro tempore fuerit acceptum fuerit, in fraude, seu contra formam præsentis Statuti, sententiam suspensionis, donec duplum illius, quod sic accepit, reddat in usus fabricæ Ecclesiæ, per dictum Custodem, ut præmittitur, fideliter & effectualiter convertendum: Proviso semper, quod dictus Custos, de receptis per eum & expenditis, singulis annis reddat fidelem compotum, coram Decano & Capitulo, cùm ad hoc fuerit præmunitus per nos & successores nostros in omni eventu fideliter examinandus; ita tamen, quod urgente magnâ necessitate per Decanum & Capitulum, pro tempore existentes, ex causâ eisdem propositâ & probatâ, communiarius pro tempore existens, de eisdem bonis, summam qualemcunque penès

ipsum Custodem, super cautione sufficienti, liberè poterit mutuare, in utilitate dictæ Ecclesiæ convertendam; & dicto officio, die solutionis præfixo, restituendam, sub pœnâ prædictâ.

Item statuimus, volumus, & ordinamus, quod Centum marcæ amodò, à quocunque Canonico dictæ Ecclesiæ nostræ, qui suam primam residentiam deinceps facere voluerit in eadem, solvendæ Decano & Capitulo ejusdem, prout solvere teneatur, per ipsos Decanum & Capitulum, partim in ornamentis, seu paramentis in dictâ Ecclesiâ nostrâ, ad divinum cultum deputatis, seu pro tempore deputandis; ac etiam pro parte in utilitatem fabricæ nostræ Ecclesiæ prædictæ, prout ei melius videbitur expedire, integrè convertantur: Quodque nullus Ecclesiæ nostræ Canonicus, pro tempore existens, de cætero ausu quoquo temerario, quicquam de hujusmodi Centum marcis sibi vendicare seu appropriare exigat, seu attemptare præsumat, sub pœnâ suspensionis ab ingressu Ecclesiæ; quam, ut Sacrilegus, dictæque Ecclesiæ nostræ injuriator, seu literarum Apostolicarum prædictarum temerarius violator, & transgressor, incurrat ipso facto, donec duplum illius, quod sic accepit, reddat, ad fabricam Ecclesiæ, ut præmittitur, convertendum: Et quod fiat una cista, cum duabus Clavibus ad custodiendum hujusmodi Centum marcas, ad usum supradictum; quarum unam habeat Custos fabricæ Ecclesiæ prædictæ, qui pro tempore fuerit, & aliam unus Canonicus per Capitulum ad hoc eligendus, quotiens placuerit; qui quidem Canonicus, denarios expendendos, prout opus fuerit, per Indenturam inter ipsum & Custodem prædictum confectam, eidem Custodi liberabit; & ipse Custos, coram Decano & Capitulo, de denariis per eum receptis & expenditis, fidelem reddat computum annuatim, per nos & successores nostros in omni eventu fideliter examinandum.

Præterea, quia comperimus, quod multa mala, & inconvenientia præfatæ Ecclesiæ nostræ quampluries pervenerunt, ex eo, quod nonnulli Canonici Residentiarii, licet ad Capitulum evocati, ad tractandum & communicandum de utilitate & proventibus bonorum Ecclesiæ, ad Capitulum minimè veniunt, sed venire renuunt, contra disposita & ordinata per *Rogerum Meyland* prædecessorem nostrum, statuimus & ordinamus, quod in omnibus præfatæ Ecclesiæ negotiis, in communi tractandis, ad arbitrium Præsidentis, sive Capitulum convocantis; omnes & singuli Canonici prædicti, nisi urgens necessitas, quæ compellat non venire, in singulis hujusmodi tractatibus & communicationibus, in virtute juramenti prestiti interesse teneantur.

Insuper statuimus & ordinamus; quod singulis horis diei dicendis, necnon in Antiphonis ad *Matutinas* & *Vesperas*, in festis duplicibus inchoandis, & Psalmis intonandis, de cætero servetur forma *Ordinalis Sarum*. Item, cum id quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, vel reprobari, statuimus, ordinamus, & decernimus, ac in virtute juramenti præstiti omnibus & singulis de Capitulo Ecclesiæ nostræ prædictæ, firmiter injungimus, quod in arduis præcipue ipsius Ecclesiæ negotiis, nullus amodo Residentiarius, de expeditione negotiorum hujusmodi, extra Capitulum cuiquam promissiones faciat per se, vel alium, clam vel palam, verbo, facto, vel intuitu; sed quod negotia hujusmodi in Capitulo, in communi, prius tractentur & finiantur; ad quem tractatum omnes Residentiarii in formâ supradictâ vocentur, ut præmuniantur, quod si aliquis Residentiarius eo tempore absens fuerit, infra octo dies ad Clausum Ecclesiæ reversurus omnino in talibus expectetur; & sic habito tractatu, in communi, responsum fiat in petitis, prout inter eos fuerit concordatum; nomina contradicentium, sive reclamantium minimè detegenda.

Præterea statuimus & ordinamus, quod si de cætero aliqua materia discordiæ, seu controversiæ, inter Canonicos residentiarios, sive non residentes, quos præsentes esse contigerit, sit suborta, materia illa priùs, inter seipsos discordantes, extra Capitulum, si poterit, sopiatur; alioquin ad petitionem partis injuriatæ prætendentis, per Decanum & Capitulum, in Capitulo, hujusmodi materia infra duos menses fine debito terminetur; sin autem, per nos vel successores nostros, ad petitionem, ut præfertur prosequentis, infra alios duos menses hujusmodi discordia debitè finiatur. Si autem, (quod absit) per Decanum & Capitulum, aut per nos & successores nostros hujusmodi mala discordia minime sopiri valeat, aut finiri, extunc injuriatus, sive injuriam prætendens, prosequatur; viam juris, per quam sibi melius videbitur expedire.

Cæterum, quia in percipiendo fructus Præbendarum, post mortem Canonicorum Ecclesiæ nostræ *Lichfeldensis* decedentium, inter Canonicos residentes, & non residentes, varius usus, quod absurdum hactenus habeatur & diversus; statuimus & ordinamus, quod oneribus Præbendarum taliter decedentium, ritè & legitimè supportatis, statutum; ordinatio sive concessio bonæ memoriæ Domini *Rogeri*, *Coventriæ* Episcopi, super hoc Canonicis dictæ Ecclesiæ nostræ facta; per quam concessionem defuncti, per annum integrum, post mortem eorundem, hujusmodi fructus percepturi sunt universos, in percipiendo hujusmodi fructus, de cætero per omnia servetur & imperpetuum valeat, ac in suo robore perseveret;

Insuper statuimus & ordinamus, quod si aliquis dictæ Ecclesiæ Vicarius, Capellanusve Cantariæ in eadem, aut alius quicunque ejusdem Ecclesiæ minister, causam aliquam injuriarum, sive injuriæ, contra aliquem de sociis suis, vel quemcunque alium, infra Clausum Ecclesiæ commorantem, habeat seu prætendat se, per amicabilem tractatum quemcunque sociorum, *viz.* sive societatis aut aliorum quorumcunque, infra Clausum commorancium, aut per Statuta Vicariorum, vel Cappellanorum,

rum, Cantariarum, causa, sive lis hujusmodi nequeat terminari, extunc hujusmodi injuriatus prætensus, causam hujusmodi Decano & Capitulo, ac Decanatu vacante, ipsi Capitulo, per viam querelæ intimet, & justiciam de commissis sibi fieri postulet ab eisdem: qui Decanus & Capitulum, aut Capitulum Decanatu vacante, sic ut præmittitur parti quærelam, seu gravatæ prætensæ, infra duos menses, reddere teneantur justiciæ Complementum; quod si non fecerint, causa hujusmodi extunc ad nos vel successores nostros eo ipso devolvatur. Et si nos aut successores nostri, causam sive litem hujusmodi, infra tempus duorum mensium minimè terminaverimus, extunc benè liceat dictæ parti querelanti, sive injuriam se habere prætendenti, causam, sive injuriam suam, sic habitam vel prætensam, omni viâ juris sibi magis convenienti & expedienti, libere prosequi, cum effectu: & si in aliquo, per Vicarium, Capellanumvè Cantariæ, seu alium Ecclesiæ ministrum, contra formam præsentis Statuti nostri attemptatum fuerit, si Vicarius existat, communiam unius stadii amittat ipso facto. Si verò Capellanus Cantariæ fuerit, quintam partem Cantariæ suæ, fabricæ Ecclesiæ applicandam, ipso facto erit perditurus. Si autem alius minister Ecclesiæ, quicunque, in præmissis culpabilis repertus fuerit, aliâ pœnâ consimili, si fieri potest absque gratiâ, puniatur. Et si Vicarius, Capellanusvè aut alius Ecclesiæ minister, super præmissis tertiò convictus fuerit, à consortio sociorum suorum, aut alius minister à suo ministerio, absque spe redeundi pro perpetuo expellatur.

Item; quia presbyter præsentatus, ad stallum Vicariatus de **Offeley**, secundum formam Statutorum, in examinatione aliorum Vicariorum Choralium Ecclesiæ *Lichfeldensis*, editorum & servatorum minimè examinatur; cujus prætextu nonnulli Sacerdotes, temporibus retroactis, ad Vicarii hujusmodi officium sive stallum penitùs inhabiles, admittebantur, qui post admissiones hujusmodi ad alia stalla fraudulenter migrare permittebantur, in Ecclesiæ nostræ prædictæ scandalum, divinæque cultus retractionem & enervationem manifestam; statuimus igitur & ordinamus, quod examinatio præsentati ad dictum stallum, de cætero fiat, secundùm formam Statutorum de examinatione aliorum Vicariorum editorum; alioquin admissio ad officium Vicariatus prædicti, juxta formam hujusmodi factam, nullius penitùs sit roboris vel momenti.

Præterea ad honorem Dei, & gloriosæ Virginis *Mariæ*, genitricis suæ, ac S. *Cedde* Episcopi & Confessoris, præfatæ Ecclesiæ patroni, sub quorum protectione regimus & gubernamus; divini quoque cultus decorationem & augmentum in eadem; statuimus, & auctoritate nostrâ ordinariâ, nobis in hac parte commissâ, necnon de consensu Capituli nostri, & specialiter de consensu unamini, ac voluntate expressâ Decani, Præcentoris, Cancellarii & Thesaurarii Ecclesiæ nostræ prædictæ, ordinamus, & perpetuis futuris temporibus observari decernimus, quod Succentor Ecclesiæ nostræ prædictæ, ac Vicarii Chorales stallorum dignitatum Decanatus, Cancellariatus, & Thesaurariatus, sive Decani, Cancellarii, & Thesaurarii dictæ Ecclesiæ nostræ amodo sint Sacerdotes, ac almiciis de Calabur, in præfatâ Ecclesiâ utuntur; eaque occasione eorum singuli magistro suo Decano, *viz.* Præcentore, Cancellario & Thesaurario, ultra salarium antiquum, sex solidos & octo denarios annuatim percipiant in futurum: quodque præfati succentor, & alii tres Vicarii supranominati, de hujusmodi almiciis, ante festum *Natalis* Domini proximum futurum, debitè sibi providebunt: Idem etiam Vicarii prænominati, quatuor *viz.* dignitatum ad infra scripta requisiti, aut aliquis eorum requisitus, in duplicibus festis, cum aliquis Canonicorum ad summum Altare Missam non celebraverit, sive executor officii non fuerit Missam vel Missas celebrent, seu unus eorum in summo Altari celebret, & vices Canonicorum suppleat, ac officium in talibus festis exequatur: Et si aliquis Canonicus in hujusmodi festis executor officii extiterit, & Missam celebraverit, extunc duo eorundem quatuor Vicariorum Chorum regant, & Rectores Chori deputentur & constituantur.

Statuta Domini *Reginaldi Butler* Episcopi.

Item inter cætera Statuta & ordinationes Domini *Willielmi Heyworth* prædecessoris nostri, ita inspeximus contineri, Prætetea statuimus & ordinamus, quod si de cætero aliqua materia discordiæ seu controversiæ, inter Canonicos residenciarios, sive non residentes, quos præsentes esse contigerit, sic suborta; materia illa, primò inter seipsos discordantes, extra Capitulum, si fieri poterit, sopiatur; alioquin ad petitionem partis injuriatæ prætendentis, per Decanum & Capitulum, in Capitulo hujusmodi materia infra duos menses, fine debito terminetur; sin autem, per nos vel successores nostros, ad petitionem, ut præfertur prosequentis, infra alios duos menses, hujusmodi discordia debitè finiatur: Si autem, quod absit, per Decanum & Capitulum, aut per nos vel successores nostros, hujusmodi materia discordiæ minimè sopiri valeat, aut finiri: extunc injuriatus, sive injuriam prætendens, prosequatur viam juris, per quam sibi meliùs videbitur expedire. Sed, quia ea quæ sola admonitionis auctoritate non corriganter, necesse est, ut per severitatem congruentem debitè vindicentur, huic Statuto adjiciendo, de consensu confratrum nostrorum Canonicorum residentium, statuimus & ordinamus, quod si aliquis discordantium hujusmodi Canonicus residens, contra tenorem seu formam prædicti Statuti, in aliquo contraire præsumpserit, communas, sive distributiones suas cotidianas per annum sequentem ipso jure amittat: & si illas habere contenderit, etiam excommunicationem majorem eo ipso damnabiliter incurrat.

Item statuimus & ordinamus, quod si aliquis Canonicus residenciarius, de cætero habens materiam litis seu discordiæ cum alio Canonico residenciario, ad fortificandam partem seu intentionem

tentionem ſuam, aliquas ſeculares perſonas, ſeu ſecularem perſonam requirat, inſtigat, vel ſuperinducat, ut partes ſuas interponat, vel comminetur, vel aliquo modo ſe intromittant comminentur vel intromittant in ipsâ materiâ litis vel diſcordiæ ſuſcitatâ, vel aliquâ alia inter eoſdem, occaſione præmiſſorum, undè dictus Canonicus Reſidentiarius in aliquo gravetur vel moleſtetur, cotidianas ſuas diſtributiones, per annum proximum ſequentem, ipſo facto amittat, & nichilominus ab actis Capitularibus penitùs ſit excluſus, quouſq; parti per hujuſmodi requiſitionem, inſtigationem, vel ſuperinductionem quoquomodo leſæ per ipſum fuerit congruè ſatisfactum.

Præterea inter cætera Domini *Hugonis Pateſhull* Epiſcopi, prædeceſſoris noſtri Statuta, continentia, quod quiſcunque Canonicus inſtallandus, in ſuâ admiſſione per Decanum fiendum, inter alia juramenti ſui, præſtanda Capitulo jurabit, tactis ſacroſanctis Dei Evangeliis, quod conſilia Capituli celabit: ſed quia ubi majus eſt periculum, ibi cautiùs eſt agendum; & magis ſolet timeri, quod cum pœna ſpecialiter injungitur, quàm quod generaliter imperatur; ſtatuimus, quod ſi quis Canonicus Eccleſiæ noſtræ Cathedralis *Lichfeldenſis* reſidentiarius, qui cum ſuis Canonicis pro ſtatu, commodo & negotiis Eccleſiæ gerendis, quampluries in Capitulo, & actis Capitularibus intereſſe, neceſſe habet, ut tenetur; & de hujuſmodi negotiis & aliis communicationes mutuas fraternaliter exprimere & habere, aliqua ibidem communicata negotia, Eccleſiæ concernentia, tangentia; quæ ſine licentiâ alicui Canonicorum, niſi fuerit Canonicus reſidens ejuſdem Eccleſiæ, revelaverit, notificaverit, ſeu detexerit, undè alicui Canonicorum reſidentiariorum dampnum oriatur aliquod ſeu gravamen, à perceptione fructuum, reddituum, diſtributionum, & proventuum quorumcunque dictæ Eccleſiæ noſtræ, ratione reſidentiæ ſuæ ſibi debitorum, ipſo facto penitùs ſit ſuſpenſus ad perceptionem eorum, minimè admittendus, quouſque Canonico reſidenti, ex detectione, revelatione, ſeu notificatione hujuſmodi, læſo ſeu gravato ſatisfactum fuerit competenter.

Statuta Domini *Johannis Hals* Epiſcopi.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod nullus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis prædictæ, de cætero aliquem ſervientem, à ſervicio Magiſtri ſui, dictæ Eccleſiæ Canonici, expulſum & excluſum, ad ſuum ſervicium recipiat, vel admittat, abſque conſenſu Magiſtri ſui hujuſmodi, à ſervicio ſuo, ut præfertur, expellentis. Item ſtatuimus & ordinamus, quod nullus intret domum Theſaurariæ Eccleſiæ noſtræ Cathedralis prædictæ, niſi Decauns & Canonici, ac alii miniſtri, ad ſecreta Capituli ſpecialiter jurati. Item ſtatuimus & ordinamus, quod omnia ſtatuta & ordinationes dictam Eccleſiam Cathedralem *Lich.* concernentia, citra feſtum *Nativitatis S. Johannis Bapt.* proximum futurum, ad annum, in pergameno conſcribantur, & in uno novo libro ſive volumine, honeſtè ligato inſerantur, regiſtrentur; & quod hujuſmodi liber in tali loco ponatur & cathenatur, ubi ſinguli Canonici dictæ Eccleſiæ, tam Reſidentes, quam non Reſidentes, & non alii, ad eum commodum acceſſum & concurſum habere poſſunt: necnon, quod pari formâ, quàm cito commode fieri poterit, unus novus liber fiat, in quo ſcribantur & regiſtrentur Evidenciæ, Cartæ, munimenta, & inſtrumenta; jus, titulum, poſſeſſionem & utilitatem noſtri Epiſcopatus, veſtri Decanatus & Capituli, ſingularum Præbendarum, beneficiorum, & officiorum dictæ Eccleſiæ noſtræ qualitercunque concernentium; & quod ponatur in theſauariâ, ut ad eundem habeatur recurſus, ſi contingat aliquas evidentias hujuſmodi inpoſterum deperdi vel conſumi.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod nullus ſterquilinia vel ſtercora, vel fimi, vel aliquas Coquinæ, vel alias fœditates ponat in Cimiterio extra portas domus ſuæ, ſed Clauſum mundum teneant Canonici, tanquam locum ſacrum, & omnes fœditates extra Clauſum faciant cariari: Et ſi aliquis Canonicus, & quicunque alii, infra Clauſum præfatæ Eccleſiæ commorantes, hujuſmodi inhoneſta, vel etiam ligna ſeu maeremia extra portas domus ſuæ, vel domorum ſuarum, in dedecus ſive deformitatem Clauſi & Eccleſiæ prædictæ, habuerit vel habuerint, ſive de cætero poſuerit vel poſuerint, niſi ea infra decem dierum ſpaclum à tempore monitionis eis, vel eorum alicui, per Decanum Eccleſiæ noſtræ prædictæ, vel ipſius locum tenentem, ſive præſidentem facta, amoveri, auferri, & extra clauſum cariari, fecerit, aut fecerint, præter pœnam perjurii duodecim denarios fabricæ dictæ Eccleſiæ totiens applicanda, ipſo facto amittat & amittant, perſolvatque & perſolvant.

Item ubi ſtatutum eſt, quod nullus Canonicorum reſidentiariorum, ſeu Vicariorum, præſentiam ſuam exhibeat in Eccleſiâ prædictâ, tempore divinorum in Choro celebratorum, præterquam in habitu ſuo Chorali, niſi de novo venerit ad Civitatem, vel ſtatim ab eadem ſit receſſurus; ſtatuimus & ordinamus, quod ſi aliquis dictorum Canonicorum, vel Vicariorum, hujuſmodi ſtatutum violaret, vel ei auſu temerario contraire præſumpſerit, præter pœnam perjurii, ſi Canonicus fuerit, quatuor denarios; ſi Vicarius unum denarium, dictæ Eccleſiæ noſtræ fabricæ applicandos, totiens quotiens amittat, & abſque remiſſione fideliter perſolvat.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod nullus Vicarius Choralis, pro aliquo negotio, à Choro, vel à divinis officiis ſe abſentet, abſque legitimâ causâ, per dictum Decanum vel ejus locum tenentem, aut præſidentem approbata, prout in ſtatutis indè factis pleniùs continetur, ſub pœnâ duorum denariorum, totiens quotiens fabricæ ejuſdem Eccleſiæ applicandorum. Item, quod nullus presbyterorum Cantariarum in Eccleſiâ prædictâ fundatarum, contra ſtatuta & ordinationes fundationis Cantariæ, exeat Civitatem, abſque legitimâ dicti Decani,

Decani, vel ejus locum tenentis, ſive præſidentis, ſub pœnâ unius denarii dictæ Eccleſiæ fabricæ, ut præmittitur, applicandi.

Statuta *Galfridi Blithe* Epiſcopi.

Item, quia comperimus pleraque circa divina officia, in cantuum modulatione, & aliis, ab *Ordinali Sarum* longè diſcrepaſſe; idcirco, de conſenſu & aſſenſu ſupramentionatis, ſtatuimus & ordinamus, quod forma *Ordinalis Sarum*, tempore divinorum, in omnibus, præterquam in feſtis divi *Ceddæ* patroni noſtri, *Catharinæ*, & *Nicholai*; ac etiam diebus *Lunæ*, *Martis*, & *Mercurii* in feſto *Pentecoſtes*, in quanto convenientiùs fieri poterit, inviolabiliter obſervetur.

Item, quia ex conceſſionibus firmariorum, ad dimiſſionem Decani & Capituli, & aliorum memoratæ Eccleſiæ noſtræ præbendariorum quorumcunque ſpectantium, retroactis temporibus, conſanguineis & amicis quorundam de ipſo Capitulo & aliis perſonis extra parochiam, ubi hujuſmodi firmæ exiſtunt, agentibus, factis & conceſſis, non parva diſpendia & incommoda, tam præfatæ Eccleſiæ noſtræ, quam Vicariis & parochianis Eccleſiarum, à quibus hujuſmodi firmæ dependent multipluries emerſerunt: nos verò attendentes, quod utilitate communi ejuſdem Eccleſiæ noſtræ pociùs quam alicujus perſonæ privatæ, inprimis ſit ſtudendum, & circumſpectè providendum: ad tollendum igitur dampna in præmiſſis antea ſubſecuta, de conſenſu & aſſenſu præſcriptis, ſtatuimus, & ordinamus, quod Canonicus dictæ Eccleſiæ noſtræ ad hujuſmodi firmas, & illarum aliquam, dummodo eas vel eam, ad utilitatem ſuam propriam, vel infra parochiam ubi conſiſtunt, ſeu conſiſtit, hujuſmodi firmæ vel firma, non autem in commodum alterius perſonæ cujuſcunque convertere voluerit, omnibus aliis præferatur. Quod ſi nullus Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, hujuſmodi firmas, ſic ut præmittitur, occupare voluerit; tunc de conſenſu & aſſenſu prædictis, volumus, ſtatuimus & ordinamus; quod Vicarii perpetui & parochiani Eccleſiarum parochialium, in quibus firmæ hujuſmodi exiſtunt, cautionem ſufficientem præſtare volentes, præ cæteris extraneis quibuſcunque, habeant hujuſmodi firmas ſibi conceſſas, ita ut conditio ſæpefatæ Eccleſiæ noſtræ, non ſolum meliorari, verum etiam hujuſmodi firmarum dimiſſio, in pauperum parochianorum relevamen, quod piè eſt conſiderandum eo facilius cedere poſſit.

Præterea, quia non parva & mala incommoda eidem Eccleſiæ noſtræ, ex dimiſſionibus ad firmam, & aliis conceſſionibus, ſub Sigillo communi ad cauſas, factis tam noſtrâ quàm prædeceſſorum noſtrorum temporibus eveniſſe, manifeſtè comperimus; idcirco huic malo, noſtrâ pro virili, obviari cupientes; de conſenſu & aſſenſu præſcriptis, decernendo ſtatuimus & ordinamus, quod idem Sigillum, à tribus Reſidentiariis ejuſdem Eccleſiæ, ad hoc capitulariter electis, in loco tuto, ſub tribus ſeruris amodò ſervetur & cuſtodiatur; ita ut nihil ſub eo Sigillo concedatur, niſi de conſenſu omnium & ſingulorum de Capitulo ad hoc præhabito; & tunc fiat fidelis collatio de ſcripturâ ſic conceſsâ, legaturque publicè in domo Capitulari ibidem, in præſentiâ omnium Reſidentariorum, juxta Statuta priùs in hoc paſſu ædita, ad ipſum effectum debitè monitorum; & hujuſmodi ſcripturæ nomina ſua antequam tradatur, ſubſcribentium.

Item de conſenſu & aſſenſu prætaxatis, ſtatuimus & ordinamus, quod de alio Sigillo, pro officio Communiarii ad literas acquietanciales, miſſivas, citativas, ſuſpenſivas, excommunicativas, & alia id genus ſimilia, ſub ipſo Sigillo ſigillanda, provideatur citra feſtum *Annunciationis* beatæ *Mariæ* Virginis proximum futurum. Inſuper, ad evitandum ſcandala, quæ dictæ Eccleſiæ noſtræ exp... tione miniſtrorum ejuſdem in villâ *Lichfeldenſi*, & aliis domibus eidem Vicinis hactenùs emerſerunt, decernendo, de conſenſu & aſſenſu præmentionatis, ſtatuimus & ordinamus; quod nullus ipſius Eccleſiæ miniſter, in villâ *Lich.* in antea pernoctet, abſque cauſâ rationabili per Decanum & Capitulum approbandâ, ſub pœnâ per dictos Decanum & Capitulum & eorum arbitrio contrafacienti infligenda.

Ad hæc advertentes enormia ſcandala, quæ ex occupatione hortorum ad Vicarios præfatæ Eccleſiæ noſtræ pluries ſuſcitata fuerunt; nos ad eorundem extirpationem, de conſenſu & aſſenſu, quibus ſupra ſtatuendo ordinamus; quod nullus ipſius Eccleſiæ Vicarius, aut Cantariſta, mulierem aliquam, aliis honeſtis mulieribus non comitatam, in ortum ſuum recipiat, aut admittat, ſub conſimili pœnâ, ut præmittitur, per Decanum & Capitulum; & eorum arbitrio contrafacientibus imponendâ.

Præterea, de conſenſu & aſſenſu ſupra recitatis, ſtatuimus, quod infra biennium proximum ſequens, præparetur & ordinetur unus liber, in quo Statuta & munimenta ejuſdem Eccleſiæ noſtræ; necnon ut poſteris noſtris gratioſum ſit exemplum bene merendi de ipsâ eadem Eccleſiâ noſtrâ, donationes, munera, & largitiones, & reparationes ſolennes, ad Dei honorem, & ipſius Eccleſiæ decorem elargita & facta, fideliter inſcribantur, & redigantur, atque ita ſervetur, ut nullus hujuſmodi Statuta & munimenta exſcribere permittat, niſi in præſentiâ Communiarii, & Clerici capitularis, licentiâ primitùs in eâ parte à Decano & Capitulo petitâ pariter & obtentâ. Item ad decorem Eccleſiæ noſtræ prædictæ, de conſenſu, quo ſupra, ordinando ſtatuimus; quod Cantariſtæ ejuſdem ſingulis diebus dominicis & feſtivis, in habitu ſuo Chorali, tempore *Completorii* & *Matutinis*, tempore eſtivali; ut puta in Vigiliis *Trinitatis* & *Corporis Chriſti*, & aliis, poſt *Completorium* decantandum, Choro interſint, quemadmodum ex conſtitutionibus provincialibus, in eâ parte laudabiliter æditis, tenentur.

Item, quia Capæ dictæ Eccleſiæ noſtræ, longo jam uſu penè conſumuntur, & facultates

tes ejuſdem ad novas comparandas non ſuppetat, ideo, de conſenſu & aſſenſu prænominatis, ſtatuimus & ordinamus; quod unuſquiſque Præbendarius ipſius Eccleſiæ, tam modernus, quam futurus, habens Præbendam annui valoris ad ſummam quatuor marcarum & ultra, quolibet anno per ſpacium quinque annorum, quintam partem quintæ partis Præbendæ ſuæ, ad emptionem unius Capæ, in manus noſtri operam fideliter contribuet, niſi quiſpiam de Canonicis dictæ Eccleſiæ noſtræ, Capam majoris ſummæ, ante finem annorum præſcriptorum, proprio ſuo arbitrio liberè dare voluerit; primâ ſolutione hujuſmodi incipiente in feſto *Paſchæ* proximo poſt Decimas ſeu ſubſidium Domino Regi moderno debitas, plenè & integrè perſolutas: Proviſo, quod ſi contingat aliquem de Præbendariis, ante finem quinque annorum, ut præmittitur, ad pinguiorem Præbendam promoveri, tunc ceſſat ſolutio ratione Prioris Præbendæ, & oneretur ſecundùm ratam pinguioris Præbendæ in complementum ſolutionis quinquennalis cenſus: Et quod unuſquiſque dictæ Eccleſiæ noſtræ Præbendarius, tempore admiſſionis ſuæ in Canonicum & confratrem ejuſdem Eccleſiæ, juramentum corporale, de fideliter perſolvendo portionem, ſeu quotam hujuſmodi, ſecundùm ordinationem noſtram prædictam, coram Decano & Capitulo, ad ſancta Dei Evangelia præſtabit; alioquin admiſſionem ſuam hujuſmodi, nullum penitùs eſſe volumus & ordinamus, atque de conſenſu prædicto ſtatuimus.

Item ad Dei genitricis honorem, Choriſtarumque dictæ Eccleſiæ noſtræ reformationem, de conſenſu ſupraſcripto, ſtatuendo ordinamus; quod iidem Choriſtæ dicant cotidiè, in Capellâ divæ *Mariæ* ibidem *Matutinas* & *Veſperas* de eadem, ſecundùm *uſum Sarum*; ita ut non ſit impedimento Miſſæ beatæ *Mariæ*. Item, quia feſta *Annunciationis* & *Conceptionis* beatæ *Mariæ* ſunt minus duplicia in præfatâ Eccleſiâ noſtrâ, convenit quod unus de Reſidentiariis officium in ipſis feſtis exequatur, quod de conſenſu, ut ſupra ſtatuendo obſervari decernimus.

Et nos Jacobus Denton, *Decanus Eccleſiæ Cathedralis* Lich. *& Capitulum ejuſdem Eccleſiæ capitulariter congregati, inſpectis & diligenter, ac maturo cum conſilio etiam Juriſperitorum, ſæpiùs & iteratis vicibus; conſideratis & perpenſis omnibus & ſingulis dictæ Eccleſiæ ſtatutis, ordinationibus & decretis, tam antiquis quàm novis: Et quia ex præmiſſis omnibus & ſingulis, ea ſola, quæ in hoc volumine (viginti unius foliorum, & dimidii immediatè præcedentium) conſcripta ſunt, juſta, rationabilia & utilia, ac in viridi obſervantiâ eſſe comperimus, cæteris tanquam ſuperfluis, inutilibus & ſibi invicem adverſantibus, non uſu abrogatis, reſecatis & rejectis; præmiſſa igitur Statuta, ordinationes & decreta, quatinus nos & noſtrum quemlibet tangunt, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, glorioſæque Virginis* Mariæ, *ac divi* Ceddæ, *dictæ Eccleſiæ patroni, ac ipſius Eccleſiæ ornamentum, decorem & utilitatem, & inibi miniſtrantium quietem, & animarum eorundem ſalutem acceptamus, ratificamus, pariter & approbamus; ac pro perpetuò valitura & firma uti, rata & grata recognoſcentes, pronunciamus, & quantum in nobis eſt confirmamus, per præſentes Sigillo noſtro capituluri communitas. Data* Lichfeldiæ *in Capitalo* xix. *die menſis* Decembris, *anno Domini* MDxxvi.

Et nos Galfridus, *permiſſione divinâ* Cov. & Lich. *Epiſcopus, quia utique ſtatuta, ordinationes & decreta prædicta, in foliis prædictis conſcripta, una cum Decano & Capitulo noſtræ Eccleſiæ Cathedralis, capitulariter congregatis, ſæpius inſpeximus, & maturâ deliberatione, non modo ad divini cultus augmentum, ſed etiam ad Eccleſiæ miniſtrorum inibi degentium, perſonarum, quietem tendencia, conſideravimus: ideo ea omnia & ſingula, valida, atque juri & rationi conſona, auctoritate noſtrâ pontificali, pronunciamus, declaramus, & pro perpetuo, quantum in nobis eſt, confirmamus, per præſentes: Sigillo noſtro Sigillata. Data* Lichfeldiæ, *in domo Capitulari* xxii. *die menſis* Decembris, *anno Domini* MDxxvi. *& noſtræ conſecrationis anno* xxiiii.

Juramentum Epiſcopi præſtandum ante oſtium Eccleſiæ.

EGo *N.* Epiſcopus *Coventriæ & Lichfeldiæ*, ero fidelis Eccleſiæ *Lichfeldenſi*; jura & libertates ejuſdem defendam contra univerſos, pro poſſe meo; poſſeſſiones dictæ Eccleſiæ injuſtè diſperſas, & facultates ejuſdem pravè alienatas, congregabo: Statuta & ſtatuenda, ac conſuetudines antiquas, approbatas & aſſuetas Eccleſiæ præfatæ, cum ea vel eas noverim obſervabo: Poſſeſſiones ad menſam meam Epiſcopalem ſpectantes, non alienabo, ſicut me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Juramentum Decani.

EGo *N.* Decanus Eccleſiæ *Lichfeldenſis*, in eadem Eccleſiâ debitam continuam reſidentiam, ſecundùm morem & conſuetudinem ejuſdem, faciam; & erò fidelis eidem Eccleſiæ: Secreta ipſius Capituli non revelabo: Statuta ejuſdem & ſtatuenda, cum ea ſcivero, omniaque jura & antiquas ac approbatas & aſſuetas conſuetudines & libertates Eccleſiæ præfatæ, contra univerſos, pro poſſe meo ſervabo & defendam; mihique ſubjectos, ut id faciant inſtruam; & poſſeſſiones ejuſdem Eccleſiæ injuſtè diſperſas, facultateſque pravè alienatas, pro poſſe meo congregabo; humilitatem & patientiam in memetipſo cuſtodiam; & ad hoc cuſtodiendum ſubjectos meos excitabo, ſic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.

Jura-

AREA ECCLESIÆ CATHEDRALIS L

Tam Futuræ Instigandæ, quam
Priscæ Pietatis recordandæ ar-
gumentum hanc tabellam
suis sumptibus figendam
curavit.

GUILIELMUS WYAT
SS. Th: Bacc:
Eccl: Lincoln: Præcentor,
& Residentiarius, A.D. 1672.

1 Tumulus Remigij Episc: obijt 9 May 1092.
2 Tumulus Rob: Bloet Ep: ob: 10 Ian: 1122.
3 Tum: Alex: Normanni Ep: ob: ... Aug: 1147.
4 Tum: Rob de Chesneto Ep: ob: 7. Ian: 1167
5 Tum: Walh: de Constantijs Ep: ob: ... 1209.
6 Feretrum S. Hugonis Ep: ob: 17 Novemb: 1200
7 Tum: Will: Dallison. vnius Iustic: ad placita coram Rege,
8 Tum: Rog: Dallison D.D. hujus Eccl: præcentoris.
9 Tum: Hug: Wallys Ep: ob: 7 Febru: 1234
10 Tum: Rob: Grosthead Ep: ob: 9 Oct: 1253.
11 Tum: Henr: de Lexinton Ep: ob: 12 May 1420.
12 Tum: Ric: de Gravesend Ep: ob 18 Decem: 1279.
13 Tum: Henr: olim Huntend: Archidiaconi,
14 Tum: Oliveri Sutton Ep: ob 13 Nov: 1209.
15 Tum: Ric: Fleming Ep: (Lincoln: Colleg: in Acad: Oxon: fundatoris) A 1430.
16 Tum: Ioh: Chadworth Ep: circa 1471.
17 Tum: Leonelli Dom: Welles
18 Tum: Henr: Burgherish Ep: ob ... Dec: 1340.
19 Tum: Dom: Roberti Badlesmere,
20 Viscera Reg: Elianoræ (Ux: Regis Edw: 1)
21 Tumulus ... Cole Decani,
22 Tumulus ... Wymbish, als: Darcy Ab:
23 Tum: Dom: Nicholai de Cantilupe,
24 Tum: Dominæ ...
25 Tum: ... Mapletoft (qui Structuram S. Hugonis vitriari fecit.)
26 Tum: Ioh: Russell Ep: ob: 30 Ian: 1595.
27 Tum: Ioh: Longland Ep: ... 1547.
28 Tum: ... Massingberd Archid de Stow
29 Tum: Ioh: Dalderby Ep: ob: 5 Ian: 1319.
30 Tum: Kath: Swinford Ducissæ Lanc:
31 Tum: Ianæ Comitissæ Westmorlandiæ,
32 Tum: ... de Lexinton Decani,
33 Tum Will: Ellis eq: Aur:
34 Tum: ... Mackworth,
35 Tum: ... Skelton,
36 Tum: D: Hill. Commissary.
37 Tum: Will: Alnwick Ep: ob: ... Dec: 1449.
38 Tum: Will: Atwater Epi: ob: ... Feb: 15[illegible]
39 Tum: Guil: Britton Canonici,
40 Tum: Ioh: Gynwell Ep: (qui Capellam S. [illegible] ædificavit.)
41 Tum: ... Bevercotes Armig:
42 Tum: Will: Smith Episc: (Colleg: anei [illegible] in Academia Oxon: fundatoris,)
43 Tum: Rob: Mounson Iustic: de Banco,
44 Tum: Roberti Constable Armig:
45 Tum: Rogeri Parker Decani,
46 Tum: Will: Shepie Decani,



A Turris.
B Capella vbi præces matutinæ hora 6ta peraguntur.
C Baptisterium,
D Consistorium Episcopi.
E Curia Galilea
F Capella et Tum: Humphrevily.
G Consistorium Decani & Capitula.
H Capella Fundatoris.
I Vestiarium.

COLNIÆ ἰχνογραφικῶς DELINEATA.



A

Tam Futur
Priſcæ Piet
gumentum
ſuis sumpt
cu
GUI LIE
SS. T
Eccl: Linc
& Reside



ECCLESIA CATHEDRALIS
LINCOLNIENSIS
FACIES OCCIDENTALIS.

Vt præclaræ hujus Ecclesiæ fama
amplius innotescat, hoc posuit,

MICHAEL HONYWOOD,
S. Th: D: ibidem Decanus,





W. Hollar Scenographus Regis delineauit et sculpsit 1672.

LINCOLNIENSIS ECCLESIÆ CATHE RA



W. Hollar Scenographus Regis delineavit et sculpsit, 1672.

P. 257

RALIS, A MERIDIE PROSPECTVS,

Chartis vt depictam habeat, Quam colat,
Præsens Ætas; Posteriq, Quam suspiciant, et æmu-
lentur, Magnificentissimam Ecclesiæ Fabricam

GUILIELMUS EPISCOPVS
LINCOLNIENSIS,

Hanc Tabellam suis sumptibus celari voluit, A° 1672.

ORIENTALIS ECCLESIÆ



P 257

W. Hollar Regiæ Maj.ti

Æ

INCOLNIENSIS FACIES.

Vt nec per Temporis ru;
inas aliquando, aut Incendij;
nec, quod *savius* depopulatur,
Sacrilegij *(quod absit)* prorsus
intereat Ecclesia Lincolniensis
Tabulam hanc
GUILIELMUS
EPISCOPVS LINCOLNIEN.^sis
Sculpendam Curavit, et Æterni;
tati Vovit. A. Dñi. 1672.

Maj.^tis delineavit et sculpsit.

ECCLESIÆ CATHEDRALIS

LINCOLNIENSIS

Qualis olim erat antequam ejus Pyramis A. 1547. Tempestate dejecta fuit, a Septentrione Prospectus.

Quibus pia Veterum Monumenta admodum grata, posuit

MICHAELL HONYWOOD,
S: Th: D: hujus Ecclesiæ Decanus.



W: Hollar, Scenographus Regis, delineavit et sculpsit

NAVIS ECCLESIÆ CATHEDRALIS B. MA



P. 257

VIRGINIS LINCOLNIÆ, PROSP: INTERIOR.



W: Hollar delineavit et sculpsit



CHORI ECCLESIÆ CATHEDRALIS B: MARIÆ V



P. 257

LINCOLNIÆ, PROSPECTVS INTERIOR.



Wenceslaus Hollar delineavit et sculpsit

BOSTON PUBLIC LIBRARY

Juramentum Canonici.

EGo *N.* obediens Decano & Capitulo *Lich.* in Canonicis mandatis; jura & libertates Eccleſiæ *Lich.* defendam contra univerſos pro poſſe meo: Statuta & ſtatuenda & conſuetudines antiquas & approbatas, cum ea vel eas noverim, obſervabo: fidelis ero Eccleſiæ *Lichfeldenſi*; Secreta Capituli non revelabo, ſic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.

Juramentum Vicarii.

EGo *N.* ero obediens Decano & Capitulo Eccleſiæ Cath. *Lich.* in Canonicis mandatis fidelis ero Eccleſiæ *Lich.* Servicium tam diurnum, quàm nocturnum ſuſtentabo, pro poſſe meo rationabili, ſic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.

The Oath of the Sergeant.

I ſhall be true to this Church of *Lichfeild* and to you; your Councell kaythfully keepe; truly do myne office of Sergeantſhip; true reckoning make of my coſtage, when I am ſent on your errands, and true report to you make againe: and if I any thing receive of yours, truly to pay you, ſo help me God and this Goſpell.

LINCOLNIENSIS

Eccleſia Cathedralis.

De primâ fundatione ejuſdem.

Hiſt. Anglic. ſcript. antiq. edit. *Lond.* 1653. Col. 782. l. 44.



ANta autem fertur tunc fuiſſe fides gentis *Northanhymbrorum* ad deſiderium lavacri ſalutaris, ut quodam tempore *Paulinus* Archiepiſcopus, cum Rege & Reginâ in regiam villam, quæ vocatur Adgebyn veniens, *xxxvi.* diebus ibidem cum catechiſandi & baptizandi officio deditus, moraretur; in provinciâ *Bernicio-rum* in fluvio Gleuy, juxta locum qui vocatur Aalvyn; in provinciâ *Deirorum* in fluvio de Swale baptizabat. *Paulinus* etiam inter hæc provinciam *Lyndiſſæ*, quæ eſt ad meridianam ripam *Humbræ* fluminis, priuſquam Præfectum *Lindicolniæ* Civitatis, cui nomen *Bletta* in domo ſuâ convertit; in quâ Civitate Eccleſiam egregii operis perfecit, & in eâ, *Juſto Dorobernenſi* Archiepiſcopo defuncto, loco ſuo *Honorium* in *Dorobernenſem* Archiepiſcopum ordinavit.

Anno *MXCii.* —— Antiſtes etiam *Remigius*, qui licentiâ Regis *Willielmi* ſenioris, Epiſcopalem ſedem Dorkeceaſtre mutaverat ad *Lindicolniam*, conſtructam in eâ Eccleſiam, pontificali Cathedrâ dignam, dedicare volebat; quia ſibi diem mortis imminere ſentiebat: ſed *Thomas Eboracenſis* archiepiſcopus illi contradicendo reſiſtebat; affirmans eam in ſuâ parochiâ eſſe conſtructam. At Rex *Willielmus* junior, pro pecuniâ, quam ei *Remigius* dederat, ferè totius *Angliæ* Epiſcopis mandavit, ut in unum convenientes ſeptenis Idibus *Maii*, Eccleſiam dedicarent: ſed biduo ante diem ſtatutum, occulto Dei judicio, ipſe Epiſcopus *Remigius* migravit è ſeculo, & Eccleſiæ per hoc remanſit dedicatio. Ibid. Col. 217. l. 44. Et Col. 490. l. 46.

A. *MLxxxviii.* —— Eodem anno, cum Epiſcopatus *Dorceſtriæ*, quæ ſuper *Thameſin* ſita eſt, major omnibus *Angliæ* à *Thameſiâ* uſque *Humbram* duraret; moleſtum viſum eſt *Remigio* Epiſcopo ejuſdem, qui apud *Feſcampe* Monachus fuerat, quod in ipſo termino Epiſcopatus ſui, *ſcil.* apud *Dorceſtriam*, quæ urbs propter parvitatem ſibi diſplicebat, ſedes eſſet Epiſcopalis, cum in eodem Epiſcopatu Civitas Clariſſima *Lincolniæ* Epiſcopali ſede dignior videretur; undè in ipſius urbis vertice, juxta Caſtellum, fortiſſimis turribus eminens, prædia mercatus, in loco forti, fortem & perpulchram Virgini Virginum conſtruxit Eccleſiam, ſervientibus Deo gratam. Provinciam tamen Lyndeſeye Archiepiſcopus *Eboracenſis* ex antiquâ temporum ſerie vendicabat: *Remigius* verò petitionem ejus ſive calumpniam minimè timens, opus incæptum non ſegniter peregit; peractumque Clericis doctrinâ & moribus approbatis decoravit, & tunc de *Dorceſtriâ* uſque ibi ſedem ſuam Epiſcopalem; prout ſuperiùs tempore Regis *Willielmi* Conqueſtoris, in Concilio ſub *Lanfranco* Archiepiſcopo, *Londoniis* celebrato ordinatum fuerat, tranſtulit & locavit. Ibid. Col. 983. l. 37.

A. Domini *MCxliii.* *Alexander Lincolnienſis* Epiſcopus Eccleſiam *Lincolniæ*, quæ combuſtione deturpata fuerat, ut pulcrior appateret quàm ante, muro artificioſo reformavit. Ibid. Col. 1034. l. 3.

De reparatione Eccleſiæ, & Epiſcopatus Lincolnienſis, *A. Domini* MCCxli.

—CUm ante Conqueſtum *Angliæ* fuiſſet ſedes Epiſcopatus, qui nunc *Lincolniæ*, apud *Dorkeceſtriam*, & meritis Epiſcopi tunc præſidentis exigentibus, & locus à Domino Papâ anathematizaretur, & Epiſcopus deponeretur; vix remanſerunt tantæ rei poſt multos annos veſtigia, & ſic deſit tam ſedes quàm cura Epiſcopalis tempore diuturno. Tempore igitur *Willielmi Ruſi* Regis *Angliæ*, filii *Willielmi* primi, deſtructæ fuerunt multæ Ex *Matthæi Pariſ.* hiſt. *Angl.* edit. *Lond.* 1640. p. 571. l. 55.

Ecclesiæ in *Novâ Foresta*, ipso sic jubente: Sed tandem pœnitentiâ ductus, Concilium salubre concepit, in reconciliatione illius peccati jam dictum Episcopatum nobilem restaurare & ampliare, & locum in meliùs commutare, emptâ igitur quadam terrâ, vel commutatâ, à quodam nobili *M.* de *Gaunt*, qui cum patre suo venerat in *Angliam* ad Conquestum, & illam acceperat in sorte retributionis post Victoriam, fundavit dictus Rex *Wiellielmus* Secundus, Ecclesiam quæ nunc est *Lincolniæ*. Quâ perfectâ, vocavit duos Cardinales legatos, qui acceptâ potestatis plenitudine super ordinatione Episcopatus & Ecclesiæ illius à Domino Papa affuerunt; & convocatis octo Archiepiscopis & sexdecem Episcopis, ordinari fecit, solenniter nimis, ipsam Ecclesiam, & statui ejus *Canonicos*, *scil. Seculares*, & eorum redditus & portiones distingui & assignari, ut sub Episcopo & Decano ordinatè & honorificè, sub certâ disciplinâ in perpetuum deservirent; & permaneret ordinatio talis ac tanta, tot Sanctorum patrum auctoritate, Apostolicâ quoque paginâ communita inperpetuum inviolabiliter duratura.

Fuit autem ordinatio talis, quod Episcopo ordinato, & Canonicis in suis possessionibus constitutis, extunc ordinatè & disciplinatè Deo & ejusdem sacratissimæ matri, nocte dieque deservirent: Quorum Canonicorum, si quis à tramite disciplinæ deviaret, & correptus non corrigeretur, per Decanum visitatus punietur, nihil priùs Capitulum pertimens & increpationem in ipso factam. Si autem nec sic, nec sic se corrigeret, privaretur per annum suo beneficio, vel per biennium, secundùm quantitatem delicti; quod si adhuc rebellis fuerit, advocaretur Episcopus in adjutorium ad coercendum induratum; quod si adhuc obstinatus incorrigibiliter recalcitraret, ipse Rex privatum ab omni beneficio, pœnâ graviori puniat. Et cum omnibus talis Ordinatio complacuisset, in scriptum redacta est, & Apostolicâ auctoritate roborata, & inscripserunt. Et dedicatâ Ecclesiâ, omnes, qui præsentes erant, solenniter excommunicarunt omnes hujus ordinationis perturbatores: Undè Canonici dicunt; quòd ex quo Decanus, nec est negligens, vel nescius, vel impotens visitandi delinquentes, & excessus corrigendi, injustè & imprudenter se ingerit Episcopus, ut Visitationes exigat; nec videtur penitùs illæsus à mucrone sententiæ tam solenniter latæ à tot sanctorum multitudine. His auditis, Rex partem se vendicavit habere in hujus causæ negotio; undè pars Episcopi & Capituli in magnâ parte infirmata est; nec potuit propter talis repaguli impedimentum res optatum finem pacis componendæ sortiri, sed dilationis cepit sumptuosam expectationem.

Diploma Regis Henrici *Sexti*, *Cartas* Willielmi *Conquestoris Regis* Anglorum, *de translatione sedis Episcopalis* à Dorcestriâ *ad* Lincolniam; *& dotationem ejusdem* Lincoln. *Ecclesiæ recitans & confirmans.* Pat. 8 H. 6. p. 2. m. 10. V. Cart. 3 Ed. 3. n. 2, 3, 49, 50, & 51. Et Cart. 2 Rich. 2. n. 5.

REX, *&c. Inspeximus Cartam celebris memoriæ Domini* W. *quondam Regis* Angliæ, *progenitoris nostri, in hæc verba.* W. *Rex* Anglorum *T.* Vicecomiti, omnibusque Vicecomitibus Episcopatus *Remigii* Episcopi, salutem. Sciatis me transtulisse sedem Episcopatus *Dorchacestrensis* in *Lincolniam* Civitatem, auctoritate & consilio *Alexandri* Papæ & legatorum ejus; necnon & *L.* Archiepiscopi, & aliorum Episcoporum regni mei: Ac ibidem terram ab omnibus consuetudinibus solutam & quietam sufficienter dedisse, ad construendum matrem Ecclesiam totius Episcopatus, & ejusdem officinas. Huic autem Ecclesiæ, pro salute animæ meæ aliquid beneficii dare volens; primùm duo Maneria concedo, *Welletonam*, *viz.* & *Staffordiam*, cum appendiciis; ac deinde Ecclesias trium Maneriorum meorum, cum terris & decimis; *scil.* **Chirchetone, Castre,** atque **Wallingcure.** Addo etiam omnem Decimam totius redditus eorundem Maneriorum, atque duas Ecclesias in *Lincolniâ*, *scil.* Sancti *Laurentii* & Sancti *Martini*. Præterea, deprecatione & exhortatione *Remigii* Episcopi, concedo eidem Ecclesiæ Manerium quoddam, quod vocatur *Lestona*, quodque *Waldeovus* Comes, dudum per manum meam prædicto Episcopo dederat; & quoddam alterum quod dicitur *Waburna*, *viz.* quod sibi olim cum Episcopali baculo concesseram. Quatuor quoque Ecclesias, *Bedefordensem*, *scil.* atque *Lestoniensem*; necnon & *Buchinghamuensem*, ac *Eilesbiriensem*, quas prædecessores sui tenuerant, quasque sibi dederam perhenniter possidendas, ipsius consensu, ac concessione prædictæ Ecclesiæ, cum omnibus appendiciis perpetualiter concedo, atque auctoritate regali confirmo. Testibus *L.* Archiepiscopo & *E.* Vicecomite.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam ejusdem progenitoris nostri in hæc verba. Willielmus Gratiâ Dei Rex *Anglorum*; Comitibus, Vicecomitibus, & omnibus *Francigenis* & *Anglis*, qui in Episcopatu *Remigii* terras habent, salutem. Sciatis vos omnes & cæteri mei fideles, qui in *Angliâ* manent, quod Episcopales leges, quæ non benè, nec secundum Sanctorum Canonum præcepta usque ad mea tempora in regno *Anglorum* fuerunt, communi concilio, & consilio Archiepiscoporum meorum & cæterorum Episcoporum & Abbatum, & omnium Principum regni mei emendandas judicamus: Propterea mando, & regiâ auctoritate præcipio, ut nullus Episcopus, vel Archidiaconus, de legibus Episcopalibus ampliùs in *Hundret* placita teneant, nec causam quæ ad regimen animarum pertinet ad judicium secularium hominum adducant; sed quicumque secundum Episcopales leges de quacumque

cumque causâ, vel culpâ interpellatus fuerit, ad locum quem ad hoc Episcopus elegerit & nominaverit, veniat; ibique de causâ suâ respondeat, & non secundum *Hundret*, set secundum Canones & Episcopales leges rectum Deo & Episcopo suo faciat: Si verò aliquis per superbiam elatus ad justitiam Episcopalem venire noluerit, vocetur semel & secundò & tertiò: Quod si nec sic ad emendationem venerit, excommunicetur; & si opus fuerit ad hoc vindicandum, fortitudo & justitia Regis, vel Vicecomitis adhibeatur. Ille autem qui vocatus ad justitiam Episcopi venire noluit, pro unaquaque vocatione legem Episcopalem emendabit. Hoc etiam defendo & meâ auctoritate interdico, ne ullus Vicecomes, aut Præpositus, aut Minister Regis, nec aliquis laicus homo de legibus quæ ad Episcopum pertinent, se intromittat; nec aliquis laicus homo alium hominem sine justitiâ Episcopi ad judicium adducat: Judicium verò in nullo loco portetur nisi in Episcopali sede, aut in illo loco, quem ad hoc Episcopus constituerit.

Carta Regis Willielmi Rufi, *Patris sui donationes confirmans; aliasque ex suo proprio præfatæ Eccl.* Lincoln. *concedens.*

[Ibid.] *INspeximus insuper Cartam celebris memoriæ Domini* W. *quondam Regis* Angliæ *progenitoris nostri, in hæc verba.* In nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab incarnatione ejusdem Domini Mlxxxx. Indictione xiiij. ego *W. Anglorum* Rex, iij. Regni mei relabente anno, quod gratuito dono suo michi contulit, qui sine pœnitentiâ munera largitur, futurorum præscius Deus, genitore meo *Willielmo* consenciente, & me sui hæredem faciente, qui muneris superni auxilio regnum idem succinctè adquirendo habuit, & habitum cœlesti illustratione instructus prosperè ac prudenter, dum vixit, exemplo cessante tractavit; pro ejusdem inquam animæ atque genetricis meæ salute, & ob meam temporalem maximèque protectionem perhennem; & ob meorum, tam prædecessorum, quàm successorum remissionem peccatorum; necnon ad totius regni mei salutem, Ecclesiam Sanctæ Dei genetricis, quam prædictus genitor meus *Remigium* Pontificem, virum venerabilem, sacris virtutibus pollentem, ejusdem Antistitis interventu in *Lincoliâ* Civitate construere jussit, totius Episcopatus sedem, consensu & auctoritate Domini *Alexandri*, qui Sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ tunc vigili præsidebat curâ, & Legatorum ejus quos ob hoc stabiliendum huc præcipuè misit; necnon consilio *Lanfranci* Archiepiscopi, viri præclari, qui omnium Ecclesiarum primatum tunc citra mare tenebat, aliorumque fidelium ejus; quæ, *viz.* sedes incompetenter ac satis obscurè in *Dorchacestrâ* antiquitùs posita fuerat; ideoque antecessor meus prædictam, ut supradocuimus, ædificari præcipiens Ecclesiam, ad eandem sufficienti spacio construendam; necnon ad domus eidem servientium officiis aptas, provisoque quoque ac largè ibi dispositio mortuorum corporum Cimiterio, terram in supradictæ urbis sinu quietam, & ab omni garrulitatis cujuslibet strepitu, liberam contulit.

Insuper ad usum eidem Ecclesiæ, sub Canonicâ institutione Deo militantium hæc stabiliter dedit, dandoque permultis representationibus confirmavit; **Welletune**, cum appendiciis suis, & duas Ecclesias in *Lincoliâ*; Sancti *Laurentii* unam, sanctique *Martini* aliam; & Ecclesias trium maneriorum suorum, cum terris & decimis, quæ ad eas pertinent. Et insuper omnem decimam totius redditus eorundem maneriorum, **Walingoure**, **Thirchetune**, & *Castrâ*: Ecclesiam de *Helesberiâ*, cum terris & decimis; *viz.* *Stochas*, *Waltona*, **Buchelant**: Ecclesiam de **Buchingeham**, cum terris & decimis, & unâ carucatâ terræ in *Ganecotâ*: Ecclesiam de *Lectunâ* cum terris & decimis: Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* in **Bedeford**, & unam hidam terræ, & unum molendinum, cum appendiciis suis, & alteram hidam terræ in **Fort**, cum unâ virgatâ: **Estatfort**, cum appendiciis suis; *Lectunam*, cum quinque carucatis, de terrâ in **Hacham**, & unâ in *Ratburne*, quam villam Comes *Wallef*, interceſſione & obsequio *Remigii* venerabilis Episcopi, præfatæ Ecclesiæ dedit: **Waburne** *, quam eidem Episcopo dedit, cum Pastorali baculo, *Willielmus* pater meus Rex egregius, ad supradictam, inquam, Ecclesiam ædificandam. Hæc dona concedo & do post patrem meum ac regali auctoritate confirmo, quieta ab omnibus consuetudinibus. * Wlo-burne.

Ad hæc Matri Ecclesiæ *Lincolienſi*, post genitorem meum hunc honoris cumulum exaggero; *viz.* Volo & concedo, sicut pater meus concessit, ut Episcopus *Remigius* mittat & constituat Abbatem in Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* de **Stou**; tam ipse, quàm successores sui, utpote in suo Episcopali manerio; quem, *viz.* Abbatem ipse Catholicè elegerit cum consilio Regis, Abbatumque suæ Diocesis, & Monachorum ac Clericorum suorum, necnon & laicorum Deum timentium. Mortuo autem Abbate, si in Abbaciâ idoneus aliquis reperiri valeat, consilio supradicto, ab Episcopo eligatur, constituatur, & ordinetur: Sin autem per Abbacias sui Episcopatus vel per aliquas alias quesitum alium dignum, in loco defuncti Episcopus subroget. Ad usum verò Monachorum concedo elemosinas quas Comes *Leuricus*, & uxor ejus *Godeva* dederint Ecclesiæ de **Stou**; *viz.* **Newerkham**, **Fladburgh**, **Welle-wappentac**, excepto denario tertio Comitatus.

Insuper concedo, sicut pater meus concessit, **Egnesham**, cum appendiciis suis, *viz.* *Miltuna*, **Rollendriz**, *Erdentuna*, **Syfort**, & Ecclesia Sanctæ *Æbbæ*, cum adjacente ei terrulâ, & duobus molendinis in **Drineſort**, cum omnibus consuetudinibus. His aliisque elemosinis Abbatia in Episcopali manerio constructa in Dominio Episcoporum perhenniter maneat: Has autem elemosinas omnes concedo regali dono, tam Ecclesiarum, quàm terrarum, sub ordinatione & dispositione *Remigii* Episcopi,

copi, cujus interventu prædicta mater Eccleſia cepit fundari, ut ipſe diſponat & dividat, ſicut ſibi viſum fuerit, inter matrem Eccleſiam ſuamque Abbatiam; in quâ, *viz.* Matre Eccleſia, Canonici Deo ſervientes juſtè & Catholicè vivant, nullaque inter eos Præbenda ematur vel vendatur, depulsâ omni hereſi ſimoniacâ.

Si quis autem, quod abſit, aliter voluerit emere, & Canonicis præceptis obedire noluerit, fraterno amore primâ & ſecundâ vice, uſque ad tertiam, à Decano & à cæteris fratribus corrigatur: Si autem adhuc rebellis permanſerit, ad notitiam Epiſcopi perveniat; qui Epiſcopus, una cum Decano & fratribus, cæteris adjunctis, etiam orationum medicaminibus fratrem infirmum ſanare & corrigere ſtudeat: Si verò ipſe taliter caſtigari noluerit, & proprio reatui pertinaciter indulgere voluerit, omnibus rebus Eccleſiæ vacuus, ut acceſſit, foras mittatur, & alter morum & ſcientiæ merito dignus, abſque omni munere, ut dictum eſt, locum ejus terræ occupantis optineat. Hiis omnibus incommutabiliter ita diſpoſitis, vero, & regali auctoritate prohibeo, ut quiſlibet cujuſque Ordinis ſacratiſſimis locis ſupradictis violentiam aliquam faciat, vel de rebus eorundem aliquid minuat. Quod ſi Epiſcopus, vel aliquis alius in futuro, ſuadente diabolo, hoc vetitum facere temptaverit, deprimat & compeſcat ejus nequitiam Rex, qui tunc temporis in hac patriâ regnaverit, ut regnum & gloriam optinere valeat in ſecula ſeculorum *Amen.*

✠ Signum Regis *Willelmi.* ✠ Signum *Dorobernenſis* Archiepiſcopi. ✠ Signum *Mauricii Londonienſis* Epiſcopi. ✠ Signum *Gundulfi Roffenſis* Epiſcopi. ✠ Signum *Radulphi Ciceſtrenſis* Epiſcopi. ✠ Signum *Alani* Comitis. ✠ Signum *Walchelini* Epiſcopi *Wyntonienſis.* ✠ Signum *Gilberti* Abbatis *Weſtm.* ✠ Signum *Herberti* Epiſcopi de Tetfort. ✠ Signum *Oſmundi Salesberienſis* Epiſcopi. ✠ Signum *Rotberdi Ceſtrenſis* Epiſcopi. ✠ Signum *Willelmi* de *Albeigni.* ✠ Signum *Balduini* Abbatis Sancti *Edmundi.* ✠ Signum *Stephani* de *Albamarlia* ✠ Signum *Goiffridi* de *Stotevilla.* ✠ Signum *Roberti* Cancellarii. ✠ Signum *Roberti* Epiſcopi de *Herefordiâ.* ✠ Signum *Willelmi* Capellani, & ejuſdem Eccleſiæ Canonici. ✠ Signum *Roberti* Comitis de *Moritaniâ.* ✠ Signum *Rogeri* Comitis de *Monte Gomerico.* ✠ Signum *Hugonis* Comitis *Ceſtrenſis.* ✠ Signum *Heudonis* dapiferi. ✠ Signum *Ivonis Taliber* ✠ Signum *Huberti* de *Ria.* ✠ Signum *Hugonis* de *Port.* ✠ Signum *Hugonis* de *Munfort.* ✠ Signum *Rotberti* de *Oleio.* ✠ Signum *Rotberti* filii *Hamonis.* ✠ Signum *Hamonis* Vicecomitis de *Cantuariâ.* ✠ Signum *Rotberti* de *Curcei.* ✠ Signum *Widonis* de *Olei.* ✠ Signum *Rotberti* de *Grentemaiſnillo.* ✠ Signum *Ivonis* de *Grentemaiſnillo.* ✠ Signum *Willelmi* de *Percy.* ✠ Signum *Aluredi* de *Warham.* ✠ Signum *Coiffridi* de la *Wirce.* ✠.

Carta ejuſdem Regis pro diſcordiâ inter Archiepiſcum Ebor *& Lincolnienſem Epiſcopum ſedandâ.* Ibid.

INſpeximus etiam quandam aliam Cartam ejuſdem progenitoris noſtri, in hæc verba. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, *Amen.* Summi patris fuit conſilium, ut Sanctam Civitatem ſuam celeſtem, *ſcil. Jeruſalem,* quæ ſuperbiâ diaboli diviſa erat, morte dilectiſſimi filii ſui intercedente, redintegraret, & per redemptionem generis humani *Anglica* dampna repararet. Hac conſideratione, ego *Willelmus* Dei gratiâ Rex *Anglorum*, *Willelmi* Regis filius, qui *Edwardo* Regi hæreditario jure ſucceſſit, videns Eccleſiam *Anglorum*, ex parte diviſam, & diſcordantem reſarcire, concupivit, quod malè ſciſſum fuerat & ad unitatem veſtræ caritatis revocare, quod diu indiſcuſſum ſub diſcordiâ manſerat: Redemi igitur de meis propriis poſſeſſionibus calumpniam, quam habebat *Eboracenſis* Eccleſia, & *Thomas* ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſuper *Lincoliam*, & ſuper *Lindiſſim*, & ſuper manſiones Stou, & *Ludam*: Et dedi pro eis Eccleſiæ Sancti *Petri Eboracenſis*, jure perpetuo poſſidendas, Abbatiam Sancti *Germani* de Saleby, & Eccleſiam Sancti *Oſwaldi* de *Gloeceſtrâ*, cum omnibus ad eas jure pertinentibus: Et ita dedi Archiepiſcopo *Thomæ*, & ſucceſſoribus ejus Abbatiam Sancti *Germani*, ſicut Archiepiſcopus *Cantuarienſis* habet Epiſcopatum *Roffenſem.* Et propter hæc prædicta beneficia benignè dimiſit & gratanter *Thomas* Archiepiſcopus, in æternum, conſentiente Clero ejus prædictam calumpniam, in præſentiâ meâ & Epiſcoporum & procerum meorum michi & *Rotberto* Epiſcopo *Lincolnienſi*, & ſucceſſoribus ejus. Hujus autem calumpniæ redemptionem feci ego, gratiâ ejuſdem *Rotberti* Epiſcopi; quia Cancellarius meus extiterat. ✠ Signum *Willelmi* Regis. ✠ Signum *Thomæ Eboracenſis* Archiepiſcopi. ✠ Signum *Walchelmi Wintonienſis* Epiſcopi. ✠ Signum *Willelmi Dunelmenſis* Epiſcopi. ✠ Signum *Anſelmi Cantuarienſis* Archiepiſcopi. ✠ Signum *Gundulfi Roffenſis* Epiſcopi.

Carta ejuſdem Regis de Eccleſiis de Oſchintonâ, Chesterfeld, Eſeburne, & Wannesfeld. Ibid.

INſpeximus etiam quandam aliam Cartam ipſius progenitoris noſtri, in hæc verba. W. Rex *Angliæ*, *Thomæ* Archiepiſcopo, *R.* Epiſcopo de *Ceſtrâ*, & *Rogero* Comiti; & *E.* Vicecomiti; & *H.* de *Ferrariis*, & *W. Peverell*, & omnibus fidelibus ſuis francigenis & Anglicis de Eſnotingeham-ſcire, & de *Derbeſira*, ſalutem. Sciatis me dediſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Lincolia*, & *Roberto* Epiſcopo ejuſdem Eccleſiæ, & omnibus ſucceſſoribus ſuis in perpetuam poſſeſſionem, pro animâ patris

patris mei, & matris meæ, & meâ, Eccleſiam de *Oſchintonâ*, & quicquid ad eam pertinebat tempore Regis *Edwardi* : Et Eccleſiam de **Cheſtrefelt**; & Eccleſiam de *Eſeburnâ*, & Eccleſiam de **Wanmesfeld**; & Capellas quæ ſunt in Berewicis, quæ adjacent prædictis quatuor maneriis. Et volo, ut firmiter habeat eas, cum terris & decimis, & omnibus quæ ad prædictas Eccleſias pertinebant tempore Regis *Edwardi*. Hoc donum factum eſt die Craſtinâ, quâ *Anſelmus* Archiepiſcopus meus, ligeus homo factus eſt. Teſtibus *Walch.* Epiſcopo *Wintonienſi*; & *Willelmo* Epiſcopo *Dunelmenſi*; & *Ranulfo* Capellano, & *Eudone* Dapifero, & *Willelmo Peverello*, & *Hamone* Dapifero, & *Urſone* de *Abetot*, & *Ranulpho* fratre *Ilgeri*.

Ibid. *Carta Regis* Henrici *Primi*, *de Manerio de* **Bicheleſwade.**

INſpeximus inſuper Cartam celebris memoriæ Domini H. *quondam Regis Angliæ, progenitoris noſtri, in hæc verba.* *H.* Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Baronibus, Vicecomitibus & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me reddidiſſe & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Lincoliæ*, & *Alexandro* Epiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, manerium de *Bicheleſwadâ*, cum terris & hominibus, & omnibus ipſi manerio pertinentibus, in boſco & plano, in aquis & extra, in pratis & paſturis, in molendinis & Eccleſiâ; in viâ & ſemitis; in piſcariis, cum *ſoca* & *ſaca*, & *tol* & *team*, & *Infangenetheof*, cum omnibus libertatibus & quietationibus & conſuetudinibus, & omnibus rebus eidem manerio pertinentibus ita benè & in pace & honorificè, & quietè optinendis Eccleſiæ *Lincolnienſi*, & prætaxato Epiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ejus, ſicut ego unquam manerium illud meliùs & liberiùs tenui, dum fuit in manu meâ, vel aliquis qui illud liberiùs ante me tenuiſſet. Hanc itaque redditionem & conceſſionem meam, ſicut ſuperiùs determinatum eſt, factam, collaudo, collaudatam confirmo, & illam præfatæ Eccleſiæ, & Epiſcopo *Alexandro*, & ſucceſſoribus ejus, integrè, illibatèque permanſuram, regiâ auctoritate & à Deo michi conceſsâ poteſtate, coroboro. Teſtibus *Rogero* Epiſcopo *Sarum*, & *G.* Cancellario, & *Nigello* nepote Epiſcopi, & *Roberto* de *Sigillo*, & *Roberto* de *Vere* Conſtabulario, & *Umfrido* de *Buhun* Dapifero; & *Willelmo* de *Pontearch* Camerario, apud **Gillingham**, anno ab incarnatione Domini *Milleſimo Centeſimo triceſimo ſecundo*.

Carta ejuſdem Regis Henrici, *de manerio de* Ibid. **Netilham.**

INſpeximus etiam quandam aliam Cartam ejuſdem progenitoris noſtri, in hæc verba; *Henricus* Rex *Angliæ*, *Osberto* Vicecomiti *Lincoliæ*, & *Picoto* filio *Colſueni*, & omnibus Baronibus ſuis & fidelibus & *Francis* & *Anglis* de **Lincolſcire**, ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* de *Lincoliâ*, & *Roberto* Epiſcopo, qui fuit Cancellarius *Willelmi* Regis fratris mei, manerium meum de **Netilham**, cum omnibus illis rebus, quæ ad eum pertinent, Et volo & præcipio, ut ipſe eum ita teneat ſicuti ego ipſe in manu meâ tenebam, & conceſſu Reginæ *Matillis* uxoris meæ; cujus erat. Teſtibus *Henrico* Comite de **Warwic**, & *Eudone* Dapifero, & *Rogero Bigoto*, & *Hamone* Dapifero, & *Urſone* de *Abetot*, apud .....

Carta præfati Regis Henrici *de terrâ de* Tiche- Ibid. ſourâ.

INſpeximus inſuper quandam aliam Cartam ipſius progenitoris noſtri, in hæc verba; *H.* Rex *Angliæ* Abbati de **Boddesley**, Comiti S. *Michaeli* de *Hameſlape*, & *Roberto* de *Pavilli*, & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Norhamteſcira*, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe *Roberto* Epiſcopo *Lincolnienſi*, terram de *Tiche-ſourâ*, quam Regina uxor mea ei dedit, meâ precatione; Et volo ut benè & honorificè teneat, cum *ſocâ* & *ſaca*, & *toll* & *team*, & omnibus conſuetudinibus. Teſtibus *W. Cant.* & *E.* Dapifero, & *W. Peurello* de **Notingham**, apud **Rochingham**.

Carta ejuſdem Regis Henrici *de feriâ apud* Ibid. **Newerc.**

INſpeximus, &c. *H.* Rex *Angliæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Epiſcopo *Lincolnienſi* feriam unam de *V.* diebus ad Caſtellum ſuum de *Niwercâ*, *ſcil.* Die feſti Sanctæ *Mariæ Magdalenæ*, & iiii^or^, primis precedentibus diebus, & omnes illi undecunque ſint, qui illuc venerint, causâ emendi vel vendendi, habeat meam firmam pacem, illuc eundo & indè redeundo, ne ſuper hoc injuſtè diſturbentur, vel mercatum eorum, undè in feria ſuas rectas dederint conſuetudines, ſuper decem libr. forisfacturâ. Teſte *E.* filio *Johannis* apud **Ferebam**, &c.

Cartâ

Carta Regis Willielmi Rufi, *de terrâ de* **Escote.**

Ex vet. Cod. MS. in bibl. *Cotton.* f. 3. b.

WIllielmus Rex *Anglorum P.* de *Oxineford*, & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Oxineſordſcirâ* ſalutem. Sciatis terram, quam *Wido* de *Oileio* tenuit de *Lincolnienſi* Epiſcopo *Roberto*; & quam ipſe *Wido* Deo & *S. Mariæ* & Epiſcopo in vitâ ſuâ reddidit, deprecatione meâ, prædictum Epiſcopum reddidiſſe *Nigello* fratri ſuo; eo tenore, quod *Nigellus* eam in vitâ ſuâ habeat, & deſerviat versùs Epiſcopum, ſecundùm valentiam terræ. Poſt verò deceſſum ejus, redeat ipſa terra, *ſcil. vi.* hidas in *Eſcotâ*; in Dominio Eccleſiæ, ſoluta & quieta ſine clamore & querelâ alicujus hæredis vel hominis, qui prædicti *Nigelli* terram habeat. T. Epiſcopo *Dun.* & *Roberto Bigoto*, & *W.* & *G.* fil. *Rogeri*, & *Ger. Calvo*, & *H.* de *Boch.* & *N. Oili.*

Confirmatio ejuſdem Regis, de xi. *bovatis terræ in* **Binnehȝat**, *per* Osbertum *de* Lincolniâ *Eccleſiæ S.* Mariæ Linc. *conceſſis.*

Ibid. f. 4. a.

WRex *Anglorum*, *Roberto Lincolnienſi* Epiſcopo, & omnibus *Francis* & *Anglis Lincoliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, quod *Osbertus* de *Lincoliâ* det illas undecim bovatas terræ, quas tenet in **Binnehȝat** de me, Eccleſiæ *S. Mariæ Lincolniæ*, in præbendâ, pro amore Dei, & pro patris & matris meæ animabus; ita quidem, quod ipſe Epiſcopus terram de me teneat; & conventionem quam promiſit *Oſberto*, teneat. Teſtibus *Rogero* filio *Giroldi*, & *Giroldo* de *Calz* apud *Pontem Arcars*, pridiè poſt feſtum *S. Martini.*

Carta ejuſdem Regis de Eccleſiâ S. Martini.

WRex *Anglorum T.* Vicecomiti, omnibuſque fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis me dediſſe *S. Mariæ* Eccleſiæ *Lincolnienſi*, & *R.* Epiſcopo, Eccleſiam S. *Martini*, cum omnibus appendiciis. *Normando* autem, ſi juſtè clamat de Eccleſiâ aliquam miſericordiam, Epiſcopus ſibi faciat. T. Vicecomite.

Carta præfati Regis de quietanciâ omnium cuſtumorum.

WRex, *T.* Vicecomiti ſalutem. Mando tibi, quod ego terram Canonicorum S. *Mariæ* de *Lincolniâ* de omnibus coſtumis quietam eſſe concedo.

Carta dicti Regis de Decimis & conſuetudinibus.

WRex *Anglorum*, *I. Tailebois* & *Oſberto* Clerico ſalutem. Mando vobis & præcipio, ut Canonici S. *Mariæ* de *Lincoliâ*, ita benè habeant decimas ſuas & conſuetudines, ſicut eas meliùs habebant tempore patris mei. T. *R.* Epiſcopo.

Carta Regis Henrici *primi*, *de Eccleſiis de* Pecco.

HRex *Anglorum*, *R.* Epiſcopo de *Ceſtrâ*, & *Roberto* de *Ferrariis*, & *Ric.* filio *Gotſe* ſalutem. Præcipio vobis, ut reſaiſiatis *Robertum* Epiſcopum, & Eccleſias ſuas de *Pecco*, & de omnibus rebus in terris & Decimis & conſuetudinibus, & pratis & ſilvis, ſicut ipſe & Eccleſiæ ſaiſiti erant, eâ die quâ *Willielmo Peverell* dominium meum de *Pecco* dedi; quia ſibi non dedi nihil de hiis, de quibus prædictæ Eccleſiæ ſaiſiti erant. T. Comite de *Mellent* apud ..... Ibid. f. 6. a.

Carta ejuſdem Regis Henrici, *de Eccleſiis de* **Cucuwald, Kirkebi, & Honingeham.**

HRex *Angliæ*, *Thomæ* Archiepiſcopo, & *Nigello* de *Albini*, & *Oſberto* Vicecomiti & omnibus Baronibus & fidelibus, *Francis* & *Anglis* de *Everwicſcirâ* ſalutem. Sciatis me dediſſe *Roberto Lincolnienſi* Epiſcopo, Eccleſias *ſcil.* de tribus maneriis meis, *viz.* de **Cucwald**, & de **Chirchebi**, & de **Honingeham**, & quicquid ad prædictas Eccleſias pertinet. Et volo & firmiter præcipio, ut benè & honorificè teneat. T. *Nigello* de *Albini* apud *Wodeſtocam.*

Carta ejuſdem Regis, de faciendo exitu in muro Caſtelli ſui.

HRex *Angliæ Ranulpho Meſchino*, *Oſberto* Vicecomiti, & *Picoto* filio *Colſueni*, & omnibus Baronibus ſuis de *Lincoliâ*, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe *Roberto* Epiſcopo *Lincoliæ*, ut faciat exitus in muro Caſtelli mei, ad ſua neceſſaria facienda, ad domum ſuam, ita tamen ne murum propter hoc debilitetur. T. *Alano* de *Lincolniâ*, & *Oſberto* Vicecomite apud *Lundonias.*

Carta ejuſdem Regis, de foriſacturâ non venientium ad Wapentachia Epiſcopi.

HRex *Angliæ*, omnibus Baronibus & Vavaſoribus, & omnibus dominis, qui terras tenent intra **Welletwapentac**, ſalutem. Præcipio, quod omnes veniatis ad Placitum & Wapentachium Epiſcopi *Lincoln.* quod de me tenet, per ſummonitionem miniſtrorum ſuorum; & faciatis ei omnes rectitudines, & conſuetudines in omnibus rebus, quas eis debetis, de terris veſtris ad illud wapentachium; ita benè & plenariè, ſicut unquam pleniùs feciſtis *Roberto* Epiſcopo, vel alicui anteceſſori ſuo, & quas juſtè facere debetis: & niſi feceritis ipſe vos juſticiet per pecuniam veſtram donec faciatis, ne perdam pecuniam meam, quam Epiſcopus mihi indè reddere debet. T. Epiſcopo *Sarum*, & *G. Canc.* apud **Ferebam.**

Carta

Carta præfati Regis, de Wapentachio de Newark.

H. Rex *Angl. W.* de *Albini Britoni*; & *R. Baſſet*, & *A.* de *Vere*, & Vicecomiti & omnibus Baronibus & miniſtris de *Notinhamſcirâ*, ſalutem. Si Wapentachium Epiſcopi *Linc.* de *Niwerchâ* defendit ſe versùs me pro dimidio Wapentachio; tunc præcipio, quod non ſummoneatis inde ad Placita mea & Comitatus, niſi tantummodo duos homines, & illi ibi ſummoneantur ubi ſummonebantur tempore *Roberti* anteceſſoris ſui, & ubi juſtè debent ſummoneri. Et volo & præcipio, quod Epiſcopus habeat in Wapentachio illo, omnes libertates & conſuetudines ſuas & rectitudines ſuas, ſicut anteceſſores ſui melius habuerunt, & ſicut juſtè habere debet.

Carta ejuſdem Regis de Vineâ ſuâ Linc.

H. Rex *Angl. Oſberto* Vicecomiti & omnibus Baronibus ſuis & Burgenſibus *Linc.* ſalutem: Sciatis me dediſſe Deo & S. *Mariæ Linc.* & Epiſcopo *Roberto* & Canonicis vineam meam *Linc.* & quod ei pertinet: Et *Johannes* præpoſitus eos inde ſaiſiat T. *W.* Cancellario apud *Stanford*, & T. *E.* Dapifero, & *Urſone* de *Abetot*.

Confirmatio dicti Regis de Eccleſiâ de Barſebi.

Ibid. 7. a. H. Rex Angl. *M.* Reginæ, & omnibus Baronibus de *Lincolia* ſcira ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ Lincolienſis* Eccleſiæ, & *Roberto* Epiſcopo Eccleſiam S. *Margaretæ* & Eccleſiam de Barſebi, quas *Oſbertus* Vicecomes dedit & conceſſit eidem Eccleſiæ. T. Epiſcopo *Sareſburiæ* apud *Porteſmudam*.

Carta ejuſdem Regis de *Waremâ in ſocâ de* Niwerc & Stou.

H. Rex Angl. *Ran. Miſchino* & *Oſberto* Vicecomiti, & fidelibus ſuis de *Lincolaſcirâ* Francis & Anglis ſalutem: Sciatis me dediſſe *Roberto Lincolienſi* Epiſcopo Warennam meam de *Lincoliâ* quantum in ſocâ de *Niwercâ* & Stou erat; & concedo ei totam locam de *Niwercâ* & Stou in Warennam: Et ſi quis in ea foriſfecerit præcipio ut ipſe Epiſcopus habeat foriſfacturam de eâ quam pater meus & frater habuiſſet. T. *Hug.* de *Evermu* apud Warengefort.

Cartâ dicti Regis de Stratâ & calceto de Niwerc.

H. Rex *Angl. Ric. Baſſet* & *A.* de *Vere* & Vicecomiti & Baronibus de *Notingeſcirâ* ſalutem, concedo quod Epiſcopus *Linc.* divertat regiam ſtratam quæ tranſibat per villam ſuam de *Niwercâ*, per eandem villam ſuam quacunque voluerit: Et concedo ipſi, ut faciat calcetam Vivarii ſui T. *G.* Cancellario & *Willielmo* de *Albini* Britone apud Weſtor.

Carta ejuſdem Regis de Eccleſiis de Caſtre & *Chirchetonâ.*

H. Rex *Angl. Oſberto* Vicecomiti *Linc.* ſalutem; facias habere *Roberto* Epiſcopo *Lincoliæ* Eccleſias de *Caſtre* & *Chirchetonæ*, & decimas quas pater meus dedit in elemoſinam Deo & S. *Mariæ Lincolienſi*, ſicut Carta quam fecit pater meus fieri dicit; & ſicut *Remigius* Epiſcopus, & Eccleſia S. *Mariæ Lincoliæ* eas unquam melius habuerunt: Et inde ne ei ſuper hoc aliqua injuria fiat. T. *H.* de *Oili* apud *Lundon*.

Carta dicti Regis de diviſis inter manerium de Torcheſi & Stou.

H. Rex *Anglorum Ran. Meſchino* & *Oſberto* Vicecomiti, & *Picoto* filio *Colſueni*, & *Wigoto* de *Linc.* ſalutem. Ite & videte diviſas inter manerium meum de *Torcheſi* & manerium de *Eſtou*; & facite recognoſcere per probos homines de comitatu & dividere prædictas diviſas: Et ſi benè eis non credideritis, ſacramento confirment quod dixerint; quia volo ut Epiſcopus benè & honorificè ibi habeat quod anteceſſores ſui ibi habuerunt T. *Wigoto Linc.* apud Wincestre.

Carta ejuſdem Regis Roberto *Epiſcopo* Linc. *quod liberè teneat omnia ſua.*

Ibid. 6. H. Rex *Angl. Roberto* Epiſcopo *Linc.* et *Ran. Miſchino* ſalutem precipio ut faciatis *Robertum* Epiſcopum *Lincolienſem*, terras ſuas omnes et homines, et omnia ſua cum magno honore tenere: Et volo, ut nullo modo placitet de terris quibus anteceſſor ejus ſaiſitus erat die quâ vivus et mortuus fuit, neque de Eccleſiis, et quas ipſe Epiſcopus tenuit uſque nunc. T. *Urſone* de *Abetot* apud Lacoc.

Carta ejuſdem Regis de libertate de Welletona.

H. Rex *Angl. Oſberto* Vicecomiti de *Linc.* et *Piccoto* et *Alano* ſalutem; præcipio quod *Welletona* cum appendiciis ſuis ſit quieta de omnibus geldis et conſuetudinibus, ſicut fuit tempore patris et fratris mei: Et nominatim de hoc auxilio, quia elemoſina patris mei et matris fuit. T. *Ran.* Cancellario apud *Peri*.

Carta

Carta ejuſdem Regis de Manerio de **Welletona** *in Præbendam.*

H. Rex *Angl.* Ran. *Miſchino* & *Osberto* Vic. *Linc.* & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Lincolnſcirâ* ſalutem: Volo & præcipio ut S. *Maria* de *Lincoln.* & *Robertus* Epiſcopus, & Canonici S. *Mariæ* ita benè & honorificè habeant & quietè teneant Manerium de *Welletonâ*, quod pater meus dedit S. *Mariæ* in præbendam, & quicquid ibi pertinet ſicut Brevis patris mei & fratris Regis *Willielmi* præcipiunt. T. *Wald.* Cancellario & *Urſone* de *Abetot* apud *Niwebe-riam.*

Carta dicti Regis de Eccleſiis de Suttonâ, *& de terrâ de* Horneleiâ.

H. Rex *Angl.* Roberto Epiſcopo *Linc.* & Canonicis S. *Mariæ Linc.* & omnibus Baronibus *Francis* et *Anglis* de *Lincolnſcirâ* et de *Oxinefordſcire*, et omnibus Baronibus totius Epiſcopatus *Linc.* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* & Eccleſiæ *Linc.* Eccleſias de *Suttonâ* & terras & conſuetudines, & decimas, & quicquid ad eas pertinet: Et terram de *Horneleiâ* quam *Ranulfus* Epiſcopus *Dunelmenſis* de me tenebat ad acreſcens *viz.* præbendæ quam ipſe Epiſcopus *Rannulphus* & *Elyas* filius ſuus in Eccleſiâ S. *Mariæ Linc.* habebant. Et volo & concedo, quod ipſe *Helias* filius Epiſcopi *Rannulfi* præbendam illam totam, tam à creſentibus iſtis benè & honorificè, quamdiu ipſe vixerit teneat: quod ſi ille *Helyas* prius moriatur quàm pater ſuus *Rannulphus* Epiſcopus, volo & præcipio ut præbenda illa tota *Rannulfo* remaneat libera & quieta. Poſt obitum verò utrorumque eorum, præbenda illa tota Deo & S. *Mariæ* & Eccleſiæ *Linc.* & Epiſcopo libera et quieta remaneat. Et hoc idem *Robertus* coram me *Rann.* Epiſcopo & *Eliæ* filio ſuo conceſſit. T. *Gaufrido* Epiſcopo *Rothomagi* & *Rann.* Cancellario apud *Herefort.*

Carta ejuſdem Regis de Eccleſiâ de **Wicheſort.**

H. Rex *Angl* Rann. *Miſchino* & *Osberto* Vicecomiti, & omnibus Baronibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Lincolaſcirâ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* de *Lincoliâ*, & *Roberto* Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum habendam Eccleſiam S. *Benedicti* de **Wicheſort**, cum omnibus rebus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus; & hoc præcatu & voluntate *Rogeri Bigot*, qui illam Eccleſiam in elemoſinam Deo & S. *Mariæ* dedit. T. *Rogero* Epiſcopo & *Wald.* Cancellario, & R. Comite de *Mellent*, & *H.* de *Warewic* & ipſo *Rogero*, & *Hamone* Dapifero apud *Wintoniam.*

Carta ejuſdem Regis *de Eccleſiâ de* **Cozingeham.**

H. Rex *Angl.* Roberto *Linc.* Epiſcopo, & *Rann. Miſchino*, & *Osberto* Vicecomiti, & Baronibus ſuis & fidelibus *Francis* & *Anglis de Lincolaſcirâ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe S. *Mariæ* de *Lincoliâ* Eccleſiam *Brand* Presbyteri de **Cozingeham**, & terram ſuam, ſcilicet duas carucatas & dimidiam in præbendâ; ita tamen ut ipſe *Brand*, & filius ejus poſt obitum patris Eccleſiam prædictam & terram in præbendâ de S. *Mariâ* teneant dum vixerint. T. *Rann. Meſchino* apud **Wirecestre.**

Carta ejuſdem Regis *de Eccleſiâ de* Hempingeham.

H. Rex *Angl.* S. Comiti, & *Hugoni* Vicecomiti, & omnibus Baronibus ſuis de *Norhantona ſcirâ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Eccleſiæ S. *Mariæ Lincoliæ*, & *Roberto* Epiſcopo *Linc.* Eccleſiam de **Hempingeham** & illas tres bovatas terræ, quas *Giſlebertus* de *Gant* crevit in elemoſinâ. Et volo & præcipio, ut honorificè teneat, cum omnibus conſuetudinibus ſuis. Et ſi Comes de *Anco* diſſaiſivit eum, tunc præcipio, ut *Abb. Camer:* cito reſaiſiat. Teſte *Osberto* Vicecomite, apud *Brantonam.*

Carta ejuſdem Regis, de theloneo in feriis de **Stou.**

H. Rex *Angl. A.* Archiepiſcopo *Cantuar.* & *Ger.* Archiep. *Eboracenſi*, & Epiſcopis ſuis, & Abbatibus; & omnibus Baronibus ſuis & fidelibus, *Francis* & *Anglis*, totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ*, & *Roberto Linc.* Epiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, habendum theloneum in feriis del **Eſtou**, in feſto S. *Mariæ Auguſti*, & in *Septembri*, & illâ feriâ quæ eſt in feſtivitate S. *Michaelis* & in *Pentecoſten.* T. *R.* Epiſcopo *Salesberiæ*, & Comite de *Mellent*, & Cancellario, & *R. Bigot*, & *Hamone* Dapifero apud *Wintoniam.*

Carta ejuſdem Regis, de Eccleſiis de Derbeiâ *& de* Wercheſordâ.

H. Dei gratia Rex *Angl. Roberto Coventrenſi* Epiſcopo, & *Ricardo* Vicecomiti & *Rogero* Comiti, & *Willielmo Peverell*, & *Roberto* de *Ferrariis*, & omnibus fidelibus ſuis de *Notinhamſcirâ*, & de *Derbereſcirâ* ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & S. *Mariæ Lincolien.* Eccleſiæ, pro animâ patris mei & matris meæ, & pro animâ *Willielmi* Regis fratris mei & meâ, & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, Eccleſias de *Derbeiâ* & de *Wercheſordâ*, in Præbendam, perpetuo jure poſſidendas, cum omnibus eis jure adjacentibus. Volo autem & præcipio, ut ita honorificè & quietè eas poſſideat, ſicut meliùs fuerunt tempore Regis *Edwardi* & patris

patris mei. T. *Maltildâ* Reginâ; & *Roberto Hamonis* filio; & *Hamone* Dapifero, & *Urſone* de *Habetot*; & *Osberto* Vicecomite *Lincoliæ*.

Carta præfati Regis, de Barcheſtonâ & Offintonâ.

H. Rex *Angliæ*, *Radulpho* de *Rehart* & ſociis ſuis ſalutem. Saiſite Epiſcopum de *Lincoliâ* de **Barcheſtone** & de *Offintonâ*, & omnibus rebus quæ ad eam pertinent, & bene & honorificè teneat. T. *Willielmo* de *Albini* apud *Hamtonam*.

Carta ejuſdem Regis, de Eccleſiis de Neſſintonâ, Niwentonâ, Taneſourâ & Sutwicâ.

H. Rex *Angl. Simoni* Decano & toti Capitulo S. *Mariæ Linc.* Et *Hugoni* de *Lereceſtre*; & omnibus Baronibus, *Francis* & *Anglis* de *Norhantonaſcirâ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ Lincolniæ*, & *Roberto* Epiſcopo, pro animâ patris & matris, & fratris mei, & ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, in Præbendam, Eccleſiam de *Neſſiptonâ*, & Eccleſiam de *Niwentonâ*, & Eccleſiam de *Taneſourâ*, & Eccleſiam de *Sutwicâ*, cum terris & Decimis & conſuetudinibus, quæ ad eas pertinent. Et volo & firmiter præcipio & concedo, ut benè & honorificè teneant, cum quietudinibus & conſuetudinibus, ſicut *Levingus* ſcriptor Regis, unquam meliùs & honorabilius tenuit. T. *Rogero* Epiſcopo *Saresbiriæ*, & *Rannulpho* Cancellario, & *Johanne* de *Bajocis* apud *Weſtmonaſterium*.

Carta ejuſdem Regis, de vi. *bovatis terræ in* Burgo, & vi. *in* **Welingeham**.

Ibid. f. 9. H. Rex *Angl.* Comiti *Rannulpho* de **Ceſtre**, & *Hugoni* de *Legreceſtriâ*, & omnibus Baronibus de *Lincolſcirâ* ſalutem. Sciatis me reddidiſſe Deo & Eccleſiæ, & *Roberto* Epiſcopo *Lincoliæ*, *xii.* bovatas terræ, quas *Radulphus Baſſet* diſrationavit eſſe in dominio meo, *viz.* ſex bovatas in *Burgo*, & ſex in **Welingeham**. Et volo & præcipio, quòd benè & honorificè & liberè teneat, cum *ſocâ* & *ſacâ*, & *tol* & *theam* & *infangentheof*, & cum omnibus aliis conſuetudinibus ſuis, ſicut meliùs & honorificentiùs tenet, alias terras ſuas. T. *Rannulpho* Cancellario, & *Nigello* de *Albini*, & *Willielmo* de *Tancrevillâ*, & *Gaufrido* de *Clintonâ* apud *Geldefordam*.

Carta præfati Regis, de domibus quas dedit Robertus *de* Stotevillâ.

H. Rex *Angl. Roberto Legreceſtrenſi* Comiti, & *Rannulpho* de *Meſchines*, & *Osberto* Vicecomiti, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Lincolſcirâ*, ſalutem. Volo ut ſciatis me conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* de *Lincoliâ*, pro animâ patris mei & matris meæ, & fratris, & meâ, & uxoris meæ *Matildis*, parentumque meorum omnes domos in Præbendâ, quas *Robertus* de *Stotevillâ* dedit S. *Mariæ* prædictæ Eccleſiæ: Et volo ita benè & honorificè ipſa prædicta Eccleſia teneat domos illas, ſicut meliùs & quietiùs tenuit eas *Hugo* filius *Baldrici*, tempore patris mei. Teſtibus *Matildâ* reginâ, & *Roberto* Comite de *Legreceſtrâ*, & *Henrico* Comite, & *Rogero Bigot*, & *Willielmo* de *Albini* apud **Wlindeſore**.

Carta ejuſdem Regis, de omnibus Eccleſiis in Burgo Lincolniæ.

H. Rex *Angl. Rannulpho Meſchino*, & *Osberto* Vicecomiti *Linc.* & omnibus Baronibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ Lincolnienſi*, & *Roberto* Epiſcopo *Linc.* pro animâ patris, matriſque meæ, & *W.* Regis fratris mei & anteceſſorum meorum; necnon pro ſalute animæ meæ, & *Matildis* uxoris meæ, & omnium liberorum meorum, omnes Eccleſias de burgo *Lincoliæ*, intus & extra, quas Preſbyteri earundem Eccleſiarum de me tenebant; & quicquid ipſis Eccleſiis pertinet. Si quid verò conſuetudinis mihi de ipſis Eccleſiis pertinet, hoc in manu mea retineo. T. *Eudone* Dapifero, & *Rogero Bigoto*; & *Hamone* Dapifero; & *Urſone* de *Abitot*, & *Osberto* Vicecomite apud *Cireceſtram*.

Carta ejuſdem Regis facta Alexandro *Epiſcopo* Linc. *de Vivario ſuo apud* Niwercam.

H. Rex *Angl.* Omnibus Baronibus & Vicecomitibus, & miniſtris ſuis & fidelibus de *Notingehamſcirâ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe *Alexandro* Epiſcopo *Linc.* quod faciat foſſatum & calcetam Vivarii ſui de *Niwercâ* ſupra chiminum **Foſſe**; & chiminum ipſum per eandem villam, ſicut voluerit, divertat. T. *W. Albini Britone*, apud **Widetoc**.

Carta præfati Regis Henrici, *de ponte ſuper aquam de* **Trente**.

H. Rex *Angl.* Juſticiario, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis de *Lincolſcirâ*, & *Notingehamſcirâ*, ſalutem. Sciatis, quod conceſſi *Alexandro* Epiſcopo *Linc.* ut faciat fieri unum pontem ſuper aquam **Trente**, ad Caſtellum ſuum de *Niwercâ*, ita quod non noceat Civitati meæ *Lincolnienſi*, neque burgo meo de **Notingeham**: Et ſi nocuerit, talem eum faciat, qui non noceat. T. Epiſcopo *Saram*, & Cancellario, & *Euſtacio* filio *Johannis*, apud **Ferrham**.

Carta ejuſdem Regis, de portâ de Eſtgatâ.

H Rex *Angl. Willielmo* de *Albini*, & *Willielmo* filio *Haconis*, Vicecomiti; & omnibus Baronibus, & fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* de *Lincoleſcirâ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe *Alexandro* Epiſcopo *Lincoliæ*, portam de *Eſtgata*, cum terris quæ ſupra ipſam ſunt, ad ſe hoſpitandum: Et præcipio quod illam honorificè teneat, T. *Rogero* Epiſcopo *Sarum*; & *Nigello* Epiſcopo de *Ely*; & *Ricardo Baſſet*, & *A.* de *Vere* apud Bunehām.

Carta ejuſdem Regis de tertiâ parte ſervicii militum ſuorum de Epiſcopatu Linc.

H Rex *Angl.* omnibus Juſticiariis & Baronibus, & Vicecom. & omnibus fidelibus ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe *Alexandro* Epiſcopo *Linc.* totam tertiam partem de ſervicio militum ſuorum de Epiſcopatu *Lincoliæ*, ad ponendum eam ad Caſtellum ſuum de *Werca*, ut ibi amodo faciant wardas & alia ſervicia ſua, quæ debent Epiſcopo, ſicut ipſe Epiſcopus hoc diſpoſuit. T. *R.* Epiſcopo *Sarum* & *G. Cancellario*, & *W.* de *Pontearch* apud *Blachemoram*.

Pat. 2 R. 2. part. 1. m. 4. per inſpex.

H Rex *Angl. Ran. Meſchino*, & *Wigoto* Vic. & *Roberto* de *la Haiâ* & *Rad.* de *Dencurt* & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Lincoliaſcirâ* ſalutem. Sciatis me commendaſſe *Roberto* Epiſcopo *Linc.* Eccleſiam *Omnium Sanctorum*, & quicquid ad eam pertinet infra Burgum & extra; & Eccleſias de *Grimesbiâ*, & quicquid ad eas pertinet, ſicut *Osbertus* Vicecomes eas melius habuit die quâ vivus & mortuus fuit. T. *Ranulfo* Cancellario apud *Heddendonam*.

Ibid.

H Rex *Angl. M.* Reginæ, & omnibus Baronibus de *Lincolaſcirâ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & *S. Mariæ Lincolienſi* Eccleſiæ & *Roberto* Epiſcopo Eccleſiam *S. Margaretæ* & Eccleſiam de *Hatſeby*, quas *Osbertus* Vicecomes dedit & conceſſit eidem Eccleſiæ. T. Epiſcopo *Sarisburiæ* apud *Porteſmudam*.

Ibid.

H Rex *Angl.* Juſticiar. & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis de *Lincoleſcirâ* & *Notingehamſcirâ* ſalutem. Sciatis quia conceſſi *Alexandro* Epiſcopo *Lincoln.* ut faciat fieri unum pontem ſuper aquam *Trente* apud Caſtellum ſuum de *Newarth*, ita quod non noceat civitati meæ *Lincoln.* neque Burgo meo de Notingeham, & ſi nocuerit talem eum faciat, qui non noceat. T. Epiſcopo *Sarum* & Cancellario, & *Euſtacio* filio *Johannis* apud *Ferrham*.

Ibid.

STephanus Rex *Angl.* Archiepiſcopis & Epiſcopis & Juſtic & Vicecom. & Baronibus & miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis totius *Angl.* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Lincoln.* in Præbendam Eccleſiam de *Bramptonâ* in terris & decimis, & omnibus aliis pertinentiis ejus. Quare volo, *&c.* T. *Ricardo* de *Luci*, & *Willielmo* de *Caiſneto*, & *Ricardo* de *Camvill* apud *Oxenford*.

STephanus Rex *Angl.* Archiepiſcopis, *&c.* Ibid. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam, pro animâ Regis *Henrici*, & pro ſalute animæ meæ, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Lincoln.* in Præbendam Eccleſiam de *North Cheleſeiâ*, cum omnibus appendiciis ſuis. Quare volo, *&c.*

Carta ejuſdem Regis, ſuper concordiâ factâ inter Epiſc. Lincoln. *& Abbatem de* Burgo.

H Rex *Angliæ*, omnibus Clericis & laicis in Epiſcopatu *Linc.* conſtitutis, ſalutem. Sciatis quia concordavi Abbatem de *Burgo* cum Epiſcopo *Linc.* de placito controverſiæ, quæ inter eos erat, pro parochiali Eccleſiâ de *Burgo*; ita quod Abbas ipſe, in præſentiâ meâ, & Epiſcoporum & Baronum meorum, & totius Curiæ meæ, pleniter recognovit conſuetudines illas, quas ipſe in Eccleſiâ illâ clamabat, & eas ei, in manu ſuâ reddere vadiavit; ita quod Eccleſia illa conſuetudinaria remanſit Epiſcopo *Lincoliæ*, ad tenendum mea placita, & Sinodum, & Capitula ſua, ſicut aliæ parochiales Eccleſiæ Epiſcopatus *Linc.* in quibus hæc fieri ſolita ſunt. Concedo quoque & volo, quod Epiſcopus diem convenientem ponat Abbati, in Capitulo *S. Mariæ Linc.* Et volo, quod Abbas illuc tunc veniat, & rectum faciat Epiſcopo *Linc.* per judicium Capituli S. *Mariæ* & parium ſuorum Abbatum, deſicut res inter eos hucuſque tractata eſt. T. *A.* Epiſcopo *Carleolenſi*; & *R.* de *Sigillo*; & *R.* Comite *Gloeceſtriæ*; & *Willielmo* Comite *Warennæ*; & *Brientio* filio Comitis, apud *Rothomagum*. Ibid. 10. a.

Carta ejuſdem Regis, de Warennâ per totum Comitatum Lincoln.

H Rex *Angliæ*, Vicecomiti & Baronibus, & omnibus miniſtris ſuis de *Lincoleſcirâ* ſalutem. Sciatis, quia concedo, quod *Alexander* Epiſcopus habeat Warennam in totâ terrâ ſuâ de *Lincoleſcirâ*: Et prohibeo ne aliquis fuget in eâ ſine licentiâ ipſius Epiſcopi vel miniſtrorum ſuorum, ſuper *x.* libr. forisfacturâ. T. *G.* filio *Pagani*, apud *Archeyt*.

Carta præfati Regis, de Warennâ in Notingehamſcirâ.

H Rex *Angl.* Vicecomiti & Baronibus, & omnibus miniſtris ſuis de *Notinghehamſcirâ* ſalutem. Sciatis, quia concedo, quod *Alexander* Epiſcopus *Lincoln.* habeat Warennam in totâ terrâ ſuâ de *Notinhamſcirâ*; Et prohibeo ne aliquis fuget in eâ ſine licentiâ ipſius Epiſcopi, vel miniſtrorum ejus; ſuper *x.* libr.

libr. forisfacturâ. T. *G.* filio *Pagani*, apud *Archent.*

Carta ejusdem Regis, de Præbendâ de Asgherbie.

H. Rex *Angl.* Justiciariis, Vicecom. Baronibus & ministris, omnibusque fidelibus suis, *Francis* & *Anglis*, de *Lincolscirâ* salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse Deo & S. *Mariæ Linc.* & *Roberto* de *Grainvill* Canonico, villam Asgherbie, cum omnibus appendiciis suis; quam scilicet *Rogerus* filius *Geroldi* dedit Deo & S. *Mariæ Linc.* & prædicto *Roberto* in Præbendam & elemosinam. Quare volo, & firmiter præcipio, quatinus eandem villam, in perpetuam possessionem benè & in pace & honorificè, liberam & quietam de Scirâ & de Hundredo, & Wapentachio teneat, cum *soca & tol & theam, & infangenethef*, & cum omnibus consuetudinibus & libertatibus, sicut aliqua Præbenda *Linc.* Ecclesiæ liberiùs & quietiùs tenet. T. *R. Sarum* Episcopo, & *Roberto* Comite *Gloec.* apud *Westm.*

Carta Regis Henrici *secundi, de domibus quæ fuerunt fratrum* Templi *in* Londoniis.

Ibid. f. 14. b. H. Rex *Angl.* & Dux *Normanniæ* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis, *&c.* Sciatis me concessisse, & Cartâ meâ præsenti confirmasse, Ecclesiæ beatæ *Mariæ Linc.* & *Roberto* ejusdem Ecclesiæ Episcopo, & successoribus suis Episcopis ejusdem Ecclesiæ, domos quæ fuerunt fratrum *Templi* in *Londoniis*, in parochiâ S. *Andreæ* de Holeburne, cum Capellâ & gardinis, et omnibus earum pertinentiis; quas idem *Robertus* de *Kaineto Linc.* Episcopus *C.* marcis emit de fratribus *Templi*; reddendo inde eisdem fratribus *Templi* annuatim, tres aureos pro omni servicio. Quare volo, *&c.* T. *Rogero Eborum* Archiepiscopo, *Hylario Ciceſtrensi*, *Hugone Dunelmensi* Episcopis, & *Thomâ* Cancellario apud *Rothomagum.*

Carta ejusdem Regis Henrici *secundi, de fossato & muro Ballii ad faciendum portam.*

Ibid. f. 15. a. H. Rex *Angl.* et Dux *Normanniæ* et *Aquit.* et Comes *Andeg.* Justiciariis, Vicecom. et omnibus fidelibus suis, *Francis* et *Anglis* de *Lincolniâ* et de *Lincolscirâ* salutem. Sciatis me dedisse et concessisse, et præsenti Cartâ confirmasse Ecclesiæ *Lincolnienſi*, et *Roberto* Episcopo *Linc.* et successoribus suis, ad ædificia sua, et domos suas, totam terram, cum fossato de muro Ballii mei *Linc.* in orientali parte, per Cimiterium Ecclesiæ beati *Michaelis*, usque ad cimiterium S. *Andreæ* & à cimiterio S. *Andreæ* usque ad murum Civitatis, versus Orientem. Et hanc terram concessi et dedi Ecclesiæ *Linc.* et eidem *Roberto* Episcopo, et successoribus suis, solutam et quietam de langabulo et parcagio, et omnibus aliis rebus; et liberè poterit murum perforare Ballii mei *Linc.* ad portam suam faciendam, ad introitum et exitum suum habendum versùs Ecclesiam, et ita ædificare, quod ædificia sua extendantur in utrumque murum. Quare volo, *&c.* T. *Rogero Eborum* Archiepiscopo, et *T.* Cancellario et *Ric.* de *Luci*, et *Warino* filio *Geroldi* Camerario; et *Willielmo* filio *Hamonis*, et *Roberto* de *Duneff*, et *Jocelino* de *Baillol* apud *Lincoliam.*

Carta ejusdem Regis *de mercato in villâ de* Banneburiâ.

H. Rex *Angl.* et Dux *Norm.* et *Aquit.* et Comes *Andeg.* Justiciariis et Baronibus et Vicecomitibus, et omnibus fidelibus et ministris suis de *Oxenfordscirâ* salutem. Sciatis me dedisse et concessisse, pro Dei amore, et petitione *Roberti Lincolienſis* Episcopi, Ecclesiæ S. *Mariæ Lincoliæ* inperpetuum, quod habeat mercatum suum in villâ suâ de *Banneberiâ*, unaquaque septimanâ in die *Jovis*, liberè, quietè et honorificè, ad tales consuetudines, quales habent alia mercata per *Angliam.* T. *Philippo Bajocensi*, et *Arnulfo Lexovienſi* Episcopis, et *Thomâ* Cancellario, apud *Lincoliam.*

Carta ejusdem Regis, *de Ecclesiâ de* Langefoyd.

H. Rex *Angl.* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, *&c.* salutem. Sciatis me dedisse & in perpetuam elemosinam concessisse, Ecclesiæ S. *Mariæ Linc.* pro amore Dei, & animâ regis *H.* avi mei, & aliorum antecessorum meorum; & petitione & amore *Roberti* Episcopi *Linc.* Ecclesiam de Langefoyd, cum omnibus pertinentiis suis; & totam terram quam *Rogerus* Episcopus *Sarum* in eadem villâ de Langefoyd tenuit. Quare volo, *&c.* T. *Thomâ* Cancellario, *H.* de *Excessiâ* Constabulario; *Warino* filio *Geroldi* Camerario, *Willielmo* filio *Hamonis*; *H.* filio *Geroldi*, apud *Bruhellam*, in Forestâ.

Carta ejusdem Regis, de Ecclesiâ de Bamtoue.

H. Rex *Angl.* & Dux *Norm* *&c.* Sciatis me dedisse & concessisse in perpetuam elemosinam, Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Lincolniâ*, Ecclesiam de *Brantonâ* cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo, *&c.* T. *Thomâ* Cancellario, *Manasſero Bisset* Dapifero, *Garino* filio *Geroldi*, apud *Brehellam.* Ibid. f. 16.

Carta ejusdem Regis, de unâ Carucatâ terræ in Kales.

H. Rex *Angl.* & Dux *Norm.* *&c.* Archiepiscopis, *&c.* salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ confirmasse Ecclesiæ beatæ *Mariæ Linc.* & Canonicis ejusdem Ecclesiæ, unam carucatam terræ in

Kales, cum omnibus pertinentiis ſuis, ex dono *Willielmi* de *Romarâ*. Quare volo, *&c.* T. *Rogero* Archiepiſcopo *Eboracenſi*, & *I.* Epiſcopo *Ciceſtrenſi*, apud *Rotomagum*.

Carta ejuſdem Regis Henrici, *de manerio de* Kildesbi.

H. Rex *Angl.* & Dux *Normanniæ*, *&c.* Archiepiſcopis, *&c.* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & Cartâ meâ confirmaſſe Eccleſiæ beatæ *Mariæ Linc.* manerium de Kildesbi, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo, *&c.* T. *Rog. Ebor.* Archiepiſcopo, *Hilario Ciceſtrenſi*, *Hugone Dunelmenſi* Epiſcopis, *Thomâ* Cancellario apud *Rotomagum*.

Carta Regis Henrici *ſecundi donatorum conceſſiones confirmans.*

Ib. b. H. Rex *Angl.* Dux *Normanniæ* & *Aquitan.* & Comes *Andegaviæ* Juſtic. Vicecom. Baronibus *Francis* & *Anglis* totius Epiſcopatus *Linc.* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Eccleſiæ beatæ *Mariæ Linc.* eandem libertatem quam Rex *Willielmus* atavus meus conceſſit edificationi prædictæ Eccleſiæ & manſionibus Cimiterii ejuſdem Eccleſiæ. Similiter concedo & confirmo donationem, quam prædictus Rex *Willielmus* fecit de terris & Eccleſiis & decimis quas eidem Eccleſiæ donavit, & in perpetuam elemoſinam Cartâ ſuâ confirmavit; *viz. Welletonam* & *Slafordam* cum appendiciis ſuis, & Eccleſias de *Chirketonâ* & de *Caſtrâ*, & de *Wellingourâ*; neçnon & decimas totius redditus eorundem maneriorum. Et duas Eccleſias in *Lincoliâ*; ſcil. Eccleſiam S. *Laurentii*, & Eccleſiam S. *Martini*; & *Lectonam* quam *Waldeovus* Comes per manum prædicti *Willielmi* Regis Eccleſiæ *Lincolienſi* donavit; & *Woburnam* quam Rex Eccleſiæ *Linc.* & *Remigio* Epiſcopo cum paſtorali baculo donavit: Et Eccleſiam S. *Mariæ* de Bedeford, & Eccleſiam de *Lectonâ* in *Bedefordſirâ*; & Eccleſiam de Buchinham, & Eccleſiam de *Elisberiâ*, cum omnibus pertinentiis earundem Eccleſiarum. T. *Theobaldo Cantuarienſi* Archiepiſcopo & Romanæ Eccleſiæ legato; & *Philippo Bajocenſi* Epiſcopo, & *Ernulfo Luxovienſi* Epiſcopo apud *Lincoliam*.

Carta ejuſdem Regis de Eccleſiis de Derebiâ & Wereſwordâ.

Ib. 17. a. H. Rex *Angl.* & Dux *Norm.* & *Aquit.* *&c.* omnibus, *&c.* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & S. *Mariæ* & Eccleſiæ *Linc.* Eccleſias de *Derebiâ* & *Wereſwordâ* in præbendam perpetuo jure poſſidendas, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo, *&c.* Has autem Eccleſias cum ſuis pertinentiis Eccleſiæ *Linc.* concedo & confirmo, ſicut Carta *Henrici* Regis avi mei teſtatur. T. *Ric.* de *Luci*, *Nic.* de *Sigillo*, *Will°* filio *Johannis* apud *Eboracum*.

Carta ejuſdem Regis de concordiâ inter Epiſc. Linc. *& Abbatem S.* Albani.

H. Rex *Angl.* & Dux *Norm.* & *Aquit.* *&c.* Archiepiſcop. *&c.* ſalut. Sciatis, quod controverſia quæ diu fuerat agitata inter *Robertum* Epiſcopum *Linc.* & *Robertum* Abbatem S. *Albani* & eorum Eccleſias de ſubjectione Abbatis & Monaſterii S. *Albani* & xv. Eccleſiarum jamdudum privilegiatarum coram me & *Thomâ* Archiepiſcopo *Cantuar.* & *Rogero* Archiepiſcopo *Ebor.* & aliis Epiſcopis & Baronibus regni mei hoc modo terminata eſt: *Robertus* Epiſcopus *Linc.* aſſenſu capituli ſui imperpetuum renunciavit illi controverſiæ quam adversùs *Robertum* Abbatem S. *Albani* & fratres ejus moverat, quod Monaſterium ipſum S. *Albani* & xv. illas Eccleſias, quas in territorio ſuo privilegiatas habent; *Lincolnienſi* Eccleſiæ, & ſibi ut ipſius Epiſcopo in ſubjectionem petebat, & ut ab eâ in perpetuum conquieſceret, de manu ipſius Abbatis & fratrum ejus villam quæ dicitur Tinghehurſt, cum Eccleſiâ & omnibus pertinentiis ejuſdem, pro decem libratis terræ liberè & quietè Eccleſiæ *Lincolienſi* imperpetuum de cætero poſſidendam, aſſenſu meo & Epiſcoporum conſilio; capitulo *Lincolnienſi* in hoc aſſenſum præbente recepit, & jus quod in jam dicta Abbatiâ S. *Albani*, & in perſonâ *Roberti* Abbatis & ſucceſſorum ſuorum, & jam dicti xv. Eccleſiis, Eccleſiæ ſuæ & ſibi, & ſucceſſoribus ſuis vendicabat, in manu meâ, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, aſſenſu Capituli ſui imperpetuum refutavit. Quare volo, quod de cætero liberum ſit Monaſterio S. *Albani* & xv. jam dicti Eccleſiis criſma ſibi & oleum & benedictionem Abbati ſuo, & cætera omnia Sacramenta Eccleſiæ abſque reclamatione *Lincolienſis* Eccleſiæ à quo voluerint Epiſcopo accipere & Abbatia ſicut mea dominica Eccleſia in manu meâ imperpetuum libera permanebit decima de *Wacherleiâ*, quam primo *Lincolnienſi* Eccleſiæ dederant penès eam imperpetuum remanente. Reliqua verò ejuſdem Monaſterii Eccleſiæ paſſim per Epiſcopatum *Lincolienſem* conſtitutæ, obedientiam et ſubjectionem, quam cæteræ Eccleſiæ debent Epiſcopo *Lincolienſi* et Archidiaconis ſuis exhibebunt. Et ſi quid conceptum eſt in privilegiis Monachorum ſuper illis Eccleſiis, vel cellis, vel perſonis in eis commorantibus, tam Clericis, Monachis, quàm laicis ullum robur adverſus hanc conventionem obtinebit. Quare volo, *&c.* Teſtibus *Thomâ* Archiepiſcopo *Cant.* *&c.*

Bullâ Honorii *Papæ donatorum conceſſiones recitans & confirmas.*

H *Onorius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri *Alexandro Lincolienſi* Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus Canonicè promovendis imperpetuum. Pia et diligens Ibid. f. 19. a.

gens maternæ cura ſollicitudinis teneros filios conſuevit dulciter educare & adultis unde ſuſtentari valeant ſagaciter providere: proportionaliter itaque ſancta Romana Eccleſia in fide *Petri* fundata, omnium Eccleſiarum obtinet principatum, parvulos & imbecilles lacte ſapientiæ ſuæ nutrit; provectis autem & devotis profundioris ſcientiæ pabulâ ſumminiſtrat; & ut divinis vacare poſſint obſequiis Apoſtolicæ ſedis munimine ab hoſtium incurſione defendit. Hac igitur inducti ratione; Hac igitur inducti ratione *Lincolienſem* Eccleſiam, cui, Deo auctore, dilecte in domino frater *Alexandre* Epiſcope præſides, ſub Apoſtolicæ ſedis tutelam excipimus, & contra pravorum hominum moleſtiam auctoritatis ejus defenſione & privilegio communimus. Bona ergo & poſſeſſiones, quas juſte & legitimè poſſidet, vel in futurum, largiente domino canonicè poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, & per vos Eccleſiæ *Lincolnienſi* & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus nominibus annotanda; *viz.* in civitate *Lincoliæ* burgum quod vocatur *Willigtorp*, *Hundegatam*, Eccleſiam *Omnium Sanctorum*, *Netelham*, *Ludam*, *Stou*, *Northonam*, *Newercam*, Slaford, *Liſtentonam*, Eſpaldewic, *Buchendenam*, manerium ſitum juxta *Legeceſtram* civitatem, Chileshi, *Croperiam*, *Baneberiam*, *Tamam*, *Nundentonam*, *Dorcheceſtriam*, *Voburnam*, Abbatiam de *Egneſham*, cum omnium ſupradictorum pertinentiis: Parochiam epiſcopalem *Nicolaſira*, *Leeceſtraſira*, *Hamtonaſira*, *Buchinghamſira*, *Oxinafordſirâ*, *Hundendonaſira*, *Hereſortſira* pars. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum Clerico vel Laico liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur uſibus Eccleſiaſticis profutura. Si qua igitur eccleſiaſtica ſeculariſvé perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè tempraverit, ſecundo, tertiové commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juxta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jheſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia æternæ pacis inveniant. *Amen. Amen.* Datum *Lateravi* per manum *Aimerici* S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii tertio Kal. *Februarii* Indictione quartâ, Incarnationis dominicæ anno MCxxv°. Pontificatus autem Domini *Honorii* Papæ ſecundi anno ſecundo.

Conſimilis Bulla Innocentii *Papæ.*

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri *Alexandro Lincolienſi* Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus canonicè promovendis imperpetuum. Cum omnibus Eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis debitores, ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio atque benevolentia exiſtamus; illis tamen propenſiori caritatis ſtudio nos convenit providere, quos erga beati *Petri* & noſtra obſequia promptiores ac devotiores eſſe cognoſcimus. Hoc nimirum intuitu venerabilis frater *Alexandre* Epiſcope, tuis deſideriis fraternâ benignitate impertimur aſſenſum, & *Lincolienſem* Eccleſiam, cujus regimen auctore domino amminiſtras, præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem locus in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, deo propitio, poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, necnon Canonicis ejuſdem Eccleſiæ imperpetuum & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Abbatiam *viz.* de Egneſham cum ſuis tenementis, Neewerc cum ſuis appendiciis, & cum juſticiâ regali de tribus Wapentac. quam Reges *Anglorum* Eccleſiæ contulerunt; Stou cum ſuis appendiciis; *Nortonam*, Ludam, Netelham, & terram quam habet præfata Eccleſia in *Lincoliâ*, ſcil. *Weſtegata* cum ſuis appendiciis, tam extra muros ipſius civitatis, quàm infra; & terram quam dedit *Stephanus* Rex tam tibi quam ſucceſſoribus tuis ad faciendas Epiſcopales domos, cum xx. ſolidatis terræ ad reſtituendas eaſdem domos à parte auſtrali Eccleſiæ, cum Eccleſiâ S. *Michaelis* in eadem terrâ ſitâ; Eccleſia omnium Sanctorum, cum aliis Eccleſiis ſupradictæ civitatis; Eſlaford, *Holmum* cum ſuis appendiciis; Manerium de *Legeceſtriâ* extra muros & infra ubi ſunt duæ Eccleſiæ cum xxx. duabus manſionibus *Burgenſium*. *Baneberia*, & *Croperia* cum ſuo Hundredo & libertatibus ſuis; *Dorcaceſtria* cum ſuo Hundredo & libertatibus ſuis & *Tama*, & *Mideltona*, cum ſuo Hundredo & libertatibus ſuis; *Kildebi* cum ſuis appendiciis; *Waburna* cum ſuis appendiciis, *Bicheleſwada*; *Eſpaldeſwic*, quod manerium datum fuit *Lincolienſi* Eccleſiæ in recompenſatione cujuſdam partis ſuæ parochiæ quæ vocatur *Cantabrugeſira*, & modo eſt *Helienſis* Epiſcopatus, & *Bugendena*. Ibid. f. 20. a.

Nichilominus etiam confirmavimus libertatem ejuſdem *Lincolienſis* Eccleſiæ cum ſuâ parochiâ, ſcilicet *Lincoleſiram* cum *Lindeſiâ* totâ, *Norhamteſcira* cum *Rotelandâ*, *Legeceſtreſcirâ*, *Oxeneſordſcirâ*, *Buchinghamſcira*, *Bedeſordſcira*, *Huntendoneſcira*, cum maximâ parte de *Hertfordſcirâ*.

Terras etiam confirmamus quas Rex *Stephanus* recompenſavit prædictæ Eccleſiæ et Canonicis ibidem Deo ſervientibus pro decem et octo libris denariorum, quas ſolebant habere

Cano-

Canonici largitione Regum in *Kyrketonâ* et *Caſtrâ* maneriis; videlicet in **Toy** tres carucatas terræ et ſeptem bovatas; in **Piſeham** duas carucatas et quinque bovatas terræ, et duas partes unius bovatæ. In **Gillebi**, et in *Wartonâ* ſeptem bovatas, et ad *Trentam* novem bovatas et dimidiam. Præterea *Waltonam*, Eccleſiam de **Aleveres** cum ſuis appendiciis, Eccleſiam de *Lectonâ*; Eccleſiam de *Buchingeham* cum ſuis appendiciis; Eccleſiam de *Sutonâ* cum ſuis appendiciis; manerium de *Welletonâ* cum ſuis appendiciis, cæteraſque ejuſdem Eccleſiæ Canonicorum poſſeſſiones Eccleſiaſticas firmam prædictæ Eccleſiæ, et ipſis Canonicis confirmamus.

Lectonam etiam et terram de *Bideford*, tam infra burgum quam extra, cum ſuis libertatibus. Relaxationem quoque ſervicii militum ipſius Epiſcopatus *Lincolienſis*, quod prædeceſſores tui in Caſtro *Lincoliæ* facere conſueverant, unde *Henricus* Rex glorioſæ memoriæ tertium militem Eccleſiæ *Lincolienſi*, & tibi ac ſucceſſoribus tuis relaxavit; quod nimirum ſervicium Caſtro tuo de *Newarca* fieri conceſſit, & ſcripto ſuo firmavit, nichilominus tibi & ſucceſſoribus tuis imperpetuum auctoritate Apoſtolicâ confirmamus.

Obeunte verò te venerabili fratre *Alexandro* Epiſcopo, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus in *Lincolienſi* Eccleſiâ qualibet ſurreptionis aſtutiâ ſeu violentia præponatur, niſi quem Clerus & populus communi aſſenſu, aut pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem & Sanctorum Canonum ſcita duxerint eligendum. Porro libertatem ab illuſtri viro *Stephano* Anglorum Rege Eccleſiæ ipſi conceſſam, nos quoque auctoritatis noſtræ munimine roboramus. Inter cætera verò ejuſdem libertatis inſignia, illud ſpecialiter huic decreto duximus inſerendum, ut in obitu tuo vel ſucceſſorum tuorum, dum Epiſcopalis ſedes vacaverit, nullus prorſus Epiſcopalia, vel Eccleſiaſtica bona uſurpare præſumat, ſed potius Eccleſiæ omnes & earum poſſeſſiones in liberâ Clericorum cuſtodiâ & poteſtate conſiſtant ad uſus futuri pontificis, & utilitatem ejuſdem Eccleſiæ integrè conſervandæ. Nulli ergo omnino fas ſit vos vel Eccleſiam veſtram ſuper hac noſtrâ conſtitutione vel confirmatione temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet fatigare moleſtiis, ſed omnia integrè conſervantur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura.

Si qua ſanè impoſterum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrue emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jheſu Chriſti quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. *Amen, Amen* Datum *Laterani* per manum *Almerici* S. Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis & Cancellarii quarto Kal. Maii indictione ſecundâ, Incarnationis Dominicæ Anno *MCXXXviii.* Pontificatus verò domini *Innocentii* Papæ ſecundi anno decimo.

De Eccleſiâ Lincoln. *elongandâ.*

REx *Henrico* de *Bathoniâ* ſalutem. Cum dilecti nobis in Chriſto Decanus & Canonici *Linc.* Eccleſiæ nobis ſupplicaverunt, quod licentiam eis concederemus elongandi Eccleſiam ſuam versùs orientem, per remotionem muri orientalis Civitatis noſtræ *Linc.* qui eſt ex oppoſito ejuſdem Eccleſiæ; ignorantes utrum hoc fieri poſſet in dampno noſtro & detrimento aut nocumento ejuſdem Civitatis, conſtituimus vos ad inquirendum per Sacramentum proborum &c. utrum eſſet ad dampnum noſtrum aut detrimentum, vel nocumentum civitatis prædictæ, ſi conſideremus prædictis Decano & Canonicis, quod elongare poſſint prædictam Eccleſiam ſuam, & removere prædictum murum versùs Orientem nec ne: Et ſi eſſet ad dampnum noſtrum vel detrimentum, ſeu nocumentum prædictæ civitatis, ad quod dampnum, quod detrimentum, & quod nocumentum: Et ſi non eſſet ad dampnum &c. per quæ loca, & per quas diviſas poſſet prædicta Eccleſia elongari, & prædictus murus removeri ſine dampno noſtro & detrimento ac nocumento ejuſdem Civitatis: Et ideo vobis mandamus, quod in propriâ perſonâ veſtrâ accedatis ad prædictam civitatem, & in præſentiâ Majoris & Ballivorum & aliorum civium ejuſdem civitatis, dictam inquiſitionem, ſicut prædictum eſt facias; & quid inde inveneritis nobis in reverſione veſtrâ ad nos diſtincte & apertè facias. Mandavimus enim Vicecomiti noſtro *Linc.* quod ad diem &c. Venire faciat coram vobis tot & tales &c. de Ballivâ ſuâ per quos &c. In cujus &c. T. Rege apud *Weſtmonaſterium* quinto die Novembris. Pat. 40. H. 3. m. 22. in dorſo.

Decani

Decani Lincolnienſis Eccleſiæ.

Ex Regiſt. Dec. & capit. Linc.

1. *Radulphus Remerus, Decanus deſignatus per Remigium.*
2. *Simon Bloet, (filius Roberti Epiſcopi Lincoln.) qui vixit ad Reg. Henrici tempora.* - 1100.
3. *Adelmus Acceptavit & Confirmavit Donum Walteri de Annundevil, Dapiferi Roberti de Cheſney Epiſcopi Lincoln.* —— 1162.
4. *Hamo. Qui fuit Decanus tempore S. Hugonis Epiſc. defuncti An.* —— 1200.
5. *Galfridus Killing.*
6. *Rogerus de Rolveſton, fuit Decanus.* 1198. & 1207.
7. *Guilielmus de Tornaco, al. Tourney.* 1227.
8. *Rogerus de Weſeham.* —— 1237.
9. *Henricus de Lenington.* —— 1243.
10. *Ricardus de Graveſend.* —— 1254.
11. *Robertus de Mariſcis.* —— 1260.
12. *Guilielmus de Lenington.* —— 1262.
13. *Ricardus Mepham.* —— 1273.
14. *Joannes de Maydenſton.* —— 1275.
15. *Olivarus Sutton.* —— 1276.
16. *Nicolaus de Hecham. al. Heigham.* —— 1280.
17. *Philippus de Willughby.* —— 1289.
18. *Gotzeſinus de Kyrington.* —— 1305.
19. *Raymundus del Cod. Romanus Cardinalis.* —— 1307.
20. *Rogerus de Martival.* —— 1310.
21. *Henricus de Mansfield.* —— 1315.
22. *Antonius Beak.* —— 1328.
23. *Joannes de Nottingham.* —— 1340.
24. *Guilielmus de Normico.* —— 1343.
25. *Joannes de Offord.* —— 1345.
26. *Simon Briſele, al. Breſly.* —— 1348.
27. *Joannes de Stretly.* —— 1364.
28. *Joannes de Shepy.* —— 1388.
29. *Joannes Mackworth.* —— 1412.
30. *Robertus Fleming.* —— 1451.
31. *Georgius Fitzhugh.* —— 1483.
32. *Galfridus Simeon.* —— 1505.
33. *Thomas Wulcy.* —— 1509.
34. *Joannes Conſtable.* —— 1514.
35. *Georgius Heneage.* —— 1528.
36. *Joannes Tayler.* —— 1539.
37. *Matthæus Parlur.* —— 1552.
38. *Franciſcus Mallet.* —— 1554.
39. *Joannes Whitgift.* —— 1571.
40. *Guilielmus Wicham.* —— 1577.
41. *Radulphus Griffin.* —— 1585.
42. *Joannes Rainolde.* —— 1598.
43. *Guilielmus Cole.* —— 1599.
44. *Laurentius Staunton.* —— 1601.
45. *Rogerus Parlur.* —— 1613.
46. *Antonius Topham.* —— 1619.
47. *Michael Honywood.* —— 1660.

Epiſcopus Covent. & Lich. —— 1245.
Epiſc. Lincoln. —— 1254.
Epiſc. Lincoln. —— 1258.
Epiſc. Lincoln. —— 1280.
Epiſc. Sarum. —— 1315.
Epiſc. Norwicenſis. —— 1337.
Epiſc. Norwicenſis. —— 1343.
Archiep. Cantuar electus. —— 1348.
Epiſc. Linc. 1514. *Archiep. Ebor.* 1515. *Cardinal. Rom.*
Epiſc. Lincoln. —— 1552.
Archiep. Cantuar. —— 1559.
Epiſc. Wigornienſis. 1577. *Arch. Cantuar.* 1583.
Epiſc. Linc. 1584. *Epiſc. Winton.* —— 1594.

The

Ex Regiſt. Dec. & Capit. Eccleſ. Cath. *Linc.*

The Regiſter and Inventary of all Jewels, Veſtments, and other Ornaments to the Revestry of the Cathedral Church of Lincoln belonging, made by Maſter Henry Lytherland, Treaſurer of the ſame Church, in the year of our Lord God. 1536. 28 H. 8.

Calices.

INprimis, A Chalice of Gold with Pearls and divers Precious Stones in the Foot, and in the Knot, with a Paten of the ſame having graven Cœna Domini, and the Figure of our Lord, with the Twelve Apoſtles, weighing Thirty and two Ounces.

Item, One great Chalice, Silver and Gilt, with the Paten, weighing Seventy four Ounces, of the gift of Lord William Wickham, Biſhop of Wincheſter, ſometime Archdeacon of Lincoln, having in the Foot the Paſſion, the Reſurrection of our Lord, and the Salutation of our Lady, and in the Paten the Coronation of our Lady, having a Roll in the Circumference written Memoriale Domini Willielmi Wickham.

Item, A Chalice Silver and Gilt, with one plain Paten chaſed in the Foot, with a writen Knop, with one Gilded Spoon containing a Scripture Bleſſed be God, having a Scripture in the bottom Johannes Cynwell, weighing Thirty eight Ounces and a Quarter.

Item, A Chalice chaſed in the Foot, Silver and Gilt, with a Paten graven with a Lamb, and Four Evangeliſts, weighing Three and twenty Ounces.

Item, A Chalice, Silver and Gilt, with an Image of the Crucifix in the Foot with a Paten, our Saviour ſitting upon the Rainbow, weighing—

Item, One Chalice Silver and Gilt, having writen about the Cup Laudato Domino in Eccleſia Sanctorum, and on the Foot Totus mundus eſt Eccleſia; and on the Paten Enixa eſt Puerpera, &c. of the gift of the Lord Charles Boothe, Biſhop of Hereford.

Feretra.

INprimis, One great Ferettum, Silver and Gilt, with One Crols Iſle, and One Steeple in the middle, and One Crols in the Top, with Twenty Pinacles, and an Image of our Lady in one end, and an Image of St. Hugh in the other end, having in length Half a yard and one inch; and it is ſet in Table of Wood, and a thing in the middle to put in the Sacrament when it is borne, weighing Three hundred forty and one Dunces, of the gift of John Wellbome Treaſurer, wanting a Pinacle.

Item, One Feretrum, Silver and Gilt, ſtanding upon Four Pillars, with one Plain Foot, with one Steeple in the height of the covering, ornate with Red Stones, and a round Berall in the other end containing the Finger of St. Katherine in a long Purſe, ornate with Pearls, weighing Thirteen Dunces, wanting a Pillar.

Item, Another Feretrum, Silver and Gilt, with Four Pillars and one Steeple, like to the next afore, wanting a Pinacle, having in the covering without divers Relicks wanting a Stone, having within a Purſe of Silk part of the Tooth of St. Paul, weighing Twelve Dunces, and half and half quarter.

Item, One other high Feretrum of Chryſtal, having a round Foot of Silver, chaſed with one covering Gilt, and one Joynt of St. Sabaſtion, and one Joynt of St. Margaret, weighing with the Contents Ten Dunces and half and half quarter.

Item, One other Feretrum of Chryſtal with Four Pillars, and a plain Foot, Silver and Gilt, containing a Bone of the Foot of St. Lawrence, weighing with the Contents Ten Dunces, wanting a Finial.

Philateria.

INprimis, One Philatory, Silver and Gilt, with Four Feet, and Three Red Stones, and Two Blew Stones above in the tops, containing within a Bone of St. Stephen Firſt Martyr, weighing with the Contents Three Dunces and half.

Item, Other Philatories, Silver and Gilt with Four Feet, like to a Bird, with Five Pinacles, and the Sixth wanting, having a round Berall before, containing the Bone of St. Agnes, weighing with the Contents Three Dunces.

Item, One Philatory long, ornate with Silver and Gilt, having a Knop of

of Berall in the middle of the height, ſtanding of four Feet, wanting a Knop, containing a Bone of St. Vincent Martyr, and weighing with the Contents three Ounces, wanting the Toes of two Feet.

Item, One other Phylattory of Chryſtal, ſtanding upon four Feet, in plain ſole Silver and Gilt, having a Pinacle in the height containing the Tooth of St. Hugh, weighing with the Contents two Ounces.

Ampullæ cum Reliquiis.

INprimis, One Ampul of Chryſtal ornate in the Foot and covering, Silver and Gilt, with one Croſs in the height, containing the Tooth of St. Chriſtopher, weighing with the Contents two Ounces and half.

Item, One other Ampul of Chryſtal, ſtanding with one Foot, Silver and Gilt, having a Tooth of St. Cecile, weighing with the Contents two Ounces.

Item, Another Ampul of Chryſtal, with a Foot and covering of Silver, partly Gilt, containing the Relicks of St. Edmund the Archbiſhop, weighing with the Contents one Ounce, and half quarter.

Item, One other Ampul of Chryſtal, with a Foot Silver and Gilt, with one covering, having little Stones in the Foot, and in the covering; containing a Bone of the Head of St. John Baptiſt, weighing one Ounce, one quarter and half.

Item, One other little Ampul of Chryſtal, containing the Relicks of St. Anaſtaſe, weighing half a Ounce.

Item, One other Ampul of Chryſtal, with a Foot, and one Head of Copper and Gilt, with a Croſs in the Head, containing Bones of St. Gregory, and St. Euſtach.

Tabernacula cum Reliquiis.

INprimis, One Tabernacle of Ivory, with two Leaves, Gemmels, and Lock of Silver, containing the Coronation of our Lady.

Item, One other Tabernacle with two Leaves, all of Wood, containing the Cheſt-bone of St. Thomas of Cantilupo, ſometime Biſhop of Hereford, and many other Relicks.

Item, One Tabernacle of Wood with a Varnacle quadrate.

Item, A Tabernacle of Ivory ſtanding upon four Feet with two Leaves, with one Image of our Lady in the middle, and the Salutation of our Lady in one Leaf, and the Nativity of our Lady in the other.

Item, One Tabernacle of Wood, with two Leaves with an Image of our Lady, another of the Crucifix with Mary and John.

Item, A little Tabernacle of Ivory lacking a Glaſs.

Imagines.

INprimis, An Image of our Saviour, Silver and Gilt, ſtanding upon ſix Lions void in the Breſt, for the Sacrament for Eaſter day, having a Betal before, and a Diadem behind, with a Croſs in Hand, weighing Thirty ſeven Ounces.

Item, A great Image of our Lady ſitting in a Chair, Silver and Gilt, with four Polls, two of them having Arms in the top before, having upon her Head a Crown, Silver and Gilt, ſet with Stones and Pearls; and one Bee with Stones & Pearls about her Neck, and an Owche depending thereby, having in her hand a Scepter with one Flower, ſet with Stones & Pearls, and one Bird in the top thereof, and her Child ſitting upon her Knee, with one Crown on his Head with a Diadem ſet with Pearls and Stones; having a Ball with a Croſs, Silver and Gilt, in his Left hand, and at either of his Feet a Scutcheon of Arms, with Arms of the gift of Mr. Maſon Chanter.

Item, Relicks of the Eleven thouſands Virgins cloſed in a Head of Silver and Gilt, and ſtanding upon a Foot of Copper and Gilt, having a Garland with Stones of divers colours, weighing Seventy one Ounces beſides the Foot, wanting Eleven Stones.

Ciſtæ cum Reliquiis.

INprimis, A great Cheſt of Ivory, with Images round about with one handle of Copper, having a Jewel tipped at every end with Silver.

Item, One other long great Cheſt of Chryſtal Gilded, and ornate with precious Stones.

Item, Another fair Cheſt curiouſly and cleanly made, covered with Cloth of Gold, with Shields of Noblemen, ſet with Pearls, with Lock, Gemmels, and Key, Silver and Gilt.

Item, One fair Cheſt, Painted and Gilded with Arms, pretious Stones, and Knots of Glaſs, bordered with Coral, many of them wanting, and Painted within like Silver.

Item, A Blew Chest bound about with Copper and Gilt, containing two Purses with Relicks, of the gift of my Lady Willoughby.

Item, One long Chest covered with Silk, Lock, and Key, with Gemmels of Copper and Gilt.

Item, One little Chest covered with Blew Cloth, without Gemmels and Lock.

Item, A long Chest Painted with divers Arms, containing Fifteen Corporalles.

Item, A Chest of Cypress, bound with Copper, ornate with pieces of Ivory, containing divers Relicks.

Item, A little Chest of Ivory, bound about with Silver.

Item, Other three Chests of Ivory, bound with Copper.

Item, A Chest, bound with Iron, of little value.

Item, A little Chest covered with Cloth of Gold, and divers Arms, with a Ring of Silver, and a broken Clasp.

Item, A double Chest of Needle-work full of Arms.

Item, A long Chest of Needle-work with Knots.

Item, One high round Chest, covered with Silk and divers Images.

Item, A Case of Wood covered with Silver, and a Foot of Copper, having a Man and Woman called Pigmies.

Item, A Chest of Ivory full of Images, having a Lock and Clasps of Silver; of the gift of Dame Elizabeth Vahons.

Item, A Chest of Cypress bound with Clasps, and Lock of Silver, containing —

Item, Seventeen Corporalles Cases, three of them Bores, and Seventeen Corporalles, beside the Fifteen, contained in a long Painted Chest, with Arms, afore written.

Item, A Corporals with a Case; of the gift of Lady Alice Fitz-Hughs.

Item, A Red Case with one Corporals with Pearls; of the gift of the Wife of Robert Eland.

Item, A Corporals with a Case, with the Nativity of our Lord of the one side, with the Arms of Sir George Tailboys on the other side.

Item, A Corporals Case, and the Corporals of Gold Pyled, and Crimson Velvet.

Pyxides.

INprimis, A round Pyx of Chrystal, ornate with Silver and Gilt, beneath and above, containing the Relicks of St. Stephen, St. Hugh, and other Saints, wanting a Knop in the height, weighing Ten Ounces.

Item, Another round Pix of Ivory, bound with Copper, containing certain Relicks, and the Chain with which St. Katherine bound the Devil.

Item, A Pyx of Ivory, having a Ring of Silver, and no Lock.

Item, One other Pyx, like the same, of Ivory, bound with Silver, with one Lock, and one broken Clasp of Silver.

Item, A Pyx of Ivory bound, above and beneath with Silver and Gilt, having a squared Steeple on the top, with a Ring and a Rose, and a Scutcheon in the bottom, having within a Case of Cloth of Gold with I. H. S. of every side set with Pearls.

Item, A round Pyx of Chrystal, having a Foot of Silver and Gilt, with one Image of our Lady in the top, having a place for the Sacrament for the Rogation days; weighing Twenty one Ounces one quarter and half.

Item, A round Pix, Silver and Gilt, with the Sacrament, weighing Ten Ounces and half, and half a quarter.

Cruces.

INprimis, A Cross of Silver and Gilt, with a Crucifix, in the midst, Mary and John standing on two Branches, and Flower-de-Lices in every of the Four Corners, with the Four Evangelists Graven, weighing Fifty seven Ounces, and one Staff, ornate with Silver, having a Bowl and a Socket of Silver, containing two Yards, and a half, and one quarter and half.

Item, Two Crosses of one Suit, plated with Silver and Gilt pareel, either of them having a Crucifix and Four Evangelists of Silver and Gilt, both like with two Staffs, lapped with Silver, wanting the more part thereof, containing the length of every of them, two yards and half.

Item, A little Cross of Gold, with Eight precious Stones of divers colours, containing part of the Holy Cross of two inches long the Cross, having in length four inches and half, weighing one ounce and half quarter.

Item, A Cross of Chrystal with a Crucifix, Silver and Gilt, with one Socket, and one Knop, Silver and Gilt, with Arms of England and France, and other divers Scutcheons with a Lamb in the Back, and Four Evangelists, Silver and Gilt, weighing Forty five Ounces, wanting three Stones, set in Silver Gilt.

Item, A Cross, Silver and Gilt, having Four Evangelists, like them, standing

standing upon four Lions in the foot, with one Man kneeling, and a Chalice in his hand, weighing Thirty three Ounces.

Item, A Cross of Wood plated with Gold without, with one little part of the Holy Cross, with many Stones of divers colours, and Pearls; having Twenty two Stones, three of them wanting, beside Pearls, weighing Thirty three Ounces and half, with a Foot Copper, and Gilt, with a long Berall and other Stones.

Item, A little Cross, Silver and Gilt, containing part of the Holy Cross, like a Cross, with four Stones, in four corners, weighing half an ounce and a little more.

Item, A double Cross Flory, of Gold and Silver, standing upon a plain Foot of four Lions, containing part of the Holy Cross, and Relicks of St. Machabei, Alexander, Christopher, and Stephen, and of the Hair of St. Peter, and the Relicks of St. George and Innocents, weighing Ten Ounces and half quarter.

Item, A little Cross, Silver and Gilt, round in the head, standing upon a squared Fost with six Stones, Red and Blew, containing the Scripture in the Back, De ligno Domini & Sancti Andreæ, and in the middle of the Cross wanting a little Cross, weighing one Ounce and one quarter.

Item, A Cross, Silver and Gilt, like a Quatrefoille, containing a Crucifix in the middle, with Mary and John at the Foot of the Crucifix; and at the right side of the Crucifix, an Image of Abraham offering his Son Isaac, and a Lamb behind him, and an Angel wanting a Wing; and on the left side, the Image of Abel and Cain, and in the height two Angels, both of them having but one Wing, having Eleven Stones, Blew and Red, weighing Seventy three Ounces and half.

Item, A Cross of Berall and Copper with a Pike of Iron.

Item, Other three little Crosses, and one of Ivory, quare with Plates of Silver.

Item, A great Cross, Silver and Gilt, with Images on the Crucifix, Mary and John; and of the left part of the Cross, wanting two Flowers; and of the right part, two Flowers; and in the top three Flowers, having four Evangelists in the four Corners, weighing One hundred twenty eight Ounces, of the gift of William Alnewick; and a Foot pertaining to the same, Silver and Gilt, with two Scutcheons of Arms, and a Scripture, Orate pro animabus Domini Thomæ Bewford, &c. And the said Foot hath a Base, with six Images, the Coronation, and the Salutation of our Lady, St. George, St. Hugh, weighing Eighty six Ounces, of the gift of the said William; which said Cross wanteth some little Leaves, and divers tops of Pinacles; and a Staff to the said Cross, Silver and Gilt, with two Silver and Gilt, with this Scripture, Delectare in Domino, weighing Eighty four Ounces.

Item, A little Cross of Silver, closed in Silk, and in the Stem a piece of the Holy Cross.

Candelabra.

INprimis, Two great and fair Candlesticks of Gold standing on great Feet of one fashion with Twenty Buttereses of Gold, in either of them, standing on one Base pierced thorow like Windows, with four void places for Arms, with four great Buttereses, and four less in each one of them; and above every Butterels, one Pinnacle, one of the greatest Pinnacles wanting; and betwixt four of the greatest Buttereses of every of them are four Windows, graven hollow with a stile, having a great knop, with divers Buttereses like the making of a Monastery, with eight Pillars on every of them, and in the height of them is a Bowl battled, and Buttressed, like a Castle with one Pike to put Candles upon; of the gift of John, the Son of Edward King, the Duke of Lancaster, weighing Four hundred and fifty Ounces.

Item, Two Candlesticks of Silver and Gilt, of the which, one weigheth Seventy four Ounces, wanting one Pillar, and part of the Creest; and the other weigheth Sirty nine Ounces and half, of the gift of Lord John Buckingham, the Bishop of Lincoln.

Item, Two Candlesticks of Silver, parcel Gilt, standing on great Feet, with six Towers guilded, having one great knop in the midst, and in the height six Towers about the Bowls, with one Pike of Silver on either of them; of the which, one weigheth Ninety three Ounces, and the other weigheth Eighty nine Ounces; of the gift of the Lord John Chadworth, Bishop of Lincoln, wanting in the one, Seven little knops, and a Tower; and in the other, one Tower and Eight knops, and the quantity of one Groat, in the nether part of the shaft.

Item, A Candlestick, Silver and Gilt, with one Knop in the midst, with divers Images; the Coronation, and the Salutation of our Lady, with Three Branches, Three Bowls, Three Pikes, weighing Eighty Ounces and half; the highest Bowl wanting Two Flowers, the second Bowl wanting four Flowers, and the third Bowl wanting half the Crest with the Flowers.

Item, Two Candlesticks Silver, with two Knops, with a Scripture Orate pro animâ Richardi Smith, &c.

Thuribula.

INprimis, One pair of great Censers, Silver and Gilt, with Heads of Leopards, with Six Windows, wanting Two Leaves and One Pinacle, and the height of Three Pinacles with Four Chains of Silver ungilt, with one Knop wanting a Leaf, and having Two Rings, one greater, and a less, weighing Eighty eight Ounces, and half quarter.

Item, A pair of Censers, Silver and Gilt, with Eight Leopards-Heads in the Cup, and Eight in the covering, with Five Chains of Silver, a Knop with Two Rings; weighing Fifty three Ounces and half, a piece of its border broken and wanting.

Item, A pair of Censers, Silver and Gilt, with Three Leopards-Heads, and one Scripture Soli Deo honor & gloria, with Four Chains of Silver ungilt, a Bols and two Rings, wanting the height of one Pinacle, and part of the Knop of one Pinacle, and part of one Window, weighing Thirty six Ounces, and part of a Cover wanting.

Item, Two pair of Censers, Silver and Gilt of Bossed work, with Four Chains of Silver, and every one of them a Bols with two Rings, having Six Windows, and six Pinacles, every of them wanting a Pinacle, one weighing Thirty nine Ounces one quarter and half, and the other weighing Three and thirty Ounces, and either of them wanting part of the Foot.

Item, A Ship, Silver and Gilt, with two Coverings, having two Heads, wanting Six Pinacles, and one Flower, having a Spoon with a Cross in the end, weighing with the Spoon Thirty three Ounces and a quarter.

Item, Two pair of Censers of Silver of Bossed work, with Six Pinacles, and six Windows, and every of them having Four Chains of Silver, one of the Chains broken, two Bosses, and two Rings.

Pelves, &c.

INprimis, Two fair Basons, Silver and Gilt, chased with Nine double Roses, and in the circuit of one great Rose, a White Rose of Silver inammelled; of the which, One weigheth Eighty one Ounces, and the other weigheth Seventy nine Ounces; of the gift of the Lord Roulf Crombwell, one of them having a Spout like a Lions face.

Item, Two fair Basons, Silver and Gilt plain, with a Rose chased in the midst of either of them, having the Arms on the backside, that is to say, One having one Scutcheon of Azor, two Cheverons Gilt, three Roses Silver; and the other a Scutcheon of Azor, a Falcon Gold, sitting upon a Rose with one Scripture Verus celui, &c.

Item, Two Basons, Silver and Gilt, with two Sterns in the midst, with Troy-foyls within pounced, of the gift of Philip, the Bishop of Lincoln, weighing Seventy three Ounces and half.

Item, Two other plain Basons, Silver and Gilt, within and without, with one Spout, and one plain Rose in the midst of either of them, weighing Fifty two Ounces, of the gift of Thomas Lucar.

Item, A Fat of Silver for Holy Water, with a weighing Seventy Ounces and half.

Item, A Sawcer, Silver and Gilt with a Stalk, and this Scripture J. H. S.

Item, One other plain Sawcer Gilt within, having two Sterts like unto Troy-foyls; of the which Sterts, one is broken off.

Item, A Sacrying-Bell of Silver, weighing Seven Ounces.

Item, A squar'd Sconse of Silver and Gilt, with a Handle of Silver in the Back, weighing Seventeen Ounces and a quarter.

Item, Two fair great Basons, Silver and Gilt, chased with O.

Item, A Sconse of Silver, parcel Gilt, bordered with divers Stones above and under, weighing Sixteen Ounces, the handle broken off.

Item, A Calefactory, Silver and Gilt, with Leaves Graven, weighing Nine Ounces and half.

Item, Two Phyals of Silver and Gilt, one having written in the Foot Orate pro anima Magistri Johannis Walpole, and the other hath written on the one side

ſide J.H.S. and of the other ſide C. the Cover broken.

Baculi pro chori Regentibus.

INprimis, A Staff covered with Silver and Gilt, with one Image of our Lady, Graven in Silver of one end, and an Image of St. Hugh in the other end; and having a Bols ſix ſquared with Twelve Images inammelled, having ſix Butteresſes, wanting one Pinacle and two tops, of the gift of M. Alexander Prowett.

Item, Two other Staves covered with Silver and Gilt, having an Image of our Lady, and a Chanon kneeling before her at every end, with this Scripture, Pro nobis Ora, &c. Having alſo one knop with ſix Butteresſes, and ſix Windows in the midſt; one of them wanting a Pinacle, and two little knops of Pinacles, with one top of a Window; and the other a Pinacle and a top, with this Scripture about the Staff, Benedictus Deus in donis ſuis.

Item, Two other Staves covered with Silver, parcel Gilt, having a knop in the midſt, having ſix Butteresſes and ſix Windows in every Staff Gilt, wanting the top of the Butteresſes and the Windows of both Staffs, and one round Silver plate of one Crowches end.

Item, Two Staves of Wood having upon them little Plates of Silver, with Branches of Vines.

Item, Two Staves of Wood.

Baculi Paſtorales.

INprimis, A Head of a Biſhops Staff of Silver and Gilt with one Knop and Pearls, and other Stones, having an Image of our Saviour on the one ſide, and an Image of St. John the Baptiſt on the other ſide, wanting Twenty one Stones and Pearls, with one Bols and one Socket, weighing Eighteen Ounces.

Item, One other Head of a Staff, Copper and Gilt.

Item, A Staff ordered for one of the ſaid Heads, the which is ornate with Stones, Silver and Gilt, and three Circles about the Staff, Silver and Gilt, wanting Twelve Stones.

Item, A Staff of Horn and Wood for the Head of Copper, and a Staff covered with Silver without a Head.

Textus Evangeliorum.

INprimis, A Text after Matthew, covered with a Plate, Silver and Gilt, having an Image of the Majeſty with the Four Evangeliſts, and Four Angels, about the ſaid Image, having at every corner an Image of a Man, with divers Stones, great and ſmall, beginning in the ſecond leſs; and a Tranſmigration wanting divers Stones, and little pieces of the Plate.

Item, One other Text after John, covered with a Plate, Silver and Gilt, with an Image of the Crucifix, Mary and John, having Twenty two Stones of divers colours, wanting four, written in the ſecond leſs, Eſt qui Prior me erat.

Item, Another Text after Matthew, covered with Plate of Silver, having a Crucifix, Mary and John, Gilt, and two Angels; one of them wanting both Wings, and the Crucifix wanting part of the Left-hand; and John one of his Hands, written in the ſecond leſs, Quod eſt interpretatum.

Item, A Text after Mark, covered with Plate of Silver, having a Crucifix with Mary and John, with two Images Gilt; one of them wanting the Crown of the Crucifix, wanting all but one in the ſecond le Nona quia; and the Image of Mary wanting both her hands.

Item, Three Texts for Lent, and the Paſſion, of which beginneth in the ſecond Leaf, as, Autem; another in the ſecond Leaf, Hos autem; and the third covered with Linnen-cloth with a Red Roſe, beginning in the ſecond Leaf In quo Vox.

Chriſmatoria.

INprimis, A Triſmatory, Silver and Gilt, within and without, having Sixteen Images enammelled with Ten Butteresſes without Pinacles, battelled about in the covering with two Croſſes, and one Creſt, having within three Pots with coverings for Oyl and Cream, without Slyces, having three Letters above the covering S. C. I. ſtanding in a Caſe, of the gift of William Skelton, ſometime Treaſurer of the Church of Lincoln, weighing Twenty ſeven Ounces.

Ampullæ pro Oleo.

INprimis, An Ampull plain, with a Foot Silver and Gilt, and a Cover chaſed, parcel gilt, with broken Gemmels, and a Spoon with an Acorn, ordained for Cream.

Item, One other Ampull Silver, with a Cover chaſed, with a Spoon within, with an Acorn, ordained for Oleum Sanctum.

Item,

Item, Another Ampull Silver, with broken Gimmels with a Cover chaled, and a Spoon, having an Acorn on the end, ordained for Oleum infirmorum.

Mitra.

Item, Eight Miters, whereof Four are garnished, and four ungarnished.

Casulæ & Capæ Rubei coloris.

INprimis, A Chesable of Red Cloth of Gold, with Dyapreys before and behind, set with Pearls, Blew, White, and Red, with Plates of Gold enammelled, wanting Fifteen Plates, and two Tunacles of the same Suit, with Dyapreys of Cloth of Gold, without Pearls; having two Albes, one Stole, and two Fanons, and one other Albe of Amiss Stole, and the Fanons of one other Suit with Dyapreys.

Item, A Chesable of Red Bawdkin with Dyapreys of Gold with Leopards, powdred with Black Trifoilles, and two Tunacles, and three Albes of the same Suit, with all the Apparell; of the gift of the Dutchess of Lancaster.

Item, Twenty fair Copes of the same Suit, every of them having three Wheels of Silver in the Hoods, of the gift of the same Dutchess of Lancaster.

Item, Two Red Copes, of the which one is Red Velvet, set with White Harts lying in colours full of these Letters S. S with Pendents Silver and Gilt; the Harts having Crowns upon their Necks with Chains, Silver and Gilt, wanting Fourteen Crowns and Chains; and the other Cope is of Crimson Velvet of precious Cloth of Gold, with Images in the Dyaprey, set with divers Pearls, having the Coronation of our Lady in the Hood, having a Morse changed.

Item, A Chesable of Red Velvet with Katherine Wheels of Gold, with two Tunacles, and three Albes, with all the Apparel of the same Suit, of the gift of the Dutchess of Lancaster.

Item, Five Copes of Red Velvet with Katherine Wheels of Gold; of the which, three hath Dyapreys of Black Cloth of Gold; and the other two have Dyapreys with Images, Katherine Wheels, and Stars.

Item, Other four Copes of Red Sattin, figured with Katherine Wheels of Gold with Dyapreys, having Images, Staves, and Katherine Wheels.

Item, A Red Cope called The Root of Jesse, of Red Velvet, bordered with Images of Gold, set with Roses of Pearls, with a precious Dyaprey; having a Morse of Cloth of Gold, with six Stones wanting, other six having a Head set in Gold; the which Head hath now one Stone.

Item, A Red Cope with Birds more or less, having in the Hood the Dome, of the gift of Mr. John Wainflit, sometime Canon of this Church.

Item, A Red Cope of Sattin bordered with Images of Gold, with one broad Dyaprey, with Images and Angels, the Back having two Angels singing in the Hood.

Item, A Red Chesable of Cloth of Gold, with Branches of Gold, and the Dyaprey of Green Cloth with two Tunacles, and three Albes, of the gift of the Countess of Westmerland, wanting one part for the hand.

Item, A Cope of the same Suit of Cloth of Gold, and in the Dyaprey one Image of Gold, with an Image of the Trinity in the Hood, of the gift of the same Countess.

Item, A Chesable of Red Silk bordered with Falcons and Leopards of Gold, with two Tunacles, and three Albes, with the Apparel of the gift of Mr. John Southam.

Item, A Red Cope of Cloth of Bawdkin with Treyse of Ostrige-Feathers, with the Coronation of our Lady of the gift of the said John.

Item, A Chesable of Red Velvet, with Roses White, and Leaves of Gold, with two Tunacles, and three Albes, with the Apparel of the gift of the aforesaid Mr. John.

Item, Four Copes of the same Suit, of the which, one hath a better Dyaprey then the other, with the Coronation of our Lady in the Hood, the other three having Studs in the Dyapreys; of the gift of the said Mr. John.

Item, A Red Cope of Cloth of Gold, ornate with Pearls and Images in the Dyaprey, with the Ascension in the Hood; of the gift of Mr. John Forest, Prebendary of Banbury.

Item, A Chesable of Red Velvet, with Angels of Gold, and a costly Dyaprey with two plain Tunacles of Red Velvet without Albes.

Item, A Chesable of Red Bawdkin, with Falcons of Gold, with two Tunacles, and three Albes with the Apparel; of the gift of Lord John, Duke of Lancaster.

Item, Three Copes of the same colour, and of the same Suit, and of the gift of the same Duke.

Item, A Chesable of Red Velvet plain, with a good Dyaprey, with two Tunacles, and three Albes, with divers

divers Stoles and Fannans wanting an Ammels.

Item, A Chesable of Red Silk plain, with two Tunacles without Albes, for Ferial days.

Item, A Red Cope broidered with Images of Gold, and Visories of Apostles and Martyrs; and in the Horle, being the Image of Peter and Katherine.

Item, A Red Cope with Branches and Leaves of White, with a Vernacle in the Horse; and the Coronation of our Lady in the Hood; of the gift of Wakeving, sometime Prebendary of Tame.

Item, A Red Cope of Red Velvet broidered with Archangels, and Stars of Gold, having in the Hood an Image of the Crucifix; of the gift of Bishop Cynwell.

Item, A Cope of Red Velvet, with Rolls and Clouds, ordained for the Barn-Bishop, with this Scripture, The High-way is best.

Item, A Cope of Red Cloth of Gold, with Swans of Gold, having an Orphrey of Blew Velvet, with many Stars; of the gift of Mr. John Shepey, Dean of the Church.

Item, A Cope of Cloth of Gold, with an Orphrey in the Back, with Knots and Clouds; of the gift of Mr. Richard Beverley.

Item, A Red Cope broidered with Saints and Archangels, having in the Horse a King sitting in his Seat with his Scripture in his hand; of the gift of William Thornton.

Item, One other Cope broidered with Images and Archangels, having in the Horse a Bishop sitting with his Staff.

Item, A Red Cope broidered with Kings and Prophets with divers Scriptures, having Orphreys with divers Arms, and two Angels in the Hood Incensing; of the gift of Gilbert Juell Treasurer.

Item, A Red Cope broidered with round Circles, and Roses of Gold, containing this Scripture in the Hood, Richardus de Cravesend.

Item, A Red Cope broidered with Images, Roses, and Flower-de-Luces; of the gift of Thomas Northwood, Archdeacon of Lincoln, having in the Hood an Image of the Majesty.

Item, Seven Copes of Red Velvet; of the which, five have Popinjoys in the Horse, with Troyfoils, and the other two have divers Horses.

Item, A Cope of Red Damask, with Ostriges Feathers of Silver, having an Orphrey of Black Damask; of the gift of Mr. Robert Forste.

Item, Two old Red Copes with Ostriges of Green Silk, with divers Arms, having two Horses of Red Fustian.

Item, Two Red old Copes; of the which, one hath a Red Orphrey powdered with Lions, and the other hath a Blew Orphrey set with Stars and Moons.

Item, Two old Copes of Red Sattin, having Orphreys of Cloth of Gold, with Dragons and Mullets of Gold in the Orphrey.

Item, An old Cope of Red Sattin, having in the Hood one Stud in the left part of the Hood; and in the Horse, an Image of our Lady, and her Son.

Item, A Chesable of Red Cloth of Gold, set with Birds and Branches of Gold, with an Orphrey broidered with divers Images behind, and before with two Tunacles, three Albes with their Apparel.

Item, A Cope of Red Cloth of Gold of the same Suit, with an Orphrey set with Images, having in the Hood the Majesty.

Item, A Cope of Red Cloth of Tushy, with costly Orphreys with Images and Arms, and a Scripture in the Horse, Ex dono Johannis Colinson, having in the Hood the Coronation of our Lady.

Item, A Red Cope of Cloth of Gold, with costly Orphreys, having in the Hood the Scripture of St. Katherine, the Tomb springing Oyl, having in the Horse, an Angel bearing a Crown; of the gift of Mr. John Morton, Archbishop of Canterbury, and Cardinal of Anastasis.

Item, One other Cope of Red Velvet, set with Stars of Gold and Silver, with precious Orphreys, containing the Holy Lamb, with two Angels, bearing the Head of St. John Baptist, having in the Horse the Arms of Mr. John Ruding, Archdeacon of Lincoln, with this Scripture, All may God amend.

Item, Six Copes of Red Velvet of one Suit, broidered with Angels, having this Scripture, Da gloriam Deo, with Orphreys of Needle-work; of the which, Four have four Evangelists in the Horses, and the fifth, a Lamb in the Horse; of the gift of Mr. Philip Lepiate; and the sixth, having a White Rose, and an Image in the Horse; of the gift of John Waltham, Custod. Sancti Petri.

Item, A Chesable of Red, called Peale, with one small Orphrey of Cloth of Gold, with three Albes, three Ammeles without Tunacles.

Item, A Cope of Red Velvet broidered with Flowers and Angels of Gold,

Gold; and two of them having this Scripture Scs. And in the Hoyle a Tower, and in the Hood, the Salutation of our Lady.

Item, A Chelable with two Tunacles of the same suit with three Albes, and their Apparel of the gift of Mr. Thomas Alford Canon of Lincoln.

Item, A Chelable of Red Velvet with two Tunacles of the same, with Dyphreys of Cloth of Gold, with this Scripture in the back, Orate pro anima Willielmi Skelton, with three Albes, and all the Apparel of the same Suit of the gift of Mr William Treasurer.

Item, A Chelable of Cloth of Tishew, with two Tunacles, and three Copes of the same Suit, with costly Dyphreys of Gold, and Images of Needle-work; and three Albes with the Apparel of the same of the gift of Lord William Smith, Bishop of Lincoln.

Item, Seven Copes of Red Cloth of Gold of one Suit, with Red Roses and Ostriges Feathers, of the gift of the said Lord William Smith Bishop, with his Arms in the Hoyles.

Item, Eighteen Copes of Red Tinsel Sattin, with Dyphreys of Gold, and Images of one Suit, with Arms in the Hoyles, of the gift of the said Lord William, Bishop of Lincoln.

Item, A Cope of Crimson Velvet, with one good Dyphrey of Gold and Images, with three Bells in the Back, and the Assumption of our Lady, of the gift of Mr. Crambull.

Item, Ten Copes of one Suit of Red colour of Cloth of Gold, having good Dyphreys, of the gift of Mr. Jeoffry Simeon Dean, and in the Hoyle Arms with this Scripture, Gratia Dei sum, &c.

Item, A Chelable with two Tunacles of Red, for Good Friday.

Item, Two Dalmaticks of Red, lined with White.

Casulæ & Capæ albi coloris.

INprimis, A Chelable of White Cloth, broidered with Images and Angels of Gold, with costly Dyphreys of Gold, having the Trinity in the Back, the Holy Ghost being of Pearl; and also divers Pearls in other Images, with two Tunacles of the same Suit, without Pearls, and three Albes, and three Ammesses with their Apparel, the Stoles differing, of the gift of Mr. John Welburne, sometime Treasurer.

Item, A Cope of White of the same Suit, with Pearls and Stones in the Dyphreys behind, and before many little Stones wanting; of the gift of the said John.

Item, One other Chesable of White Cloth of Gold, with Crosses of Gold in the borders, and two Tunacles, and two Albes of the same Suit, with all the Apparel, the Chesable having an Image of our Lady before, and another behind.

Item, Six Copes of the same Suit, one of them having a broad Dyphrey, with Images and Tabernacles, the other five having Dyphreys of Red Velvet, with Trois Buttons of Gold; of the gift of John Buckingham, sometime Bishop of Lincoln.

Item, A Cope of White Velvet with Griffins and Crowns of Gold, having a good Dyphrey with divers Images, having the Hoyle, the Tabernacle, in the Hood two Images of our Lord, and our Lady; of the gift of William Norton, Canon.

Item, A Cope of White Cloth of Gold of Bawdkin, with one good Dyphrey of Blew Velvet, broidered with Images and Tabernacles of Gold, having in the Hoyle a Lamb of Silver, and in the Hood the Image of our Saviour.

Item, Another Cope of Cloth of Gold, having in the Dyphrey little Images, Birds, and Roses set with Pearls, and in the Hoyle the Salutation of our Lady; of the gift of Mr. John Worstep, Canon of Lincoln.

Item, A Cope of White Cloth of Gold of Bawdkin, having in the Dyphrey, Images and Tabernacles, and in the Hoyle T. and S of Gold, covered with Pearl, Ex dono Magistri Thomæ Southm. Archidiac. Oxon.

Item, A Chelable of White Bawdkin, with Leaves and Hearts of Gold, with two Tunacles, and three Albes, with all the Apparel, Ex dono Domini Thomæ Arundel Archiepis. Cant.

Item, Two Copes of the same Suit, with costly Dyphreys, Ex dono dicti Domini Thomæ.

Item, A Chelable of White Damask broidered with Flowers of Gold, with two Tunacles, and three Albes, with the Apparel, having in the Back an Image of our Lady, with her child; of the gift of Mr. John Mackworth, Dean of Lincoln.

Item, Thirteen Copes of the same Suit with Dyphreys of Blew Velvet, figured with Flowers of Gold of the said Johns gift.

Item, A Chelable of White Bawdkin with Branches and Dragons of Gold, with two Tunacles of the same Suit, three Albes, with their Apparel of divers works.

Item, One Cope of the same Suit, having

having in the Hood a Bishop with his Staff; of the gift of John Stratley Dean.

Item, A Cope of White Sattin, with Images and Red Roses, having the Coronation of our Lady in the Back, Ex dono Magistri Rogeri Mortinal.

Item, A Chesable of White Tartarion wroidered with Troyfoils of Gold, with two Tunacles and three Albes, with all their Apparel. Ex Dono Richardi Chesterfield.

Item, A Cope of the same Suit wroidered with Troyfoils of Gold.

Item, A Cope of White Cloth of Gold, having in the Noyse two Roses Red and White of Pearls, Ex dono Ravenser Archid. Lincoln.

Item, One other White Cope of Cloth of Gold, with Dyphyeys of Green Velvet with Images in Tabernacles, having a shield paled in the Hood, Ex dono Johannis Granson Archid. Oxon.

Item, A Cope of White Damask wroidered with Flowers of Gold, with an Dyphyey of Blew Velvet with Flowers of Gold, having in the Noyse an Image of our Lady with her Son, with this Scripture, Ex dono Johannis Crosby Treasurer; and in the Hood, the Apostles bearing the Body of our Lady.

Item, A Cope of White Damask wroidered with Flowers, having in the Hood the Image of our Saviour hanging upon the Crols, with Mary and John. Ex dono Magistri Fitz-hugh Decani.

Item, Four Copes of White Damask embroidered with Flowers, with Dyphyeys of Red Velvet and Flowers; of the which, three have in their Noyses this Scripture, Ex dono Johannis Reed Capellani Cantuar. quondam cantariæ Richardi Whitwell; and the fourth hath this Scripture, Orate pro anima Willielmi Spensar Capellani.

Item, A Cope of Damask wroidered with Flowers of Gold, with a costly Dyphyey, having in the Noyse the Garnacle, and in the Hood the Coronation of our Lady, with this Scripture, Ex dono Willielmi Gisburn.

Item, A Cope of White Damask wroidered with Flowers of Gold, with a Red Dyphyey, having in the Noyse this Scripture, Memoriale Domini Willielmi Fendike quondam Vicecancellarii hujus Ecclesiæ, in the Hood a Bird of Gold, called a Fanshe.

Item, A Chesable of White Damask wroidered with Flowers of Gold, with two Tunacles, and three Albes, with their Apparel; of the gift of Robert Markham.

Item, A Cope of the same Suit with an Dyphyey of Red Cloth of Gold.

Item, A Cope of White Damask with an Dyphyey of Red Velvet and Flowers of Gold, having in the Hood an Amage of our Lady of Pitty, and in the Noyse an Image of our Lady with her Son, and Mary Magdalen.

Item, A Chesable of White Cloth of Gold, wroidered about with White Roses and Red, having a costly Dyphyey, and in the middle of the Crols an Image of our Lady; and on the left part three Kings, and on the right side two Shepherds and one Angel, with this Scripture, Gloria in excelsis, and two Tunacles, and three Albes, and all the Apparel.

Item, Two Copes of the same Suit of White Cloth of Gold, with costly Dyphyeys, set with Images and Tabernacles, and Pearls, either of them, having in the Noyse, a Lamb set with Pearls, within a Knot and four Miters, in the Hood the Coronation of our Lady; of the gift of M. Wymbysh.

Item, A costly Cope of Blew Velvet with costly Dyphyeys of Gold, with Images set with Pearl, and in the Noyse an Image of our Lady with her Son, and four Angels, in the Hood the Trinity set with Pearl and Stone, and in the back a large Image of the Assumption garnished with Pearl and Stone, with many Angels of Gold set with Pearl, Ex dono Willielmi Alnewike Epis.

Item, Two Copes of White Damask with our Lady in Flowers, in both the Hoods an Image of St. John Baptist, and in the Noyses these Letters I. and C. Ex dono Magistri Johannis Cutler Thesaurarii.

Item, Another Cope of White Damask of the same Suit, having in the Hood the Salutation of our Lady, and in the Noyse these Letters T. and W. Ex dono Domini Thomæ Wryte Sacrist.

Item, One other Cope of the same Suit, having in the Hood the Assumption of our Lady, and in the Noyse these Letters O. and L. Ex dono Domini Ormundi Langwith Vicarii Choralis.

Item, A Chesable of White Damask with Dyphyeys of Red Velvet, with two Tunacles and three Albes, with all the Apparel.

Item, Two Copes of White Damask with costly Dyphyeys, with Images of Needle-work; one of them having in the Noyse an Angel with an Harp in his hand, and the other, two Kings crowned.

Item, Two other Copes of White Damask, the one having in the Noyse a Bishop, and the other the Dyphyey of Gold, having in the Noyse two knots set with Pearl.

Item, Two little old Copes of Bawdkin, with Dyphyeys of Party-silk, voidered with Studs of Arms, Green and Red.

Item, Two little old Copes of Bawkin, with Dyphyeys of Gold, having Heads and Feet of Gold on the Back pro Chorist.

Item, Two old Copes of White Bawdkin with Dyphyeys, having Letters in them.

Item, One other Cope of Cloth of of Gold, having a Vine in the Dyphyey, and in the Hoyle an Owl.

Item, Another old White Cope of Cloth of Gold, with Ostriges Feathers with a Blew Dyphyey, containing divers Beasts and Flowers.

Casulæ & Capæ purpurei Coloris.

INprimis, A Chesable of Purpur Velvet, with Harts of Gold, with a good Dyphyey with Pearls and Stones behind and before, with two Tunacles and three Albes of the same Suit.

Item, A Cope of the same Suit voidered with Harts of Gold, having a good Dyphyey set with Swans, Roses, and Lambs of Pearl, having the Image of our Lord with a Crois in his hand and St. Bartholomew.

Item, A Cope of Purpur colour of Gold, with divers colours, checkered with the Coronation of our Lady in the Hood, and in the Hoyle, having this Scripture, Southm. Ex dono Job. Southm.

Item, A Chesable of Damask of Purpur colour with a good Dyphyey, voidered with Branches and Flowers of Gold, with two Tunacles of the same Suit, and three Albes, with all the Apparel, Ex dono Johannis Spencer custod. Altar. Sancti Petri.

Item, Three Copes of the same Suit and of the same colour, having in their Hoyles the Vernacle with a good Dyphyey, Ex dono dicti Johannis.

Item, A Chesable of Purpur Sattin lined with Blew Buckram, having divers Scriptures without Tunacles, and three Albes, with their Apparel.

Item, A Cope of Sattin of Purpur colour, voidered with Images of Kings, knots, and Roses, and circles of Gold, Ex dono Johannis Carkall, and it hath in the Hood two Kings standing.

Item, A Cope for Children of Purpur colour, with an Dyphyey of Cloth of Gold, Valde debiles.

Casulæ & Capæ blodei coloris.

INprimis, A Chesable of Blew Damask with a good Dyphyey, ornate with Miters and Crowns in the Dyphyey, with two Tunacles and three Albes, with their Apparel.

Item, A Cope of the same colour, and the same Suit, with a Black Eagle in the Hood, & in the Hoyle three Miters.

Item, A Chesable of Blew Velvet, with an Dyphyey of Images and Tabernacles, and divers Birds in the Dyphyey, with two Tunacles, having three bends behind and before, with three Albes, with their Apparel, Ex dono Johannis Welborne Treasurer.

Item, Two Copes of the same Suit and of the same colour, having good Dyphyeys of Cloth of Gold, voidered with divers Images, of the which, one of them is Herod slaying the Children of Israel; and the other, voidered with the History of S. John Baptist, Ex dono Johannis Welborne.

Item, A Cope of Blew, with Birds standing upon Cages, with one good Dyphyey of Cloth of Gold, voidered with the History of S. Thomas; and also in the Hood, and in the Hoyle, a Bishop with his Staff, and two Letters P. and D. set with Pearl, Ex dono Petri Dolton.

Item, One other Cope of Blew with Dolphins of Gold, having in the Hoyle the Vernacle, and in the Hood the Salutation of our Lady.

Item, A Cope of Cloth of Gold of Bawdkin of Blew colour with Feathers of Peacocks and Ostriges of White Silk, with chains and loosings like a Net, with a good Dyphyey of Images and Tabernacles with Dyphyeys about the border, set with Moons and Stars, Morsus mutatur.

Item, Six Copes of Blew of one Suit, voidered with Birds of Gold, with branches of lighter colour, having a Red Dyphyey with Birds of Gold, Ex dono Phil. Repingdon Epis. Lincoln.

Item, A Cope of Blew, with Stars of Gold, with a Hoyle, having the Crucifix, with the Images of our Lady and S. John.

Item, Two Copes of Blew; of the which, one is voidered with Keys of Gold, and the other with Lions, Stars and Moons of Gold, Et sunt valde debiles.

Item, A Cope of Cloth of Gold of Blew Tushy, having a broad Dyphyey with divers Images, having the Coronation of our Lady in the Hood, and in the Hoyle, the Arms of Lords.

Item, A Chesable, two Tunacles, and three Albes of the same Suit, with all their Apparel.

Item, Five Copes of Blew Velvet with Dyphyeys of Red Cloth of Gold, the work Leaves and Branches of Gold, Ex dono Mag. Johan. Breton Canonici.

Item, A Chesable of the same Suit with two Tunacles, three Albes, and their Apparel, Ex dono dicti Johannis.

Item, Four good Copes of Blew Tishew, with Dyphyeys of Red Cloth of Gold, wrought with Branches and Leaves of Velvet; of the gift of John Chedworth, Bishop of Lincoln.

Item,

Item, A Chesable of the same Suit with two Tunacles and three Albes, with their Apparel, Ex dono dicti Johannis Chadworth.

Item, A Chesable with two Tunacles of Blew Tishew, having a precious Dyphrey of Cloth of Gold, with all the Apparel, Ex dono Domini Johannis Russell Epis. Lincoln.

Item, A Chesable with two Tunacles and three Albes, with their Apparel of Blew Tishew, with good Dyphreys of Needle-work, Ex dono Magistri Johannis Cook Archid. Lincoln.

Item, Five Copes of the same Suit with Dyphreys of Needle-work, having in the Noses these Letters J and C. Ex dono dicti Johannis.

Item, A Cope of Cloth of Gold, paled with Blew Velvet, and Cloth of Gold, set with Nankers with Images, Tabernacles in the Dyphreys of Needle-work, having the Arms of Sir Thomas Burgh Knight, in the Hood the the Resurrection of our Lord. Ex dono Thomæ Burgh Militis nuper de Gainsburgh.

Item, A Chesable of the same Suit, with two Tunacles and three Albes, with their Apparel, Ex dono dicti Magistri Thomæ Burgh.

Item, A Chesable of Blew Velvet, bordered with Flowers of Gold, having a Red Dyphrey set with Flowers of Gold, with two Tunacles, three Albes, and the Apparel.

Item, A Cope of Blew Velvet, bordered with Flowers of Gold, with an Dyphrey of Red Velvet, bordered with Flowers of Gold of the same Suit.

Item, A Chesable of Cloth of Tishew, with Dyphreys of Needle-work, with two Tunacles and three Albes of the same Suit, with all the Apparel.

Item, A Cope of the same Suit, with Scripture in the Hood, Orate pro anima Magistri Richardi Smith, Vicarii de Wirksworth. Ex dono Magistri Richardi Smith quondam Vicarii de Wirksworth.

Item, One Chesable and two Tunacles of Blew Tishew Velvet, with three Albes, and all the Apparel.

Item, Three Copes of the same Suit, having in the Nose, Vox Domini super aquas.

* Casulæ & Capæ viridis coloris.

ITem, A Cope of Green Velvet, bordered with Lillies, having a good Dyphrey of Needle-work, with a Nose having this Scripture, Memoriale Willielmi Marshal olim Virgar. hujus Ecclesiæ, and in the Hood an Image of our Lady, and the said William kneeling, bearing a Wand of Silver in his hand.

Item, A Cope of Green Cloth of Gold, with a goodly Dyphrey of Needle-work, having in the Nose an Image of our Saviour, and in the Hood, the Trinity; of the gift of M. William Skelton Treasurer.

Item, A Cope of Green Cloth of Gold, with a goodly Dyphrey, having in the Nose a Garnacle, and written in the Hood, Ex dono Magistri William Smith Archid. Lincoln.

Item, A Cope of Green Damask Gold, written in the Nose, Vox Domini super aquas. Ex dono Domini Willielmi Atwater Epis. Lincoln.

Item, A Chesable of the same, with two Tunacles and three Albes, with all their Apparel, Ex dono dicti Domini Willielmi Atwater Epis. Lincoln.

Item, A Chesable of Green Bawdkin with two Tunacles, with a good Dyphrey of Needle-work, with a Crucifix, Mary and John, and the Father above, with three Albes, and their Apparel. Ex dono Domini Johannis Waltham Epis. Sar.

Item, A Cope of the same Suit, with a precious Dyphrey with Images in Tabernacles, in the Nose behind, the Image of St. John Baptist and Mary Magdalen, and in the Hood the Trinity. Ex dono dicti Johannis.

Item, One other Cope by it self of Green Cloth of Gold, with Images and Angels of Jesse, having in the Nose a Face of Mother of Pearl set in Gold, with nine Stones, with the Coronation of our Lady in the Hood.

Item, A Cope per se of Green Cloth of Gold, and the Dyphrey of Red Velvet, with Images and Tabernacles of Gold, having the Coronation of our Lady in the Hood, Ex dono Magistri Petri Dalton.

Item, A Chesable of Green Bawdkin, with two Tunacles of one Suit, with Trees and Birds of Gold, with three Albes of divers sorts, with their Apparel. Ex dono Domini.

Item, A Chesable of Sindon bordered with Moons and Stars, lined with Blew Buckeram, with two Tunacles without Albes.

Item, Two Copes of the same colour, and the same Suit, having in the Dyphreys divers Arms and Nosles of Cloth of Gold, and in their Hoods having Arms, Et sunt debiles.

Item, A Cope of Green Cloth of Gold, with Peacocks and Griffins, their Heads and their Feet of Gold, with broad Dyphreys, bearing Arms with Images, Et debiles.

Item, An old Cope of Green Silk with Lions and Dragons of dark Gold, having an Orphrey with Images of Kings of Gold, and pieces of Silk.

Item, A Cope broidered with Gold upon Hemp with divers Stories, with a Morse of Green Silk, Ex dono Adæ Limbergs prout Scriptura Testatur.

Item, Two Copes of Cloth of Gold broidered upon Hemp, with divers Stories of the Passion of divers Saints; one having an Orphrey of Yellow and Red Velvet, and Lions of Silver, and the other having Blew and Yellow Velvet, set with Billets. Ex dono Magistri Roberti Cadenay Precentor. Ecclesiæ Lincolniensis.

Item, A Cope of Green Velvet broidered with Lillies, with an Orphrey of Needle-work, with a Morse, with a Ton, and a Branch of Haythorn, having this Scripture in the Morse, Orate pro anima Roberti Thornton; and in the Hood this Scripture, Pater de Cœlis, &c. with the Trinity.

Item, Two Copes of Green Sattin Figured, broidered with Lillies, with costly Orphreys of Needle-work; of the which, one hath in the Morse the Arms of Lord John Chadworth, and in the Hood, Cœna Domini; and the other hath in the Morse, the Salutation of our Lady, and the same in the Hood.

Item, A Chesable and two Tunacles, and three Albes, with all their Apparel of the same Suit, Ex dono Domini Johannis Chadworth.

Item, A Cope of Green Velvet broidered with Lillies, with an Orphey of Blew Cloth of Gold, with this Scripture in the Morse, Orate pro anima Roberti Darcy. Ex dono ejusdem quondam Custodis Altaris Sancti Petri.

Item, Two other Copes of Green Velvet, without Flowers with Orphreys of Blew Cloth of Gold; of the which, one hath in the Morse the Arms of M. Robert Ascoygh. Ex dono ejusdem; and the other hath a Morse of Blew Cloth of Gold. Ex dono Domini Croseby Capellani.

Item, A Chesable of Green Velvet, broidered with Lillies, with an Orphey of Needle-work, with this Scripture upon the Back, Orate pro anima Willielmi Kirk, with two Tunacles, three Albes with the Apparel.

Casulæ & Capæ nigri coloris.

INprimis, A Chesable of Black Cloth of Gold of Bawdkin, with a Red Orphrey, having Images and Stars of Gold, having in the Back the Arms of the Lord Rose, with two Tunacles, three Albes of the same Suit Valde debiles.

Item, A Black Cope with Stars and Lions, Scalops, and Images of Gold. Ex dono Willielmi de Thornaco.

Item, Two Black Copes of Sattin Figured with Gold Orphreys of Gold Images, and Tabernacles of Needle-work, having in the Hood an Angel bearing the Arms of Thomas Crew.

Item, A Black Cope of Cloth of Silver, with an Orphrey of Red Velvet, broidered with Flowers, having in the Hood the Assumption of our Lady.

Item, A Black Cope of Chamlet, broidered with Flowers of Woodbine, with an Orphrey of Red Cloth of Gold with Falcons, bearing Crowns of Gold in their Mouths.

Item, A Chesable of the same Suit, with two Tunacles, and three Albes, with all the Apparel of the same.

Item, A Chesable of Black Sattin with Stars of Gold, having Orphreys of Red Silk with Images before and behind of the same Suit.

Item, A Chesable of Black Velvet, with a good Orphrey of Needle-work, with Images of the Holy Ghost, the Crucifix, our Lady, with other Images, with two Tunacles, and three Albes, with the Apparel; of the gift of the Lady Dame Alice Fitz-hugh.

Item, Two Copes of Black Sattin, with Orphreys of Red Damask, broidered with Flowers of Gold, having in the Back, Souls rising to their Doom, either of them having in the Hood an Image of our Saviour sitting upon the Rainbow. Ex dono Domini Willielmi Cask.

Item, A Cope of Black Damask, having an Orphrey of Red Velvet, and having in the Hood this Scripture, Orate quæso.

Item, A Chesable of Black Velvet, with Orphreys of Red Velvet, with two Tunacles, and three Albes, with all the Apparel, wanting a Fannal.

Item, A Cope of Black Velvet of the same Suit, with a goodly Orphrey of Images, with an Image of our Lady upon the Hood.

Item, A Chesable of Yellow Silk, with an Orphrey small, with a Crucifix of Gold in Red upon the Back, and two Tunacles, with three Albes, and the whole Apparel, with two Copes of the same Suit and colour for Lent.

Item, A Chesable of Red, White, and Black, and of divers Silks, Needle-work, and Gold, with two Tunacles, three Albes, and all the Apparel of the same, and two Copes of

of the ſame Suit; of the gift of Sir Thomas Comerworth.

Morſi.

INprimis, Nine Noyſes, Silver and Gilt, as hereafter followeth; of the which, one hath an Image of the Majeſty in the middle, and of every hand, a Queen; the eyes of one coveres with the Tail of a Serpent, garniſhed with Pearl and Stones; one Stone wanting, the Gemmels broken; weighing Eighteen Dunces.

Item, One other Noyſe of Silver and Gilt, like a Quarterfoil, having an Image of the Majeſty in the midſt, with Arms in four parts, ornate with Stones of divers colours, weighing Fourteen Dunces, wanting ſix Stones.

Item, A Noyſe with Gemmels of Silver and Gilt, with two Black Stones like Yen, on every ſide, having many void places for Stones, weighing Eleven Dunces and half quarter.

Item, A Noyſe, Silver and Gilt, with eight Corners, having two whole Troyfoils, and two broken, and four wanting, with the Majeſty in the midſt, having five great Stones of divers colours, three great Stones wanting, having alſo the Four Evangeliſts; weighing Thirteen Dunces and half quarter.

Item, A Noyſe, Silver and Gilt, with Gemmels, with Branches of Vines, with a large Stone, like a Mans Eye in the one Leaf, and Eve eating of the Tree in the other Leaf. Having Sixty three Stones of divers colours; weighing Sixteen Dunces and half quarter, wanting a Stone.

Item, A Noyſe of Silver and Gilt, like a Quartertoil, with an Image of the Majeſty in the midſt, an Image of our Lady in the top, Paul of the right hand, and Peter on the left hand. Paul wanting the Sword, with Four Evangeliſts, and a Man kneeling in the Foot, weighing Ten Dunces.

Item, A Noyſe, Silver and Gilt, with a King in the midſt, with Four Evangeliſts, and four Angels, weighing Eleven Dunces and half.

Item, A round Noyſe, ſet with Pearl round about, with a Face of a Woman of Gold, and a Lion of Gold, bound with a Chain.

Item, A Noyſe, Silver and Gilt, plated upon Wood, like a Quarterfoil, with Stones of divers colours, a Stone in the midſt like a Saphir, weighing Four Dunces and half.

Item, Four Noyſes of Copper and Gilt, Enammelled with Images, and Flower-de-Luces Enammelled.

Item, A Noyſe of Copper, with a Blew Stone in the midſt.

Item, A Noyſe of Blew Velvet, with a Lamb in the midſt of Pearl, with a Saphir inſired upon Wood.

Serta.

INprimis, A Garland of Silver and Gilt, with Eleven with divers Stones and Pearls, with Ten Ex dono Dominæ Elizabethæ Dercy; weighing Ten Dunces and half, wanting Seventeen Pearls and three Stones.

Item, A Garland of Silver, with divers precious Stones and Pearls, ſet upon Black Velvet, wanting two Points.

Item, A Garland of Silver ſet with Stones of divers colours, having a Lace with two Knops ſet with Pearls, wanting divers Stones.

Item, Six Garlands broken of little value, with divers Stones, eſtimate to Forty ſhillings.

Panni de Serico pro ſummo Altari.

INprimis, A coſtly Cloth of Gold for the High Altar, for principal Feaſts, having in the midſt Images of the Trinity, of our Lady; Four Evangeliſts, four Angels about the Trinity, with Patriarchs, Prophets, Apoſtles, and Virgins, with many other Images, having a Frontlet of Cloth of Gold with Scriptures, and a Linnen Cloth inſired to the ſame, Ex dono Ducis Lancaſtriæ.

Item, A Cloth of Gold, having in the midſt the Coronation of our Lady, with many Angels on every ſide, with Organs and Trumpets, and Apoſtles, and many other divers Images with a Frontlet powdered with Croſſes of Gold, Ex dono dicti Ducis

Item, A Red Cloth of Gold, with Falcons of Gold, and a Frontlet of the ſame Suit, with two Altar Cloaths, one of Diaper.

Item, A Purpur Cloth, with an Image of the Crucifix, Mary and John, and many Images of Gold, with a divers Frontlet, having in every end two white Leopards, with two Altar Cloaths.

Item, A Cloth of Gold, partly Red and partly White, with an Image of our Lady in the midſt with her Son, in a Circle, with eight Angels; and on her right hand an Archbiſhop ſtanding in a Circle with eight Angels; and her

her left hand, a Bishop standing in a Circle with eight Angels, with a Frontlet of the same Suit, and a Canopy of the same Suit, having in the midst the Trinity, with two Angels Incensing on every side. Ex dono dicti Ducis Lancastriæ.

Item, One other Cloth of the same Suit, having in the midst an Image of a Virgin in a Circle, with an Image of Saint John Baptist of one side, and Saint John the Evangelist on the other side, Ex dono Præfat. Ducis.

Item, A Cloth of White with Troyfoils of Gold, having the Salutation of our Lady in a Red Circle, with a Frontlet of the same, with two Cloaths of Diaper.

Item, A Cloth of Blew with Flowers and Griffins of Gold, with an old Cloth of Diaper.

Item, A double Cloth, White and Red for Lent, with a plain Altar Cloth, with a Frontlet of the same Suit.

Item, A White Cloth of Damask, bordered with Flowers of Gold, having an Image of the Assumption of our Lady in the midst, with this Scripture at her Feet, Ex dono Johannis Crosby, Treasurer of Lincoln; with an Image of St. John Baptist on the right hand, and an Image of Saint Katherine on the left hand, with one Linnen Cloth.

Item, A Canopy of the same Suit with Flowers of Gold, and Fringes Yellow, Red, Blew, and Green.

Item, Two other less Cloaths of the same Suit, with Flowers of Gold and Fringes.

Item, A Red Cloth of Gold, with Cocks of Gold, containing in breadth one Ell, and in length four Yards and half, Ex dono Magistri Willielmi Waltham.

Item, Two Cloaths of Red Cloth with Renels of Gold, every of them containing in breadth an Ell, and four Yards and half in length.

Item, A Red Cloth of Gold, with Branches and Flowers of Gold, containing an Ell in breadth, and in length six Yards and half, and a Nail. Ex dono Phil. Repingdon Epis.

Item, Two Cloaths of Purpur colour, with divers Beasts and Birds, every of them containing in breadth one Ell, and in length three Yards and a quarter.

Item, Two Cloaths of Red Cloth of Gold, powdered with Pies of divers colours, every of them containing one Ell in breadth, and in length three Yards and a quarter.

Item, Two Blew Cloaths of Gold with Branches and Leaves, and Swans of Gold, every of them containing in breadth one Ell, and in length three Yards, and a Nail.

Item, Two Green Cloaths with Birds of Gold, and White Lions, every of them containing in breadth one Ell, and in length four Yards and a half.

Item, Two old Cloaths of Red, with Beasts and Birds, having Heads of Gold every of them, being in breadth an Ell, and in length three Yards, and the Nail.

Item, Two old Cloaths of Blew, powdered with Cocks and Mullets of Gold.

Item, Two Cloaths of White Cloth of Bawdkin, being in breadth one Ell, and in length four Yards.

Item, Two Cloaths of Red Bawdkin, either of them in breadth an Ell, and in length four Yards.

Item, Two Cloaths of Red Velvet, bordered with Katherine Wheels of Gold of divers length, and divers breadth; with a Frontlet of the same work pertaining to one of the Cloaths.

Item, A White stained Cloth of Damask Silk for the Sepulcher, with the Passion and Resurrection of our Lord.

A Copy of the KINGS Letters, by force whereof the Shrines, and other Jewels were taken away.

HENRY the Eighth, By the Grace of God, King of *England*, and of *France*, Defender of the Faith, Lord of *Ireland*, and in Earth, immediately under Christ, Supream Head of the Church of *England*. To Our trusty and welbeloved Doctor *George Hennage* Clerk, Archdeacon of *Taunton*, *John Hennage*, and Our welbeloved Servants *John Halleley*, and *Robert Draper*, greeting. For as much as We understand, that there is a certain Shrine, and divers feigned Relicks and Jewels in the Cathedral Church of *Lincoln*, with which all the simple people be much deceived and brought into great Superstition and Idolatry, to the dishonor of God, and great slander of this Realm, and peril of their own Souls, We let you wit, That We being minded to bring Our Loving Subjects to the right knowledge of the Truth, taking away all occasions of Idolatry and Superstition; For the especial Trust and Confidence We have in your Fidelities, Wisdoms, and Discretions, Have, and by these Presents, do authorise, name, assign, and appoint, you Four or three of you, that immediately upon the sight hereof, repairing to the said Cathedral Church, and declaring unto the Dean, Residenciaries, and other Ministers thereof, the cause of your coming, is to take down as well the said Shrine

and

and Superſtitious Relicks, As Superfluous Jewels, Plate, Copes, and other ſuch like as you ſhall think by your Wiſdoms not meet to continue or remain there. Unto the which, We doubt not, but for the conſiderations afore rehearſed, the ſaid Dean and Reſidentiaries, with other, will be conformable and willing thereunto; and ſo you to proceed accordingly. And to ſee the ſaid Relicks, Jewels, and Plate, ſafely and ſurely to be conveyed to Our *Tower* of *London*, into Our Jewel-Houſe there, charging the Maſter of Our Jewels with the ſame. And further, We Will that you Charge and Command in Our Name, that the ſaid Dean there, to take down ſuch Monuments as may give any occaſion of memory of ſuch Superſtition and Idolatry: Hereafter ſtreightly charging and commanding all Majors, Sheriffs, Bailiffs, Conſtables, and all other Officers, Miniſters, and Subjects, unto whom in this caſe it ſhall appertain, That unto you, and every of you, as they ſhall be by you required, they be aiding, helping, favoring, and aſſiſting: as they will anſwer unto Us for the contrary in their perils.

Yeoven under Our Privy Seal, at Our Palace of *Weſtminſter*, the Sixth day of *June*, in the Two and thirtieth year of Our Reign.

Exhibita & executa fuit ſupraſcripta Commiſſio.
11 Junii. 1540.

MEmorandum, That by force of the above writen Commiſſion, there was taken out of the ſaid Cathedral Church of Lincoln, at that time in Gold, Two thouſand ſix hundred twenty one Ounces.

In Silver, Four thouſand two hundred eighty five Ounces.

Beſides a great number of Pearls and pretious Stones, which were of great value, as Diamonds, Saphires, Rubies, Turky Carbuncles, &c.

There were at that time two Shrines in that Cathedral Church; the one of pure Gold, called St. Hughs Shrine, ſtanding on the backſide of the High Altar near unto Daliſons Tomb; the place is eaſily to be known by the Irons yet faſtned in the Pavement Stones there.

The other called St. John of Dalderby his Shrine, was of pure Silver, ſtanding in the South-end of the great Croſs Ile, not far from the Door where the Gallery Court is uſed to be kept.

The Jewels belonging to my Lord of *Lincolns* Miter.

ITem, To the foze part of the Miter, in the neither Band, Seven Stones Blew and Red, and Eight Cluſters of Pearls, with four in a Cluſter.

Item, Two Links in every ſide, two Cluſters of Pearls; and the one three, and the other never a one.

Item, Two Angels holding Eight Stones, and Eighteen Pearls.

Item, In the leis of one of the ſides, Three Stones and Eight Pearls.

Item, In the middle of the Miter Eight Stones, and Seven Cluſters of Pearls, with four Pearls in a piece.

Item, In the foze part of the Miter, above by the edges, Twelve Stones and Thirteen Cluſters of Pearls, with four in a Cluſter, lacking two Pearls.

Item, In the other Leaf of the Miter, Three Stones and Eight Pearls.

Item, Four Pillars of Silver.

Item, In the nether part of the Miter behind, Eight Stones, and Seven Cluſters of Pearls, with four in a Cluſter, lacking two Pearls.

Item, In the middle Bond, Eight Stones, and Seven Cluſters of Pearls, with four in a Cluſter.

Item, Thirteen Stones about by the edges, and Thirteen Cluſters, with four in a Cluſter, lacking three Pearls.

Item, Two Angels holding Eight Stones, and Twenty two Pearls.

Item, Two Pins of Silver to make faſt the Labels.

Item, Four Bars of Silver.

Item, A Flower to ſtand in the top of the Miter.

Adhuc ex dicto Regist. Dec. & Cap. *Linc.* *An.* 1553.

A true Copy of an Inventary remaining in the Registry of the Dean and Chapter of Lincoln, taken Eighteenth day of May, in the Seventh year of the Raign of King Edward the Sixth, of all the Plate, Jewels, Vestments, Copes, Altar-Cloaths, and other Ornaments appertaining to the Cathedral Church of Lincoln.

Chalices.

INprimis, One Chalice, Silver and Gilt, with one plain Patten chased in the Foot, within a Withen Knop, having a Scripture in the bottom, Johannes Gynwel, weighing Thirty three Ounces.

Item, A Chalice, Silver and Gilt, with an Image of the Crucifix in the Foot, with a Patten and our Saviour sitting upon the Rainbow, Twenty six Ounces.

Item, Another Chalice, Silver and Gilt, having written about the Cup Laudato Dominum in Ecclesia Sanctorum, and in the Patten Enixa est puerpera.

Pixides.

INprimis, A round Pix, Silver and Gilt, for the Sacrament.

Item, ——— ——— ———

Item, ——— ——— ——— ———

Item, ——— ——— ———

Tabernacula.

INprimis ——— ——— ———

Item, ——— ——— ———

Item, ——— ——— ——— ———

Item, ——— ——— ———

Item, ——— ——— ——— ———

Item, ——— ——— ———

Item, ——— ——— ———

Baculi pastorales.

INprimis, ——— ——— ———

Item, ——— ——— ———

Item, ——— ——— ———

Ampullæ pro Oleo.

INprimis, ——— ——— ——— ———

Item, ——— ——— ——— ———

Item, An Ampul of Silver with a Cover.

Item, ——— ——— ———

Crux.

INprimis, ——— ——— ———

Morsi.

INprimis, ——— ——— ———

Mitra.

INprimis, ——— ——— ———

Capæ Rubii coloris.

INprimis, Eight Copes, whereof seven are of Red Silk, with Images of Gold of divers sorts; and the eighth of Red Damask, with an Orphrey of Green Velvet, with Flowers, and an Angel in the Hood.

Item, Four Copes, of the which, one is a Red Cope with Birds, having in the Hood the Doom, Ex dono Magistri Johannis Maynflet.

Item, Another Cope bordered with Kings, Prophets, and Martyrs.

Item, Another Cope of Red Silk, with Birds of Gold and Leaves of Gold wrought therein.

Item, The Fourth Cope of Bawdkin, with White Flowers, having in the Hood the Coronation of our Lady, with a blind Scripture.

Item, Seven Copes of Red Velvet, with Angels, and Flowers in their Backs.

Item, Four Copes of Red Velvet, one of them having Bells with Angels and Flowers.

Item, Another with Flowers, and a Lamb in the Hood.

Item, The third, Clouds and Rowls of the Back.

Item, Four Angels and Stars.

Item, Five Copes, one of them of Red Velvet, furnished with White Harts in Collers.

Item, Another of Red Damask, with great Ostriges Feathers.

Item, The third of Red Cloth of Gold, ornate with Pearls and Images in the Orphrey, and the Ascension in the Hood.

Item, The fourth Cope of Red Cloth of Gold, having an Orphrey set with Images, and in the Hood the Trinity.

Item, The fifth Cope of Crimson Velvet wrought of Cloth of Gold, with Images in the Orphrey set with divers Pearls, and having the Coronation of our Lady in the Hood.

Item,

Item, Two Copes of Red Velvet, garnished with Roses and Flowers of Gold, one of them having in the Hood, the Salutation of our Lady; of one side, the Nativity of Christ in the middle, and two Angels of the other side of the Hood; and the other, having the Coronation of our Lady in the Hood.

Item, Six Copes of one Suit of Red colour, having good Orphreys; and in the Noples Arms with this Inscription, Gratia Dei sum id quod sum.

Item, Four Copes of Red Cloth of Gold of one Sut, with Roses and Ostridges Feathers, with the Arms of Bishop Smith in their Noples.

Item, Five Copes of Purpur colour, whereof one is of Velvet, with of Gold.

Item, Other three of them of Damask, having in the Noples, the Vernacle.

Item, The Fifth Cope of Cloth of Tishew with Scripture in the Hood, Orate pro anima Richardi Smith Vicar. de Wirksworth.

Capæ Viridis coloris.

INprimis, Five Copes of Green Velvet, voidered with Lillies.

Item, Three Copes, one of Green Velvet set with Roses of Gold, having the Coronation of our Lady in the Hood, and Mary Magdalen in the Noyle.

Item, Another of Green Damask, Gold, written in the Noyle, Vox Domini super aquas.

Item, The third of Green Bawdkin, with St. James Shell in the Noyle.

Capæ Blodii coloris.

INprimis, Four Copes, two of them of Blew Tishew, with Orphreys of Red Cloth of Gold, wrought with Branches and Leaves of Velvet.

Item, Another of Blew Tishew Velvet, having in the Hood Vox Domini super aquas.

Item, The Fourth of Bawdkin Blew colour, with Feathers of Peacocks, and Ostridges of White Silk, with Chains and Joylings like a Net, with a good Orphrey.

Item, Five Copes, four of them of Blew Tishew with Orphreys of Needle-work, having in their Noples these Letters J. C.

Item, The Fifth Cope of Cloth of Gold, purled with Blew Velvet, and and Cloth of Gold set with Wainsers, and having the Arms of Sir Thomas Burgh Knight.

Item, Eight Copes, whereof two are of Blew Velvet, having good Orphreys of Cloth of Gold, imbroidered with divers Images; of the which, one is Herod slaying the Children of Israel, the other imbroidered with the story of St. John Baptist.

Item, Four other of Blew Velvet with Orphreys of Red Cloth of Gold, having the Work, Leaves, and Branches of Gold.

Item, Another Cope of Blew Velvet, with Dolphines of Gold, having in the Noyle a Vernacle.

Item, The Eighth of Blew Velvet with Flowers of Silk and Gold, and the Orphrey of Red Velvet with Flowers of Silk and Gold.

Item, Eight Copes, whereof Five are of Blew Bawdkin of one Suit, embroidered with Birds of Gold, and Branches of lighter colour, having Red Orphreys with Birds of Gold.

Item, Another Cope of the said Eight of Blew, having a good Orphrey, and Birds of Gold, standing upon White Cages.

Item, Another Cope of Blew Tishew, having a broad Orphrey with divers Images, and the Coronation of our Lady in the Hood, and in the Noyle a Lion.

Item, Another Cope of Blew Bawdkin, having a Branch of White Roses, running in Red Velvet in the midst of the Orphrey, and a spleyed Eagle in the Hood.

Capæ Nigri coloris.

INprimis, Five Copes, whereof one is of Black, with Stars, Lions, Scallops, and Images of Gold.

Item, Two others of Sattin, with good Orphreys of gold Images, and Tabernacles of Needle-work, having in the Hood an Angel bearing the Arms of Sir Thomas Green.

Item, Another Black Cope of Cloth of Silver, with an Orphrey of Red Velvet, embroidered with Flowers, having in the Hood the Assumption of our Lady.

Item, A Black Cope of Chamlet, embroidered with Flowers of Woodbine, with an Orphrey of Red, with

Faulcons bearing Crowns in their Youths.

Item, Three Copes, whereof two are of Black Sattin, with Dyphreys of Red Damask, broidered with Flowers of Gold, having in the Back, Souls rising to their Doom, either of them having in their Hood, an Image of our Saviour sitting upon the Rainbow.

Item, The third Cope of Black Damask, having Souls on the Back, and Christ sitting upon the Rainbow.

Capæ Albi coloris.

INprimis, Seven Copes of White Damask, having Dyphres of Blew Velvet, with Flowers of Gold.

Item, Seven other White Copes of the same sort.

Item, Six Copes, four of them of White Damask, embroided with Flowers, having Dyphreys of Red Velvet; and three of them have in their Morses this Scripture, Ex dono Johannis Rede Capellani; and the fourth hath Orate pro anima Willielmi Spencer Capelani.

Item, The other two of like sorts, and one of them of the gift of Sir William Fendike.

Item, Six Copes of White Flowered Damask, with Flowers of Gold and Silk, having divers Dyphreys.

Item, Seven Copes, whereof Six are of old Cloth of Gold, and one of them hath a broad Dyphrey with Images and Tabernacles, and the other five Copes hath Dyphreys of Red Velvet, with Cross-Buttons of Gold.

Item, The Seventh is much like unto the same.

Item, Six Copes, one of White Velvet with Griffins, and Crowns of Gold, having a good Dyphrey with divers Images, and a Vernacle in the Morse; and in the Hood two Images, one of our Lord, and the other of our Lady.

Item, A Cope of White Cloth of Gold of Bawdkin, with a good Dyphrey of Blew Velvet, broidered with Images and Tabernacles of Gold, having in the Morse a Lamb of Silver.

Item, Another White Cope of Cloth of Gold, having in the Dyphrey little Images, Birds, and Roses, set with Pearls, and in the Morse, the Salutation of our Lady.

Item, Another Cope of White Cloth of Gold of Bawdkin, having in the Dyphrey, Images, and Tabernacles, and in the Morse T. S. of Gold, covered with Pearls.

Item, Two other Copes of White Bawdkin, with Leaves and Harts of Gold, having good Dyphreys.

Item, Four Copes, one of them of White Tartaron, broidered with Troyfoils of Gold.

Item, Another of White Damask, with one Dyphrey of Red Velvet, and Flowers of Gold, having in the Hood an Image of our Lady of Pitty; and in the Morse an Image of our Lady and her Son, and Mary Magdalen.

Item, Two other Copes Paned with Black, White, and Red, having written in the Red Panes in Gold, A bon Droit.

Item, Five old Copes, whereof two are of Yellow Taffity.

Item, One of White Damask.

Item, The other two of White Silk, with Gold wrought upon.

Item, Six old Copes of Red Velvet, of the which, Four are with Popinjays in their Morses, with Troyfoils; and the other two have divers Morses.

Item, Six other old Copes, whereof three are of Red Silk, with Birds of Gold, and in the Dyphreys Images.

Item, Other two of Blew Silk, with Stars and Roses in the Dyphreys.

Item, The other of Red Silk, with Swans and Beasts of Gold wrought upon.

Item, Fourteen old Copes of divers sorts for poor Clerks.

Item, Eighteen old Copes of sundry sorts for Choristers.

Casulæ ex variis coloribus cum suis Tuniculis & Albis.

INprimis, A Chesable of Cloth of Gold of Blew Tishew, with two Cunicles, and three Albes, with all the Apparel.

Item, Another Chesable of Blew Tishew Velvet, with Flowers and Branches of Gold, and in the Dyphey a Picture of the Passion of Christ, and of either side of him an Angel with Chalices in their hands, two Cunicles, and three Albes.

Item, A Chesable of Blew Tishew Velvet, with Branches and Flowers of Blew Velvet wrought upon Gold, with a fair Dyphey, having a Picture of Christ on the Crois, and Angels, with Chalices and Censers, with two Cunicles, and three Albes.

Item, A Chesable of Cloth of Gold, wrought upon with Flowers and Trees of Blew Velvet, having an Dyphey of Red Velvet wrought upon Gold, with two Cunicles and three Albes.

Item, A Chesable of Cloth of Gold, purled with Blew Velvet of Gold, set with Sanfers, with two Cunicles, and three Albes.

Item, A Chesable of Cloth of Tishew, having Flowers and Branches of Purpur Velvet, wrought upon, having this Scripture on the Back. Orate pro anima Magistri Richardi Smith, quondam Vicarii de Wirckfworth, two Cunicles and three Albes, with the Apparel.

Item, A Chesable of Blew Velvet, wrought upon with Flowers of Gold, and Silk, and a Red Crois set with Flowers of Gold, and Green Silk two Cunicles, and three Albes.

Item, A Chesable of Blew Velvet, with a Crois of Gold, having Red Velvet, wrought upon Gold in Branches, two Cunicles, three Albes with their Apparel.

Item, A Chesable of fair Light Green Velvet, broidered with Trees of Gold, with a goodly Dyphey of Needle-work, having a Picture of the Passion of Christ, and under the same Picture a Bishop standing, and St. John the Evangelist, two Cunicles, and three Albes.

Item, A Chesable of Green Velvet, broidered with Lillies, and an Dyphey of Needle-work, with this Scripture upon the Back, Orate pro anima Willielmi Kirk, with two Cunicles, and three Albes.

Item, A goodly Chesable of Green Damask, Gold; of the gift of Bishop Acwater, with an Dyphey of Needle-work, having the Birth of Christ in a Shield, with other Images in the Dyphey, with two Cunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of Damask Purpur colour, broidered with Branches and Flowers of Gold, with a good Dyphey, two Cunicles, and three Albes.

Item, A Chesable of Purpur Velvet with Harts of Gold, having a good Dyphey with Pearls behind and before, two Cunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of Red Velvet, with White Roses, and Leaves of Gold, two Cunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of Red Velvet, with Katherine Wheels of Gold, two Cunicles, three Albes, with their Apparel.

Item, A Chesable of Red Velvet, with Roses and Flowers of Gold, with a goodly Dyphey, having behind the Birth of Christ, and the Salutation of our Lady, two Cunicles, and three Albes.

Item, A Chesable of Red Velvet, with Angels and Flowers of Gold, and a good Dyphey, two Cunicles, and three Albes.

Item, A Red Chesable with Branches of Gold, and the Dyphey of Green Silk, with Flowers of Gold, two Cunicles, and three Albes.

Item, A Chesable of White Bawdkin, with Leaves and Harts of Gold, with two Cunicles, and three Albes, with their Apparel.

Item, A Chesable of White Damask, broidered with Flowers of Gold, having in the Back an Image of our Lady with a Child, two Cunicles, three Albes, with their Apparel.

Item, A Chesable Paned with White, Black, and Red Silk, having written in the Red Panes in Gold A bon Droit, two Cunicles, three Albes, with all their Apparel.

Item, A Chesable of White Damask, with Dyphreys of Red Velvet, two Cunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of White Damask, with Flowers of Gold, and an Dyphey of Red Tinsel of Sattin, two Cunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of White, with Crosses of Gold in the Borders, and in the Dyphey an Image of our Lady before, and another behind, two Cunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of White Silk, Troyfoils of Gold, an Orphrey of Red Velvet with Troyfoils of Gold, two Tunicles, and three Albes, with their Apparel.

Item, A Chesable of black Chamlet with Flowers of Gold and Silk, and an Orphrey of Red Silk with Birds and Flowers of Gold, two Tunicles, and three Albes, with the Apparel.

Item, A Chesable of Gold and Silk, with a narrow Orphrey of Pearls, Red, White, and Blew, two Tunicles, and two Albes.

Item, A Chesable of Red Sarsnet, with a narrow Orphrey of Gold, two Tunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of White Silk, with Flowers and Branches of Gold, and a goodly Orphrey in the story of the Nativity of Christ, two Tunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of Red Velvet, with an Orphrey, having a Picture of Christ upon the Crois, with other Images, two Tunicles, three Albes.

Item, A Chesable of Blew Velvet, with an Orphrey of Gold Needlework, with Images and Birds, two Tunicles, three Albes, with the Apparel.

Item, A Chesable of Yellow Silk with Suns and Moons of Gold, with other Flowers of Silk and Gold, two Tunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of Green Taffity, with Birds and Flowers of Gold, with an Orphrey of White Silk Needle-work, having Scutcheons with Lions ramping, two Tunicles, and three plain Albes.

Item, A Chesable of Yellow Sarlnet, with a narrow Orphrey of Gold, having in the top a Picture of Christ upon the Crois, Mary and John, and two Tunicles without Albes.

Item, A Chesable of Red Bawdkin with Birds and Flowers of Gold, having an Orphrey set with Images, two Tunicles, and three Albes.

Item, A Chesable of White Silk and Gold, with a Red Orphrey having Trees of Gold, and White Distridge Feathers, two Tunicles, three plain Albes.

Item, Two Tunicles of Red Cloth of Bawdkin, with Birds and Beasts of Gold, and White Silk with Orphreys of Gold, and Silk Needlework, set with Images lacking a Chesable and Albes.

Item, Two Tunicles of Red Velvet with narrow Orphreys of Gold lacking Albes, and the Chesable.

Item, A Chesable of Red Silk with Lions of Gold upon White Scrowls, with a fair Orphrey, having a Picture of the Passion of Christ, with divers other Images, with an Albe, and the Apparel.

Item, A Chesable of Bawdkin with Green Running Branches, and Birds of Gold, with an Orphrey of Red Silk and Gold, with Griffins of Gold, in round Circles, two Tunicles, three Albes.

Item, A Chesable of course Red-Worsted with Stars of Gold, and a Black Orphrey set with White Roses, and two Tunicles without Albes.

Item, A Chesable of White Buffian, with a Red Orphrey, and two Tunicles without Albes.

Item, A Chesable of Red Sarsnet, with Flowers of Gold, and a Blew Orphrey, having Jesus with a Crown wrought in the Back, with one Tunicle lacking Albes.

Item, An old Chesable of Black Sattin, with Flowers of Gold, and a Red Orphrey, having a Picture of the Passion of Christ with Mary and John, with certain Arms under them, and a Tunicle without Albes.

Item, An old Chesable of Purpre Sattin, with a narrow Orphrey of Cloth of Gold, having certain Scriptures in Letters of Gold, in round Circles made of Silk and Gold, lacking Tunicles and Albes.

Item, A Chesable of White Damask with an Orphrey of Red Damask, and one Tunicle lacking Albes.

Item, A Chesable full of little round spots of Gold like Peale, with a narrow Orphrey of Cloth of Gold, without Tunicles and Albes.

Item, Five old Tunicles of divers sorts with their Albes for Choristers.

Inprimis, A Cloth, partly Red and partly White, with an Image of our Lady in the midst, with her Son in a circle with Eight Angels; and on the right hand an Archbishop standing in a circle with Eight Angels; and on her left hand a Bishop standing in a circle with eight Angels.

Item, A White Cloth of Damask bordered with Flowers of Gold, having an Image of the Assumption of our Lady, in the midst with two Scriptures at her foot, Ex dono Johannis Crosby Thesaurarii Lincoln, with an Image of St. John Baptist on the right hand, and an Image of St. Katherine on the left hand, with one Frontlet sewed to a Linnen Cloth old worn.

Item, A White Cloth with Troyfoils of Gold, having the Salutation of our Lady, in a Red circle with a Frontlet, and two Cloths of Diaper.

Item,

Item, A Purpur Cloth with an Image of the Crucifix, Mary and John.

Item, A Cloth of Red Bawdkin with Leopards, Powdered with Black Troyfoils, with a plain Altar-Cloth with a Frontlet of the ſame, having an Altar-Cloth of Diaper, old worn.

Item, A double Cloth White, like a Net of one ſide and Red Taffity on the other with a plain Altar-Cloth, and a Frontlet of the ſame Suit.

Item, —— —— —— ——

Item, Two Cloaths of Purpur colour, one with divers Beaſts and Birds, and the other with Flowers and Branches, old worn.

Item, Two Green Cloaths with Birds of Gold, and White Lions, old worn.

Item, —— —— ——

Item, A Cloth of Red Silk, with Flowers of Gold wrought thereon.

Item, A Cloth of Blew Silk lined, wrought upon with Flower de Luces, Harts, and other Beaſts of Gold, old worn.

Item, Two Cloaths of Blew Bawdkin, wrought with Beaſts, Branches, and Birds, old worn.

Item, —— —— ——

Item, —— —— ——

Item, —— —— ——

Lintеamina pro ſummo Altari.

INprimis, Six Altar-Cloaths of Diaper meetly good.

Item, Five other Cloaths of Diaper ſore worn.

Item, One half Cloth of Diaper.

Item, Eight Altar-Cloaths of Lin Cloth.

Item, Three long Towels of Diaper.

Item, —— —— ——

Item, —— —— ——

Item, —— —— ——

An Inventary of all the Jewels, Plate, Veſtments, Copes, and other Ornaments to the Revеſtry of the Cathedral Church of Lincoln belonging. Made Eleventh day of Anno Domini. 1557. 4 & 5 Phil. & Mar. Adhuc ex Præf. Regiſtro.

Chalices.

INprimis, One Chalice, Silver and Gilt, with one plain Patten, chaſed in the Foot, with a withen Knop, with one gilded Spoon containing a Scripture, Bleſſed be God, having a Scripture in the bottom, Johannes Gynwell, weighing Thirty four Ounces.

Item, A Chalice, Silver and Gilt, having about the Cup, Laudabo Diminum in Eccleſia Sanctorum. And on the Foot, Totus mundus eſt Eccleſia; and on the Patten, Enixa eſt puerpera, and weighing Twenty ſix Ounces.

Item, A Chalice, Silver and Gilt, having about the Cup, Calicem ſalutaris accipiam; and on the Foot, Iheſus Chriſtus, Iheſus Chriſtus, Amen. Lacking two Knops on the Foot; and on the Patten, Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu, Ex dono Johannis Longland olim Epiſ. Lincolnienſis, belonging to his Chappel, weighing Twenty three Ounces.

Item, Another Chalice of Silver and Gilt, having graven about the Cup, Calicem ſalutaris accipiam & nomen Domini Invocabo; and on the Foot, Iheſus Chriſtus; and on the Patten in the midſt, Iheſus; and about the ſame, Benedictus qui venit in nomine Domini, quondam Alcock: Ex dono dicti Johannis Longland Epiſ. belonging to his Chappel, weighing Twenty Ounces, and a quarter.

Item, A Chalice Silver, parcel Gilt, having on the Foot a Crucifix, Mary and John enammelled, and on the Patten Iheſus, belonging to our Ladies Chappel, and Biſhop Flemmings Chappel, weighing Fifteen Ounces.

Item, Another Chalice Silver, parcel Gilt, having in the Foot a Croſs gilded, and on the Patten a Face gilded in the midſt thereof, weighing Six Ounces.

Item, Another Chalice with a Patten, both Silver, parcel Gilt, having in the Patten and Veſſel gilded, and on the Foot a Picture Gilt, weighing

Four-

Fourteen Ounces and a quarter, given by Mr. John Pryn, late Subdean of this Cathedral Church, to be used and occupied in Bishop Russels Chappel, otherwise called St. Blases Chappel.

Pixides.

Item, One Pix, Silver and Gilt, having a Crois on the top of it, to bear the Sacrament in, weighing Eleven Ounces and half.

Item, A Pix of Ivory, having a Ring of Silver, and no Lock.

Item, One other Pix, like the same of Ivory, bound with Silver, with one Lock, and one broken Clasp.

Item, One other round Pix of Ivory like the others, bound with Silver.

Phialæ.

Item, Two little Phials, Silver and Gilt, weighing Six Ounces. Ex dono Domini Johannis Longland olim Epis. Lincolniensis, and belonging to his Chappel.

Cruces.

Item, Two Crosses Copper and Gilt, having either of them two Pipes on their Staves Gilt.

Item, Three Feet for Crosses to stand upon, Copper and Gilt.

Thuribula.

Item, Two pair of Censers, Copper and Gilt.

Item, One Ship of Copper.

Candelabra.

Item, One pair of Bearing Candlesticks of Latten.

Item, Another pair of a larger sort, standing on the Altar in our Ladies Chore.

Item, Another pair of Bearing Candlesticks broken.

Item, A Holy Water Fat of Latten.

Crismatoria.

Item, A Crismatory of Latten.

Ampullæ pro Oleo.

Item, An Ampul plain, with a foot Silver and Gilt, and a Spoon, with an Acorn ordained for Cream.

Item, Another Ampul of Beryal, closed in Silver and Gilt, for Oleum Sc. with a Spoon, having an Acornin the top.

Item, Another Ampul of Glass, wherein is contained Oleum Infirmorum, with a Spoon of Silver, and an Acorn in the top.

Mitra.

Item, Two Miters, both garnished.

Casulæ & Capæ Rubei coloris.

Inprimis, A Chesable of Red Velvet, with goodly Orphreys before and behind of Fine Gold, having behind in the Orphrey the Passion of Christ, set about with Angels, and lined with Green Silk.

Item, A Cope of the same, having in the Back, the Salutation of our Lady, Nativity of Christ, and the Coronation of our Lady, having Apostles and Prophets about the Cope of Fine Gold, with many Flowers set with Pearl, and lined with Green Silk.

Item, One Chesable of Red Velvet with Roses and Flowers of Gold wrought in the same, having goodly Orphreys, having in the Back, the Salutation of our Lady, and the meeting of our Lady and St. Elizabeth, with two Tunicles, three Albes, and all their Apparel.

Item, Three Copes of the same Suit.

Item, A Chesable of Red Velvet, with Roses and Flowers of Gold, having in the Back a Crois of Cloth of Bawdkin, with two Tunicles, and three Albes, and all their Apparel. Ex dono Domini Johannis Longland olim Epis. Lincoln.

Item, One Cope of the same Suit. Ex dono ejusdem Epis. Longland.

Item, A Chesable of Red Bawdkin, with a Crois in the Back, having a Crucifix, Mary and John, and the Father over the Crucifix, and under the Crucifix, Mary Magdalen and St. Thomas of Inde, with two Tunicles, three Albs, and all their Apparel. Ex dono dicti Epis. Longland.

Item, A Chesable of Red Velvet, with a Crois of Cloth of Gold, having written in the Crois, Orate pro anima Willielmi Skelton quondam Thesaurarii Lincolniensis, with two Tunicles, three Albes, and all their Apparel; lacking one for an Ammes Kertheif.

Item, A Chesable of Red Velvet with Katherine Wheels of Gold, with two Tunicles, and three Albes, with all their Apparel.

Item, Three Copes of the same Suit.

Item, Four Copes of Red Velvet upon Sattin, with Katherine Wheels of

of Gold, with Dyphreys, having Images and Starrs.

Item, A Chesable of Red Velvet, with a Crosse in the Back, having a Picture of Christ upon the Crosse, and over the Picture the Holy Ghost, and two Angels Censing, with many Angels, and Flowers of Gold upon the Chesable, and two Tunicles with Albes.

Item, Two Copes of the same Suit, of the which, one hath three Bells of Gold on the Back; another an Dyphrey of Blew Velvet with Flowers, imbroidered.

Item, A Chesable of Red Velvet, having in the Crosse, upon the Back, a Vernacle set in a Garland of Green Silk, with two Tunicles, three Albes, and all their Apparel.

Item, Two Copes of the same Suit, one of them having in the Morse the Holy Lamb, and the other hath in the Morse, a Lion of Gold.

Item, A Chesable of Red Bawdkin, with Dyphreys of Gold, with Leopards powdered with Black Troyfoils, and two Tunicles, and three Albes of the same Suit, with all their Apparel.

Item, Thirteen fair Copes of the same Suit, every of them having three Wheels of Silver in the Hoods.

Item, Fourteen Copes of Red Tinsel, with Dyphreys of Gold, with Arms of Bishop Smith in their Morses, Ex dono ejusdem Episcopi.

Item, A Chesable of Red Bawdkin, with Flowers of Gold and Silk upon it, and in the Crosse the Trinity, and under other Images, with two Tunicles, three Albes, and all the Apparel.

Item, One Cope of the same Suit.

Item, Three Albes, three Ammis Kerchifs, and their Apparels of Red Damask, imbroidered and one Stoll of the same sort, and one Pharnel of Red Velvet.

Item, A Chesable of Red Silk, with two Tunicles for Good Friday, lined with White.

Item, Two Dalmaticks of Red Silk, lined with Linnen Cloth stained.

Item, A Cope of Crimson Velvet, of precious Cloth of Gold, with Images in the Dyphrey, having the Coronation of our Lady in the Hood, and having a Morse changed.

Item, Ten Copes of Red Cloth of Gold of one Suit, with Red Roses; of the gift of William Smith, Bishop of Lincoln, with his Arms in their Morses.

Item, A Fair Cope of Cloth of Gold, with a goodly Dyphrey, having in the Hood the Salutation of our Lady, Ex dono Epis. Longland.

Item, Four Copes of Red Velvet, with Roses White, and Leaves of Gold; of the which, one hath a better Dyphrey, then the other with the Coronation of our Lady in the Hood, the other three having Scutcheons in the Dyphreys.

Casulæ & Capæ Purpurei coloris.

INprimis, A Chesable of Damask of Purpur colour, with a good Dyphrey, broidered with Branches and Flowers of Gold, with two Tunicles of the same Suit, lacking Albes.

Item, Three Copes of the same Suit, and of the same colour, having in their Morses the Vernacle, with good Dyphreys.

Item, A Cope of Sattin, of Purpur colour, broidered with Images of Kings, Knots, and Roses, and Circles of Gold, and two Kings standing in the Hood.

Item, A Cope of Purpur colour of Gold, with divers colours Checkered with three square, having the Coronation of our Lady in the Hood, and in the Morse, having this Scripture, Southm. Ex dono Johannis Southm.

Casulæ & Capæ Albi coloris.

INprimis, A Chesable of White Cloth, broidered with Images and Angels of Gold, with costly Dyphreys of Gold, having the Trinity in the Back, the Holy Ghost being of Pearl, and also divers Pearls in the other Images, with two Tunicles of the same Suit, without Pearls. And three Albes, and three Ammisses, with their Apparel, the Stoll is differing, of the gift of one John Welborne, sometime Treasurer.

Item, A Cope of White of the same Suit, with Pearls and Stones in the Dyphreys behind and before, many little Stones wanting; of the gift of the said John Welborne.

Item, One Chesable of Cloth of Silver, with a goodly Crosse of Gold, having a Picture of Christ on the Crosse, the Father and the Holy Ghost garnished about with Crimson Velvet and Gold, with two Tunicles, three Albes, three Ammisses, with their Apparel, Ex dono Epis. Longland.

Item, One Cope of the same Suit. Ex dono ejusdem.

Item, A Chesable of White Damask, broidered with Flowers of Gold, having a Picture of Christ on the

the Crols, Mary and John, and two Angels Cening, two Tunicles, with three Albes, and their Apparel.

Item, Four Copes of White Damask, with bwoidered Flowers of Gold, having Dyphyeys of Blew Uelvet, with Flowers of Gold imbwoidered.

Item, A Chesable of White Cloth of Gold, bwoidered about with White Roles and Red, having a costly Dyphyey; and in the middle of the Crols an Image of our Lady; and on the left part, three Kings, and on the right part, two Shepherds and one Angel, with this Scripture, Gloria in excelsis, and two Tunicles, and three Albes, and all their Apparel.

Item, Two Copes of the same Suit of White Cloth of Gold, with costly Dyphyeys set with Images and Cabernacles, and Pearls, either of them; having in the Wose a Lamb set with Pearls within a Knot, and four Witers in the Hood, the Coronation of our Lady.

Item, One Cope of White Damask imbwoidered with Flowers of Silk of divers colours, having in the Back J. H.

Item, Four Copes of White Damask, imbwoidered with Flowers of Gold, whereof two have in their Woses J. C. One of the other hath in the Wose O. L. And the fourth hath in the Wose W. T.

Item, An old Cope of White Silk, with an Dyphyey set with Images, having in the Hood the Coronation of our Lady.

Item, One Cope of White Silk, bwoidered with Troyfoils of Gold.

Item, One old Cope of White Silk, having an Dyphyey of Green Uelvet, with Images set.

Item, One Cope used to be worn on St. Marks day, Paned with White, Red, and Black Silk, with a good Dyphyey.

Item, Two Copes bwoidered with Gold upon Hemp, with divers Stories of the Passion, of divers Saints, one of them having an Dyphyey of Yellow and Red Uelvet, and Lions of Silver; and the other having Blew Uelvet and Yellow, set with Mullets.

Casulæ & Capæ Blodei coloris.

INprimis, One Chesable, and two Tunicles of Blew Tishew Uelvet, with three Albes, wanting their Apparel.

Item, One Cope of the same Suit, having in the Hood, Vox Domini super aquas.

Item, Two good Copes of Blew Tishew, with Dyphyeys of Red Cloth of Gold, wrought with Branches, and Leaves of Uelvet; of the gift of John Chadworth, Bishop of Lincoln.

Item, A Chesable of the same Suit, with two Tunicles, three Albes, lacking the Apparel.

Item, A Chesable of Cloth of Tishew, with Dyphyeys of Needle-work, having written in the Back, Orate pro anima Magistri Richardi Smith, Vicarii de Wirksworth.

Item, A Cope of the same Suit with Scripture in the Hood, Orate pro anima Magistri Richardi Smith, quondam Vicarii de Wirksworth.

Item, A Chesable with two Tunicles of Blew Tishew, with good Dyphyeys of Needle-work, Ex dono Magistri Johannis Coke, Archid. Lincoln.

Item, Four Copes of the same Suit, with Dyphyeys of Needle-work, having in the Woses these Letters J. and C. Ex dono dicti Johannis,

Item, A Chesable of Blew Damask, with a good Dyphyey, ornate with Witers and Crowns in the Dyphyey, with two Tunacles, and three Albes; one of the Albes, lacking his Apparel.

Item, Two Tunicles of Blew Sattin, bwoidered upon with Flowers of Gold, having Dyphyeys of Red Sattin set with Flowers.

Item, One Cope of Blew Uelvet, having an Dyphyey set with Images. And in the Back an Image of our Lady, with Angels and Stars of Gold, and in the Hood the Trinity.

Item, Two Copes of Blew Uelvet, one bwoidered with Flowers of Gold, having an Dyphyey of Red Uelvet, and in the Hood, Christ sitting in Judgment, with Souls under him. And the other bwoidered with Angels and Flowers, and on the Back the Assumption of our Lady, and in the Hood the Trinity.

Item, Two Copes of Blew Uelvet, with Dyphyeys of Red Uelvet, wrought upon Gold.

Casulæ & Capæ Viridis coloris.

INprimis, A Cope of Green Damask, Gold, with a goodly Dyphyey of Needle-work set with Images, having in the Hood a Story concerning the Passion of Christ, Ex dono Epis. Atwater.

Item, A Chesable of the same, with two Tunicles, and three Albes, with all their Apparel, Ex dono Willielmi Atwater Epis. Lincoln.

Item,

AREÆ ECCLESIÆ CATHE

1 Porticus,
2 Ostium Occidentale
3 Turris,
4 Convocationis Curia,
5 Ostium Septentri minus
6 Ostium Merid: minus
7 Ostium Septentr: maius,
8 Ostium Merid: maius,
9 Capella Thomæ Kempe Lond: Episcopi,
10 Tumulus Ioh: Beauchamp Militis
11 Domus Capitularis,
12 Gradus ad Chorum,
13 Ostium Chori,
14 Tumulus Ioh: Donne Decani huius Eccl:
15 Mon: Ioh: Colleti Decani huius Eccl:
16 Mon: Gulielmi Hewet Arm:
17 Mon: Gulielmi Cokarn Eq: Aur:
18 M: Nicholai Bacon Eq: aur: magni Sig: Angliæ custodis
19 Tumulus Ioh: Newcourt
20 Tum: Valentini Carey,
21 Tum: Brabazonis de Odeby
22 Tum: Willelmi Rythyn,
23 Tum: Simonis Edolph,
24 Tum: Ric: Lichfield,
25 Tum: Ioh: Acton,
26 Mon: Christoph Hattoni Ord Gart: Militis,
27 Tum: Eusta: de Fauconberg. L[illegible]



46 Tum Willelmi Greene,
47 Tum R. Filij Hugonis Ep: Lond:
48 Summum Altare,
49 Capella S. Georgij,
50 Capella S. Dunstani,

Wenceslaus Hollar. dimensit, delineavit, et aqua forti avi: insculpsit, A. 1657.

P. 297.

RALIS S.ti PAVLI ICHNOGRAPHIA.

28 Tum: Henr: de Wengham Lon: Epiſc:
29 Tum: Henrici Lacie Com: Lincolnia
30 Tum: Rob: de Braybroke Ep: L:
31 Tum: S: Erckenwaldi,
32 Mon: Alexandri Norelli Decani huius Eccleſiæ,
33 Mon: Thomæ Heneage Eq: Aur:
34 Tum: Rad: de Hengham
35 Tum: Sim: Burley Or: Gar: M:
36 Mon: Ioh: Gandavienſis Lanc: Dueis
37 Mon: Willielmi Herbert Com: Pembro:
38 Tum: Ioh: Molins
39 Tum: Ioh: de Chiſhull Lon: Ep:
40 Tum: Rad: Nigri Lond: Ep:
41 Mon: Ioh: Maſoni Eq: Aur:
42 Mon: Gulielmi Aubreÿ.
43 Tum: Sebbe Sax: Regis,
44 Tum: Ethelredi Sax: Regis,
45 Tum: Thomæ de Ewre,

Septentrio



Meridies

300

In piorum olim fundatorum memoria
poſuit
EDOARDVS BYSSHE Ar:



ECCLESIA CATHEDRALIS
S. PAVLI.
A MERIDIE PROSPECTVS.



Ne
Augustam
Ædis PAVLINA molem
A Reuerendiss: Antistite
G. LAVD Arch: CANT:
Auunculo suo ex Triente refecta
et propediem ni fatum durius pre-
hibuisset ex Asse reficiendam, vel
fuisse Laturum Annalium fides.
IOH: ROBINSON Civis et Se-
nator Londinensis. Hoc Pieta-
tis in Ecclesiam, et gratitudi-
nis in Avunculum posuit
Monumentum. A. D.
Lux xiii. cIↃ. IↃ. cVI.



W. Hollar delin: et sculp:

[illegible]

ECCLESIÆ PAVLINÆ PROSPECTVS,

QVALIS OLIM ERAT, PRIVSQVAM EIVS PY-
RAMIS E CŒLO TACTA CONFLAGRAVERAT.

Effigiem Templi, quod vix corruptior ætas
Extruat, ingratæ genti donavimus

Lucani Phar: Lib 10

Delicta majorum et meritus lues
Britanne, donec Templa refeceris,
Ædesq labentes Deorum, et
Fœdâ nigro loca sacra fumo.

Horat: Carm: Lib: 3. Od. 6.



Ne ingentes
augustæ molis
ruinæ etiam perirent
Posuit
THOMAS BARLOW
Collegij Reginalis So
cius et Proto-Bibl:
Bodlianus
Oxon:



W. Hollar sculp: 1657.





ECCLESIÆ CATHEDRALIS.
S. PAVLI
AB OCCIDENTE PROSPECTVS.





W. Hollar delin: et sculp:

ECCLESIÆ CATHEDRALIS S.ti PAVLI Lond:
AB ORIENTE PROSPECTVS.



Stella
Orientalis
huc conduxit
IOHANNEM
WALPOOLE
de Pinchbeck
in Com Linc:
Militem.

W. Hollar delin: et fecit.

Item, A Chesable of Green Bawdkin, with two Tunicles, with a good Orphrey of Needle-work, with a Crucifix, Mary and John, and the Father above, with three Albes, and their Apparel. Ex dono Johannis Walteram Episc. Sarum.

Item, One Cope of Green Cloth of Gold, with Images, and Angels of Jesse, having the Coronation of our Lady in the Hood.

Item, One Cope of Green Cloth of Gold, with a goodly Orphrey, having in the Hood the Salutation of our Lady, and in the nether part of the Hood this Scripture, Ex dono Willielmi Smith, Archidiaconi Lincolniensis.

Item, Another Cope of Green Cloth of Gold, with a fair Orphrey, having in the Hood the Trinity, and in the Horle a Picture of Christ, with the World in his hand, Ex dono Willielmi Skelton quondam Thesaurarii Lincoln.

Item, Two Copes of Green Velvet, having the Assumption of our Lady in the Back, with Angels and Flowers imbroidered, and in their Hoods the Trinity, and in their Horses these Letters, I. S. Ex dono Domini Thomæ Clay olim Vicarii Choralis.

Item, A Cope of Green Velvet imbroidered with Lillies, with an Orphrey of Blew Velvet upon Gold.

Item, An old Cope of Green Velvet with an Orphrey of Blew Velvet upon Gold.

Casulæ & Capæ nigri coloris.

INprimis, A Chesable of Black Velvet with Flowers of Gold and Silk imbroidered, also a good Orphrey of Needle-work, with Images of the Holy Ghost, the Crucifix, our Lady with other Images, with two Tunacles, and three Albes, with the Apparel.

Item, A Chesable of Black Velvet with Orphreys of Red Velvet with two Tunacles, and three Albes, and all their Apparel, wanting a Fannel.

Item, A Cope of Black Velvet with a good Orphrey, having in the Hood an Image of our Lady, and her Son.

Item, Two Copes of Black Satten with Orphreys of Red Damask, broidered with Flowers of Gold, having in the Back Souls rising to their Doom, either of them having in their Hood, an Image of our Saviour sitting upon the Rainbow. Ex dono Domini Willielmi Cask Capellani.

Panni de Serico pro summo Altari.

INprimis, A costly Cloth of Gold for the High Altar upon principal Feasts having in the midst Images of the Trinity of our Lady, Four Evangelists, four Angels about the Trinity, with Patriarks, Prophets, Apostles, and Virgins, with many other Images, having a Frontlet of Cloth of Gold with Scriptures, and a Linnen Cloth affixed to the same.

Item, Another Cloth of Gold having in the midst the Coronation of our Lady, with many Angels on every side with Organs and Trumpets, and Apostles, and many other divers Images, with a Frontlet powdred with Crosses of Gold.

Item, A White Cloth of Damask broidered with Flowers of Gold, having an Image of the Assumption of our Lady in the midst, with this Scripture at her Foot, Ex dono Johannis Crosby Thesaurarii Lincoln, with an Image of St. John Baptist on the right hand, and an Image of St. Katherine, on the left hand, with one Linnen Cloth affixed to the same.

Item, One Cloth of Black Velvet with a Fringe, imbroidred with Flowers of Silk and Gold, having in the midst a Pane of Green Satten, and in the same a Picture of Christ on the Cross, and Mary, and John, with a Canvas Cloth affixed to the same.

Item, A Cloth of Red Silk with Birds of Gold, and one old Linnen Cloth affixed to the same.

Item, A Cloth of White Sarsnet with a Fringe full of Drops of Red Silk, having a Cross in the midst of Red Silk, with a Canvas Cloth sowed to the same.

Item, A White stained Cloth of Damask Silk for the Sepulchre, with the Passion and Resurrection of our Lord.

Item, A Canopy of changable Silk to be borne over the Sacrament in Procession.

ECCLESIA
Cathedralis St. PAULI
Infra Civitatem LONDONIENSEM.

Quomodo, poſt Primam Chriſtianæ Religionis in Anglia *Plantationem, ſedes Epiſcopalis in Civitate* Londonienſi *orta eſt.*

Ex MS. quondam penès Decanum & Capit. S. Pauli Lond. fol. 12. a. (G.)

I. ANno ab Incarnatione Dom. Clxxxv ad inſtantiam *Lucii* Regis *Britanniæ* majoris, quæ nunc *Anglia* nuncupatur, miſſi fuerunt ab *Eleutherio* Papa ad Regem prædictum duo Doctores præcipui, *Faganus* & *Damianus*, ut Regem prædictum & populum ſibi ſubditum ad Chriſtianæ Fidei unitatem inclinarent, Templa, quæ variis & falſis diis dedicata fuerunt, ad honorem unius ſummi & veri Dei conſecrarent & diverſis ordinatorum cetibus ordinarent. Ipſi quippe viri, Sancto Spiritu veritatis edocti, tres ſedes Metropoliticas in tribus Nobilioribus tunc Regni *Britanniæ* Civitatibus, ad laudem & honorem unius & trini Dei ſtatuerunt, quibus Epiſcopatus plurimos ſubdiderunt: Prima ſedes *Londonienſis* erat, cui ſubmiſſa eſt *Loegria* & *Cornubia*, quas Provincias *Sabrina* à *Kambria*, id eſt, *Wallia* ſejungit. Secunda ſedes apud *Eboracum*, cui ſubmiſſa eſt *Deyra*, & *Albania*, id eſt, *Scotia*, quam magnum flumen *Humbriæ* à *Loegria* ſecernit. Tertia ſedes erat in urbe *Legionum*, cui ſubjacebat *Kambria*, quam *Sabrina* à *Loegria* ſejungit.

Prima itaque ſedes *Londonia* erat, quæ Metropoliticæ & Primatiæ dignitatis excellentiæ præeminebat per quadringentos decem & novem annos, donec beatus *Auguſtinus* à *Gregorio* Papa miſſus, Anno ab Incarnatione Domini DCIV. dignitatem Metropoliticam *Doroberniæ* transferret, poſtquam ſederat annis octo, ut antiquum vaticinium impleretur, dicens ſic; Tranſmutatio ſedium fiet, & dignitas *Londonienſis* adornabit *Doroberniam*: Tranſlata itaque ſede Metropolitica à beato *Auguſtino*, *Mellitus* primus * ſedit *Londonienſis* Epiſcopus, &c.

* *Videſis* Lelandi *collectanea (in Bibl.* Bodl.) *Vol. 3. p. 71.*

Literæ Gregorii *Pontificis*, Mellito *Abbati, de Idolis in* Anglia *deſtruendis, Fanis autem eorum in obſequium veri Dei commutandis.*

H. Hunt, l. 3. f. 185. a.

II. DIlectiſſimo Filio *Mellito* Abbati, *Gregorius* ſervus ſervorum Dei. Poſt diſceſſionem congregationis noſtræ quæ tecum eſt, valde ſumus ſuſpenſi redditi, quia nihil de proſperitate veſtri itineris audiſſe nos contigit. Cum ergo Dominus omnipotens vos ad Reverendiſſimum virum, fratrem noſtrum *Auguſtinum* Epiſcopum, perduxerit, dicite ei quid diu mecum de cauſa *Anglorum* cogitans tractavi, viz. Quia Fana Idolorum deſtrui in eadem gente minimè debeant, ſed ipſa, quæ in iis ſunt, idola deſtruantur, aquâ benedicta fiat, in iiſdem Fanis aſpergatur, Altaria conſtruantur, Reliquiæ componantur: Quia ſi Fana eadem bene conſtructa ſunt, neceſſe eſt ut à cultu Demonum in obſequium veri Dei debeant commutari, ut dum gens ipſa eadem Fana ſua non videt deſtrui, de corde errorem deponat, & Deum verum cognoſcens & adorans, ad loca quæ conſuevit familiarius currat. Et quia Boves ſolent in Sacrificio Demonum multos occidere, debet iis etiam hac de re aliqua ſolennitas immutari, & die Dedicationis, vel natalitiis Sanctorum Martyrum, quorum illic Reliquiæ ponuntur, Tabernacula ſibi circa eaſdem Eccleſias, quæ ex Fanis commutata ſunt, de ramis arborum faciant, & Religioſis conviviis ſolennitatem celebrent: Nec Diabolo jam animalia immolent, ſed ad laudem Dei in eſu ſuo animalia occidant, & donatori omnium de ſatietate ſua gratias referant: Et dum iis aliqua exterius gaudia reſervantur, ad interiora gaudia facilius conſentire valeant; nam duris mentibus ſimul omnia abſcindere impoſſibile eſſe non dubium eſt, quia & is, qui ſummum locum aſcendere nititur, gradibus vel paſſibus, non autem ſaltibus elevatur. Sic Iſraelitico populo in Ægypto Dominus ſiquidem innotuit; ſed tamen iis ſacrificiorum uſus, quæ Diabolo ſolebat exhibere in cultu proprio reſervavit; ut iis in ſuo ſacrificio animalia immolare præciperet, quatenus cor mutantes aliud de ſacrificio ammitterent, aliud retinerent; ut etſi ipſa eſſent animalia, quæ conſueverant immolare, vero tamen Deo hæc & non Idolis immolantes jam ſacrificia ipſa non eſſent. Hæc igitur dilectionem tuam prædicto fratri neceſſe eſt dicere, ut ipſe in præſenti illic poſitus perpendat qualiter omnia debeat diſpenſare. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime fili. Datum die xv. Kal. *Juliarum*; imperante Domino noſtro *Mauricio Tiberio*, piiſſimo Auguſto, Anno Nonodecimo; poſt conſulatum ejuſdem Domini noſtri Anno Octavo decimo, indictione quarta.

Quod Templum S. Pancratii *in Civitate* Dorobernenſi, *fuit in toto* Anglia *Primum quod a Beato* Auguſtino *dedicatum erat.*

III. ERat autem non longè ab ipſa Civitate (ſcil. *Dorobernia*) ad orientem, quaſi medio itinere inter Eccleſiam S. *Martini* & muros Civitatis, phanum ſive ydolum ſitum, ubi Rex *Ethelbertus* ſecundùm ritum gentis ſuæ ſolebat orare, & cum nobilibus ſuis, Demoniis & non Deo ſacrificare; quod phanum *Auguſtinus* ab inquinamentis & ſordibus Gentilium purgavit, *Hiſt. Anglor. Script. Col. 1760. n. 20.*

purgavit, & ſimulacro, quod in ea erat, confracto, Synagogam mutavit in Eccleſiam, & eam in nomine S. *Pancraſii* Martyris dedicavit. Et hæc eſt prima Eccleſia ab *Auguſtino* dedicata.

Carta Regis Æthelberti facta Eccleſiæ S. Pauli de Manerio de Tillingham.

Ex Cod. MS. penes Dec. & Cap. Eccl. Cath. S. Pauli Lond. (B) f. 20. a.

IV. IN Chriſti nomine, *Ethelbertus* Rex, Deo inſpirante, pro animæ ſuæ remedio dedit Epiſcopo *Mellito* terram quæ appellatur Tillingeham ad monaſterii ſui ſolatium, ſcilicet monaſterium S. *Pauli* Apoſtoli Doctoris gentium: Et ego Rex *Ethelbertus* ita firmiter concedo tibi præſuli *Mellito*, poteſtatem ejus habendi, & poſſidendi, ut in perpetuum in monaſterii utilitate permaneat. Si quis vero contradicere temptaverit hanc donationem, anathema & excommunicatus ſit ab omni ſocietate Chriſtiana, uſque ad ſatisfactionem: Qua de re, ego Epiſcopus *Mellitus*, una cum Rege *Ethelberto*, *Hunfredum* Epiſcopum ſubſcribere rogavi. Signum manus *Hunfridi* Epiſcopi ✠. Signum manus *Letharii* Epiſcopi ✠. Signum manus *Abbanæ* ✠. Signum manus *Ethelwaldi* ✠. Signum manus *Æſpinæ*, & aliorum multorum.

Confirmatio donationum Eccleſiæ S. Pauli, per Agathonem Rom. Pontificem, cum licentia elegendi Epiſcopum.

Ex alio Cod. MS. Præf. Dec. & Cap. (A) f. 39. a.

V. Dilectiſſimo nobis *Erkenwaldo* Epiſcopo monaſterii S. *Pauli*, *Agatho* Papa ſervus ſervorum Dei. Quæ ad ſecuritatem & refugium fideliter Deo ſervientium pertinent, ſollerti curâ ſpeculatoris oportet perſpicere vigilantiam, ut dum immunitati devotè Deo ſervire cupientium proſpexerit, plurimos ad bonæ converſationis indolem provocet. Rogas pro hoc privilegio, ex Apoſtolica auctoritate conceſſo, ſub tuitionem hujus ac regulam perhenniter conſervari: Hujus poſtulationis probabilem ac ſpiritualem judicantes intentum, quod etiam maximos præſules & doctores Eccleſiæ feciſſe meminimus, ſtatuimus atque decernimus venerabile monaſterium in *Londonia* civitate, quod dedicatum eſt in nomine S. *Pauli* Apoſtoli, gentium doctoris, cujus divina dignatio prece nos voluit, ita viz. ut nichil de rebus Eccleſiæ, vel materiis, in ejus nomine oblatis, ac conſecratis, à jure venerabilis monaſterii à tua reverentia ſubtrahatur. Hic pacifico tempore à Deo conceſſo, qui ad Epiſcopatus miniſterium delatus fuerit ſe ipſum Apoſtolicis repreſentet obtutibus, ut ex hoc illibatam firmitatem obtineat. Si verò Presbyterum ob Miſſarum ſolempnia ſibi propoſuerint conſecrari, dum verò ad percipiendam laborum viciſſitudinem de hoc migraverit à ſeculo, elegendi Epiſcopum licentiam ſoli congregationi ejuſdem venerabilis Monaſterii, concedimus. Si quis verò hanc libertatem augere voluerit, adaugeat omnipotens Deus ſibi longevam in hoc ſeculo vitam; & poſt finem iſtius vitæ cœleſtis regni jocunditatem: Si quis vero, quod non optamus hujus decreti ſyneraſam infringere temptaverit, aut aliter quam à nobis ſtatutum eſt mutare ſtuduerit, ſit à conſortio Chriſti & Eccleſiæ, & à collegio omnium Sanctorum in hoc, & in futuro ſeculo ſegregatus.

Vita S. Erkenwaldi, Lundoniæ Epiſcopi.

Ex Cod. MS. in Bibl. Cotton. (Claudius A.) 5. p. 135.

VI. POſt Paſſionem & Reſurrectionem dominicam, cum Catholica fides per orbem terrarum diffuſa eſſet, atque per ſuos athletas Dominus ſparſim ſemina vitæ erogaſſet; ſicut *Davitici* canitur in hympnis, in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Tandem ad uſque cœli culmen erecta *Britanniæ* occidentalis advolârunt partibus, per beatum *Auguſtinum* à *Gregorio* Papa miſſum, qui primus tramitem tutè docendo in *Dorobernenſis* Eccleſiæ ſede, quaſi ſolis radius fulgere cepit: *Mellitum* igitur ſancti certaminis commilitonem, partibus *Orientalium Saxonum*, à *Cantia* deſtinavit; quorum metropolis civitas *Lundoniæ* ſuper flumen *Tamenſe* poſita eſt; in qua *Ethelbertus* Rex, in honorem Doctoris gentium *Pauli* Eccleſiam conſtruxit, ubi *Mellitus* prædictus Pontificali fungeretur officio. Igitur ad doctrinam *Melliti* Epiſcopi, puerulus quidem, *Erkenwaldus* nomine, concurrebat, ætate parvus, ſed mente maturus. Inter multa itaque alia legitur in hyſtoria *Anglorum*, vita ejus vel converſatio fuiſſe tam ſanctiſſima, ut in interiore homine divicias gloriæ perſcrutatus, caduca vel ſecularia cuncta poſtponeret.

Habebat autem germanam *Adleburgam* nomine; quam ita diſciplinis cœleſtibus inflammaverat, ut ipſa virgo vitâ & moribus, & converſatione ſanctiſſimâ, per omnia Deo placere ſatageret. Prædictus etenim vir Domini *Erkenwaldus* ætate temporum & probitate morum roboratus, potiùs elegit ſolitaria antra, quàm popularibus intereſſe curis: Nam duo præclara Monaſteria; unum ſibi, alterum ſorori ſuæ conſtruxerat, quod utrumque regularibus diſciplinis optimè inſtituerat. Sibi quidem in regione *Sutheriæ*, juxta fluvium *Tamenſem* in loco qui vocatur *Cerotefeya*, ſorori autem in *Orientalium Saxonum* provincia, in loco qui vocatur *Berchingum*, ubi & conſtituta eſt mater animarum.

Contigit autem ut Epiſcopus *Lundonicæ* ſedis, *Cedde* vocabulo, migravit ad Dominum, & univerſæ plebis vir Dei *Erkenwaldus*, in Cathedra Pontificali ſublimatus eſt: Popularibus igitur pompis abrenuntiatis, quicquid ſermone docebat, operum exhibitione implere curabat: Erat enim ſapientiâ perfectus, ſermone modeſtus, pervigil in orationibus, corpore caſtus, lectioni deditus, caritatis radice plantatus. Poſt multa ſiquidem imminentis vitæ certamina, Sanctus vir, artubus corporis cepit infirmari: Præcepit verò Feretrum caballarium præparari, quo portaretur per vicos & civitates, verbum Domini prædicando; unde fertur per multa tempora, hoc ſervatum eſſe à Diſcipulis, atque plurimi, qualicunque dolore gravati eſſent, mox eo tacto atque deoſculato, ab infirmitate libera-

bantur: Verùm etiam haſtulæ ab eo abſciſſæ, & ad ægrotos allatæ, citam eis ſalutem parabant: Advenit ergo tempus, quo talentum pretioſum cœleſti ſacrario conderetur, & pii patris manipuli ad hurreum dominicale reportarentur.

Quadam verò die, verbi Dei pabula, commiſſo ſibi gregi, miniſtraturus, dum duarum rotarum ferretur vehiculo, infirmitate præpediente, vel ſenio, contigit ut altera rotarum ſemitis difficultate axem relinqueret, & ibidem ſociâ relictâ remaneret. Cumque diu rota reliqua, ſola officii ſui curſum continuaret; ignorabant enim qui aderant, ſubitò currus ex altera parte vacuus ſuſtentamine cernitur; cujus tamen curſus uſu novo, imò inſolito, mirabiliter perficitur. O Deus mirabilis per omnia; laudabilis ſuper omnia, cui bruta ſunt obnoxia inſenſatâ obedientiâ: Sed quoniam vir ſanctus hujus vitæ laudem fugiebat; dum æternæ beatitudinis fructum appetebat, remunerator cœleſtis, ſervi ſui compenſans merita, de valle lacrimarum, & hujus vitæ miſeriâ vocat eum ad regna cœleſtia: Quod ubi vir ſanctæ converſationis agnovit, vocationem ſuam ſecretis ſuis familiaribus immirere prædixit.

Beatus verò pater *Erchenwaldus*, cum Dei diſpoſitione *Berchingum* veniret, infirmitate gravi corripitur, quâ vitam temporalem finivit: Qui diſſolutionem ſui corporis imminere præneſcens, convocat filios ſuos, ac ſalubri admonitione omnes inſtruxit; ſuaque benedictione Deo commendavit; ſicque inter manus illorum ſpiritum exalavit: In cujus tranſitu, tam mirâ ſuaviſſimi odoris flagrantiâ, cellulam ubi ipſe jacebat implevit, ac ſi ipſa domus tota perfunderetur balſamo.

Audientes verò Canonici *Lundoniæ*, & monachi *Certeſeyæ*, ſanctum Dei virum, ſcilicet de hoc mundo tranſiſſe, illuc confeſtim venerunt, ut ſecum corpus inde tollerent. Quod videntes ſanctimoniales, illos ſcilicet ſancti viri corpus inde velle transferre, conſtanter reſtituerunt, affirmantes digniſſimè illic ſanctum corpus humandum, quia Fundator ac pater loci ipſius extiterat; & de hac cauſa corpus ejus habere volebant. E contrario, Monachi *Certeſeye* reſponderunt, dicentes; nobis extitit Abbas, noſter erit jam defunctus, & ideo huc venimus, ut ejus corpus nobiſcum hinc tollamus: Scimus enim eum veſtram Eccleſiam fundaviſſe; ſed tamen priùs noſtri cœnobii Fundator extitit; inſuper & nos ibi conſtituit, ac deinde Abbas noſter, Deo volente, factus eſt. Tum verò clerus ac populus urbis *Lundoniæ*, indignantes de tali certamine, ex abrupto ad utroſque reſponderunt, dicentes; fruſtrà contenditis, quia nec vos illum habebitis, nec juſtum eſt ut eum habeatis: Verùm ſi mos antiquitùs ſervatur inſtitutus, in urbe, quâ præſul ordinatus eſt, imò de urbe *Romulea* deſtinatus, Deo jubente Sepulchrum habebit.

Interea, dum hæc dicerentur, plebs certatim accurrit *Lundoniæ*, ac Deo annuente ſui pontificis corpus inde ſecum ſuſtulere. Condolentes verò monachi, verùm etiam & ſanctimoniales, de beati viri corpore ſibi ſublato, plorando, beati viri corpus perſequuntur ejulantes. Exeuntibus illis de cœnobio, facta eſt tempeſtas maxima, videlicet de pluvia & vento ad declarandum viri meritum, ita ut vix aliquis ſufferre poſſet: Nec mirum fuit ſi cerei ardentes, qui circa beati viri corpus erant appoſiti, in tali tempeſtate fuiſſent extincti. Sequentes igitur ſanctiſſimum corpus in hujuſmodi tempeſtate, ad fluvium uſque venerunt, nomine † *Hyla*, * *Vulg. Lee.* ubi ſine dubio tranſire putabant: Sed cum illuc veniſſent, invenerunt ipſum fluvium, de ſeipſo tam magnum atque profundum, qui de ſilvaticis fluviis ita creviſſe ac ſuperhabundâſſe, ut ſi quis hunc tranſire voluiſſet, nullo modo abſque navis adminiculo tranſire potuiſſet: Semita nuſquam ibi inveniebatur aliqua: Navis etiam nulla vel pons ibi aderat, per quem aliquis ultra ire poſſet. Cumque monachi ſimul & ſanctimoniales, hoc vidiſſent, exclamaverunt, dicentes; *Eya, Eya, nunc apparet injuria quam nobis intuliſtis de ſanctiſſimi viri corpore.* Dicunt etiam & ſanctimoniales; *verè per hanc nimiam aquæ inundationem demonſtrat hic Dominus, quo in loco ipſe diſpoſuerat ut requiëſcat vir iſte tumulandus. Quarè vobis ſummopere curandum eſt, ut ab iſto veſtro propoſito citiſſimè redeatis, & corpus ad locum, ſibi à Deo deſtinatum, referatis, ne propter importunitatem & concupiſcentiam veſtram, deum offendentes, & incomparabile dampnum incurratis: Nam idcirco ad nos illum adhuc in carne viventem, atque multis nos exhortationibus ſpiritualiter corroborantem miſit Dominus Deus, ut nos ſaltem poſt ejus tranſitum celeberrimum, atque ſanctiſſimum ejus corpus haberemus. Sed vos quidem Deum nil metuentes, cum ſummâ violentiâ loca noſtra, veluti pervaſores crudeliter introîſtis; & ut lupi famelici caulas gregum irrumpentes, querendo, rapiendo, laniando quoſcunque invenire poſſent, inventaſque devorando conſumunt; & hic ſæviendo & minitando nos invaſiſtis; inſuper & baſilicam noſtram de tali ac tanto viro exſpoliaſtis: Quamobrem judicet Deus omnipotens inter nos & vos.*

Audientes verò hoc cives Lundoniæ, *reſponderunt è contrà, tali effamine: Diu quidem quod ſatis patienter opprobria & convitia veſtra ſuſtinuimus, nihil vobis è contrà objicientes; ſed unum pro certo habeatis, & ne diutiùs credere differatis; quia nec vos, ut ſupra diximus eum habebitis; nec nos unquam à propoſito noſtro alicujus metu flecti videbitis, neque dampnum aliquod inde nobis evenire gaudebitis. Adhuc autem volumus, & vos ſcire nos non quaſi lupos, ſed ſicut viros fortes & ſtrenuos per medias acies bellatorum, non ſegniter irrumpere, & verumetiam urbes munitiſſimas armis & gentibus debellare, ſubruere atque ſubvertere, antequam Dei ſervum & patronum noſtrum amittamus: Quia certè per eum nos & omnis populus Lundonienſis, cum omnibus ſuis provincialibus, inſuper & Eccleſia Metropolitana, quam ipſe juſtè & ſanctè longo rexit tempore, Deo miſerante, ipſoque patrocinante, ab inimicorum noſtrorum inſidiis præſentibus ſcilicet & futuris, credimus & confidimus potenter nos eripi atque ſalvari: Ideoque & nos ipſi volumus ut de tali patrono corroboretur & honoretur tam glorioſa civitas, taliſque conventus.*

In-

Interea, cum universa multitudo tumultuare-tur pro thesauro sacro sancti corporis obtinendo, quidam vir religiosus & eruditus, in disciplinatu ipsius Pontificis, sancto spiritu plenus, in eminentem locum ascendit & hujuscemodi sermonem, facto silentio, exorsus est. *Voluntas vestra laudabilis est, ac omnipotenti Deo acceptibilis*; videlicet *quod gubernatorem animarum vestrarum, penes vos habere nitimini: Cæterum nimis à regula veritatis exorbitatis, qui hoc sanctum opus simultate ac odio aggredimini: Scriptum est enim, quoniam caritas legis est plenitudo, & qui in uno offendit id est in caritate, omnium reus est: Si vos ergo istis discordes ac rixantes, quomodo Deus holocaustomata precum vestrarum suscipiet, cum ipsum offenderitis: Quippe, sicut sacra pagina testatur, Deus caritas est; quapropter unitatem caritatis unanimes servate, & flexis genibus creatorem universitatis implorate, quatinus revelare dignetur, ubi reliquias sui pretiosi Confessoris, nostrique patroni collocari velit.*

Huic exhortatoriæ prædicationi omnes assensum voluntariè adhibuerunt; Clerus Letaniam & Psalmodiam gemebundus præcinnivit; turba verò utriusque sexus pusilli & majores se in terram prostraverunt, & gemitibus ac lacrymis Dei misericordiam imploraverunt, ut indicio alicujus signi tantam litem & seditionem divinitùs dirimeret, ut *Psalmista* perhibet: Propè est dominus omnibus invocantibus eum in veritate, & deprecationem eorum exaudiet: Nam dum proni orationibus unanimiter insudarent, unda fluminis se divisit, & vestigiis illorum siccum iter præbuit, uti quondam fluenta *Jordanis* siccata sunt, cum filii *Israel* terram promissionis ingrederentur, vel cum *Helias* in carne in requiem intronizandus, siccis pedibus transmeavit. Quod cum vidissent jubilantes & Deum glorificantes, elevato Feretro cum magnâ reverentiâ & concordiâ transierunt, & usque ad flumen quod nuncupatur *Stratford*, iter fecerunt.

Hic statuerunt paulisper pausare, quoniam locus amœnus erat, viriditate florigerâ vestitus, donec plebs aliquantisper præcederet: En iteratò Deus glorioſus in Sanctis suis, miraculum ostendit nequequàm prætereundum: Etenim dum nimbosa tempestas sopita esset, & pluviosæ nubes rarescerent ac decrescerent, ac Solis radii rutilantes calorem generarent, cerei circa libitinam cælitus illuminati sunt: Quæsitum est ilico quisnamue ministerium ignis adhibuisset: Cum verò cognovissent divinâ potentiâ actum esse, multò magis tripudiantes & exultantes, Domini majestatem collaudaverunt & glorificaverunt; & consurgentes ad civitatem *Lundonienſem* tetenderunt. Cum autem didicissent, qui erant in civitate, adventum sancti Præsulis, & exierunt obviam ei cum hymnis & canticis enarrabiliter colletantes, quod locus suus exequiis tam venerandi pastoris sublimatus sit. Quotquot autem gestatorium sancti viri tetegerunt, à quacunque infirmitate vexabantur, liberati sunt; & cotidiè ad tumbam ejus sanitas ægrotis, recto corde petentibus, exhibetur, & prostrante Domino nostro Jesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Carta Regis Athelstani *de terris apud* Sandon, Rode, Ardeleage, Luffenhale, Bylcham, Wicham, Tidwoldintunæ, Rumwelle, Eadulfesnesse, Draitune, Berne, Neosdune, & Willesdone.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi salvatoris, ea quæ secundùm legem salubriter diffiniuntur, licèt solus sermo sufficeret, tamen pro evitanda futuri temporis ambiguitate, fidelissimis scripturis & documentis sunt commendanda: Quamobrem ego *Athelstanus* Rex *Anglorum*, pro æternæ retributionis spe, & relaxatione peccatorum meorum, ad laudem domini nominis, & ad honorem S. *Pauli* Apostoli, & gentium Doctoris, regali auctoritate renovavi atque restauravi libertatem ad Monasterium ipsius statutum in *Londonia* civitate ubi diu Sanctus *Erkenwaldus* Episcopatum tenuit; qui etiam propensius in monasterii studens proficuo, illud privilegium quod hactenus in præfato habetur monasterio in *Romulea* urbe petebat; aliaque quam plurima privilegia, quæ nostri antecessores pro redemptione animarum suarum, & pro cœlestis regni desiderio constituerunt, in illo monasterio scripta continentur. Hæc est interim illa libertas, quam ut perpetualiter in sæpedicto monasterio permaneat, animo libenti constituo, id est, decem mansas ad *Sandonam*, cum Rode; & octo ad * Ardeleage cum Luffenhaele; & decem ad Bylcham, cum Wicham; & octo ad Tinwoldittune*; & duodecem ad Rumwella; & triginta de Eadulfesnesa; & decem ad Draitune; & octo ad Berne; & decem ad Neosdune, cum Welledune. Hanc ergo libertatem pro petitione & ammonitione venerabilis Episcopi *Theodorici*, qui tunc temporis eidem Monasterio præfuit, placabilimentis devotione, dictare, scribere, commendare procuravi. Si quis verò, quod non optamus, hujus decreti adversitatem infringere temptaverit, aut aliter quàm à nobis statutum, mutare præsumpserit, sit à consortio Domini nostri Jesu Christi segregatus, & cum lupis rapacibus ponatur, & ejus ligaturis se constrictum sciat, cui Christus claves cœlestis regni commendans, ait, *Tues Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cœlorum; & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis.*

Denique adhuc, pro ampliori firmitatis testamento omnimodo præcipimus, atque præcipiendo obsecramus, ut maneat ista libertas insolubiliter ab omni seculari servitio, cum omnibus per circuitum ad se ritè pertinentibus, campis, pratis, pascuis, silvis, rivulis; tribus exceptis, Expeditione, Pontis, Arcisque constructione, & Exercitu. Idcirco verò hujus donationis munificentiam, tam firmiter atque immobiliter imperamus, quia per hoc à Domino cœlestem beatitudinem accipere speramus; illo annuente cui est honor, & potestas, &

Ex Præf. Cod. MS. (B) fol. 20. a.

* *Modò* Yeardley.

* *Nunc* Heybridge.

& imperium per infinita ſeculorum ſecula. Deinde hujus decreti conſentiens, teſtis fuit *Adelgarus* Archi-præſul, & *Oskitel* Metropolitanus *Eburacenſis* Eccleſiæ; & *Æfſtanus Lundonienſis* Epiſcopus, & *Adulf Herefordenſis* Baſilicæ Epiſcopus, & *Ælfere* Dux, & *Brithnoth* Dux; & *Ælfric* Abbas, & *Ælſtan* Abbas, & alii multi.

Alia Carta ejuſdem Regis Adelſtani Saxonice.

* *Ibid.* VII. B. ON þam halgan naman uſer halendes * Criſtes re þe uſ gerceop þa þa he ſylfe næron ⁊ uſ eft alyſde mid hiſ agenum life þa þa ſondone pæron þurh þaes deofles lape ⁊ mid ealle forſcylgde into þam ecan ſurle, ac hiſ mycele arfæſtneſſe un alyſde of ðam. Nu ic Æðelſtan cyning ofer Engla þeode cyðe minum ſitum ⁊ on þiſum gepritе mid ſondum afæſtnige ꝥ ic ille ſniggen ealle þa lande ape into S. Paules mynſtre ⁊ þæneto gefetan þyſne ſnivilege ꝥ ſy ſyndeplic ſneolſ S. Paul to lofe, þan halgan Apoſtle þe þeoſ ſtop ahaling minre ſaule to alyſednefſe ⁊ mine synnan to forgifenefſe be þam þe Sybba cyng hit æfest gefneode ⁊ fe halga Erkenpold ⁊ hig begen þæſto gebugen mid ealle Gode geþeoþde ⁊ þa ſtope ge godeden ⁊ fe mæſſe Biſcop S. Erkenpold þæne ſneolſ gefette on Romebirig þe on þiſſe Capitan ir appiten ⁊ maneга oþre ſneolſaſ henon gepriten ſyndon þe mine forgengan gefettyn-heopa ſaule to alyſnefſe. Se þe þyſne ſneolſ geeancnige God hiſ lief hefon life ⁊ him heofona ricef myncþe ſylle þonne he heonon ſapan ſceole. Se þe þænne þa ape þænce to þeofigenne oððre on oððre piſon to apadenne on oðre hit hef befonen appiten ir, ſy hiſ lif hef gelittles. And þenne he heonon ſapan ſceole, ſig a hiſ punung on helle grund; but on he hit hef æfter hiſ ænde þef tiþelicop gebete wið þæne ecan God þe ah ealna þinga gepealð. ſonþi þe ſpa fæſtlice þyſne ſneolſ bebeoðað ꝥ þe ſpa moten eft ealle æt gaðepe heofonan richef myndþe habban mid þam ecan Gode þe ah ealna þinge gepealð. Amen.

Eadem Carta Latine.

IN Sancto nomine noſtri Servatoris Chriſti, qui nos creavit, quando noſmet ipſi non eramus, & nos redemit cum ſua propria vita, quando perditi fuimus ex Diaboli doctrina, & penitùs damnati in æternum ſulphur: Sed ejus magna clementia nos liberavit ab eo. Nunc ego *Athelſtanus* Rex ſuper Anglicam gentem, notum facio meis ſapientibus, & in hoc ſcripto verbis confirmo; quod liberabo omnem terram ad S. *Pauli* Monaſterium (ſpectantem:) Et inſuper conſtituam iſtud privilegium; hoc eſt, ſingularem immunitatem, in laudem S. *Pauli*, illius Sancti Apoſtoli, cui hic locus eſt ſacratus; in animæ meæ redemptionem, & peccatorum meorum remiſſionem, ſecundùm quod *Sebba* Rex eundem (locum) primo liberavit, & S. *Erkenwaldus*; quorum ambo eò ſe contulerunt, omnino Deo inſervierunt, & illum locum locupletârunt, magnuſque ille Epiſcopus S. *Erkenwaldus*, illud Privilegium impetravit Romæ, quod in hac Charta ſcribitur: Et plura alia Privilegia hic inſcribuntur, quæ mei prædeceſſores irrogârunt in animarum ſuarum redemptionem. Qui hoc Privilegium adauxerit, Deus ejus vitam in hoc mundo (conſervet) & ei cœlorum regni gaudia concedat, quando hinc deceſſerit. Qui verò quid illinc abſtulerit, ſive in alium uſum converterit, aliter (ſcilicet) quàm hîc ſupraſcriptum eſt; ſit ejus vita hîc decurtata; & quando hinc deceſſerit, ſemper ſit ejus habitatio in Inferni fundo, niſi id hîc ante finem ſuum diligentiùs compenſet apud æternum Deum, qui omnium rerum habet poteſtatem. Idcirco tam firmiter hoc privilegium (obſervari) præcipimus, ut ita nos omnes denuo poſſimus ſimul cœlorum regni gaudia aſſequi cûm æterno Deo, qui omnium rerum habet poteſtatem. Amen.

Carta Regis Eadgari *de Manerio de* Naſtoke.

VIII. IN nomine Dei ſummi, ipſoque imperpetuum domino noſtro Jeſu Chriſto regnante, ac diſponente ubique omnia ſceptra quoque regalia temporaliter gubernanda diſtribuerit, accommodaverit cui vult; unde ego *Eadgarus* Rex, rogatus quidem ab Epiſcopo meo *Deorwlfo*, & principe meo *Ældredo*, ut aliquam partem terræ liberam darem imperpetuum in monaſterium S. *Pauli* Apoſtoli Doctoris gentium, id eſt, xv Manſiones in loco qui vocatur Naſtinſtock, & michi, cum lato digno pretio, id eſt, lx Mancas in auro puriſſimo. Et nunc ego *Eadgarus* Rex, cum conſilio atque conſenſu Epiſcoporum meorum, & ſapientum meorum, præcipio in Dei omnipotentis nomine, ut hæc ſupradicta terra ſit liberata ab omni tributo regali, vectigali, ſive notis, ſive ignotis, majoris vel minoris, quamdiu Chriſtiana fides in terris ſervatur. Si quis hanc benedictionem largitatis augere Deo voluerit, ſua bona in cœleſti regno augeantur, & multiplicentur: Et qui hanc donationem meam temptaverit frangere, aut diminuere, anathema ſit marenata in die Judicii ante tribunal Chriſti, niſi ante cum ſatisfactione emendaverit. Actum eſt hoc Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Dcccclxvii, indictione xv ✠ Ego *Eadgarus* Rex, hanc Cartulam ſigno S. Crucis Chriſti corroboravi & confirmavi, conſentiens, & ſubſcripſi; & cæteros teſtes idoneos ut ad ipſum agerent adhibui, quorum nomina infraſcripta ſunt. Ego *Odo* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi, ✠ Ego *Wulfhere* Dux, ✠ Ego *Beorhtwlf* Dux, ✠ Ego *Brihtwald* Dux, ✠ Ego *Ealhferd* Epiſcopus conſenſi & ſubcripſi, ✠ Ego *Mucel* Dux, ✠ *Eaſtmund* Dux, ✠ Ego *Eadmund* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Adelwulf*

Ibid. fol. 20. *b.*

wulf Dux, *Ælfred* Dux, *Ælfstan* Dux, *Wulfred* Dux, *Werfred* Dux. *Garwlf* Minister, *Ealheard* Abb. *Æthelward* Pr. *Æcbert* Minister, *Wulfhelm* Minister, *Ædelstan* Pr. *Ægfrid* Minister, *Acca* Minister, *Æla* Minister, *Wynsie* Minister, *Ælfred* Minister.

Carta Reginæ Egelfledæ, *uxoris* Edgari *Regis, de quatuor hidis terræ apud* Lagefare, *& duabus apud* Cochamstede, *Saxonice.*

IX. Hiɔ ꝛpuꞇelaꝺ on ꝺam cpiꝺe ꝺe Ægelfleꝺ ꝛecpeꝺon hæfꝺ Goꝺ ꝛo lofe ⁊ hire ꝛaule ꝛo ꝺenne ⁊ hire hlafonꝺeꝛ, ꝺ ir ꝺonne ꝺa ꝛceopen hiꝺa landeꝛ æꞇ Lageꝛfaꝛe ⁊ ꞇpa hiꝺa æꞇ Cochamꝛꞇeꝺe, he hy ǥeaꝺ ꝛon hire ꝛaule ⁊ ꝛon hire hlafonꝺeꝛ into S. Pauleꝛ mynꝛꞇne on Lunꝺene ꝺan ǥeꝺiꞇo ꝺpaꝺ ꝛo biǥleoꝛan ꝺam he ꝺæꝛ ꝺæghamlice Goꝺe ꝺenia ꝺ be ꝺeꝛ Cynǥeꝛ ꝛulle ǥeleuen ꝼ ꝺelpeꝺeꝛ on ꝺena manna ǥemenneꝛꝛe ꝺe heona naman hen ꝛꞇanda ꝺ, ꝺ ir ꝺonne Ægelno ꝺ apcebiꝛcop ⁊ Wulꝼꞇan apcebiꝛcop ⁊ Ælꝼun biꝛcop on Lunꝺene ⁊ Ælꝛine abboꞇ ⁊ Wiǥaꝛꝺ abboꞇ ⁊ Ælꝛi abboꞇ on Coppaꝛonꝺe ⁊ Ælꝛene ealꝺoꝛman ⁊ Bꝛiꞇhnoꝺ ealꝺoꝛman ⁊ Æꝺꝛic ælꝺoꝛman ⁊ Ælꝼige Cynǥeꝛ þegn ⁊ Uꝛǥeaꝛ Scipeman ⁊ Fnena cynǥeꝛ þegn ⁊ ꝛꝛa þꝛic man ꝛꝛa ꝺiꝛne cpiꝺe apenꝺe ꝛý he Juꝺaꝛ ǥeꝛene ꝺe ujne ꝺpihꞇen belepꝺe en helle piꝺe.

Id est.

HIc patet in hac (donationis) Charta, quod *Egelfleda* concessit in Dei laudem, & animæ suæ subsidium, & Domini sui, hoc est, quatuor hidas terræ apud *Lagefaram*, & duas hidas apud *Cochamstedam*, quas concessit ipsa pro anima sua & Domini sui, S. *Pauli* Monasterio *Londini*, fratrum in victum ibidem quotidiè Deo servientium, cum plena Regis licentia, *Ethelredi*: (scilicet) Adhibito virorum illorum testimonio, quorum nomina hic subsunt, id est, *Egelnothi* Archiepiscopi, & *Wulstani* Archiepiscopi, & *Alfuni* Episcopi *Londinensis*, & *Ælfrici* Abbatis, & *Wigardi* Abbatis, & *Elfsii* Abbatis *Cowwafordensis*, & *Ælferi* Aldermanni, & *Brithnothi* Aldermanni, & *Ædrici* Aldermanni, & *Ælfsigii* Regis *Thani* (vel Ministri) & *Ufegeati* Præpositi, & *Frænæ* Regis *Thani*. Et quicunque hanc Chartam violaverit, sit ipse *Judæ* socius, qui Dominum nostrum prodidit, in Inferni supplicio.

Carta Regis Æthelredi, *Patris sancti Regis* Edwardi, *Donationem* Ægelfledæ *Reginæ confirmans.*

lb. fol. 21. *a*. X. A. IN nomine domini & salvatoris nostri Jesu Christi, ego *Edelredus* Dei Gratia *Anglorum* Basileus, notifico vobis fidelibus, meisque amicis, quod *Egelfled*, meo concessu, duas de possessione sua terras, Deo ad laudem, sibique post discessum ad salutem, beatissimo, atque Doctori gentium *Paulo*, ejusque Ecclesiæ fratribus, die noctuque famulantibus, cum summa devotione obtulit; quarum hæc sunt nomina, **Lagefare** cum quatuor mansis, & **Cochamstede** cum duabus mansis. Hanc vero donationem perpetuam esse concessimus, & si aliquis eam in aliud quàm constituimus transferre voluerit, cum *Juda*, qui dominum tradidit, pœnas luat, & inde nequaquam possit eximi, nisi ad satisfactionem venerit. Hujus autem donationis sunt testes isti idonei, *Ægelnothus Cantuariæ* Archiepiscopus, *Wolfstanus Eboracensis* Archiepiscopus, *Aelfunus Londoniensis* Episcopus, & *Ælfricus* Abbas, & *Ælfredus* Dux, & *Brithnodus* Dux, & *Ædricus* Dux, & *Ælfsius* Satrapa Regis, & *Frena* Satrapa Regis: Et *Hargodus* Presbyter, & *Ælfricus* Diaconus, & *Wulfricus* Presbyter.

Alia Confirmationis Carta Præfati Regis Æthelredi, *de terris a se, vel a Prædecessoribus suis, Collatis.*

X. B. EGo *Æthelredus* Rex, una cum *Emma* Regina, & cum principibus meis, coram conventu Dei sacerdotum, reverendissimo scilicet antistiti *Ælfstano*, terras Monasterii Beati *Pauli* Apostoli, quas à prædecessoribus meis, sive à me donatas, seu à regibus gentium exterarum, seu a principibus, seu à quibuslibet hominibus sub confirmationis testimonio, omnes perpetualiter possidendas, contuli; quatinus michi criminum meorum flagitia à domino venia relaxetur, & confusiones scandalorum scissnata, simultatumque dehinc aboletur; & ut firmius hæc donationis cartula roboretur; etiam præsentibus Ducibus, Comitibus, omnique ordine sacerdotali vexillum sanctæ crucis manu propriâ infixi, & testes idoneos ad scribendum eadem signi impressione dignum curavi, quorum numerus & nomina subter adnexis figuris agnoscuntur. Si quis verò, quod absit, tyrannicâ potestate fretus, aut fastu superbiæ tumidus, contra hoc Decretum, à me confirmatum, in magno seu in modico nocere aut irrita facere temptaverit, noverit se, judicante Domino vivos ac mortuos gehennæ suppliciis missus, perpetuasque luere pœnas. ✠ Valete.

Carta Cnudi *Regis Danorum & Anglorum, donationes Ecclesiæ, S.* Pauli *confirmans.*

XI. A. IN nomine Domini Dei salvatoris nostri Jesu Christi, ego *Cnudus, Anglorum* Rex, concedo tibi *Ælfwino* Episcopo, pro meæ animæ remedio, sciens michi in futuro prodesse seculo, quicquid in præsenti vita largitus fuero, omnes terras juris mei, vel antecessorum meorum, ad augmentum monasterii beati *Pauli* Apostoli, gentium Doctoris, quod positum est in civitate *Londoniæ*, omnes has terras consentiens confirmavi, testantibus Episcopis & Comitibus, *lb. fol.* 20. *b.*

Comitibus, & iſtius terræ principibus. Si quis verò harum terrarum condonationem contradicere præſumpſerit, à paradiſiaco conſortio exul exiſtat. Amen.

Alia Carta ejuſdem Regis Canuti *de quibuſdam immunitatibus eidem Eccleſiæ per ipſum conceſſis, Saxonice.*

XI. B. IC Cnuð cyng gpete mine Biſcopeſ ⁊ mine Eorleſ ⁊ calle mine þegenaſ on ðan Scipan ðæp mine ppeoſtaſ on S. Pauleſ mynſtpe habbað land inne ƿeondlice ⁊ ic cipe eop þ ic pille þ hig beon heopa ſaca hepe ⁊ ſocna peopðe, tolleſ ⁊ teameſ binnan tið ⁊ buton tið ⁊ ƿa full ⁊ ƿa ſopþ ƿa hig hæfðon on ænigeſ cyngeſ dæge þyſmeſt on ællan ðingan, binnan buph ⁊ butan. And ic nelle geþafian þ nan man æt ænigum þingan heom miſbeode. And þyſeſ iſ to gepitneſſe Ægelnoð arcebiſcop ⁊ Ælfric arcebiſcop ⁊ Ælfi biſcop ⁊ Ælfƿine biſcop ⁊ Duduce biſcop ⁊ Godƿine eorl ⁊ Leofric eorl ⁊ Oſgod clape ⁊ þoneð ⁊ oþre genoge. God hine arcoſge þe þiſ aræne.

Id eſt.

EGo *Canutus* Rex ſaluto meos Epiſcopos, & meos Comites, omneſque meos Thanos (vel Miniſtros) in eis Comitatibus in quibus mei Sacerdotes in S. *Pauli* Monaſterio habent terram amicè. Et ego vobis notum facio, quod volo ut ipſi ſint eorum *Sacæ* & *Socnæ*, *Theolonei* etiam & *Teami* (privilegiorum ſcilicet & jurium ſic appellatorum) digni intra tempus & extra tempus; adeoque plenè & eatenus ſicut ipſi habuerint in alicujus Regis diebus, quando ſtatus eorum fuit optimus, in omnibus rebus intra Burgum & extra. Et ipſe non permittam, ut aliquis in aliquo eos vexet. Hujus autem ſunt in teſtimonium *Ægelnothus* Archiepiſc. & *Ælfricus* Archiepiſcopus, & *Ælfwius* Epiſcopus, & *Ælfwinus* Epiſcopus, & *Duducus* Epiſcopus, & *Godwinus* Comes, & *Leofricus* Comes, & *Oſgodus* Clawe, & *Thoredus*, & alii ſatis multi. Deus eis maledicat qui hoc violârint.

Carta Regis Edwardi Confeſſoris, *de octo manſis apud* Berlings, *& quinque apud* Cingeford.

Ibid. fol. 21. b.

XII. IN nomine Domini noſtri Jeſu Salvatoris, ea quæ legaliter, ſalubriterque determinantur, licèt ſolus ſufficeret ſermo, ad evitandum tamen temporis futuri ambiguitatem fideliſſimis ſcripturis & documentis ſacris ſunt commendanda. Quamobrem ego *Edwardus* Rex *Anglorum* pro æternæ retributionis ſpe, & relaxatione peccaminum meorum, ad laudem Regis æterni, & ad honorem S. *Pauli* Apoſtoli, gentium Doctoris, regali authoritate renovavi, atque reſtauravi libertatem ad monaſterium ipſis ſtatutum in *Lundonia* civitate, ubi diu Sanctus *Erkenwaldus* Epiſcopatum tenuit. Hæc eſt enim libertas illa, quam ut æternaliter in ſupradicto monaſterio permaneat, animo libenti conſtituo; id eſt, octo manſas ad **Berlings**, & quinque ad **Cingeford**. Hanc ego libertatem pro petitione & ammonitione venerabilis Epiſcopi *Erkenwaldi*, qui tunc temporis eidem monaſterio præfuit, placabili mentis devotione, dictare, ſcribere, commendare procuravi. Deniqùe adhuc, pro ampliori firmitatis teſtamento omnimodo præcipimus, atque præcipiendò obſecramus, ut maneat iſta libertas, quam Præfatus *Erkenwaldus* Epiſcopus in *Romulea* urbe à venerabili Papa *Agatho* petebat, inſolubiliter ab omni humanæ ſervitutis jugo, cum omnibus per circuitum ad illud monaſterium ritè pertinentibus, tribus ſolummodo exceptis, Expeditione, Pontis, arciſque conſtructione, & Excercitu. Si quis verò, quod non optamus, hujus Decreti animadverſitatem infringere temptaverit, aut aliter quàm à nobis ſtatutum eſt mutare præſumpſerit, ſit à conſortio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſegregatus, & cum rapacibus ponatur, & cum neſandiſſimo *Juda*, qui Chriſtum tradidit, infernales imperpetuum luat pœnas, ſi ad ſatisfactionem & emendationem non venerit.

Alia Carta ejuſdem Regis Edwardi *Saxonice.*

XII. B. EADƿapð cyng gpet mine Biſcopeſ ⁊ mine eorlaſ ⁊ calle mine þegeneſ on þan ſcipan þaſ mine ppeoſtaſ on Pauleſ mynſtpe habbað land inne ƿeondliche. And ic cyðe eop þ ic pille þ hig beon heopo ſaca ⁊ heope ſocne punðe ægþep gebinnan buph ⁊ butan ⁊ ƿa gobepa lagana punðe nu ƿa full ⁊ ƿa ſopð ƿa hig beſt paepon on ænigep cyngeſ dæge oððe on ænigeſ Biſcopeſ on eallen þingan. And ic nelle þ hig unbepſon ani ma ppeoſta into heopa mynſtpa þonne heopa lande ape abepan mage ⁊ hig ſylfe pillan. And ic nelle gepafian þ heom æniġ man æt ænigan þingan miſbeode.

Id eſt.

EDwardus Rex ſaluto meos Epiſcopos & meos Comites, omneſque meos Thanos (vel Miniſtros) in Præfecturis illis ubi mei Sacerdotes in *Pauli* Eccleſia terram poſſident, amicè, Et ego notum vobis facio, quod volo ut ipſi ſint eorum *Sacæ* & *Socnæ* (Privileg. ſic dict.) digni, & intra burgum & extra: Item tam bonorum jurium digni per hæc tempora, adeo plenè & eatenus ſicut ipſi, quando eorum ſtatus fuit optimus, fuerint in alicujus Regis diebus (vel vita) aut in alicujus Epiſcopi, in omnibus. Et nolo ut recipiant plures Sacerdotes in eorum Eccleſiam, quàm facultates ſuas pati (id eſt, ſuſtinere) poſſint, & ipſimet voluerint. Et non permittam, ut aliquis in aliquo eos vexet.

Carta

Carta Regis Willielmi *Conqueſtoris, donationes terrarum apud* Naſtoke, Lagefare, Coccamſtede, & Runwell, *confirmans.*

Ex Cod. MS. penès eund. Dec. & Cap. f. 69. a. (C.)

XIII. EGo *Willielmus* Dei gratia Rex *Anglorum*, unà cum *Mathilda* Reginâ, principibuſque meis, coram conventu Sacerdotum Dei reverendis, ſcilicet, Archiepiſcopis *Aldredo* & *Stigando*, cæteriſque Epiſcopis & Abbatibus hujus Patriæ, terras Monaſterii S. *Pauli*, quæ in tempore anteceſſorum meorum à quibuſlibet hominibus ablatæ fuerant & injuſtè detentæ, omnes in die primi Diadematis & Coronationis meæ, Deo, ejuſque Apoſtolo *Paulo* in *Lundonia*, & eorum ſervitoribus in perpetuum poſſidendas reſtitui, & eas ex omni parte liberas eſſe conceſſi; exceptis tribus, Expeditione, Pontis, & Arcis conſtructione; id eſt, xv caſſatas ad **Naſtoke**, quatuor ad **Lagefare**, tres ad **Coccamſtede**, & ſex ad **Runwell**. Quicunque hanc donationem à me conceſſam, in aliquo augere velit, ipſe & omnia ſua à domino augeantur, & in æternum benedicantur. Si quis verò ea quæ decrevimus, in aliquo mutare aut irrita facere voluerit, à communione Eccleſiæ, & conſortio omnium electorum Dei, hic & in futuro ſit ſegregatus, & cum *Juda* & omnibus iniquis condempnatus.

Carta Regis Willielmi *Conqueſtoris, de diverſis immunitatibus & Privilegiis Eccleſiæ S.* Pauli *conceſſis.*

Cart. 9 Ed. 2. n. 37. per Inſpex.

XIV. W. Gratia Dei Rex *Anglorum*, omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Scias quod ego concedo Deo & Eccleſiæ S. *Pauli* de *London*, & rectoribus & ſervitoribus ejus, in omnibus terris quas ipſa Eccleſia habet, vel habebit, infra burgum & extra, *Saccam* & *Sokuam*, & *Thol*, & *Theam*, & *Infangenetheef*, *Girthbriche*, **and ealle freoſhipes, by ſtrande, and by lande, on tyde and of tyde, and alle the righte that into tham criſtendom byraþ, on moyth ſprake, and on unright-hamed, and on unright-work of all that Biſcopriche on mine lande, and on elch othre mannes lande.** Quare volo ut ipſa Eccleſia ita ſit libera in omnibus, ſicut volo eſſe meam animam in die Judicii, Teſtibus *Oſmundo* Cancellario, *Lanfranco* Archiepiſcopo *Cantuariæ*, & *Thoma Ebor.* Archiep. & *Rogero* Comite *Saropesberiæ*, & *Alano* Comite, & *Gaufrido de Magnavilla*, & *Ranulpho Peverell.*

Et Pat. 1 Hen. 3. 4. m. 3. per Inſpex.

Conſimilis Carta per eundem Regem.

XV. W. Rex *Anglorum*, Omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de **Middleſex** ſalutem. Sciatis quod concedo Deo & S. *Paulo*, ejuſque ſervitoribus xxiv. hidas, quas Rex *Ethelbertus* dedit Eccleſiæ S. *Pauli* juxta civitatem *London.* quando eam fundavit, imperpetuum liberas eſſe & ſolutas & quietas de *Denegeldis*, & omnibus aliis *Geldis* & ab omni expeditione, & ab omni opere. Et volo & firmiter præcipio ut bene & honorificè & in pace teneant, & ne aliquis ſuper hoc eis injuriam vel contumeliam faciant. T. *Lanfranco* Archiepiſcopo, *Will.* Epiſcopo *Dunelm.* & *Rogero* Comite *Salopesbiriæ*, & *Eudone* Dapifero.

Prædia ad Eccleſiam S. Pauli *ſpectantia tempore Regis* Willielmi *Conqueſtoris.*

In Comitatu Midd. *in Hundredo de* **Oſulveſtone.**

Ex libro Cenſuali (vocato Dooms-day Book) penès Camer. Scacc.

XVI. IN **Fulham**, manerio Epiſcopi, tenent Canonici S. *Pauli London.* de Rege, quinque hidas pro uno manerio Terra eſt quinque Carucarum. Ad dominium pertinent tres hidæ. Ibi ſunt duæ carucæ, & tertia poteſt fieri. Ibi octo Villani, quiſque de una virgata. Et ſeptem Villani quiſque de quinque acris: Et xvi Coterelli, & duo ſervi. Pratum quinque acrarum. Paſtura ad pecora villæ. Silva Cl. porcorum. Inter totum valet viii *l.* quando recepit, ſed tempore Regis *Edwardi* x. Hoc mannerium tenent iidem Canonici in dominio tempore Regis *Edwardi*, & eſt de victu illorum.

Canonici S. *Pauli* tenent **Draytone** pro x. hidis ſe defendit. Terra ad vi. caruc. Ad dominium pertinent quinque hidæ & i. caruca. Ibi Villani habent x. carucatas. Ibi octo Villani de duabus hidis & vi. bordi de xxx. acris, & duo corarii de quatuor acris, & una borda de quinque acris. Ibi unum molendinum de xiii *s.* & v *d.* Prati una acra; paſtura ad pecora villæ, de uno gurgite xxxii *d.* in totis valentiis valet vi *l.* quando recepit ſimiliter, tempore Regis *Edwardi* viii *l.* Hoc manerium jacuit & jacet in Dominio S. *Pauli.*

In Comitatu Eſſex *in Hundredo de* ——

LEam tenuit *Edgiva* liberè tempore Regis *Edwardi*, pro manerio, & dimidia hidæ & xxx. acris. Tunc duæ carucæ in dominio, & duæ curucæ boum, modo nulla: Tunc duo Villani, modo ſex: Tunc ſex bordarii, modo quinque: Tunc duo ſervi, modo tres. Silva xxv. porcorum: Paſtura C. ovibus, unus averius, unus porcus, ſeptem oves: Tunc valuit xl *s.* modo xx. Hæc terra calumpniata ad opus Regis.

In Hundredo de **Odeſeye.**

CAnonici S. *Pauli London:* Tenent **Saundone.** Pro x. hidis ſe defendit: Terra xx carucarum. In dominio ſunt v. hidæ, & ibi ſunt vi. carucæ. Ibi Presbyter cum xxiv. Villanis habentes xiii. carucatas, adhuc una poteſt fieri. Ibidem xii. bordi & xvi. cottarii, xi. ſervi, pratum duarum acrarum. Paſtura ad pecora. Silva Cl. porcorum. Hoc manerium jacuit & jacet in Eccleſia S. *Pauli.*

Chingefort *in Hundredo de* Waltham.

TEnuit S. *Paulus* tempore Regis *Edwardi* pro uno manerio & vi. hidis, ſemper duæ carucæ in dominio, tunc tres carucæ, homines modo quatuor. Tunc ſeptem Villani, modo octo. Tunc tres bordarii, modo ſex. Semper quatuor ſervi. Silva v*s.* porcis. Quinquaginta acræ prati, & una piſcaria, novem averii, duo Runcini, xxvii. porci, C. oves. Tunc valuit iv *l.* modo C *s.* De hoc manerio abſtulit *Petrus de Valoniis* unam hidam, & octo acras prati quæ pertinebant manerio tempore Regis ejuſdem, & ſilvam ad *L.* porcos valentem x *s.* De eodem manerio tulit *Godefridus de Magnaville* x. acras prati.

Canonici S. *Pauli* tenent Ronewelle pro viii. hidis. Semper octo Villani & viii. bordarii Tunc duo ſervi, modo unus: Tunc tres carucæ & dimidium in dominio, & modo ſimiliter: Tunc inter homines duæ carucæ & dimidia: Silva ducentorum porcorum, duo Runcini, unus averius, octo porci, C. oves. Semper valuit octo libras.

In Hundredo de Aungre.

NOrtone tenuit *Godithe* quædam fœmina, tempore Regis *Edwardi*, pro dimidia hida, modo S. *Paulus*. Semper i. caruca, & duo bordi. Silva xl. porcorum, quatuor acræ prati, unus Runcinus, quinque averii xx *s.* Hanc terram dedit *Godithe* S. *Paulo*, poſtquam Rex venit in *Angliam*.

Raſtoke tenuerunt duo liberi homines, *Howard* & *Hulfi*, pro duobus maneriis & pro quinque hidis, xx acris minus. Modo habet S. *Paulus* pro totidem poſtquam Rex venit in hanc terram, & dicunt ſe habuiſſe ex dono Regis. Semper xii. Villani & xi. bordarii: Tunc quatuor ſervi, modo duo; ſemper quatuor carucæ in dominio & quatuor carucæ homines: Silva DC porcorum, xliv. acræ prati, ſemper xiv. averii, duo Runcini, Cxvi. oves, xxiv. porci, xxiv. capræ, quatuor vaſa apium, ſemper valuit x *l.*

Aliam Raſtoke tenuit *Turſtanus Rufus* pro manerio & i. hida, & xl. acris. Modo S. *Paulus* invaſit, & eſt cum alia terra, & tenent pro tantundem: Tum unus bordarius, modo duo, ſemper duæ carucæ. Silva C. porcorum. Semper valuit xxx *s.*

In eadem villa tenent ſeptem liberi homines duas hidas, quas tenet S. *Paulus* ſimiliter. Et modo in iſta terra xii. homines, modo tres bordi, ſemper quatuor carucæ. Silva Cc. porcorum & x. porci. Septem acræ prati. Semper valuit xl *s.*

In Raſtoke tenet unus Presbyter dimidiam hidam; ſed Hundredus fert teſtimonium quod eſt S. *Pauli*. Semper duo bordarii, tunc una caruca, modo dimidia: Semper valuit x *s.* modo eſt in manu Domini Regis. Memorandum quod boſcus de Raſtoke debet eſſe in defenſo dum durat pannagium, viz. à Feſto *Michaelis* uſque feſtum S. *Martini*, ita quod aliena animalia, cujuſcunque generis, domeſtica, non debent teneri vel paſci in eodem, ſine licentia firmariorum, per finem faciendum in eodem.

In Hundredo de Tendringe.

ÆDulvesnaſſe tenuit ſemper S. *Paulus* pro manerio, & pro xxvi. hidis. Tunc Lxxxvi. Villani, modo Lxiii. Tunc xl. bordi, modo L. Semper ſex ſervi & ſex carucæ in dominio. Tunc inter homines Lx. carucæ, modo xxx. Silva Ccc. porcorum, ix acræ prati, modo duo molendina. Tunc tres ſalinæ, modo duæ paſturæ Ccc. ovium, xxii. averia, xxx. porci, Cc. oves. Quatuor vaſa apium: Tunc valuit xxvi *l.* modo xxx. & unam marcam argenti.

In Hundredo de Hidingford.

WIcham tenuit S. *Paulus* tempore Regis *Edwardi* pro manerio, & pro tribus hidis, una virgata minus. Tunc una caruca in dominio, modo duæ. Tunc quatuor carucæ hominum, modo tres. Silva Cc. porcorum: X. acræ prati, duo Runcini, quatuor averia, xxiii. porci, L. oves, xiv. capræ. Tria vaſa apium. Tunc valuit xl *s.* modo iv *l.*

Dictum manerium reddit duas firmas in pane & cerviſia, & cuſtancias piſtrini & bracini, & elemoſinæ, cum utraque firma L *s.* Item de novo incremento per *Galfridum* Decanum quinque marcas, ſolvendas in quatuor compotis Cameræ per equales portiones.

Belcham tenuit S. *Paulus* tempore Regis *Edwardi*, pro manerio, & v. hidis. Semper duæ carucæ in dominio, & xii. carucæ hominum. Ibi xxiii. Villani, x. bordi, v. ſervi. Silva Lx. porcorum, xxx. acræ prati, ix. averia, duo Runcini, xl. porci, C. oves, v. apri. Semper valuit xvi. libras.

In Hundredo de Rochesford.

BArlinge tenuit ſemper S. *Paulus* pro uno manerio & duabus hidis, xv. acris minus. Tunc duo Villani, modo duo; tunc quinque bordari, modo ix Semper unus ſervus & una caruca in dominio, duo carucæ hominum: Paſtura ad xl. oves, tres Runcini, duo averii, quatuor porci, Clx oves. Tunc valuit iv *l.* x *s.* modo vi *l.* In eadem tenura unus liber homo de dimidia hida & x. acris tempore Regis *Edwardi* modo S. *Paulus*; ſemper i. caruca, & valet xx *s.* Hanc occupaverunt Canonici poſtquam Rex venit in *Angliam*.

Sunt in dominico Cccc. & iv^{xx}. acræ terræ arabilis diſtrictæ per tres ſeyſones, & poſſunt coli cum tribus carucis, & valet communiter acra vi *d.* per annum. Item ſunt ibidem xvlii. acræ, quæ aliquando ſeminantur, & aliquando jacent ad paſturam, & valet acra viii *d.* per annum. Item C. acræ de mariſco, & valet acra communiter per annum iii *d.* Et paſcunt in mariſco & terris ſuſſeinis. Ccc. oves cum hurtardis. Et reſpondet molendinum qualibet ſeptimana de uno buſſello bladi liberè; & poſſunt ſuſtentari ibidem ſex vaccæ, & valet exitus cujuſlibet per annum ii *s.*

In

In Hundredo de Withbriteſhern.

CAnonici S. *Pauli* tenent **Tillingham** pro manerio & xx. hidis & vi. acris. Semper xx. Villani, & octo Bordarii, & quatuor ſervi. Tunc tres carucæ in dominio, modo quatuor, ſemper x. carucæ hominum. Paſtura Cccc. ovium; modo unum molendium, & una paſtaria, xv. averii, xxx. porci. Cclx. oves. Præter hanc terram datæ ſunt etiam x. acræ, quæ adjacent huic manerio. Tunc totum valuit x *l.* modo xv *l.*

In Hundredo de Turreſtapele.

Tidwoldinton tenuit ſemper S. *Paulus* pro octo hidis, & pro uno manerio. Sed *Radulfus Baynard* tenet dimidiam hidam, & Hundredus neſcit quomodo eam tenuit. Semper xv. Villani & quatuor Bordarii, & octo ſervi. Tunc —— carucæ in dominio, modo i. & dimidiam: Tunc octo carucatæ hominum, modo tres. Silva xl. porcorum, xxx. acræ prati. Paſtura Cxl. ovium. Semper unum molendinum & una ſalina, unus Runcinus, octo averii, xii. porci, Cl. oves, tria vaſa apium, ſemper valet viii *l.*

In Comitatu Hertfordiæ, *in Hundredo de* Oddeſeye.

CAnonici S. *Pauli London.* tenent **Perdele.** Pro vi. hidis ſe defendit. Terra eſt x. carucæ in dominio tres hidæ. Ibi ſunt duæ carucæ, & tertia poteſt fieri: Ibi, xii. Villani habentes vii. carucas: Ibi ſex bordi, & duo cotarii, & quatuor ſervi. Pratum ad duos boves, Paſtura ad pecora. Silva Cc. porcorum. In totis valentiis valuit & valet vii *l.* tempore Regis *Edwardi* x *l* Hoc manerium jacuit & jacet in Eccleſia S. *Pauli.*

In Daneys *Hundred.*

CAnonici S. *Pauli* tenent **Cadindone.** Pro x. hidis ſe defendit. Terra eſt x. carucarum. In dominio quatuor hidæ, & ibi eſt una caruca, & adhuc tres poſſunt eſſe. Ibi xxii. Villani habent vi. carucas. Ibi ſex bordi & duo ſervi: Paſtura ad pecora. Silva C. porcorum, & de redditu ſilvæ ii *s.* In totis valentiis valet Cx *s.* quando recepit vi *l.* & tantundem Regis *Edwardi* tempore. Hoc autem tenuit *Lewynus Cat* de Rege *E.* Anno Dom. Mlvii.

CAnonici S. *Pauli Londonienſis* tenent **Kenelworth.** Pro x. hidis ſe defendit. Terra eſt x. carucarum. In dominio v. hidæ, & ibi ſunt duæ carucæ, & adhuc tres poſſunt fieri. Ibi tres ſervi, paſtura ad pecora. Silva C. porcorum, & de redditu ſilvæ ii *s.* In totis valentiis valet Lxx *s.* quando recepit C *s.* tantundem tempore Regis *Edwardi.* Hoc autem tenuit le *Wynetat* de Rege *Edwardo.*

In Comitatu Surreye *in* Brithſtanes *Hundred.*

CAnonici S. *Pauli* tenuerunt **Byeneg** tempore Regis *Edwardi*, & ſe defendit pro octo hidis. Hæ hidæ geldaverunt & geldant cum **Moztelake** manerio Archiepiſcopi, & ibi ſunt computatæ. Terra eſt ſex carucarum. In dominio ſunt i. caruca, & ix. Villani & tres Bordarii, cum tribus carucis & xx. acris prati. Tempore Regis *Edwardi* valuit vi *l.* modo vii *l.*

Conſtitutiones Lanfranci Cantuarienſis *Archiepiſcopi.*

XVII. *ANno Incarnationis dominicæ Mlxxx. regnante glorioſo Anglorum Rege* Willielmo *Anno Regni ejus ix. congregatum eſt* Lundoniis, *in Eccleſia beati* Pauli, *Apoſtoli concilium Anglicæ Regionis; Epiſcoporum videlicet, & Abbatum, nec non & multarum religioſi ordinis perſonarum,* Lanfranco *Sanctæ* Dorobernenſis *Eccleſiæ Archipreſule, totiuſque* Britannicæ *inſulæ Primate; conſidentibus ſecum viris venerabilibus.* Thoma Eboracenſi *Archiepiſcopo,* Willielmo Londonienſi *Epiſcopo,* Wulſtano Wyriceſtrenſi, *& aliis xi.* Quia retro multis annis in *Anglico* Regno uſus Conciliorum obſoleverat, renovata ſunt nonnulla quæ antiquis etiam Canonibus noſcuntur definita. Ex concilio igitur *Toletano* quarto, *Milevitano* atque *Bracarenſi* ſtatutum eſt, ut ſinguli ſecundùm ordinationis ſuæ tempora ſedeant, præter eos qui ex antiquâ conſuetudine, ſive ſuarum Eccleſiarum privilegiis, digniores ſedes habent: Et tunc decretum eſt etiam ex regulâ beati *Benedicti* in Dialogo *Gregorii* generaliter omnes Monachi, niſi à Prælatis conceſſa, proprietate careant. *Ex Vet. Cod. MS. in publica Bibl. Academiæ Cantab.* *Qualiter ſit ſedendum Epiſcopis.* *Contra proprietarios Monachos.*

Siquis verò aliquid proprii, ſine præfata licentiâ habere, in morte fuerit deprehenſus; nec ante mortem id reddidit cum pœnitentiâ & dolore, peccatum ſuum confeſſus; nec ſigna pro eo pulſentur, nec ſalutaris pro ejus abſolutione hoſtia immoletur, nec in cimiterio ſepeliatur.

Decretum eſt etiam, ex decretis majoris *Gregorii*, nec non minoris; ut nullus de propria cognatione vel uxoris defunctæ ſeu quam cognatus habuit, uxorem accipiat, quoadùſque parentela ex alterutra parte ad ſeptimum gradum perveniat. *De Matrimonio.*

Item ut nullus ſacros ordines ſeu officium Eccleſiaſticum, quod ad curam animarum pertineat, emat vel vendat. Hoc enim ſcelus à *Petro* Apoſtolo in *Simone Mago* primitùs dampnatum eſt. Poſtea à Sanctis patribus vetitum & excommunicatum. *Contra Simoniacos.*

Nec oſſa mortuorum animalium, quaſi pro vitanda animalium peſte, alicubi ſuſpendantur; nec ſortes vel aruſpitia, ſeu divinationes, vel aliqua hujuſmodi opera Diaboli ab aliquo exerceantur. Hæc enim omnia ſacri Canones prohibuerunt, & eos qui talia exercent, datâ ſententiâ, excommunicaverunt. *Contra Sortilegia*

Iterum ut nullus Epiſcopus vel Abbas, ſeu quilibet ex clero, hominem occidendum vel membris truncandum judicet: Vel judicantibus *Contra judiciam ſanguinis.*

ſuæ auctoritatis favorem commodet. Hoc ſancitum atque confirmatum eſt coram duobus Archiepiſcopis, & XII Epiſcopis, & *Aſchenillo* Archidiacono *Doroberneſis* Eccleſiæ, XXI Abbatibus de Archipreſulatu *Cantuar.*

De Subjectione Eborac.

In illis temporibus diverſis auctoritatibus probatum atque oſtenſum eſt, quod *Eboracenſis* Eccleſia, *Cantuarienſi* Eccleſiæ debeat ſubjacere, ejuſque Archiepiſcopi ut Primatis totius *Britanniæ* diſpoſitionibus in hiis, quæ ad Chriſtianam Religionem pertinent in omnibus obedire.

Qui ſunt de ſubjectione Ebor.

Subjectionem verò *Dunelmenſis* Epiſcopi, atque terminos à fluvio Humbre, uſque ad ultimos fines *Scotiæ*, ſub regimine *Eboracenſis* Eccleſiæ affirmaverunt, profeſſionem cum Sacramento vero, ob amorem Regis, *Eboracenſi* Archiepiſcopo *Thomæ Lanfrancus* Archiepiſcopus relaxavit, Scriptamque tantùm profeſſionem recepit, non præjudicans ſucceſſoribus ſuis, qui Sacramentum cum profeſſione à ſucceſſoribus *Thomæ* exigere voluerint.

Relaxatur profeſſio Ebor.

[Nota, *De hâc materiâ ex parte Tractat.* Will. Malmesb. *p.*65. *b. & p.*111. *b. Præcipue verò p.*117. *b. Editionis Londinenſis.*]

Carta Regis Willielmi *Conqueſtoris, de libertatibus Eccleſiis reſtitutis, & Eccleſiaſticis Perſonis.*

Ex Cod. MS. penès Præf. D. & Cap. (A. fol. 1. a.)

XVIII. W Dei gratia Rex *Anlgorum*, *R. Baynardo*, & *G. de Magnaville*, & *P. de Valoines*, cæteriſque meis fidelibus de Eſſex, & Hertfordſchire, & de Middleſex, ſalutem. Sciatis vos omnes, & cæteri mei fideles qui in *Anglia* manent, quod Epiſcopales leges, quæ non benè, nec ſecundùm Sanctorum Canonum præcepta, uſque ad mea tempora in Regno *Anglorum* fuerunt, communi concilio, & concilio Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & Abbatum, & omnium principum Regni mei emendandas judicavi. Propterea mando, & Regiâ auctoritate præcipio, ut nullus Epiſcopus, vel Archidiaconus de Legibus Epiſcopalibus ampliùs in Hundret placita teneant, nec cauſam, quæ ad regimen animarum pertinet, ad judicium ſecularium hominum adducant: Sed quicunque ſecundùm Epiſcopales Leges, de quacunq; cauſa vel culpa interpellatus fuerit, ad locum quem ad hoc Epiſcopus elegerit & nominaverit, veniat, ibique de cauſa vel culpa ſua reſpondeat, & non ſecundùm Hundret, ſed ſecundùm Canones & Epiſcopales Leges, & Rectum Deo & Epiſcopo ſuo faciat. Si verò aliquis, per ſuperbiam elatus ad Juſtitiam Epiſcopalem venire contempſerit, & noluerit, vocetur ſemel, & ſecundò & tertiò: Quod ſi nec ſic ad emendationem venerit, excommunicetur; & ſi opus fuerit ad hoc vindicandum, fortitudo & Juſtitia Regis vel Vicecomitis adhibeatur: Ille autem qui vocatus ad Juſtitiam Epiſcopi venire noluerit, pro unaquaque vocatione Legem Epiſcopalem emendabit. Hoc etiam defendo, & meâ auctoritate interdico, ne ullus Vicecomes aut Præpoſitus, ſeu Miniſter Regis, nec aliquis laicus homo, de legibus quæ ad Epiſcopum pertinent, ſe intromittat; nec aliquis laicus homo alium hominem ſine Juſtitia Epiſcopi ad judicium adducat: Judicium verò in nullo loco portetur niſi in Epiſcopali ſede, aut in illo loco, quem Epiſcopus ad hoc conſtruerit.

Carta ejuſdem Regis Willielmi *facta* Mauricio *Epiſcopo* Lundoniæ *de Caſtro de* Stortford, *& aliis terris, Saxonice.*

XIX. W Cyng gret Osmund Biscop . oþ Seaxbyrig ⁊ Rob. oþ Eli ⁊ Pieðer oþ Valonis ⁊ ealle hiy ſcirgeneuan ⁊ hiy holdan Frencisce ⁊ Englisee ſriendlice. And ic cyðe eop þ ic habbe ġegyuen Mauprice Biscepe oþ Lundene þane Castel oþ Ertorteſorð * ⁊ alle þa land þe * *In Com.* William Biscop hiy ſopegenga oþ me Hertf. haeþe. And eac ealle þa land þ William þe diacon ⁊ Raulf hiy bropur oþ me healðe ⁊ habbeð. And ſoþan ic pille þ ge don þ Mauprice ſe Biscop ealle þar þing ⁊ ealle þa oðre þing þe he haſeþ on copen ſcipon ſcranglice ⁊ peoðlice healðe ⁊ haebbe; ⁊ ic pille þ he beo hiy ſaca peoðe ⁊ hiy ſocna. And hiy lagana peoðe ſpa Willielm Biscop betſt ſæſ. *Ibid.*

Id eſt.

Willielmus Rex ſaluto *Oſmundum* Epiſcopum *Saresburienſem*, & *Robertum de Eli*, & *Petrum de Valonis*, omneſque præfectos ſuos & fideles, *Francos* & *Anglos*, amicè. Et ego notum vobis facio me conceſſiſſe *Mauricio* Epiſcopo *Londinenſi* Caſtellum illud de Eſtortesford, & omnem terram illam quam *Willielmus* Epiſcopus, ipſius (*Oſmundi*) prædeceſſor, de me tenuit; ac etiam omnem terram illam quam *Willielmus* Diaconus, & *Radulfus* ejus frater de me tenet & poſſidet. Ideoque volo, ut faciatis *Mauricium* Epiſcopum omnia hæc & omnia alia quæ poſſidet in veſtris præfecturis, firmiter & honorificè tenere & habere. Item volo ut ſit ipſius *Socæ* & *Sacnæ*, juriumque dignus, ſicut *Willielmus* Epiſcopus erat, quando optimus erat ejus ſtatus.

Carta Regis Henrici *Primi ad claudendum Cimiterium Eccleſiæ S.* Pauli, *muro.*

XX. H Dei gratia Rex *Anglia*, Archiepiſcopis & Epiſcopis, & Comitibus *Anglia*; & *Hugoni de Boclande*, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* de *Lundonia*, & de *Middelſexa*, & de tota *Anglia*, ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & Eccleſiæ S. *Pauli Londonienſis*, & *Ricardo* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, tantum de foſſato mei Caſtelli ex parte *Tameſis* ad Meridiem, quantum opus fuerit ad faciendum murum ejuſdem Eccleſiæ, & tantum de eodem foſſato quantum ſufficiat ad faciendum viam extra murum: Et ex altera parte Eccleſiæ ad Aquilonem, quantum prædictus *Ib. fo.*3. *a.*

dictus Episcopus de eodem fossato diruit. Test. *Rogero* Episcopo *Sarum*, & *Ran.* Cancellario, & aliis.

Quieta clamatio Eustachii *Comitis* Boloniæ.

Ex Cod. MS. penès Præf. D. & Cap. vir. (B.) f. 42. b.

XXI. ANno ab Incarnatione Domini Mcvi. indictione XIV. Ego *Eustachius* junior, Comes de *Bolonia*, omnes calumpnias, quas habui super terras, quas Episcopus *Mauritius* asseruit esse de Cimiterio S. *Pauli Lond.* & supra omnes alias terras quæ erant infra murum ejusdem Cimiterii, quietas imperpetuum à me & ab omnibus hæredibus & subsequentibus meis, Deo & S. *Paulo*, & *Mauritio* Episcopo; pro remedio animæ meæ & patris mei, consentiente & annuente *Mariâ* Comitissâ Uxore meâ, promitto & concedo, eo tenore, ut ego & prædicta Uxor mea, & parentes nostri, de beneficiis & orationibus Ecclesiæ S. *Pauli* sine fine participes sumus. Hæc concessio facta est *Londini* XIV. *Kal. Maii* in domo *Willielmi Baynardi*. Hii sunt testes hujus rei, ex parte Comitis, *Rogerus de Sumeri*, *Cono de Fielnes*, *Eustachius*, *Willielmus* nepos Comitis, *Heroldus* nepos Comitis, *Radulfus* Filius Comitis, *Eustachius* frater ejus, *Rogerus de Chaion*, *Rogerus de Bolonia*, *Willielmus* Capellanus, *Ernaldus* Capellanus, *Bricius* Capellanus, *Lambertus* Dapifer. Et hii sunt testes ex parte Episcopi, *Michael de Hamesclape*, *Alwinus de S. Clement*, *Rogerus* Archidiaconus Capellanus Episcopi, *Ranulfus* filius *Lamberti*, &c.

Visitatio facta in Thesaura S. Pauli Lond. *per Magistrum* Radulphum de Baudak, *ejusdem Decanum, mense* Aprilis *An. Gratiæ* Mccxcv. *in præsentia Dominorum* Roberti de Drayton *Thesaurarii*, Thomæ de Ashewelle, & Ricardi de Boklonde, *in quorum custodia inveniebantur subscripta.*

Morsus.

Ex Cod. MS. penès Præf. D. & Cap. (B.) fol. 42. b.

XXII. MOrsus *Alardi* Decani triforiatus, de auro puro cum kamahutis & aliis lapidibus multis, & perlis sine defectu, ponderans xxxii *s.* vi *d.*

Morsus *Willielmi* Episcopi triforiatus de auro cum kamahutis & aliis magnis lapidibus & perlis; deficiunt tamen multæ perlæ de circulo, & unus claviculorum interiùs, ponderans xxxiv *s.* vii *d.*

Morsus *Petri de Bleys* triphoriatus de auro cum kamahutis & aliis magnis lapidibus & perlis, sed defuit unus lapillus, ponderans xxxvi *s.* i *d.*

Morsus *Ricardi* Archidiaconi *Coleceſtriæ* argenteus deauratus cum ymaginibus Majestatis *Petri* & *Pauli*, & suprà unius Angeli, & inferius Collatoris Morsus, cum lapidibus in circulis triphoriatus, ponderans xxix *s.* vii *d.*

Morsus *Eustachi* Episcopi argenteus deauratus, cum ymagine *Pauli* & duorum Episcoporum, cum octo grossis lapidibus & aliis multis, in circulo triphoriatus, & defuit unus lapillus, ponderans xxxii *s.* xi *d.*

Morsus *Johannis de Sancto Laurentio* argenteus, deauratus, cum limbo & medio circulo aurato triphoriato, inserto grossis lapidibus, & camahutis & perlis; sed deficiunt duo Leunculi, & una perla magna, & una karola, & septem lapilli, ponderans xxxii *s.* Cresta ejusdem argentea triphoriata de auro cum lapillis & perlis insitis, uno deficiente, & circulus de perlis parvis in limbo interruptus est per loca, ponderans vi *s.*

Morsus *Willielmi de Ely* argenteus, cum multis parvis ymaginibus, representantibus Annunciationem, Nativitatem, Magorum adorantium, Christi oblationem in Templo, & cætera similia, cum multis lapidibus & perlis insitis in limbis, & quadraturis triphoriatus aureis; sed deficit unus lapillus, ponderans xl *s.* Cresta ejusdem argentea cum triphorio exterius aureo, & lapillis insitis, sed unus deficit, ponderans ix *s.* vii *d.*

Morsus *Galfridi de Lucy* argenteus, exterius deauratus, cum limbo, triphoriato aureo, insertis quatuor magnis lapidibus, & aliis minoribus & perlis, & cum ymaginibus Salvatoris coronantis matrem suam, & *Petri* & *Pauli* lateralibus, & Angeli superiùs, & datoris Morsus inferiùs, cum duobus bitellis, & continet in circuitu circulum de albis perlis; sed deficiunt lapillus unus & xv. noduli cum triphorio, ponderans xl *s.* Cresta ejusdem argentea exteriùs deaurata, cum exteriori triphorio aurato, & pomello pulchro argenteo deaurato, insertis cum triphorio cum lapidibus & perlis majoribus & minoribus, uno tantum deficiente, & lista de parvis perlis rupta est ad quantitatem quinque pollicium, ponderans i. marc.

Morsus *Cynthii Romani* argenteus, exteriùs deauratus, cum limbo triphoriato de auro ad modum *Lunæ*, insertis lapidibus, & cum ymagine *Pauli* & duorum Angelorum; sed deficit gladius *Pauli* & duo noduli de triphorio: Et est ponderis cum lingula argentea affixa xx *s.*

Morsus *Ricardi* Episcopi argenteus, exteriùs deauratus cum limbo, & media Cresta triphoriata de auro, insertis lapidibus & perlis, & ix. camahutis, & cum ymaginibus *Petri* & *Pauli*, & quatuor Angelorum: Et deficiunt claves *Petri* & quatuor lapilli cum capsis suis, ponderans xxxiii *s.* iv *d.*

Morsus *Johannis Belemayns* argenteus, exteriùs deauratus cum limbo, & quadratura media triforiata de auro, insertis lapidibus & perlis, & quatuor magni lapides extra limbum, & cum ymagine Salvatoris, & *Petri* & *Pauli*, Angeli superiùs, & datoris Morsus inferiùs, & lista in circuitu de medio, tribus perlis albis sine defectu, ponderans xxxv *s.* x *d.*

Morsus *Henrici de Wengham* argenteus, exteriùs deauratus, cum lapillis, & tarkesis insitis, & Leone in medio circuli, ponderans xiii *s.* ix *d.*

Morsus *Godefridi de Wesham* argenteus, exteriùs deauratus, cum lapillis & perlis insitis in lateribus & in cresta, ponderans cum brochea argentea eidem appensa xvi *s.* iv *d.*

Morsus

Morſus *Ricardi de Clifford* argenteus exteriùs deauratus, cum limbo & creſta triphoriata de auro, inſertis lapidibus: Et deficiunt tres lapilli, ponderans cum brochea argentea appenſa xvi *s.* iv *d*

Morſus *Radulfi de Dounjoun* argenteus, exteriùs deauratus, & triphoriatus de auro, inſertis lapidibus & perlis, cum ymagine *Pauli* geſtantis Crucem, & deficit una perla, ponderans vii *s.* ix *d.*

Morſus Magiſtri *Gilberti de Strattone* argenteus, exteriùs deauratus, & triphoriatus de auro inſertis lapidibus & perlis, cum ymagine *Pauli* geſtantis crucem, & deficit una perla; ponderans vii *s.* ix *d.*

Morſus Magiſtri *Thomæ de Cantilupo* argenteus, exteriùs deauratus, cum ymagine *Athelberti* Regis, & unius Epiſcopi, ponderans xi *s.* viii *d.*

Morſus *Thomæ de Eſſhewy* de Cupro, exteriùs deauratus, cum octo lapidibus, & berillo in medio, repreſentante Crucifixum, Creſta ejuſdem de cupro exteriùs deauratus, cum lapillis & perlis affixis.

Morſus *Philippi Lovel* de Cupro, deauratus exteriùs, cum lapillis affixis, & ſcuto in medio.

Morſus *Rogeri de Ferynges* de Cupro, partim nigellatus, cum ymagine Epiſcopi in medio.

Morſus *Johannis de Luke* de Cupro, exteriùs deauratus, cum quinque ymaginibus & quatuor ſcutis: Creſta ejuſdem de Cupro exteriùs deaurata cum lapidibus inſertis.

Item ſeptem Morſus lingnei, ornati laminis argenteis, & lapidibus, & unâ creſtâ argenteâ.

Phialæ.

DUæ Phialæ argenteæ, quarum una deaurata, cum imagine, ponderis utriuſque xiv *s.* ii *d.*

Item duæ Phialæ *Alardi* Decani, cum tribus circulis vineatis, quarum una deaurata, ponderis utriuſque xix *s.* vi *d.*

Item duæ Phialæ argenteæ coſtilatæ & deauratæ, cum alternis vineis, de dono *Henrici de Wengeham*, in cophinis de coreo, ponderis utriuſque xx *s.*

Item duæ Phialæ albæ argenteæ, cum unico circulo vineato deaurato, ſine cooperculis, ponderis xiv *s.*

Ampullæ.

TRes Ampullæ argenteæ, cum criſmate & oleo, non ponderatæ.

Criſmatoria.

UNum Criſmatorium argenteum *Gilberti* Epiſcopi interiùs lingneum, quod habet *Ricardus* Epiſcopus *London.*

Candelabra.

DUo Candelabra argentea, opere fuſorio, cum animalibus variis in pedibus fabricatis, de dono Magiſtri *Ricardi de Stratford*, ponderis iv *l.* xiii *s.*

Item duo Candelabra criſtallina parvula, cum apparatu partim argenteo, de dono *Thomæ de Eſſhewy.*

Item duo Candelabra argentea, cum pomellis deauratis, de dono Magiſtri *Willielmi de Monteforti* Decani, cum Leunculis ſub pedibus, uno deficiente, ponderis iv *l.* v *s.*

Item duo Candelabra cuprea, de opere lemonicenſi.

Item duo Candelabra cuprea vetera, parvi pretii.

Cupa & Pixis ad Eukariſtam.

UNa Cupa argentea tota deaurata, cum opere levato de Leunculis, & aliis beſtiis, cum cathena argentea appenſa, aduſum Eukariſtæ appendenda ultra Altare in Feſtis, de dono *Henrici* Regis, ponderis Ciii *s.*

Item una Pixis argentea deaurata, cum opere cocleato, & cathena argentea, ponderis ii. marc. & v *d.*

Vaſa ad aquam Benedictam.

UNum Vas argenteum ad aquam Benedictam, cum opere levato de ymaginibus, & interlaqueato vineis, & anſa eſt ex duobus Draconibus, ponderis viii marcarum, Aſperſorium de Ebore.

Item aliud Vas argenteum de opere coſtato, cum anſa argentea, ſimilis operis, & aſperſorio argenteo, de dono *Ricardi de Graveſend* Epiſcopi *Londonienſis*, ponderis iv *l.* iv *s.*

Turribula.

DUo Turribula argentea, exteriùs totaliter deaurata, cum opere gravato & levato, cum Eccleſiis & Turribus, & ſexdecem campanellis argenteis apenſis, & cathenis albis argenteis, ponderis xi *marc.* xx *d.*

Item duo Turribula argentea, cum cathenis groſſis argenteis, exteriùs totaliter deaurata, cum Eccleſiis & Thurellis rotundis, & circulis gravatis, ponderis xvii *marc.* & dim.

Item duo Turribula argentea, exteriùs totaliter deaurata, de opere pinonato, & cathenis argenteis, ponderis viii *marc.* v *s.* ſed deficiunt in eorum altero octo parvi pomelli.

Item duo Turribula argentea, exteriùs deaurata, cum cathenis argenteis ſimplicibus, de opere cocleato & pinonato, ponderis v *marc.* ix *s.*

Item Turribulum parvum argenteum deauratum, ponderis xxiv *s.* Quod habet Dominus *Ricardus* Epiſcopus de preſtito.

Poma.

POmum *Enſtachii* Epiſcopi argenteum fractum, de opere levato de ymaginibus deauratis, ponderis xvi *s.* vii *d.* Cum ſcutella in capſa de corio.

Item pomum argenteum de opere gravato, de ymaginibus repreſentantibus xii menſes deauratis, cum ſcutella, de dono *F. Baſſet* xii *s.*

Item

Item pomum argenteum album planum, ponderis, cum ſcutella i. marc.

Item pomum cupreum parvi pretii.

Diſcus & navis ad Incenſum.

UNus diſcus argenteus planus, cum cocleari, & cathenula parvula, ponderis x *s.*

Navis argentea gravata, & in parte deaurata, cum capitibus Draconum in ſummitatibus, cum cocleari, & cathenula argentea, ponderis xxx *s.*

Bacini argentei.

DUæ pelves argenteæ cum ymaginibus Regum in fundis deauratæ, & ſcutis & leunculis ſimiliter deauratis, de dono *Philippi de Eye*, ponderis C *s.*

Item duæ pelves argenteæ, cum opere levato in fundis de leonibus mordentibus cervas, & crucibus vineatis tranſductis, & ſcutellis deauratis, ponderis iv *l.* ii *s.* vi *d.*

Item duæ pelves argenteæ, cum fundis gravatis, & floſculis ad modum Crucis in circuitu gravatis, ponderantibus in toto v. marc. x *s.*

Tradebantur præcepto Decani ad faciendum quoddam vas in quo ponuntur Capilli Beatæ *Mariæ*, & de lacte ejuſdem; & ad tres ymagines factas feretro S. *Erkenwaldi.*

Cruces.

CRux parvula argentea, cum duobus camahutis, & aliis lapidibus inſertis, quæ fuit Magiſtri *Henrici de Northampton*, cum yconia Crucifixi argentea deaurata; ſed deficiunt pes patibuli, & quatuor lapilli.

Crux major lingnea cooperta ex utraque parte cum platis argenteis triphoriatis per partes, cum yconis ex utraque parte, xvii. lapidibus ſculptis, & aliis multis lapidibus ex utraque parte inſertis, & deficiunt xx. lapides.

Item Crux de platis argenteis deauratus undique, cum duobus camahutis in brachiis, & duobus magnis lapidibus ſuperius & inferius, & alamandina in medio, & aliis multis lapidibus & perlis in circuitu, continens partem lingni crucis.

Item Crux argentea tota deaurata, cum pede triphoriato, & aymallato, cum yconis Crucifixi, *Mariæ* & *Johannis*, & quatuor ymaginibus in circuitu Crucis, & etiam gravata cum ymaginibus in dorſo, de dono *Henrici de Wengham*, ponderis vi *l.* vi *s.* vi *d.*

Item una Crux argentea tota deaurata ex ſex particulis diſtinctis, cujus baſis quadrata ſuper quatuor Leones & ſuperius ymagines majeſtatis alloquentis *Adam* & *Eve*, & Angeli evenientis cum quatuor arboribus, & ſtipes de opere levato, cum Serpente, cujus capud virgineum, tertia pars junctiva ſtipite, & patibuli cum duobus brachiis continens ymagines plurimas: Quarta pars patibuli bene aymallatum cum ymagine Crucifixi, & aliis quinque ymaginibus ex parte una, ac etiam majeſtatis, & quatuor Evangeliorum ex parte altera: Quinta & ſexta ymagines Virginis & *Johannis*, de dono Domini *Ricardi de Graveſende* Epiſcopi *Londonienſis* ponderis totius Crucis cum partibus, viii *l.* viii *s.*

Item ymago Beatæ Virginis ſtantis cum filio ſuo & duobus Angelis ſuper columpnas ſupportantibus operturam ultra Virginem, cum quatuor rubeis lapidibus in pede erecto ſuper quatuor dracones, ponderis xlviii *s.* iv *d.* de dono ejuſdem *Ricardi* Epiſcopi.

Item tres parvulæ Cruces ad arcam coram Cruce opertæ platis argenteis, ſet una anterius deaurata, & triphoriata, continens quinque lapides.

Item una Crux parvula ex auro, continens interius partem lingni Crucis, quæ fuit *Euſtachii* Epiſcopi: Et in anteriori plata continentur duo Saphiri, & quinque perlæ, & ponitur modo in feretro *Radulphi Dounjoun.*

Item alia Crux parvula ex lingno Crucis S. *Andreæ*, inter duas platas argenteas, & ex parte una continentur literæ *Per Crucis hoc ſignum*; & ex alia iconia Crucifixi.

Item capſula argentea ex duabus platis conjunctis, in quarum una eſt iconia Crucis, & in alia ymago Virginis, literis Græcis ex utraque parte gravatis; & interius continetur quoddam lingnum precioſum: Et præmiſſæ tres Cruces proximæ continentur in quodam parvo ſcrineo conſuto de ſerico, ſub Sigillo Decani. In quodam alio nigro forſario, in quo quædam alia continentur.

Item duæ Cruces portatiles ad proceſſionem lingneæ cum iconiis opertis laminis argenteis undique & baculis ſimiliter opertis platis argenteis.

Calices.

CAlix de auro qui fuit *Alardi* Decani, ponderis, cum patena xxxv *s.* x *d.* Et continet in pede xii. lapides, & in patena eſt medietas ymaginis Salvatoris.

Item Calix de auro, qui fuit, ut dicitur, *Roberti de Clifford*, planus, undique aſſignatus ad Miſſam cotidianam, ponderis cum patena xxv *s.* iv *d.*

Item Calix de auro cum pede cocleato, & in patena manus benedicens, cum ſtellulis in circuitu impreſſis, ponderis cum patena xli *s.* vii *d.*

Item Calix de auro, quem dedit *Will. de Bruera*, ponderis cum patena, continente manum benedictionis lxv *s.* v *d.*

Item Calix de auro qui fuit *Henrici de Wengham* Epiſcopi, continens in pede circulos aymalatos, & circa pomellum ſex perlas, & in patena *Agnus Dei*, ponderis cum patena xlviii *s.* iv *d.*

Item Calix argenteus deauratus, qui fuit, ut dicitur, Magiſtri *Rogeri* Capellani, cum floſculis in pede levatis, & in patena plena ymagine majeſtatis, ponderis cum patena lii *s.*

Item Calix argenteus *Henrici de Northampton* deauratus, cum pede cocleato & ſcalopato, & pineato, ponderis cum patena L *s.*

Item Calix grecus ſine patena, cum duobus calamis argenteis deauratis, cum ymaginibus in circuitu, opere ſuſorio levatis, ponderis vi *l.*

Item

Item Calix argenteus deauratus intus, & extra planus undique qui fuit *Henrici de Sandwyco* Episcopi, ponderis cum patena xxv *s.*

Item Calix argenteus deauratus intus & extra, cum pede glegellato, qui fuit *Johannis de Chishulle* Episcopi, ponderis cum patena xxi *s.*

Item Calix argenteus, interius, & exterius deauratus, planus undique cum crucifixo in pede, collatus pro anima *Alianoræ* Reginæ junioris, ponderis cum patena xxx *s.*

Item Calix quem habet Magister *Reginaldus de Brandone*, ponderis xiii *s.* restituit, & traditur *Petro de Ware* de prestito.

Textus.

TExtus Evangeliorum de grossa litera, ornatus argento exterius, cum Cruce & lateralibus ymaginibus, levati operis anterius, & cum ymagine Majestatis & quatuor Evangeliis gravatis, posterius deauratis.

Textus *Henrici de Northampton* grossæ literæ, ornatus exterius prelatis argenteis deauratis, cum Crucifixa & lateralibus ymaginibus, operis levati anterius, & ymagine majestatis nigellata posterius.

Item Textus ejusdem *Henrici* bonæ literæ, ornatus exterius laminis argenteis, cum ymagine Crucifixi anterius, & majestatis posterius planis gravatis & deauratis.

Item Textus ejusdem *Henrici*, cum Epistolis, ornatus laminis argenteis exterius, cum Cruce etiam plana anterius, & majestate posterius plana.

Item Textus qui appellatur *Trenchbarbe*, de antiqua litera, cum ymaginibus per loca designantibus actus Evangeliorum interius ornatus, anterius tantummodo laminis argenteis deauratis, cum ymaginibus *Crucifixi*, *Virginis*, & *Johannis*, operis levati, & in parte anteriori scribitur *Implementum de Sandone*, & sequuntur tres Canones de Fratribus & Sororibus in Capitulo.

Item Textus de antiqua litera ornatus tantum anterius laminis argenteis, cum Cruce, *Mariæ*, & *Johannis*, levati operis deaurato.

Item Textus albus cum majestate in una parte & lamina argentea, & lingno ex parte altera, quem habet Officialis Episcopi ad Consistorium.

Item Textus Evangelii secundùm *Matheum* tantum ornatus in parte anteriori, cum lamina argentea, cum ymagine Christi ascendentis, & *Mariæ*, ac Apostolorum inspicientium, de opere nigellato.

Item Textus Evangelii *Lucæ* tantum de bona litera, ornatus anterius tantum lamina argentea cum ymaginibus majestatis & quatuor Angelorum, de opere plano nigellato.

Item Textus Evangeliorum *Marci* & *Johannis* de bona litera, ornatus anterius cum lamina argentea, cum ymaginibus majestatis, & quatuor Angelorum operis levati albi.

Item Textus quatuor Evangeliorum de bona litera, ornatus ex utraque parte laminis argenteis, set anteriori cum ymagine Crucifixi operis levati, & posterius cum ymagine majestatis operis nigellati.

Item tabulæ quædam operta laminis argenteis debilibus, & anterius affiguntur capud lapideum, & quatuor Angeli, in circuitu Argentei, & in limbo exteriori & interiori continentur xxii. lapides, & deficiunt xviii. & laminæ argenteæ fractæ sunt per partes.

Feretra.

FEretrum S. *Laurentii* portatile lingneum, coopertum platis argenteis, cum ymaginibus magnis levati operis argenteis deauratis, cum quatuor Annulis aureis affixis, & uno Marbodino, & duobus obolis de Marchia aureis, similiter affixis cum crestis, & duobus pomellis pulcris argenteis deauratis, de opere pineato: Et in eo continetur Feretrum cristallinum cum duabus costis S. *Laurentii*, ornatum platis argenteis, & crestis argenteis deauratis, continentibus decem camahutos & alios lapides & perlas: Et basis fundatur super quatuor Leones, & deficiunt quinque lapilli, & pars crestæ in uno angulo tam majoris Feretri quam minoris: Et illud Feretrum cristallinum comparavit *Godefridus de Weseham* pro L. marcis.

Item Feretrum *Ricardi* Episcopi Tertii, lingneum portatile, undique opertum platis argenteis deauratis, cum ymaginibus undique expressis ornatis undique grossis lapidibus & perlis; sed deficiunt lapides tam majores quam minores, & perlæ iv^{xx}. xii, & reponuntur in eodem capillæ Beatæ *Mariæ*, & multæ aliæ reliquiæ in capsulis variis.

Item Feretrum S. *Athelberti* lingneum portatile, totum platis argenteis spissis opertum cum lapidibus insertis, cum cresta & circulis trisoriatis: Et affiguntur in una parte x. oboli de Marchia, & duo annuli aurei; & deficiunt lapides cum Karolis li. fuerunt adhuc inventi in eodem Cii. lapides. Et continentur in eadem diversæ reliquiæ multorum Sanctorum.

Item Feretrum *Willielmi* Episcopi totum argenteum, cum ymaginibus levatis, pulcri operis, continens multas reliquias; & est totum integrum.

Item Textus lingneus desuper ornatus platis argenteis deauratis cum subtili triphorio in superiori limbo, continens xi. capsas cum Reliquiis ibidem descriptis.

Item capsula eburnea, in qua continentur multæ Reliquiæ, & depingitur capsula illa multis ymaginibus.

Item Feretrum cristallinum ornatum platis argenteis trisoriatis, cum lapidibus insertis, & xii. ymaginibus levati operis, fundatum super quatuor Leones, continens multas Reliquias: Et Feretrum illud dedit *Radulfus Dojoun*, & cresta fracta est per quinque loca, & similiter una columpna lateralis, & reponuntur in eodem multæ Reliquiæ pretiosæ.

Cofra nigra, quæ dicitur fuisse *Gilberti* Episcopi, continens multas Rotellas aymallatas, in qua reponuntur multæ Reliquiæ, modo sigillata sigillo Decani.

Pixis

Pixis eburnea fracta in fundo, continens unam parvam pixidem eburneam vacuam; & Annulum aureum ponderis xix *d.* cum saphyro invento in tumulo *Ricardi* Episcopi. Item alium Annulum aureum cum saphyro magno, & karola in circuitu vii lapidum & octo perlarum, & octavus lapis cum capsa argentea abrupta ab annulo, ligata in lineo panno cum annulo. Item tertium Annulum cum kamahuto & xix lapillis in circuitu, ponderis xii *d.*

Item duæ coffræ magnæ eburneæ modo vacuæ.

Item duæ coffræ rubeæ de opere limonicensi, quas dedit *Fulco* Episcopus, stantes supra Altare.

Item Brachium S. *Melliti* parvum, ornatum laminis argenteis, & platis in limbo deauratis & triforiatis.

Item Brachium S. *Osithæ*, continens capud in manu, & ornatur laminis argenteis in limbo deauratis, insertis lapidibus xxii & anterius habet laminam triphoriatam cum aymallis & perlis, & deficiunt in toto sex lapides.

Item Brachium S. *Oswaldi* ornatum laminis argenteis, sine lapidibus.

Item capud S. *Athelberti* Regis in capsa argentea deaurata, facta ad modum capitis Regis cum Corona continente in circulo xvi lapides majores; & in quolibet octo florum Coronæ quatour lapides: In humero etiam dextro in nodo pallii v lapides.

Item cupa cristallina ornata pede & operculo argenteo, & continet Reliquias sigillatas.

Item maxilla S. *Athelberti* in capsa argentea deaurata, ornata tribus magnis lapidibus & quatuor mediocribus, & decem minoribus; & superius duobus cristallis rotundis; & non continentur in maxilla nisi quatuor dentes.

Item costa S. *Ricardi* in capsa argentea deaurata, sustentata duobus Angelis stantibus supra basim quadratam, de dono *Johannis de Chishulle* Episcopi, ponderis cum costa xxx *s.* v *d.*

Item vasculum cristallinum ornatum pede & turriculo argenteo, in quo continentur de Alba & de Casula, & Dalmatica, in quibus S. *Edmundus* Confessor fuit tumulatus, de dono *Roberti de Binetre.*

Item aliud vasculum consimile, cum Reliquiis, de dono ejusdem, traditur Incarnatio per assignationem ejusdem.

Item capsula parva eburnea, gravata bestiis & ymaginibus, continens multas Reliquias Sanctorum.

Item Scrineum de opere Dunelmensi, continens Reliquias sigillatas.

Item tres cophini ferrati parvuli, nescitur quid continent.

Item Baculus qui dicitur fuisse beati *Thomæ* martyris.

Capæ, Ciphi, & Cornua.

UNa Cupa argentea deaurata, gravata, de dono *Alexandri* Thesaurarii, ponderis Lxvii *s.* vii *d.*

Item una cupa argentea deaurata interius, & exterius plana, de dono *Willielmi de Eboraco*, ponderis Liv *s.* iv *d.*

Item ciphus magnus de cristallo.

Item ciphus de mazero, qui fuit S. *Erkenwaldi.*

Item ciphus de Aunserne magnus de mazero, cum basso pede & circulo argenteo.

Item cupa magna de mazero, or nata pede alto duobus circulis & pomellis argenteis deauratis, de dono *Hervei de Borham* Decani.

Item Cornu *Ricardi* Episcopi ornatum anteriori circulo argenteo triphoriato, cum Floribus duobus, & deficiunt quatuor & duo lapides, & in cauda caput Draconis, in quo deficiunt quatuor lapides.

Item Cornu Magistri *Thomæ Essewy* ornatum, anteriori circulo parvo argenteo deaurato, cum septem lapidibus, & unus deficit, & septem flosculis, & in parte posteriori est caput Draconis.

Item cornu eburneum gravatum bestiis & avibus, magnum.

Item aliud cornu eburneum planum & parvum.

Superaltaria.

SUperaltare de Jaspide ornatum capsa argentea deaurata, & dedicata in honore beatæ *Mariæ* & omnium Virginum.

Cathedræ.

QUatuor Cathedræ ligneæ debiles.

Item tres Cathedræ ferreæ debiles.

Item una Cathedra ferrea, cum capitibus & pomellis deauratis, quæ est Cantoris.

Item una Cathedra lignea, quæ fuit *Johannis* Episcopi, quam habet Episcopus *Ricardus.*

Item duæ Cathedræ ferreæ planæ sufficientes, de dono *Willielmi de Bernes.*

Mitræ.

UNa Mitra breudata cum stellis anterius & posterius, insertis lapidibus in laminis argenteis deauratis, & deficit unus lapis in altero pendulorum, & in parte anteriori septem lapides & multæ perlæ, & in parte posteriori quatuor lapides & multæ perlæ.

Item una Mitra alba cum flosculis breudatis, de dono *Johannis Belemains*, ad opus Episcopi parvulorum.

Item una Mitra quæ fuit *Eustachii* Episcopi, quem habet Episcopus *Ricardus.*

Item una Mitra breudata cum stellis, & anterius est Cornelinus, continens caput hominis gravatum, & ornatur laminis argenteis deauratis, & lapidibus insertis: Et deficit lapis unus in parte posteriori, & in altero pendulorum deficiunt tres cathenulæ, cum karolis argenteis appensis; & dedit hanc Mitram *Fulco Basset.*

Item Mitra, quæ fuit *Henrici de Wengham* bene ornata bendis aureis triporiatis, insertis lapidibus & perlis, & deficiunt duo lapides in parte posteriori, & multæ peciæ de triphorio, & perlæ.

Item cirotecæ similis apparatus, & annulus pontificalis aureus triphoriatus, cum topacio magno, & aliis multis lapidibus ornatus.

Item Mitra *Henrici de Sandwyco* Epiſcopi, breudata duabus ſtellis anterius, & duabus ſtellis poſterius, & ornata rotellis argenteis deauratis, inſertis lapidibus & perlis multis: Et deficiunt in anteriori parte unus lapis, & duo in pendulis. Cirotecæ ſimilis ſunt apparatus.

Item una Mitra alba cum ſtellis & groſſis lapidibus de dono *Johannis de Chiſulle* Epiſcopi, quam habet *Ricardus* Epiſcopus.

Item una Mitra alba breudata cum ſtellis & frecturis, & octo lumbis in circulo de purpura, ornata lapidibus & floſculis.

Item una Mitra de dono *Ricardi* Epiſcopi, ornata perlis albis per totum campum, & floſculis argenteis deaurata, lapidibus inſertis ordine ſpiſſo, & deficit una campanula in uno pendulorum.

Item duæ Cirothecæ ſimilis operis, de dono ejuſdem, in quibus deficiunt multi lapilli.

Item duo paria Cirothecarum ornata laminis argenteis deauratis, & lapidibus inſertis.

Sandalia.

SAndalia de Indico ſameto, cum caligis breudatis cum ſcalopis & leonibus.

Item duo Sandalia de nigro ſerico, breudata vineis & lunilis ſine ſcaligine parvi pretii.

Item Sandalia de rubeo ſameto cum caligis breudatis Aquilis, Leonibus, & Roſis,. & in ſummitate vinea breudata, ſotulares ſunt breudatæ ad modum Crucis.

Item Sandalia bona & nova breudata cum aquilis & Griffonibus, & illa cum caligis proximis ſupraſcriptis habet *Ricardus* Epiſcopus, & una calliga tantum ejuſdem operis eſt inventa.

Item Sandalia *Fulconis* Epiſcopi, cum caligis breudatis opere pectineo.

Item Sandalia cum caligis de rubeo ſameto diaſperato, breudata cum ymaginibus Regum in rotellis ſimplicibus.

Item Sandalia *Henrici de Wengham* Epiſcopi, cum floſculis de perlis Indici coloris, & Leopardis de perlis albis, cum caligis breudatis & frectatis, de armis palatis & undatis.

Item Sandalia cum caligis de rubeo ſameto, breudatis cum ymaginibus Regum in Vineis circulatis.

Item Sandalia cum caligis breudatis cum circulis cerici purpurei, rubei, & albi, cum roſulis & crucibus quæ fuerunt *Johannis de Chiſhulle* Epiſcopi *Londonenſis.*

Baculi.

BAculus *Ricardi* Epiſcopi tertius, cujus cambuca de argento deaurato, quem habet *Ricardus* Epiſcopus.

Baculus ejuſdem cum cambuca cornea, continens interius vineam circumplectentem Leonem de cupro deaurato.

Item Baculus cujus cambuca cum pomello eſt de cupro deaurato, ſuſo vineis & ymaginibus multis, aſſignatur ad uſum Epiſcopi parvulorum.

Item Baculus cujus cambuca eſt cornea, continens maſſam cupream deauratam, fuſam in ymagines multas, & pomellum ſimilis operis, inſertis lapidibus.

Item Baculus cum cambuca eburnea, continens agnum; & alius ſimilis deficit parvi pretii.

Item Baculus Cantoris de peciis eburneis, & ſummitate criſtallina, ornata circulis argenteis, deauratis, triphoriatus lapidibus inſertis.

Item Baculus qui fuit *Henrici de Wengham* de argento triphoriato & deaurato, cujus cambuca continet ymaginem *Pauli* ex parte una, & cujuſdam Archiepiſcopi ex parte alia; & in circuitu inſeruntur lapides turkeſii, & gernectæ, & baculus lingneus de tribus peciis, ornatus tribus circulis argenteis inſertis lapidibus, quorum unus deficit, cujus pes eſt de argento deaurato.

Baculus *Willielmi* Epiſcopi, de quo *Radulfus Donjon* debet reſpondere, ut dicebat *Johannes* Seneſcallus, quondam Sacriſta.

Pectines.

TRes Pectines eburnei, ſpiſſi & magni, & tres tenues & uſuales de ebore.

Item unum Pecten eburneum pulchrum, de dono *Johannis de Chiſhulle.*

Item duo Pectines eburnei ſufficientes.

Et memorandum, quod ad ciſtam coram cruce eſt unum Pecten eburneum, & unum vas criſtallinum ornatum argento cum Reliquiis, & duo groſſi lapides in capſis argenteis, ſimiliter cum Reliquiis.

Item in quodam forſario nigro, ſigillato ſigillo *Radulphi* Decani, continentur vaſculum criſtallinum vacuum, & multi lapides in capſis argenteis, & multæ perlæ parvulæ.

Pulvinaria.

PUlvinar S. *Editha* de panno de Ciglatun.

Item duo Pulvinaria de nigro ſendato, breudata cum quinque ſcutis, Vineis & Roſis, de dono *Rogeri de la Leghe.*

Item unum pulvinar de nigro ſendato, cum ymagine Majeſtatis breudata ex parte una, & ymagine beatæ Virginis ex parte altera, de dono *Johannis* Epiſcopi.

Item unum pulvinar de nigro ſendato, cum floſculis & literis breudatis, de dono ejuſdem.

Item pulvinar de rubeo cendato, cum ſcutis, avibus, floſculis, & vineis breudatis, de dono ejuſdem.

Item pulvinar magnum de rubeo ſameto, quod fuit beati *Hugonis.*

Item pulvinar magnum de panno varii coloris & operis, quod fuit Epiſcopi *Rogeri.*

Item unum pulvinar breudatum, ex parte una avibus & piſcibus & beſtiis opere pectineo, & ex alia parte floſculis, aurei argenteique coloris.

Item unum pulvinar conſutum de ſerico ſcutelato, de dono *Willielmi de Monteforti* Decani.

Item duo pulvinaria antiqua breudata. Item ſeptem alia conſuta de ſerico, & duo de panno inciſo, & unum opertum de Ciglatoun, & unum opertum de albo filo nodato, de quibus omnibus fiant Pulvinaria convenientia ad Cathedras miniſtrantium in Choro: & de quinque iſtorum facta ſuerunt duo pulvinaria magna ad Cathedras.

Item

Capæ.

CApa *Alardi* Decani de nigro ſameto, cum *Petro* & *Paulo* in pectorali, breudata cum ſtellis.

Capa quæ dicitur *Ricardi* Epiſcopi de nigro ſameto, breudato cum Leonibus, Roſis, & nodis.

Item Capa *Galfridi de Lucy* Decani, de ſameto purpurea, breudata cum lucellis & radice *Jeſſe.*

Item Capa *Henrici de Cornhulle* Decani, de purpureo ſameto, cum garbis breudatis, bona.

Item Capa de purpurea ſameto, cum ſtellis & Leopardis breudata, de dono *Willielmi Blondell.*

Item Capa quæ dicitur breudata purpurea, cum Angelis, quam dedit *Willielmus de Northalle.*

Item Capa quæ fuit *Ricardi* junioris, conſimilis eſt in omnibus præcedenti.

Item Capa fuſca de panno ſerico, quæ fuit *Martini de Patſhulle*, cum floſculis.

Item Capa quæ fuit Magiſtri *Ricardi de Stretford*, reparatur cum rubeo ſerico, & breudata cum vineis.

Item Capa ejuſdem de rubeo ſameto, plana.

Item Capa *Godefridi de Weſeham*, de rubeo ſameto, breudata cum ymaginibus Regum & Epiſcoporum.

Item Capa *Henrici de Northampton*, de rubeo ſameto, breudata cum ſcalopis.

Item Capa de rubeo ſameto, cum beſanciis & gladiolis breudata.

Item Capa *Ricardi de Windleſore* de rubeo ſameto cum pectorale optime breudata, cum Caſtro, & Epiſcopo, & Diacono.

Item Capa Magiſtri *Ricardi Ruffi* de rubeo ſameto, cum Rotundis pectoralibus aurifrigiis, Epiſcopus *R.* habet duo.

Item Capa *Willielmi de Ely* de rubeo ſameto, plana.

Item Capa *Johannis de S. Laurentio* de rubeo ſameto, plana.

Item Capa *Cinthii Romani* de rubeo ſameto, plana.

Item Capa S. *Rogeri* Epiſcopi, de rubeo ſameto, breudata cum ſtellis & Roſis.

Item Capa quam dedit *Edwardus* filius Regis *Henrici*, breudata cum Regibus, Angelis, Epiſcopis, & Roſis.

Item Capa de rubeo ſameto, quam dedit *Alexander de Swereford*, breudata cum nodis interlaqueatis, & Regibus, & Epiſcopis.

Item Capa de rubeo ſameto quæ fuit *Willielmi de Welebourn*, plana.

Item Capa *Roberti de Barton* Decani, de rubeo ſameto, bona, cum ymagine beatæ Virginis, & retro beatis *Petro* & *Paulo.*

Item Capa *Ricardi Talebot* de rubeo ſameto, bona, breudata cum Griffonibus, Angelis, & Leonibus.

Item Capa *Fulconis* Epiſcopi de rubeo ſameto ſimplici.

Item Capa *Johannis Belemayns* de rubeo ſameto, bene breudata, cum arbore vineata & aviculis.

Item Capa *Philippi Lovel* de rubeo ſameto, breudata cum Regibus & Griffonibus.

Item Capa *Johannis Fraunceys* de rubeo ſameto, breudata cum ſtellis & lunis.

Item Capa *Wiellielmi de Ely* de rubeo ſameto, breudata Leonibus, floribus, & crucibus.

Item Capa de rubeo ſameto, cum bono aurifrigio.

Item Capa *Alardi* Decani de rubeo ſameto, debilis & fracta. Item duæ Capæ de ſameto rubeo debiles & fractæ. De his tribus factæ ſunt duæ Capæ.

Item Capa precioſa quæ fuit *Thomæ de Cantilupo*, de rubeo ſameto, breudato ymaginibus Epiſcoporum, Regum, & Apoſtolorum.

Item Capa Magiſtri *Thomæ Eſſewy* de rubeo baudekino, cum equis armatis.

Item Capa de rubeo baudekino, cum ſtellis aureis.

Item duæ Capæ de baudekino rubeo, cum arboribus & aquilis.

Item Capa de rubeo baudekino, cum rotellis, & Leopardis infra rotas. Mittitur apud *Cadyndone.*

Item Capa *Fulconis* Epiſcopi bene operata, opere pectineo auro & argento.

Item Capa facta de panno pretioſo, quam dedit domina *Katherina Lovel*, de opere pectineo.

Item Capa de albo ſameto, breudata cum rotellis & citacis, quam dedit *Willielmus Paſſemere.*

Item duæ Capæ de albo diaſpro, cum capitibus & Leopardis coronatis, quam dedit *Petrus de Newport.*

Item Capæ *Roberti le Moyne* de cendato afforciato albo, cum margaritis ante, loco morſus.

Item duæ Capæ albæ, quaſi unius operis, factæ per *Robertum le Moyne* de duobus baudekinis, cum Citacis.

Item Capa quæ dicitur Magiſtri *Rogeri* Capellani de albo ſameto, cum beſanciis & Angelis.

Item Capa facta de albo baudekino, quam dedit *Robertus de Eſthalle*, cum aquilis aureis & Leopardis.

Item Capa alba, operata rotellis, facta de uno baudekino, cum Citacis.

Item Capa *Rogeri de Wygornia*, de albo diaſpro, fracta.

Item Capa alba cum circulis, & avibus, fracta, & parvi valoris.

Item Capa alba cum circulis & Leonibus, debilis, & fracta. } ſuſpenſæ.

Item Capa, quaſi alba, cum floribus gladiolis, debilis, & fracta.

Item Capa alba, cum arboribus, Leonibus in longitudine, debilis & fracta.

Item Capa *Henrici de Wengham* de Indico, ſameto plana.

Item Capa *Willielmi de Haverhulle* de Indico ſameto, breudata cum turribus & Regibus.

Item Capa *Roberti Burnel* de Syndono Hyſp. coloris Indici indentata.

Item Capa Indica, breudata cum pulcris pector. Debilis, aſſignata ad parmas puerorum.

Item Capa Indici coloris, cum arboribus, & avibus in ramunculis, debilis.

Item Capa de Baudekino Indici coloris, cum rotellis auratis, continentes Leopardos, quam dedit *Johannes de Braynford.*

Item Capa *Willielmi* Epiſcopi de viridi ſameto, breudata cum Angelis, & ſagittariis, precioſa.

Item Capa *Ricardi de Stanford* de viridi ſameto, breudata nodis, Regibus, Leonibus, & Griffonibus.

Item Capa *Fulconis* Epiſcopi de viridi ſameto, plana.

Item Capa de viridi ſameto, debilis.

Item Capa de ſameto croceo, quam dedit *Petrus* Epiſc. Winton.

Item una Capa crocea, quam dedit *Wil. Joyner.*

Item Capa de panno Jaunenſi, cum circulis & avibus croceis, & Leopardis.

Item Capa *Johannis de Luke* de Baudekino, cum pineis in campis laqueatis.

Item Capa Magiſtri *Roberti de Stouwe*, de ſubtili baudekino, florigerato & pineato.

Item Capa facta de baudekino ad modum Templi, cum militibus equitantibus infra, cum avibus ſuper manus, quam dedit *Henricus de Sandwyco* Epiſcopus.

Item Capa facta de baudekino, cum hominibus equitantibus, de dono *Rogeri de Seyton.*

Item Capa *Gileberti de Stratton*, de panno aureo, lineato cum ſendato rubeo afforciato.

Item Capa *Johannis de Sancti Maria*, facta de baudekino, cum Griffonibus & Elefantis purpurei coloris.

Item Capa facta de baudekinis purpureis, cum Aquilis aureis extenſis cum floribus.

Item duæ Capæ factæ de baudekino purpureo, unius operis, cum circulis aureis, & in medio circuli duo Griffones.

Item duæ Capæ factæ de baudekino unius operis, varii coloris, cum beſtiis variis interſertis.

Item Capa purpurei coloris cum rotellis & duobus Leopardis infra rotas ſe invicem continentes.

Item Capa purpurea cum Griffonibus in punctis quadratis, debilis & fracta.

Item Capa quaſi purpurea, cum rotellis & Griffonibus infra rotas, notis interpoſitis debilis. Mittitur apud *Barlyngs.*

Item Capa *Willielmi de Fere* de Indico baudekino, cum militibus armatis.

Item Capa *Johannis Maunſel*, de panno aureo qui vocatur Ciclatoun.

Item Capa breudata cum minutis nodis, de dono *Radulphi Dounjon.*

Item Capa *Fulconis* Epiſcopi conſuta de ſerico, opere pulvinario, arboribus croceis & albis.

Item Capa cum nodulis, chekeratis, ſubtilis operis, facta de caſula Epiſcopi *Fulconis.*

Item Capa *Roberti de Clifford* de ſpiſſo panno fracta. Aſſignatur ad tunicas puerorum.

Item xxiv. Capæ puerorum fractæ, & parvi precii.

Item Capa domini *Edmundi* Comitis *Cornubiæ* de quodam diaſpero Antioch: coloris, tegulata cum arboribus & avibus diaſperatis, quarum capita, pectora & pedes, & flores in medio arborum ſunt de aurifilo contextæ.

Item Capa ejuſdem de quodam panno Antiocheno, cujus campus niger, cum creminis de aurifilo contextis.

Item Capa Magiſtri *Johannis de S. Claro*, de quodam panno Tarſico, viridis coloris, cum pluribus piſcibus & roſis de aurifilo contextis.

Item ſeptem Capæ factæ de quodam magno panno, & quatuor aliis pannis minoribus ejuſdem ſectæ, datæ Eccleſiæ *S. Pauli* pro anima *Alianoræ* Reginæ junioris, cum targis de Armis Regum *Angliæ* & *Hiſpaniæ.*

Item quatuor Capæ factæ de quatuor pannis datis pro anima *Willielmi Paſſemere*, quarum campus eſt croceus, cum Leonibus junctis, & avibus intra virgulas cheveronatas in alternis ſpaciis de aurifilo contexto.

Item duæ Capæ factæ de duobus pannis mediocribus, coloris albi per partes.

Item duæ Capæ factæ de uno panno ſerico veteri, pro parte albi coloris, & pro parte viridi.

Item Capa de dono domini *Radulphi de Staneford* de Indico velvetto, cum aurifrigio de rubeo velvetto, cum platis & perlis deſuper poſitis.

Amicti per ſe.

Duo Amictus de filo aureo aliquantulam lati & plani.

Item Amictus cum puro aurifrigio veteris ornatus.

Item Amictus breudatus de auro puro, cum rotellis, & amatiſtis, & perlis, & deficiunt ix lapides & perlæ.

Item Amictus vetus breudatus cum auro puro, & duobus aymallis, & tribus lapidibus, & cæteri deficiunt.

Item Amictus planus per totum de aurifrigio.

Item Amictus de aurifrigio plano, ornatus in limbis viridi ſendato, vetus eſt.

Item Amictus de rubeo ſameto breudato de aurifilo cum Leonibns & floribus in rotellis & lapidibus inſertis & deficiunt xi. Lapides.

Item Amictus *Rogeri de Weſeham*, habens campum de perlis Indicis, ornatus cum duobus magnis Epiſcopis, & uno Rege ſtantibus argentes deauratis, ornatus lapidibus vitreis magnis & parvis per totum in capſis argenteis deauratis; & deficit unus lapis.

Item Amictus de dono dominæ *Katerinæ Lovell* de opere pectineo.

Item Amictus de veteri aurifrigeo.

Item Amictus de puro aurifrigeo vineato, cum perlis.

Item duo Amicti veteres, quorum unus de opere Saracenis, & alius de ſameto vitidi, breudato cum avibus in circulis.

Item Amictus cum parura de lato aurifrigeo nodulato.

Item Amictus cum parura de ſtricto aurifrigio de fino auro cum nodulis.

Item Amictus cum parura de rubeo ſameto breudato cum ymaginibus.

Item

Item Amictus cum parva contexta de nodulis de filo aureo, viridi & rubeo ſerico, cum nodulis ſerico compoſitus de magnis perlis albis, de dono *Ricardi de Graveſende Londinenſis* Epiſcopi.

Item parura Amictus cum campo de perlis albis parvulis, cum floribus & quadrifoliis in medio, & platis in circuitu per limbos argenteos deauratos, cum lapidibus & perlis, ordine ſpiſſo ſerico inſertis in capſis argenteis, & ſex bullonibus de perlis in extremitate, una de dono ejuſdem Epiſcopi.

Veſtimenta.

VEſtimentum *Ricardi* Epiſcopi habet paruram de rubeo ſameto brudato cum Leonibus incedentibus, caudis erectis, & floribus interlaqueatis, ſtola & manipulis de eodem panno, in quorum extremitatibus breudatur arbor cum duabus avibus & Leonibus. Amictus eſt de aurifrigeo puro cum barris de perlis, & deficiunt multæ perlæ.

Item Veſtimentum quod fuit *Henrici de Northampton* habet paruram de rubeo ſameto breudatam Leonibus, Serpentibus, Volantibus, aquilis, piſcibus interjectis, cum punctis albis & nigris, cum ſtola & manipulo de eodem panno, breudatis Leonibus in circulo. In extremitatibus breudantur *Uriel*, *Barachias*, Amictus eſt de aurifrigio plano.

Item Veſtimentum *Ricardi* Archidiaconi *Colceſtriæ* de rubeo ſameto plano ſine breuderio limbato aurifrigio & virgulato. Stola & manipuli de rubeo ſameto plano.

Item Veſtimentum *P. Bleſenſis* habet paruras de rubeo ſameto breudatas floribus ad modum Crucis. Stola & manipuli de eodem opere, Amictus ſimiliter.

Item Veſtimentum quod dicitur *Sneyl* habet paruram de rubeo ſameto breudatam Martyribus, Confeſſoribus & Virginibus. Stola & manipuli de rubeo ſameto breudati in ſinibus.

Item Veſtimentum *Willielmi* Epiſcopi habet paruram de rubeo ſameto breudatam cum margaretibus peroptimis, umerale cum quatuor ymaginibus ſine ſtola & Manipulis, & deficiunt plures margaritæ.

Item Veſtimentum *Alardi* Decani habet paruram de rubeo ſameto, breudatam Majeſtate & Apoſtolis; habet Amictum de aurifrigeo puro, cum duabus virgulis in medio. Stola & manipuli cum ymaginibus, & in extremitatibus Angeli cum campanulis argenteis.

Item Veſtimentum *Ricardi* Epiſcopi habet paruram de rubeo ſameto, breudatam cum quinque foliis. Stola & manipuli ejuſdem operis, Amictus de aurifrigio magno nodato.

Item Veſtimentum quod dedit *Johannes de Waledon* habet paruras de rubeo ſameto breudatas cum Salvatore & Angelis. Amictus de opere pulviniario, cum parvis ſcutis. Stola & manipuli de rubeo ſameto, breudati cum Regibus ſtantibus.

Item Veſtimentum quod fuit *Bartholomei Brunne* habet paruras de rubeo & Indico opere conſuto, cum Majeſtate & decem Apoſtolis: Amictus de eodem panno & opere. Manipuli ejuſdem operis, & ſtola de opere Sarac. Cum nodis & beſtiis & floribus breudatis.

Item Veſtimentum *Roberti* Decani habet paruras de rubeo ſerico conſuto, cum hiſtoria Annunciationis & Nativitatis domini. Amictus de rubeo ſameto cum Majeſtate & Angelis. Stola & manipuli breudati cum ymaginibus Apoſtolorum.

Item Veſtimentum cum apparura de rubeo ſameto, breudatum anterius ymaginibus beatæ Virginis & octo Apoſtolorum, & poſterius ymaginibus Salvatoris & octo Apoſtolorum cum umeralibus & manipulis ejuſdem coloris breudatis cum ſtola, manipula & paruta. Amictus ſimilis coloris & operis dati pro anima *Alianoræ* Reginæ junioris.

Item Veſtimentum *Ricardi* Epiſcopi habet paruram Indici ſameti, breudatam cum Apoſtolis, nominibus ſingulorum ſupraſcriptis: Stola & manipuli ejuſdem panni, & breudati Apoſtolis cum albis faciebus. In extremitate ſtolæ breudatur *S. Nicholaus* & *Oſwaldus*, & in manipulis *Erkenwaldus* & *Edmundus*. Amictus de aurifrigio, cum perlis & granis aureis, ubi deficiunt plures perlæ & grani, urlatur aurifrigio puro & ſtricto.

Item Veſtimentum *Henrici de Northampton* habet paruram Indici ſameti, breudatam Leonibus, aquilis & arboribus ſibimet ſuppoſitis; ſtola & manipuli ejuſdem panni breudati ymaginibus, in quorum extremitatibus breudatur *Th.* & *Paulus*, *Erkenwaldus* & *Ricardus*; Amictus de filo auro tracto floribus.

Item Veſtimentum *Rogeri* Capellani, cum parura nigri ſameti breudata cum Majeſtate & Apoſtolis cum albis faciebus ſine ſuperſcriptione. Stola & manipuli de Indico ſameto, breudati cum ymaginibus Apoſtolorum & Prophetarum, cum albis faciebus nominibus deſignatur. Amictus de aurifrigio plano & puro.

Item Veſtimentum habens paruram de Indico ſameto breudatum cum Leonibus, floribus, & avibus, & liliis, & minutis beſanciis, cum Amictu, Stola, & Manipulis ejuſdem operis & coloris, cum limbo de ſtricto aurifrigio.

Item Veſtimentum *Henrici de Wengham* Epiſcopi habet paruras de Indico ſameto, breudatas cum ymaginibus Salvatoris & ſex Apoſtolis in orbilone una parte, & in alia parte ymago beatæ Virginis, cum aliis ſex Apoſtolis ſuper humerale de opere plumario, cum xv. ſcutis auri & argenti & ſerico, cum avibus & roſis in limbo. Stola & manipuli de opere precioſo, cum roſis & nodis aureis & argenteis intermixtis, cum nodulis frectatis in extremitatibus de filo auri & argenti.

Item unum Veſtimentum, cum parura Indici coloris, breudatum ex Griffonibus in rotellis, & Roſa in medio, cum ſtola & manipulis humeralibus, & Amictu ejuſdem operis, & cingulo texto ex nodis de ſerico, ex dono Magiſtri *Andreæ de London*.

Item

Item Veſtimentum quod fuit *Willielmi le Fere*, cum parura de purpuro ſameto, breudata de hiſtoria beati *Nicholai* in circulis aureis. Amictus de eodem panno cum octo ymaginibus. Stola & manipuli de rubeo ſendato breudati cum Epiſcopis in extremitatibus.

Item Veſtimentum quod fuit *H. Decani*, cum parura de purpuro ſameto, cum garbis auribreudatis & Roſis intermixtis. Amictus de aurifrigio puro vineato cum avibus & albo ſerico. Stola & manipuli de auro filo ſtricto, *Petro* & *Paulo* in extremitatibus.

Item Veſtimentum *Galfridi de Lucy* Decani, habet paruram de purpuro ſameto, breudatam duobus Epiſcopis, cum duabus ſtolis & manipulis duabus albis contextis viridi; ſed una ſtola & manipulus aſſignantur Capellanis celebrantibus pro anima *Fulconis Baſſet*.

Item tria Veſtimenta *Radulphi* Decani deputantur ad commendationem mortuorum, & ſunt parvi precii.

Item Veſtimentum quod dedit *Willielmus* Camerarius *Rogeri* Epiſcopi de opere Saraceno; vetus eſt, & ſine ſtola & manipulo. Amictus de opere Saraceno. Liberatur *Petro de Ware* Capellano celebranti pro anima *Euſtachii de Faucunberge*, præcepto Decani.

Item Veſtimentum quod dedit *Ricardus* Vicarius de *Bellocampo*, habet paruram de ſerico marmoreo, breudatam cum Griffonibus & Leonibus ambulantibus in rotis. Stola & manipulus de eodem opere. Amictus de aurifrigio lato & puro.

Item Veſtimentum *Fulconis Baſſet* habet paruram de opere pectineo, cum roſis, arboribus, floribus, & beſtiis. Amictus undatus ad modum vexilli. Stola & manipulus de opere pectineo, cum nodulis in fine ejuſdem operis.

Item aliud Veſtimentum ejuſdem, cum parura breudata de Regibus ſedentibus in Cathedra infra circulos, cujus campus eſt diverſi coloris conſutus, alii viridis, alii rubei, alii Indici coloris. Amictus breudatus floribus. Stola & manipulus conſuuntur ad modum crucis & perlarum.

Item aliud Veſtimentum ejuſdem habet paruram de opere plumario, diverſi coloris. Amictus de opere plumario conſutus cum nodis auri & argenti habens Crucem in medio, ſine ſtola & manipulo.

Item Veſtimentum quod dedit *Galfridus* Decanus ad miniſterium Altaris beatæ Virginis, habet paruras de opere plumario longas, cum beſtiis, floribus & variis ſcutis diverſi coloris, cum ſtrictis aurifrigiis per totum in limbis. Amictus cum decem ſcutis majoribus auri, cum coronatione beatæ Virginis in medio. Stola & manipulus, & ſuper-eumerale de eodem opere, cum arboribus auri in extremitate.

Item Veſtimentum *Henrici de Wengham* breudatum de auro & argento, cum Armis *H. de Wengham*. cum Amictu, ſtola & manipulo ejuſdem operis, cum lanivello.

Item Veſtimentum quod fuit *Willielmi Curcepel* habet paruram de opere plumario, cum ſcutis de diverſis armis; ſtola & manipulus de eodem opere cum Amictu de nodis auri, cum ſtellis de argento, & literis circumſcriptis; & aſſignatur ad Miſſam beatæ Virginis.

Item duo paria Veſtimentorum unius ſectæ de opere pectineo, facta fuerunt de quadam caſula quæ fuit *Fulconis Baſſet*, cum duobus Amictibus. Duo manipuli, & duæ ſtolæ ejuſdem operis.

Item unum Veſtimentum de dono *Roberti de Drayton* Theſaurarii cum paruris conſutis foliis, nodulis, & aquilis ex parte una, ex alia parte nodis pectineis: Stola & manipulus cum nodis oblongis, & Amictus cum puellis karolantibus, & cingulum de filo. Aſſignatur ad Miſſam beatæ Virginis.

Item Veſtimentum cum paruris ſericis, cum ſcutis diverſis, & beſantiis auri interpoſitis. Stola & manipulus ejuſdem ſectæ, ſine beſanciis, cum Amictu breudato de xi. ſcutis, de dono *Henrici de Sanwyco* Epiſcopi.

Item Veſtimentum cum paruris, breudatum Archangelis, cum ſtola & manipulo breudatis cum nodis pectineis & arboribus in limbis. Amictus breudatus ex decem arboribus & aquila in medio, de dono *Galfridi de Ferynges*. Item Amictus, ſtola, & manipulus de opere ad modum perlarum, breudati de parvulis nodis cum Cathenellis argenteis, & bullonibus in limbo.

Item Veſtimentum conſutum de ſerico & ſcutis, turilis, & aviculis, cum ſtola & manipulo ejuſdem ſectæ; & amictu cum ſeptem ſcutis majoribus, ex dono *Henrici de Sandwyco*: Aſſignatur ad Miſſam Apoſtolorum.

Item una Alba cum paruris de baudekino veteri, ſimiliter aſſignantur ad Miſſam Apoſtolorum. Mittitur apud *Naveſtoke*.

Item Veſtimentum de rubeo ſameto, breudatum Leonibus. Stola & manipulus de viridi ſerico. Amictus de lato aurifrigio, cum nigris gemellis ſtrictis.

Item Veſtimentum cum paruris conſutis de ſerico, de ſcutis alterius breudatis ex una parte, & nodulis conſutis, partim de ſerico, partim breudatis, cum ſtola & manipulo contextis de rubeo ſerico, nodulis & floribus de aurifilo interpoſitis. Amictus conſutus de ſerico rubeo & indico, cum arboribus breudatis, & cingulo de rubeo ſerico, de dono Domini *Roberti de Drayton* Theſaurarii, qui illud aſſignavit ad miniſterium principale Altaris.

Item unum Veſtimentum cum paruris conſutis de ſerico rubeo viridi in campis, cum ymaginibus breudatis anteriùs, de hiſtoria Magorum, oblationis Chriſti in Templo, & baptiſmate Chriſti; & poſterius de hiſtoria Paſſionis, cum humeralibus maniculis, ſtola, manipulo, & parura. Amictus ſimilis coloris & operis, de dono *Willielmi de Monteforti* die ſepulturæ ſuæ.

Item Veſtimentum cum parura de ſerico conſuto variis ſcutis; cum humeralibus, paruris, maniculis, ſtola, manipulo & parura. Amictus ſimilis operis cum cingulo de ſerico contexto, crocei viridiſque coloris.

Item

Item Vestimentum de albo serico, cum integris paruris, deputatum ad mortuos.

Item Vestimentum *Nicholai* Penetentiarii, habet paruras consutas de opere plumario, cum arboribus, nodis, & bestiis, & luceis. Amictus de opere consimili.

Item una Alba cum toto apparatu bene breudato, cum ymaginibus Coronationis beatæ Virginis anteriùs; & ymaginibus *Baptistæ*, *Petri*, & *Pauli* à leva; & *Magdalenæ*, *Catherinæ*, *Margaretæ*: Et à parte posteriori *Trinitatis* cum tribus Angelis ad levam; & *Thomæ* & *Stephani* & *Laurentii* ad dextram, cum stola, manipulo festis omnium Sanctorum, & Sancti *Erkenewaldi*.

Item una Alba cum parura breudata anteriùs, cum ymaginibus beatæ *Mariæ*, *Margaretæ*, *Magdalenæ*, *Katherinæ*, & S. *Fidis*; & à parte posteriori cum ymagine Salvatoris, *Petri*, *Pauli*, *Andrei*, & *Bartholomei*; & cum toto alio apparatu breudato de ymaginibus Virginum, ex dono *Radulfi de Baudak* Decani, Ecclesiæ S. *Pauli*, ut cum illis celebretur in festis beatæ *Mariæ*.

Item una Alba cum paruris consutis de serico, cum nodulis, & cum crucibus in medio nodulorum de nigro serico; stola, manipulus, & parura, Amictus ejusdem sectæ, de dono *Willielmi* Cissoris *Alianoræ* Reginæ junioris. Assignatur ad Missam beatæ Virginis per ipsum pro anima dictæ Reginæ.

Stola & Manipuli, per se.

STola & Manipulus in medio de Ciglatoun, limbati in circuitu aurifrigio, & in extremitate breudati cum nodulis de perlis & lapillis insertis; & deficiunt in manipulo ix lapides, in stola tres.

Item stola & manipulus de simili panno, cum aurifrigio stricto in circuitu per limbos, & in extremitate de aurifrigio fino, interlaqueato cum avibus.

Item stola & manipulus de alto dyaspro limbato de aurifrigio stricto per circuitum; & in extremitatibus de vineis & avibus breudatis de auro fino.

Item Manipulus de opere pectineo, cum nodis contextis argenti filo, & in extremitatibus de aurifrigio, cum floribus & listis de perlis albis parvulis. Stola de serico viridi contexta cum nodulis de aurifilo, cum extremitatibus similibus manipula præcedenti.

Item unus Manipulus Indici coloris, cum ymaginibus Apostolorum, cum aurifrigio stricto nodulis per circuitum.

Tunica & Dalmatica.

TUnica & Dalmatica de rubeo sameto, quas dedit Magister *Laurentius Romanus*.

Item Tunica & Dalmatica de rubeo sameto, cum stricto aurifrigio, cum borduris in posteriori parte, & floris cum capitibus Draconum de auro.

Item Tunica & Dalmatica de rubeo sameto veteri Virgulato, quæ fuerunt Proris de *Acon*.

Item Tunica & Dalmatica de rubeo sameto stragulato de aurifrigio, quæ fuerunt *Falconis Basset*,

Item Tunica & Dalmatica de rubeo sameto, cum largo aurifrigio de Venisio, de dono *Jordani* Cardinalis.

Item Tunica & Dalmatica de rubea sendato afforciato Virgulato, cum aurifrigio, de dono *H. de Sandwyco*.

Item Tunica de rubeo sameto, cum aurifrigio bono.

Item Tunica & Dalmatica de purpureo sameto, quæ fuerunt *Henrici de Cornhulle* Decani cum garbis aureis.

Item Tunica & Dalmatica de purpureo sameto stragulato aurifrigio, de dono *Galfridi de Lucy* Decani.

Item Tunica de purpureo sameto bene adalbata, quæ fuit Magistri *G. de Feryngc* Decani.

Item Dalmatica de nigro sameto bene adalbata aurifrigio, facta de quodam panno oblato per *Hubertum de Burgo*.

Item Tunica & Dalmatica Indici coloris *Henrici de Wengham*, cum tribus aurifrigiis & listis in scapulis ante & retro, diversi operis.

Item Tunica & Dalmatica ejusdem *Henrici* Indici coloris; Dalmatica virgulata rubeo & albo, & Tunica virgulata albo & nigro, cum bullonibus de margaritis.

Item Tunica & Dalmatica de Indico sendato, afforciata cum bordura operis Saraceni in extremitate.

Item Tunica & Dalmatica de Indico baudekino veteri, cum avibus deauraris in stricto aurifrigio.

Item Tunica de croceo sameto, quam dedit *Wintonienſis* Episcopus *Petrus*.

Item Tunica de viridi sameto, quam dedit *Martinus de Pateshulle*.

Item Tunica & Dalmatica, de viridi sameto, quæ fuerunt *Eustachii* Episcopi, debiles valde.

Item Tunica & Dalmatica de serico albo diasperato de aresto.

Item tria paria Tunicarum & Dalmaticarum de albo diaspro, quas dedit Magister *Andreas de London*.

Item Tunica & Dalmatica de albo diaspro, lineato interius de rubeo sendato, quæ fuerunt *H. de Sandwyco* Episcopi, quas habet *Ricardus de Gravesende Londonensis* Episcopus.

Item Tunica & Dalmatica de albo diaspro, cum citacis viridibus in ramunculis, de dono *Ricardi de Gravesende* Episcopi, lineatæ cum rubeo sendato afforciato.

Item Tunica & Dalmatica de albo baudekino, cum bordura ejusdem panni, de auro campo rubeo, & avibus de auro in Dalmatica; & in Tunica rubea bordura sine avibus.

Item tria paria Tunicarum & Dalmaticarum de diaspro albo plano; & suspenduntur quia parvi valoris.

Item

Item Tunica de Imperiali, cum arboribus rubeis, & Leonibus aureis ſine bordura in ſuperiori parte, cum humerali ex auro contexto.

Item Tunica de alio Imperiali florigerata viridi & rubeo, cum annulis rubeis ad modum columbæ.

Item Tunica de alio Imperiali, cum vineis rubeis, infra cujus frondes ſunt & Leones.

Item Tunica ex alio Imperiali quaſi marmorea, cum floribus viridibus de bono panno ſpiſſo.

Item Tunica de quodam panno marmoreo ſpiſſo, cum rotis, & Griffonibus infra rotas de ſerico purpureo.

Item Tunica de quaſi conſimili panno ſpiſſo, & rotata cum Griffonibus purpureis.

Item Tunica de diaſpro marmoreo ſpiſſo, ſtragulata cum aurifrigio.

Item Tunica & Dalmatica de panno Indico Tarſico beſantato de auro, de dono Magiſtri *J. de S. Claro.*

Item Tunica & Dalmatica de quodam panno Tarſici coloris, tegulata cum beſantiis & arboribus de aureo filo contextis, de dono dicti Magiſtri *Johannis.*

Item Tunica & Dalmatica de Indico ſendato limato cum rubeo cendallo, de dono *Ricardi* Epiſcopi *London.*

Caſulæ.

CAſula *Nicholai* Archidiaconi de rubeo ſameto precioſa, cum vineis de perlis in modum amplæ Crucis in dorſo.

Item Caſula de rubeo ſameto, quæ fuit *Fulconis* Epiſcopi, cui apponitur antiquum dorſale colærigeratum interlaqueatum de fino auro, cui inſerantur quatuor berilli, & tres circuli aymallati, & quatuor lapides ſculpti; & quatuor alemandini, & in medio Agnus Paſchalis.

Item Caſula *Radulfi de Diceto* de rubeo ſameto, cum dorſali puri aurifrigei vineata.

Item Caſula *Roberti* Decani de rubeo ſameto, cum lato aurifrigio.

Item Caſula *Willielmi de la Fere* de rubeo ſameto.

Item Caſula de rubeo ſameto lineata ſendato rubeo, de dono *Henrici de Sandwyco* Epiſcopi, bene ornata aurifrigio.

Item Caſula de rubeo ſameto plano, bona.

Item Caſula de rubeo ſameto, cum aurifrigio de vineis. Dicitur quod *Ricardus* Epiſcopus habet.

Item Caſula *Euſtachii* Epiſcopi de rubeo ſameto, liberata ad Miſſam Apoſtolorum.

Item Caſula de rubeo ſameto vetus, cum aurifrigio nodato.

Item Caſula de rubeo ſendato, quæ fuit *Ricardi* Comitis; parvi pretii.

Item Caſula *Wulfrani* de Indico ſameto, bona & precioſa, cum pectorali & ymaginibus *Petri* & *Pauli* de fino auro, & humerali vineato de fino auro breudato, & lapidibus inſertis, & extremitate talari conſimili.

Item Caſula *Henrici de Wengham* de Indico ſameto.

Item Caſula de Indico baudekino cum Griffonibus, Miſſa apud *Naveſtocke.*

Item Caſula Indica burellata, de dono *Henrici de Sandwyco*, debilis.

Item Caſula quæ fuit *Henrici de Cornhulle* Decani purpurea, cum garbis deauratis palliata.

Item Caſula de radice *Jeſſe*, quam dedit Rex *Henricus*, precioſa, breudata cum ſtellis & lunis & dorſali, cum ymagine Crucis, xvi. lapidibus inſertis, & deficiunt duo lapides.

Item Caſula *Galfridi de Feringes* Decani purpurea, bona.

Item Caſula de ſindone purpurea linitâ cendata viridi, bene ornata aurifrigio, de dono *H. de Sandwyco.*

Item Caſula quæ fuit Magiſtri *Henrici de Northampten*, de nigro purpuro, bona cum dorſali de aurifrigio optimo.

Item Caſula *Alardi* Decani de nigro ſameto, dorſali & pectorali optimi aurifrigei vineati.

Item Caſula *Petri Bleven.* de ſameto purpureo, aliquantulum ſanguineo, cum pectorali literato.

Item Caſula *Galfridi de Lucy*, bona ſanguinea palliata.

Item Caſula nigra facta de quadam veteri Capa.

Item Caſula de nigro ſameto plano, alternata cum rubea.

Item Caſula *Willielmi* Epiſcopi de viridi ſameto.

Item Caſula *Richardi de Clifford* de viridi ſameto.

Item Caſula viridis ſcutulata variis Armis, & bono aurifrigio, data pro anima Reginæ *Alianoræ* junioris.

Item Caſula quæ fuit S. *Elphegi* de ſameto croceo, cum dorſali pulcro de aurifrigio, lapidibus inſertis.

Item Caſula de croceo cendato, quæ fuit *Johannis de Chiſhulle Londinenſis* Epiſcopi.

Item Caſula *Hugonis de Orivalle* de albo diaſpro, cum pectorali & dorſali largo, de floſculis de fino auro, cum lapidibus grandibus, unde quinque ſunt camahutæ.

Item Caſula Prioris de *Acon* de albo diaſpro, cum dorſali, floſculis de aurifrigio.

Item quatuor Caſulæ quas dedit Magiſter *Andreas de London*, de albo diſapro, quarum duæ debiles.

Item Caſula de albo diaſpro, cum citacis combinatis per loca in ramuſculis, de dono *Richardi* Epiſcopi.

Item Caſula de albo diaſpro vetus & debilis, liberatur *Johanni de Bradlyng* Capellano.

Item Caſula alba de Fuſtian, quæ fuit *Galfridi de Lucy*, liberatur Altare S. *Johanni* Evangeliſtæ.

Item Caſula de Fuſtian, deputatur ad Altare *Galfridi de Lucy.*

Item Caſula linea opere mappali, deputatur ad Altare S. *Stephani.*

Item

Item Caſula de albo ſameto, & caſula quartlata, ſuſpenduntur & reſervantur, & ex eis fit una Caſula.

Item Caſula *Godithæ de Coventre*, ſuſpenſa & fracta, reſervatur ad faciendum alias.

Item Caſula *Nicholai* Penetentiarii, tota conſuta de ſerico.

Item Caſula de Baudekino, quam dedit Rex ad Altare S. *Radegundis*, & eſt ad Altare prædictum.

Item Caſula marmorei coloris, facta de veteri capa.

Item Caſula de panno Tarſico, Indici coloris, cum piſculis & roſulis aureis, & lato aurifrigio, optimè operato cum ymaginibus & ſcutis, & dorſali conſimili, de dono Magiſtri *J. de S. Claro*, qui voluit ut cum illa celebretur in feſtis omnium Sanctorum, & Sancti *Erkenewaldi*.

Item Caſula de Indico cendallo, lineata cum rubeo cendallo, de dono *R. de Graveſend* Epiſcopi *Londini*.

Item Caſula de albo diaſpro, lineata cum cendallo purpureo, de dono ejuſdem Epiſcopi.

Item Caſula de quodam panno Tarſici coloris, regulata cum pluribus liſtis de aurifilo contextis, de dono Magiſtri *J. de S. Claro*.

Item Caſula de quodam panno Tarſico, cum rubeo panno diaſperato auro, cum arboribus & cervis de aurifilo contextis, cum aurifrigio de Armis Regum *Francia & Aragoniæ*, de dono *Willielmi* Ciſſoris *Alianoræ* Reginæ junioris; & aſſignatur per ipſam ad Miſſam beatæ Virginis, pro anima dictæ Reginæ.

Corporalia.

UNa capſa magna breudata ex ſcutis ad corporalia, cum cruce ex literis.

Item alia capſa breudata cum Majeſtate ex parte una, & undata cum floribus ex alia cum Corporalibus.

Item alia capſa breudata ex ſcutis, & parte una, & undata cum floribus ex alia cum Corporalibus.

Item alia conſuta de ſerico ex ſcutis, cum Corporalibus.

Item alia breudata ex Crucifixo ex una parte ad Altare beatæ Virginis cum Corporalibus.

Item capſa operta ſameto rubeo, cum frectis & ſcutis breudatis præterquam in tergo, cum pedibus & clauſura argentea.

Item una burſa breudata de armis variis, de dono *Walteri de Eſſex*.

Item una capſa breudata cum ymagine Crucifixi, *Mariæ* & *Johannis*, ex una parte, & Capite S. *Pauli*, & gladio ejuſdem, ex alia, de dono *Rad. de Baudak* Decani.

Item alia capſa cujus campus aureus bene diaſperatus, de aurifilo, cum ymaginibus Crucifixi; *Mariæ* & *Johannis*, ex una parte, & Corona beatæ Virginis, & campo conſimili, ex alia, ex dono *J. de S. Claro*.

Offertoria.

UNum Offertorium ſtragulatum, de rubeo & viridi.

Item quatuor Offertoria minora de rubeo ſerico liſtata aurifilo, facta de quodam veteri panno, quorum duo habent extremitates de opere Saraceno contextas.

Item unum Offertorium album in extremitate ſtragulatum aurifilo, de dono *Roberti de Binetre*.

Item duo Offertoria bendata, de opere Saraceno, de dono ejuſdem *Roberti*.

Item duo Offertoria de panno albo, cum extremitatibus contextis de ſerico, beſtiis, arboribus, turilis, & avibus.

Abſterſoria.

DUo Abſterſoria de panno lineo, cum extremitatibus bordatis de ſerico, ad extergendum digitos poſt perfuſionem in majori Altari.

Frontalia.

UNum Frontale de nigro ſameto, cum barris & Vineis de aurifrigio bono ad majus Altare.

Item aliud Frontale ſtrictum breudatum cum pluribus diverſis ſcutis; & in medio breudantur ymagines Crucifixi, *Mariæ* & *Johannis*; & in extremitatibus ymagines *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, de dono Magiſtri *Johannis de S. Claro* ad idem Altare.

Libri.

Pſalteria.

PSalterium gloſatum & parvum, eſt de moderna litera ſatis bona.

Item Pſalterium in quo præmittuntur ornamenta quæ *Radulfus de Diceto* contulit Eccleſiæ *Londinenſi*.

Item Pſalterium totum interlineatum Anglico.

Item Pſalterium *H.* Decani gloſatum, intitulatum ſuo nomine.

Antiphonaria.

Antiphonarium *Albrici* eſt in duobus Voluminibus.

Item Antiphonarium quod dicitur *Roberti de Clifford* magnum.

Item Antiphonarium quod dicitur fuiſſe *Radulfi de S. Benedicto*.

Item Antiphonarium quartum minimum præmiſſorum.

Iſti quatuor Antiphonarii ſemper ſunt in Choro.

Item Antiphonarium quintum quod fuit *Willielmi* Episcopi novum, & de bona litera bene notatum, nullo præmisso incipit *Ecce, dies*. Finit in Oratione *Deus qui Ecclesiam tuam sponsam.*

Item Antiphonarium bonum notatum, & incipit à *Kal. & post ympnatum* notatum; & finit ad *Venitarium.*

Item unum Antiphonarium bonum, incipiens *Rex Pacificus*: Et finit, *Prudens & Vigilans virgo*: Et ligatur in corio.

Item aliud Antiphonarium simile bonum, habens in prima litera puerperam Virginem cum parvulo, & similiter incipit & desinit sicut aliud Antiphonarium præcedens.

Omelia. Legenda quædam, sive Omelia, quam dedit *Robertus de Clifford*; incipiens Evangelio, *Factum est autem cum loqueretur*: Finit *Videatur Deus decor in Sion.* Et sequuntur annotationes Reliquiarum.

Item Omelium pilosum, malè ligatum & haspatum, in cujus margine intitulantur *Omelia*; & incipit, *De S. Maria in Sabbatis*; & finit in *Octob. S. Laurentii.*

Item Omelium estivale de bona litera, quod dicitur Episcopi *Ricardi*: Incipiens, *Quomodo juxta Matheum*; & finit in Omelio, *Egrediente Jesu de Jerico.*

Item Omelium magnum de peroptima litera, quod fuit *Radulfi de Diceto* Decani; incipiens in prima Rubrica, *Quid in festo primæ dignitatis*; inicio primæ Legendæ, *Primo tempore*; alleviata cum litera auri, in qua depingitur puerperium beatæ Virginis; & finit in Rubrica, *In Octab. S. Erkenewaldi*, lectio S. *Evangelii, &c.*

Item aliud Omelium ejusdem de grossiori litera, malè ligatum; incipiens præterea quæ scribuntur in custodiis dominica prima Adventus in illo Evangelio, *Cum appropinquasset Ihesus Iherusalem*: Et finit in Evangelio dominica prima ante Adventum, *Cum sublevasset oculos Ihesus.* Præterea quæ scribuuntur in Custodia.

Item Omelium Sanctorum malè ligatum magnum, de grossa, intitulatum in grossiori litera, *Respice libro Radulfi de Diceto* Decani: Incipiens in Nativitate Domini in Evangelio, *Exiit edictum*; & finit in Legenda *Jeremia de Virginibus.*

Item Breviarium quod dicitur *Henrici de Northampton*, cum Antiphonario notatur magnum & bonæ literæ præmisso Psalterio & Kalendario, & ubi incipit Legenda, *Visio Ysayæ Prophetæ*; & est Litera de auro: Et finit in illo Antiphonario de quinque panibus & duobus piscibus.

Item liber Sanctorum ejusdem de eadem litera, cum Antiphonario notato, incipiens in Vigilia S. *Andreæ*, capitulo *Corde creditur*, Legenda Passio S. *Andreæ*; & finit in obsequio Mortuorum, in penultimo folio.

Item novum Sanctorum *Ricardi de Ely*, incipiens in translatione S. *Thomæ* Martyris, quasi in primis custodiis, & initio aliarum Legendarum anni; & finit in Legenda S. *Edmundi* Archiepiscopi.

Item Liber *Ricardi* Episcopi intitulatus Omelia yemalia, & finit in seculorum Amen, in summo apici viridi.

Item Libet ejusdem, in quo præmittitur Kalendarium continens ubi Sancta iidem instripta requiescunt. Sequitur Psalterium, & postmodo Corporale, & Sanctorum annuum, & Antiphonarium sine Reg. notatur, & finit in exequiis mortuorum, & deponitur ad Altare S. *Radegundis.*

Passionarium quod dicitur pilosum, incipiens in expulsione *Simonis Magi*, & terminatur in Legenda xi millia Virginum, & dicitur esse *Ricardi* Episcopi.

Item Passionarium de *Scotica* litera, præmissis titulis *Sanctorum Kalend* Incipit in Passione S. *Agathæ*, & terminatur in Passione S. *Benigni.*

Item Passionarium *Roberti de Clifford*, de bona litera, satis novum, incipit annorum ab Incarnatione Domini ducentorum, & finit in vita *Botulphi*, modo præposteratur.

Item Possionarium vetus, incipiens à Passione *Crispini*, & *Crispiniani*, & finit Legenda de S. *Barnaba* Apostolo.

Item Passionarium de bona litera, consimili priori, incipiens à Passione beati *Barnabe*, & finit in quadam Legenda Epistolæ, *In diebus illis surgens Petrus.*

Item Expositorium Evangeliorum quorundam in quibusdam Festis, bonum & novum, de grossa litera, & incipiens à Nativitate Domini, in illo Evangelio exiit edictum, & finit in Legenda in festo omnium Sanctorum.

Liber *Radulfi in Diceto* Decani, nomine suo intitulato in tertio folio à Principio, scilicet, *Omelia*, & *Martylogium*; & finit in Epistola, *Nolite peregrinari.*

Item aliud Martylogium ejusdem, quod incipit, Ego *Theodricus*; & postea intitulatur nomine ejusdem in sexto folio à dextra noviori litera; & post incipit in nomine Domini nostri in cartis concessis terrarum, & in Capella Decani.

Item magnum Martylogium de usu cotidiano.

Item sunt in Ecclesia S. Pauli *sex Processionalia, & novem Versicularii, & septem alii nigri, de novo* E. *de S.* Olavo. *Processionalia.*

Item unum Missale, de dono *Petri de Newport*, intitulatur in primo folio. In sequenti autem Kalendario sequuntur Dedicationis *Quam dilecta*; finit in Excommunicatione, quod habet Decanus in Capella sua.

Item Missale *H.* Decani, præter Evangelia & Epistolæ; & intitulatur in primo folio cum Kalendario, *Et post Exorcismus salis & aquæ*; finit in Epistola, *Ab initio & ante Secula.*

Item Missale *Roberti de Clifford*, in quo præmittitur Kalendarium, cum mensibus depictis, & signis pulcherrimis, primò verò litera, *Ad te levavi*, sedet in Campo aureo; finit in servicio S. *Hillarii.*

Item

Item Missale bonum notatum, & majoribus lineis aureis lineatum vineo, de dono *Alexandri* Thesaurarii; deponitur ad Altare, quod habuit *Johannes de S. Radegunda.*

Item Missale quo deservitur ad Altare majus, de grossa & bona litera, sine nota litera præfata *P.* de mineo campo interiori de auro coloribus vineato; finit in oratione pro Rege: Fuit *H. de Northampton.*

Item Missale quod dicitur *Alberici*, in quo præmittitur Kalendarium, & *Gloria in Excelsis*, cum Gradali benè notato, & est de bona litera, cujus prima litera est de azorio interius florata viridi & rubeo; & finit in oratione de S. *Paulo* subsequentibus Psalmis à *Beati immaculati*, usque *Sæpe expugnaverunt*; deputatur ad Altare S. *Radegundis.*

Item Missale parvum & vetus parvi precii, deputatur ad Altare S. *Johannis*, in quo post Kalendarium, præmittitur præfatio Missæ, cujus *P.* est de Hibernico tractatu & opere.

Item Missale cum Nota, quod præcedit Crux Iheſu Christi Kalendarium, *Gloria in Excelsis*, *Credo in unum*; & finit in oratione, *Ascendant ad te preces nostræ*; quod habet *Simon de Herlings.*

Item Missale sine Epistolis & Evangelio, præmissis Kalendario, *Kyrieleson*, & Gloria & Præfatio; & Finis *Requiem sine fine.*

Item Missale plenarium notatum; & præmissis Kalendario, *Kyrie*, & *Gloria*, & sequentiis. Incipit à Rubrica, *Dominica prima Adventus Domini*; & finit in sequentia *Ave præclara maris stella.*

Item Missale bonum, præter Epistolas & Evangelia, non notatum, incipit *Rorate Cœli*; & finit *Animabus quas Domine.*

Manualia. Manuale latum, quod deservit in Choro; incipit in Rubrica, *Incipiunt in Capitula:* Subsequuntur Orationes Crucis in Pascha.

Item Manuale malè ligatum minori volumine, quo deservitur in Missis Capitularibus. Incipit autem ante Kalendarium, *Anno ab incarnatione Domini.*

Item Manuale *Roberti de Clifford*, parvi volumînis, set bonæ literæ; incipiens *In Exorcismo salis:* Finit in servitio, *De recludendis Reclusis.*

Item Manuale bonum *Eustachii* Episcopi, & incipit à *Kalendario*, *Capitulis*, & *Colletario*; & finit, *Habeam bonam perseverantiam omnibus diebus vitæ meæ, qui cum patre.*

Item Manuale parvum bonæ literæ; & incipit à sequentia, *Salve mater magnæ prolis*; & finit in Exorcismo salis & aquæ; & est malè ligatum: Assignatur ad Missam Apostolorum.

Gradalia. Gradale magnum & pulchrum, & benè notatum, quod fuit *Radulfi de Diceto*, nullo præmisso; incipit, *Ad te levavi animam meam.*

Item Gradale, quod dicitur *Willielmi* Episcopi, novum est & pulcherrimæ literæ, cum integris regulis: Incipiens litera aurea in campo de azorio, intùs florigerato caudis Serpentum, quorum Capita duo anteriùs & duo posteriùs, mordent literam & caput magni Serpentis auriculantis literam, mordet baculum literæ de mineo, & extendit caudam suam in campum de azorio, usque marginem libri.

Item Gradale quod fuit *Eustachii* Episcopi, de bona litera, cujus prima litera est de azorio extrà, & rubeo interiùs dentato; & extendit se litera usque ad finem marginis; in cujus fine scribuntur *Sanctus.*

Item Gradale quod dicitur *Ricardi de Belemeyns* Episcopi.

Item aliud Gradale Magistri *Nicholai*, consimilia sunt omnino, & de eadem litera; & consimiles habent literas ab initio, deputantur ad Chorum.

Item Gradale quod dicitur Magistri *Alberici*, satis competens, & consimile duobus prioribus; in cujus fine apponitur Troparium, & deputatur ad Chorum.

Item Gradale quod dicitur *Hugonis de Marny* Decani, bonum est, & de bona litera, & deputatur ad Chorum.

Item Gradale de Choro, quod vocatur puerorum sine officio, in cujus fine ponuntur Epistolæ farcitæ.

Item liber tenuis convertitur inter Gradale, in quo continentur *Kyrie*, *Gloria in Excelsis*, *Sanctus*, & *Agnus.*

Item Gradale unum bonum à Rubrica, *Prima dominica Adventus:* Finit, *Absolve Domine*; & deputatur quarterio Decani in superiori forma.

Item unum Gradale bonum, malè ligatum, ex providentia Magistri *R. de Ivyngho*, & incipit à sequentia, *Inter natos mulierum*; & finit in sequentia, *Virgo vernans velut Rosa:* Et assignatur in quarterio Archidiaconi *Londoniensis.*

Item unum Gradale bonum, quod fuit *Ricardi* Junioris; incipit ab *Alleluia Organica*, & terminatur in Alleluia, *Veni electa mea.*

Item unum Troperium quod dicitur *Radulfi Troperia.* Decani, pulcherrimum est, magnum & bonum, in cujus initio notantur omnes sequentiæ, & fine ponuntur omnes Epistolæ farcitæ.

Item Troperium *Ricardi* Juvenis; incipit, *Lumen ad revelationem*, litera prima aurea, liber novus & pulcher, cujus ultima sequentia est sine custodia *Laudes Crucis.*

Item Troperium quod dedit *Clemens* Vicarius, pulcrior est omnibus aliis; litera prima aurea, Finit *Ortum prædest.* in pl. fol.

Item Troperium *Willielmi* Episcopi peroptimum; incipit *Pater Creator.* In fine *Agnus* cum versibus in *Egyptum*, in an. pl. fol.

Item Troperium *Eustachii* Episcopi; incipit *Pater Creator.*

Item Troperium bonum quod ligavit *Johannes* filius Dei; incipit, *Salus æterna* in quarto folio, & finit *Kyrie Rex.*

Item liber Organorum, *Willielmi de Fau-* *Organ.* *cumberge* pulcherrimum: Incipit, *Viderunt*; finit, *Christus Patris.*

Item liber Organorum, qui fuit *Johannis de Bolemere*, prima litera *W.* aurea, & finit *O mira Christi pietas!*

Item liber Organorum qui fuit *Roberti de Roff*, cujus nomen intitulatur in primo folio; & finit in Cantu *Virgo generosa.*

Item minimus liber vetus & org. Incipit *Austro terris*; finit in Cantu *Transgressus legem Domini*, fuit *Radulfi de S. Grigorio.*

Epistolaria. Epistolarium pulcherrimum de bona litera. Incipit *Fratres scientes quia hora est*, cum litera aurea perpulchra: Finit, *Novissima autem juvenca destruetur mors:* Fuit, *Willielmi de Poterne.*

Item Epistolarium Magistri *H. de London*, malè ligatum: Incipit, *Fratres scientes quia hora est:* Finit in Epistolarium, *Ego quasi vi.*

Item Epistolarium quod dicitur vetus, in quo præmittuntur intitulationes Epistolarum; incipit *In Vigilia Natalis Domini:* Finit in Evangelio *Misit Ihesus xii Discipulos præcipiens eis.*

Item Epistolarium Magistri *H. de Northampton*, scribitur in margine; incipit *Scientes*; & est prima litera de azorio florigerato minio.

Item Epistolarium de grossa litera, incipiens à Rubica *Dominica prima Adventus*; & finit *Destruitur Mors.*

Item Epistolarium bonum, incipiens in Epistola, *Scientes quod hora est:* Et finit in Epistola, *Si Christus prædicatur quod surrexit.*

Evangelistaria. Evangelistarium quo utuntur ad magnum Altare, est de peroptima litera & novum; incipit in Præfatione *Per omnia secula seculorum, Amen:* Finit in Evangelio, *Egressus Ihesus perambulabat Jerico.*

Item Evang. novum, & de bona litera, incipiens prima dominica; Adventus Domini; *In illo tempore cum appropinquasset Jesus Jerusalem*; & est prima litera partita de rubeo & azorio, & finit in Evangelio *Dixit Jesus discipulis suis & turbis Judeorum*; & postea sequitur *Liber Generationis*, & *Factum est autem*, & *Exultet jam Angelica, &c.*

Item Evang. malè ligatum, incipiens à Rubrica in nocte Natalis Domini, *Post ix Responsoria*; & finit, *In resurrectione Judicii.*

Item Evang. bonum, incipiens ab Evangelio, *Cum appropinquasset Jhesus Jerosolimam*; & finit in Evangelio Johannis, *Dixit Jhesus Discipulis suis & turbis Judeorum.*

Collectaria & Capitularia. Item Collectarium, & quædam Missæ speciales, incipit *Deus qui contritorum*; Finit autem de *S. Erkenwaldo*, *Guberna familiam tuam.*

Item Capitularium, & Collectarium bonum & novum, & de bona litera, cum Canone Missæ, quod fuit *Radulfi de Diceto* Decani; incipiens in magna Rubrica, *Sicut in festo primæ dignitatis*; & finit *in Secreto unius Virg.*

Item Capitularium quo utuntur in Choro, non magni pretii, set bonæ literæ.

Item Capitularum & Collectarium quod fuit *Hugonis de Raculfre*, præmisso Kalendario bono; & est liber de grossa litera; incipit *Exita Domine*; & finit in oratione *Deus infirmitatis humanæ.*

Item Capitularium, præmissis quibusdam Evangeliis, & Kalendariis; incipiens *Ecce dies veniunt*, litera de rubro, interius florata de azorio & viridi; & finit in oratione *Omnipotens dominator Christus.*

Item liber parvus non magni pretii vetus, incipiens *Gloria tibi Trinitas*; & finit in Missa de S. *Vitha*; traditur *Petro de Ware* de præstito.

Item liber antiquus veteris literæ, quem dicunt esse Collectarium, in quo post Kalendarium præmittitur præfatio Missæ; Finit autem in Missa unius defuncti, præmissa Missa de S. *Osmundo*, parvi valoris.

Item Capitularium & Collectarium, cum præfatione & Missa de valde grossa litera, præmisso Kalendario, cum literis auri, incipit *Deus qui universum mundum beati Pauli*, litera aurea interius florigerata; Et finit in Postcommunione *Percipientes Domine munera salutis.*

Item liber qui intitulatur Collectarium *Willielmi* Decani, de bona & grossa litera, & quasi Missale cum Gradali notato sine regulis; finit in oratione de omnibus Sanctis, *Conscientias nostras* deputatur tribus sacerdotibus celebrantibus ad Altare beatæ Virginis pro anima *Fulconis Basset.*

Benedictionale *Willielmi* Episcopi annuale, malè ligatum; in quo continentur Benedictiones Abbatum, & consecrationes Regum, & qualiter Concilium agi debeat, & omnium ordinandi; incipiens in Vigilia Natalis Domini cum litera alma, sic; *Omnipotens Deus qui Incarnatione*; & finit, *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum.*

Item aliud Benedictionale parvum *Ricardi* Episcopi primi; incipit Præter custodias *Leo Episcopus servus servorum Dei*, sublequentibus quibusdam contiliis, postmodum in initio Benedictionum, incipit in Vigilia Natalis Domini, & finit in consecratione Virginum.

Item Pontificale quondam *Fulconis Basset*, & incipit ab *Exorcismo salis*; & finit in *Benedictione casei.*

Item Pontificale incipiens à Rubrica, *Hic liber est de dono*; & finit in Oratione, *Deus cujus miseratio fidelium.*

Cronica.

CRonica composita à *Radulfo de Diceto*; & incipit liber à Rubrica *In opusculo sequenti trium temporum*; & finit in penultimo folio in Rubrica *Comites Flandrenses.*

Item septem quaternæ bonæ literæ, & incipiunt à regula generali, *Cognito singulorum Officio*, & sequitur Ordinale ab Adventu usque ad Dominicam primam quadragesimæ; & Capitularium & ympnarium notatur, & Venitarium & ympni communes horarum tradantur quatuor correctoribus Regularum.

Item

Item libellus de vita S. *Fidis* Virginis, & aliorum plurimorum Confeſſorum ſine aſſeribus.

Item Dialogus *Gregorii*, incipiens Rubrica, *Dialogus Gregorii*; & finit in oratione cenæ Domini, male ligatum.

Item liber continens tractatus S. *Pauli*, ſecundùm *Chriſoſtomum*, & alios Doctores, de bona litera, incipit in Rubrica *Domino S. Evangelio*; finit in ſermone beati *Pauli*.

Item libellus continens redditus Eccleſiæ.

Item liber ordinarii *H. de Cornhulle* Decani ſecundùm *Albericum*, per eundem in aliquo emendatur, qui habet Kalendarium in principio; incipit *Ecce dies veniunt* & continet Capitularium, & Collectarium, Antiphonarium, & ympnarium, & finit in ympno *Rerum Deus*; & Pſalterium imponitur, de novo affigitur per cathenam in Veſtibulo.

Papa attachiata cathena ad ſcabellum in Veſtibulo, de dono *G. de Lucy* Decani.

Item Biblia in duobus voluminibus, nova, peroptimæ literæ, cujus prima pars finit in *I. O. P.* In fine ejuſdem ſcribitur quomodo *Anſelmus Cantuarienſis* Archiepiſcopus conſecravit *Ricardum Londinenſem* Epiſcopum. Secunda pars ejuſdem literæ incipit in parabola *Salomonis*, & finit in Epiſtola *Judæ*, & intitulatur in prima cuſtodia, & in margine, *Liber Magiſtri H. de Northampton.*

Item Epiſtolæ *Pauli* pulcherrimè gloſſatæ.

Item *Lucas & Johannes* cum eadem gloſſa.

Item liber Sententiarum de bona litera.

Item *Matheus & Marcus* cum nova gloſſa *Thomæ de Aquino.*

Item duodecim Prophetæ gloſſo ſine aſſeribus.

Item Biblia de bona litera antiqua.

Baudekyni.

Quadraginta autem inventi fuerunt Baudekyni vetuſtiſſimi.

Item xxxi mediocres. Item vi alutill. meliores, de quibus ii de dono *J. de Chiſhulle*, & unus de dono *Alive de Bathonia*, & unus de dono Dominæ *A.* Reginæ junioris, & unus de funere *J. Fraunceys*, & unus de dono Domini *Henrici* Regis.

Item Baudekynus rubeus cum ymagine S. *Petri*, de funere Domini *Henrici de Alemannia.*

Item Baudekynus purpureus, cum magnis rotellis & Leopardis, de funere *Johannis de Bayllol.*

Item Baudekynus rubeus cum magnis rotellis, cum Aquilis & Leopardis in rotellis, de funere *J. de Muchegros.*

Item Baudekynus purpureus cum magnis rotellis, & Griffonibus, de dono Domini *E.* Regis, *Willielmus* Decanus habuit, & nondum reſtituit.

Item Baudekynus purpureus, cum magnis rotellis, & piſcibus infra rotellas, de dono *H.* Regis.

Item Baudekynus purpureus cum columpnis & arcubus, & hominibus equitantibus infra de funere Comitiſſæ *Britanniæ.*

Item Baudekynus purpureus, cum una liſta pulchra, & nodis & avibus infra nodos de funere Domini *Ricardi de Mountfichet.*

Item Baudekynus purpureus cum columpnis & arcubus, & *Sampſon* fortis infra arcus, de dono Domini *Henrici* Regis.

Item Baudekynus purpureus cum magna liſta, rotellis, & Leopardis, & nodis extra, de dono *H.* Regis.

Item Baudekynus purpureus cum Leopardis, & leporibus, & arboribus, de dono Regis venientis cum Cruce.

Item Baudekynus conſimilis, de dono ipſius eodem die.

Item Baudekynus purpureus, cum militibus equitantibus, & avibus infra rotas, de dono *E.* Regis.

Item Baudekynus murretus, cum nodis & floribus, de dono Reginæ.

Item Baudekynus murretus cum Griffonibus, datus pro anima *Alphonſi* filii Regis *E.*

Item duo Baudekyni murreti, cum rotis, & Griffonibus duplicibus, una data pro anima *R. Donjoun.*

Item duo Baudekyni rubei, cum Sagittariis infra rotas, de dono *E.* Regis, & Reginæ venientium de *Wallia.*

Item Baudekynus rubeus, cum magnis Griffonibus, de dono *Jacobi de Hiſpania.*

Item Baudekynus rubeus, cum *Sampſone* conſtringente ora Leonum, de dono *Almarici de Lucy*, pro anima *G. de Lucy.*

Item duo Baudekyni rubei, cum hiſtoria Paſſionis & Reſurrectionis, de dono *C. Lovell.*

Item Baudekynus rubeus, cum magnis rotellis, & Griffonibus & Elephantis infra rotellas, de funere *H. de Sandwyco.*

Item Baudekynus rubeus, cum pulchra liſta, & nodis, & avibus infra aliquos nodos, & flores infra alios, de dono Domini *Edmundi* fratris *E.*

Item Baudekyni varii coloris, ſcilicet rubei, Indi, & albi, cum Caſtellis, de funere *H.* filii Regis *E.*

Item Baudekynus Indicus cum rotellis, & roſis largis infra rotellas, de dono *H.* Regis.

Item Baudekynus oblatus per Regem *Edwardum*, cum Angelis deferentibus animas.

Item Baudekynus oblatus pro *Thoma de Leuknore*, cum ymaginibus S. *Martini.*

Item Baudekynus oblatus pro filia Regis *Edwardi*, cum baliſtariis, avibus & beſtiis.

Item Baudekynus cum Leonibus, & cervis, de funere Magiſtri *G. de Mortuomari* Archidiaconi *Londinenſis.*

Item Baudekynus rotellatus, cum Leonibus junctis capitibus, & avibus, oblatus pro *H. de Herford.*

Item Baudekynus oblatus per *Alianoram* Reginam, cum Leopardis maculatis.

Item Baudekynus rubei campi cum Leopardis maculatis in circulis, & avibus extrà, de dono *Ricardi de Brus.*

Item

Item Baudekynus de campo murreto, cum Leonibus in rotellis & avibus extrà, de dono *J. de Veſcy.*

Item Baudekynus cum regibus & reginis, & aliis ymaginibus, continentibus in brachiis parvulum unum vel plures, pro anima *P. de Monteforti.*

Item duo Baudekyni cum yconiis Crucifixi, *Mariæ & Johannis*, ſimul conſuti, de dono *E.* Regis.

Item duo panni operis ejuſdem, cum Virgine jacente in puerperio, ſimul conſuti, de dono *Alianoræ* conſortis Regis.

Item Baudekynus cum hiſtoria Pertinente, Paſtorum & Angelorum, pro anima *Johannis Saudon.*

Item unus Baudekynus rubei campi, cum Griffonibus extrà, & Leonibus alatis infra rotellas, pro anima *Alianoræ* Reginæ junioris.

Item alius pannus in duobus pannis rubei campi, cum ymaginibus Crucifixi, pro anima ejuſdem.

Item unus pannus cum rubeo campo, cum Leonibus junctis in rotellis, & draconibus extrà, pro anima *Gilberti Hanſart.*

Item duo panni crocei, de dono Reginæ Matris & *W. Paſſemere.*

Item unus pannus ſerucus purpureus, cum liſta aurea & Leopardis coronatis, de dono *H.* Regis.

Item unus pannus de Janue, rotellatus cum avibus bicapitibus.

Item unus pannus cum regibus equitantibus in orpiculis inter columpnas arcuatas pro anima *R. de Skardeborwe.*

Item unus pannus de viridi campo, cum Roſulis inter frecturas, datus pro anima *G. de Rokeſle.*

Item unus pannus ejuſdem ſectæ per omnia, datus pro anima *Johannis de Burnham* Clerici.

Item quinque panni de ſcutis Regum *Angliæ & Hiſpaniæ*; dati pro anima Reginæ junioris.

Item unus magnus pannus, & quatuor alii panni ejuſdem ſectæ cum targis & armis Regum *Angliæ & Hiſpaniæ*, datus pro anima ejuſdem Reginæ.

Item duo panni de opere Saracenico, cujus campus niger, datus pro anima ejuſdem Reginæ, aſſignantur ad aurifrigium Caparum.

Item unus pannus de opere Saracenico, cujus campus Indicus, datus pro anima *Gregorii de Roxeſle.*

Item unus pannus tenuis rubei coloris, cum nodulis intra virgulas viridatas, auroſi coloris, datus pro anima Magiſtri *Willielmi de Monteforti* Decani.

Item duo panni ejuſdem de campo Indico, cum floſculis pinentis, & avibus, bicapitibus inter frecturas aureas, dati pro anima juſdem.

Item unus pannus cum Leonibus junctis intra virgulas cheveronatas, & avibus in alternis ſpaciis, datus pro anima *Laurentii de Lodelawe.*

Culcitræ.

SEx Culcitræ pendules, debiles, quarum una de panno de Areſt, parvi valoris.

Item xx panni, de ſerico, penduli, quarum quidam cum borduris, & quidam parvi valoris; & de uno iſtorum factæ ſunt duæ Capæ, & duo tradebantur ad armaturam faciendam, præcepto Decani.

Panni de Areſt.

SEx panni de Areſt, quorum duo fracti.

Item tres magni panni penduli conſuti, in quorum quolibet continentur ſex panni de Areſt, parvi valoris; quorum duo tradebantur ad armaturam faciendam, præcepto Decani.

Item unus pannus de Areſt.

Item unus pannus, cujus campus eſt aureus, & avibus rubeis ſuper ramunculos arborum, & pavonibus contextis inter aves, datus pro anima Domini *Hugonis de Vienna*, Anno Domini Mccxcvi.

Item unus pannus, cujus campus aureus, cum Leonibus & aquilis bicapitibus de aurifilo contextis in philetris rubeis, datus pro anima Domini *W. de Valencia* militis, anno Domini ſupradicto.

Item duo panni, quorum campus rubeus cum hiſtoria Paſſionis Domini, & Sepulturæ ejuſdem, de dono Domini *Edwardi* Regis in Vigilia S. *Petri ad Vincula*, Anno Domini Mccxcvii.

Item unus pannus, cujus campus purpureus, cum xiv liſtis in longitudine panni ad modum triforiæ contextis, cum multis parvis Leonibus interpoſitis, de dono Domini *E.* filii Regis *Edwardi* in feſto Dedicationis Eccleſiæ Anno gratiæ Mccxcvii.

Item pannus cujus campus aureus cum Leonibus combinatis in rotellis & pavonibus combinatis inter rotellas, datus pro animo *Williel-mi de Wautham.*

Item duo panni, quorum campus rubeus, cum Leonibus junctis in parvis rotellis aureis, de dono Domini *Edwardi* Regis, quando venit de *Scotia*, Anno Domini Mccxcviii.

Item pannus cum campo mureto per partes & aureo per partes, cum Griffonibus oblatus, magno Altari S. *Pauli Londini*, pro anima *Johannis de Mildeborgh*, die Sepulturæ ſuæ Anno gratiæ Mccxcix.

Item pannus, cujus campus rubeus, cum ymaginibus beati *Petri* geſtantibus in manibus Crucem & Claves, de dono Domini *Willelmi de Bliborgh*, ad faciendum unum frontale magno Altari Anno Domini Mccxcix,

Item duo panni unius ſectæ, cum pavonibus aureis & cervis maculatis auri, oblati magno Altari S. *Pauli* pro anima *Aliciæ* quondam uxoris *Johannis le Chauſer* Civis *Londonienſis*, anno gratiæ ut ſupra.

Item duo panni unius ſectæ cum campo mureto, & Leopardis junctis maculatis & rotellis auri, collati Eccleſiæ S. *Pauli* pro anima Magiſtri *Johannis de Selveſtone*, A°. gratiæ Mccxcix.

In-

Inventa in Capella Carnariæ *in Cimiterio S.* Pauli Londonienſis.

Ornamenta.

CAlix argenteus per partes deauratus, cum pede virgulato, ponderis cum patena, in qua ſcribitur nomen collatoris xxvi *s.* viii *d.*

Item Miſſale vetus cum veteri nota.

Item duo vaſa Criſtallina, cum diverſis Reliquiis, ornata argento deaurato, lapidibus, modò ſigillato Sigillo Decani.

Item duæ burſæ breudatæ ad reponendum Reliquias.

Item una Capſa linguea depicta, cum Reliquiis.

Item una Caſula, Stola, & Manipulus, cum paruris; Amictus & Albæ de pal. & cingulo bono.

Item una Alba cum parura, & aliis pertinentiis ejuſdem ſectæ, ſed Caſula ſuſpenſa.

Item duo paria Corporalium, cum tetis ſericis.

Item Amictus diverſis Scutis breudatus.

Item ſeptem pallæ, quarum quinque benedictæ; & duæ non benedictæ, & debiles.

Item una Caſula de panno Jauvenſi, cum Griffonibus combinatis in rotellis, auroſi coloris: Et Alba, cum Stola, & Manipulo, & humeralibus paruris, de opere Saracenico & parura, Amictus ejuſdem ſectæ, de dono Domini *Hugonis* Capellani, commutata pro quodam veſtimento ſuperius notato, cujus Caſula eſt ſuſpenſa.

Item tabula frontalis & ſuperfrontalis benè depicta.

Item ciborium Criſtallinum ultra Altare, ad reponendum Eukariſtam.

Item pannus frontalis de Baudekyno; & pannus ſuperfrontalis de rubeo cendato, cum turrilibus & Leopardis deauratis.

Item Pixis depicta ad oblatas.

Item Textus parvus Evangelii.

Item unum Oſculatorium.

Item tres Phialæ.

Item una pelvis ſtangnea.

Item duo Candelabra ſtangnea, & unum ferreum, & tria lingnea.

Item una lucerna.

Item una ciſta repoſitoria bona, ſub ſerura.

Item unum vas ſtangneum ad aquam benedictam.

Item duo panni ridelli ultra Altare.

Item unum Super-Altare marmoreum.

Item duo Scabella ſtratoria.

Item duo Scabella ſeſſoria.

Item pulchræ ymagines Virginis, & beati *Thomæ* Martyris in Cancello.

Item ymagines Crucifixi, Virginis, *Johannis, & Johannis Baptiſtæ, Katherinæ & Theobaldi* Militis, *Salvatoris & Thomæ* inferiùs.

Item Veronica cum ymaginibus *Virginis & Johannis* depictis.

Item orilogium.

Item unum pulvinare cum Scutis de opere Saracenico.

Item pannus frontalis, inferius de panno interciſo.

Item unum Tintinabulum.

In eadem Capella Carnariæ celebrat Dominus *Hugo de Sturemere* Capellanus, pro anima *Athelinæ de S. Olavo*, & deberet percipere annuatim pro Cantaria ſua, ſex marcas; de quibus percipit de Magiſtro *Philippo Waleram*, de domibus dicti *Philippi* in Parochia S. *Olavi de Selverſtrete* duas marcas, &c.

Item in eadem Capella celebrat *Gilbertus de Coulyng* Capellanus, pro animabus *Rogeri Bevin*, & *Iſabellæ* uxoris ſuæ, & recipit quolibet anno ſex marcas, de quadam domo juxta Eccleſiam S. *Thomæ de Acon.*

Memorandum quod Domina *Dionyſia de Monte-Caniſo* per Cartam ſuam feoffavit Capellam Carnariæ de uno quarterio frumenti annuatim ſolvendo.

Inventa in Capella S. Radegundis.

In Capella *S.* Radegundis *celebrat* Ricardus de Ceſtria. *Inventa ibidem.*

CAlix argenteus deauratus, ponderis cum patena xx *s.*

Item duo Rochera, & unum Superpellicium.

Item unum portiforium plenarium cum nota veteri, non regulariter.

Item Miſſale bonum notatum plenarium, malè ligatum.

Item Legenda & ſequentia S. *Radegundis* in quaternis; & hiſtoria notata in minoribus quaternis.

Item quatuor ſolidati annui Redditus recipiendi de quadam domo in *Greveſtrate* ad ſuſtentationem Lampadis.

Item una Campanula.

Item putrinare de panno ſcutato.

Item Frontale ad Altare de Imperiali debili.

Item duæ pallæ benedictæ.

Item unum Veſtimentum ſordidum & debile, cum caſula de rubeo ſameto uſitato.

Item aliud Veſtimentum cum parura de pal. & Caſula de Baudekyno de opere Saracenico.

Item Stola & Manipulus de pal.

Item pannus corporalis.

Item Amictus, cujus parura conſuta de ſerico antiquo.

Item Alba cum apparatu de pal. & parura Amictus de pal.

Item Amictus, cujus parura de ſerico novo conſuta; & commutatur iſtud Veſtimentum pro alio ſuperiùs notato debiliori, ad Sepulturam Domini *Petri de Boniſtede.*

Item duæ tuallæ abſterſoriæ.

Item duæ Phialæ.

Item duæ Pixides ligneæ ad oblatas.

Item duo Oſculatoria.

Item pannus opertorius ante Crucem & de albo diaſpero & de rubeo ſendato, aſſignatus ad orilogium operiendum.

Item

Item una Ciſta bona repoſitoria librorum, & alia pro avena.

Item Pixis ligata ferro ad oblationes.

Item una Cathedra ferrea.

Item ſeptem burſæ, & una theca lignea cum reliquiis.

Item Carollæ ferreæ ante Crucem & S. *Radegundam.*

Item unus circulus ferreus florigeratus appenſus ante eandem, in quo pendet i. lampas.

Ad Altare beatæ Virginis in navi Eccleſiæ, celebrat Johannes de Braghing, *pro animabus* Johannis de Chiſhulle *Epiſcopi, &* Johannis de S. Maria, *apud quem inveniuntur.*

Unus Calix argenteus deauratus, ponderis xix *s.*

Item Theca Vinenea.

Item ii. pallæ benedictæ, i. non benedicta.

Item i. abſterſorium Tuallum.

Item una Alba cum apparatu plenaria de Baudekino, & parura, Amictus conſuta de ſerico cum caſula de albo diaſpero antiquo debili.

Item pannus corporalis in theca de pal.

Item Miſſale parvum non notatum.

Item i. frontale de panno inciſo, de dono dicti *Johannis de Braghing*, ii. pallæ & una Alba cum toto apparatu de pal, & caſula linea mappulata.

Item paruta Amictus, & i. palla de ſerico:

Item una Alba cum apparatu de pal. & parura Amictus conſuta, de ſerico, & Caſula de pal.

Item duæ Phialæ.

Redditus pertinens ad Cantariam pro anima Johannis de S. Maria, *& ad pitantiam ejus; viz. De domibus* Johannis de Waldegrave, *in Parochia S.* Nicholai Slani, *quatuor marcæ, &c.*

Summa totalis vi l. xiii s. viii d. unde ſolvit ad Pitanciam 10 Kal. Sept. *Canonicis x s. & Clericis Chori v s.*

Ad Altare beatæ Virginis prædictæ celebrat Radulfus de Guldeford, *pro animâ* Radulfi Doujoun, *apud quem inveniuntur.*

Unus Calix argenteus per partes deauratus, ponderis xiii *s.*

Item Caſula de Indico ſameto, lineato Indico ſendato, cum Stola, Manipulo, & parura Albæ de Indico ſameto.

Item pannus corporalis cum theca de ſendato ſtragulato.

Item duæ pallæ novæ benedictæ.

Item una tuallia abſterſoria.

Item pannus ante frontale de panno inciſo, cum beſtiis & ramuſculis.

Item unum Rochetum.

Ad Altare S. Stephani *celebrant* Th. de Eſſewelle *pro anima* Willielmi de S. Mariæ Eccleſia; *&* Walterus de Hangerham *pro anima* Galfridi de Lucy; *apud quos inveniuntur.*

Unus Calix argenteus partim deauratus, ponderis xi *s.* viii *d.*

Item Miſſale notatum plenarium.

Item tres pallæ benedictæ, quarum una cum parura de lato aurifrigio.

Item una tuallia nova abſterſoria.

Item unum Veſtimentum plenarium cum caſula linea, cum apparatu ſufficienti.

Item alia Alba cum apparatu plenario de pal. ſuppleatur ſecunda caſula.

Item unus pannus corporalis in theca de rubeo ſendato.

Item duæ Phialæ.

Redditus pertinens ad Cantariam G. de Lucy, *viz. v. marcæ percipiendæ de* Acton *per manus Decani S.* Pauli, *& v s. à Camerario de pitancia* Rogeri Horſete *Capellani.*

Ad Altare beati Thomæ *Martyris celebrat* Johannes le Daneys *pro anima* Petri de Newport; *& ibi deberent eſſe unus Calix argenteus ponderis viii s.*

Unum Veſtimentum plenarium bonum, & Miſſale. Suppleantur per *Robertum de Wallingford*, Rectorem S. *Mildredæ de Bredeſtrete.*

Ad Altare Ypoliti *celebrant* Willielmus de Langeton, *pro anima* Ricardi de Wendovere; *&* Robertus de Dodington *pro anima* Hugonis de London, *apud quos inveniuntur.*

Unus Calix argenteus, partim deauratus, ponderis xvi *s.* viii *d.*

Item duæ pallæ benedictæ, & una non benedicta.

Item una tuallia abſterſoria.

Item unum Veſtimentum cum pleno apparatu, & caſula de pal. parura Amictus conſuta de ſerico.

Item pannus corporalis cum theca breudata cum ymagine Crucifixi.

Item unum Miſſale de antiqua nota, non regulata.

Item duæ Phialæ ſtangneæ.

Redditus pertinens ad Cantariam pro anima Ricardi de Wendovere *quolibet anno percipiendus; viz. De toto Kayo S.* Pauli, *& toto tenemento quod quondam fuit* Galfridi Godard *in Parochia S.* Benedicti *de la* Wodewarfe *vi. marcæ, quas dictas* Willielmus *percipit, & per ſeipſum colligit.*

Redditus pertinens ad Cantariam pro anima Hugonis de London, *quolibet anno percipiendus; viz. De terra quæ vocatur* Botelereſſe *in Parochia de* Stebbenhethe *vi. marcæ.*

Ad

Ad Altare S. Silveſtri *celebrant* Walterus de Eyton *Capellanus pro anima* Johannis Romani: *Et* Walterus de Blokle, *pro anima* Rogeri de la Leghe, *apud quos inveniuntur.*

Unus Calix argenteus partim deauratus, ponderis xix *s.* cum pede levato.

Item unum Miſſale bonum ſine nota, incipiens Rubrica *Ad te levavi*, præcedente Kalendario; & finit, *In Paſſione*, ſecundùm *Johannem.*

Item duæ pallæ benedictæ.

Item una tualia abſterſoria.

Item duo paria Veſtimentorum, cum toto apparatu, cum parura de pal, & caſula de pal.

Item ad uſum *Walteri de Blokele* prædicti, inveniuntur tres pallæ benedictæ, una tuallia abſterſoria.

Item unum Veſtimentum plenarium, cum Caſula de Fuſtia, cujus totus apparatus de Fuſtian.

Item unum par Corporalium in Capſa de pal rubea.

Item aliud par Corporalium in Capſa de pal.

Item unum frontale de Areſt.

Item duæ Phialæ.

Ad Altare S. Ceddæ *celebrat* Robertus de Snoring *pro anima* Willielmi de Haverhulle, *apud quem inveniuntur.*

Unus Calix argenteus deauratus per partes, ponderis xx *s.*

Item unum Miſſale notatum plenarium.

Item duæ pallæ benedictæ, quarum una de opere *Romano.*

Item una Alba cum pleno apparatu de pal, & Caſula de panno Mappali, & parura Amictus conſuta de ſerico, & una tualia abſterſoria.

Ad idem Altare S. Ceadde *celebrat* Johannes de S. Radegunda, *pro anima* Alexandri de Swereford, *apud quem inveniuntur.*

Unus Calix argenteus deauratus, ponderis xxiii *s.*

Item Miſſale bonum incipiens poſt Kalendarium *Ad te levavi*, & finit in Officium Mortuorum.

Item duæ tualliæ benedictæ, & una tuallia abſterſoria.

Item unum Veſtimentum, cum apparatu de pal ſufficienti, & Caſula de Fuſtian.

Item ad idem Altare celebrat Willielmus de Winchelſey, *pro animabus progenitorum S.* Rogeri, Radulfi & Margeriæ; & *pro anima* Hugonis de S. Edmundo.

Ad Altare Apoſtolorum celebrant Alanus de Morton, & Jacobus de Bellocampo, *pro anima* Martini de Pateſhulle: *Et dictus* Alanus *dedit unum Calicem argenteum integrius deauratum, ponderis* x *s. Et Decanus & Capitulum aſſignavit eis unum Manuale bonum deſcriptum in Theſaurario. Et dominus* Jacobus de Bellocampo *contulit unum Veſtimentum novum plenarium cum apparatu, & parura de panno Januenſi, & Caſula de Bokeram, ſalvo ſibi uſu quoad vixerit. Item* iii. *pallæ, quarum dua benedictæ de dono ejuſdem.*

Ad idem Altare celebrant novem minores Præbendæ Miſſam Apoſtolorum, per ebdomadas ſuas, apud quos inveniuntur.

Unus Calix argenteus deauratus, ponderis xx *s.*

Item iii. pallæ benedictæ.

Item unum Veſtimentum cum pleno apparatu de Baudekino, cum caſula de rubeo ſameto, parura Amictus breudata cum ymaginibus.

Item theca Corporalis conſuta de ſerico.

Item duæ Phialæ novæ.

Item pixis lignea depicta, ad oblationes.

Item Manuale notatum malè ligatum.

Ad Altare ante Crucem in aquilonari, celebrant pro anima Iſabellæ Bokerell, Robertus de Chaſtell, & Philippus de Wall, *apud quos inveniuntur.*

Calix argenteus totus deauratus, ponderis xx *s.*

Item unum Rochetum. Duæ pallæ benedictæ.

Item tuallia abſterſoria, unum ſuper-altare de Loys.

Item unum Oſculatorium Smir. lapidis.

Item i. Veſtimentum plenarium cum toto apparatu de rubeo Areſt, cum Caſula de Fuſtiano.

Item una Alba cum apparatu de pal, ſine Caſula, & par Corporalium in theca de pal, & Miſſale deficit.

Ad Altare S. Jacobi *celebrat* Rogerus de Ciceſtria, *pro animabus* Godefridi de Acra, Godefridi de Weſeham, & Johannis de London, *apud quem inveniuntur.*

Unus Calix argenteus deauratus, ponderis xvii *s.*

Item unum Veſtimentum plenarium, cum toto apparatu de pal, & Caſula de pal.

Item unum Miſſale non notatum malè ligatum.

Ad Altare beati Johannis Baptiſtæ, *celebrant pro anima* Fulconis Lovel, Matheus de S. Brigida, *&*, Willielmus *Capellanus Cancellarii, apud quos inveniuntur.*

Unus Calix argenteus totus deauratus, ponderis xxx *s.* x *d.*

Item unum Miſſale bonum non notatum.

Item tres pallæ benedictæ.

Item ſuper-altare marmoreum.

Item unum Veſtimentum plenarium, cum toto apparatu de pal, cum Caſula conſimili.

Item aliud Veſtimentum cum pleno apparatu & Caſula de fuſtian.

Item duo panni corporales in una theca de pal.

Item unum Oſculatorium.

Item unum Tintinabulum.

Item unus Pixis ligneus ad oblationes.

Item duæ Phialæ.

Et Memorandum, quod dictus Dominus *Fulco Lovel*, quondam Archidiaconus *Colceſtriæ*, in Teſtamento ſuo *Cantariam* duorum ſacerdotum in Eccleſia beati *Pauli* pro anima ſua ligavit perpetuò celebrandam; nec adhuc aliquid certitudinis ad eundem perpetuandam per ipſius Executores eſt proviſum.

Ad Altare beatæ Virginis, in novo opere, celebrant Will. de Bernes, Ricardus de Boklond, *&* Will. de Derham, *pro anima* Fulconis Baſſet, *&* Philippi Baſſet, *apud quos inveniuntur.*

Unus Calix argenteus deauratus, per partes, ponderis xx *s.*

Item duæ pallæ benedictæ.

Item una Alba cum apparatu de pal, Stola, & Manipulo de filo contexto coloribus.

Item Caſula de Indico ſameto.

Item una tuallia abſterſoria.

Item Collectare *Willielmi* Decani, cum antiqua nota non regulata.

Redditus Cantariæ *pro animabus* Fulconis Baſſet, *quondam* Londinenſis *Epiſcopi*, Philippi *fratris ſui, & progenitorum ſuorum, percipiendus annuatim de quodam manerio in Comitatu* Eſſexiæ *in Parochia de* **Finchingfeld**, *quod* **Boyton** *vocatur* xv *l. Et eſt portio cujuslibet celebrantis pro animabus prædictorum* Fulconis *& progenitorum ſuorum annuatim* C *s.*

Ad Altare beati Michaelis, *celebrant* Willielmus le Boteler, *& quidam alius qui deceſſit, pro anima* Henrici de Wengham, *apud quos inveniuntur.*

Unus Calix argenteus, deauratus per partes, ponderis xix *s.* Nulla Alba vel Amictus. Paruræ ad Albam de fuſco ſameto radiato. Stola & Manipulus de pal. Caſula de ſameto radiato.

Item ii. pallæ benedictæ, & tertia non benedicta.

Item unum par Corporalium in theca de Baudekin, deficit Rochetum.

Item i. Miſſale non notatum.

Redditus Cantariæ *pro anima dicti* Henrici de Wengham, *annuatim percipiendus de Eccleſia de magna* Wakering, *per manus Abbatis de* Byleye, *portio cujuſlibet Capellani* vi. *marcæ.*

Ad idem Altare celebrat Johannes de Comptone *pro anima* Euſtachii de Fauconbridge, *& percipit annuatim* v. *marcas, per manus Decani provenientis de* Shadwelle.

Ad Altare in Capella S. Johannis Evangeliſtæ *in auſtrali parte Eccleſiæ, celebrat* Johannes de Braynford, *pro anima* Johannis de Braynford *avunculi ſui, &* Ricardi de Humfrevile, *apud quem inveniuntur.*

Unus Calix argenteus deauratus per partes, ponderis xiv *s.*

Item unum Miſſale plenarium cum nota antiqua.

Item unum Veſtimentum cum toto apparatu de pal; & parura Amictus de aurifrigio, cum caſula de fuſtian.

Item duæ pallæ benedictæ.

Item unum abſterſorium.

Ad Altare beatæ Catherinæ *celebrant* Galfridus de Groudes, *&* Simon de Herlyng, *pro animabus* Alani *&* Aliciæ *progenitorum* Fulconis Baſſet, *apud quos inveniuntur.*

Unus Calix argenteus deauratus, ponderis xviii *s.*

Item unum Miſſale bonum notatum, unum frontale palatum de ſendato rubeo & croceo.

Item duæ pallæ benedictæ. Una Alba cum paruris conſutis de nodis croceis; & parura Amictus conſutus de ſerico.

Item Stola & Manipulus de filo contexto. Caſula de rubeo fuſtian, & theca coporalis de rubeo ſameto.

Redditus Cantariæ *pro animabus prædictis, quolibet anno percipiendus de Camerario xii marcæ.*

Ad idem Altare celebrat Robertus de Santria *pro animabus* Ricardi *Epiſcopi, &* Ricardi Foliot, *apud quem inveniuntur.*

Unus Calix argenteus, per partes deauratus, ponderis vii *s.*

Item unum Manule.

Item unum Veſtimentum cum paruris de ſameto rubeo, Stola, Manipulus de eodem albæ paruræ de aurifrigeo.

Item duæ pallæ benedictæ. Theca corporalium de ſendato rubeo.

Item Caſula de opere mappali.

Ad

Ad Altare S. Andreæ, *pro anima Magiſtri* Johannis Lovel *celebrat* J. de Hatfeld. *Et inveniuntur apud dictum Capellanum.*

Unum Veſtimentum integrum cum paruris.
Item unus Calix.
Item unum Miſſale.

Ad Altare in Capella S. *Laurentii* ex oppoſito Sacriſtæ, celebrant duo Capellani perpetui *Rogeri de Waltham* Canonici, pro animabus progenitorum & amicorum ejuſdem Domini *Rogeri*; & pro ſalubri ſtatu ipſius *Rogeri* dum vixerit; & pro anima ipſius *Rogeri* & animabus prædictis poſt mortem ſuam, ſecundum formam Ordinationis ipſius Domini *Rogeri* indè factæ, & in Theſauraria exiſtentis. Apud quos Capellanos in dicta Capella ſunt ornamenta infraſcripta, benedicta per dictum Dominum *Rogerum*, dictæ Cantariæ perpetuò deputata; viz. Duo paria Veſtimentorum completorum; unum ſcil. cotidianum cum Caſula de panno inaurato in canabo, lineana carda Indi coloris, cum panno conſimili de Venetiis ad pendendum ante Altare, conſuto panno lineo. Ad co-operiendum Altare ſubtuallis, & ad involvendum Veſtimenta, cum Alba, Amicta, Stola, Favone, Spatulariis, & Manicullariis, apparatis quodam panno rubeo diaſperato de Laret, cum radiis inauratis, lineato ſimiliter carda Inda, cum zona de filo, cum duabus tuallis Altaris, longitudinis trium ulnarum; quarum una cum frontali de aurifraſio ſimplici; precium totius xx *s.* Et aliud Veſtimentum principalius cum Caſula de panno inaurato ſuper ſerico, cum avibus aureis in fretta, lineata panno de *Aileſham* rubeo; cum Amicta brodeata cum ſex capitibus; Salvatoris, Apoſtolorum, & Virginum, & cum paruris in Alba, ac Stola, Favone, ſpatulariis & manicullariis de ſerico ſutis, cum zona de filo, cum duabus tuallis Altaris, longitudinis cujuſlibet trium ulnarum, quarum una cum frontali de ſerico ſuto, longitudinis frontalis duarum ulnarum, pretii hujus Veſtimenti cum tuallis xxx *s.* ſterlingorum. Item Calix argenteus cum patena, pro majori parte deauratus, ponderis xx *s.* & pretii xxx *s.* Uunum Miſſale pretii xx *s.* Unum Chauſepoyn pretii iii *s.* Duo corporalia benedicta in uno caſſo. Duo manutergia nova abſterſoria. Una pixis linea ad oblatas. Duæ fialæ novæ de peutre, & una Campanula pendens. Una bona clavis ad oſtium Capellæ: De quibus omnibus dicti Capellani & ſui ſucceſſores, ſecundum dictam ordinationem, per juramentum ſuum, in admiſſione ſua ad dictas Cantarias, factum, debent perpetuò reſpondere.

Inventarium Ornamentorum in Eccleſia S. Fidis *in criptis S.* Pauli, Londonienſis. *Die Jovis proxima poſt feſtum beatæ* Mariæ, *An. Dom.* Mccxcviii.

Una Cupa cuprea deaurata, cum' pyxide eburnea ſine ſerura interiùs clauſa, in qua reponatur Eukariſtia.

Item i Calix argenteus, cum patena in parte deaurata, ponderis unius marcæ.

Item ſex fialæ ſtangneæ, & unus pelvis ſtangneus ad ſacrarium.

Item unus Calix ſtangneus ſine patena.

Item duo thuribula ſufficientia: Una Crux de opere limoceno, cum baculo lingneo depicto.

Item alia Crux lingnea cum baculo: Et tertia Crux lingnea ad infirmos.

Item una Campana manualis, & unum Tintinabulum ad elevationem Corporis Chriſti perſonandum.

Item unum vas ſtangneum ad aquam benedictam, & duæ ſconſæ, & una lucerna debilis.

Item tria ſuper-altaria benedicta, ſeptem oſculatoria, & unum muſcatorium de pennis pavonum.

Item unum criſmatorium; unas pixis ad oblata, & una ciſtula pro Reliquiis.

Item unum frontale de pal ad majus Altare, cum avibus ſedentibus ſuper ramos in rondellis.

Item aliud frontale de viridi ſendato, cum ſcutis de Armis Regum *Angliæ* & *Hiſpaniæ.*

Item tertium frontale de rubeo ſendato, cum firmaculis & ſcalapiis.

Item unus pannus de eodem opere, & alius pannus de pal ad lectrinium.

Item ſex pallæ benedictæ, quarum tres cum paruris diverſi operis, de pal.

Item quatuor manutergia ad ſacrarium ſufficientia.

Item unum offertorium pulchrum.

Item una Caſula de rubeo ſameto aurifrigeo, & alba cum paruris de albo ſameto diaſperato; & Amictus cum paruris breudatis de Indico ſameto, cum ſtola & manipulo de pal, cum avibus ſedentibus ſuper ramos in rotellis.

Item alia Caſula de pal aurifrigio cum avibus ſuper ramos in rotellis, cum alba & amictu, cum paruris, ſtola, & manipulo de pal, cum beſtiis in rotellis.

Item Caſula de viridi ſameto optimæ aurifrigiæ, & alba cum parura breudata, cum ymaginibus *Trinitatis*, *Crucifixi*, *Mariæ*, & *Johannis*, *Petri* & *Pauli*, & aliorum Sanctorum cum Amictu, Stola, & Manipulo ejuſdem operis, de dono Domini *Hugonis de Vienna.*

Item quartum feriale Veſtimentum, cum caſula & parura, Albæ & Amictus, Stola, & Manipulus de pal, cum columbis ſedentibus ſuper ramos in rotellis.

Item Tunica & Dalmatica de rubeo pal.

Item quatuor paria Corporalium in quatuor capſis, quarum una de ſerico Indico & rubeo, breudata diverſimode.

Item alia Capſa de albo ſameto, breudata, cum vitibus ex una parte, & ex alia parte breudata cum Agno Dei, & quatuor ſcutulis diverſorum Armorum.

Item tertia Capſa de rubeo pal, cum tribus radiis aurifrigii ex utraque parte.

Item quarta Capſa de pal cum ſcutulis diverſis.

Item unus Amictus per ſe conſutus ſerico.

Item una tunica de nigro ſendato, cum ſereis lineatis cum fuſtian, de dono *Thomæ le Chaundeler.*

Item una capa Chori de pal, cum beſtiis diverſis in circulis.

Item duo Rocheta & quatuor ſuperpellicea, & unum velum Quadrageſimale de carde croceo & Indico.

Item quatuor pulvinaria, quorum duo de rubeo ſendato, & duo de pal.

Item unum Miſſale de uſu S. *Pauli*, bonum, cum Kal. cujus principium eſt, *Incipit.* Finis, *In viam pacis dirigat nos Deus.*

Item unum Antiphonarium cum Kal. Pſalterio & ympnario, cujus principium. *Hæ Commemorationes.* Finis, *Transferamur ad Regnum.*

Item una Legenda continens Temporale & commune Sanctorum; cujus principium eſt, *In Adventu.* Finis verò eſt *Recondidit.*

Item unum Graduale bonum, cujus principium eſt, *Ad te.* Finis vero, *Requiem ſempiternam.*

Item aliud Graduale cum tropario, cujus principium eſt, *Veritas.* Finis verò, *Alleluia, Alleluia, Alleluia.*

Item tertium Graduale cum bono tropario, cujus principium, *Ad te levavi.* Finis, *Dona nobis pacem.*

Item unum Pſalterium cum ympnario, & Placebo & Dirige, de dono *R. de Wycumbe* dictæ Eccleſiæ Rectoris.

Item Manuale, cujus principium *Exorzizo.* Finis verò, *Requieſcat.*

Item duo troperia quorum unum incipit *Clemens.* Finis verò, *O. Maria.* Et aliud incipit *Pater Creator.* Finis, *Sine Domini labra.*

Item unus quaternus cum Placebo & Dirige, qui incipit *Subvenite.* Finis, *Pervenire concedas.*

Item unum Venitarium cum Legenda S. *Fidis* & ympnarium, cujus principium eſt, *Incipit paſſio S. Fidis.* Finis verò, *Exultent in domino Alleluia.*

Item unus quaternus de Dedicatione, & alius quaternus de vita S. *Thomæ* & beati *Edmundi.*

Item una ciſta cum ſerura pro prædictis.

Item unum armoriolum cum ſerura.

Item Candelabrum Paſchale.

Item unum Hert. —— Quadrageſimale; & Lectrina ac ſedilia ſufficientia.

Hæ ſunt Reliquiæ quas Radulfus de Diceto *Decanus* Lundoniæ *contulit S.* Paulo.

M.S. Cod. [B.] penès Præf. Dec. & Capitulum fol. 1. b.

XXIV. DE Cultello domini.
De Capillis S. *Mariæ Magdalenæ.*
De S. *Stephano* Papa, & Martyre.
De Oſſe beati *Laurentii* Martyris.
De pallio aliiſque reliquis S. *Martini Turonenſis* Epiſcopi.
De S. *Marco* & *Marcellina* Martyrum.
De S. *Victore* Martyre.
De teſta S. *Ypoliti* Martyris.
De baculo S. *Martini Turonenſis* Epiſcopi.
De S. *Oſwaldo* Rege & Martyre.
De ſtola & pallio S. *Maximini.*
De baculo S. *Maximini Treverenſis* Epiſcopi.
De Capite S. *Eugenii* Martyris.
Os cujuſdam Martyris de ſociis S. *Mauritii.*
De ſandaliis, & ſudario, & Caſula S. *Remaclii* Confeſſoris.
De Oſſe & Veſtimento S. *Walburgæ* Virginis, & de Margaritis armillæ ipſius.
De Oſſe *Alexandri* Papæ & Martyris.
De Pulvere Reliquiarum.

Aliæ Reliquiæ in Eccleſia Cath. S. *Pauli.*

Ex Vet. Membr. penès Præf. Dec. & Cap.

XXV. IMprimis eſt ibi una Reliquia Criſtallina, continens duas coſtas S. *Laurentii*, ornata platis & creſtis argenteis deauratis, cum lapidibus & perlis. Et baſis fundatur ſuper quatuor Leones: Ex dono *Godefridi de Weſenham.*

Item una Reliquia Criſtallina, cum duobus gabettis argenti, deauratis; quam ſupportant duo Angeli; in qua continentur Reliquiæ Sanctorum *Swithini, Coſmæ*, & *Damiani*, Sepulchri domini, S. *Mariæ*, & *Montis Calvariæ*, cum aliis Reliquiis.

Item una Reliquia Criſtallina, contiens cruorem S. *Pauli*, cum pulcro fundo, & pomellis argenteis, deauratis.

Item una cupa Criſtallina, continens capillos beatæ Virginis, & manum S. *Johannis* Evangeliſtæ, cum pede argentea, deaurata & enamayllata capite S. *Pauli*; & in ſummitate parvæ Imagines Crucifixi, *Mariæ* & *Johannis.*

Item unum vas Criſtallinum, continens duas pecias de capite S. *Thomæ* Martyris; & de pilis, & de veſtibus ipſius; circumcluſum circumferentiis argenti, deaurati: Et ſuſtentatum quatuor ymaginibus argenteis & deauratis. Sedet *David* Rex cum cythera argentea & deaurata.

Item unum vas Criſtallinum, continens de lacte, veſte, & de capillis beatæ *Mariæ*, conſeratum ſuperiùs & inferiùs, ac utroque capite quibuſdam circumferentiis argenteis deauratis: Suſtentatum ymaginibus *Petri* & *Pauli*, turificante dictum vas, quodam Angelo: Et eſt baſis argenteus deauratus, habens in tribus angulis tres Leones, & in quarto unum Draconem ſupportantes baſim.

Item una Reliquia Criſtallina, & parva, cum pede, & cum co-operculo argenteo & deaurato, continens Reliquias.

Item unum vas argenteum, deauratum, ad modum cupæ factum, continens Reliquias Sanctorum *Oſwaldi, Albani*, & *Dunſtani.*

Item una ymago S. *Pauli* argenteus, deauratus, ſuper cujus baſim ammaylantur Scuti domini *Thomæ Fog* Militis.

Item

Item caput S. *Athelberti* Regis & Martyris, in capsa argentea deaurata, facta ad modum Capitis Regis, cum Coronâ, continente in circulo xvi. lapides majores; & in quolibet octo florum Coronæ, quatuor lapides. In humero etiam dextro in modo pallii quinque lapides; & in humero dextro unus Annulus, cum lapide; & in siniſtro alius Annulus parvus, cum uno lapide.

Item Maxilla S. *Ethelberti* Confeſſoris, & Fundatoris Eccleſiæ S. *Pauli*, in capsa argentea deauratâ, ornatâ tribus magnis lapidibus, & quatuor mediocribus,& x minoribus, & superiùs duo criſtalli rotundi; & non continentur niſi quatuor dentes in maxilla.

Item una coſta S. *Ricardi*, in capsa argentea, deaurata, ſuſtentata duobus Angelis, ſtantibus ſupra baſim quadratam, de dono *Johannis de Chiſhulle* Epiſcopi.

Item alia coſta S. *Ricardi*, in quodam vaſe Criſtallino, ſuſtentato quatuor pedibus, de cupro deaurato, cum criſta.

Item unum Super-altare de Jaſpide, incluſo platis argenteis & deauratis; in quo continentur Reliquiæ Sanctorum *Andreæ* & *Philippi* Apoſtolorum, *Dionyſii* & *Blaſii* Martyrum; & de ligno Crucis S. *Andreæ*.

Ciſtæ.

ITem una magna ciſta nigra, *Gilberti* Epiſcopi, continens multas Reliquias Sanctorum.

Item una ciſta eburnea, parva & pulchra, cum ſerura clavis, & ligata argento, & deauratur, ex dono *Johannæ Walpol.*

Item eſt ibidem una ciſta co-operta panno ſerico rubei coloris, continens multas Reliquias Sanctorum.

Item una parva ciſtula gravata, de cupro; continens Reliquias Sanctorum.

Pixides.

ITem una pixis eburnea, cum Reliquiis S. *Auguſtini*, & aliorum Sanctorum.

Item una pixis parva eburnea, cum Reliquiis S. *Agnetis* & aliorum.

Item una pixis argentea, & deaurata, & ammaylata, cum ymaginibus Apoſtolorum per circuitum, in qua multæ Reliquiæ Sanctorum.

Item una capsa, co-operta cum blavio ſerico, operata cum ymagine Sancti *Agni*, & le Pellican; facta cum parvula alba; in qua continentur multæ Reliquiæ Sanctorum.

Reliquiæ.

ITem quidam Lapis de *Iſrael*, exprimens Majeſtatem Dei, albi coloris, cum ſex circulis argenteis & deauratis; in quibus inſeruntur ſex magni lapides, & ſex minores. Circulus inſeritur lapidibus parvis rubeis, in circuitu; & in dorſo parva ymago Crucifixi.

Item quædam ymago pulchra beatæ *Mariæ*, cum filio, tenente parlam in manu dextra, cum duabus columpnis, ſupportantibus duobus Angelis, qui tenent parvum extenſum ultra capita dictarum ymaginum, cum pede quadrato, ſtante ſuper quatuor parvos babewynos: Et hæc omnia ſunt argentea & deaurata.

Item brachium S. *Melliti* magnum, ornatum platis argenteis, & xvi. criſtalli & antiqui, continent circulum argenteum triphoriatum & deauratum, qui continet unum lapidem ſculptum, & quatuor majores & minores.

Item brachium ejuſdem S. *Melliti*, parvum, ornatum lamineis argenteis & platis in limbo deaurato triphoriato.

Item brachium S. *Oſithæ*, continens caput in manu, & ornatur lamineis argenteis in limbo deaurato, inſertis lapidibus; & anteriùs habet laminam triphoriatam, cum ammaylo & perlis.

Item quoddam brachium ornatum platis argenteis, continens duo oſſa de brachiis xi. millia Virginum.

Item Caput S. *Gamalielis*, auripictum, cum lapidibus circa humeros inſertis.

Item vas Criſtallinum, cum co-operculo argenteo & deaurato; ac in pedibus ipſum ſupportantibus, continens Reliquias S. *Thomæ* Martyris.

Cruces.

ITem tres Cruces, cum ymaginibus Crucifixi beatæ *Mariæ* & *Johannis*, & aliorum Sanctorum, de argento deaurato, cum pede.

Item una Crux argentea, deaurata, cum ymagine Crucifixi beatæ *Mariæ* & *Johannis*, continens, in ſuperiori parte, partem ligni S. *Crucis*, cum ymagine Salvatoris & duorum Angelorum, quatuor lapidibus rubeis inſertis, in extremitate.

Item una Crux de platis argenteis deauratis, cum manu benedicente ſuperiùs; & tribus ymaginibus in extremitate, cum lapidibus inſertis.

Item unum vas Criſtallinum, ſimile utri, circumcluſum circumferentiis argenteis & deauratis, continens multas Reliquias Sanctorum.

Item unum paxillum co-opertum platis argenteis, per circuitum triphoriatum auro, continens multas Reliquias.

Item una ymago S. *Pauli* de platis argenteis & deauratis, tenens gladium, cum vagina deaurata, in manu dextra; & Reliquiam criſtalli in manu ſiniſtra; tribus Angelis argenteis & deauratis ſupportantibus baſim.

Item forier de Sprueſwerk, continens multas Reliquias.

Item tres parvæ Criſtallæ Reliquiæ, cum pedibus & co-operculis argenteis.

Item una Cofer nigra, picturata cum avibus aureis, continens multas Reliquias.

Item duæ parvæ Cruces Criſtallinæ, ſine baſibus.

Item una Reliquia incluſa argento, cum lapidibus albis inpreſſis.

Item unus *Agnus Dei* circularius, de argento, cum ymagine Crucifixi.

Item

Item una ciſtula eburnea, continens Reliquias S. *Johannis Baptiſtæ*, *Mariæ*, *Magdalenæ*, & aliorum.

Item Rochetum S. *Edmundi* Archiepiſcopi *Cantuarienſis*,

Item Reliquia S. *Apolloniæ*, nomen Sanctæ inſeritur.

Item in Theſauraria eſt una parva Crux argentea & deaurata, quæ ſtetit in pomello Reliquiæ beatæ *Mariæ* cum tribus annulis; ſive aureis, ſive deauratis, tribus parvis inſertis; viz. Una Reliquia quæ cotidie monſtratur ante ymaginem beatæ Virginis.

Ex Autogra. penès Præſ. D. & Cap.

XXVI. FAit a remembre, que ceux ſount les parcels, faitz per *John Grantham*, orfiour, ſur le Toumbe de St. *Erkenwald*, le xxii jour d'Octobre, 3 *H.* 4.

Emprimes pour le poys d'argent, outre l'argent deliverie a meſme la *John*—	xvi *l.* v *s.* iv *d.*
Item pour l'endorreur d'une ymage de S. *Erkenwald* —— ——	xxxvii *s.* iii *d.*
Item a une baas a un ymage al manere d'une enfaunt, loveraigne & l'or —	x *s.* viii *d.*
Item pur xiv foille en le part del North, pur l'overaigne & l'endorrur —	xxvii *s.* viii *d.*
Item pur tranſlation del overaigne del fyn en le Weſt, tanque al Eaſt——	xi *s.* viii *d.*
Item pur l'endorrure del majeſte, ii. Angeles & le champ, del Coronation de noſtre dame, ove touts les Verges & appurtrignances-	v *l.* xviii *s.* iv *d.*
Item a ii. overeurs pur v. ſemayns —— ——	xxxiii *s.* iv *d.*
Item paye al Burnyſhour	xi *s.* viii *d.*
Item pur CC. copernayll.	xvi *d.*
Item a un Payntour, pur paynter ii. ymages ——	xvi *d.*
Item a une home pur ayder endorrer pur un jour & dim—— —— —	iii *s.* iv *d.*
Item pur le travail du dit *John* & ii. autres overeurs pur vi. ſemayns — ——	xl *s.* ix *d.*
Item pur endorrur de la graunt coronall, & pur mettre les piers dedeins al fyn del Eſt, & lour purtenances-	lxvi *s.* vii *d.*
Summa xxxiv *l.* viii *s.* iii *d.*	
Item ſolutum cuidam Aurifabro pro garniſhing xliii. lapides Chriſtallos & Berillos deauratos, in dicto feretro impoſitos, pro qualibet pecia v *d.* unde ſumma —— ——	xviii *s.* xi *d.*
Item pro garniſhing unius Jocalis, ibidem poſiti—	xi *d.*
Item pro viii ymaginibus emptis, pro dicto feretro —	xx *s.*
Item pro deauratione x. ymaginum, poſitarum circa prædictum feretrum; qualibet pecia iii *s.* iv *d* —	xxxiii *s.* iv *d.*
Item ſolutum *Herebright* Pictori, pro Pictura auro & aliis coloribus factis & impoſitis in feretro, & circa dictum feretrum ——	xxvi *s.* viii *d.*
Item pro incarvatione quatuor ymaginum dicti feretri —— —— ——	ii *s.*

De Dignitate Epiſcopi.

Ex Cod. M. S. pènes Wil. Pierpoint, *Arm.*

XXVII. DIgnitas Epiſcopi eſt in Choro, Capitulo, & in omnibus locis ſuprà omnes Canonicos & Eccleſiæ miniſtros, in exhibitione honoris habere preminantiam. Quotiens autem Epiſcopus de tranſmarinis partibus venerit, occurrent ei in occidentali oſtio Eccleſiæ, capis ſericis induti, Decanus & totus chorus; pulſatiſque in ipſius adventu campanis, honorificè ſuſcipient eum, Decanus à dextris & major perſona poſt eum à ſiniſtris, deducentes eum cum Proceſſione uſque ad Altare, Canente choro Reſponſorium Sancte *Paule* Apoſtole; quod etiam fiet in primo adventu poſt conſecrationem, ſi alibi fuerit conſecratus; & in primo adventu ſuo ad viſitationem, & durante Epiſcopo ante Altare proſtrato, Preces & oratio ſequentes.

Ordo ad Recipiendum Epiſcopum.

INprimis fiat Proceſſio ad oſtium occidentale Eccleſiæ; & ibidem Epiſcopo aſperſo cum aqua benedicta, & eo incenſato, ducatur cum Proceſſione ad magnum Altare; & eo proſtrato, dicat major de Choro præſens V *s. Salvum fac ſervum tuum Epiſcopum noſtrum; mitte ei auxilium de Sancto; Domine exaudi orationem meam; Dominus Vobiſcum; Oremus.*

Concede queſumus Domine famulo tuo N. *Epiſcopo noſtro, ut prædicando & excercendo quæ recta ſunt, exemplo bonorum operum animas ſuorum inſtruat ſubditorum, & æternæ remunerationis mercedem à te piiſſimo Paſtore percipiat per, &c.* Aliàs in ipſius adventu duntaxat fit pulſatio campanarum ſine Proceſſione.

Idem verò Epiſcopus, diebus *Natalis domini, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes*; in feſtis etiam beati *Pauli*, beati *Erkenwaldi*; diebus etiam *Cinerum*, & *Cenæ*, ſi commodè poterit, in Eccleſia ſua miniſtrare tenetur; & oblationes tunc ad manus ſuas provenientes, largiri poteſt, præter licentiam ebdomedariorum, ſecundùm arbitrium ſuæ voluntatis: Reliquis verò temporibus & diebus, ſive in officio ſolempni, ſive in

in exequiis defunctorum, miniſtret in Altari majori, & oblationes percipita, ebdomodariis non præjudicat præſentia Epiſcopi. Et quotienſcunque officium ſuum executurus eſt Epiſcopus in Eccleſia, in feſtis majoribus, Decanus à dextris, & ſublimior perſona poſt Decanum, à ſiniſtris, vel eo abſente alii duo majores perſonæ aſſiſtent Epiſcopo, deducentes eum de Veſtiario ad Altare, vel ad ſedem Cathedralem. Similter faciant quando iturus eſt ad incenſandum Altare, dum *Magnificat* & *Benedictus* cantantur; & ita deducetur in omni Proceſſione majorum Feſtorum.

Et cum Epiſcopus majus Altare incenſaverit, revertetur in ſtallum ſuum, vel Cathedram, & ipſi qui deduxerunt eum ibunt ad Altaria incenſanda, & redeuntes ad Epiſcopum thurificabunt eum in ſtallo ſuo: Aliàs autem, ſive fuerit in ſtallo Cathedrali, ſive in Choro, cum Chorus fuerit incenſandus ad *Matutinas* & ad *Veſperas*, per Capellanum ebdomodarium incenſabitur; ad Miſſam verò per Diaconum in Altari miniſtrantem. Et quotiens miniſtrat ad *Veſperas* vel *Matutinas*, pontificalibus indutus, ſtare debent ante eum, vel eum præcedere, duo pueri ornati, duos cereos accenſos bajulantes. Præſente inſuper Epiſcopo in ſuo Cathedrali, ſeu etiam Decani ſtallo, cum alius in majori Altari celebraverit, Benedictiones ab Epiſcopo petentur, quæ à ſacerdote peterentur, ſi abſens eſſet Epiſcopus; & Textus Evangeliorum, quociens oſculandus fuerit, ſibi primò exhiberi debet, & Pacis oſculum per Decanum vel alium majorem præſentem primitùs deferetur: Et ſi *Aqua benedicta* fuerit ſpergenda, poſtquam Altaria conſperſa fuerint, tradetur ei aſperſorium, & ſeipſum & majores aſpergat.

Item quotiens in ejus præſentia celebraverit, alius dicat *Confiteor* ad gradus Altaris: Et cum in majori ſede ſua *Collectam*, vel *Capitula* dicturus eſt, vel lectionem lecturus, Cancellarius, ſi præſens eſt, miniſtrabit ei, librum ſuſtentando. Cum autem fuerit in ſtallo ſuo, vel in Choro in ſtallo Decani, tam Decanus, quàm omnes alii majores & minores, ingredientes chorum vel egredientes ad Epiſcopum reverenter inclinare debent. Ipſe quidem, tam xxx Præbendas majores, quam dignitates, omnes ſeu perſonatus, præter Decanatum, cum vacaverint, pro voluntate ſua cui vult aſſignat; & literas ſuas Decano & Capitulo mittit ſuper ſtallo in choro, & loco in capitulo, cuicunque perſonatum vel Præbendam contulerit aſſignandis. Præficit etiam *Penitentiarium* & Cuſtodem veteri fabricæ, & Capellanum Capellæ ſuæ propriæ. Confert etiam unum *Cantariam* de proviſione *Euſtachii* Epiſcopi, ad Altare S. *Michaelis* ordinatam; ac unam liberationem Panis & ſerviſiæ ad opus ſcriptoris & ligatoris librorum Eccleſiæ deputatam. Confert inſuper domos in atrio S. *Pauli*, dignitatibus & Præbendis annexas; & unam domum quæ ſolet ſpectare ad fabricam in angulo verſus Bracinum: Quæ domus omnes & ſingulæ vacantes, eſſe debent in cuſtodia Decani & Capituli.

Item etiam Epiſcopus omnes quos beneficiat in Præbendis, dignitatibus, Altaribus & domibus, mittet cum ſuis literis ad Decanum & Capitulum inſtituendos, vel inducendos in poſſeſſionem, excepto Capellano Capellæ ſuæ.

De perſonis principalibus poſt Epiſcopum per Ordinem.

HÆ ſunt perſonæ principales per ordinem in Eccleſia *Londonienſi* ſub Epiſcopo conſtitutæ; Decanus, Archidiaconus *Londini*, Archidiaconus *Eſſexiæ*, Archidiaconus *Middleſexiæ*, Archidiaconus *Colceſtriæ*, Theſaurarius, Præcentor, & Cancellarius.

De Creatione Decani.

DEcanus ſiquidem ſic creatur. Quotiens Decanatum vacare contigerit. Capitulum vacationem ipſam Epiſcopo literatorie denuncient; & non petitâ ab eo licentiâ elegendi Decanum, convocari debent omnes Canonici, tam dignitate prediti, quàm alii in *Anglia* commorantes, ut certo die in Capitulo conveniant Decanum electuri: Literæ verò dirigendæ fratribus convocandis, traduntur in Choro per Camerarium ſuis Vicariis, ut eas dominis ſuis tranſmittant, vel ponuntur in ſtallis Canonicorum, & alio modo non vocantur fratres abſentes pro quocunque negotio communiter tractando. Celebratâ verò in formâ Canonicâ electione Decani, præſentari debet Epiſcopo electus; & electione de ipſo factâ, ut ipſam examinatam confirmet, niſi obſtet Canonicum impedimentum, & cum fuerit confirmata, Epiſcopus, ſi præſens eſt, cum Canonicis qui affuerint, electum ad Altare deducet, *Te Deum* ſolempniter decantando; ipſo ſiquidem electo ante magum Altare inclinato, & orante; Epiſcopus, finitis *Te Deum* & *Oratione Dominica*, pronunciet *Et ne nos, &c.* ſubjungens *Salvum fac ſervum tuum Domine, Eſto ei turris fortitudinis, Nichil proficiet inimicus: Domine Deus virtutum, Domine exaudi orationem meam, Dominus Vobiſcum Oremus.*

Miſerere quæſumus Domine famulo tuo N. *& dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat; & quæ tibi placita ſunt tota dilectione perficiat, per Chriſtum, &c.*

Tunc ſurgat electus à proſtratione, & oſculetur Altare: Deinde ducatur ad ſtallum & inſtalletur ab Epiſcopo, ſi præſens fuerit; vel per alium cui ipſe commiſerit. Si verò Decanus alibi fuerit confirmatus, remittetur cum literis Epiſcopi ad Capitulum inſtallandus; & die inſtallationis occurrit ei Capitulum, cum miniſtris Eccleſiæ in occidentali oſtio Eccleſiæ cum ſolempni Proceſſione, ut prædictum eſt de Epiſcopo, & cum Reſponſorio Sancte *Paule*, ſolempniter decantando, ad majus Altare deduci debet, comitantibus hinc inde majoribus præſentibus uſque in finem Proceſſionis, ubi dictis ſuper eum precibus & oratione ſupradictis; & oſculato Altari dicitur, ad ſtallum ſuum, inſtalletur à majore præſente; dicente, *Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum,*

tuum, ex hoc nunc & usque in seculum. Tunc Decanus prostratus in stallo suo, ad orationem, subjungat installatus dictâ oratione dominicâ, *Et ne nos, &c.* ut supra, *Oremus*

Deus omnipotens officiorum dispositor, & honorum omnium distributor, qui ad gubernandas Ecclesias diversorum graduum dignitates institui voluisti, devotis mentibus te suppliciter exoramus, ut hunc famulum tuum N. ad regimen Decanatus hujus Ecclesiæ deputatum, protectionis tuæ gratia munire digneris; eique spiritus sanctus cœlestium carismatum divisor assistat; ut sicut Doctor gentium Paulus *instituit, proficiant ei honoris augmenta, ad incrementa meritorum, sit exemplum & forma justiciæ ad gubernandum fideliter ministerium sibi deputatum; sicque sibi commissos regere concedus, ut cum vel omnibus regnum promereatur æternum, per Christum dominum nostrum. Amen.*

Deinde ducatur in Capitulum, & in sede sua collocetur, ubi inspectis Evangeliis, juret, quod secundùm approbatum Ecclesiæ morem, in ea residebit; quod jura & liberates ipsius Ecclesiæ tuebitur; quod approbatas & approbandas Ecclesiæ consuetudines servabit, & faciet observari, quod bona & possessiones Ecclesiæ inventa servabit, & alienata pro viribus revocabit: Quo facto omnes fratres & ministri, si Decanus voluerit, tam majores quam minores, promittunt ei Canonicam obedientiam, tanquam Decano; Majores stantes in loco suo, & dicendo: *Domine Decane, promitto tibi Canonicam obedientiam, tanquam Decano.* Ipse autem Decanus post confirmationem suam expeditam, jurat Episcopo Canonicam obedientiam, &c.

De Officio Decani.

Ex alio Codice M. S. penes Præfat. Wil. Pierepoint *Arm.*

DEcanus Ecclesiæ S. *Pauli*, qui primus sit Canonicus ipsius Ecclesiæ & Sacerdos, is residere oportet omnino in Ecclesia S. *Pauli*, & authoritatem ac officium domini in eadem Ecclesia sollicitè excerceat, defendat libertates, servet laudabiles consuetudines, & alios observare faciat: Bona Ecclesiæ servabit inventa, & alienata quoad poterit recuperabit.

Decani authoritas & officium est in omnes Canonicos, Presbyteros, Vicarios. Item in omnes Ecclesiæ ministros. Item est in eos, qui vel in maneriis Ecclesiæ, vel in Præbendis suis morantur. In animarum regimine, correctione morum, & jurisdictione: Quibus quidem hiis omnibus præest ordinariâ potestate & immediatâ. Is omnes causas ad Capitulum spectantes audit, & Capituli judicio diffinit; excessus omnium corrigit, obstinatos justâ animadversione castigat: Majores verò judicio fratrum; minores autem, & inferioris ordinis clericos, in levioribus delictis Cancellario corrigendos assignat. Episcopus autem nihil habet quod agat in causis Præbendarum & personatuum, nisi ad illum appelletur; sed omnes ejusmodi causæ à Decano & Capitulo terminentur. Pro gravioribus delictis, qui obstinati sunt & incorrigibiles, ejiciantur à Choro; stipendia & emolumenta eis detrahantur, sed omnia fiant cum discretione, ut quæque persona pro sua conditione tractetur ad ædificationem Ecclesiæ, non ad destructionem.

Ut autem errata, & quæ malè se habent in Ecclesia, cognoscantur, faciat Decanus ut singulo quoque Sabbato celebrentur Capitula ab universis ministris; in quibus diligenti examinatione exquiratur quid quisque egit in ebdomada præterita, & suum officium & debitum quod quisque expleverit, ut & laudentur qui benè fecerint, & transgressores corrigantur, semper personarum & criminum sapienter observatâ qualitate. *Die Sabbati convocandi sunt omnes in Ecclesia ministri.*

Decanus etiam investit Canonicos, & Præbendarios, & imperſonatos, præsentibus fratribus residentibus, vel aliis Canonicis qui commodè possunt adesse; & accipit eorum ad quæ obligantur juramenta. Omnes autem *Præbendæ*, quacunque ratione vacaverint, in manu Decani & Capituli sunt: In invasores autem Præbendarum, in turbatores possessionum, jurium, libertatum Ecclesiæ *Londinensis*, Decanus & Capitulum suâ authoritate, & generalem & specialem possunt ferre sententiam. *Decanus investit Canonicos.*

Decanus primus sedet; primus in Conventu loquitur: Ei, vel intranti chorum & Capitulum, vel præterеunti, omnes assurgunt, & justam reverentiam exhibent. In stallo suo, quando fuerit, eidem universi, vel ingredientes vel egredientes Chorum, reverenter inclinent. In processionibus solus in medio, & postremus incedit. In solempnioribus diebus expectatur ejus præsentia in Choro, tùm in nocturnis, tùm in divinis officiis; quoniam tunc agere officium saltem absente Episcopo ad illum pertinet hisce diebus. Etiam solempniores *Antiphonas* insonat, vel qui insonet assignat. *Confiteor dicat. Benedictionem* dat.

Item in dominicis diebus ad Aquæ benedictionem, Aspersionem, & Processionem, expectetur ejus voluntas veniendi. Is promovendos ad ordines nominat, & judicet vel scribit ut inducantur. Is beneficia ad Capitulum spectantia unà cum Capitulo confert & præsentat; in quo negotio nec Decanus sine Capitulo, nec Capitulum sine Decano agere quicquam potest, nisi forsan periculum & Principum Petitio immineat.

Is unà cum Capitulo admittit qui in Choro serviant, extollit qui extollantur, puniunt qui puniantur. Is dat licentiam residentibus, vel——

Et residentes & alii omnes, si velint, ob justam causam abesse, à Decano licentiam debent petere & impetrare. Minoribus autem Canonicis potest Decanus per se dare licentiam abeundi, ad octo duntaxat dies: si verò plus exigat, consulat Fratres.

Decanus universam Decanatus & Capituli jurisdictionem visitet, tertio quoque anno, si poterit; si non poterit, aliàs impeditus, assignet alium ex Capitulo Canonicum, qui id perficiat. *Visitatio Decani.*

De Sub-Decano.

Sub-Decanus ex minoribus *Canonicis* unus maximè idoneus à Decano, Capitulo conſentiente, eligitur; qui Vices Decani, eo abſente, gerat in Choro, quod quidem ordinatum fuit Anno Chriſti Mcclxxxx° tunc Decano *Radulfo Baldok*, ut ejuſmodi Sub-Decanus eſſet. Ejus autem Officium & auctoritas eſt in omnes miniſtros Eccleſiæ, ut videat & notet, quod quiſque agat in Choro; & delinquentes admoneat & corrigat. Capitula ſingulis quibuſque diebus excerceat, maximè Sabbato, quo die frequentiores conveniant omnes: Tunc Sub-Decanus, abſente Decano, omnia faciet proinde ac Decanus ipſe, & admonendo, & laudando, & corrigendo, in quo videat ſemper ut tenorem diſcretionis ſequatur; & ſic ſuo utatur officio, ut proſit omnibus, noceat nemini: Majores autem *Canonicos* nequaquam attingat; nam eorum correctio, ſi qui deliquerint, ad Decanum pertinet ſolum, & Capitulum. Is autem Sub-Decanus, tametſi hoc miniſterium & officium habet; tamen quæ ſunt minoris *Canonici* nihil mutabit; ſed par erit reliquis ſuis fratribus, hoc uno excepto, quod Amictum ex griſio, more majoris *Canonici*, ferre poſſit & debet, quod erat ei conceſſum Anno Chriſti Mccccc° *Willelmo Warham* tunc Epiſcopo.

Item more majoris *Canonici* trinâ incenſione exhoneſtatur; incrementum accipit ad victum ſuum in pane & ceryſia, vel pro hiis in pecunia, ut hoc operis juſtè adimpleat.

De Cardinalibus Chori.

EX minoribus *Canonicis* à Decano & Capitulo delegantur duo, qui *Cardinales Chori* vocantur: Horum officium eſt circumſpiçere cotidè & notare omnia in Choro delicta & peccata; ſcilicet & qui tardè veniunt, & qui ante tempus exierint; & in Choro, qui vel obſtinati vel negligentes & deſidioſi ſunt; atque quos notârunt ſingulo quoque Sabbato; quo die ſemper frequens Capitulum congreget, Decano & Capitulo, vel admonendum vel puniendum offerre & præſentare; in quibus caſtigandum videat Decanus, ne nimium piger & frigidum ſit, propterea, quod longa impunitas ſepenumero licentiam dat plurimum, & audaciam peccandi. Hii duo etiam *Cardinales* miniſterium Eccleſiæ, & firmum eorum, tum ſanum, tum ægrotum Eccleſiaſtica miniſtrant Sacramenta: Confeſſiones audiunt & pœnitentias injungunt ſalutares: Mortuorum poſtremò convenientibus tradunt ſepulturam. In hac oblationes, & quicquid devotio contulerit, in ſubſidium laborum percipientes.

De Theſaurario.

Theſaurarius, Capituli miniſter, totius Eccleſiæ Theſauri cuſtos eſt; ut ſunt Reliquiæ, Libri, Vaſa, Veſtimenta, Calices, Cruces, Curtini, Pulvini, Pallia, & id genus ſimilia: Hæc omnia ejus fidei & cuſtodiæ commiſſa & tradita, ſunt deſcripta in quodam libro teſtificante quæ & qualia ſunt, quæ in Eccleſiæ Theſauris numerantur; quorum omnium, ut fidelis cuſtos ſit, Sacroſancto jusjurando à Decano & Capitulo aſtringitur. Is nec immutare quippiam, nec accommodare aliquod alicui poteſt, Decano & Capitulo inconſulto.

De Sacriſta.

IS *Theſaurarius Sacriſtam* ſub ſe habet coadjutorem, & concuſtodem, *Sacriſta* autem oportet vir probus & juſtus, ac in officio ſuo ſummè diligens ſit: Quamobrem, quando novus *Sacriſta* habendus eſt, Theſaurarius debet eum quærere & invenire virum aptum & idoneum, & talem qui ignoratur à Decano & Capitulo: Inventum debet offerre & præſentare Decano, ut approbetur & admittatur, cum juramento ut juret ſe fidelem, diligentem, & in officio ſuo ſtudioſum fore.

Officium autem *Sacriſta* Eccleſiæ S. *Pauli*, eſt veſti buli oſtium omni die, in prima matutinali pulſatione aperire. Item in prima *Veſpertina* pulſatione, ut Rectores Chori poſſint ingredi, & ad divinum ſe officium præferant; utque etiam infirmi miniſtri, & item qui ſe nunciant, ſi velint, ſuas *Canonicas* horas poſſint recitare. Is curet ut omnia, quæ ad divinum officium, & ad Altaria in Eccleſia ſpectant, ſint pura, integra, munda, nitida; ſicuti ſunt Vaſa, Veſtimenta, Mappas, Linthea, Offertoria, & Abſterſoria; & id genus omnia, quæcunque ſunt, quæ lotione egeant, curet ut ſuis temporibus laventur, & lota Altaribus apponantur, ut arca, ſacra miniſteria, nihil ſit niſi id quod & pulchrè ſplendeat & benè oleat. In hiis *Sacriſta*, ſi negligens fuerit, correctioni Decani & Capituli ſubjiciatur. Is curet etiam ut fracta reſarcientur, ſoluta reſolidentur: Utque libri omnes ad Decanum & Capitulum pertinentes, ſumptibus ligatoris librorum ligantur, tegantur, & hamulis ſuis claudantur.

Is videat & omnino & diligentiſſimè caveat, ut Veſtibulo non ſit incurſus & frequentia hominum. In primam domum laicus nemo ingrediatur, niſi cum licentia Decani & Capituli; & niſi quando pro re aliquâ ad Eccleſiam neceſſariâ. In ſecundam domum nemo intret, niſi qui ſit ex habitu, & tunc duntaxat quando ſint in Eccleſia miniſtraturi. In tertiam domum nemo intret omnino niſi Decanus & Reſidentes, Theſaurarius, et Sacriſta, & ſui; ejus niſi ſit cauſa juſta cur alius intret ali-

quando, & tunc id fiat licentiâ à Decano obtentâ.

Is videat ne ſit turba, clamor, vel cantus in veſtibulo: Item ne ſit confabulatio, jurgatio, jocus: Item ne commenſatio nec compotatio; nec denique aliquod leve vel inhoneſtum fiat in veſtibulo. Is diſponat & reponat omnia in locis convenientibus. Ante omnia caveat *Sacriſta*, ne quid mutuet cuique, nec ex Theſauris accommodet; maximè ne tradat in manus cujuſquam Scripta & munimenta Eccleſiæ, niſi licentiam habuerit à Decano & Capitulo, & id quoquo modo, qua ratione, & quamdiu tradat: Aliter quidem ſi fecerit, agnoſcat planè in gravem dedignationem Decani & Capituli, & in periculum amittendi ſui officii ſe incurſurum. Item caveat ne depoſitum aliquod alicujuſve extranei recipiat bona, ullo modo, in Veſtibulum cuſtodiendum: Et quod teneat univerſum veſtibulum & domus ejus, & ornamenta quæ ſunt in domibus ſuis pura, munda, & ſana, tota inoffenſa, tota illæſa, ad Dei honorem, & ad ſui ipſius laudem & Eccleſiæ utilitatem. Is habet ſub ſe ſervientes, quos *Virgiferos* vocamus; de quorum officio jam dicemus,

De Virgiferis.

Virgiferorum, qui tres numero ſunt, officium eſt diligentiſſimè inſervire Eccleſiæ, non per alias perſonas Vicarias, ſed per ſeipſos propriis perſonis ſuis; & id quoque non alternatim per ebdomadas, uti ſoliti fuerunt; ſed omnes ſimul omni hebdomada, omni quoque die inceſſanter: Propterea quod Eccleſia, in tanta ſervientum paucitate, nullius eorum abſentiam ferre poſſit. Semper unus ſit in Eccleſia ſua ebdomada, niſi refectionis tempore; tunc loco ejus, garcio obſervet, donec redierit. Si quando abeſſe voluerint, videatur juſta & idonea ſit cauſa; etiam tunc impetrent licentiam à domino Decano, qui tamdiu & talibus temporibus concedet eis licentiam, quibus Eccleſia maximè illorum præſentiâ carere poſſit.

Oſtia Eccleſiæ aperient & claudent horis congruis, mane videlicet & veſpere. Antequam verò claudant, ſcrutent omnes Eccleſiæ latebras, & ſi quid ſit, quod lateat ſuſpicioſum, excutiatur. Videant & curent, ut pulſationes Campanarum, ex antiquo more Eccleſiæ, ritè & legitimè, fiant, horis debitis & conſuetis. Hoſtia Chori & Sanctuarii ſollicitè cuſtodient, laicas perſonas, vel in Chorum vel in Sanctuariam nequaquam ingredi permittant. Si quas agnoverint ingreſſas fuiſſe, eas honeſto & ſobrio modo ejiciant. Item Sacerdotes & qui non gerunt habitum Eccleſiæ, extra Cancellos ſtare compellant, ut Chorus & Sanctuarium tutatum & quietum, miniſtrantibus divinum officium, eſſe poſſit.

In Choro & Sanctuario caveant ne tectis ſint capitibus, niſi cauſa major urſerit quàm Decanus, ſimul cum Capitulo, agnoſcat & admittat. Quando inſtant Feſta ſolemniora, verrant Eccleſiam, Eccleſiæ pavimenta & ſcopent. Item muros, feneſtras, & arcas & omnes Templi ſuperiores partes, à fimo, pulvere, & araneis liberant. Item obediant *Sacriſtæ*, qui obediat Theſaurario, qui obediat Decano.

Sacriſtæ autem obediant in his quidem quæ ſpectant ad Veſtibulum, ſicuti ſunt Capas efferre & inferre; illatas plicare, plicatas reponere. Item in efferendis & inferrendis Reliquiis & Vaſis, & illiuſmodi aliis in quibus à *Sacriſtâ* ſe & admoneri & juberi pati debeant.

Infames perſonas, maximè publicas meretrices, portatores onerum per Eccleſiam; mendicos, qui vel fedè & ſomniculoſe jacent in Eccleſia; vel importunè interpellant orantes, extrà Eccleſiæ fores ejiciant & expellant. Aſſignent in cimiterio foveas ad ſepulturas; in quo negotio faciles & benigni ſint; & caveant ne plus juſtò exigant, & quantum accipient. Officii ſui perpetuitatem non vendicent; ſed ſingulo anno, ad feſtum divi *Michaelis* Virgas ſuas reddant in manus Decani, & Capituli examinationi humiliter ſe ſubjiciant; promeritum accepturi vel laudem, vel vituperium; etiam Virgam ſuam ex ſpe emendationis, ſi deliquerint; alioquin ab officio perpetuo amoveantur.

Præterea, quia res uxoria eſt ſæpenumero res negotioſa & turbulenta; atque mariti uxori, ut dominæ ſuæ oportet, ſtudeant —— *Virgiferi* noſtri, matrimoniali ſollicitudine diſtracti, in Eccleſia officium ſuum negligant, aut neceſſitate coacti (quia duobus dominis nemo benè ſervire poteſt) deſerant: Idcirco ſtatutum eſt à domino Decano, Capitulo conſentiente, & concluſum, ut deinceps in Eccleſia S. *Pauli* non ſint ullo modo *Virgiferi*, niſi tales qui ſine uxoribus cœlebes vitam ducant, & continentiam teneant; quod ſi talis à Theſaurario præſentetur Decano, qui uxorem habet, audito uxoris nomine, ſtatim repellatur. Item ad hoc officium, virgo vidua, ſi cætera ſint paria, præferatur: Convenit enim, ut qui tam propriè accedunt ad Altare Dei, tam magniſque miniſteriis interſunt, omninò caſti & intemerati ſint.

Item Statutum eſt deinceps, ut hii qui *Virgiferi* ſint, in minoribus ordinibus conſtituentur, & ad minutum gradum *Acolitus* accipere impellantur. Item ſtatutum & concluſum eſt, ut deinceps *Virgiferorum* officium, nullo modo, nec apertè nec ſecretè, nec coram hominibus, nec coram Deo, ſub ullo colore vendatur & ematur; hoc autem intellecto & probato, oblatus ad officium non admittatur, immo in officio poſitus, ſi poſtea conſtiterit id illum emiſſe, è veſtigio amoveatur. Hoc totum factum eſt quidem, ut *Virgiferi* in Eccleſiâ noſtra perpetuitate non vendicent, ſed pro meritis ſemper, vel ſuſtineantur, vel ejiciantur.

De

De Gartionibus.

GArtiones sunt ministri & servi Virgiferorum, sub Decano & Capitulo: Hii exculpent Ecclesiam, Campanas pulsant, exsufflent Organa, & omne aliud humile officium excerceant in Ecclesia, ad imperium Virgiferorum, qui pro veritate & fide eorum spondent.

De Cantore.

CAntor est in Ecclesia S. *Pauli*, qui Cantus præest: Ejus officium est examinare Cantum & Cantores; atque videre ut omnes in Choro justâ modulatione cocinnant; assignare quid quisque Cantet, suis locum & temporibus; atque facere ut pro varietate dierum & Festorum varii & idonei Cantus observentur. In majoribus festis *Antiphonam* super *Magnificat & Benedictus* incipere: Item *Processionales Cantus* & sequentias inchoare; & *Gloria in excelsis*. *Canonico* celebranti ad Divinum Altare intonare; videre qui pueri introducantur in Chorum, & quos Canendi facultatem habent, admittere. Item ad ejus officium pertinet Capas in Choro, quotiens gerantur, pro qualitate personarum, distribuere. Omnem autem correctionem domino Decano & Capitulo relinquat, & seipsum etiam judicio Decani Capitulique subjiciat, cui agnoscat in omnibus, quæ ad ejus officium pertinent, obedire oportere.

Is sub se *Succentorem* habet.

De Succentore.

SUccentorum Officium est in absentia Cantorum vices ejus gerere; & quod faceret ipse præsens, quatenus ad Cantum, spectat in Choro facere: Admonereque & jubere quemque ut decet, tam minores *Canonicos* quàm reliquos omnes ministros, quod canendum sit in Choro, canent: Etiam majores *Canonicos* quoscunque qui in Choro sunt; sed ea cum humilitate & cum debitâ reverentiâ; in quo obligantur omnes, quod instituerit *Succentor* in Choro, saltem in Cantu, statim & libenter exque omni excusatione, faciant.

De Magistro Scholæ Cantus.

MAgistrum *Scholæ Cantus* constituit Cantor. Ad eum pertinet eos, qui canere nequeunt instruere, pueros diligenter docere, eis non solum magistrum Cantus, sed etiam bonorum morum esse. Nullum ——— malum exemplum ostendere, sed multò magis eosdem de vitiis eorum admonere, & ad virtutem exhortare. Ad eum etiam pertinet tabulam observare, & qui canunt quemque ordine suo inscribere; ut quid quisque faciat sine tumultu & agnoscat facile, & exequatur.

De Cancellario.

CAncellarius, Ecclesiæ & Capituli scriba est: Nam ad eum pertinet componere & scribere Epistolas Capituli; & legere coram Capitulo eas quæ ad Capitulum transmittuntur.

Is præcipue Sigillum custodit, & quæ sigillanda sunt sigillat. Is præest omni Lectioni in Choro, & videt, ut quicquid legatur, id ritè, pulchrè & distinctè legatur: Docet in hoc genere ignorantes, laudat benefacientes, malè legentes corripit, & castigat. Episcopo aliquando legenti ultimam lectionem, ipse Cancellarius librum sustinens ministrat.

In majoribus Festis sexta lectio ab ipso Cancellario legi debeat. Is etiam præest literaturæ, non solum Ecclesiæ, sed etiam totius civitatis. Omnes magistri Grammatices ei subjiciuntur. Is in Schola *Pauli* Magistrum idoneum, quem ante Decano & Capitulo præsentaverit, præficit; & ædes illius Scholæ sumptibus suis reficit. Is etiam libros Ecclesiæ omnes Scholasticos custodit, & Magister eruditionis & doctrinæ est; & auditoribus legere oportet sacras Literas, ad Dei cognitionem, & ad vitæ & morum institutionem. Item de numero Librorum, & integritate eorum, quotiens vocatus fuerit, reddet rationem.

De Magistro Grammaticæ.

MAgister *Scholæ Grammaticæ*, vir probus & honestus debet esse, atque multæ & laudatæ literaturæ: Is pueros doceat Grammaticam, maximè eos qui sint Ecclesiæ; eisdem exemplum bonæ vitæ ostendat: Caveat magnoperè ne scandalizat teneros animos aliqua feditate, vel facti vel Sermonis; quinimo simul cum castâ literaturâ, imbuat eos Sanctis moribus: Sitque eis, non solum Grammaticæ, sed etiam virtutis Magister. Is loco Cancellarii scribit in tabula, atque notat ordine, quid quisque legat in Ecclesia. Is etiam Magister, habitum gerat in Choro, & in majoribus Festis primam lectionem legat.

De Subscriba Capituli.

HAbet etiam Cancellarius, sub se, Scribam, qui est quasi ejus *Subscriba*. Ejus officium est acta & rerum gestarum Ecclesiæ, literis perpetuæ memoriæ commendare, rerum & temporum ordine servato.

De Canonico Stagiario, qui præsit Camerâ & Pistrino.

EX majoribus Canonicis & Residentariis, eligatur unus, maximè idoneus vir, præstans bonitate & prudentiâ, qui præsit Cameræ & Pistrino. Ejus officium est speculare, & videre Camerarium, & custodem Pistrini; videlicet ex suo uterque officio, rectè omnia

agat ad Eccleſiæ & fratrum commoditatem. Is ſub Decano & Capitulo habet impetium in Camerarium & Piſtrini cuſtodem ; & in eos quoque qui eis ſubjiciuntur.

De Camerario.

Camerarii Officium, eſt diligenter curare ; ut undequaque redditus, qui *Cameræ* debentur, in temporibus juſtè perſolvantur : In quorum ſolutione, ſi quis tardior reperiatur, *Camerarius* referat Reſidentiario illi, qui præeſt *Cameræ* & *Piſtrino*. Is Præfectus, ſi ſe nequeat remedium invenire, Decanum & Capitulum conſulat. Is *Camerarius* recipit nummos omnes qui debentur *Cameræ*, & ex iiſdem ſtipendia & pitantias ſolvit eis quibus ſolvi debeant. Panem, Vinum, ceram, oleum ; & quicquid aliud ſit quod in domo Dei ad quotidianos uſus pertinet, quod ſumptibus Decani & Capituli emi debeat, is emit, & empta reponit ; ut ſemper adſit Eccleſia S. *Pauli* quod ſit neceſſarium, ad ſacra, & ceremonias Poſtremò cuique quod opus eſt, tradit. Is etiam & recepti & expenſi compotum, & totius ſui Officii rationem reddet Decano & Capitulo. Is ſub ſe habet *Collectorem redditnum.*

De Collectore Redditnum.

Collector Redditnum, totius ſuæ Collectionis fidelem compotum reddet *Camerario*, triduò antequam *Camerarius* ille computavit. Is colliget redditus omnes & proventus, undequaque naſcuntur : Collecta ad manus *Camerarii* deferat. Libros Collectionis ſuæ & compotum de anno in annum, faciat. Hii Libri ad perpetuam memoriam in *Camera* Eccleſiæ ſervati reponuntur.

De Cuſtode Priſtini.

Cuſtos Priſtini ſub Reſidentiario Præfecto, videat ſanum & integrum frumentum in Piſtrinum à firmariis inferatur, id coram Piſtore examinetur. Is tradit ex Priſtrino Canonicis & omnibus miniſtris ſuam cuique juſtam portionem : Non ſolventes frumentum firmarios, vel tardius ſolventes notet, nominatim, & Reſidentiario Præfecto referat. Laicis venditum panem non reddat, niſi ex licentia Decani & Capituli. Claves Panetriæ apud ſe teneat, & quando tradendi ſunt panes, ipſe præſens ſit, & Talias faciat ipſe. Panem in paſto videat ponderari : Attendat & curet, ut piſtor & ſervi honeſti ſint, & ſuis ſtipendiis contenti. Efficiat denique ut Piſtrinum ſit Sanctum & inviolatum ab omni ſpuritia & iniquitate. Compotationes, Concenationes, & meretricia communia illic nequaquam fiant, quinimo non patiatur. Suſpectas perſonas domum ingredi omnino, nec ſervos quidem Canonicorum, ſi vitæ ſunt ſolutioris. Curet hoſpitium Priſtini ſuis horis claudatur, & clauſis apud ſe teneat, vel fideli cuſtodi tradat. Singulis menſibus de ſtatu Priſtini Reſidentiario Præfecto rationem reddat.

De Elemoſinario.

HAbet etiam Eccleſia S. *Pauli Elemoſinarium :* Is homo pius & pauperum neceſſitatibus compatiens ſit. Ejus Officium eſt ſtatutis diebus Elemoſinas diſtribuere egentibus, uti voluerint illi, qui publicam in Elemoſinam redditus contulerunt : Et pauperes, ſi qui ſint qui juxta Eccleſiam moriuntur, in majori Cœmiterio gratis ſepelire. Is octo pueros, bonæ indolis & honeſtæ parentelæ, habeat ; quos alet & educet in morum diſciplinâ : Videat etiam inſtruantur in Cantu & literaturâ ut in omnibus apti ad miniſterium Dei in Choro eſſe poſſunt. Caveat ne quicquam pro admiſſione eorum accipiat, ſed gratam in Eccleſiæ Elemoſinam admittatur redditus Elemoſinæ, undè & à quibus ſolvitur colligat & deſcribat, detque calculum, tùm recepti, tùm expenſi.

De Cuſtode novæ Fabricæ.

HAbet præterea Decanus & Capitulum *Cuſtodem novæ Fabricæ* & operis. Is dilapidata reſtauret, fractas feneſtras reficiat, poſt pluvias & nives. Voltas omnes & tecta exquirat & expurgat : Nihil Fabricari ſuprà in ſumma parte operis permittat, undè aliquid periculi Fabricæ poſſit evenire. Videat ne cuſtos Capellæ beatæ *Mariæ*, plus juſto, accipiat. Quæ pertinent ad refectionem Fabricæ contra oblationes & teſtamentorum legata, & quicquid ex devotione populi pervenerit. Item certi redditus annui in hoc opere quod expendit, & quomodo & quando, & quibus de cauſis, juſtum calculum reddat.

De Canonicis in generali, & unde primum nomen Reſidentis.

Canonici in Eccleſia S. *Pauli* ſub domino Decano, antiquo inſtituto * triginta ſunt numero ; qui quondam in principio regularem duxerunt vitam, uti nomen *Canonici* declarat, quod eſt dictu *Regularis :* Et in Eccleſia omnes perpetuò reſiderunt, in obedientia, caſtitate, charitate, oratione, jejunio, lectione, & contemplatione : Aliqui eorum Sacerdotes, aliqui Diaconi, aliqui Subdiaconi ſemper exiſtentes. Eorum etiam olim ſuum quiſque habuit Vicarium, hominem in ſacris ordinibus conſtitutum. *Canonici* in choro, die noctuque jugiter Pſallebant. In Altare Dei Sacerdotes viciſſim miniſtrabant, cotidiè eis *Canonicis*, Diaconis & Subdiaconis inſervientibus ; communi conſilio omnia Eccleſiæ negotia tractarunt, & ſecundùm divi *Auguſtini* regulam, facultatibus in commune collatis, communiter vixerunt, in victu eorum factâ neceſſariâ rerum juſtâ diſtributione.

* *Sc. Per Bullam Lucii tertii ſummi Pontificis.*

Sed, proh dolor, ut omnia alia benè inſtituta, ita hoc quoque paulatim ſucceſſione temporum, in alium ſtatum planè infœlicem devenit : Nam *Canonici* cœperunt magis amare mundum

mundum quàm Deum, & curſum ſæculi ſequi quàm cœli; atque alius poſt alium cepit ſenim & paulatim abire in ſeculum; abeſſe ſuæ Eccleſiæ, & aliis locis degere; tenentes tantum nomen & titulum *Canonici*.

Hii primùm vocati fuerunt *Regulares*; tunc tandem *Seculares Canonici* ceperunt vocitari, quo nomine adhuc dehoneſtantur, quâ abeundi & abeſſendi licentiâ, Eccleſia propè deſtituta eſt. Qui reliqui fuerunt *Canonici* pauculi, ne omnia miſerè pereant, nova ſe profeſſione, atque novo jusjurando, ut in Eccleſiâ perpetuò reſideant, aſtrinxerunt, facile contenti; nec alii quo velint abeant abſuntque etiam cum titulo nominis ſui & aliqua Præbendâ eis pro qualitate perſonæ aſſignatâ, dummodò ſinant reliquos qui denuò ſe in Eccleſiâ, ex veteri more manere profeſſi fuerint, agere & tractare omnia, quæ ad honorem divini cultus & Eccleſiæ utilitatem videantur pertinere.

Itaque in Cathedralibus Eccleſiis nomen *Reſidentiæ* cepit inolere, quod eſt nomen novæ profeſſionis, novæque promiſſæ obſervantiæ. Hii, revera Eccleſiæ, vera & ſtabilita membra cenſeantur: Hii ſunt, quos Decanus debet verè ſuos fratres numerare, qui volunt & profitentur ſe cum illo continuò manere in Eccleſia, & Deo inceſſanter & Sancto *Paulo* inſervire. In eorum manibus tota Eccleſia eſt poſita, ut in gratia Dei, eam regant & gubernent. Quod quidem videntur facilè conceſſiſſe iſti, quos voto abeuntes *Canonici*, ac quaſi jus & intereſſe ſuum, ſaltem quatinus ad Eccleſiæ Regimen ſpectat renunciaſſe, dummodo liceat eis cum ſua portione abire, & ubi locorum [illegible]uerint, liberè permanere.

Hii *Reſidentes* in principio Sanctè & Religiosè vixerunt, uti in amitate & hominum turba Sanctè & Religiosè vivere poteſt: Et tales in Cathedralibus Eccleſiis *Reſidentes* fuerunt habiti, quales modo apud Religioſos *Obſervantes*; nam reformationem & obſervationem regularis vitæ profeſſi ſunt. Sed iterum exclamo, proh ſcelus; hii quoque vocati *Reſidentes*, modo, & Regula & Diſciplina, apoſtatârunt; & à Sanctâ illâ Eccleſiaſticâ vivendi formâ, quæ priſca ſub patribus Epiſcopis fuit, longè receſſerunt; & tam ſunt nunc uſque quaque & in vita & in religione deformati, ut non minùs quàm quondam *Canonici*, jam *Reſidentes* ipſi, Reformatione egeant: Deſerant enim Eccleſias in quibus permanentiam profeſſi ſunt, vagantes ſolutius, & errant; divinum cultum relinquunt; curam Eccleſiæ abjiciunt, propria lucra ſectantur, communia bona in privatos uſus vertunt: Nec aliud eſt in hac infœlicitate & confuſione temporum in Eccleſia Cathedrali reſidere, quàm proprium commodum quærere; ac ut planiùs loquar, ſpoliare Eccleſiam, & ſe ditiores facere: O ſcelus nefandum! O deteſtanda iniquitas! Veruntamen non defuerunt ſuperioribus ſeculis, tùm Epiſcopi, tùm Decani, qui videntes & experientes, quod omnia progreſſu temporis labuntur in deteriùs, ederent Leges & Statuta, prohibentia tranſgreſſiones & aliquouſque ad meliorem formam revocantia. Itaque in hac noſtra Eccleſia S. *Pauli*, partim Epiſcopi, partim Decani, in Viſitationibus ſuis, quid *Reſidentes* faciant, & quam *Reſidentiæ* regulam obſervent, diffinierunt. Quod totum nos *Johannes Collet* Decanus, ut excerpſimus ex Libro Statuorum, poſtea trademus. Sed primus quæ de majoribus *Canonicis* in generali, ut in veteribus Statutis Eccleſiæ invenimus, dicamus.

De Canonicis Eccleſiæ S. Pauli *in generali.*

Canonicus ab Epiſcopo nominatus, affert literas Epiſcopi ad Decanum & Capitulum Præbendæ Collatitias: Scriba legit, Decanus exquirit ſtatim, ſi nullum reperiatur inductum habitu *Canonico*; tum Decanus admittit, dicens: *Nos admittimus te in Canonicum & fratrem, & tradimus tibi regularis obſervantiæ formam, in hoc volumine contentam, pro cibo tuo ſpirituali. Item tradimus tibi iſtum panem, in refectionem tui corporalem.*

Panis autem per *Elemoſinarium* pauperi traditur.

Canonicus ille, ſi non ſit iniciatus ſacris, admoneatur, ut quum primum ad ſacros ordines accedat. Tunc Decanus aſſignet pro fratribus unum qui *Canonicum* in ſuum ſtallum inducet, dicens, *Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc & uſque in ſeculum. Canonicus* proſtratus in genu, Dominicam orationem dicat. Tum qui inſtallaverit addat, *Et ne nos inducas in temptationem, ſalvum fac ſervum tuum, Mitte ei Domine auxilium de Sancto, Nihil proficiat inimicus in eo, Eſto ei Domine turris fortitudinis, Domine exaudi orationem meam, Dominus vobiſcum, Oremus.*

Deus omnium bonorum principium & finis, virtutum dator, & meritorum benigniſſime premiator, obſecramus immenſam tuæ largitatis habundantiam, ut per preces & merita Doctoris gentium Pauli, *Patroni noſtri, tribuas huic famulo tuo* N. *quem noſtro dignatus es aſcribere Collegio, tibi tam piè jugiter famulari; ſicque in hac domo tua per veram charitatem cum fratribus converſari, ut poſt decurſum præſentis vitæ ſtadium, te donante ſperatum incorruptibilis vitæ brevium comprehendat, per Chriſtum Dominum.*

Poſt hæc ſurgens ex proſtratione *Canonicus*, ſuſcipiat *Pſalmos*; agnoſcens ſe illos quotidie, niſi aliter fuerit impeditus, pro benefactoribus Eccleſiæ, dicere opertere. Deindè reductus in Capitulum, diſcumbat in noviſſimo loco: Poſtea coram Decano & fratribus, tactis Sacroſanctis Evangeliis, juret primùm ut obediat omnino Decano & Capitulo: Quod Eccleſiæ S. *Pauli* fidelis ſit: Jura & libertates Eccleſiæ pro poſſe defendet: Laudabiles conſuetudines, ut eas didiceris, ſervet: Capituli ſecreta, aliter quàm debet, non revelet. Item oportet *Canonicus*, vocatus ad Capitulum, undecunque ad Eccleſiæ negotia preſtò veniat, inde non receſſurus niſi cognitâ cauſâ, & licentiâ obtentâ. Non veniens autem, ſcriptis ſe excuſet, ſignificetque

ficetque ·—— ipso absente quicquid agerint fratres dehabiturum.

Post longam verò absentiam *Canonicus* reversus, infra triduum revisat fratres Decanum maximè intellecturus si quid emerserit in ejus absentia, quod ad illum videatur pertinere. Item quando intellexerit fratrem defunctum, si *Canonicus* sacerdos sit, funerale officium dicat, & Missas decem, vel ab alio dici efficiat. Si *Canonicus* Diaconus, *Psalmos* decem; Subdiaconus totidem. Hæc omnia polliceatur & promittat novus *Canonicus*.

Tunc postremò admissus ad osculum primum Decani, tùm fratrum, ad sedem suam in pace dimittatur, nisi simul tunc admittatur ad aliquam dignitatem. Tunc quidem illi Decanus dicat, *Amice! Ascende superiùs*; & assignet ei locum dignitatis suæ. Si autem ad dignitatem impræbendatus admittatur, duntaxat introducatus in stallum suum, in Choro ulteriori non astrictus juramento, donec aliquam fuerit Præbendam assecutus. Tunc autem jusjurando *Canonici* alligetur. Si *Canonicus* designatus mittat procuratorem, per ejusmodi nec installetur *Canonicus*, nec admittatur, sed duntaxat Procuratori ostendatur stallum in Choro, & *Psalmi* dicendi, & ministratio Præbendi eidem tradatur. In fratrem verò & *Canonicum*, nisi in propria persona admitti, nequaquàm potest.

Canonicus autem commutatus Præbendam, denuò admittatur & installetur, & hoc quoque totiens quotiens Præbendæ suæ possessor fructus statim recipit, si vivo succedat; sin mortuo ad integrum postea annum & tres dies Præbendæ suæ fructibus carebit. Vacatio autem Præbendarum dignitatum Decani & Capituli est. Legitimè vocatis fratribus ad concilium, ut de rebus Ecclesiæ necessariis, communi consensu tractetur; si non veniant, reliqui procedant, aliorum non expectato judicio; nam qui rarò apparent in Ecclesia, pro consultoribus non habeantur.

Omnes *Canonici*, ratione Præbendarum suarum, soli Decano & Capitulo subjiciuntur, solique eidem juramento astringuntur. Omnes autem *Canonici* ad Missarum onera obligentur, ut successivè suis ebdomadibus per se, vel per alios ad summum Altare Missam celebrent, & oblationes accipiant, tertiam partem Diacono & Subdiacono dividant.

Canonicus ebdomadarius, cessante Campanarum pulsatione, per conveniens spatium expectet, donec fratres veniunt, antequam officium inchoet. Inscriptus aliquis *Canonicus* admonitusvè, vel ad Lectionem à Cancellario, vel ad Cantum à Præcentore, promptè se exhibeat, etiamsi ad regendum chorum vocetur, vel ad assistendum Decano in Missis ad summum Altare celebranti, quod quidem fiet semper in Festis majoribus. ut majores *Canonici*, etiam ex non Residentibus Chorum regant *Primas*, *Antiphonas*, *Psalmos*, *Hymnos* incipiant, & ministranti ad summum Altare assistant.

Hæc omnia intelligenda sunt de *Canonicis* post primum annum; simul atque ceperant ex Præbenda fructus percipere: Tunc enim quando in Choro apparuerunt, licet *Decano*, & *Præcentori*, & *Cancellario*, eos ad aliqua officia, ad divinum cultum spectantia imperare. In hyeme nigris, in Estate candidis; in nocte semper nigra induantur.

Canonici ingrediantur ante *Gloria Patri* primi *Psalmi*, alioquin foris stent. Ingredientes autem, ad Orientem, in ipso Chori medio, primùm Deo; tùm versi in occidentem, Decano inclinet; deinde ad stalla sua accedant, inde non recessuri, nisi major causa exposcat: Recedentes etiam, memores sint se in medio Chori, Deum & Decanum salutare oportere. In stallum verò, sobrii, simplices, & erecti stent. In Choro caveant à confabulatione, cachinno, risu; aut orent, aut legant, aut psallent, memores eorum facta aliis minoribus ministris, exemplum fore.

In Choro dum stant cum reliquis ministris, stationes, inclinationes, conversiones, prostrationes & cæteros gestus dignos Choro & Divino servicio observent. Requisiti ut aliquid faciant vel canant, vel in summo Altari ministrent, non recusent; agnoscentes se, dum in Choro sunt, legibus Ecclesiæ inservire oportere. In ebdomada sua, vel die aliquo festo, si quis *Canonicus* Missam ad summum Altare dicat, prodeat noviter tonsus & rasus, purus, nitidus, quo doceat se omnem quam possit reverentiam Sacramento exhibere. Superficia habeant candida, Capæ eorum nigræ, ne longitudine nimiâ defluant, nec nimiâ brevitate dependeant; modum in omnibus, ut convenit, teneant. Tonsura, vultu, habitu, gestu; omnique motu tales sint, ut deceat.

Sacerdotes divino famulitio mancipentur: Colloquia cum mulieribus ubique sed in Ecclesia maximè vitent, quæ & suspecta & periculosa sunt. In processionibus bini & bini, servato ordine & justâ distantiâ, incedant, vultibus in terram dimissis sobriè; in quibus omninò caveant ne confabulent cum laicis & aliis quibuscunque extra Processionem, personis; & si se ingerant, repellantur.

Tempore divini officii, caveat quisque *Canonicus*, ne in navi Ecclesiæ, vel alibi extra Chorum, appareat: Dedecorosum enim, & apostasiæ simile est, fratrem in Ecclesia vagare sine habitu *Canonicatus* sui; præsertim quum reliqui fratres in Choro in divino obsequio occupati sunt.

Canonicas horas vigilanter observent; divinum officium, humiliter & devotè persolvant; veniant ad Ecclesiam, non vagè nec solutè, nec cum vana pompa; sed graviter & sobriè, modo convenienti & sobrio, ut decet viros sanctitatis professores; & hoc non solùm die, sed etiam nocte, ut se probent religiosos, & coram Deo & coram hominibus. In Ecclesia autem, maximè in Choro, omni vanitate abjectâ, toto se dedant orationi & divino obsequio: Confabulationem, risum, levem vultum, quæ sunt argumenta levis & solutæ mentis, summopere devitent. Quæ sunt hujus seculi, in Choro nec loquantur ipsi, nec alios loqui audiant; immo tales objurgent, significantes in Choro qui sunt, eos omnia quæ

sunt

ſunt mundi obliviſci oportere ; atque ea quæ ſunt cœli & cœleſtia duntaxat meditari ; memoreſque etiam eſſe debere eorum, in omni oratione & devotione, qui collatis eis beneficiis & elemoſinis, tale ſibi otium pepererunt, ut ſine egeſtate, in ſufficientia rerum neceſſariarum, Deo ſervire poſſint.

Negligentes, omittentes, deforme & inconcinnum committentes, à domino Decano quàm aſperime corripiantur, & remotiùs à bonis & diligentibus in loco, abjecturi, ſeorſim ſpectandi ab omnibus ſtatuantur, ad tempus ; ut eos delicti pudeat & peniteat ; nec foras dedigni bundis excurrant ; ſed in Choro, in loco pœnitentiæ ſuo aſſignato, ad Decani arbitrium maneat ; ut diſcant tandem in Choro nihil impetum nec indecens, nec verbis nec factis, nec cogitatione. Item fieri debere, ſi ſunt ignorantes, quid agant humiliter diſcant.

De Reſidentibus in Eccleſia S. Pauli.

Canonici Reſidentes dicuntur à continua Reſidentia in Eccleſia ; eos enim oportet in Eccleſia perpetuò reſidere ; nam ad eos totius Eccleſiæ cura pertinet. In Choro exemplum oſtendant. In Capitulo frequentiſſimè negotia Eccleſiæ tractent, rebus Eccleſiæ aſſiduè provideant. Qui autem reſideat antea in Capitulo, convocatis fratribus Reſidentibus, profiteatur ſe Reſidentem fore, atque laudabili more Eccleſiæ S. *Pauli* facturus quod ſit boni Reſidentis.

Tempus autem in quo profiteatur, eſt una quatuor *Vigiliarum*, viz. Aut *Nativitatis*, aut *Paſchæ*, aut S. *Joh. Baptiſtæ*, aut S. *Michaelis* Archangeli. Videatur qui Reſidentiam inchoat, is ſanus ſit corpore, & incolumis ad cotidianos in Choro labores perferrendos. Si poſt inchoationem Reſidentiæ egrotaverit, cum miſericordia foveatur.

In primis Reſidens in Eccleſia S. *Pauli* nullâ aliâ Eccleſiâ quacunque reſideat ullo modo ; id enim faciens, ſtatim Eccleſiæ S. *Pauli* non Reſidens cenſeatur, & privetur omni fructu & emolumento Reſidentis. Item alibi Reſidens, ſi quos perceperit ex Eccleſia *Pauli* fructus, eos omnes cogatur reſtituere ; nihil enim tam deteſtabile eſt, nec apud Deum, nec apud homines tam abhominabile, nec certè Eccleſiæ tam peſtiferum ac pernicioſum, quàm profeſſum aliquem in hac Eccleſia, ad Reſidentiam, eundem alia in Eccleſia quacunque Reſidere.

Nullus Proteſtationem faciet in Eccleſia ; donec plenè & clarè exoneretur ære alieno.

Reſidens autem in domo aliquâ, Eccleſiæ vicinâ, maneat, & continuò Reſideat ; quo commodiùs & ad Eccleſiam accedere, & item à Decano ad Capitula & conſilia pro rebus & negotiis Eccleſiæ, poſſit accerſiri.

Quid ſit Reſidens in Eccleſia S. Pauli.

REſidere autem in Eccleſia S. *Pauli* propriè eſt, pro viribus & facultatibus in domo vicinâ Eccleſiæ, laudabilem & honeſtam familiam tenere, ſervos habere benè moratos ; *Canonicis* horis, tùm diurnis tùm nocturnis intereſſe. In principalibus feſtis, & diebus ſolempnioribus omnibus, omnino horis adeſſe ; aliis autem diebus, ad minimum, uni harum quatuor horarum, *viz.* Aut *Veſperis* & *Completorio* à principio uſque ad finem, aut *Matutinis* à principio uſque ad finem ; aut *Primæ* à principio uſque ad altam Miſſam ; aut altæ Miſſæ à principio uſque ad finem. Item Capitulum in quibus res Eccleſiæ publica tractatur, ſemper adeſſe, & præſentes eſſe. Publica onera, officia, & labores, pro communi Eccleſiæ utilitate ſubire : In otio dare operam ſtudiis, ſapientiam querere, & fratres, ac Eccleſiæ Clericos verbo Dei paſcere : Admonere inferiores cum omni diſcretione & pietate.

In Choro dum ſint, & orare, & pſallere, & ea ad quæ deputantur, ſtatim cum omni humilitate & reverentiâ in Divino Officio peragere, ſemper & aſſiduè ; Eccleſiæ honori & utilitati ſtudere ; proprium lucrum non querere ; commune bonum præferre ; concorditer & in charitate cum fratribus vivere ; ſcandalum evitare ; in omnibus pulchrum & gravitatis & virtutis exemplum oſtendere. In Eccleſia S. *Pauli* ſolùm, & nulla alia in Eccleſia inſervire. Hæc ſi fecerit, cenſeatur tunc ritè & legitimè reſidere, & dignum diſtributionibus & aliis Eccleſiæ fructibus & emolumentis ; alioquin re verâ inter *Reſidentibus* nequaquàm numeretur.

Quando autem fuerit juſta cauſa alicui Reſidenti, ut ad tempus aliquod abſit, cauſa diligentiſſimè agnoſcatur, & ut videbitur Decano & Capitulo ei abeundi licentia permittatur ; & quantum, & quamdiu aberit, & quando redierit omnia deſcribantur : In quâ conceſſione licentiæ, conſideret Decanus & Capitulum circumſpectiſſimè, ut ſic indulgeat abſentias ; & eo modo, ſcilicet, quo poſſet fieri, cum minori Eccleſiæ detrimento ; & eis etiam temporibus quibus Reſidentiæ abſentiam faciliùs Eccleſia ferre poterit.

De Vicariis Eccleſiæ S. Pauli.

Vicarii in Eccleſia, quondam triginta fuerunt minores, ad numerum *Canonicorum* ; & habuit quiſque *Canonicus Vicarium* ſuum. *Canonicus* quiſque ſibi de *Vicario* ſuo providit, quem obtulit Decano & Capitulo, qui primùm fuit admiſſus duntaxat, ut per unum integrum annum probetur : In quo primo anno dedit operam aſſiduè, ut Pſalterium & ferè totum, quod commune eſt & uſitatum, in Eccleſia, in divino officio memoriter habeat. Poſt annum probationis, ſi aptus & idoneus habebatur,

batur, tunc ad numerum *Vicariorum* aſcriptus fuit; ſed tùm ſimul juſſum omnino, ut ſtatim proximorum ordinum collationem, ſacros ordines ſuſcipiat, vel Diaconatum, vel Subdiaconatum.

In domo una manſerunt; communem menſam ſimul tenuerunt; duos Presbyteros, ſpeculatores eorum morum habuerunt; aſſiduè Chorum ſecuti ſunt. Aſſignati ad Miſſam beatæ *Mariæ*, ante inchoationem Miſſæ, cotidiè horas divæ *Mariæ*, in *Capellâ Virginis* reverenter & devotè dixerunt: Verùm nunc, neſcio quo pacto, alius eſt numerus eorum, & vita alia, & profeſſio layjor, & forma vivendi liberè, nam ſex duntaxat numero ſunt, & hii quoque vel uxorati, vel tales qui uxores ducere poſſunt; domum ſuam non tenent, nec communiter vivunt in domo *Vicariorum*; ita tempore mutantur omnia, & facilè in deteriùs degenerant. At hii qui nunc ſunt, quales eſſe debent; videamus.

Vicarii ſint viri honeſti, bonæ & laudabilis famæ, tales qui timent Deum, & homines; maximè qui in Eccleſia S. *Pauli* ſerviunt, revereantur, obediunt. Decano & Capitulo, & mandatis ac inſtitutionibus eorum: Sectentur Chorum die nocteque habitu congruo, hoc eſt Superciliciis candidis & capis integris. Sint etiam tales qui habent voces ſanas & ſonoras; qui habent cum voce artem benè Canendi, quod examinent & judicent Sermonem ſuum. Ante omnia ſunt tales, qui ſtudeant in Eccleſia S. *Pauli* benè vivere, bonos mores habere, exemplum honeſtatis oſtendere; humiliter ſe gerere erga *Canonicos*; cum omnibus, maximè cum ſuis ſociis in charitate vivere. *Vicarii* non ſint Procuratores, non Attornati, non Teſtamentorum Executores; nec quodvis aliud officium ſuſcipiant, quod eos à divino officio abſtrahat & alienat.

Miſſæ beatæ *Mariæ* interſint cotidiè, ante *Kirieleſon*; diligentes in divino officio laudantur, negligentes & corripiantur & caſtigantur.

Faciat *Vicarius* Reſidentem dominum ſuum, ſi abſens ſit, certiorem de illis rebus Eccleſiæ quas eum oportet cognoſcere, nam eſt ſervus & vice gerens Reſidentis.

Item deducat & reducat dominum ſuum Reſidentem, vel ad Eccleſiam euntem, vel ab eadem redeuntem.

Juret in principio admiſſionis ſuæ, quod obeditur Decano & Capitulo, quod illum ſuum dominum & patrem agnoſcat; quod admonitiones & præcepta ejus pareat; denique quod delinquentem ſe corripi & corrigi patiatur.

Vicarii non exeunt nec diſcurrunt ad alias Eccleſias in diebus feſtis eorum; nec ad domos Magnatum, nec in Tabernas ſodalium, ut illis in locis tantum ſuum vel oſtentant vel vendant; propter du——Religionis, quam ſuſciperunt in Eccleſia S. *Pauli* diſcantis eos oportet temperatiùs vivere, quàm cæteri laici.

De Canonicis Minoribus.

SUnt in Eccleſia S. *Pauli Canonici*, qui *Minores* appellantur; Amictum ex Calebro utuntur, quidem hii Sacerdotes oportet, qui loco *Majorum Canonicorum* Viciſſim, & ſunt ſucceſſivè ad Magnum Altare: Miſſas celebrent, quod debent facere, nihil propterea exigentes omnino à *Majoribus Canonicis*, ne ſuſpitio naſcatur ſimoniacæ pravitatis.

Item Miſſa beatæ *Mariæ*, Miſſa *Apoſtolorum*, Miſſa *Capitularum* ad eos pertinet officio vicicitudinario; in quibus omnibus, alius alium impeditum adjuvet, libenter & fraterniter, ſicut voluit ſe impeditos adjuvari. Chorum aſſiduè & diligenter ſectentur, tùm diebus, tum noctibus, agnoſcentes ſe quidem ad id maximè aſtrictos & obligatos eſſe.

Eligantur *Minores Canonici*, ex miniſtris ejuſdem Eccleſiæ, ſi fieri poteſt. Si qui ſint qui eligantur idonei. Habeat *Minor Canonicus*, ante omnia, bonam vitam & mores, bonam vocem, ſanam & placentem; bonam artem canendi, qua vocem dirigat ſuam in honorem Dei. Sit memor ſe, ſupra Sacerdotem, *Canonicum* eſſe in Eccleſia S. *Pauli*; & ſupra habitum Sacerdotis, *Canonicalem* habitum portare, qui rever à eſt habitus Sanctitatis & Religionis; ac propterea ſtudeat vivere meliori modo quàm communes alii Sacerdotes, agnoſcens ſe in Eccleſia Sancti *Pauli* eſſe, ut exemplum Sanctioris vitæ, aliis in Civitate Sacerdotibus, oſtendat.

Minor Canonicus non frequenter Tabernas, nec Vinales, nec Cerviſiales: Suſpectas domos non ingrediatur, cum ſuſpectis perſonis non confabuletur, caſtitatem teneat, omni honeſtati ſtudeat, reverentiam exhibeat *Canonicis Majoribus*: Cum equalibus ſuis, viz. cum *Minoribus Canonicis* in charitate maneat. *Minor Canonicus*, nec domum ſuam, nec quam ipſius partem locet, niſi alicui ex Eccleſia, qui eſt ex habitu. Si quis ſit qui velit, eam conducere, maximè autem locet eam *Minori Canonico*, ſi ſit ex eis qui velit eam inhabitare.

De Capellanis.

SUnt præterea in Eccleſia S. *Pauli* Sacerdotes, qui *Cantarias* habent; qui progreſſu temporis, devotione diverſorum hominum, introducti fuerant in Eccleſiam, ad augendum, & amplificandum honorem Dei: Quorum quidam ſecutores Chori; quidam coadjutores, quidam aliis nominibus ſortiuntur: Omnes autem ad aſſignata ſibi Altaria celebrent. Celebratur autem candidis ſuperpelliciis induti, accedant ad Altare; & ſuper ea Sacerdotalia Veſtimenta induant: Celebrent autem cotidiè, quatinus poſſunt, ne debitis ſuffragiis ſuos fundatores defraudent. Caveant ne alieni & extranei Sacerdotes ad ſua Altaria Miſſas dicere aſſueſcant, & tales ingerentes ſe, vetent & arceant, donec in ea re voluntatem Decani & Capituli intellexerint. Ipſi autem

Sacer-

Sacerdotes etiam omnes, ſuis ſtipendiis contenti, alia aut annua ſervicia, aut ſublidia, aut trigintalia, aut quodvis aliud ejuſmodi, quocunque nomine cenſeatur, non accipiant ab alienis extraneis perſonis, ut pro illis celebrent, ſub quocunque colore; aliter autem ſi fecerint, ad arbitrium Decani & Capituli de ſtipendiis eorum, pro pœna aliqua, portio detrahatur.

Omnes, majoribus feſtis interſint, divino Officio, *Matutinis*, *Primis*, *Miſſis*, *Veſperis*. Chorum autem ſectantes qui ſunt ii qui dies noctesque divino Officio —— obligantur, omnes unà in Collegio S. *Petri* maneant & commeant, & Cameram & menſam illic teneant. Antequam admittentur, examinentur à ſuccentore, vel ab altero Cardinalium, ſi convenientem facultatem canendi habeant, quo poſſint cotidianis laboribus Chori ſubvenire, alioquin omnino repellatur.

In funeribus omnium, qui ſunt ex habitu in Eccleſia S. *Pauli*, ac in toto funebri officio eorum, omnes Sacerdotes & Capellani omninò ex purâ eorum caritate, præſentes ſint, & pro defuncto orent; memores morituros eſſe ſeipſos; ac facientes, ut, in ſimili caſu, velint alios pro ſe facere.

Nemo habens beneficium Eccleſiaſticum, vel aliud quodcunque, quod perſonalem reſidentiam requirat, admittatur ad perpetuam Cantariam in Eccleſia S. *Pauli*; talis admiſſio, ſiqua fuerit, ſemper pro nullo habeatur. Item quando aliquis Sacerdotum Cantariſtarum Capellanorum, vel ad beneficium, vel aliud quodcunque quod perſonalem reſidentiam deſiderat, vocetur, è veſtigio, ejiciatur ab Eccleſia; & ad id, ad quod vocatus eſt, ſtatim ire compellatur. Omnes habentes Cantarias unitas, ſectent Chorum cotidiè, pariter cum aliis ſectatoribus, ut pro exaucto emolumento, exaugeatur labor; & juramento in admiſſione eorum aſtringantur, ut in domo Collegii S. *Petri*, in menſa cum aliis commeant, & ſuis illic Cameris condormiant.

De Obitibus.

Obitibus autem judicentur in Capitulo, quod fient; ſi verò juſta cauſa differetur, oſtendatur tunc in quem diem differatur, ut qui velint & poſſint intereſſe, intelligant; utque intelligentes, ſi poſſint & velint interſint: Nam in ſubſidium defunctorum *Obitus*, multitudine ſuffragiorum celebres eſſe debent. Diſtributio autem in *Obitibus*, fiat eis duntaxat, qui præſentes ſunt.

Stagiarii autem propterea, qui onus Eccleſiæ ſuſtinent, plus duplo quam alii percipient, niſi voluntas teſtatoris Canonicis ſimul Reſidentibus, & non Reſidentibus equalitatem diffiniat; tunc quidem omnino voluntas ultima Teſtatoris ſanctè obſervetur. Portio autem dupla illa, ſi qua contingat, ad Stagiarium quemcunque nequaquàm pertineat, niſi præſens fuerit ipſe, ita ut videri & conſpici in Choro poſſit. Diſtributio autem fiat, finitâ & perfectâ Miſſâ, eâ, quæ eſt pro defunctis.

De forma Reſidentiæ in Eccleſia S. Pauli Londonienſis ſtatuenda.

XXVIII. REx Venerabili in Chriſto Patri *R.* eadem gratiâ Epiſcopo *Londonienſi* vel ejus Vicario generali, ipſo Epiſcopo in remotis agente; necnon Decano & *Reſidentiariis* Eccleſiæ S. *Pauli Londonienſis* ſalutem. Cum ut accepimus retroactis temporibus, de Statutis & conſuetudinibus Eccleſiæ prædictæ juratis, nullus ipſius Eccleſiæ Canonicus Præbendarius ad Reſidentiam in Eccleſiâ ipsâ faciendum, admitti debuit, ſeu debet in eadem quoviſmodo reſidere in preſenti; & emolumenta, quæ Canonicis Reſidentiariis in Eccleſiâ prædictâ, occaſione hujuſmodi Reſidentiæ debeatur percipere, niſi in eſculentis & poculentis, ac aliis expenſis exceſſius & ſuperfluus, mille vel ſaltem octingentas ſeu ſeptingentas marcas ſterlingorum, vel circiter, primo anno ſuæ Reſidentiæ hujuſmodi, in Eccleſia prædicta expendat, & conſumat; ad quas quidem expenſas voluptuoſas ſic ſupportandas, fructus, redditus & proventus pinguioris Præbendæ, poſt duas vel tres Præbendas ipſius Eccleſiæ, in qua triginta Canonicorum, & totidem Præbendariorum numerus, in ejus fundatione Canonicè extitit inſtitutus, infra decem annos continuos ex eadem provenientes, notoriè non ſufficiunt; quodque propter hujuſmodi expenſas & onera exceſſiva etiam & importabiſia, pauci Canonici, in dicta Eccleſia ad Reſidentiam hujuſmodi faciendam, quin veriùs nulli, hiis diebus de novo poterunt admitti, in diminutionem cultus divini in Eccleſia memorata manifeſtam; etiam pariter & contra pias voluntates nobilium progenitorum noſtrorum, dictæ Eccleſiæ Fundatorum, in hac parte; duoque jam in Eccleſia prædicta duntaxat *Reſidentiarii* exiſtunt, qui omnia dictæ Eccleſiæ emolumenta ſibi uſurpant; & uſurpatis hujuſmodi non contenti, panem & cerviſiam, de primæva & antiqua fundatione dictæ Eccleſiæ, Canonicis ejuſdem non Reſidentiariis ſolvi debitos & conſuetos, hiis diebus non perſolvunt. Ac cum prætextu præmiſſorum, inter vos præfate Epiſcope, qui circa ipſorum reformationem, graves & notabiles feciſtis expenſas, & auctoritate veſtrâ ordinaria, certa Statuta edidiſtis, in forma juris, ut dicitur, ex parte una. Ac vos præfate Decane, & Stagiarios, ſive Reſidentiarios tunc dictæ Eccleſiæ exiſtentes, ex altera orta diſcordia, tam vos præfate Epiſcope, pro parte veſtra; quàm vos præfate Decane & Stagiarii, pro vobis & parte veſtra, de & ſuper omnibus & ſingulis præmiſſis in præſentia noſtra conſtituti, ſub pœna mille librarum parti parenti, à parte non parente in hac parte, & per eam ſolvendarum, in nos compromiſeritis, ac de ſtando & parendo laudi, arbitrio, voluntati, diffinitioni, & ſtatuto, de & ſuper præmiſſis per nos in hac parte ferendis, ſive faciendis, in alto & baſſo vos ſubmiſeritis.

Cl. inſ. 22 R. 2. p. 1. m. 4.

Nos attentis præmiſſis, ad ſupplicationem veſtram, vos Præfate Epiſcope, necnon Canonicorum non Reſidentiariorum Eccleſiæ Prædictæ, ob honorem Dei & Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, in augmentum cultus divini, pro nobis & progenitoribus noſtris in Eccleſia prædicta, perpetuis futuris temporibus faciendi, vobis Præfate Epiſcope, vel vobis abſente, veſtro Vicario generali in ſpiritualibus generali; necnon vobis Præfati Decane & Reſidentiarii prædicti, mandamus, præcipimus, & injungimus, ſub pœna ligeantiæ veſtræ, & ſub pœna quatuor millium librarum nobis ad opus noſtrum ſolvendarum, quod citra feſtum S. *Michaelis* Archangeli proximum futurum, realiter ſtatuatis, & ſtatuta obſervetis, quod forma Reſidentiæ in dicta Eccleſia, ſecundùm formam & exigentiam ſtatutorum Eccleſiæ *Sarum* in ea parte editorum, de cætero fiat & obſervetur pro perpetuo in futurum; quodque, vos Præfate Epiſcope ſub ſigillo veſtro, vel vobis abſente veſter Vicarius in Spiritualibus generalis, ſub ſigillo officii ſui. Ac vos Præfate Decane & Reſidentiarii ſub dictæ Eccleſiæ S. *Pauli* ſigillo communi, nobis in Cancellariam noſtram, citra dictum feſtum certificetis id quod inde ſtatueritis, vel feceritis ordinari. Teſte Rege apud *Weſtm. xvi. die Aprilis.*

Quod Reſidentia ſit ſecundum uſum Sarum.

De numero Canonicorum.

XXIX. TRiginta *Canonici* Eccleſiæ S. *Pauli*, cum capite ſuo Epiſcopo, corpus & Capitulum conſtituunt, & Eccleſiæ negotia & ſecreta tractant. Iidem *Canonici* Epiſcopum & Decanum eligunt, ſed ab Epiſcopo *Canonicatus* & Præbendas aſſequuntur, quorum nomina & ordo, prout in Choro diſponuntur, unà cum *Pſalmis* additis, & illarum valore, ſecundùm taxationem Decimæ *Norwycenſis*, taliter deſcribuntur. *Ex Cod. MS. penes Præf. D. & Cap. (G) fol. 80 a.*

In dextro Choro dignitatum ordo; Primò Stallus Decani, cujus victus in Eccleſia de *Lamburne*, eſtimata ad octoginta marcas.

Secundò Archidiaconus *Eſſexiæ*, cujus victus in Procurationibus.

Tertiò Theſaurarii, cujus victus in Eccleſia de **Pelham**, & de **Aldehyꝛi**, eſtimatur ad Lxiii marcas, ſecundùm taxationem *Norwycenſem.*

Præbendarum Ordo.	*Pſalmi Aſcripti.*	*Taxatio Præbend.*
Finesbury vel **Haliwell.**	*Benedictus Dominus Deus, qui docet manus, &c.*	xx marc.
Chaumberleynes wode in **Wylledon.**	*Bonum eſt confiteri in domino, &c.*	L ſol.
Holburne extra **London.**	*Salvum me fac domine, quoniam defec. Sanctus.*	vii marc.
Herleſton in **Willesdon.**	*Fundamenta ejus.*	v marc.
Pourtepol extra **London.**	*Quid gloriaris in malitia.*	vii marc.
Hoxe extra **London.**	*Confitebor tibi in toto corde meo, quoniam aud.*	viii marc.
Kentiſſetune apud Sanctum *Pancracium.*	*Dominus illuminatio mea.*	x marc.
Tuiford in **Willesdon.**	*Deus miſereatur noſtri.*	lix ſol.
Hapesbury in **Willesdon.**	*Memento, Domine, David.*	v marc.
Oregate in **Willesdon.**	*Domine exaudi.*	xlviii ſol.
Sneting in **Kirkeby.**	*Deus, Deus meus reſpice in me.*	v marc.
Willekolkesbury in Parochia S. *Egidii.*	*Quemadmodum deſiderat.*	C ſol.
Biondeswode in **Willesdon.**	*Deus judicium tuum Regi da.*	v marc.
Rougemere in Parochia S. *Pancratii.*	*Ad Dominum cum tribularer.*	iv marc.
Eldeſtrete in **Schoxdiche.**	*Dominus regnavit, exultet terra.*	v ſol.

Ultimo Archidiaconatus *Colceſtriæ*, cujus Victus in Procurationibus, & Medietate Eccleſiæ de **Ardeleye.**

In Siniſtro Chori Dignitatum Ordo.

PRimò, Archidiconus *London.* cujus Victus in Eccleſia de **Schoxdiche** eſtimatur ad——

Secundò, Præcentoris, cujus Victus in Eccleſia de **Scoxdefoxde**, eſtimatur ad——

Tertiò, Cancellarii, cujus Victus in Eccleſia de **Boxham** & **Pling**, eſtimatur ad——

Præ-

Prebendarum Ordo.	*Psalmi Ascripti.*	*Estimatio* Norwyc.
Totenhale, in Parochia S. *Pancratii.*	*Beatus vir qui non abiit.*	xvi marc.
Cadington Minor.	*Miserere mei Deus, miserere mei.*	C sol.
Sanctus *Pancratius.*	*Voce mea.*	viii marc.
Reculvereſland & **Tillingham.**	*Exaudi, domine, justiciam meam.*	xl sol.
Hoxtone in **Schoredich.**	*Defec. in salutare anima.*	v marc.
Eldelonde in **Tillingham.**	*Deus stetit in Synagoga.*	xl sol.
Iſeldone extra **London.**	*In convertendo do. Capt.*	viii marc.
Willesdone Green.	*Noli emulari.*	xl sol.
Consumpt in **Waletome.**	*Confitemini Domino, & in voc.*	i marc.
Bonnesbury in **Haringey.**	*Beatus vir qui timet Dominum.*	v marc.
Nesdone in **Willesdone.**	*Domine, ne in furore.*	lxii sol.
Neuton Canonicorum.	*Confitemini Domino quoniam bonus.*	ix marc.
Cadingdon Major.	*Omnes gentes plaudite.*	C sol.
Cheſewik.	*Nonne Deo subjecta.*	ix marc.

Ultimo Archidiaconatus *Middleſex,* cujus victus in Procurationibus consistit.

Nunc autem de hiis triginta Canonicis agendum. Et quartum ad ingreſſum, & quartum ad progreſſum & egreſſum: Et primò de Canonicorum ingreſſu per Canonicam institutionem.

Secunda Particula.

CUm fuerit quiſquam Præbendarius inveſtiendus, literas domini Epiſcopi Patentes de Collatione Præbendæ, Decano & Capitulo directas, exhibeat; quibus lectis coram fratribus Reſidentibus ad hoc Convocatis, ſi perſonæ nihil obſtet, de Canonicis inſtitutis induatur habitu Canonico, & coram Decano & fratribus in Capitulo, ſe repreſentet; & pane albo ſuppoſito, regulæ Canonicæ in hoc volumine contentæ, inveſtiat eum Decanus, vel major præſens, Decano abſente; dicendo, *Nos recipimus te in Canonicum & in fratrem, & tradimus tibi regularis obſervantiæ formam in volumine iſto contentam, pro cibo ſpirituali, & in remedium laboris refectionem in pane corporalem.* Panis autem ille committatur Elemoſynario ad uſus pauperum. Tunc procedat Decanus in Choro, & inducat Fratrem in ſtallum, Præbendæ ſuæ aſſignatum; dicendo, *Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & uſque in ſeculum* Inſtallatus, flexis in ſtallo genubus, dicat *Orationem dominicam,* & ſubdat inſtallatus. *Et ne nos, &c. Salvum fac ſervum tuum, &c. Mitte ei domine auxilium de ſancto. Nichil proficiat inimicus in eo. Eſto domine turris fortitudinis. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiſcum. Oremus.*

Deus omnium bonorum principium & finis, virtutum dator & meritorum benigniſſime premiator, obſecramus immenſam tuæ largitatis habundanciam, ut per preces & merita doctoris gentium Pauli, *Patroni noſtri, tribuas huic famulo tuo* N. *quem noſtro dignatus es aſcribere Collegio, tibi tam piè jugiter famulari; ſicque in hac domo tua per veram caritatem cum fratribus converſari, ut poſt decurſum præſentis vitæ ſtadium te donante, ſperatum incorruptibilis vitæ bravium comprehendat; per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.*

Tunc ſurgat inſtallatus, & dicatur ſibi quod reſpiciat Pſalmos ſupra ſtallum ſcriptos, quos ſingulis diebus dicturus eſt, pro ſalute vivorum, & requie mortuorum, hujus Eccleſiæ S. *Pauli* benefactorum. Deinde reducatur in Capitulum & aſſignato ſibi loco ultimæ partis ſuæ, qua morari debet, ſurgat, & ſtans coram Decano, tactis ſacris Evangeliis, vel inſpectis, ſi ſit Sacerdos, juret quod extunc erat fidelis huic Eccleſiæ S. *Pauli,* quod ejus jura & libertates tuebitur; quod obediens erit Decano & Capitulo in Canonicis mandatis; quod approbatas & approbandas hujus Eccleſiæ conſuetudines, prout eas didicerit, obſervabit; quod ſecreta Capituli illicitè non revelabit, ſicut eum Deus adjuvet, & illa Sancta Evangelia: Et tunc per ordinem à Decano & reliquis à dextris Decani, deinde ab aliis à ſiniſtris Decani recipitur ad oſculum: Demùm exterior ſedeat in ordine ad juſſum Decani, vel fratrum progreſſurus extra Capitulum, vel ad hoſtium Capituli, cum fuerit neceſſe, pro negotiis & negotiorum procuratoribus introducendis, qui præ foribus frequenter expectant.

Exhibita à Johanne Collet *Decano, Reverendiſſimo Patri & Domino Cardinali* Ebor: *Ac Apoſtolico Legato à latere, pro Reformatione ſtatus Reſidentiariorum in Eccleſia S.* Pauli, *Primo* Septembris, An. Dom. 1518. Ex Cartaceo Regiſtro penes Præf. Dec. & Cap. Eccl. Cath. S. *Pauli Lond.*

De Decano & ejus autoritate, ex antiquo Regiſtro Eccleſiæ.

XXX. SEcundùm antiqua Eccleſiæ Statuta S. *Pauli,* Decanus omnibus Canonicis, Presbyteris, Vicariis, miniſtris præeſt, autoritate & poteſtate ordinaria & immediata.

Is regimen habet animarum.

Huic eſt juriſdictio & correctio delinquentium quorumcunque in Eccleſia, & obſtinatorum ac rebellium juſta caſtigatio.

Is omnes cauſas ad Capitulum ſpectantes, & audit, & conſilio Capituli diffinit; & ſi qua fuerit ardua in quibus periculum Eccleſiæ imminere poſſit, & quando aliqua teſtanda ſunt Communi Sigillo, tunc Decanus non conſilio ſolùm Reſidentiariorum, ſed etiam aſſenſu utatur.

Ei intranti & eunti per Chorum & Capitulum omnes aſſurgunt.

In Stallo ſuo dum ſit, reverenter inclinent omnes, quocienſcunque Chorum, vel in parte occidentali, vel orientali ingrediuntur, vel egrediuntur.

Is primus ſedet, primus loquitur, in omnibus primus eſt.

In Proceſſionibus ſolus & ultimus, in medio incedit.

In ſolemnioribus diebus ejus adventus ad Eccleſiam expectetur, ſi venire voluerit: Et in Dominicis diebus cognoſcatur voluntas ejus, ſi ad aſperſionem aquæ venire voluerit, & ſi voluerit expectetur.

Is, abſente Epiſcopo, dicit *Confiteor* in Choro; & ſacerdoti Lecturo Evangelium dat benedictionem.

In Stallo ſuo ſtans thurificetur.

Item Lecturus Lectionem in Stallo ſuo eam legat, puero librum ei miniſtranti.

Omnes Decano obediant, ac debitam ei reverentiam exhibeant in Choro & Capitulo, & omni alio loco.

De Reſidentia Decani.

DEcanus in primis in Eccleſia reſideat ſecundùm Ordinationem Domini *Warham* Epiſcopi, qui in plena Viſitatione ſua ordinavit, ut Decanus ſacerdos ſi omnino & reſideat, alioquin pro nullo Decano habeatur. Quamobrem ante omnia pro bono ſtatu Eccleſiæ Decanus ipſe ſit reſidens, & aſſiduè curet Eccleſiam, ac in omnibus bonum exemplum oſtendat. Diligat alios co-reſidentes ſecum ut fratres, & in Deo foveat eos ut filios, ac omni humanitate & benignitate eos tractet, ut magis amari ab eis quàm timeri poſſit. Cum obſtinatis & rebellibus, ſi qui fuerint ex Reſidentibus, ſic agat loco & tempore, ut merita eorum expoſcant; hoc eſt, conſilio fratrum, qui non ſunt participes culpæ, duros & inobedientes caſtiget, & corrigat.

De Loco-tenente Decani.

DEcano verò abſente conſtituat locum ejus tenentem unum ex Reſidentiariis, quem judicaverit ipſe magis idoneum, qui excercebit Decani poteſtatem quatenus ei commiſſam fuerit à Decano & non ampliùs. Si verò ſic acciderit ut ipſe quoque Commiſſarius abſit ad tempus, tunc ſenior Reſidentiarius excerceat ejus Commiſſionem donec Commiſſarius ille reverſus fuerit.

De aliis quatuor Reſidentibus.

QUia Patrimonium S. *Pauli* exile eſt, & onera ſunt multa & gravia, idcirco ſtatuimus & ordinamus, ut ſub Decano reſidente ſint alii Reſidentes quatuor, & tantum quatuor ex Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, tales ſcilicet qui vitæ probitate, & morum honeſtate & prudentiæ laude excellentiores ſunt.

Quum verò aliquis ſeſe ſua ſponte obtulerit ad reſidenciam, conſideretur ratio vivendi ſua, & ſapientia & honeſtas, & non admittatur ad reſidentiam ullo pacto, niſi virtus & probitas ejus reſponderit. Nam quum quatuor duntaxat ſint Reſidentes, valde curandum eſt, ut hii boni viri & ſapientes ſint, ut paucitas numeri, pondere & gravitate perſonarum recompenſetur. Cautum eſt in antiquis Statutis etiam, ut volens reſidere, corpore ſanus ſit.

Qui reſidere voluerit, veniat is ex antiquo more Eccleſiæ in propria perſona ſua ad Eccleſiam S. *Pauli*, in una quatuor Vigiliarum, vel *Michaelis*, vel *Natalis*, vel *Paſchæ*, vel *Johannis Baptiſtæ*, & offerat ſe in Capitulo Decano, vel ejus locum tenenti, & Reſidentibus, & ſi in eum conſenſerit Decanus cum majori parte Reſidentiariorum admittatur ad Reſidentiam, prius poſitâ coram Decano tunc in eodem loco ſummâ Centum marcarum, ſecundùm ordinationem *Martini* Papæ; & eadem ſumma ſecundùm formam quam tradidit idem *Martinus* in ſua Bulla expendatur, Si verò nullus ſe obtulerit ad reſidentiam, tunc invitetur aliquis, & rogetur ex laudatioribus Canonicis, ut velit reſidere ad honorem Dei & Eccleſiæ. In quem verò conſenſerit Decanus cum majore parte Reſidentiariorum, is Reſidens habeatur. Invitatus & nolens reſidere, aliquâ pœnâ pecuniariâ multetur.

Reſidentia ſolum in Eccleſia S. Pauli.

REſidentes in Eccleſia S. *Pauli*, in nulla alia quacunque Eccleſia, ſive Cathedrali, ſive Collegiata Reſideant, ſed ſolùm in Eccleſia S. *Pauli* ſuam Reſidentiam teneant; aliter autem facientes fructus omnes, quos receperint ab Eccleſia, reſtituant.

Item nec ſerviant Officiarii alicui Domino, devincti in obſequio ejus, ſed ſoli Domino *Jeſu* & S. *Paulo* in domo ejus ſerviant.

De Officio Reſidentiariorum in divino cultu.

QUia verò Canonicæ Vitæ in Cathedralibus Eccleſiis, & eorum qui reſideant in eis, eſt ſervire Deo, ac orare pro ſe & Fundatoribus, ac benefactoribus ſuis; ideo ante omnia dent operam omnes Reſidentes, ut interſint divino officio omni die; ſaltem alicui uni Canonicæ horæ, vel diei vel noctis, ex principalioribus ſcilicet horis quæ ſunt in Eccleſia S. *Pauli*; *Matutina* cum *Laudibus*, *Prima* cum precioſa alta *Miſſa*, *Veſpere* cum *Completorio*, ut Deum colant & orent pro omnibus hominibus,

bus, maximè pro Domino Rege Fundatore noſtro, & pro hiis quorum liberalitate & beneficiis in Eccleſia S. *Paul* ſuſtinentur.

Quid Reſidentes in Choro.

ACcedant Reſidentes ad Eccleſiam, non vaniter & pompaticè, ſed religioſè & graviter, ſicut decet profeſſores Canonicæ vitæ magis ſtudentes placere Deo in humilitate, quàm in ſuperbia ſeculo ſe oſtentare. Ingrediantur autem Chorum omni die feriali in principio illius horæ Canonicæ cui volunt intereſſe, uni ſcilicet ex quatuor nominatis, & uſque ad finem illius horæ in Choro permaneant. Benefacient quatuor Reſidentes ſi diſpartierint inter ſe quatuor horas, & quiſque eligat ſibi unam cui voluerit intereſſe, ut ſic ſemper aliquis unus Reſidens in Choro appareat.

In Dominicis & Feſtis ſolemnioribus.

IN Dominicis verò diebus, ac majoribus & ſolemnioribus Feſtis, omnes Reſidentes dent operam ut præſentes ſint in Eccleſia, & univerſo divino Officio illius diei interſint, ac extrà propriam domum, maximè in principalibus Feſtis, non vagandeant.

Ut abſente Epiſcopo Decanus, ſi præſens fuerit, ſuppleat locum Epiſcopi in omni divino officio; ita abſente Decano proximus Reſidens in Choro ſuppleat locum Decani in omni divino officio, & id exequatur loco Decani, quotienſcunque contigerit Decanum abeſſe.

Ceremoniæ in Choro.

REſidentes ingreſſi Chorum ad Orientem, in ipſo Chori medio, primùm Deo reverenter, tum verſi in Occidentem Decano inclinent. Item ad occidentem ingreſſi, in ipſo Chori medio pariter faciant, deinde ad ſua ſtalla accedant, inde non receſſuri donec tota hora Canonica finiatur, niſi ob juſtam cauſam à Decano licentiam impetraverint, vel eo abſente à ſeniore Reſidentiario. Recedentes etiam à Choro memores ſint, ſe primùm Deo reverenter, deinde Decanum ſalutare oportere.

Vanæ Confabulationes in Choro.

IN Choro dum ſint, caveant ab omni vana Confabulatione, Cachinno, & riſu, ac in ſtallis ſuis ſtent erecti, ſimplices & devoti; & aut orent, aut legant, aut Pſallant, memores ſe in conſpectu Dei & Angelorum eſſe: Et eorum facta aliis inferioribus miniſtris exemplum fore.

Juſſi à ſuo ſuperiore obire aliquod negotium in Choro ad divinum cultum pertinens, ſtatim pareant & obediant. Item ſi Decanus juſſerit alicui Reſidenti, ut ei in ſolemni die aſſiſtat in alta Miſſa, id facere non recuſet.

Stationes, inclinationes, converſiones, proſtrationes, & cæteros geſtus dignos Choro & divino ſervitio, ſicut tradiderunt Patres, eos ſedulò obſervent.

Extranei Cantores non admittantur in Chorum ullo pacto, ut illic cum aliis canant, niſi ſupercilicio induti.

Proceſſiones.

IN Proceſſionibus omnes ex Choro prodeant, ac procedentes dimiſſis in terram vultubus incedant, in quibus omnino caveant ne loquantur cum laicis, aut aliis quibuſcunque extra proceſſionem perſonis. Et ſi tales acceſſerint ad eos loquendi cauſa, eoſdem repellant; nam indecorum & turpe eſt in ſolemni Proceſſione, Deo ſpectante & hominibus, aliud agere Canonicos, quàm quod ad Orationem & devotionem pertineat.

Vagationes extra Chorum.

TEmpore divini officii non vagentur ullo pacto extra Chorum ſine habitu, maximè Feſtis ſolemnioribus, quod Apoſtaſiæ eſt ſimile.

Pœna Delinquentibus.

IN hiis omnibus ſupradictis in Choro, quæ ad ſpeciem & decus divini officii pertinent, qui deliquerit Reſidens à Decano reprehendatur; ſi verò obſtinatior fuerit, & bonis monitis non paruerit, tunc Decanus reliquos fratres, eos qui non ſunt in pari culpa, conſulat de juſta caſtigatione peccantium, ut dignas pro meritis pœnas ſentiant.

De Capitulis.

AD Capitulum vocati à Decano per miniſtrum ad hoc deputatum ſtipendio Eccleſiæ, qui in Civitate ſunt, ſtatim veniant, inde non deceſſuri, donec cauſa, propter quam venerint, fuerit diffinita. Abſentes verò ubicunque locorum fuerint, ſi magnitudo & arduitas cauſæ expoſtulaverit, de qua tractetur, vocentur, decreta citatione, & ſcedula fixa in ſtallis ſuis; de qua à Vicariis ſuis, antiquo Eccleſiæ more, fiant certiores, ſumptibus ipſius, &c. citati.

In Capitulo dum ſint, abſit omnis clamor, rixa, contumelia, turba, deformitas; ac ſobriè & quietè ſedeant, ac re à Decano propoſita, quiſque ordine ſuam dicat ſententiam.

Quod tandem Decano & majori ac ſaniori Reſidentium parti viſum fuerit faciendum, id fiat, & pro firmo raroque habeatur, ac è veſtigio antequam deceſſerint, quod bono conſenſu concluſerint, id à Scriba Capituli mactetur.

De

De Capitulis Sabbatalibus.

OMni Sabbato, vel Decanus, vel eo absente unus Residens audiat defectus Chori in ea ebdomoda, & delinquentes examinent, & errata corrigat.

De re Domestica Residentiarii.

REsidentes domum suam vicinam Ecclesiæ pro facultatibus teneant, cum honesta familia; & cum servis bene-moratis. Servi eorum non incedant in urbe habitu militari, accincti gladiis; sed sobrio cultu, togati, pacifici, sicut decet ministros Sacerdotis.

Mulieres non ingrediantur in domos suas nec prandeant nec cenent cum eis aliqua suspecta ratione; quod si acciderit, patiantur se admoneri & reprehendi à Decano, ac præterea corrigi si notoriè & consuetudinariè familiaritatem aliquousque suspectam cum mulieribus habuerint.

Ipse quoque Decanus in hiis omnibus exemplum honestatis & castimoniæ se exhibeat, ne volens tollere alienas festucas, ipse proprio in oculo trabes habeat, etiam ne volens curare alios ipse audiat sibi dici, *Medice cura teipsum.*

De Collatione Cantariarum.

CAntariæ quæ sunt in Collatione Decani & Capituli conferantur à Residentiariis, more antiquæ Ecclesiæ, secundùm cursum Residentiæ eorum. Atque quando aliquis Residens nominaverit & præsentaverit aliquem idoneum ad quamcunque Cantariam, illo Capellano admisso & installato, intelligat Residens se non habere ultra quod agat cum illo Capellano, nec jure nominationis illius ad Cantariam debere uti eo pro suo Capellano, nec aliquod mandatum exercere in eum, scilicet ut sibi in suis propriis negotiis serviat, sed sinere eum vivere secundùm fundationem Cantariæ suæ, & statuta Collegii divi *Petri* obedientem Decano suo, & Capitulo.

De Collatione Beneficiorum.

ITem cum vacaverint aliqua Beneficia, ex Collatione Decani & Capituli, ea conferant Residentes secundùm cursum Residentiæ eorum.

De dupla Collatione Decani.

DEcanus autem pro sua dignitate habebit hanc prærogativam, ut si Residens fuerit, tam in Beneficiis quàm in Cantariis, tùm in Civitate, tùm in Patria, cum suus advenerit cursus conferendi duas simul Cantarias, & duo Beneficia simul, unum post aliud conferat.

Quæ absentia tollat Collationem.

CUm abfuerit aliquis Residens, etiamsi Decanus fuerit, per unum integrum quarterium & in Choro, non aparuerit, careat omni potestate conferendi quippam, vel in Cantariis, vel in Beneficiis, quæ vacaverint in illo quarterio, nisi abfuerit, vel egrotus, vel in negotiis Ecclesiæ occupatus, quod constet ex Actibus. Et ea etiam potestate conferendi privetur omnino, donec resumpserit Residentiam suam veteri Ecclesiæ more in propria persona in Capitulo, & denuo residere protestatus fuerit ex antiquo more in aliqua quatuor Vigiliarum, sine ulteriore sumptu Centum marcarum, quibus semel solutus, non est deinde cur iterum solvatur.

Exiens Civitatem.

REsidens aliquis volens exire Civitatem, quacunque de causa, antea petat & obtineat licentiam à Decano, si præsens fuerit; si absens fuerit, à suo deputato & locum ejus tenente. Is fuit antiquus Ecclesiæ mos.

Item si diutius abfuerit, reversus revisat Decanum, intellecturus si quid emerserit eo absente, quod suâ interfit cognoscere. Decanus etiam licentiam concessurus alicui Residenti, ut absit, habeat rationem magnorum & solennium Festorum, ne in talibus sinat quemquam abesse, nisi magnâ cogente necessitate.

Item si concedat eis absentias, ut non omnes simul absint, sed ad minus duo Residentes ex quatuor in Ecclesia commaneant.

Controversia inter Residentes.

SI fuerit Controversia inter Residentes, unius adversus alium, eam diffiniat cum bona deliberatione, & determinet Decanus.

Controversia inter Decanum & Residentes.

SI fuerit Controversia inter Decanum & Residentes, vel unum, vel plures, vel omnes, tunc audiat & diffiniat causam Ecclesiæ S. *Pauli* Episcopus, vocatis ad se aliquibus ex Canonicis, vel ex dignitatibus, quos negotium nihil tangit.

De Officio Residentiariorum in Decanum.

REsidentes omnes Decanum suum diligant, & ei obediant, ac vocati ab eo, vel in Ecclesia vel domum suam, vel ad alium quemcunque idoneum locum, pro causis Ecclesiæ venire non recusent; & quod præceperit pro utilitate & honore Ecclesiæ faciendum, faciant sedulò & exequantur: Nam ubi non est ordo aliquis, nec inferiorum suo superiori obedientia, ibi necesse est ut sequatur horrenda confusio.

Quo-

Quotidiana distributio Residentibus.

SIngulo cuique Residenti qui interfuerit uni quatuor principalium horarum, & in habitu in Choro præsens fuerit à principio usque ad finem; videlicet *Matutinis* à principio usque ad finem, vel *Primæ*, & precioſe in Capitulo à principio usque ad finem, vel ſummæ *Missæ* à principio usque ad finem, vel *Vesperis*, & *Completorio* à principio usque ad finem, dabuntur per manus Camerarii pro ſua quotidiana distributione eo die quo sic interfuerit, denarii tresdecem. Et hæc distributio fiat, & ſolvatur præsentibus vel dietim, vel ſeptimanatim, ſingulo quoque Sabbato.

Et eo die quo non interfuerit, nec præsens fuerit in Choro in habitu ſuo, modo ſupradicto, carebit illa distributione denariorum tresdecem: Et tunc illi tresdecem Denarii distribuentur reliquis Residentibus, qui eo die in Choro in habitu præsentes fuerint, excepto quod unus denarius ex tresdecem ejus erit qui notaverit absentes totiens quotiens. Quare Residentes diligenter notent eos qui abfuerint, agnoscentes, quod detrahitur absentibus juſtè id ad eos qui preſentes ſunt pertinere.

In Festis verò S. *Pauli* Residens præsens divino Officio, ultra tresdecem denarios accipiet v *l.* Ita tota quotidiana distributio pro diurna præsentia per totum annum Residenti cuique ex quatuor eſt xx *l.*

Distributio quaternatim per annum.

PRæterea ſingulo cuique Residenti qui præsens fuerit, & domum ſuam tenuerit, & uni horæ diei adfuerit in quarterio à *Michaele* ad *Nativitatem* per duos menſes continuos, ultra quotidianam distributionem tresdecem Denariorum dabitur ei in fine anni, facto computo v *l.*

Item ad eundem modum in quarterio à *Nativitate* ad *Paſcha* v *l.*

Item ad eundem modum in quarterio à *Paſchate* ad *Johannes Baptiſtam* v *l.*

In quarterio verò quod eſt inter *Johannem Baptiſtam* & *Michaelem*, ſi præsens fuerit per tres ſeptimanas, & domum tenuerit, & Chorum ſequatur, *viz.* duabus ſeptimanis proximè ſequentibus Feſtum *Johannis Baptiſtæ*, ut poſſit intereſſe ſolemnitati S. *Pauli*, & una ſeptimana immediate antecedente Feſtum *Michaelis*, tunc ei dabitur pro hoc etiam quarterio v *l.*

Item hæc quaternalis distributio alicui uni Residenti ex quatuor, ſi præsens fuerit per duos menſes continuos in quarterio erit in anno xx *l.*

Pœna absentis Residentis.

SI autem in aliquo quarterio non fuerit præsens ad modum prædictum, tunc carebit portione ei debita pro illo quarterio, & ea portio tota reponatur in Theſauro Eccleſiæ, ad uſus Eccleſiæ neceſſarios. Nihilominus tamen quocienſcunque fuerit præsens uni horæ diei distributione ſua tresdecem Denariorum non fraudabitur.

Absens integro Quarterio.

SI fuerit absens per unum integrum quarterium; hoc eſt, ſi in Choro in habitu per totum quarterium non aparuerit, pro Non-Residente habeatur, donec in Capitulo ex antiquo Eccleſiæ more, nova proteſtatione, ipſe in propria perſona, in una quatuor Vigiliarum Residentiam ſuam reſumpſerit, quæ reſumptio fiet totiens quotiens ſine ulteriore ſolutione C marc. niſi produxerit ſuam abſentiam ultra unum integrum annum quod ſi fecerit omnino pro nullo Residente habeatur, nec iterum reſumet, niſi iterum ſoluta ſumma C marcarum, quam ſi ſolvere voluerit admittatur denuo ante alium ad Residentiam: Si verò noluerit, tunc fit poteſtas cuique Canonico, modo ſit idoneus, ingredi Residentiam loco ejus abſentis ab eodem ſumma C marcarum perſoluta.

Verùm quod diximus modo de iſtis abſentiis, volumus omnino ut obſervetur, niſi abſentia Residentis fuerit, vel cauſa morbi & ægritudinis cognitæ & approbatæ per Decanum & Capitulum, vel propter occupationes Eccleſiæ, in quibus eſt ex commiſſione Decani & Capituli, & id quoque evidenter extet in actibus.

Portio Decani dupla.

DEcani autem Residentis portio in omnibus duplabitur. Ille præsens uni horæ diei à principio usque ad finem, accipiet eo die ii *d.*

Item ille præsens duobus menſibus continuis in quarterio, accipiet duplum ejus quod alius Residens accipiet. Et hac dupla portione non fraudabitur, ſi præsens fuerit & reſiderit, niſi infirmitas eum, aut Eccleſiæ manifeſta negotia excuſaverint. In quibus, quia pro ſuo Officio Decanatus erit multum occupatus, oneranda eſt ejus conſcientia, ut non ſe ſubtrahat à Choro & Capitulis, & à quoquo alio quod ad divinum officium pertinet, niſi juſta eum cogat neceſſitas, nec ſe excuſet fraudulenter in aliquo, ſed ut eſt primus loco & dignitate in Eccleſia ſub Epiſcopo, ita ſit primus in omni bono exemplo, ut quod ab aliis velit fieri hoc agat imprimis ipſe, & præbeat ſe in omnibus formam quam alii Residentes imitentur.

Hæc Ordinatio de Decano capiat effectum poſt Decanum modernum: Modernus verò Decanus gaudeat his quæ modo poſſidet ſibi pro ſuis meritis conceſſa, pacifice ſine omni disturbatione. Decano autem abſente ubi cauſa abſentiæ ejus nec morbus, nec Eccleſiæ occupatio eſt cotidiana ejus distributio partiarum

rum inter eos qui Reſidentes ſunt. Ipſe quoque Decanus præſens particeps eorum portionis abſentium in omni cotidiana diſtributione. Diſtributio verò illa quam novimus quaternalem juſtè detracta à Decano abſente in Eccleſiæ Theſauro reponatur: Notum verò Decani diurni abſentia accipi ex ejus portione Decani —— Diſtribuenda Reſidenti præſenti ii *d.* toties quoties.

Reſidentes nihil ultra Portionem Aſſignatam.

ULtra hanc Portionem ſupra diffinitam, Decanus & Reſidentes nihil omnino accipiant, exceptis Pitanciis & Obitibus, quibus præſentes ſunt: Nec illam quoque portionem aliter aut alio modo accipiant, quàm eſt ſupra traditum; quod ſi fecerint, cogantur ad reſtitutionem, & præterea pro delicto pœna eſto.

De aliis pecuniis quæ caſu obveniunt.

PEcunia ex *Finibus*. Pecunia ex *Perquiſitis Curiarum*. Pecunia ex *Legatis Teſtamentorum*. Pecunia ex *Sepulturis*. Pecunia ex *Venditione boſci, & ſilvæ*: Et quæcunque alia Pecunia Caſualis undicunque eliceatur, nullo pacto dividatur Reſidentibus, ſed ad neceſſarios Eccleſiæ uſus in Theſauro Eccleſiæ reponatur.

De Pecunia Caparum, & Sigilli, & novæ Reſidentiæ.

PEcunia autem ex Capis, juxta Ordinationem *Thomæ Kempe* Epiſcopi, in emendis Capis exponatur. Pecunia ex Sigillo, ut conſuevit fieri à Sacriſta, in reficiendis veſtimentis exponatur. Pecunia ex prima Reſidentia juxta Bullam *Martini*; Pars, viz. ea quæ pertinet ad Decanum & Capitulum, in ornamentis & apparamentis in Eccleſia, ſecundùm tenorem Bullæ exponatur.

Solutio Obituum, & ex Panibus.

PEcuniam ex Obitibus, & Pecuniam ex Panibus, ſuam cuique Portionem omni anno perſolvant Reſidentes, ante Feſtum *Nativitatis* Domini; quod ſi non fecerint, pœna eſto.

De Officiariis Eccleſiæ, qui Tractabunt rem Temporalem, & ſuis Temporibus juſtum compotum reddant.

Reſidentes non Officiarios.

IMprimis Volumus & Statuimus ut nullus ex Reſidentibus in re Temporali Eccleſiæ ſit aliquis Officiarius, nec Receptor generalis, nec Camerarius, nec Piſtrini Cuſtos, & Clericus, ne tali Officio ejus debitum obſequium & ſervicium Deo in Choro impediatur; & ratione talis Officii, neceſſaria ejus præſentia ad alias Eccleſiæ cauſas ſubtrahatur, quod in tanta Reſidentium paucitate erit turpe & dedecoroſum.

De Generali Receptore.

SEd Generalis Receptor omnium, quæ Eccleſiæ ſunt, ſit unus ex habitu, vel alia honeſta perſona, quam Decanus & Capitulum deſignaverit, ſecundùm Ordinationem domini *Warham*, & poſt eum domini *Fytz Jamis* moderni Epiſcopi, talis ſcilicet perſona cui Decanus præcipere poterit, & qui Decano & Capitulo obedire voluerit; qui etiam cogatur ad ſuum juſtum computum ſervus obediens, non dominus reluctans.

Pecunia ad Manus Decani, ut in ciſta reponatur.

IS Generalis Receptor omnia recipiet à particularibus Receptoribus, & in Patria, & in Civitate, atque pro omnibus reſpondebit & computum reddet. Quod vero receperit ſingulo quoque quarterio, in fine quarterii afferet fideliter ad manus Decani, vel eo abſente ad ejus deputatum: Decanus autem vel deputatus traditam pecuniam accipiet per Indenturam, & acceptam ſtatim infra tres dies, accitis clavium cuſtodibus, in Ciſta trium clavium reponat: Sic enim ordinavit dominus *Warham* Epiſcopus in Viſitatione.

Ex illa deinde Ciſta, quotienſcunque cauſa & neceſſitas expoſtulaverit, Decanus, vel ejus deputatus, in preſentia Cuſtodum clavium, extrahet pecuniam, preſente etiam Scriba Capituli, qui mactet quando & quanta, & qua de cauſa extracta eſt pecunia, & cujus manibus traditur exponenda. Is Generalis Receptor ſuperintendet omnibus reparationibus in Patria: Annuum ejus ſtipendium erunt libræ Viginti.

Receptores in Civitate.

SUb Generali Receptore erunt in Civitate Receptores particulares omnium reddituum, tenementorum in urbe; & hii quicquid receperint quaternatim afferent ad manus Generalis Receptoris, qui in fine anni pro univerſo Recepto in urbe & in Patria computabit. Hii particulares Receptores ſuperintendant reparationibus in Civitate, quiſque in collecta ſua: Stipendia erunt eis annua ab antiquo conſueta.

Proviſio pro Reparationibus in Civitate.

STatim poſt Octavas *Epiphaniæ*, die feriali immediatè ſequenti, dictas octo, aſſignet Decanus aliquem, qui una cum Fabris Lignariis, & aliis idoneis operariis viſitet omnes domos & tenementa in Civitate, & in ſcriptis referat Decano, vel eo abſente Seniori Reſidentiario, omnes defectus & ruinas earum ante Feſtum *Purificationis* proximè ſequentis, ut de reedificationibus & reparationibus providere poſſit, utque quod factum videbitur neceſſarium

rium estate sequenti, mandato Decani & Capituli fiat.

De Camerario.

CAmerarius Ecclesiæ is qui procurabit omnia necessaria divino officio; & pensiones colliget & debita stipendia suis temporibus solvet. Eligatur unus ex habitu ex antiquo more Ecclesiæ, qui in fine cujusque quarterii reddat rationem & recepti & expensi in scriptis in Capitulo, vel Decano, vel Seniori Residentiario; qui Computus remaneat in Capsula in domo Capitulari usque ad finem anni, ut tunc totius plena reddatur ratio, & sit pro suo labore stipendium Camerario consuetum, quod est decem marcæ. Item toga xv *s.* Item pastiones ix *s.* vi *d.* Summa vii *l.* xvii *s.* iv *d.*

De Clerico & Custode Pristini.

CLericus & Custos Pistrini sit etiam unus ex habitu, ut consuevit fieri semper ante Residentes qui nunc sunt. Is recipiet frumentum à firmariis purum & sanum, suave: Item farinam & frumentum necessarium comparabit, & officio Pistrini diligenter superintendet, ac omni septimana cum Pistore de panibus furnitis computet. Pecuniam pro Capis quam acceperit à novis Canonicis, manibus Sacristæ tradet. Quaternatim fidelem suum compotum reddat in Capitulo, & in fine anni totius rationem tradet Auditori. Stipendiarium ejus erit consuetum vii *l.* v *s.* Cum panibus septem in ebdomada precii xxiii *s.* iv *d.*

De Senescallo Curiarum.

SIt Senescallus unus qui semel in anno, unà cum generali Receptore pertranseat universum *Pauli* patrimonium, & Curias teneat: Rotulos Curiarum vel earum exempla ad Cameram Ecclesiæ in fine anni referat à Camerario custodiendos.

De Auditore Compoti.

AUditor Computus incipiat Auditum suum statim post festum S. *Michaelis*, & diligenter & fideliter & indifferenter audiat Computum omnium ministrorum, prius acceptis juramentis eorum qui computum reddent, quæcunque personæ sint, etiamsi Canonici Residentes sint qui habent unde rationem reddant, & eum Compotum completum & perfectum tradant in Capitulo, Decano, & Residentibus ante Festum *Nativitatis* domini proximè sequentis, ut in Archivis Ecclesiæ reponatur.

Visitatio Decani.

DEcanus per se, cum honesta familia, Ecclesiæ sumptibus & expensis, vel aliàs impeditus per suum Commissarium, unum Canonicum Residentem, quem assignaverit, visitet ad minus omni tertio anno, omnia Maneriâ in Patria, & domos in Civitate, ut quomodo sustineatur Patrimonium S. *Pauli* cognoscat, & de defectibus provideat.

De Firmis non Locandis Residentiariis.

NIhil ex Maneriis in Patria locetur alicui Residentiario ad firmam ullo pacto, ne ob aliquas causas detractet solutionem; neve reluctetur forsan & noluerit cogi ad justum computum. Præterea ne sint delidiæ inter fratres propter firmas. Item ne Decanus & Capitulum cogatur vocare in jus proprios fratres Residentes.

De Silva & Bosco.

SIlva, Boscus, Meremium, qui quondam Thezaurus Ecclesiæ dicebatur, nutriatur & foveatur plus solito; nec quicquam ejus donetur, nec vendatur, nisi magnâ cogente necessitate, & tunc quoque consilio & consensu Decani & Capituli missis antea, qui videant & assignent idoneo tempore quid vendatur. Si quando fuerit prostratum Boscum pro focalibus in domo Residentiariorum, in participatione illius Bosci, sit Decani Residentis, ut in omnibus aliis, portio dupla.

Annua Experientia.

OBservationem omnium Statutorum & Ordinationum prædictarum volumus incipere in Festo *Michaelis* proximo sequenti, & sic deinceps ad unum integrum annum durare, ut interea experientia docti, quid addi, quidve minui debeat, intelligere possimus. In fine anni examinaturi quàm bene & fœliciter hæ nostræ constitutiones processerunt, pollicentes, si benè, tunc nos confirmaturos eas, transgressoribus justis pœnis additis ad perpetuos annos duraturas: Si vero fuerit causa in fine anni commutandi quippiam in melius, promittimus tum commutanda omnia nos commutaturos, & omnes defectus, quos usu & experientiâ discemus, suppleturos.

De Dispensationibus.

QUia Dispensationes sunt (ut vocant Juris-periti) Legis & Statutorum planæ vulnerationes, idcirco Ordinamus & Statuimus, ut in hiis nostris Statutis, aut aliqua parte earum, neque liceat ullo in tempore Decano & Capitulo, aut eo absente, qui locum ejus tenet, dispensare, & eadem aliquo pacto relaxare sine consensu nostro, dum vivimus, & post nos sine consensu domini Papæ, cujus auctoritate hæc ordinavimus ejus Legatus à latere; ac etiam domini Regis Fundatoris Ecclesiæ, & domini Episcopi *Londonienſis*. Et Statuimus, ut multùm minus liceat Capitulo Residentiariorum sine capite suo Decano, & sine prædicta etiam auctoritate, in hiis Statutis, aut in aliqua eorum parte dispensare; quoniam ex talibus dispensationibus frequentatis à Residentiariis unà convenientibus inter se superioribus temporibus, enervatæ & dissolutæ

Adhuc ex Præfatio Cartucio Regiſtro.

dissolutæ sunt Leges & Statuta Ecclesiæ S. *Pauli*; & tales iniquæ dispensationes à Residentibus pro legibus fuerunt habitæ; ex quibus, si non adhibitum fuisset remedium in tempore, omnino Ecclesiæ secuta esset subversio.

Statuta quædam Decani & Capituli* Londonienſis, *facta per Dom.* Thomam *Cardinalem* Ebor. *ex consensu Decani & Capituli per decretum sine arbitramento.

THomas *miseratione Divina* Ebor. *Archiepisc.* Angliæ *Primas, ipsius Regni* Angliæ *Cancellarius, Universis, &c. Salutem, &c. Cum utique Ecclesia Cathedralis divi* Pauli Londonienſis *oneribus ordinariis, ære quoque alieno multo aggravari inventa est, nullos etiam ex se habens in ærario publico provisione Thesauros; nec dotes, facultates, aut Patrimonia sufficiunt ad numerosam Residentiariorum multitudinem ultra sustentandam; ne Ecclesia ipsa excessiva Residentiariorum multitudine ultra & supra dotes, facultates & Patrimonia sua imposterum aggravetur, volumus, ordinamus, & de expresso consensu dictorum Decani & Capituli statuimus: Primùm quod nulla deinceps in prælibata aliqua de ipsa incipienda fieret, priusquam Ecclesia ipsa omni ære alieno, quo tam dicto Decano & Residentiariis modernis præfatis, quam aliis universis multum jam gravatur penitùs & ante omnia plenè & clarè fuerit exonerata. Proviso semper, quia Patrimonium S.* Pauli *exile est, & onera multa & gravia quod ipsa Ecclesia ultra numerum quaternarium Residentiariorum cum eorum Decano simul & semel non oneretur aut aggravetur. Canonicorum, Prebendariorum in dicta Ecclesia residere volentium senior, non ætate aut dignitate sed in ipsa Ecclesia senior Prebendatus primùm incipiat protestari de Residentia, & sic ordinatim, si plures sint.*

Cum aliquis sese sponte ad Residentiam obtulerit, dummodo annum integrum & dies tres post installationem suam compleverit, considerentur non admissionis seu installationis personalis seu prioritas aut posterioritas, sed status & gradus scientiæ, & doctrinæ suæ dignitas, vitæ probitas cum morum gravitate & honestate, ac prudentiæ suæ laude, corporis habilitate & incolumitate ac honesta & necessaria Patrimonii & aliorum sufficientia, etiam ratio sui adventus, an sit ex affectatione magis lucri proprii quam Jesu Christi & divi Pauli; *& an hujusmodi affectata Residentia de jure excuset, quæ propria conscientia de facto semper incuset: Et an in aliqua alia Ecclesia, sive Cathedrali, sive Collegiata, seu Hospitale resideat seu residere teneatur: Ac an sit officiarius cuique domino detentus in obsequio ejus, quo Residentiam bonam & laudabilem juxta statutorum exigentiam oportunam & necessariam verè perficere & perimplere non valeat aut posset, quos omnino repelli volumus, ut residere volentes solùm in hac Ecclesia S.* Pauli, *suam Residentiam teneant & faciant, & non alibi, & habeant infra Dioces.* Londonienſ. *Patrimonium Christi curatum, aut Spiritualem interpretationem Sermonum & Doctrinæ Catholicæ, ut Theologis, quo populo sibi commisso aliisque infra Dioces. & huic Ecclesiæ in exonerationem conscientiæ suæ verbis gratiæ diligentius & promptius ministret & inserviat, ut longè in hoc dignior & idoneor præ aliis sc. sic non habentibus, si cætera concurrant, omnino præferant: Qui verò lucrum proprium magis quam animarum salutem, aut Jesum Christum & Divum* Paulum *affectant, & sitiunt, indigni cum Juda semper repellantur.*

De Officio Servientum Ecclesiæ S. Pauli.

MEmorandum quod Servientes Ecclesiæ S. *Pauli Londonienſis* tenentur ex Officio eorum observare diligenter & facere omnia & singula infrascripta, prout patet evidenter in diversis Registris, Ordinationibus & Statutis ejusdem Ecclesiæ, & ex antiqua consuetudine approbata, obtenta à tempore & per tempus, cujus contrarii memoria hominem non existit, per quoscunque in dicta Ecclesia Servientes observata. *Ex alio MS. Cod. (scil. A.) f. 91. b.*

Imprimis dicti Servientes tenentur horas diei & noctis convenienter pulsando designare, maximè ad *Matutinas* & ad *Vesperas*, imitando quatinus fieri poterit Religiosos Civitatis, quæ cæteris certiùs regulantur, pulsationes, simplices, vel duplices in Ecclesia vel Berefrido tam diebus Festivis quàm profestis diligenter facient, secundùm antiquam Ecclesiæ consuetudinem approbatam.

Item post clausuram hostiorum scrutinium Ecclesiæ facient diligenter per seipsos.

Item quam citò tenebrescere incipit, in Ecclesia Lampades accendent.

Item in Choro & circa Altare, capuciis dependentibus circa collum, non ministrabunt, nec capite co-operto incedent per Chorum in præsentia Decani seu Canonicorum prædictæ Ecclesiæ.

Item hostia Ecclesiæ semper manè aperient, & eadem claudent tempore oportuno & consueto.

Item in omnibus *Matutinis* post *Gloria Patri* primi Psalmi, hostia chori claudent versus occidentem.

Item in solempnioribus Festis anni, Chorum & circa magnum Altare diligenter scopari facient, tam in pavimento, quàm superiùs, pro tollendis pulveribus & arenarum telis.

Item Sacristæ, qui pro tempore fuerit, in hiis quæ per illorum ministeria sunt agenda, debitè obedient, & maximè in omnibus quæ spectant ad utilitatem & honestatem Ecclesiæ.

Item Capas sericas, Libros, Pannos sericos & lineos ac laneos, Scamna, Cathedras, Pulvinaria, & alia Ornamenta Ecclesiæ à vestibulo in Chorum, seu alibi in Ecclesia deferent, quotiens opus fuerit, & eadem referent ac reponent honestè per seipsos.

Item Capas & alia Vestimenta quæcunque, Pannos & alia Ornamenta Ecclesiæ ad vestibulum relata, ut præmittitur, non relinquent displicata, sed ea replicent debito modo per seipsos.

Item

Item vexilla & pannum pro Feſto *Corporis Chriſti*, ſuper haſtas, Canapam in die Cenæ: Pannos aureos pro Sepulchro, cum Ciſta infra ponenda; ac etiam pannos aureos ante Feſtum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, in Choro pendendos; necnon palmas, cum buxinis, velum & velamina ymaginum tempore Quadrageſimæ ponent cum pertinentiis ſuis, & deponent honeſtè ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ prædictæ.

Item omnibus duplicibus Feſtis, & in Feſtis novem Lectionum, unus eorundem ſervientium cuſtodiet diligenter hoſtium Veſtibuli, ne aliquis extraneus intret, unde ſuſpitio ſiniſtra haberi poſſit.

Item unus eorum cuſtodiet hoſtium Theſaurarii quotienſcunque aliqua congregatio Epiſcoporum, ſeu aliorum dominorum fuerit ibidem.

Item ordinatum fuit per *Radulphum de Diceto* Decanum, & Capitulum, quod dicti Servientes reſponderent de omnibus rebus quæ portantur extra veſtibulum ad deſerviendum in Eccleſia prædicta; & quod garciones eſſent jurati Sacriſtæ & ſervientibus, de fidelitate, & ſervientes pro garcionibus in omnibus reſponderent.

Item Servient ebdomadarius faciet moram in Eccleſia ad eam cuſtodiendam, excepto tempore commeſtionis, & tunc aliquis garcio, loco Servientis, erit ibidem.

Item ante ſingulas *Proceſſiones* circa Cimiterium, omnia loca per quæ tranſire debet *Proceſſio*, dicti Servientes facient emundari.

Item loca convenientia in Cimiterio corporibus tumulandis deſignabunt.

Item pro fovea mortui facienda, ex antiquo, ultra tres denarios pro Divite, non accipient; pro mediocri verò duos denarios; & pro uno puero, unum Denarium.

Item omnes Eccleſiæ miniſtri defungentes Claſſicum, habebunt in Beufrido, pro ii Denar. tantum, &c.

Ex Præf. Cartaceo Regiſtro.

XXXI. Cameraria.

The ſtate of the Londes of the Church.

London.

Penſions.	xxxvi *l.* xv *s.*	
Rents to the War.	v *l.* xvi *s.* iv *d.*	
Anniverſaries.	lxxxiii *l.* xi *s.* viii *d.*	
Oblations deduct, viii l. for the Deans Portion.	xxxii *l.*	
The Collect of William Newhold with v l. for his Fee and Potations.	lxxxxix *l.* xvi.	Vxx *l.* xvi *s.*
The Collect of William Perſon with xi l. xiii s. iv d. for his Fee and Potations, and concerning Reparations.	cclxii *l.* ii *s.* iv *d.*	

Middleſex.

Drayton.	xxix *l.*	
Sunbery.	xiii *l.*	
Willesdon, with iv s. quit Rent.	xiv *l.*	
Kentiſh-Town.	xiii *l.* vi *s.* viii *d.*	
Bows, with xxvi s. Rent reſolute.	xviii *l.*	Xc *l.* vii *s.* ii *d.*
Twyford.	x *s.*	
Perringey.	vi *d.*	
Iveney.	xxiii *s.* iv *d.*	
The Baylliwick of the Fraunches.	xxvi *s.* viii *d.*	

Bucks.

Tadington and Kemelworth, with xl s. Fee.	xviii *l.* xviii *s.*	Cxxv *l.* iv *s.* viii *d.*

Hertf.

Perdley.	[illegible]	

Surr.

Bernes.	xvi *l.* vi *s.* viii *d.*	
Rykelyng.	vi *l.* xiii *s.* iv *d.*	
Ravenſtoke with Rent reſolute xxvi s. iv d.	vi *l.* vi *s.* viii *d.*	
Shynkford, with xxxiii s. iv d. Fee, and Rent reſolute.	xxvii *l.* vi *s.* viii *d.*	
Follyet.	vi *l.* xiii *s.* iv *d.*	
Belcham-Paul Parſonage.	xiii *l.* vi *s.* viii *d.*	
Belcham-Paul Ferme.	xlii *l.* vii *s.* i *d.*	
Walton.	xxxiii *l.* vi *s.* viii *d.*	
Wickham-Paul.	xx *l.* vi *s.* viii *d.*	

Essex.	Bancroft.	xiii *l.*	
	Kyrkeby.	xv *l.*	
	Thorpe.	xiii *l.* vi *s.* viii *d.*	
	Beldams.	iv *l.*	
	The Bayliwick of Sokes with xl *s.* Fee.	xxxvi *l.* vii *s.* xi *d.* *q.*	Cccclx *l.* xviii *s.* *q.*
	Bykeleſey.	vi *l.* xiii *s.* 4 *d.*	
	Heybrige.	xlvii *l.*	
	Tillyngham.	xlv *l.*	
	Barlyng.	xxx *l.* xiii *s.* iv *d.*	
	Weſtle.	vii *l.*	
	Ronwell.	xxxvi *l.* x *s.*	
	Bernes nygh Hadley, with xli *s.* iv *d.* Rent reſolute.	xiii *s.* iv *d.*	
	Beaucham by Fayreſtede.	liii *s.* iv *d.*	
	Thelmsford.	iii *s.*	
	Adburton.	l *s.*	
		Summa totalis M *l.* C. Lxxxxvi l. xi *s.* ii *d.* *q.*	

This foreſaid Sum cometh to hand once a Year, beſides Caſualties, as Fines, Merciaments, Reliefs, Heriots, Eſchaets, Forfeitures, Felons-Goods, with ſuch other Royalties; alſo beſides Wood-falls, Legacies, and Sepultures; which by eſtimation will extend yearly, one with another, to the ſum of xl *l.*

And of the foreſaid Sum Total goeth out yearly to Charges and Payments, both certain and caſual; of which, the certain and ordinary be theſe following,

Pyorege and Senege.	xxxiii *s.* vi *d.*
Penſions reſolute.	xxxii *l.* xii *s.* ii *d.*
Rent reſolute.	lvi *l.* ix *d.*
The Miniſters Comens.	xlvi *l.* xv *s.* ii *d.*
Ale Sylver.	xlvi *l.*
Trencher-Bread and Waſtyn.	vii *l.* iv *s.*
Fedyng days.	xxx *l.* xii *s.*
Petances.	lvi *s.* viii *d.*
Stagiaries.	xiii *l.* vi *s.* viii *d.*
O Sapientia.	xxxv *s.* viii *d.*
Th' Apoſtle Wals.	ix *l.*
De Profundis.	lvi *s.* iv *d.*
Chauntries.	cxix *l.*
Anniverſaries.	cliv *l.* x *s.* iv *d.*
Fees by the Chaomberleyn.	xxxix *l.* viii *d.*
By the Aditor.	xxii *l.* x *s.*
By the Receiver.	xli *l.*
Livery of the Miniſters.	lxvi *l.* x *s.*
Wax viii *s.* at iii l. the Hundred.	xxi *l.*
Wyne.	iii *l.* vi *s.* viii *d.*
Dyle.	iv *l.*
Neceſſaries yearly.	vi *l.* xiii *s.* iv *d.*
The Bakehouſe.	cxx *l.*
The Total Vic. lxxxxi *l.* iii *s.*	
Remaineth Cccev *l.* vii *s.* qua.	
Set out for the Reparations &c.	
Item, For Caſualties Xxvi *l.* xiv *s.* iv *d.*	
Remaineth Clxxviii *l.* xix *s.* xi *d.* qua:	
Whereout muſt bear Dymes, which is Lxx *l.* xx	

Nomina

Nomina Præbendariorum Eccleſiæ S. *Pauli Londonienſis.*

Lel. Coll. Vol. 1. p. 501.

XXXII. Otehal.
Neſdon.
Holeburne.
Wildeland.
Sneating.
Kentiſſetoun.
Raculveſlande.
Wileſdon.
Wenlakesbyri.
Kadington.
Portepole.
Cudington.
Cheſewike.
Twyferde.
Brandeſwoode.
S. Pancrace.
Ealdelande.
Herleſtone.
Chaumberlengeſwodde.
Ealdeſtrete.
Oxgate.
Conſumpta.
Brunnesbyri.
Newetton.
Hoxton.
Rugemere.
Iſeldon.
Mapesbyri.
More.
Halywelle.

Eccleſiæ infra Civitatem Londini *ſpectantes ad Patronatum Decani & Capituli S.* Pauli, *per quoddam Antiquum Regiſtrum.*

Ex alio Cod. MS. penes Præf. D. & Cap.

XXXIII. Eccleſiæ Sanctorum

Antonini juxta **Soperſlane**, eſt eis Penſionaria in xxxiv *s.* x *d.* Eſtimatur ad li marc.
Benedicti Algar de **Wodewarfe**, eſt Penſionaria in iii marc. Eſtimatur ad v marc.
Auguſtini ad *Portam*, eſt Penſionaria in dim. marc. Non ſufficit ſibi.
Benedicti de **Garſtcherche**, Penſionaria in dim. marc. Eſtimatur ad xl *s.*
Botulphi de *Ponte*, Penſionaria in dim. marc. Eſtimatur ad li marc.
Egidi extra **Creplgate**, Penſionaria in x marc. Eſtimatur ad li marc.
Fidis in *Criptis*, non ſufficit.
S. *Helene*, Penſionaria in dim. marc.
Gregorii eſtimatur nichil.
Johannes Zacharie, Penſionaria in xx *s.* Eſtimatur ad i marc.
Nicholai Olaf Bernard, Penſionaria in dim. marc. Eſtimatur ad ii marc. & dim.
Maria de **Aldermannebery**, Penſionaria in i marc. Eſtimatur ad c *s.*
Martini Orgar juxta **Candlewykſtrete**, Penſionaria in xiv *s.* Eſtimatur ad v marc.
Magdalena de **Melkſtrete**, Penſionaria lii *s.* Eſtimatur nichil.
Magdalene in *Piſſionaria*, Penſionaria in xx *s.* Eſtimatur nichil.
Michaelis in foro ad *Bladum*, Penſionaria in ii marc. Eſtimatur ad ii marc.
Michaelis ad Ripam.
Olavi de *Mucwel* nullius eſtimationis.
Pauli de **Bredſtrate**, Penſionaria in v *s.* & non ſufficit.
Petri parvi ſuper *Tamiſiam*, Penſionaria in xii *d.* Eſtimatur ad i marc.
Thome Apoſtoli, Penſionaria in i marc. Non ſufficit.

An Inventory of the *Plate, Jewels, &c.*

Ex vet. membr. penes Præf. D. & Cap.

XXXIV. In the Seventh of Edward the Sixth, upon the Exhibiting of an Inventory of the Plate, Jewels, Ornaments, &c. belonging to the Cathedral Church of S. Paul; which was delivered into the Kings Commiſſioners at Guildhall; and requeſt made to them by the Dean and Chapter, That certain things of neceſſary uſe might be permitted to remain; theſe following particulars were by them allowed of; viz.

Imprimis, Chalices iii.
Item, Two pair of Vaſins for to bring the Communion-Bread, and to receive the Offerings for the Poor; whereof one pair Silver, for every day, the other for Feſtivals, &c. Gilt.
Item, A Silver Pot to put the Wine in, for the Communion Table, weighing xl ounces.
Item, The written Texts of the Goſpels and Epiſtles.
Item, A large Canopy of Tiſhew fal

for the Kings Majesty when he cometh thither.

Item, A Pall of Black Velvet to lay upon the Herse.

Item, A Border of Black Sarcenet, with a Fringe of Black Silk, mixt with Gold, for the Burial of Noble Persons.

Item, Bawdkins of divers sorts and colours, for garnishing the Quire, at the Kings coming, and for the Bishops Seat; as also at other times, when the Quire shall be Apparalled for the honor of the Realm.

Item, Eight Cushions.

Item, Thirty Albes to make Surplices for the Ministers and Choristers.

Item, Twenty four old Cushcons to kneel on.

Item, Seven Cloaths of Linnen, Plain and Diaper, for the Communion Table.

Item, Five Towels.

Item, Two Hangings of Tapistry, for the Quire.

Item, A Turkey Carpet for the Communion Table.

Item, A Pastoral Staff for the Bishop.

There was at that time also desired by the said Dean and Chapter, allowance of xviii *l.* vi *s.* iii *d.* towards the charges of taking down the Steps and place of the High Altar; and for other furniture of convenient places and things, for the Administration of the Communion.

Ordinatio Capellæ in magno Cimiterio super Ossamenta Mortuorum.

Ex Registro quodam (intit. More) *penes Dec. & Cap. Eccles. S. Pauli Lond. fol.* 154.

XXXV. OMnibus Christi fidelibus, &c. *Johannes Carpenter* Junior, Civis & Clericus communitatis Civitatis *Londoniensis*, Executor Testamenti bonæ memoriæ *Ricardi Whytington*, nuper Civis & Merceri *Londoniensis* ac pluries Majoris ejusdem Civitatis, salutem in eo quem mater peperit, virgo manens. Viri providi & devoti fervens debet esse desiderium & cura sollicita, divini cultus augmentum perpetuum salubriter ordinare, præsertim per Missarum solempnia continuè Celebranda, quibus pro salute vivorum & requie mortuorum Dei filius unigenitus Patri immolatur in hostiam, manibus Sacerdotis: Ego verò *Johannes*, præmissa considerans, & lacrimali meditatione recogitans, quomodo speciosa Capella *Beatæ Mariæ* Virginis, super ossamenta mortuorum in cimiterio S. *Pauli Londoniensis*, quæ de Cantaria unius Capellani, ex devotione cujusdam *Rogeri Beyvene* & aliorum civium *Londini* ab antiquo fundata, & de sex marcatis redditus in *London.* per eundem *Rogerum* in Testamento suo, ad sustentationem ipsius Capellani Legatis, dotata; propter minus legalem fundationem ejusdem Cantariæ & insufficientiam legati prædicti, ac alias causas quamplurimas, sit & à diu fuerit vacans & inofficiata; ac de Capellano quocunque in certo totaliter destituta; certas terras, tenementa, & redditus in *London.* ad valorem octo marcarum de claro per annum, cum nonnullis bonis dicti *Ricardi de Whytington* & aliorum, administrationi meæ commissis, nuper de novo perquisivi adinde denuo dotandum, fundandum, erigendum & stabiliendum in eadem Capella, unam *Cantariam* solidam & perpetuam de uno Capellano perpetuo, qui divina quotidie pro animabus dictorum *Rogeri Beyvene*, & *Ricardi Whytington*, ac aliorum juxta ordinationem meam in hac parte faciendam specialiter celebrabit, secundùm vim, formam & effectum certarum literarum patentium serenissimi domini Regis *Henrici* Sexti de speciali licentiâ suâ exinde mihi concessa, *&c.* gerentes datas apud *Westm.* xii° die *Jan.* Anno Regni sui octavo.

Virtute & auctoritate quarum, *&c.* ad fundationem & ordinationem dictæ Cantariæ, &c. procedo in hunc modum. Imprimis ad divini cultus reformationem & augmentum, ac salutem fidelium, & eorum maximè qui migrarunt ab hac luce, volo & ordino, quod exnunc sit & esse debeat in Capella prædicta quædam Cantaria solida & perpetua, de uno Capellano perpetuo, qui in re & nomine sit custos perpetuus ejusdem Capellæ, honestum quoque discretum & ydoneum Presbyterum *David Fleure*, de cujus circumspectione & aliis virtutibus ad plenum & de diu sum expertus, in primum Capellanum ejusdem Cantariæ, hac prima vice ordino & constituo, ac ipsum in Custodem perpetuum ejusdem Capellæ, sive Cantariæ, jam primò præficio & deputo, per præsentes. Volo quoque & ordino, quod dictus nunc custos, Capellanus & successores sui Capellani, custodes ibidem, singulis diebus, cum facultas & oportunitas se obtulerunt, dicant infra Capellam prædictam vel procinctum ejusdem, *Matutinas*, Vesperas & alias horas suas Canonicas, nisi infirmitate, vel alia justa vel rationabili causa fuerint impediti: Missas etiam quotidie celebrent in Capella supradicta, si & quando disponantur, nisi Canonicum aliquod obstet, vel aliud impedimentum justum & rationale incurrat. In Canone quoque singularium Missarum suarum, inter defunctos primò de præfato *Rogero Beyvene*, deinde de dicto *Ricardo Whytington* & *Johanne Credy* Armigero, ex quorum bonis Cantaria prædicta ordinatur, subsequenterque de *Johanne Shadworth*, præcipuo adjutore ad eundem, & de animâ meâ, cum migrans ab hac luce, mentionem faciant specialem. Dicant ulterius dictus nunc custos Capellanus, & omnes successores sui custodes Capellani ibidem, singulis diebus ad Missam, flexis genibus, *Pater Noster* & *Ave*, cum speciali & mentali recommendatione dictorum *Rogeri*, *Ricardi*, & *Johannis Credy*, Deo & Beatæ *Mariæ* Virgini faciendâ, Fundatores etiam & Patroni

Patroni dictæ Cantariæ, dum vixerint, & poſt deceſſum ſuum, cum migraverint in memoriis dicti nunc cuſtodis & ſucceſſorum ſuorum, intra Miſſarum ſecreta, & cæteras devotiones ſuas, ſpecialiter inter alios habeantur: Omnes quoque benefactores dictæ Capellæ, tam præſentes quam futuri, qui de bonis ſuis ſibi à Deo collatis aliquid donant augmentationi Cantariæ ſive Capellæ prædictæ, vel conſilium aut auxilium ad hoc præſtant, ſeu quorum occaſione dicta Capella ſive Cantaria melius in aliquo ſuſtentari, & Officium divinum honorificentiùs in ea fieri potuit, omnium orationum, cæterarumque devotionum dictæ Capellæ ſive Cantariæ ſint ipſo facto participes, &c. Data *Londini*, in Feſto *Exaltationis S. Crucis*, Anno Domini Mccccxxx°, & Anno Regni Regis *Henrici* Sexti poſt Conqueſtum nono.

Ex vet. Rotulo in Bib. Hattoniana.

Kalendarium, ſive Inventarium Indentatum; factum inter Magiſtrum *Willielmum Say* Decanum, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis S. *Pauli Londonienſis*. Ac *Rogerum Merſh*, unum Executorum Teſtamenti *Walteri Shiringtone* Clerici, defuncti; Nuper Cancellarii Regis *Henrici* Sexti, Ducatus ſui *Lancaſtriæ*, ac Canonici Stagiarii ejuſdem Eccleſiæ, ex una parte: Et Magiſtrum *Johannem Raven*, & *David Hampſtede* Capellanos perpetuos Cantariæ dicti *Walteri*, fundatæ, in Capella ſua, ſituata juxta hoſtium boreale Eccleſiæ predictæ, ex altera parte: De omnibus & ſingulis libris, cum eorum contentis, exiſtentibus in nova Libraria, per dictum *Walterum* nuper inchoata, & per ejus Executores plene conſtructa ſuper Clauſtrum Cimiterii ejuſdem Eccleſiæ, vocatum Parvum Chirche-hawe, & liberatis Præfatis Capellanis, ut cuſtodibus dictæ Librariæ, xxv° die menſis *Martii*, Anno Domini Mccccl viii°.

A XXXVI. IMprimis *Liber vocatus* Catholicon, *cum quatuor partibus Grammaticæ, viz. Orthographia, Ethimologia, Diaſinteſtica, & Proſodia; cujus voluminis* 2° folio, incipit *Modo manere.*

Item aliud volumen, in quo continentur tres libri; viz. Papias, Lucidarius, & Innocentius, *de miſeria conditionis humanæ:* 2° folio, *Relatum abſconditum.*

Item liber vocatus Huguccio, *cum tabula ejuſdem:* 2° folio, *Ex eiſdem componitur.*

Item liber Iſidori *Ethimologiarum*; & Huguccio *abbreviatus in eodem volumine:* 2° folio, *Reſumas, non invenis.*

Item liber vocatus Brito *in ſumma*; 2° folio, ——*nare & non ſecundum H.*

Item liber Papiæ, 2° folio, *Abdias interpretatur.*

B *Item tabula ſuper libros* Boicii *de conſolatione Philoſophiæ, & ſuper libros Politicorum*; 2° folio, *Mores in bonum.*

Item liber vocatus Flores Philoſophiæ; 2° folio, *Quod illud dicitur accidere.*

Item S. Thomas *ſuper libros Me.* & *de anima*; 2° folio, *Hominibus quidem eſt.*

Item Egidius *de regimine Principum, cum tabula præcedente*; 2° folio, *Videtur enim natura.*

Item Egidius *de regimine Principum*; 2° folio, *Dicitur quod amicabilia.*

C *Item* Seneca *de clementia, ad* Neronem; 2° folio, *Sed etiam inter illos.*

Item Epiſtolæ Senecæ *ad* Paulum, *& è contra, in eodem volumine.*

Item Seneca *de naturalibus queſtionibus, ad* Lucillum.
Item Tullius *in Rethoricis.*
Item Virgilius *in Bucolicis.*
Item Epiſtolæ Petri Bleſenſis.
} In eodem Volumine.

Item Albumaſar *in ſuo introductorio in textu Philoſophiæ*; 2° folio, *Alius autem dicit.*

D *Item* Avicenna *in Canone*; 2° folio, *Doctrinæ principiis pertinet.*

Item liber vocatus corpus medicinæ; 2° folio, —— *riter quod ſuum eſt perficit.*

Item liber medicinarum Johannuncii Tegni Galieni *afforiſmorum* Ypocratis, *pulſuum* Philareti, Theophili *de ſpeciebus & differentiis urinarum, pars prohemialis Regimen acutorum*; *Prologus* Conſtantini Affricani *in libro februum. Viaticus* Conſtantini Caſſienſis *monachi.* Egidius *de urinis*; *contenti in uno volumine*; 2° folio, *Virtutis itaque partitio.*

Item opuſculum diverſitatum Juris civilis & Canonici; 2° folio, *Dilatorias proponendas.*

Item Egidius *de prædeſtinatione, in uno volumine.*

Item Egidius, *de formatione corporis humani, cum duabus tabulis in eodem volumine.*

F *Item Chronica* Radulphi de Diceto; 2° folio, *Nomina regionum.*

Item liber de Hiſtoriis Angliæ; 2° folio, *Anno* Dcclvii.

G *Item liber Romanæ hiſtoriæ*; 2° folio, *Aſcanius derelicto.*

Item hiſtoria trium Regum beatorum; 2° folio, *Dei Balaan, in libris.*

Item Suetonius Tranquillus *de vita Cæſarum*; 2° folio, *In Eliciam legiones.*

Item liber de geſtis Britonum; 2° folio, *Alpinus Filius.*

Item liber Antiquitatis Judaicæ *hiſtoriarum,*

rum, & continet quinque libros; 2° folio, *Rediit ad Herodem.*

Item in eodem volumine Josephus *de Judaico bello, & continet septem libros.*

H *Item postilla* Radulphi de Diceto *super Ecclesiasticum, & super librum Sapientiæ*; 2° folio, *Vel unumquodque translatum.*

Epistolæ Pauli, *parùm glossatæ*; 2° folio, *Firmandos nos,*

Chrysostomus *de laude S.* Pauli; 2° folio, *Quoddam insigne virtutum.*

Textus quorundam librorum Bibliæ, viz. Ruthæ, Tobiæ, Judith, Esther, Paralipomenon, Machabeorum, & Esdræ; 2° folio, ——*Eris & ego.*

Epistolæ Pauli *parum glossatæ*; 2° folio, *Nunciatur in universo mundo.*

Psalterium modicè glossatum; 2° folio, *Quare fremuerunt gentes.*

Aurora, id est, Biblia versificata; 2° folio, *Sunt violæ, suntque.*

Postilla super Epistolas Pauli; 2° folio, *In virtute surgendi.*

Textus Ezechielis & Danielis, *cum parva glosa super eosdem*; 2° folio, *Jerum in tricesimo anno.*

I *Postilla à principio* Geneseos, *usque ad* xxi *cap.* Exodi; 2° folio, *In posse non est esse.*

Postilla super libros Exodi, Levitici, Numeri, & Deutronomii; 2° folio, *Tanto magis.*

Postilla super Job, *secundùm fratrem* Simonem de Hentone; 2° folio, *Quo Gregorius libro moralium.*

Postilla super xxii *Prophetas*; 2° folio, *Dicitur autem Civitas hæc.*

Hugo de Vienna *super* Mathæum.

Textus libri Ezechielis, *glosatus*; 2° folio, *Aliquando ex præterito tangit.*

Glosa super primam & secundam quinquagenam Psalterii; 2° folio, *Capite libri Scriptum.*

Glosa super tertiam quinquagenam; 2° folio, *Et cilicium sunt Arma*

Glosa super libros Isaiæ, Jeremiæ, & *Trenorum*; 2° folio, *In glosa. Quo videmus cœlum.*

Evangelium Johannis *glosatum*; 2° folio *Textus, In principio erat verbum.*

Textus quatuor librorum Regum glosatus; 2° folio, *Principia, id est, aliam vim.*

K *Textus* Esdræ, Paralipomenon, & Machabeorum, *glosatus*; 2° folio, *In anno primo.*

Glosa super libros Job, *Canticorum*; *Epistolas* Jacobi, Petri, Johannis, & *super Apocalipsim*; 2° folio, *Vir erat in terra.*

Aurora, *quæ est Biblia versificata*; 2° folio, *Tamen nocturnum occutus est.*

Glosa super Leviticum, Numerum, & Deutronomium; 2° folio, —— *ulum immaculatum.*

Glosa super Geneſim & Exodum; 2° folio *glosæ, Jubet ex principiis librorum.*

Glosa super Ezechielem & Danielem; 2° folio *glosæ, Unde Johannes Venientem.*

Glosa super Pentateucon, *id est, super quinque libros* Moysy; 2° folio, *Ministerio absconditam.*

Magister historiarum, vel materia scolastica; 2° folio, *Illi magis putaretur.*

Tabula super Liram, & *super moralia S.* Gregorii; 2° folio, *In præcepto* M *l.* ii *d.*

Una Biblia; 2° folio, *Et quæ non tam lingua.*

Doctor de Lira *super Novum testamentum*; 2° folio, *Debent habere adinvicem.*

L *Item una Biblia magna*; 2° folio, *Q. super* Cxx *credentium nomina.*

Prima pars Nicholai de Lira; 2° folio, *Absurda aliquando licet.*

Secunda pars Nicholai de Lira; 2° folio, *Quod David potest comparari.*

Prima pars concordantiæ; 2° folio, *Exodus* xii.

Secunda pars concordantiæ; 2° folio, xxii *b. somnis.*

Parvus liber concordantiæ, distinctus per quinque libros; 2° folio, *Quod omnia bona nostra.*

Prima pars reportorii moralis, sive Dictionarii; 2° folio, *Divinis inspirationibus.*

Secunda pars reportorii, sive Dictionarii; 2° folio, *Commutantur* ¶ *Sic vero.*

Tertia pars reportorii moralis sive Dictionarii; 2° folio, ¶ *Pallium verò jocunditatis.*

M *Textus* Isaiæ & Jeremiæ *glosatus, & intitulatus super* Isaiam & Jeremiam; 2° folio, Jeronimus.

Postilla super Isaiam & Jeremiam; 2° folio, *Emulor transferendo.*

Postilla super Psalterium; 2° folio, *Deinde studere bono.*

Psalterium, secundùm triplicem translationem; 2° folio, *Quam per delectationem.*

Augustinus *contra* Julianum; 2° folio, —— *Ret opus ideo,* In uno Volumine.

Cxxxix *Epistolæ* Augustini *ad* Volucianum, & *ad alios*; & *aliorum ad* Augustinum, In eodem Volumine.

Augustinus
- *de Civitate Dei*; 2° folio, *Curramus credendo,* in alio volumine.
- *de Perfectione Justitiæ,*
- *de Ordine,*
- *de verâ Religione,*
- *contra Mendacium,*
- *de Mendacio,*
- *in Iponosticon,*
- *de duabus Animabus,*
- *de Pœnitentia,*
- *de Agone Christiano,*
- *de Bono Conjugali.*
- *de Bono Virginali.*
- *ad Inquis. Januarii,*
- *contra Adversarium legis & Prophetarum,*
- *in libro Retractationum,*
- *de Fide & legibus.*

} in eodem Volumine.

Augustinus

Augustinus { *super primam quinquagenam Psalterii*, 2° folio. *Quid superbit terra.*
super secundam quinquagenam; 2° folio, *Cum dominus. de manu.*
super tertiam quinquagenam; 2° folio, *Patrem quod autem.*

N Augustinus { *de Civitate Dei*; 2° folio, ——*pore non putant esse.*
de Verbis Domini; 2° folio, *ejusdem de Verbis Domini.*

Historia Ecclesiastica, cum interpretationibus nominum Bibliæ; 2° folio, 15 *à Sampsone*, in uno Volumine.

Allegoriæ Historiarum Magistri Petri Commestoris,
Innocentius *de Mysteriis Missarum*,
Purgatorium Patricii,
Jeronimus *de Cathalogo virorum illustrium*,
Gennadius *de Cathalogo virorum illustrium*,
Isidorus *de Cathalogo virorum illustrium*,
Isidorus *de Ortu & obitu Patrum*,
Isidorus *de Ordine novi ac veteris Testamenti*,
Flores Historiarum Fratris Martini,
} in eodem Volumine.

Augustinus { *de octoginta tribus Quæstionibus*; 2° folio, *Utrum omnino sit*, in alio Volumine.
de Orando Deo,
de Disciplina Christiana,
de Divinatione Demonum,
de Ecclesiasticis Dogmatibus
de Trinitate XV *Libri*,
de Conflictu virtutum & vitiorum,
Summa Beati Augustini, *in libro Retractationum*,
de Decem Cordis,
in libro Soliloquiorum,
in libro Confessionum,
de libro Arbitrio,
} in eodem Volumine.
de Vera & falsa pœnitentia; 2° folio, *Non sobrii, sed excedentes*, in alio Volumine.
de Doctrina Christiana, libri quatuor;
de Sermone domini, in monte, duo libri,
de Fide, ad Petrum,
de Fide rerum invisibilium,
de Mirabilibus sacræ Scripturæ,
in Enchiridion,
de bono Perseverantiæ,
contra Julianum, *sex libri*,
de Spiritu & anima,
} in eodem Volumine.

S. Thomas *in opere solenni super* Lucam, *& super* Johannem; 2° folio, *Potens applicari.*

S. Thomas { *contra Gentiles*; 2° folio, *Veritatem.*
de Christo, vel in ultima parte Summæ; 2° folio, *Adequationem ad recompensationem.*
Secunda secundæ; 2° folio, *Opportet. sed ea quæ sunt.*
in prima Summæ, & prima secunda; 2° folio, *sed in unoquoque genere.*

O — *Prima pars moralium* Gregorii, *continens decem libros*; 2° folio, *De cœlo & tactas oves.*
Secunda pars moralium continet XII *libros*; 2° folio, *Veniat quare tacens.*
Tertia pars moralium continet XIII *libros*; 2° folio, *Major sit Deus homine.*
Gregorius *in Registro, continet* XV *libros*; 2° folio, *Ad Sancta loca.*
Speculum super moralia Gregorii; 2° folio, *Magni esse inter omnes.*
Pastoralia S. Gregorii; 2° folio, *Incipiunt capitula.* } in uno Volumine.
Speculum juniorum, de malo culpæ & pœna. } in uno Volumine.
Pastoralia S. Gregorii, 2° folio, *Quod aliter admonendi sunt. Dicta salutis.* } in uno Volumine.
Liber diversorum Sermonum; 2° folio, *Corporis diffusa sunt. Liber Dispensationum.* } in uno Volumine.
Sermones Fratris Gorham; 2° folio, *Filiatione, & sic Pater. Distinctiones ejusdem.* } in uno Volumine.
Sermones super Evangelia; 2° folio, —*minaria claritas. Tractatus de vocabulis Bibliæ.* } in uno Volumine.
Hugo *de Sacramentis*; 2° folio, *Quod operatio & promissio.*
Chrysostomus *de Laude S.* Pauli, 7 *Libelli*; 2° folio, ——*nem, quasi volantes*, in uno Volumine.
Liber distinctionum, qui intitulatur Verbum Abreviatum, *cum tabula capitulorum subsequentium*, } in eodem Volumine.
Pastoralia S. Gregorii *cum tabula precedente*, }
Sermones Abbevile; 2° folio, *Gloria item surgendi*, } in uno Volumine.
Alii Sermones; *qui incipiunt*, *Tristicia vestra*, }
Chrysostomus *super* Mathæum, *operis imperfecti*; 2° folio, *Liber generationis, cum tabula super eodem*, in alio Volumine.
Speculum peccatorum,
Visio S. Edwardi *Confessoris*,
S. Thomas *de Articulis Fidei.*
Expositio Symboli.
Expositio orationis dominicæ,
Quædam meditatio de Passione Christi, quæ incipit Jesum,
Meditatio devota, quæ incipit, Verbum secretum,
Meditatio Augustini, *de Spiritu Sancto*,
Tractatus de advocatione Beatæ Mariæ.
} in eodem Volumine.

Bernardus *de Dignitate Sacerdotum Scrinio cordis inserendo*, in eodem Volumine.

P *Sermones bonæ fortunæ, de donis Spiritus Sancti, cum quadam oratione beati* Augustini *præcedente*; 2° folio, *ejus pro quo venit*,
Ricardus de S. Victore, *de Trinitate, incompletus*,
Alii Sermones, qui sic incipiunt, Pacem relinquo vobis,
Ricardus de S. Victore, *de Doctrina cordis*,
Sermones super Psalterium; 2° folio, *Sanctum in Apostolos misit*,
Sermones, qui sic incipiunt; Scientes, quia jam hora est,
Meditationes de gaudiis beatæ Mariæ *Virginis*, 2° folio, *Quarta meditatio erigit*,
Meditationes de Passione domini, & compassione beatæ Virginis, Quis dabit,
Meditatio beati Augustini, *Invoco te Deus meus*,
Orationes Augustini *& Ambrosii, dicendæ ante Missam, cum aliis*,
Meditatio Anselmi Terretinæ,
Meditatio Augustini, *Domine Deus meus*,
Prosologion Augustini, *Eia nunc homuncio*,
Orationes & meditationes Anselmi, *Domine Jesu Christe*,
Regula Beati Bernardi, *Cadente Horologio*,
Meditationes beati Bernardi, *Multi multa sciunt*,
Expositio de arbore Consanguinitatis. Quam bonum rei,
Isidorus, *de summo bono, incompletus*,
Expositio Orationis dominicæ, Pater noster,
Expositio quorundam Proverbiorum, Et mortuo non habeas.
Summa Raymundi,
Expositio moralis super Exodum, *incompleta. Tota necessitas*,
Allegoriæ Petri Commeltoris, 2° folio, *Masculum & fœminam*,
Postilla super Epistolas Canonicas, viz. Jacobi, Petri, Johannis & Judæ,
Allegoriæ, sive moralitates super librum Apocalypsis,
Postilla super Evangelium Johannis,
Liber Sermonum 2° folio, *tribuit*; *si enim daret.*
Remediarium conversorum, continens duos libros, 2° folio, *distinxi quare utraque.*
Divisiones thematum super quosdam Sermones; 2° folio, *missis fidelis.*

in uno Volumine. | in uno Volumine. | in uno Volumine. | in uno Volumine.

Item manipulus florum; 2° folio, *necessitate sed spreta.*
Magister historiarum, vel materia scolastica; 2° folio, *De jugi sacrificio.*
Summa prædicantium; 2° folio, *Qui sepè & specialiter.*
Parisiensis *de Vitiis & virtutibus*; 2° folio, *Quæ possunt valere.*
Una magna Biblia; 2° folio, *& quæ non lingua.*

Postilla super Epistolas Pauli; 2° folio, *iv pro mandatis termionalibus.*
Gregorius *super* Ezechielim; 2° folio, *Rursum Crucifigentes.*
Tractatus de Sacramento Eukaristiæ,
Tractatus Ricardi de S. Victore, *de Patriarchis*,
Tractatus de arra animæ. incompletè,
Bernardus *de Consideratione*,
Jeronimus *de. Omnipotentia Dei*,
Anselmus *super Evangelium, Intravit Jesus in quoddam castellum*,
Gregorius *in ultima parte* Ezechielis,
Hugo *in* Didastolicon, *id est, de Studio legendi*,
Lathbury *super librum Trenorum, secundum triplicem sensum*; 2° folio, ——*le quo doctrinatur.*
Postilla super Epistolas Pauli; 2° folio, *Quibus estis & vos.*
Postilla fratris Willielmi de Rowell *super Epistolas* Pauli; 2° folio, *hominis tamenque.*
Januensis *in opere Quadragesimali*; 2° folio, ——*dinis sursum germinans.*
Henricus Gandavus *in suo Quodlibeto*, 2° folio, *Quæ infirmatur.*
Magister Sententiarum; 2° folio, *Quod aliqui dicunt.*
Summa Henrici Gandavi *de possibilitate sciendi*; 2° folio, *Si in Deo sit ponere.*
Summa Magistri Præpositini; 2° folio, *Filius est equalis Patri.*

Rowel *super librum Sententiarum*; 2° folio, *Quia res & signa.*
Tarentinus *super secundum Summarum*; 2° folio, *Ad primum sic procedatur.*
Magister Summarum; 2° folio, *Quis ordo sit observandus.*
Sanctus Thomas *super quartum Summarum*; 2° folio, *Per similitudinem rei.*
Frater Willielmus de Southampton *super totum librum Summarum*; 2° folio, *Quod in aspectu non est virtus.*
Questiones super quartum Sententiarum, cum lectura super eodem; 2° folio, *Samaritan autem.*
Sermones dominicales super Epistolas; 2° folio, *Abjiciendæ sunt quatuor tabulæ.*
Distinctiones Fratris Mauricii; 2° folio, Xxxv *eventus tabulæ.*

Mani-

Manipulus florum; 2° folio, *Eas à me tu verò ſumma.*

Pariſienſis *de viciis*; 2° folio, *In* Lxvii, *quare timendum eſt tabulæ.*

Hiſtoria actuum Apoſtolorum; 2° folio, *Interrogare eum dicentes,* } in uno Volumine.

Diſtinctiones Lincolnienſes,

S Januenſis *in dominicalibus*; 2° folio, *Cibus mundi triplex.*

Summa Odonis *in omeliis*; 2° folio, *Nimium non præſumas,* } in uno Volumine.

Odo *de Pœnitentiis,*

Tractatus de fide & moribus; 2° folio, *Utrum debeat accedere,*

Tractatus de Articulis fidei, de Sacramentis, de Beatitudinibus, de Petitionibus, de Virtutibus & Viciis,

Tractatus fratris Simonis de Henton, *ſuper eodem,*

Breviloquium fratris Boneventuræ *ſuper totam Theologiam,*

Tractatus ejuſdem, qui dicitur Itinerarium mentis in Deum, } in uno Volumine.

Proſologion Beati Alſelmi, *fide querens intellectum,*

Tractatus Magiſtri Roberti Groſteſt, *in Gallico, de lapſu & reparatione generis humani,*

Diſtinctiones Biardi; 2° folio, —nit michi aurem dominus,

Tabula exemplorum de habundantia adoptionum ad omnem materiam in Sermonibus, ſecundùm ordinem Alphabeti,

Liber Eccleſiaſticis ſeu divinis Officiis, qui intitulatur Gemma animæ,

Liber digeſti veteris, intitulatus Decreta; 2° folio, *Eodem tempore.*

Pupilla oculi; 2° folio, *Tum privata quotiens.*

Speculum curatorum; 2° folio, *Filii Dei cohæredes,*

Tractatus de Decimis, per dominum Stephanum, *quondam Archiepiesc.* Cantuar. } in uno Volumine.

Speculum Peccatoris,

Summa Confeſſorum; 2° folio, *De Judeis & Paganis.*

Queſtiones Bartholomei; 2° folio, *De edil. edic.*

Extractus ex decretis Romanorum Pontificum; 2° folio, *Venenum peſſimum ſerpit.*

T *Liber Decretalium, cum textu ſexti*, 2° folio, *Ut de altero intelligatur.*

Ivo Carnotenſis *Epiſcopus, de Collectione Eccleſiaſticarum Hiſtoriarum*; 2° folio, *Menſa frugalis:*

Caſus Bartholomæi Oxon; 2° folio, —*telligentiam & quantum.*

Liber Decretalium; 2° folio, *Ditis copiam habere,* in uno Volumine.

Innocentius *quartus, de ſumma Trinitate & Fide Catholica,* in uno Volumine.

Decreta Conciliorum; 2° folio, *Antiſtites per quos.*

Johannes *de Deo, ſuper decreta*; 2° folio, Omnia talia,

Lectura decretibus Magiſtri Bernardi *de monte mirrato,*

Summa Magiſtri Secardi,

Opus Martini, *de phano,* } in uno Volumine.

Caſus Bartholomei *ſuper decreta & decretalia*; 2° folio, *Erunt; ſed non potuerunt.*

Liber decretorum; 2° folio, *Rodit leges navalium.*

Hoſtienſis *in prima parte*; 2° folio, *Legem nemo bonum facere.*

Hoſtienſis *in ſecunda parte*; 2° folio, *Ut probatur ſcilicet ibi.*

Liber decretalium; 2° folio, *Tunc unum ſunt.*

Archidiaconus in Roſaria; 2° folio, *Præmittitur ergo quaſdam.*

U *Liber digeſti veteris*; 2° folio, *Compoſitione* xliii *Librorum.*

Liber Inſtitutionum & Collationum, 2° folio, *Communi omnium homini.*

Liber digeſtorum; 2° folio, Xviii *libro compoſita.*

Libri decretalium decretorum digeſti veteris; & Queſtiones Bartholomæi; 2° folio, *Carnis ad ſpiritum terrenorum.*

Volumen de Decretis & conſiliis diverſis; 2° folio, *Ceptum traditum eſt.*

Inventarium Juris, ſecundùm Bengarium *Cardinalem*; 2° folio, *De electi officii.*

Digeſtum novum; 2° folio, *Adeo ut cum fabris.*

Liber inforciati Juris; 2° folio, —*cunia tertia portio.*

Liber codicis de Jure civili; 2° folio, *Sanctionibus, ſic quoque vero.*

Codices *MS.* in Bibliotheca *Paulina.*

XXXVII. GUlielmi Meldunenſis *libri quatuor de* Regibus Anglorum. Lel. *Coll.* vol. 3. p. 47.

Ejuſdem libri tres, de Novella Hiſtoria, *id eſt,* Henrici *Secundi.*

Poſtillæ Simonis de Hemton *ſuper* Job.

Strabus Gallus *ſuper* Deuteronom.

Tractatus Magiſtri Johannis de Baſingſtoke *Evangeliorum, per annum. Fuit hic Archidiaconus* Legeceſtrenſis, *& olim ſtuduerat* Athenis, *ut Titulus libri indicabat, de quo etiam (ſi rectè memini)* Pariſius, *Monachus S.* Albani, *ſcribit. Liber verò* Johannis *ſic incipit,* Omnia tempus habent.

Gulielmi *cujuſdem defloraciones, de vita & moribus Philoſophorum ad* Gutlacum, *amico ſuo* Gutlaco.

Poſtillæ Magiſtri Radulphi de Diceto, *olim Decani S.* Pauli Londonienſis *ſuper* Eccleſiaſticum, *& librum* Sapientiæ. *Fuit Doctor Theo-*

logiæ, at non ſatis mihi conſtat, num etiam Anglus fuerit.

Gorham, *ſuper omnes Epiſtolas* Pauli.

Ejuſdem Sermones & Diſtinctiones.

Ejuſdem Poſtillæ ſuper Lucam & Johannem.

Sermones Repington.

Armacanus *de Queſtionibus Armenorum.*

Waleys *ad omne genus hominum, alias Communiloquium.*

Linwoode *ſuper Provinciala Decreta.*

Moralitates Triveti *ſuper* xv *libros* Ovidii.

Walde *ſuper verſutias* Wiclivi.

Septuaginta duæ queſtiones Wiſordi *de Sacramento Euchariſtiæ.*

Alington *de Adoratione imaginum.* Omnis plantatio, &c.

Articuli Widford *contra* Wiclivum, *in quatuor operibus vel libris.*

Abſolutio Thomæ Winterton *contra* Johannem Wiclive. Sicut teſtante Apoſtolo.

Queſtiones de poteſtate conficiendi Euchariſtiam.

Ex Vet. Rotulo in Bibl. Hatton.

Libri reperti in Theſauraria S. *Pauli Lond.* Primo die menſis *Maii*, An. D. Mccccclxxxvi. poſt mortem Domini *Johannis Grimſtone* nuper Sacriſtæ ibidem; & nunc in cuſtodia Domini *Thomæ Smith* Sacriſtæ.

Imprimis Libri in Domo exteriori ſuper magnum lectrinum, ut patet inferiùs.

XXXVIII. *UNus liber de Latinis vocabulis, ſecundùm ordinem Alphabeti, intitulatus Elementarium doctrinæ erudimentum; qui &* Papias *nuncupatur*; 2° folio, *Res & alias.*

Item Remigius *ſuper* Donatum, *in eodem volumine.*

Item alius liber, in quo continentur.

Tractatus moralis de vitiis & virtutibus, qui dicitur Dieta ſalutis.

Tractatus de difficilibus vocabulis Bibliæ, ſecundum ordinem Alphabeti.

Alius tractatus Theologicus, qui dicitur Angelus, *de diverſa terminorum ſignificatione, ſecundùm ordinem Alphabeti.*

Tractatus qui dicitur Speculum Curatorum, *de Vitiis, Virtutibus, & Sacramentis, & aliis in eodem Volumine*; 2° folio, *In ſtatu prælationis.*

Item alius liber, vocatus Pſalterium, *gloſatus*, 2° folio, *Terreni Adam.*

Liber continens magnas derivationes verborum & nominum, ſecundùm Hugutionem, 2° folio, *Audio.*

Liber tractans de vocabulis & nominum; 2° folio, *Acalnaſter belebefore.*

Liber vocatus Doctor de Lira; 2° folio, *Natura* Angelica.

Liber vocatus Magiſter Hiſtoriarum; 2° folio, *Conſummationem.*

Liber vocatus Rationale Divinorum; 2° folio, *Particularem.*

Liber ſuper quatuor Evangeliis, gloſatus, 2° folio, *Fides, Spes, Caritas.*

Liber vocatus Biblia Pulcherima; 2° folio, a, e, n, *loginate.*

Liber vocatus Manuale Bonum, *in Armariolo jacens.*

In media Domo.

ITem *Liber vocatus* Portiforium *antiquum, ſecundùm uſum* Sarum; 2° folio, *Ovem & vitam.*

In inferiori domo Theſaurariæ.

INprimis, *Liber vocatus* Portiforium *vetus ſecundùm uſum S.* Pauli, *cujus coopertorium debile*, 2° folio, *Veni domine viſitare.*

Item liber vocatus Manuale, *cum* Placebo & Dirige *in Kalendario*, 2° folio, *Prima nocat.*

Liber vocatus Parvum Miſſale, *in quo plures Miſſæ ſcribuntur cum præfationibus, & ſecretis Miſſis*, 2° folio, *Eſſe nec ipſam.*

Item aliud Manuale, *cum* Placebo & Dirige, *cum Exultet jam Angelica, in fine libri*, 2° folio, *Cum vivit & regnat.*

Item aliud Manuale, *cum* Placebo & Dirige, 2° folio, *In unitate Spiritus Sancti.*

Liber continens Sermones Auguſtini & Jeronimi, *& aliorum*, 2° folio, *—rei Magiſter docentis.*

Pſalterium pulcherrimum habens coopertorium rubeum, cum xiv *foliis decenter ornatis, cum imaginibus auri; & Kalendario ſequente ante Pſalterium*, 2° folio, *A nobis jugum ipſorum.*

Liber de extractis de Evidentiis in Theſauraria S. Pauli Londonienſis, 2° folio, *Item de Pitancia.*

Pſalterium, cum Placebo & Dirige *in fine*, 2° folio, *Qui non abiit, Ex dono* Ricardi de Graveſende *Epiſcopi.*

Unus liber tractans de Omelia Sanctorum, 2° folio, *Vita* Paulini *Archiepiſcopi.*

Item vetus Pſalterium, cum uno Kalendario ante Pſalterium, 2° folio, *Et Poſſeſſionem.*

Unum Miſſale pulchrum & bonum, 2° folio, *Per invocationem. Deficit unum pynne extra librum.*

Aliud pulchrum Miſſale, 2° folio, *Deus invictæ virtutis; carens uno claſpe & uno pynne.*

Aliud Miſſale quotidie ſerviendo ad ſummum Altare, 2° folio, *—nedicatur &* ——

Vetus Miſſale, ſecundùm uſum S. Pauli, 2° folio, *Lectio Epiſtolæ.*

Aliud vetus Miſſale, ſecundùm uſum S. Pauli, 2° folio, *A die Feſtivitatis; cum Claſpis de Cupro.*

Unus liber vocatus Pſalterium vetus, gloſatum, 2° folio, *Pereatis.*

Unum Manuale antiquum, 2° folio, *Cum Impoſitione.*

Liber continens Themata diviſa, 2° folio, *Aquas.*

Pſalterium interlineatum Anglico, 2° folio, *Montem ſanctum.*

Pſalterium gloſatum, 2° folio, *Dicentem.*

Alius liber, 2° folio, *Divinam.*

Alius liber, vocatus Manuale Vetus, 2° folio, *Benedixiſti.*

Unus

Unus Textus Antiquus, habens ex uno latere ymaginem Salvatoris, cum Maria *&* xii *Apostolis argentes, insculptis,* 2° folio, *Addecem.*

Unus Textus vetus sine claspis, male ligatus, habens ex uno latere ymaginem Crucifixi, Mariæ *&* Johannis, *deauratos, per circumferentiam habens* xiii *Rosas argenteas; & deficiunt aliæ* xiii *Rosæ argenteæ; serviendo cotidie ad summum Altare.*

Unus magnus Textus & optimus Evangeliorum; habens ex una parte ymaginem Crucifixi, Mariæ *&* Johannis, *argenteas, & deauratas: Habens in inferiori circumferentia* xxii *Rosas argenteas, & deauratas cum una ymagine in quatuor corneriis illius Texti, cum uno claspe,* 2° folio, *Fugere.*

Alius Textus super Evangelia, habens ex una parte ymagines Crucifixi, Mariæ *&* Johannis, *argenteas & deauratas, cum* xviii *Rosis in inferiori circumferentiæ; cum quatuor ymaginibus ad quatuor corneria Texti; cum duobus claspes,* 2° folio, —*fusione sonitus.*

Alius Textus super Epistolas cum duobus claspes; habens coopertorium rubeum de velvet, cum quatuor knopes argenteis: Et ex altera parte habens ymaginem S. Pauli *cum gladio in manu sua, argenteo & deaurato, cum uno sole, cum septem solis deficientibus, cum quatuor armis in corneriis ejusdem Texti,* 2° folio, *Judex ante januam.*

Alius Textus super Evangeliis, cum uno claspe; habens ex uno latere quinque knopes argenteas; ex altera parte ymaginem Salvatoris insculptam, argenteam & deauratam, cum xxxi *Rosis argenteis & deauratis, in circumferentia,* 2° folio, *Inextinguibili.*

Liber Troportorii, 2° folio, *Eandem.*

Liber vocatus Manuale, 2° folio, *Incipit.*

Liber super Epistolas Pauli, *& Evangelista* Johannis, 2° folio, Johannem *Virginem.*

Liber vocatus Biblia vetus, 2° folio, *Sileam rationem.*

Unum Psalterium antiquum, cum historiis depictis correspondentibus cuilibet Psalmo.

Unum Ordinale secundum primariam ordinationem & antiquam Ecclesiæ S. Pauli Londoniensis, 2° folio, *Jure feciſti.*

Liber Sermonum antiquus, 2° folio, Nazareus, *id est, Floridus.*

Unus antiquus liber super Epistolas, 2° folio, *Ad filios.*

Liber de diversis Sententiis, 2° folio, *Habeatur vel detur*

Liber de vita S. Franciſci, 2° folio, *Universi fratres.*

Liber antiquus de Apostolis, & S. Jeronomi, 2° folio, *Tueare.*

Books appertaining to the Cathedral Church of S. *Paul* in *London*, delivered by Mr. *Henry Cole*, late Dean of the ſame Church, to Dr. *Mey*, now Dean there, the xx^th^ day of *September*, *An.* 1559.

Ex Vet. Membr. penes Dec. & Cap. Eccl. Cath. S. Paul.

IMprimis, A Book of the *Statutes* and *Ordinances* of the *New Grammar School* of *Pauls*.

Item, A Book of *Rents*, in Dean *Shirbourn's* time; and alſo of all the Spiritual Promotions belonging to the Church.

A Book intituled *De Reſidentia S.* Pauli.

A Book intituled *Statutes*, uſed in Dean *Collet's* days.

A Book intituled *Indenturæ Maneriorum Eccleſiæ S. Pauli.*

A Book intituled *Liber Viſitationis Johannis Collet, Decani Eccleſiæ S. Pauli Londonienſis, ſub An. Dom.* 1506.

Another Book intituled *De Reſidentia S. Pauli.*

A Book written upon the Margent *De Prebendis.*

A Book intituled *Viſitatio per duos Stagiarios*; *Anno Regis* Henrici *Sexti* xxxii.

A Book written in Parchment of certain *Statutes* collected by Dean *Collet*, being bound in Boards, and covered with Black Leather.

A Book of *Accompts of the Church*, for the Firſt year of Queen *Mary.*

A Book of certain *Statutes and Cuſtoms* of the Church of S. *Paul*, collected together by *Ralph Baldock*, ſometime Dean there.

A Book of the *State of the Lands, Mannors, and Poſſeſſions of the Church of S.* Paul; *and of the Offices of divers Miniſters of the ſame Church.*

XL. De Londonienſibus Epiſcopis.

Ex Cod. MS. penes Præf. Dec. & Cap. (G.)

Temporibus Britonum in Urbe Londoniæ *multi floruerunt Archiepiſcopi; ſed Anglorum temporibus, dignitate tranſlata, primus ſedit* Londonienſis *Epiſcopus* Mellitus, *conſecratus ab* Auguſtino *Archiepiſcopo* Cantuariæ, *Anno Gratiæ Sexcenteſimo quarto.*

CEddus, *Anno* 621.
Wyne *Epiſcopus, non numeratus.*
Erkenwaldus, *Anno* 680.
Walterus.
Igualdus.
Eguf.
Wychet.
Filbryth.
Edgar.
Kenwaldus.
Ebaddus.
Herbertus.
Oſmundus.
Ethenodus.
Celbertus.
Cerulphus.
Stibutulphus.
Etſtanus.
Wulſius.
Edelwardus.
Elſtanus.
Wiſtanus.
Elfunus, 1000.
Alwynus, 1044.
Elphunordus.
Robertus *primus anno* 1050.
Willelmus 1051.
Hugo de Aurevalle.
Mauricius *anno* 1077.

Ricardus

Ricardus *primus*, *an.* 1108.
Gilbertus Univerſalis, *an* 1127.
Robertus de Sigillo, *an.* 1139.
Ric. Beumies, 1152.
Gilbertus Foliot, 1163.
Ricardus *tertius*, 1190.
Willielmus de S. Mariæ Eccleſia, *Conſecratus Ab.* Huberto Cantuar. *Archiepiſ. apud* Weſtmonaſterium, *an.* 1199.
Euſtachius de Faukenbergh, *Conſecratus an.* 1221.
Rogerus le Veir, *Conſecratus an.* 1229.
Fulco Baſſet, *Conſecrat.* 1244.
Henr. de Wengham, *Conſecrat. an.* 1259
Ric. Taleboth, *Electus, Confirmatus, Moritur anno Conſecrationis, an* 1262.
Henr. de Sandwico, *Conſecratus an. Dom.* 1262.
Johannes de Chiſhull, *Conſecratus fuit in Eccleſia S.* Mariæ de Suthwerk, *& eodem die Inthronizatus apud S.* Paulum, 1274.
Ric. de Graveſende, *Conſecratus fuit apud* Coventre, 1290.
Rad. de Baldok, *Conſecratus fuit apud Curiam Rom. anno* 1306.
Gilb. de Segrave, *Conſecratus apud* Cantuar. *in Feſto S.* Kath. *an.* 1313.
Ric. de Newport, *Conſecratus apud* Cantuar. *an.* 1317.
Steph. de Graveſende, *Conſecratus apud* Cantuar. *anno* 1319.
Ric. de Binteworthe, *Conſecratus apud* Lamehith, *an.* 1338.
Rad. de Stratford, *Conſecratus apud* Cantuar. *an.* 1339.
Mich. Northburgh, *Confirmatus 7. die —— an.*
Simon de Sudbury, *Conſecratus an.* 1362.
Rob. de Braybroke, *Conſecratus 5 Jan.* 1381.
Rogerus Walden, *Proviſ. per Papam Innocentium* vii^um, 10 *Dec.* 1404.
Nich. Bubbewith, *Conſecratus an.* 1406.
Ric. Clifford, *Tranſlatus* 13 *Oct.* 1407.
Joh. Kempe, *Tranſlatus an.* 1422.
Will. Gray, *Conſecratus* 26 *Maii.* 1426.
Rob. Fitz-hugh, *Conſecrat.* 16 *Sept.* 1431.
Robert Gilbert.
Thomas Kempe, *Conſecratus* 8 *Feb.* 1449.
Ric. Hille, *Conſecratus* 15 *Nov.* 1489.
Tho. Savage, *Roffenſis Epiſc. huc tranſlatus* 1496.
Gulielmus Warham, *Conſecratus* 1503.
Guliel. Barnes 1505:
Ric. Fitz-James *Epiſc. Ciceſtr. huc tranſlatus* 1506.
Cuthbertus Tunſtal, *Conſecratus* 19 *Oct.* 1522.
Johannes Stokeſley, *Conſecratus* 19 *Julii*, 1530.
Edmundus Boner, *Inſtallatus* 3 *Apr.* 1540.
Nich. Ridley 1549.
Edm. Grindal, *Conſec.* 21 *Dec.* 1559.
Edwinus Sandes, *Wigorn. Epiſc. huc tranſlatus* 13 *Julii*, 1570.
Johannes Elmer, *Conſecratus* 24 *Martii*, 1576.
Ric. Fletcher 1594.
Ric. Bancroft, *Conſec.* 1597.
Ric. Vaughan *Ceſtrenſis Epiſc. huc tranſlatus menſe Jan.* 1604.
Thomas Ravis *Glouceſtr. Epiſc. huc tranſlatus* 19 *Maii*, 1607.
Georgius Abbot, *Covent. & Lich. Epiſc. huc tranſlatus Jan.* 1609.
Joh. King, *Conſecratus* 8 *Sept.* 1611.
Georgius Mountaine 1621.
Guil. Laud 1628.
Guil. Juckſon 1635.

XLI. *Nomina Decanorum Eccleſiæ S.* Pauli.

Ex Cod. MS. penes Præf. Dec. & Cap. (G) 74. a.

Lovegarus, Godwynus, Syredus } *ante Conqueſtum.*
Ulſtanus, *cujus tempore Statutum fuit per* Mauricium *Epiſcopum & Capitulum, Pſalterium quotidie dici inter* xxx *Canonicos, per quinos Pſalmos.*
Gulielmus.
Elfwynus.
Luiredus.
Radulphus, *Anno* 1150.
Alardus de Burnham.
Robertus de Watford.
Hugo de Marinis.
Radulfus de Diceto, *An.* 1183.
Martinus de Patſhull.
Walterus de Langford.
Galfridus de Lucie, 1237.
Will. de S. Mariæ Eccleſia, 1237.
Henr. de Cornhill, 1245.
Walt. de Salerne, *aliùs dictus* Walt. de London (*poſtea Archiepiſc.* Tuamenſis in Hibernia.)
Robertus de Barthone.
Petrus de Neuport.
Ricardus Thaleboth.
Galfridus de Feringes, 1263.
Johannes de Chiſhulle.
Hervicus de Borham, 1276.
Thomas de Ingaldeſthorpe, 1279. (*Tranſlatus in Epiſc. Roff.*)
Rogerus de la Leye, 1287.
Will. de Montfort, 1292.
Radulphus de Baldok (*primò Archidiac. Middl.*) 1297.
Arnaldus de Cantilupo, 1308. (*poſtea Cardinalis.*)
Johannes de Sandale, *electus.*
Ricardus de Neuport, *electus.*
Vitalis Baſco, *per proviſionem.*
Johannes de Everdon, *per permutationem*, 1328.
Gilbertus de Bruera, 1339.
Ricardus de Kylmyngtone, *per proviſionem.*
Thomas Tryllek, *per electionem.*
Johannes de Appelby, *per proviſionem:*
Thomas Evere, *per proviſionem.*
Thomas Stowe, *per electionem.*
Thomas More, *per electionem.*
Reginaldus Kentwode, *per electionem.*
Thomas Lyſeus, *per electionem*, 1441.
Lauren. Bothe, *electus* 22 *Nov.* 1456.
Willielmus Say, *electus* 21 *Nov.* 1457.
Rogerus Radclyff, *electus* 15 *Dec* 1468.
Thomas Wynterburne, *electus* 25 *Sept.* 1471.
Gulielmus Worſley. } Lel. *Col. Vol.* 1. *p.* 489.
Robertus Shirburne. } Lel. *Col. Vol.* 1. *p.* 489.
Johannes Collet. } Lel. *Col. Vol.* 1. *p.* 489.
Ricardus Pace. } Lel. *Col. Vol.* 1. *p.* 489.
Ricardus Sampſon. } *Ex Godwini Commentariis, de Præſulibus.*
Johannes Incent. } *Ex Godwini Commentariis, de Præſulibus.*
Gulielmus May. } *Ex Godwini Commentariis, de Præſulibus.*
Joh. Fecknam. } *Ex Godwini Commentariis, de Præſulibus.*
Henricus Cole. } *Ex Godwini Commentariis, de Præſulibus.*
Alex. Nowell. } *Ex Godwini Commentariis, de Præſulibus.*
Johannes Overall. } *Ex Godwini Commentariis, de Præſulibus.*
Valentinus Cary. } *Ex Godwini Commentariis, de Præſulibus.*

THE

THE DAUNCE OF MACHABREE:

Wherein is lively expreſſed and ſhewed the ſtate of manne, and how he is called at uncertayne tymes by Death, and when he thinketh leaſt thereon: Made by *Dan John Lydgate* Monke of S. *Edmunds Bury*.

The Prologe.

XLII. Ye folkes hard hearted as a ſtone,
Which to the woꝛld have all your advertence.
Like as it ſhould ever laſten in one,
Where is your wit, where is your pꝛovidence
To ſeen afoꝛne the ſodayn violence,
Of cruel death that be ſo wiſe and ſage,
Which ſlayeth, alas, by ſtroke oꝛ peſtilence,
Both young and old of low and high parage.

Death ſpareth nought low ne high degre,
Popes, Kings, ne woꝛthy Emperours,
When they ſhine moſt in felicity,
Ye can abate the freſhneſs of her flours.
Her bꝛight Sun clipſen with his ſhours
Make them plunge fro her ſees lowe,
Maugeꝛ the might of all theſe Conquerours,
Foꝛtune hath them from her whele ythꝛow.

Conſidereth this ye folkes that been wiſe,
And it impꝛinteth in your memoꝛial,
Like thenſample which that at Paꝛiſe,
I fonde depict ones in a wall,
Full notably as I rehearſe ſhall,
Of a French Clerke taking acquaintance,
I took on me to tranſlaten all
Out of the French Macchabꝛees daunce.

By whoſe adviſe and counſail at the laſt,
Thꝛough her ſtiering and her motion,
I obeyed unto her requeſt
Thereof to make a playn tranſlacyon,
In Engliſh tonge of entencion
That pꝛoud folkes that been ſtout and bolde,
As in a mirrour tofoꝛne in her reaſon
Her ugly fine there clearly may beholde.

By enſample that thei in her entents,
Amend her life in every maner age,
The which daunce at Saint Innocents,
Poꝛtrayed is with all the ſurpluſage,
Yoven unto us our lives to coꝛrect,
And to declare the fine of our paſſage,
Right anone my ſtile I will direct
To ſhew this woꝛld is but a pilgrimage.

The End of the Prologe.

The Words of the Tranſlator.

O Creatures ye that been reaſonable,
The life deſiring which is eternal,
Ye may ſeen heer doctrine full notable
Your life to lead, which that is moꝛtal,
Thereby to learne in ſpecial,
How ye ſhall trace the daunce of Machabꝛee,
To man and woman ylike natural,
Foꝛ death ne ſpareth high ne low degree.

In this myꝛrour every wight may fynde,
That him behoveth to gone upon this daunce
Who goeth tofoꝛne, oꝛ who ſhall go behind,
All dependeth in Goddes oꝛdinance,
Wherefoꝛe lowly every man his chance,
Death ſpareth not poꝛ, ne yet Blood-royall,
Every man therfoꝛe have this in remembꝛance,
Of co matter God hath pfoꝛged all.

Death

P168. W. Kollar fecit.

Death fyrſt ſpeaketh unto the Pope, and after to every degree as followeth.

YE that been ſet moſt in high dignity,
Of all eſtates in earth ſpiritual
And like as Peter hath the ſoveraintee,
Over the church and ſtates temporall,
Upon this daunce ye firſt begin ſhall,
As moſt worthy lord and governour,
For all the worſhip of your eſtate Papall,
And of Lordſhip to God is the honour.

The Pope maketh aunſwer.

FYrſt me behoveth this daunce for to lede,
Which ſat in earth higheſt in my See,
The ſtate full perillous who ſo taketh heed,
To occupie Peters dignity,
But for all that death I may not flee,
On this daunce with other for to trace,
For which all honour who prudently can ſee,
Is little worth that doth ſo ſoon paſſe.

Death ſpeaketh to the Emperour.

SYr Emperour lord of all the ground,
Soverein prince and higheſt of nobleſſe,
Ye mot forſake of gold your apple round
Scepter and ſwerd and all your high proweſſe,
Behind letten your treaſour and your riches,
And with other to my daunce obey
Againſt my might is worth none hardineſſe,
Adams children all they muſt deye.

The Emperour maketh aunſwer.

I Note to whom that I may appeal
Touching death which doth me ſo conſtrein
There is no gin to helpen my querell
But ſpade and pickoys my grave to atteyne,
A ſimple ſheet there is no more to ſeyn,
To wrappen in my body and viſage,
Whereupon ſore I me compleyne,
That great Lordes have little auvantage.

Death ſpeaketh to the Cardinal.

YE been abaſhed it ſeemeth and in drede,
Syr Cardynal it ſheweth by your chere,

But

But yet forthy ye follow shall in deed,
With other folke my daunce for to lere,
Your great aray all shall leaven here.
Your hat of red, your vesture of great cost,
All these thinges reckoned well in fear.
In great honour good advise is lost.

The Cardinal maketh aunswer.

I have great cause, certes this is no faile,
To be abashed and greatly dread me
Sith death is come me sodainly to assaile
That I shall never hereafter clothed be,
In grise nor Ermine like unto my degree,
Mine hat of red leuen eke in distresse,
By which I have learned well and see,
How that all joy endeth in heavinesse.

Death speaketh to the King.

O Noble King, most worthy of renoune
Come forth anon for all your worthines
That whilom had about you environ
Great royalty and passing hye noblesse:
But right anon all your great highnesse,
Sole from your men in haste ye shall it lete
Who most aboundeth here in great riches,
Shall bear with him but a shete.

The King maketh aunswer.

I have nought learnd here tofore to dance,
No daunce insooth of footing so savage,
Where through I see by cleer demonstrance,
What pride is worth or force of high linage,
Death all fordoth this is his usage,
Great and small that in this world sojourne,
Who is most meek I hold him most sage,
For we shall all to the dead ashes tourne.

Death speaketh to the Patriarchs.

SIr Patriarche all your humble cheer,
Me quiteth you nought nor your humility,
Your double crois of Gold and Stones cleer,
Your power whole, and all your dignity,
Some other shall of very equity
Possede anon as I rehearse can
Trusteth never that ye shall Pope be
For holy hope deceiveth many a man.

The Patriarch maketh aunswer.

WOrldly honour gret tresour and riches,
Have me deceived soothfastly indeed,
Mine old joyes been turned into tristesse,
What availeth such treasures to possede?
It climbeth up, a fall hath for its mede,
Great estates folke wasten out of number,
Who mounteth high it is sure, and no drede,
Great burthen doth him oft encumber.

Death speaketh to the Constable.

IT is my right to arest you and constreyne,
With us to dance my master sir Constable,
For more stronger than ever was Charlemain
Death hath affoyced and more worshipable.
For hadines ne knighthood this is no fable,
Nor strong armure of plates nother of maile,
What gayneth armes of folke most notable,
When cruel death list him to assaile.

The Constable maketh aunswer.

My purpose was and whole intention
To assail Castles and mighty Fortresses
And bring folke unto subjection,
To seek honour, fame, and great richesses,
But I see that all worldly prowesse
Death can abate which is a great despite,
To him alone sorrow and eke sweetnesse,
For against death is found no respite.

Death speaketh to the Archbishop.

SYr Archbishop, why do you withdraw,
So frowardly, as it were by disdain?
Ye must approach to my mortall law,
It to contrare it were nought but in vayne;
For day by day there is none other gayne,
Death at the hand, pursueth every coast,
Prest and debte mot be yelde againe,
And at a day men counten with her host.

The Archbishop maketh aunswer.

ALl as I wote not to what party for to flee;
For dread of death I have so gret distresse;
To escape his might I can no refute see
That who so knew his constraint and duresse,
Ye would take reason to maistresse,
Adue my treasour, my pompe, and pride also,
My painted chembers my port & my freshnes,
Thing that behoveth nedes mot be do.

Death speaketh to the Baron.

YE that among Lords and Barons,
Have had so long worship and renowne,
For yet your trumpets and your clarions,
This is no dreame nor simulacion,
Whilom your custom and entencion,
Was with Ladies to daunsen in the shade,
But oft it happeth in conclusion
One man breaketh that another made.

The Baron maketh aunswer.

FAll oft sith I have been auctorised,
To high enprises and things of gret fame,
Of high and low my thank also devised,
Cherish'd with Ladies and women high of name
Ne never one me was put no defame.
In Lords of Court which that was notable,
But deaths stroke hath made me lame,
Under heaven in earth is nothing stable.

Death speaketh to the Princess.

COme forth anon my Lady good Princess
Ye must also gon upon this daunce,
Nought may avayle your great straungeness
Neither your beauty nor your gret pleasance
Your rich aray nother your dalliance,
That whilom couth so many hold in hond
In love for all your double variance
Ye mot as now this footing understond.

The Princess maketh aunswer.

ALas I see there is none other boot,
Death hath in earth no lady nor mastres
And on this daunce yet mot I nedes foote,
For there nis Queen, Countess, ne Dutchess;

Flouring in bounty, noʒ in her fayrneſs
That ſhooe of death mot paſſe the paſſage,
When our beauty and counterfeit fairneſs
Dieth, adue then our rimpled age.

Death ſpeaketh to the Biſhop.

MY Loʒd ſir Biſhop with Miter and Croſs,
Foʒ all your riches ſoothly I enſure,
Foʒ all your treaſure kept in cloſſe
Your woʒldly goods, and goods of nature,
Of your ſheep the dreadfull ghoſtly cure,
With charge committed to your prelacy
Foʒ to accompt ye ſhall be brought to lure,
No wight is ſure that climbeth over high.

The Biſhop maketh aunſwer.

MIne heart truly is nother glad ne mery,
Of ſodein tidinges which that ye bring,
My feaſt is turned into ſimple fery,
That foʒ diſcomfoʒt me liſt nothing ſyng,
The woʒld contraries to me now in woʒking,
That all folks can ſo diſherit,
Ye all with halt (alas) at our parting,
All thing ſhall paſs, ſave only our merit.

Death ſpeaketh to the Squire.

COme foʒth ſir Squire right freſh of your a
That con of daunces all the new guiſe, (ray
If ye date harnes freſhly hoʒſed yeſterday,
With ſpere and ſhield at your uncouth deviſe.
And took on you ſo many high empʒiſe,
Daunſeth with us it will no better be,
There is no ſuccour in no maner wiſe,
Foʒ no man may fro deaths ſtroke flee,

The Squire maketh aunſwer.

SIthence that death holdeth me in his laſe,
Yet ſhall I ſpeak oo woʒd ere I paſſe,
Adue all mirth, adue now all ſolace,
Adue my Ladies whilom ſo freſh of face,
Adue beauty, pleaſaunce, and all ſolace,
Of deaths chaunge every day is pʒime,
Think on your ſouls ere the death manace,
Foʒ all ſhall rot, and no man wot what time.

Death ſpeaketh to the Abbot.

COme foʒth ſir Abbot with your bʒode hat,
Weeth nought abaſht, if ye haven right,
Great is your head, your belly large and fat,
Ye mot come daunce if ye be nothing light.
Leaveth your abbey to ſome other wight,
Your heyre is of age your ſtate to occupie,
Who that is fatteſt I have him behight,
In his grave ſhall ſooneſt putrifie.

The Abbot maketh aunſwer.

OF theſe thʒets have I none envie,
That I ſhall now leave all the governance
But that I ſhall as a cloyſterer dye,
This death is to me paſſing gret grievaunce,
My liberty noʒ my great habundaunce,
What may they availe in any maner wiſe
Yet aske I mercy with heartely repentance,
If in dying to late men them aviſe.

Death ſpeaketh to the Abbeſſe.

AND ye my Lady gentle dame Abbeſſe,
With your mantles furred large and wide,
Your veil your wimple paſſing of gret riches,
And bedes (ſiſter) you mot not leyn on ſide,
Foʒ to this daunce I ſhall be your guide,
If ye be tender doʒne of gentle blood,
Whiles that you live foʒ your ſelf pʒovide,
Foʒ after death no man hath no good.

The Abbeſſe maketh aunſwer.

ALas that death hath thus foʒ me ordaind,
That in no wiſe I may it nought decline,
If it be ſo, fulfoft I have conſtraind,
Weſt and thʒote my notes out to twine,
My chekes round garniſhed foʒ to ſhine,
Ungird full oft to walken at the large,
Thus cruel death with all eſtates fine,
Who hath no ſhip muſt row in bote oʒ barge.

Death ſpeaketh to the Bayly.

COme foʒth ſir Bayly that know all guiſe,
By your office of trouth and rightwiſeneſs,
Ye muſt come to a new aſſiſe,
Extoʒtions and wʒongs to redʒeſſe,
Ye be ſomned as law biddeth expʒeſſe,
To yeve accompts the judge will you charge,
Which hath ordained to excluden all falſnes,
That every man ſhall bear his own charge.

The Bayly maketh aunſwer.

O Thou Loʒd God this is a hard journey,
To which afoʒn I took but little hede,
My chance is turned, and that foʒethinketh me,
Whilom with Judges what me liſt to ſpede.
Lay in my might by labeur oft foʒ mede,
But ſith there is no reſcus by battayle,
I hold him wiſe that couth well ſeen in dede,
Again death that none apel may vayl.

Death ſpeaketh to the Aſtronomer.

COme foʒth maſter that lookeſt up ſo high
With inſtruments of Aſtronomy,
To take the grees and height of every ſtarre,
What may availe all your aſtrology?
Sith of Adam all the genealogie,
Made firſt of God to walk upon the ground,
Death with areſt thus ſaith Theologie,
And all ſhall dye foʒ an apple round.

The Aſtronomer maketh aunſwer.

FOʒ all my craft, cunning, oʒ ſcience,
I can nought find no pʒoviſion,
Nother in the ſtars ſearch out no difference,
By domifying oʒ calculation.
Save finally in concluſion,
Foʒ to deſcribe our cuming every dele,
There is no moʒe by ſentence of reaſon,
Who liveth aright mot nedes dye wele.

Death ſpeaketh to the Burgis.

SYr Burgis what do you long tary,
Foʒ all your avoyry and your gret riches,
If ye be ſtrong, deinous, and contrary,
Towards this dance, ye mot you nedes dreſs.

Foʒ

For of all treſour, plenty, and largeſſe,
From other it came, and ſhall unto ſtrangers,
He is a foole that in ſuch buſineſs,
Wot nought for whom he ſtuffeth his garners.

The Burgis maketh anſwer.

CErtes to me it is great diſpleaſaunce,
To leave all this, and mai it nought aſſure,
How theſe rents, treaſour and ſubſtance,
Death all devoureth ſuch is his nature,
Therfore wife is no creature,
That ſet his heart on good that may diſſever,
The world it lent the world will it recure,
And who moſt hath, lotheſt dyeth ever.

Death ſpeaketh to the Canon Secular.

AND ye ſir Chanon with many gret Prebend
Ye may no lenger have diſtribution,
Of Gold, Silver, largely to diſpend,
For there is now no conſolation,
But dance with us for all your high renowne
For if death ſtode upon the brinke,
Ye may thereof have no delation
Death cometh ay when men leaſt on him thinke.

The Chanon maketh anſwer.

MY benefice with mony perſonage
God wot full lite may me now comfort,
Death hath of me ſo gret advauntage,
That all my riches may me nought diſport,
Amiſſe of gris they will ayein reſort,
Unto the world a ſurpleſs and prebend,
All is vainglory truely to report,
To dyen well, each man ſhould entend.

Death ſpeaketh to the Marchant.

YE rich marchant ye mot look hitherward,
That paſſed have full many divers lond,
On horſe and foot, having moſt regard
To lucre and winning as I underſtond,
But now to dance you mot give me your hond,
For all your labour full litle avayleth now,
Adue vainglory both of free and bond,
None more covet then thei that have ynough.

The Marchant maketh anſwer.

BY many a hill, and many a ſtrong vale
I have travailed with many marchandiſe,
Over the ſea down carrie many a bale,
To ſondry Iles more then I can deviſe.
Mine heart inward ay fretteth with covetiſe,
But all for nought now death doth me conſtrein,
For which I ſee by retoyd of the wiſe,
Who all embraceth litle ſhal conſtrein.

Death ſpeaketh to the Chartreux.

YEve me your hond with cheke dead and pale
Cauſed of watch and long abſtinence,
Sir Chartreux and your ſelf availe,
Unto this daunce with humble patience.
To ſtrive ayein may be no reſiſtance,
Lenger to live let nought your memory,
If I be lothſome as in appearance,
Above all men death hath the victory.

The Chartreux maketh anſwer.

UNto the world I was dead long agon,
By mine order and my profeſſion,
And every man be he never ſo ſtrong,
Dreadeth to dye by kindly motion.
After his fleſhly inclination,
But pleaſe to God my ſoul to borrow,
Fro friends might and fro damnation, (row.
Some arne to day that ſhall nought be to mor-

Death ſpeaketh to the Sergeant.

COme forth ſir Sergeant with your ſtately
Make no defence nor rebellion (male,
It may nought avail to grutchen in this caſe,
If ye be deyners of condition,
For neither pele nor protection,
May you fraunchiſe to do nature wrong,
For there is none ſo ſturdy champion,
If he be mighty, another is alſo ſtrong.

The Sergeant maketh anſwer.

HOw dare this death ſet on mearſt,
That am the Kings choſen officer,
Which yeſterday both Eaſt and Weſt,
Mine office did full ſurquedous of chere.
But now this day I am areſted here,
And can nought flee, if I had it ſworne,
Every man is loth to dye both farre and nere
That hath nought learned for to be ded aforn.

Death ſpeaketh to the Monke.

SIr Monke alſo with your blake habite
Ye may no lenger hold here ſojoute,
There is nothing that may you here reſpite,
Agein my might you for to do ſuccour.
Ye mot accompt touching your labour,
How ye have ſpend it in dede word and thought
To earth and aſhes turneth every floure,
The life of man is but a thing of nought.

The Monke maketh anſwer.

I had leaver in the cloyſter be
At my book and ſtudy my ſervice,
Which is a place contemplatif to ſee,
But I have ſpent my life in mony wiſe,
Like as a foole diſſolute and nice,
God of his mercy grant me repentance,
By chere outward hard is to deviſe
All be not merry which that men ſee daunce.

Death ſpeaketh to the Uſurer.

THou Uſurer looke up and behold,
Unto thy winning thou ſetteſt ay thy paine
Whoſe covetiſe never wareth cold,
Thy gredy thruſt ſo ſore doth the conſtrein.
But thou ſhalt never to thy deſyre attaine,
Such an Etick thy heart freten ſhall,
But that of pity God his honde refraine
One perilous ſtroke will make thee loſen all.

The Uſurer maketh anſwer.

NOw behoveth ſodeinly to dye, (vance
Which is to me great paine and eke gre-
Succour to fynde I ſee no maner way,
Of Gold nor Silver by none cheviſance.

Death through his haſt abideth no purveiance
Of folkes blinde, that can nought loke well,
Full oft happeth by kinde of fatall chaunce,
Some have fayre eyen that ſee never adell.

The Poor Man borroweth of the Uſurer.

VSurer to God is full great offence,
And in his ſight a great abuſion,
The poor borroweth percaſe for indigence,
The rich lent by falſe collufion.
Onely for lucre in his intention,
Death ſhall both to accompts ſet,
To make reckoning by computation,
No, no man is quit that is behind of dette.

Death ſpeaketh to the Phyſitian.

MAſter of Phiſike which on your urine,
So loke and gape and ſtare againſt the ſun,
For all your craft and ſtudy of medicine,
All the practike and ſcience that ye con.
Your life courſe ſo far forth is ronne,
Aye in my might your craft may not endure,
For all the gold that thereby you have wunne,
Good leech is he that himſelf can recure.

The Phyſitian maketh aunſwer.

FAll long agon that I unto Phiſike,
Set my wit and eke my diligence,
In ſpeculatike, and alſo in practike,
To great a name through mine excellence.
To fynd out againſt Peſtilence,
Preſervatives to ſtaunche it and to fine,
But I dare ſhortly in ſentence,
Say that againſt death is worth no medicine.

Death ſpeaketh to the amerous Squire.

YE that be gentle ſo freſh and amerous,
Of yeres young, flouring in your greene age,
Luſty, fre of hert, and eke deſirous,
Full of deviſes and chaunge in your courage,
Pleaſant of port, of loke, and of viſage,
But all ſhall turne into aſhes dead,
For all beauty is but a fayne ymage,
Which ſtealeth away, or folks can take hede.

The Squire maketh aunſwer.

ALas, alas, I can nowe no ſuccour,
Againſt death for my ſelfe provide,
Adue of youth the luſty freſh flower,
Adue vain-glory of beauty, and the pryde,
Adue all ſervice of the god Cupide,
Adue my Ladies ſo freſh, ſo well beſeyn.
For agayn death nothing may abide,
And windes great gon doun with litle reyn.

Death ſpeaketh to the Gentlewoman.

COme forth miſtreſs of yeers yong and grene
Which hold your ſelf of beauty ſovereign,
As fayre as ye was whilom Polyrene,
Penelope, and the Queen Helein.
Yet on this daunce they went both tweyne,
And ſo ſhall ye for all your ſtraungeneſſe,
If danger long in love hath lad you reyne,
Areſted is your chaunge of doubleneſſe.

The Gentlewoman maketh aunſwer.

O Cruel death that ſpareth none eſtate
To old and yong thou art indifferent,
To my beauty thou haſt ſaid checkmate,
So haſty is thy mortal judgment.
For in mine youth this was my entent,
To my ſervice many man to have lured,
But ſhe is a fool ſhortly in ſentment,
That in her beauty is to much aſſured.

Death ſpeaketh to the Man of Law.

SIr advocate short proceſſe for to make,
Ye mot come plete afore the high Judge,
Many quarels ye have undertake,
And for lucre done to falſe refuge.
But my fraunchiſe is ſo large and huge,
That counſail none avayle may but trouth,
He ſcapeth wiſely of death, the great deluge,
Tofore the dome, who is nought teint with (slouth.

The Man of Law maketh aunſwer.

OF right and reaſon by Natures law, (fence
I can nought putten againſt death no de-
For all my wit, nor for all my gret prudence,
To appeal from his dreadful ſentence.
Nother by no ſleight me kepen or withdraw
Nor nothing in earth may a man preſerve,
Again his might to make reſiſtance,
God quiteth all men like as they deſerve.

Death ſpeaketh to Mr. John Rikil Tregetour.

MAſter John Rikil whilom Tregetour,
Of noble Henry King of England,
And of France the mighty Conquerour,
For al the ſleights and turning of thinehond,
Thou muſt come nere my daunce to underſtond
Nought may avail all thy concluſions
For death ſhortly nother on ſea ne lond,
Is not deceived by none illuſions.

The Tregetour maketh aunſwer.

WHat may availe magike naturall,
Or any craft ſhewed by appearance,
Or courſe of ſtarres above celeſtiall,
Or of the heavens all the influence.
Againſt death to ſtond at defence,
Legerdemain now helpeth me right nought,
Farewell my craft and ſuch ſapience,
For death mo maiſtries hath y wrought.

Death ſpeaketh to the Perſon.

O Sir curat that been now here preſent,
That had your worldly inclination,
Your heart entere, your ſtudy and entent,
Moſt of your tithes and your oblation.
Which ſhould have be of converſation,
Mirrour to other light and exemplary,
Like your deſert ſhall be your guerdon,
And to every labour due is the ſalary.

The Perſon maketh aunſwer.

MAugre my will I muſt condiſcend,
For death aſſayleth every lively thing,
Here in this world who can comprehend,
His ſodein ſtroke and his unwary turning.

Farewel

Farewel tithes, and farewel mine offering,
I mot go counpten by order by and by,
And for my sheep make a just reckoning,
And who that to him quiteth I hold he is happy.

Death speaketh to the Jurrour.

MAster Jurrour which that at assises,
And at Sheves Quarts didst embrace,
Deper didst lond like to thy devises,
And who most gave most stode in thy grace.
The poor man lost both lond and place,
For gold thou coundest forke disherite,
But now let see with thy craunt face,
Tofore the Judge how canst thee quite.

The Jurrour maketh aunswer.

WHilom I was cleped in my countrey,
The beiweather and that was not alight,
Nought loved but drad of high and low degree,
For whom me list by craft I could endite.
Hongen the true and the thefe respite,
All the countrey by my word was lad,
But I dare sein shortly for to write,
Of my death many a man is glad.

Death speaketh to the Minstral.

O Thou minstral that can so note and pipe,
Unto folke for to done pleasaunce,
By the right hond I shall anon thee gripe,
With thefe other to gone upon my daunce.
There is no scape nother a boydaunce,
On no side to contune my sentence,
For in Musike my craft, and accordance,
Who maister is shewen his sentence.

The Minstral maketh aunswer.

THis new daunce is to me so straunge,
Wonder divers and passingly contrary,
The dredeful footing doth so oft chaunge,
And the measures so oft sith vary.
Which unto me is now nothing necessary,
If it were so that I might assert,
But many a man if I shall nought tary,
Oft daunseth but nothing of hert.

Death speaketh to the Labourer.

THou Labourer which in sorrow and peyn,
Hast lad thy life in great travayle,
Ye must eke dance and therefore nought disdein,
For if you do it may thee nought avayle,
And cause why that I thee assayle,
As onely this fro thee to discever
The false world that can so folkes fayle
He is a fool that weneth to liven ever.

The Labourer maketh aunswer.

I Have wished after death full oft,
Albe that I would have fled him now,
I had lever to have lyen unsoft,
In wind and rain to have gon at the plow,
With spade and pikoys laboured for my prow.
Dolven and ditched and at the cart gone,
For I may say and tell platly how,
In this world there is rest none.

Death speaketh to the Frere menor.

SIr Cordelere to you mine hand is raught
You to this daunce to convey and lead,
Which in your preaching han ful oft ytaught
How that I am most gastful for to drede
Albe that folke take therto none heed,
Yet is there none so strong, ne so hardy,
But death dare him rest, and let for no mede,
For death every houre is present and ready.

The Frere maketh aunswer.

WHat may this be that in this world no
Here to abide may have no surety (man
Strength, riches, nor what so that he can,
Of worldly wisedom all is but vanity,
In great estate nor in poverty,
Is nothing found that may his death defend,
For which I say to high and low degree,
Wise is that sinner that doth his life amend.

Death speaketh to the Child.

LItle Faunte that wert but late borne,
Shape in this world to have no plasaunce,
Ye must with other that gone herebefore,
Be lad in hast by fatal ordinance,
Learne of new to gone on my daunce,
There may none age escape insoth therefro,
Let every wight have this in remembrance,
Who lengest liveth most shall suffer woe.

The young Child maketh aunswer.

AA, a, a, woorde I canot speake,
I am so yonge I was borne yesterday,
Death is so hasty on me to be weak,
And list no lenger to make no delay.
I am but now borne, and now I go my way,
Of me no more to tele shall be told,
The will of God no man withstondmay,
As soon dyeth a yong as an old.

Death speaketh to the young Clerk.

O Ye sir Clerk suppose ye to be free,
Fro my daunce, or your selfe defend,
That wend have risen unto high degree,
Of Benefice or some great Prebend.
Who climbeth highest, sometime shall descend;
Let no man grutch against his fortune,
But take at gree whatever God him lend,
Which punisheth all when time is oportune.

The Clerk maketh aunswer.

SHall I that am so yong a Clerk now die,
Of my service and have no better guerdon,
Is there no gayn ne no better way,
No better fraunchise nor protection?
Death maketh alway a short conclusion,
To late ware when men be on the brinke,
The world shall faile, and all possession,
For much faileth of thing that folkes thinke.

Death speaketh to the Hermite.

YE that have lived long in wilderneſſe
And there continued long in abstinence,
At the last yet ye mot you dresse,
Of my daunce to have experience.

For

For there against is no resistance,
Take now leave of thine Hermitage,
Wherfore every man advert to this sentence,
That this life here is no sure heritage.

The Hermite maketh aunswer.

TO live in desert called solitary, (space
May again death have respite none nor
At unset houre his coming doth not tary,
And for my part welcome by Gods grace.
Thanking him with humble chere and face,
Of all his gifts and great habundance,
Finally affirming in this place,
No man is rich that lacketh sufferance.

Death speaketh to the Hermite again.

THat is well said, and thus should every
Thanken his God & al wits dress, (wight,
To love and dred him with al his heart & might
Sith death to escape may be no sikernes.
As men deserve, God quiteth of rightwisnesse,
To rich and poor upon every side,
A better lesson there can no clerk expresse,
Than till to morow is no man sure to abide.

The King eaten of Worms.

YE folke that look upon this portrature,
Beholding here all estates daunce, (ture
Seeth what ye have been, and what is your na-
Meat unto worms nought els in substance.
And have this mirrour aye in remembrance,
How I lye here whilom crowned King,
To all estates a true resemblance,
That worms food is the fine of your living.

Machabree the Doctour.

MAn is nought els platly for to think,
But as wind which is transitory,
Passing ay forth, whether he wake or winke
Toward this dance haveth this in memory.
Remembring ay there is no better victory,
In this life here then fly, sin at the least:
Then shall ye reign in paradise with glory,
Happy is he that maketh in heaven his feast.

YEt there be folke mo than six or seven,
Recheles of life in many maner wise,
Like as there were hell none nor heaven,
Such false errour let every man despise.
For holy saincts and old clerkes wise,
Witten contrary her falsenes to defame,
To liven well take this for the best empryse,
Is worth much when men should hence pass.

Lenvoy of the Translatoure.

O Ye my Lords and Masters in all fear
Of aventure, that shall this daunce reade,
Lowly I pray with all my heart entere,
To correct whereas you see nede.
For nought elles I aske for my mede,
But goodly support of this translacion,
And with favour to suppowaile dede,
Beninglye in your correction.

OUt of the French I drough it of intent,
Not word by word, but following in sub-
And fromm Paris to England it sent, (stance
Only of purpose you to do pleasance.
Have me excused, my name is John Lidgate,
Rude of language, I was not borne in France,
Her curious Writers in English to translate,
Of other tong I have no sufficiance.

Here endeth the Daunce of Machabree.

EC



Ecclesiæ Cathedralis,

SARISBVRIENSIS,

Facies Orientalis,

Impensis

DECANI & CAP:

hujus Eccles:

W. Hollar. delin: et sculp:

Eccleſiæ Cathedralis
SARISBVRIENSIS
ab Eurоaquilone
proſpectus.



W. Hollar fecit.

375

In piorum hujus Ecclesiæ
fundatorum memorium
hoc posuit,

IACOBVS HERBERT, Arm:
pronob: PHILIPPI nuper
Comitis de Penbr: et Mont:
gomery Frater,



ECCLESIÆ CATHEDRALIS SARISBV

Pristinæ Pietatis memoriæ,
hoc posuit,
Rev: in Christo Pater
SETH
Saresbur: Episcopus,
A° 1672.



SIS A SEPTENTRIONE PROSPECTVS

W. Hollar delineavit et sculpsit.



ECCLESIA

Cathedralis Sarum *in agro* Wiltonienſi.

Chron. Joh. Bromton. col. 976. num. 60.

ANno Domini Mlxxvi°. *Hermannus* primus Epiſcopus *Saresberiæ* obiit; cui ſucceſſit *Oſmundus* Regis Cancellarius xxiv annis ſedens. Hic Eccleſiam novam apud *Saresberiam* ædificavit, & Clericos inſignes tam literis quàm cantu aggregavit; ita ut ipſe Epiſcopus libros ſcribere, illuminare & ligare non faſtidiret. Hic compoſuit librum ordinalem Eccleſiaſtici Officii, quem *Conſuetudinarium* vocant; quo, ferè tota nunc *Anglia*, *Wallia*, & *Hibernia* utitur.

Matth. Weſtm. in *An.* 1229.

A°. Dom. Mccxxix°. Magiſter *Robertus* de *Bingham* electus *Sarum*, apud *Septoniam* munus conſecrationis ſuſcepit, qui fabricam novæ Eccleſiæ ſuæ non ſegniter proſecutus, ipſam fæliciter conſummavit.

De *Ricardo* ſecundo, Epiſcopo *Dunelmenſi*.

Matth. Paris, in *An.* 1237.

Ad ejuſdem quoque ſpectat præconium immortale, quod Eccleſiam *Saresberienſem* à loco convexo, arido, & caſtro Comitis vicino, ad locum tranſtulit competentem; & conſilio nobilium artificum, quos à remotis convocaverat, amplum jecit fundamentum, ipſo primum lapidem componente. Ad quod opus promovendum, non tantum Epiſcopus, imò Rex, & cum eo multi Magnates manum porrexerunt adjutricem, unde quidam ait;

Rex largitur opes, fere præſul opem, lapicidæ
Dant operam; tribus his eſt opus, at ſtet opus.

Matth. Weſtm. in *An.* 1258.

A°. Dom. Mcclviii°. ad feſtum S. *Michaelis* celebris illa *Sarum* Eccleſia dedicata eſt, Domino Rege *Henrico*, & multis nobilibus *Angliæ* illic tunc præſentibus.

Carta Oſmundi *Epiſcopi de primâ fundatione ejuſdem.*

Pat. 5 R. 2. Part. 2. m. 27. per Inſpex.

✠ IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis ego *Oſmundus Seriberienſis* Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus, tam poſteris notifico quàm præſentibus ad honorem domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctiſſimæque *Mariæ* Virginis, & pro ſalute animarum *Will.* Regis, & uxoris ſuæ Reginæ *Matildis*, atque filii ſui *Will.* Regis *Anglorum*, Regni ſucceſſoris; pro ſalute etiam animæ meæ, Eccleſiam *Seriberienſem* me conſtruxeſſe, & in eâ Canonicos conſtituiſſe; atque illi viventibus Canonicè bona Eccleſiæ, ita ſicut ipſe obtinueram libere, & ut exigit regularis cenſura Canonice imperpetuum conceſſiſſe: Has ſcilicet villas præter militum terras; **Elemynniſter**, *Aultona*, **Cernenenſter**, **Begmenſter**, *Niderberia*, *Wertelintona*; Eccleſiam de *Scireborna* cum tota decimâ ejuſdem villæ, & cum cæteris appendiciis, exceptu Monachorum decimâ & ſepulturâ, Eccleſiam de *Berâ*, cum decimis & cæteris ibidem appendiciis. Eccleſiam S. *Georgii* in **Dorceſtre** cum decimis & cæteris appendiciis: Dimidiam Eccleſiam de *Merâ*, cum medietate decimæ, & cæteris ibidem appendiciis; Eccleſiam de *Seriberia* cum decimis & cæteris appendiciis. Et duas hidas & dimidium in eadem Villâ: Et ſex hidas & dimidium in **Stradfoꝛd**; & ante poſtam Caſtelli *Seriberienſis* terram ex utraque parte viæ in ortorum, domorumque Canonicorum neceſſitate. Eccleſiam de **Tunelesfoꝛd** cum decimis, cæteriſque ibidem appendiciis. Eccleſias de *Poterna*, & de *Laventonâ* cum decimis cæteriſque ibidem appendiciis. Eccleſias de *Ramesberia*, & de *Bedewindâ*, cum decimis cæteriſque appendiciis, & unum molendinum in eadem Villa. Eccleſiam de *Wanbergâ* cum decimis cæteriſque ibidem adjacentibus; & unam hidam & dimidium, & terram unius bordarii, & duodecim acras terræ in eadem Villâ, & ortulum unum in eadem Villâ. Eccleſiam de *Ferendonâ*, cum decimis cæteriſque ibidem adjacentibus. Eccleſiam de **Canyngas** cum decimis cæteriſque ibidem adjacentibus. Eccleſias de **Calne** cum decimis cæteriſque ibidem adjacentibus; Eccleſias de *Wordâ* cum decimis cæteriſque ibidem adjacentibus; Eccleſias de *Merlebergâ* cum decimis cæteriſque ibidem adjacentibus; Eccleſias de *Bledberiâ* cum decimis cæteriſque ibidem adjacentibus; Eccleſias de **Sunningas** cum decimis cæteriſque ibidem adjacentibus; & decem hidas terræ in **Rotſcamb**. Eccleſias de **Granham** cum decimis, cæteriſque ibidem adjacentibus.

Præterea conceſſi eis medietatem totius oblationis, quæ ſuper principale offertur Altare, exceptis ornamentis; & totam oblationem cæterorum Altarium. Sepulturam inſuper totam cum oblationibus, quæ Epiſcopo Miſſam celebranti offeruntur, præter auri medietatem in eadem Eccleſiâ.

Si quis autem Canonicorum, ſive ad dedicationem Eccleſiarum, ſive alias cum Epiſcopo ejuſdem Eccleſiæ fuerit, partem oblationis, ſicut Capellanus habebit.

Ad hæc etiam duas partes præbendæ Canonici defuncti in uſum conceſſi cæterorum Canonicorum, & tertiam partem in uſum pauperum per unius anni ſpacium.

Scripta eſt autem hæc Carta & confirmata anno incarnationis dominicæ Mxci° indictione xiv°. *Willielmo* Rege Monarchiam totius *Angliæ* ſtrenuè gubernante anno quarto regni ejus apud **Waltingas**. His ſubſcriptis teſtibus de illâ medietate oblationis principalis Altaris quam retinet Epiſcopus in manu ſuâ dabuntur

buntur uni Canonicorum per annum quatuor libræ quousque præbenda sua perficiatur.

Quisquis verò hæc pervertere voluerit perpetuo anathemate, &c.

✠ Signum *Willielmi* Regis *Anglorum.*
✠ Signum *Rogeri* Comitis.
✠ Signum *Hugonis* Comitis.
✠ Signum *Henrici de Ferrariis.*
✠ Signum Comitis *Will. de Warennâ.*
✠ Signum *Wlnoti.*
✠ Signum *Croc* Venatoris.
✠ Signum *Roberti de Insula.*

✠ Signum *Thomæ* Archiepiscopi.
✠ Signum *Walchelin* Episcopi.
✠ Signum *Mauricii* Episcopi.
✠ Signum *Johannis* Episcopi.
✠ Signum *Hoelli* Episcopi *Cenomannensis.*
✠ Signum *Herberti* Episcopi.
✠ Signum *Remigii* Episcopi.
✠ Signum *Gundulfi* Episcopi.
✠ Signum *Roberti* Episcopi.
✠ Signum *Rotberti* Cancellarii.
✠ Signum *Radulfi* Episcopi.

✠ Signum *Ivonis Dapiferi.*
✠ Signum *Arnulfi de Hesdinc.*
✠ Signum *Hugonis de Partu.*
✠ Signum *Ranulfi Pevrel.*
✠ Signum *Radulfi Paganelli.*
✠ Signum *Eudonis Dapiferi.*
✠ Signum *Rogeri Bigoti.*
✠ Signum *Huberti de Riâ.*

✠ Signum *Gisleberti de Tonebruge.*
✠ Signum *Will. de Albinio.*
✠ Signum *Will. de Perceio.*
✠ Signum *Roberti Dispensatoris.*
✠ Signum *Walteri Hosati.*
✠ Signum *Will. Pevrel.*
✠ Signum *Will. Filii Baldwini.*
✠ Signum *Rogeri de Novant.*
✠ Signum *Rotberti de Oilleio.*
✠ Signum *Unfridi de Insula.*

Carta Regis Johannis *de Eccleſiâ de* Welkesham.

Pat. 1 Ed. 4. part. 6. m. 12. per Inſpex. (ſc. H. 3.)

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes Andegaviæ Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos Cartam domini *Johannis* patris nostri Regis *Angliæ* inspeximus in hæc verba. *Johannes* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, &c. Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmasse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* & *Hereberto* Episcopo *Sarum* & successoribus suis, omnes donationes quas venerabilis *H.* proavus noster & *H.* pater noster quondam Reges *Angliæ* dederunt & concesserunt, & Cartis suis rationabiliter confirmaverunt Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Sarum.* Præterea de proprio dono nostro dedimus & concessimus, & præsenti cartâ nostrâ confirmavimus eidem Ecclesiæ & præ-

nominato Episcopo, & successoribus suis, in puram & perpetuam elemosinam Ecclesiam de **Welkesham** cum omnibus ad eam pertinentibus, ad eam Ecclesiam *Sarum* dotandam. Concessit autem nobis idem Episcopus, quod Anniversarium patris nostri *Henrici* Regis & nostrum solempniter fiet singulis annis in Ecclesiâ *Sarum.* Concessimus præterea, & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Sarum*, & *Hereberto* ejusdem Ecclesiæ Episcopo & successoribus suis, omnes terras & possessiones suas, & tenementa sua libera & quieta imperpetuum ab omnibus exactionibus cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis. Quare volumus, &c. Data per manum *H. Cantuar.* Archidiaconi Cancellarii nostri apud *Falesiam* quarto die *Junii*, anno Regni nostri secundo.

Carta Regis Henrici *Tertii transſationem ejusdam Eccleſiæ ratificans.*

Hen. 3. HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ* Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos, ob reverentiam & honorem Dei & Beatæ *Mariæ* semper Virginis, & pro salute nostrâ, & hæredum & antecessorum nostrorum concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmasse Deo & Ecclesiæ Beatæ *Mariæ*, cujus translationem de castro nostro *Saresbiriæ* ad locum inferiorem factam ratam habemus; & in cujus Ecclesiæ fundamento primum lapidem posuimus; & venerabili Patri *Ricardo* ejusdem loci Episcopo, suisque successoribus, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ, & hominibus suis omnes libertates & liberas consuetudines quas habuerunt temporibus prædecessorum nostrorum Regum *Angliæ*, ubicunque locorum in Regno nostro, per Cartas eorundem antecessorum, vel aliorum de Regno nostro dictæ Ecclesiæ, Episcopis & Canonicis collatas & confirmatas, sicut Cartæ prædecessorum nostrorum, & aliorum donatorum rationabiliter testantur. Volumus etiam & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod locus ille, qui dicitur Nova-**Saresbiriæ** sit libera civitas imperpetuum, clausa fossatis, sicut inferius notatum est. Et quod cives ejusdem civitatis ibidem manentes, per totam terram nostram sint quieti de Theolonio, Pontagio, Passagio, Panagio, Lestagio, Stallagio, Cariagio, & omni aliâ consuetudine, per totam terram nostram de omnibus rebus suis quas per terram vel per aquam deportare fecerint. Et prohibemus ne quis eos, aut possessiones, aut terras, aut servientes eorum, contra libertatem Cartæ nostræ vexet vel disturbet super fortisfacturam nostram. Et concedimus, quod prædicti cives imperpetuum habeant omnes alias libertates & quietancias per totam terram nostram, quas habent cives nostri *Wintoniæ.*

Volumus etiam & concedimus Præfato Episcopo & successoribus suis, quod prædictam civitatem propter metum latronum, fossatis com-

competentibus claudant & teneant imperpetuum, ſicut proprium dominicum ſuum ; ſalvâ nobis & hæredibus noſtris advocatione ejuſdem ſedis, & omni alio jure, quod in eâ vacante, ſicut in aliis Cathedralibus Eccleſiis vacantibus in Regno noſtro habemus & habere debemus. Non autem licebit civibus prædictis burgagia vel tenementa quæ habent & habituri ſunt in eadem civitate, Eccleſiis vel viris religioſis dare vel vendere vel invadiare ſine licentiâ & voluntate prædicti Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum. Concedimus inſuper eidem Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quod pro neceſſitatibus ſuis & Eccleſiæ ſuæ Tallagium vel rationabile auxilium capiant de prædictis civibus ſuis, quando nos vel hæredes noſtri Tallagium faciemus in dominicis noſtris. Concedimus etiam prædicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis; quod ad emendationem ejuſdem civitatis, vias & pontes ad eam ducentes mutent & transferant, & faciant ſicut viderint expedire, ſalvo jure cujuſlibet alterius.

Volumus etiam & concedimus prædicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quod habeant ſingulis annis imperpetuum unam feriam in prædictâ civitate *Novæ Saresbiriæ* à vigilia Aſſumptionis Beatæ *Mariæ* uſque in Craſtinum Octavarum ejuſdem Feſti duraturam: Et qualibet ſeptemanâ unum mercatum ibidem per diem Martis, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi ferias & mercata pertinentibus. Volumus inſuper & præcipimus, quod omnes mercatores terrarum noſtrarum, & mercatores aliarum terrarum qui ſunt ad pacem noſtram, & eorum mercandiſæ ad prædictam civitatem venientes, & ibidem morantes & inde recedentes habeant liberum venire, ſtare, & recedere, tam per aquas & pontes, quàm per terram; & quod liberos habeant introitus in terram noſtram, & liberos exitus à terrâ noſtrâ ſine omni impedimento Ballivorum noſtrorum & aliorum, faciendo debitas & rectas conſuetudines. Omnes autem prædictas libertates & quietancias concedimus prædicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis & Canonicis, & civibus prædictæ civitatis: Ita quod per hanc liberalem conceſſionem noſtram dictæ Eccleſiæ, & præfato Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, & Canonicis & civibus factam, nichil eidem Epiſcopo vel ejus ſucceſſoribus, vel dictæ Eccleſiæ Canonicis pro tempore ſubtrahatur, de libertatibus conceſſis eiſdem per Cartas prædeceſſorum noſtrorum Regum *Angliæ* & aliorum donatorum. Hæc omnia prædicta ſæpe-dicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis Canonicis & civibus prædictis conceſſimus, ſalvis libertatibus civitatis noſtræ *Londonienſis*. Quare volumus, *&c.* Data per manum venerabilis Patris *Radulphi Ciciſtrenſis* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud *Weſtm.* xxx°. die *Januarii*, Anno Regni noſtri xi°.

Carta Regis Henrici *Secundi, Poſſeſſiones ejuſdem Eccleſiæ recitans & confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, *&c.* Et omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglicis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & S. *Mariæ Sarum* Eccleſiæ, Eccleſiam de *Hethtredebiriâ* cum Appendiciis ſuis, Eccleſiam de **Godelemingе**, cum Eccleſiis, & Capellis, terris & decimis cæteriſque eidem Eccleſiæ adjcentibus; Eccleſiam de **Sutton**; Eccleſias de *Redmeniſtrâ*, & de *Radeclivâ*, & de *Lagha*, & de *Alewestanâ*; Eccleſias de utraque *Bedewindâ*, Eccleſiam de **Dernefoꝛd** cum terris & decimis quas *Walterus* filius *Ricardi*, & *Iſabel* de *Thorny*. & reliqui advocati ejuſdem Eccleſiæ ei dederunt: Eccleſiam de *Nedheravenâ*; Eccleſiam de *Heſſeburnâ*; Eccleſiam de **Burbeche**; Eccleſias de **Bꝛithleſwiꝺ**, & de **Schipeſtan**, & de **Simbꝛoc**, & **Huffetote** quas *Arnaldus Fulconarius* tenuit: Eccleſias de **Bꝛetfoꝛꝺ**, & de *Sunburnâ*, & de *Bremſenâ*: Eccleſias de *Cumbâ*, & de **Hareham**; Eccleſiam de **Odiham**, cum Eccleſiis, capellis, terris, & decimis & omnibus ei adjacentibus: Eccleſiam de *Merâ*, Eccleſiam de *Weſtbiriâ*; Eccleſiam de *Ficheldena*, Eccleſiam de *Alwarbiriâ*; Eccleſiam de **Stapelfoꝛꝺ**; Eccleſias de **Themtone**, & de **Rentone**, & de **Herburghetone**, & de **Elintone**, & de **Alfintone** cum omnibus rebus ad omnes ſuprædictas Eccleſias pertinentibus; & ad communam Canonicorum *Sarum* Eccleſiæ omnes decimas de *Novâ Foreſtâ*, & de **Pancet**, & de **Bocholt**, & de *Andeverâ*, & de *Huſſeburnâ*; & de omnibus foreſtis meis de **Wilteſcire**, & de **Doꝛſetſcire**, & **Berchſcire**: Et de omnibus rebus; ſcilicet de firmâ, de peſuagio, de herbagio, de vaccis, de caſeis, de porcis, de equabus: Et omnes Decimas prædictarum Foresſtarum de omni venatione, exceptâ decimâ illius venationis quæ capta erit —— ſtabilia in Foreſtâ de *Wyndeleſorâ*; & boſcum in Foreſtâ meâ quantumcunque opus fuerit ad *Sarum* Eccleſiam tenendum & reficiendum: Et præbendam de **Rotfeu** quam tenuit *Henricus Torpiet*: Et feriam habere apud *Sarum* per ſeptem dies; ſcilicet tres dies ante Feſtum S. *Mariæ* Septembri; & poſt Feſtum tres dies, & in die Feſti. Et duas hidas terræ apud **Warminiſtre** quas tenuit *Walterus* filius *Edwardi*. Et ut ſint imperpetuum quieti in mercatis a feriis per totam *Angliam* ab omni *Theolonio* & conſuetudine de toto dominio ſuo; ita quod nullus eis inde forisfaciat ſuper decem libras forisfacti. *Ib. m.* 11. *Hen.* 2.

Et quicquid *Matillis* Regina eis dedit in Mercato *Sarum*, ſcilicet in *Theolonio*, & in forisfactis & placitis ipſius *Theolonei* Et manerium de *Hortonâ* quod Agnes uxor *Huberti de Ri*, & *Henricus* filius ejus dederunt Eccleſiæ *Sarum*. Et decem libratas in terris & decimis, quas

Croc Venator dedit eidem Eccleſiæ. Et totam terram quam *Ailwardus* & *Godus* tenuerunt in Burgo *Sarum* & **Wiltone** ut Carta Regis *Henrici* avi mei teſtatur.

Præterea concedo Eccleſiæ *Sarum* & confirmo manerium de **Thornitone**, quod habet ex dono Comites *Patricii*, & *Walteri* Patres ejus. Et Eccleſiam de **Cerdeſtoc** ex dono *Gilberti* de *Percy*.

Præterea concedo & confirmo Eccleſiæ *Sarum* omnia antiqua tenementa ſua, quæ habuit ex dono Regis *Willielmi* & *Oſmundi* Epiſcopi; ſcilicet, Eccleſiam de *Berâ* cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam S. *Georgii* in *Dorceſtrâ* cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de **Farendone** cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de **Ca Calne** cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Wurdhâ* cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Merlebergâ* cum pertinentiis ſuis: Eccleſiam de *Bleberiâ* cum pertinentiis ſuis, & Prebendam de **Welinton**; Eccleſiam de **Graham** cum decimis cæteriſque ibidem adjacentibus. Et omnes illas Præbendas quas fecit *Oſmundus* Epiſcopus conceſſu Regis *Willielmi* de dominio ſuo, tam in Eccleſiis quàm in terris, ſicut Carta quam munit Sigillum Regis *Willielmi* teſtatur.

Concedo etiam & confirmo *Sarum* Eccleſiæ illam partem terræ, quam habuit Epiſcopus in **Sudhwedefuyd**, quæ dicitur **Alveſtone**, cum uno molendino, per ſervicium quod *Giſtebertus* de *Saresberiis* debet prædictæ Eccleſiæ ſingulis annis inde facere, ſicut Carta Epiſcopi & Canonicorum teſtatur. Teſtibus *Theobaldo Cantuarienſi* Archiepiſcopo, *Rogero Eboracenſi*, *Hilario Ciceſtrenſi* Epiſcopo; *Roberto Lincolnienſi* Epiſcopo; *Thomâ* Cancellario; *Roberto* Comite *Legreceſt*. *Patricio* Comite; *Ricardo* de *Humet* Conſtabulario; *Manaſſero Biſet* Dapifero; *Warino* filio *Geroldi* Camerario; *Humfrido* de *Buhun* Dapifero; *Engelgerio* de *Buhun*; *Ricardo* de *Haiâ*; *Roberto Bertram*; *Willielmo* filio *Hamonis*; *Roberto* de *Dunſtanvill*; *Johanni* filio *Hamonis*, apud *Sarum*.

EC-

INDEX COENOBIORUM;

NECNON

ECCLESIARUM CATHEDRALIUM,

Rerumque aliarum Memorabilium.

A.

ARundel Hoſpitale, in agro *Suſſ.* 98 a. n. 10.

Aſſerugge Prioratus, in agro *Buck.* 67 a. n. 50.

B.

BEgeham Abb. in agro *Suſſ.* 77 b. n. 30.

Blithe Prioratus, in agro *Notingh.* 19 b. n. 50.

Bradſole Prioratus, in agro *Cantiano*, 69 b. n. 20.

Brackley Hoſpitale, in agro *Northampt.* 83 b. n. 10.

Bredon Prioratus, in agro *Leic.* 62 a. n. 20.

Burceſter Hoſpitale, in agro *Oxon*, 96 b. n. 20.

Buſtleſham Abb. in agro *Berrocenſi*, 21 a. n. 10.

Butley Prioratus, in agro *Suff.* 110 a. n. 10.

C.

CAlke Prioratus, in agro *Derb.* 97 a. n. 10.

Candidæ-Caſæ Epiſcopus ſub juriſdictione *Eborac.* Archiepiſcopi, 145. 23. 60. 57. 48. 2.

Carleolenſis Epiſcop. *Ebor:* Archiepiſcopo ſubjectus, 148. n. 50.

Chicheſter Eccle. Cath. in agro *Suſſ.* 115 a.

Cold Norton Prioratus, in agro *Oxon*, 55 a. n. 10.

Creſſewelle Prioratus, in agro *Heref.* 17 a. n. 30.

Croxeſden Abb. in agro *Staff.* 40 a. n. 10.

Croxeſton Prioratus, in agro *Leic.* 73 b. n. 60.

D.

DAle Abb. (ſive de *Parco Stanley*) in agro *Derb.* 72 b.

Derley Abb. in agro *Derb.* 57 b. n. 30.

Dobore Hoſpitale S. *Mariæ*, 86 b. n. 40.

Drogheda Hoſpitale, infra Regnum *Hiberniæ*, 107 a. n. 10.

Durford Abb. in agro *Suſſ.* 78 a. n. 10.

Dunelm, Epiſcopus *Ebor.* Archiepiſcopo ſubjectus, 148. 10. 57.

E.

Boracenſis Eccleſia Cath. 128 a.

De conſuetudinibus antiquitus in eadem uſitatis, 164. n. 30, &c. & 165.

Statuta nova tempore Regis *Henrici* Octavi Ordinata, 166. n. 50.

Inventorium de Jocalibus, vaſiis, &c. in eadem, 169, &c.

De Coronatione Regis & dilatione Crucis pro Archiep. *Ebor.* 147. 6.

Eborac. Cœnobium S. *Mariæ*, 9 a. n. 40.

Eborac. Hoſpitale in Vico de *Foſſegate*, 98 a. n. 40.

Ebor. Eccleſ. *omnium Sanctorum*, S. *Petri* & S. *Trinit.* 163. 65, 66.

Ebor. Scholæ, 153. 31.

Ellerton Hoſpitale in agro *Ebor.* 108. n. 10.

Ewenny Prioratus in *Wallia*, 19 a. n. 10.

F.

G.

GInges Hoſpitale, in agro *Eſſex*, 96 a. n. 30.

Giſeburne Prioratus, in agro *Ebor*, 46 a. n. 30.

Glaſcuenſes Epiſcopi in *Scotia* ſub juriſdictione *Eborac.* Archiepiſc. 145. 34. 146. 7. 30. 50. 147. 46. 50.

Glouceſtre Cœnobium S. *Petri* (in agro *Glouc.*) 7 b. n. 60.

Ezolsmunt Prioratus, in agro *Ebor.* 15 a. 20.

H.

HEreford Eccl. Cath. per *Milefridum* Merciorum Regem fundata, 180 b. n. 30.
Holmcoltram Abb. in agro *Cumbr.* 34 *a. n.* 10.
Horkesley Prioratus, in agro ..... 30 b. n. 10.

I.

K.

Kepier Hoſpitale in agro *Dunelm.* 90 b. n. 10.

L.

LAndaff Eccl. Cath. in Com. *Glamorgan* 182 a.
Lenton Prioratus in agro *Notingh.* 648. n. 40.
Leſtune Abb. in agro *Suff.* 74. b. n. 20.
Littlemore Prioratus, in agro *Berrocenſi.* Vide Sandford.
Lichfeld Eccleſia Cath. per *Offam* Merciorum Regem fundata, 216 b.
Lincolne Eccleſia Cath. 257 a.
London Eccl. Cath. S. *Pauli*, 298 a.
London Hoſpitale S. *Joh. Hieroſolom.* 108 a. n. 40.
London Hoſpitale *Ricardi Whitington*, 99 b. n. 40.

M.

MAldon juxta, Hoſpitale S. *Egidii* in agro *Eſſex.* 95. b. n. 20.
Mirmaude Prioratus, in agro *Cantabr.* 107 b. n. 50.
Miſſenden Abb. in agro *Buck.* 18 a. n. 10.

N.

NEwinton-*Longevile* Prioratus, in agro *Buck.* 111. a. n. 10
Newton Hoſpitale, in agro *Ebor.* 88 a. n. 10.
Norwich Cœnobium, in agro *Norff.* 5 a. n. 40.
Norwich Hoſpitale S. *Pauli*, 43. a.

O.

ORcheneienſes Epiſcopi, ſub juriſdictione *Eborac.* Eccleſiæ, 144. 40. 145. 16.

P.

Q.

R.

RIppon Hoſpitale, in agro *Ebor.* 89 a. n. 50.
Rochester Cœnobium, in agro *Cantiano.* 1.
Ronton Prioratus, in agro *Staff.* 53 b. n. 10.
Ruthyn Hoſpitale, in agro *Denbighienſi*, 105 a. n. 10.

S.

SAndford Prioratus, in agro *Berrocenſi*, 13 a. n. 40. & 66 b. n. 10.
Saresburie Eccleſia Cath. in agro *Wilton.* 375 a.
Scotiæ Epiſcopi Eccl. *Eborac:* ſubjecti, 144. 50. 146. 10. 36. 50. 147. 20. 23.
Shelford Prioratus, in agro *Notingh.* 65 a. n. 20.
Sibeton Abb. in agro *Norff.* 32 a. n. 20.
Stanley Prioratus, in agro *Glouc.* 64 b. n. 40.
Stikelwould Prioratus, in agro *Linc.* 81 a. n. 50.
Stoke juxta *Newarke* Hoſpitale, in agro *Notingh.* 94 b. n. 10.

T.

TEmplarii 62 b. n. 10.
Twyneham Prioratus, in agro *Suthampt.* 45. n. 20.

W.

WAllingford Prioratus, in agro *Berrocenſi*, 11 a. n. 20.
Welle Hoſpitale, in agro *Ebor.* 89 b. n. 40.
Wherwell Abb. in agro *Suthampt.* 9 b. n. 50.
Wilberfoſſe Abb. in agro *Ebor.* 12 a. n. 40.
Wormley Prioratus, in agro *Heref.* 48 a. n. 20.
Worſpring Prioratus, in agro *Somerſetenſi*, 47 b. n. 10.

Index

Index Virorum.

A.

ABbe Gaufr. 83, 52.
Abbetot Urſo, 261, 22, 263, 31, 48, 264, 15.
Abrincis Matill. 71, 62.
Aette Will. 234, 39.
Aguillon Rob. 71, 47, 72, 53, 80, 58, 229, 19, 234, 38.
Aguillon Ric. 127, 15.
Alanus Comes, 3, 19.
Albini Will. 135, 13, 376, 37.
Albini Brito Will. 263, 5, 4, 266, 3.
Albini Nigellus, 11, 22, 185, 13, 262, 24.
Alrewas Rob. 225, 52.
Albemarle Co. Will. 38, 6, 39, 30.
Albericus Comes, 18, 8, 55, 42.
Aldithle Adam. 40, 54.
Alney Henr. 64, 18.
Ardene Rad. 75, 52.
Ardene Tho. 75, 59.
Argenton Will. 153, 62.
Arundel Co. Will. 50, 89.
Aubervill Will. 75, 52.
Aubervill Rob. 72, 54.
Auco Will. 8, 18.
Audley Nich. 53, 30.
Avenel Rob. 63, 36.

B.

BAdelon Winebaldus, 8, 36.
Bagot Rog. 40, 57.
Bajocis Alex. 149, 6.
Bajocis Joh. 265, 37.
Baignard Will. 309, 23.
Baillol Joſcelinus, 267, 9.
Bakepuz Rad. 234, 40.
Bardulf Will. 9, 39, 45, 65, 35, 61, 66, 7.
Bardolf Tho. 66, 19.
Bardolf Hugo, 76, 26.
Baſcherville Hugardus, 9, 12.
Baſcherville Walt. 17, 23.
Baſcherville Joh. 48, 35.
Baſingham Will. 75, 57.
Baſſet Fulco, 149, 31, 157, 12. 310, 67.
Baſſet Milo, 63, 36.
Baſſet Tho. 233, 30.
Baſſet R. 263, 6.
Baſſet Ric. 266, 13.
Baſſet Will. 187, 50.
Bavent Andr. 151, 10.
Beke Margareta, 54, 40.
Belemayns Joh. 309. 52.
Belet Mich. 76, 27, 79, 65.
Belet Will. 234, 40.
Belew Joh. 9, 5.
Bellofago A. 44, 55.
Berchelai Rog. 8, 20, 65. 5.
Bercheley Walt. 38, 33.
Berford Ric. 162, 12.
Berkyn.... 65, 23.
Bertram Rob. 378, 20.
Bigod Hugo, 65, 33, 51.
Bigod Will. 135, 14.
Bigod Rog. 265, 31, 376, 33.
Birone Margeria, 54, 65. *Vide Buron.*
Birun Jac. 93, 31.
Biſeche Rad. 40, 57.
Biſſet Manaſſ. 267, 56, 378, 17.
Bleitht Rad. 8. 40.
Bleys Petrus, 309, 58.
Blumvile Tho. 71, 45.
Blund Will. 152, 4.
Bodekeſham Euſtach. 111, 57.
Bohun. Humf. 63, 24. Dapifer Regis *H.* 1. 261, 57, 378, 18.
Bohun Engelgerius, 378, 19.
Bolebec Hugo, 111, 54.
Boloniæ Co. Euſtach. 309, 9.
Boloniæ Rog. 309, 29.
Boloniæ Co. Regin. 55, 34.
Bonevile Will. 162, 41.
Boniface Tho. 154, 49.
Boſco Ernaldus, 83, 51.
Boter Rob. 49, 30, 62, 1.
Botereus Regin, 69, 15.
Bourhull Paganus, 53, 40.
Braos Will. 80, 44, 47.
Brandon Regin. 312, 13.
Brailesford Nich. 61, 52.
Bray Will. 55. 64.
Breant Tho. 68, 67.
Bretton Gervaſ. 161, 40.
Brieguer Will. 234, 19.
Bricheford Rad. 97. 53.
Briſſet Jord. 96, 2.
Brito Rannulfus, 71, 49.
Broke Hugo, 69, 1.
Broke Laur. 233, 46.
Bromwiche Joh. 53, 14.
Brus Agnes, 9. 58.
Brus Adam, 137, 52.
Bruis Iſab. 80, 56.
Bubwith Garinus, 148, 25, 54.
Buci Hugo 80. 55.
Buckingh. Co. Walt. Giffard 111, 20.
Bugele Will. 77, 26.
Bulelege Will. 8, 25.
Bulemer Anchetinus, 146, 27.
Buliet Walt. 148, 61.
Burdeth Will. 83, 52.
Burdon Joh. 161, 40.
Burg Hugo, 61, 62.
Burgh Serlo, 134, 51.
Burgh Hubertus, 71, 19, 72, 20. *Vide Cantii Co.*
Burley Joh. 53, 30.
Buron Rog. 59 61.
Burton Henr. 154, 63.
Buſſei Rog. 8, 38.
Buſſel Tho. 13, 64.
Buteri Godefr. 111, 57.
Bygod Barthol. 234, 41.
Bygod Hugo Juſtic. Angl. 293, 39.

C.

CAdomo Walt. 32, 33.
Cadurcis Patric. 8, 51.
Caiſneto Will. 266, 5.
Calz. Giraldus, 262, 39.
Camera Adam. 233, 47.
Camerarius Gilb. 93, 55.
Camerarius Herb. 159, 21.
Camvile Gerardus, 129, 13, 134, 19.
Camvile Ric. 266, 5, 235, 27.
Camvile Walt. 40, 54.
Cantii Co. Hub. de Burgh 87, 25 9, 62.
Cantilupe Will. 233, 32.
Cantilupe Tho. 310, 16.
Capra Mich. 96, 42.
Carton Walt. 151, 38.

Cayneto Will. *vide Cheney.*
Cauz Rob. 65, 20, 58.
Ceſtr. Co. Hugo, 97, 44, 260, 54, 376, 8.
Ceſtr. Comitiſſa Matill. 97, 17.
Ceſtriæ Conſtab. Joh. 161, 23.
Chaiou Rog. 309, 28.
Chiambre Rob. 127, 2.
Chanſi Emma, 11, 24, 55.
Chanſi Anfridus, 161, 28.
Chanſi Rad. 12, 9.
Charnels Gilb. 84, 3.
Charrun Wiſcardus, 154, 34.
Chaundos Ric. 49, 27.
Cheney Will. 32, 56, 10, 12, 58, 33, 50.
Chetefeild Gilb. 71, 35.
Ciceſtriæ Co. Will. 123, 31, 56, 124, 5, 37.
Clare Co. Rog. 111, 53.
Claremont Rad. 55, 63.
Clervaulx Rob. 149, 36.
Clifford Ric. 310, 1.
Clifford Rob. 111, 44.
Clifford Simon, 17, 23, 185, 19, 53, 186, 49.
Clifford Walt. 9, 3.
Clifton Rob. 173, 34.
Clinton Galfr. 161, 41, 265, 57.
Cobham Regin. 71, 33.
Conſtance Walt. 79, 64.
Coneſtable Fulco, 154, 39.
Conſtantine Gaufr. 61, 55.
Corbet Alicia, 54, 45.
Corbeth Rob. 92, 30, 64,
Cornubia Ric. 68, 65.
Cornubiæ Co. Edm. 69, 7.
Corkebi Rob. 46, 61.
Covert Rog. 127, 1.
Coupland Ric. 12, 2.
Cramavil Rad. 152, 1.
Crakehul Joh. Theſaur. Regis, 233, 40
Craneford Rog 83, 53.
Creſſi Hugo, 33, 36, 74, 51.
Creſſi Margareta, 33, 45.
Creſſi W. 20, 10.
Crevequer Hamo, 71, 55.
Criol Bertramus, 70, 43, 71, 2, 48.
Croſt Hugo, 56, 49.
Croc Venator. 376, 12, 378, 1.
Culwen Gilb. 37, 7.
Cumbrai Alfredus, 97, 48.
Cuninghburgh Herb. 148, 60.
Curci Will. 73, 66.
Curci Rob. 260, 61.
Curt Rob. 8, 29.
Curtenai Rob. 47, 34.
Curtenai Will. 47, 19.

D.

DApifer Eudo, 260, 55, 376, 32.
Dapifer Ivo, 376, 7.
Dapifer Godefr. 6, 35.
Darel Marmaducus, 151, 5.
D'Avil Eudo, 161, 40.
D'Avil Henr. 151, 42.
D'Avil Joh. 191, 40.
David Rex Scotiæ, 34, 22.
De la Bere Ric. 53, 30.
De la Bere Kinardus, 53, 31.
De la More Jac. 154, 39.
Deincurt Rad. 266, 33.
Deſpenſator Rob. 376, 39.
Devereus Will. 187, 59, 44.
Devon. Co. Baldw. 45, 33.
Devon. Co. Will. de Vernon. 64, 2.
Dinegelby Tho. 162, 30.
Dinham Oliverus, 68, 65.
Dorton Paganus, 111, 59.
Dover Fulbertus, 69, 52.
Dounjeon Rad. 310, 6, 311, 18.
Draicote Phil. 40, 58.
Dunſtanvil—378, 21.

E.

EBroicis Steph. 49, 50, 52, 13, 186, 50.
Ebroicis Cecilia, 187, 17.
Ebroicis Will. 8, 31.
Ecchingham Will. 126, 66.
Eccleſfeild Steph. 157, 17.
Einesford Will. 2, 46.
Ely Will. 309, 14.
Eſſex H. Conſtabularius Regis H. 2. 267, 44.
Eſſexiæ Co. Galfr. de Mandevile, 81, 6.
Eſſexiæ Co. Galfr. Fil. Petri, 152, 12.
Eſſexiæ Comitiſſa Chriſtiana de Mandevile, 87, 50.
Eſſhewy Tho. 310, 20, 3.
Eſpec Walt. 134, 35, 60.
Etton Galf. 162, 48.
Evering Henr. 70, 5.
Everingham Adam, 65, 36, 62, 66, 21.
Evermu Hugo, 263, 58.
Eveſham Sim. 149, 32, 157, 13.
Ewyas Rodb. 8, 67.
Extraneus Joh. 50, 34, 51, 2, 40.
Extraneus Rog. 236, 16.
Eylesford Girardus, 52, 13.
Eylesford Joh. 53, 14.

F.

FAucomberge Walt. 9, 4.
Fekeby Rob. 151, 41.
Feringes Rog. 310, 27.
Ferrers Henr. 376, 9.
Ferrers Rob. 262, 8, 264, 56.
Ferrers Hugo, 60, 58.
Ferrers Co. Rob. 60, 25, 64.
Ferrers Co. Will. 60, 21, 62, 25.
Ferte Rad. 46, 59.
Fieldes Cono, 309, 25.
Fil. Aldelmi Will. 34, 21.
Fil. Alani Will. 55, 19, 65.
Fil. Amfridi Alanus 11, 43.
Fil. Ardingi Rob. 74, 27, 26.
Fil. Baldwini Will, 376, 43.
Fil. Columbani Galfr. 150, 53.
Fil. Comitis Brientius, 266, 42.
Fil. Conani Henr. 154, 36.
Fil. Erniſii Will. 71, 49.
Fil. Gamelini Odo, 8, 25.
Fil. Gameli Waldevus, 39, 14.
Fil. Geroldi Warinus Camerar. Regis H. 2. 267, 7, 57, 378, 17.
Fil. Geroldi Rogerus, 262, 37.
Fil. Geronis R. 135, 6.
Fil. Giſleberti Ric 8, 58.
Fil. Gilberti Rob. 97, 50.
Fil. Gilberti Jordanus, 12, 45, 28.
Fil. Godrici Rad. 7, 34.
Fil. Godebaldi Rob. 30, 20, 31, 10.
Fil. Goſpatrici Tho. 36, 60 39, 2.
Fil. Goſpatrici Waldevus, 46, 35, 43.
Fil. Haconis Will. 266, 5, 267, 55.
Fil. Hamonis Joh. 378, 21.
Fil. Hamonis Rob. 8, 20, 260, 59.
Fil. Johannis Euſtachius, 261, 58, 265, 60, 266, 61.
Fil. Johannis Tho. 46, 57.
Fil. Hugonis Joh. 16, 65.
Fil. Heliæ Alanus, 12, 11.
Fil. Hugonis Osbertus, 30, 37.
Fil. Michaelis Joh. 154, 38.
Fil. Nigelli Gilb. 162, 13.
Fil. Nigelli Will. 61, 59.
Fil. Noeli Rob. 53, 12.
Fil. Odonis Rad. 61, 55.
Fil. Orm. Goſpatric, 37; 64, 10, 39, 2.
Fil. Pagani G. 266, 55, 267, 1.
Fil. Pagani Guido, 18, 45.
Fil. Pagani Gaufr. 134, 36.
Fil. Petri Regin. 159, 27, 160, 18.
Fil. Petri Will. 108, 19.
Fil. Petri G. 76, 26.
Fil. Pigot Gilb. 97, 50.
Fil. Radulfi Hubertus, 59, 51, 72, 13.
Fil. Radulfi Ranulfus, 90, 67.
Fil. Radulfi Will. 72, 62.
Fil. Roberti Alanus, 46, 45.
Fil. Roberti Rob. 31, 38, 11.
Fil. Rogeri Ric. 229, 15.
Fil. Rogeri Fil. Reinfredi Gilb. 9, 54.
Fil. Stephani Rad. 58, 27, 45, 8, 34.
Fil. Turaldi Molo, 12, 6.
Fil. Turſtini Alanus, 151, 39.
Fil. Waldef. Alanus, 34, 35, 55, 46, 60, 44.
Fil. Walkelini Will. 229, 13.
Fil. Walteri Walt. 186, 51.
Fil. Walteri Ric. 377. 20.
Fil. Wamart Rob. 30, 39.
Fil. Wigani Wiganus, 161, 52.
Fil. Willielmi Alardus, 75, 55.
Fitun Will. 40, 55.
Flamvil Matill. 150, 38.
Foliot Samſon, 12, 8.
Fors Will. 34, 6.
Foſſard Will. 15, 31.
Fraunceys Johanna, 54, 61.
Fridaythorpe Henr. 154, 28.

Friday

Friday Rad. 84, 1.
Fritheby, Rob. 154, 39.
Furnellis Eugenulphus, 134, 46.
Furnival Galfr. 150, 17.

G.

GAmage Will. 49, 27.
Gateſdene Joh. 69, 2.
Gaunt Giſleb. 74, 51, 55, 264, 27.
Gaunt Gunnora, 74, 45.
Gaunt Henr. 74, 63.
Gaunt Mauricius, 258, 7.
Gaunt Philippus, 74, 2.
Gaunt Rob. 74, 5, 23, 43, 3.
Gaunt Walt. 146, 25.
Geding Rad. 75, 55.
Gerardmulin Sim. 18, 40.
Gernun Ric. 36, 45, 46, 59.
Gernun Rob. 8, 49.
Gerret Benedictus, 229, 16.
Giffard Helias, 8, 49, 7, 63, 35, 111, 55.
Giffard Osb. 71, 46, 72, 53.
Giffard Will. Archiep. Ebor. 20, 32.
Glanvil Ranulfus, 70, 32, 60, 75, 10, 79, 64.
Glanvil Rad. 187, 49.
Glanvil Osb. 75, 53.
Glanvil Rog. 75, 53, 76, 41.
Glouceſtre Milo, 63, 33.
Glouceſtriæ Co. Rob. 266, 41, 267, 24.
Glouceſtre Rog. 8, 12.
Glouceſtre Walt. Vicec. 8, 17, 10.
Glouceſtre Walt. 8. 33.
Glouceſtre Co. Will. 79, 43, 81, 17.
Goband Galfr. 154, 37.
Goda Comitiſſa, 2, 31.
Godeva, 181; 31.
Goldesburgh Hugo, 156, 8.
Goodman Gabr. 105, 27.
Grendon Rob. 233, 44.
Grendon Serlo, 72, 35.
Grendon Will. 72, 25, 40.
Greinvil Gerardus, 111, 59.
Grentmeiſnil Ivo, 260, 63.
Grentmeiſnil Rob. 260, 62.
Grey Alicia, 54, 57.
Grey Johanna, 54, 50.
Grey Ric. 71, 32.
Grey Will. 229, 20.
Grey Walt. Ebor. Archiep. 156, 60.

H.

HAget Bertramus, 148, 61.
Haget Rob. 157, 14.
Haget W. 149, 16.
Haia Ric. 378, 19.
Hai Rob. 266, 32.
Haket Walt. 70, 4.
Hameſlape Mich. 261, 31.
Hamo Dapifer. 264, 64.
Hamo Vicec. 2, 45, 12, 260, 60.
Hamerton Joh. 149, 34.
Handeſacre Hubertus, 53, 48.
Hardredes Will. 234, 21.
Harecourt Joh. 54, 42.
Harecourt Ivo, 83, 53.
Harecourt Ric. 54, 28, 38, 52.
Harecourt Tho. 54, 55.
Harecourt Will. 54, 24, 55.
Hareſton Rob. 152, 32.
Haring Gilb. 152, 4.
Haſtings Illaria, 54, 36.
Hatfeild Will. 234, 50.
Haunſard Gilb. 91. 40.
Haunſelyn Rob. 65, 67, 42, 57, 66, 7.
Hauvil Rad. 107, 59.
Hedon Hugo, 152, 26.
Haingwrd Giſb. 152, 25.
Helſefeild Hugo, 13, 56.
Heraldus Comes, 181, 46, 183, 34, 29, 54, 184, 15, 187, 47.
Heref. Co. Humfr. 84, 12.
Heref. Co. Will. 181, 47.
Heriz Will. 61, 52, 93, 4.
Heſdinc Ernulfus, 8, 23, 47, 376, 28.
Heiſdin Engeramus, 55, 63.
Heton Alanus, 149, 7.
Hibrei Athelina, 8, 9.
Hodilſton Joh. 37, 23.
Holgot Phil. 53, 14.
Holte Simon, 71, 34.
Holtby Will. 154, 37.
Holynſide Tho. 93, 14.
Horwode Bernerius, 111, 58.
Hoſey Henr. 78, 10, 79, 20, 10, 23, 49, 80, 19, 62, 8. Vide *Huſe.*
Hoſei Walt. 80, 23, 376, 40.
Huchdum Rob. 156, 33.
Hugo Comes, 3, 20.
Humet Ric. 40, 23, 378, 16.
Huſe Henr. 127, 1.

I.

ILleie Turgiſius, 87, 52.
Inſula Henr. 152. 12.
Inſula Rob. 376, 13.
Inſula Unfridus, 376, 45.
Johannebi Will. 46, 61.
Jolthorpe Rob. 149, 61.

K.

KAyſneto Alex. 187, 51.
Kayſneto Rad. 187, 51.
Kirkham Walt. 157, 17.
Kirkton Alan, 154, 33.
Knapton Alanus, 149, 6.

L.

LAci Emelina, 8, 16.
Laci Hugo, 8, 15, 39, 28.
Laci Gilb. 17. 54.
Laci Rog. 182, 22.
Laci Walt. 185, 26, 186, 18, 60, 7, 65, 8, 24, 17, 43.
Lancaſter Will. 9, 48.
Lancaſter Avicia, 59, 45.
Langetot Rad. 111, 55.
Langton Joh. 157, 19.
Lanvalei Will. 79, 19.
Laſcels Joh. 90, 1.
Laſcels P. 149, 33.
Leiceſtriæ Co. Rob. 83, 10, 61, 378, 15.
Lega Nich. 233, 43.
Lelay Hugo, 162, 61, 21.
Lelay Rob. 162, 11.
L'Enveyſe Will. 69, 2.
Levintone Ric. 46, 59.
Lewknore Nich. 234, 40.
Lewknore Rog. 126, 67.
Leuricus Co. 259, 52.
Leyburne Rog. 11, 33, 229, 19.
Limeſi Rad. 185, 45, 60, 65.
Lindeſey Will. 9, 6.
Lincoln Alanus, 262, 45.
Lincoln: Osb. 262, 41.
Litcot Chriſtoph. 26, 60.
Liſures Nigell. 150, 65.
Livet Rog. 97, 50.
Logis Hugo, 239, 66.
Logis Luricus, 8, 35.
Longcamp Osb. 34, 20.
Longford Will. 49, 7.
Lovain Joſcelinus, 79, 38, 80, 25.
Lovel Phil 310, 25.
Lovetot Ric. 97, 49.
Louther G. 46, 58.
Luci Anthon. 34, 29.
Luci Galfr. 67, 20, 60.
Luci Henr. 59, 26.
Luci Godefr. 309, 24.
Luci Ric. 36, 20, 63, 62, 74, 51, 235, 26, 266, 4, 267, 7.
Ludham Walt. 157, 22.
Luke Joh 310, 29.
Luterel Andr. 74, 30.
Lylling Sim. 149, 16.
Lyntz Laur. 93, 26.

M.

MAgnavil Godefr. 306, 16.
Malbiſe Ric. 75, 56.
Malore Hen. 84, 3.
Malore Rob. 84, 3.
Maleth Rob. 7, 5, 32, 34, 134, 27.
Maleth Will. 79, 16.
Malmaines Rog. 70, 46.
Malmaines Will. 70, 5.
Mandevil Galfr. 161, 66.
Manceſtre Will. 233, 65.
Mantel Rob. 187, 51.
Map Walt. 48, 31.
Mara Rob. 229, 14.
Marmiun Rob. 63, 34, 62.
Martiwaſt Rad. 84, 67.
Maſci Hamundus, 59, 7.

Maskerell Rad. 64, 32.
Maskerell Will. 63, 38, 58, 64, 10.
Meilinwarin Rad. 97, 48.
Meſchines Ran. 263, 24, 41, 264, 5, 52.
Mellent Co. Rob. 135, 10, 229, 12.
Merciorum Rex Cœnulph. 118, 57.
Merlay Morcilus, 44, 46.
Merlay Will. 44, 59.
Millum Adam. 156, 56.
Millum Johanna 37, 20.
Mohaut Henr. 162, 12.
Molyns Nich. 89, 6.
Monaſteriis Walt. 92, 26.
Monaſteriis Will. 92, 18.
Monſelaw Rad. 187, 3.
Montfort Hugo. 3, 20, 260, 57.
Montfort Laur. 90, 2.
Montfort Will. 310, 5.
Montgomeri Co. Rog. 260, 53.
Monte Gilb. 85, 54, 86, 1, 4.
Moriton Co. Joh. 228, 57.
More Tho. 24, 35.
Moriton Co. Rob. 260, 52.
Mortimer Rog. 51, 63.
Morville Hugo 36, 24, 46.
Morville Ric. 148, 61, 149, 23.
Moubray Rog 148, 49.
Mountney Rob. 154, 41.
Muchegros Walt. 50, 31.
Muchegros Milo. 50, 44.
Multon Tho. 37, 41 152, 24.
Multon Lambertus 37, 45.
Mundavill Rad. 93, 41.
Murdac. Rad. 75, 54, 187, 40.
Murdac. Gaufr. 146, 27.
Muſard Rob. 63, 37, 152, 1.
Muſchamb Rob. 152, 1.

N.

NEirunyt Joh. 69, 1.
Nevill Alicia, 154, 18.
Nevill Hugo. 234, 21.
Nevill Rad. Cancellarius Regis, 72, 51.
Nevill Rad. 89, 42.
Nevill Rob. 154, 33.
Neveris Will. 6, 66.
Neyrford Rob. 72, 55.
Noel Rob. 54, 7, 16.
Noel Tho. 54, 30, 17.
Norff. Co. Hugo. Bigot 76, 2.
Norff. Co. Hugo Bigod 76, 66.
Norres Anna 55. 1.
Norres Joh. 25, 58.
Northampton Henr. 311, 35, 63, 312, 23.
Northburg Will. 154, 35.
Novant Rog 376, 43.
Novo Mercato Bern. 8, 4.
Nuers Hugo 111, 55.
Nuvel Rad. 149, 6.

O.

OIlli H. 263, 19.
Oilli Nigellus 8, 49, 262, 12.
Oilli Rob. 260, 58, 376, 44.
Oilli Wido. 260, 61, 262, 8.
Oilli Rog. 55, 63.
Ottelai Paulinus, 162, 13.

P.

PAganel Rad. 376, 31.
Painell Will. 73, 63, 74, 17, 33, 137, 50.
Pantulf Will. 40, 56.
Paſſemer Will. 157, 18.
Pavilli Rob. 261, 31.
Pedintone Johanna 18, 11.
Perci Henr. 79. 3, 151, 41, 164, 35.
Perci Edm. 88. 30.
Perci Gilb. 378, 9.
Perci Rad. 150, 32.
Perci Ric. 151, 12, 50.
Perci Rob. 150, 2, 163, 9.
Perci Will. 80, 46, 150, 38, 151, 55, 162, 24, 260, 65, 376, 38.
Pertici Co. Galfr. 66, 34.
Pertici Co. Tho. 69, 66.
Peverel Ran. 8. 43, 376, 30.
Peverel Tho. 126, 67.
Peverell Will. 30, 60, 59, 28, 45, 30, 67, 61, 66, 262, 14, 264, 56, 376, 41.
Pilate Hugo 186, 50.
Pincerna Rob. 97, 53.
Pipard Gilb. 47, 34, 66, 79, 65.
Pipard Rad. 68, 65.
Pirou Will. 135, 15.
Poivill Anthon. 111, 57.
Pol Nich. 8, 26.
Poltone Will. 70, 6, 10.
Poltone Steph. 70, 14, 37.
Poltone Rob. 70, 12.
Pontearch Will 261, 56, 266, 29.
Port Hugo 8, 22, 260, 57, 376, 29.
Port Adam. 79, 3.
Praetis Engeramus, 234, 20.
Pratellis Joh. 233, 29.
Praiers Henr. 40, 55.
Preſton Walt. 152, 26.
Putot Will. 72, 55.
Puylle Walt. 68, 67.
Pyriton Adam. 62. 46.

Q.

QUenci Orobella 54, 30.
Quenci Rob. 14, 12.
Quenci Rog. Co. Winton. 14, 53.
Quenci Saiberus, 14, 3.

R.

RAdemelde Joh. 127, 2.
Redeham Will. 111, 56.
Reveriis Ric. 233, 31.
Reygate Joh. 154, 34.
Ribaldus (de Middleham) 9, 33.
Richimund Odo 162, 13.
Ridere Will. 153, 12.
Ria Hubertus, 260, 56, 376, 34, 377, 35.
Rochford Walt. 233, 46.
Roman Joh. 157, 15.
Romely. Vide *Rumeli.*
Ros Herebertus, 6, 40.
Ros Petrus 34, 21, 149, 4, 151, 4, 159, 44,
Ros Robertus 9, 3, 159, 44.
Ros Will. 159, 45.
Roucliff Joh. 98, 5, 99, 44.
Ruffus Will. 76, 27.
Rumeli Aelicia, 46, 22, 47, 19, 56, 73, 61, 74, 9, 41.
Rumeli Avicia, 137, 51.
Ryhal Guido, 18, 12.

S.

SAgie Joh. 134, 13, 26.
Saye Will. 87. 55.
St. John Tho. 8, 14, 135, 14.
St. John Will. 76, 26, 80, 36.
Salicoſa mara Galfr. 73, 1.
Salicoſa mara Matill. 72, 61.
St. George Alanus 80, 36.
St. Laurence Joh. 309, 4.
St. Waleri Tho. 13, 14.
Salop. Co. Rog. 376, 7.
Sanford Hugo 14, 35.
Sanford Joh. 13, 17.
Sanford Rad. 14, 1.
Sanford Rog. 13, 64, 30.
Sanford Tho. 14, 36, 62, 15, 48.
Sandervill Manaſſerus 11, 57.
Sandiacre Petrus 61, 49.
Sanzaver Rad, 80, 49.
Sarum Co. Patric, 378, 7, 15.
Saresberie Giſleb. 378, 9.
Saucheverel Rob. 57, 38.
Scharesſhull Johanna 54, 54.
Scalis Nevelo, 55, 63.
Schegwes Rob. 151, 40.
Scotor Galfr. 187. 2.
Scoty Will. 137, 48.
Scotiæ Rex Rob. 38, 5.
Scotiæ Rex Will. 38, 23.
Segrave Steph. 72, 52.
Seiton Adam. 154, 40.
Seleby Joh. 149. 35.
Sernesfeld Phil. 187, 2.
Setvaus Henr. 149, 36.
Sigillo Rob. 261, 55.
Sottebroke Henr. 68, 67.
Sprig Henr. 154, 38.
Stafford Rob. 53, 56.
Stafford Co. Rad. 56, 6.
Stainton Malgerus 152, 2, 161, 41.
Stavensby, 233, 67.
Staunton Rob. 48, 59.
Stodelei Walt. 152, 26.
Stotevile Will. 34, 20.
Strange Margareta 54, 18.

Stratford

Stratford Ric. 310, 66.
Stratton Gilb. 310, 11.
Stutevile Nich. 153. 61.
Stutevile Helewisia 9, 12.
Stutevile Rob. 74, 52.
Stutevile Rog. 74, 52.
Stutevile Will. 74, 53.
Sulenei Alfredus 97, 49.
Sumeri Rog. 309, 25.
Suthsax. Dux Bruni 115, 29.
Suthsax. Rex Nothelmus 115, 41.
Suthsax. Rex Numa 116, 63, 117, 45, 118, 11.
Suthsax. Dux Oslac. 116, 20.
Suthsax. Dux Aldwlf 116, 51, 117, 18.
Swemele Ursus 107, 20.

T.

TAilboise Ivo. 9, 42, 12.
Tailbois Rad. 9, 34, 37.
Talebot Gileb. 48, 52, 64.
Taliber Ivo. 260, 55.
Tancrevill Will. 265, 56.
Tapping Galfr. 15, 16.
Tayden Paulinus 71, 47.
Tempest Ric. 164, 31.
Teyll Rob. 229, 14.
Theloal Eubulo, 105, 7.
Thoeni Rog. 13, 42.
Thornhill Ric. 154, 40.
Thorny Isab. 377, 20.
Thurnham Rob. 233, 30.
Thurkilby Rog. Justic. de Banco 233, 41.
Tonebrugge Gisleb. 2, 48, 376, 36.
Torneham Rob. 15, 32, 16, 50, 17, 8.
Traci Henr. 63, 63.
Tregor Henr. 126, 67.
Tresham Tho. 100, 2.
Trublevill Lucas 229, 15.
Turneham Steph. 16, 67.
Turberville Gilb. 19, 14, 29.
Turberville Joh. 14, 14.
Turberville Sim. 19, 29.
Tuschet Henr. 61, 32, 59, 60.
Tuya Gilb. 157, 17.
Twenge Marmaducus 9, 4.
Twenge Rob. 159, 45.

V.

VAloines Petrus 306, 13.
Valoines Sibilla 151, 3.
Valoines Will. 75, 54, 76, 21, 47, 154, 14.
Vanci Galfr. 14, 21. Vide *Wanci.*
Vavasour Rob. 162, 47.
Verdon Bertram. 40, 9, 79, 66, 131, 60.
Verdon Rob. 40, 53.
Verdon Will. 76, 42.
Verdon Joh. 229, 20, 234, 39.
Vere A. 263, 6, 266, 13.
Vere Alberic. 45, 55.
Vere Rob. Constabularius Regis *H.* 1. 261, 56.
Vernon Ric. 229, 16.
Vernon Will. 63, 36, 64, 9. Vide *Devon.* Co.
Vesci Will. 162, 12.
Vielesion Tho. 67, 23, 68, 5.
Vilers Paganus 161, 58.

W.

WAke Nich. 154, 36.
Waissebie Will. 80, 54.
Waldericus Cancellarius Regis *H.* 1, 7, 4.
Walter Teobald. 75, 56.
Walt. Rog. 75, 57.
Waltheof. Co. 259, 26.
Wanci Galfr. 13, 18, 14, 59.
Warci Will. 14, 37, 63, 15, 3, 151, 39.
Ward Simon. 151, 66.
Warham Aluredus 260, 66.
Ware Petr. 312, 14.
Warthill Joh. 149. 35.
Warwici Co. *Henr.* 135, 11.
Warwici Co. *Ric. Nevill,* 141, 41.
Warren Co. Will. 266, 42, 376, 10.
Wassenvill Regin. 234, 20.
Watevill Rob. 146, 28.
Waxand Ric. 154, 37.
Wedon Edm. 69, 14.
Wendover Joh. 233, 45.
Wengeham Henr. 309, 61, 310, 46, 311, 54.
Weseham Galfr. 309, 64, 312, 28.
Wicton Walt. 92, 5.
Widvill Hugo. 64, 19.
Widevill Ric. 151, 67.
Widvill Will. 64, 19.
Wiggehale Will. 87, 46.
Whitington Ric. 99, 49.
Whitney Rob, 53, 31.
Wiketone Adam. 46, 60.
Wilmentone Rad. 72, 54.
Wimundham Tho. 233, 42.
Windleshore Mauricius 63, 35.
Winton. Co. Saierus 86, 15.
Winton Comitissa Matill. 84, 19.
Wirce. Goisfr. 260, 66.
Wirde W. 159, 46.
Wistow Henr. 153, 47.
Witefeld Odardus 13, 19.
Witefeld Rob. 79, 66.
Wodehale Rog. 96, 10.
Wodhuses Walt. 149, 17.
Wormeley Nich. 48, 29.
Wulviva 181, 31.
Wyshaw Henr. 233, 43.

Y.

YPre Will. 63, 64.

Z.

ZOuche Alicia 54, 33.
Zouche Alanus 80, 34.
Zouche Alianora 54, 44.

Index Locorum.

A.

Abberagh, 24, 10.
Ach, 181, 60.
Achecot, 111, 34.
Acklam, 159, 16.
Adbaſton, 224, 49.
Aeilesford, 1, 6.
Agemundernes, 129, 44.
Akileie, 111, 9.
Aleham, 71, 56.
Aldeburgh, 110, 47.
Alderborne, 27, 3.
Aldertone, 72, 34.
Aldringeham, 75, 5, 22.
Aldewerke, 59, 12, 61, 46, 154, 17.
Aldyngborne, 115, 28, 38, 120, 24, 122, 46, 125, 58.
Aleweſton, 377, 17.
Alfintone, 377, 36.
Allerdale, 34, 37.
Almaly, 53, 23.
Alnodeſtone, 8, 27.
Alventon, 163, 28.
Alrewas, 224, 54, 225, 56, 231, 54, 232, 67.
Altunſide, 93, 21.
Alveſtone, 378, 7.
Alvetone, 40, 41.
Alwoldeſtone, 72, 58, 73, 11.
Alwardbirie, 377, 33.
Amberle, 115, 30, 120, 25, 122, 46, 125, 58.
Ambreſdone, 69, 21.
Ambringhale, 6, 11.
Ampleford, 155, 28, 35.
Andevere, 377, 40.
Andreskirke, 62, 55.
Ankerwyke, 25, 66, 27, 43.
Apelton, 46, 30, 2, 36, 54, 47, 3.
Apreſton, 185, 4.
Ardeleage, 301, 34.
Ardeſhope, 181, 60.
Arleye, 224, 64, 225, 30, ſive *Arnelegh*, & *Ernlegh*, 229, 59, 223, 20, 233, 59.
Arloſſe, 35, 25, 38, 62.
Asgherbie, 267, 12.
Aſhburne. Vide *Eſſeburne*.
Aſpretune, 8, 29.
Aſſerugge, 67, 2, 7, 32.
Aſſildeham, 30, 56.
Aſſover, 61, 43.
Aſton, 224, 13.
Aſtrenofre, 183, 41.
Audeburgh, 153, 8, 11.
Averton, 163, 60.
Aulton, 375, 5.
Aylesbury, 258, 41, 259, 15, 268, 47.
Aymundeſtone, 91, 48.

B.

Badeleſdon, 111, 31.
Bageberge, 183, 53.
Baildon, 162, 28.
Bakley, 26, 58.
Bakechild, 125, 25.
Banbury, 267, 23, 269, 30, 48.
Barcheſtone, 265, 11.
Barkyngfeld, 27, 67.
Barkinge, 306, 43.
Barneby, 155, 37.
Barſebi, 263, 40.
Barton, 149, 4, 161, 57.
Baſſelowe, 227, 6.
Baſſingburne, 27, 7.
Baſinbc, 8, 53.
Baſingwerk, 26, 59.
Bathocwell, *Baukwel*, id eſt, Bakewel, 224, 63, 226, 56, 228, 44, 229, 20, 42, 51, 229, 36, 62, 223, 66, 48, 234, 27.
Baucheberie, 231, 64.
Beche, 8, 4.
Becham, 6, 40.
Bechamton, 111, 29.
Bedewind, 375, 25, 377, 18.
Bedford, 258, 40, 259, 20, 268, 45.
Bedelyngtonſhire, 94, 43.
Bedingfeld, 110, 47, 51.
Bedingehomme, 118, 50.
Bedlingetone, 80, 57.
Beghelegh. Vide *Byghelegh*.
Begmeniſter, 375, 6.
Beketone, 45, 29.
Bekinsfeld, 12, 66.
Beleham, 306, 33.
Belton, 231, 60.
Berchamſtede, 23, 7.
Bercheldi, 64, 67.
Berching-Chirche in Civit. Lond. 4, 63.
Berdeſei, 137, 48, 139, 48.
Bere, 375, 10.
Berkſwiche, 224, 58. Sive *Berchlewych*, 231, 47.
Bergheie, 13, 34.
Berlings, 304, 6.
Berne, 301, 39.
Bernecrok, 94, 9.
Berton, 8, 5.
Bertune, 181, 51, 63.
Beſcaudeby, 73, 61, 74, 40, 49, 64, 8.
Beſewynthorpe, 82, 45.
Beſſenhere, 115, 24.
Bethekilhart, 23, 52, 24, 4, 8.
Bethom, 9, 28.
Beverley, 132, 18, 134, 54, 143, 13, 20, 159, 30.
Beyworth, 14, 30.
Bianebroc, 262, 32.
Bibleſurde, 185, 2.
Bicheleſwade, 261, 33, 269, 51.
Bickehil, 157, 14.
Bingham, 74, 36.
Bireſtel, 153, 23.
Biſhops-Hull, 224, 57, 242, 40.
Biſhoppeſton, 125, 59.
Biſhopthorpe, 156, 5, 157, 28.
Biſteleye, 23, 18.
Bixle, 123, 35, 125, 59.
Blafelde, 45, 29.
Blakewoſe, 71, 45.
Blacwelle, 59, 34.
Bleberie, 62, 32, 378, 19.
Blechelai, 111, 30.
Bledberie, 375, 39.
Bliding, 45, 33.
Bobendon, 231, 59.
Bobenhul, 224, 62.
Bochiſted, 30, 60.
Bocclinton, 187, 23.
Bocholt, 377, 40.
Bodingeſham, 111, 14.
Bokeham, 23, 53.
Bolliſovere, 59, 31, 49, 60, 29, 61, 67.

Bolra, 45, 63.
Bolton, 57, 44.
Bolyndone, 10, 34.
Bolum, 139, 26, 29.
Borſtalle, 2, 18.
Boſeberge, 183, 65.
Bottehalg, 59, 37, 60, 32.
Boulton, 158, 25.
Bouthum, 156, 28.
Boxeſted, 31, 41, 21.
Boxele, 2, 50, 4, 27.
Bradley, 224, 28.
Bradeſole, 69, 38, 63.
Bradefeld, 10, 67.
Bradewelle, 111, 30.
Brakeley, 83, 24.
Brakeleſham, 117, 58.
Bramham, 154, 60, 155, 6, 22, 156, 44.
Bramleye, 224, 9.
Brampton, 266, 2, 267, 54.
Brechenoc, 8, 66.
Bredone, 62, 41.
Brenes, 307, 3.
Bremſene, 377, 27.
Brentingham, 163, 2.
Bretford, 377, 27.
Bretteby, 163, 60.
Brettelſwait, 152, 19.
Brewode, 214, 48, 64, 231, 64, 48.
Bricce, 104, 15.
Brichelle, 111, 31.
Brideſhale, 159, 25.
Bridekirke, 47, 35.
Bridham, 115, 23, 120, 22.
Brimfaſton, 115, 24, 120, 22.
Brigge, 184, 49, 187, 51.
Briſtol, 20, 56.
Brithleſwid, 377, 24.
Brochamton, 84, 21.
Brochop, 8, 8.
Brodelon, 11, 63.
Brokehirſt, 45, 64.
Broke, 64, 48.
Bromgerbe, 584, 6.
Bromheye, 2, 18.
Bromlege, 2, 24, 16, 58.
Bromlee, 232, 66.
Brumley, 231, 55.
Bubwith, 148, 28, 54.
Buchelant, 259, 16.
Buchendene, 269, 28.
Buckingham, 117, 17, 258, 41, 259, 17, 268, 47, 270, 10.
Budintone, 80, 50.
Bugeſgate, 78, 43.
Bugenden, 269, 56.
Bune, 10, 49.
Burbeche, 377, 23.
Burgh, 36, 27, 49, 133, 55, 14, 134, 59, 135, 51, 156, 13.
Burneham, 27, 127, 20.
Burrus, 24, 11.
Burſaws, 110, 46.
Burthull, 48, 55.
Burton, 9, 30, 40, 2, 111, 17, 143, 11, 153, 7, 154, 2, 231, 63.
Burton-*Leonard*, 154, 17.
Buſtleſham, 22, 36, 4, 62, 30.
Byghelegh, 227, 40, 43, 46.
Bylcham, 301, 36.
Byriton, 224, 25.

C.

CAbroke, 27, 1.
Cadindone, 307, 46.
Calcot, 26, 59.
Caldecote, 90, 48, 185, 2, 231, 57.
Calne, 375, 35, 378, 16.
Calverley, 137, 49, 139, 63, 56.
Camme, 64, 64.
Canings, 375, 33.
Cannoc, 225, 60, 30, 229, 60, 231, 40, 232, 67. 233, 58, 237, 44, 15. Vide *Kanoc*.
Canok-*Foreſta*, 236, 21.
Canokbury, 236, 36.
Capel, 182, 43.
Caplefore, 182, 49.
Cardigan, 23, 35.
Carweldon, 19, 32.
Caſtreton, 40, 57.
Caſtre, 258, 28, 259, 14, 263, 12, 268, 36, 270, 2.
Catton, 6, 34.
Cavendiſe, 185, 64.
Cawlbroke, 25 15.
Cawode, 160, 67, 161, 20.
Celeſworde, 8, 12.
Cerdeſtoc, 378, 8.
Cerneminſter, 375, 6.
Ceſtre, 61, 64.
Ceſtretone, 8, 48, 69, 21.
Cethford, vel Ceſteford, 54, 17, 51.
Chabham, 23, 53.
Chadeleſhunt, 223, 42, 224, 4, 12, 16, 30, 230, 60, 24, 36, 231, 56.
Chaddeſden, 60, 47, 61, 47.
Challe, 64, 45
Chaltount, 22, 67.
Chelinerdon, 227, 12, 35.
Chercaby-*Stephan*, 9, 21.
Cherkaby *Kendale*, 9, 24.
Cherkaby Lonneſdale, 9, 26.
Chealches, 4, 41.
Chelewartone, 10, 2.
Cherſevelle, 11, 25, 56.
Cherteſeye, 21, 33, 23, 52.
Cheſter, 231, 66, 232, 2.
Cheſterfeild, 261, 4.
Chiddington, 23, 1.
Chikeſhand, 111, 36.
Chilesby, 269, 29.
Chillewel, 58, 50, 24, 59, 32.
Chilton, 111, 32.
Chilpeet, 8, 61.
Chinemeresfort, 8, 43, 52.
Chingeford, 109, 60, 304, 6, 306, 2.
Chinnor, 14, 66.
Chicheſter, 122, 26, 36, 123, 14, 40, 126, 24.

Chipſted, 23, 16.
Chipping-Wycombe, 23, 3.
Chirchendon, 143, 16.
Chirchetone, 258, 28, 259, 14, 263, 13, 268, 36.
Chiſelherſt, 1, 6, 2, 51, 4, 35.
Clatford, 10, 47.
Clareburgh, 139, 22, 28.
Claxton, 92, 7, 93, 9.
Clehangre, 8, 28.
Clementhorpe, 162, 20.
Clepeam, 9, 32.
Clifton, 92, 39.
Clifford, 8, 37.
Clinton, 153, 20, 21.
Clive, 10, 12.
Clopcote, 11, 53.
Clotton, 162, 33.
Cochamſtede, 303, 41, 6, 305, 23.
Codewinde, 10, 29.
Cokeley, 33, 6.
Coketone, 51, 58.
Cold-Norton, 57, 6.
Coleworth, 121, 29.
Colewelle, 183, 21, 187, 45.
Colewiz, 224, 61.
Colhum, 159, 29.
Colingham, 139, 38.
Colingheburne, 10, 41.
Colkirke, 7, 1.
Collintune, 184, 43, 187, 52.
Colne S. *Andr* 8, 9.
Colſal, 26, 58.
Colſuamhaghe, 152, 18.
Combe, 71, 14.
Comberley, 64, 63.
Compton, 10, 37.
Compton-*Aſhe*, 23, 17.
Conweye, 27, 46.
Coringheham, 264, 10.
Cotingtune, 183, 32, 187, 45.
Coveham, 23, 54.
Covele, 63, 23, 47.
Coure, 8, 1.
Crakemerſe, 40, 42, 32, 62, 52.
Cranesford, 33, 33.
Crawerok, 93, 12.
Cradennille, 52, 36, 54, 65, 185, 8.
Crawltons, 22, 38.
Craſſewel Pr. 186, 23, 11.
Credelay, 183, 6, 22.
Creik, 163, 63.
Crokeſdene, 40, 45.
Cropery, 269, 30, 46.
Croym, 159, 28.
Cruche, 60, 36, 61, 42, 57.
Cucwald, 262, 29.
Cudintone, 4, 67.
Culſou, 76, 21, 39.
Culſdon, 23, 18.
Cumbe, 9, 12.
Cumpton, 149, 26.
Cunicfeld, 231, 40.
Curburgh, ſive *Corborough*, 224, 60, 242, 41.
Curry-Rivel, 22, 8.

D.

DAle, 224, 31.
Darent, 4, 28.
Darenteford, 1, 4, 4, 35.
Davitune, 12, 3.
Dene, 117, 53.
Denitune, 1, 22, 4, 18.
Denton, 62, 58, 118, 61, 45.
Depemerſh, 125, 59.
Derby, 60, 2, 61, 22, 32, 37, 41, 62, 1, 264, 63, 268, 61.
Dereford, vide *Durford.*
Dereham, 47, 67.
Derley parva, 61, 41, 57.
Derlyngtone, 91, 33.
Derneford, 224, 61, 377, 19.
Derſete, 224, 66.
Derſyngham, 87, 49.
Derteford, 2, 50.
Dethec, 61, 58.
Dicheſworth, 62, 53.
Dodelige, 181, 50, 5.
Dodinton, 54, 53.
Dolagand, 24, 9.
Donewic, 32, 23.
Dorcheſter, 257, 6, 258, 15, 269, 31, 47, 375, 12.
Dortun, 111, 33.
Dovor, 87, 13.
Draytone, 152, 9, 301, 39, 305, 32.
Drax, 74, 36.
Drevevangerwood, 143, 17.
Dreycote, 12, 8.
Driffeld, 133, 54, 13, 135, 30.
Duffeld, 60, 46.
Dunchurch, 224, 7, 233, 62.
Dunninctune, 182, 26.
Dulverton, 22, 34.
Dumaune, 111, 35.
Dunnington, 150, 42.
Duntesburne, 8, 15.
Dureford, 78, 30, 7, 79, 22, 52.
Durringwycks, 126, 15.

E.

EAdulfeſneſſe, 301, 38, 306, 6.
Earnele, 117, 59.
Earneleage, 116, 24, 117, 59.
Eberighe, 24, 1.
Ebintone, 80, 42.
Eboracum, Eccleſ. S. *Petri*, 260 b. 28.
Eccleſhale *Caſtrum*, 219, 25.
Eccleſhale, 224, 60, 65, 231, 66, 49.
Eccleſwelle, 52, 7.
Ecclis, 6, 66.
Edingrave, 111, 34.
Effingham, 23, 16.
Egeſawde, 115, 23, 120, 22.
Egham, 23, 53.
Eggeton, 15, 42, 52, 16, 64.
Eglos-Ros, 26, 22, 27, 47.
Egneſham, 259, 58, 269, 31, 269, 28.
Egremond, 38, 17.
Eie, 4, 1.
Eilesford, 4, 31. Vide *Ailesford.*
Eleminſter, 375, 5.
Elinhale, 54, 53. 9.
Elintone, 377, 35.
Elisberie. Vide *Ailesbirie.*
Ellesborough, 23, 1.
Elleſtede, 80, 41.
Elmham, 6, 65.
Englewode *Heremitorium*, 34, 67.
Epplyngdon, 91, 14.
Erdintune, 259, 59.
Eremne, 63, 34, 64, 11, 38.
Erlingeham, 64, 64.
Eſcote, 262, 16.
Eſeburne, 261, 4.
Eſingtone, 91, 33.
Eskedale, 16, 15.
Eſſefete, 10, 51.
Eſſildeſham, 31, 52, 16.
Eſſerugge. Vide *Aſſerugge.*
Eſſatfort, 259, 23, 269, 43.
Eſpaldewic, 269, 27, 52.
Eſſingham, 2, 17.
Eſton, 10, 50, 64, 62.
Eſtbrigge, 87, 25.
Eſt-Leche, 9, 2.
Eſt-Lemington, 224, 8.
Eſtune, 12, 7.
Eſtwiche, 85, 21.
Ethynſwell, 22, 63, 10.
Etune, 181, 40.
Eudintune, 4, 21.
Everle, 10, 43.
Everſham, 9, 25.
Everton, 137, 45, 139, 10.
Ewell, 23, 17.
Ewias, 8, 63.
Ewitthi, 27, 46.
Eyton, 22, 67.
Exham, 140, 52, 44, 47, 143, 12, 21.

F.

FArendon, 378, 15.
Faukeham, 2, 24.
Fenton, 153, 50, 156, 2.
Ferebye, 82, 43
Ferendon, 231, 63, 375, 32.
Fernet, 1, 7, 4, 59.
Ferring, 116, 57, 117, 61.
Fetham, 23, 182
Ficheldene, 377, 32.
Filleby, 44, 55.
Flaſceby, 156, 17.
Fladburgh, 259, 54.
Flemingby, 36, 67, 39, 3.
Foleton, 31, 2, 26.
Folefen, 224, 6. Vide *Fulefen.*
Fordham, 31, 2, 25.
Forton, 10, 50.
Fort, 259, 23.
Foſſe, 43, 34.
Framalade, 8, 35.
Freford, 224, 55, 242, 39.
Frekeham, 2, 34, 3, 32, 43, 57, 13.
Frendesbiri, 1, 22, 2, 17, 4, 16.
Freſinfeld, 33, 6.
Freſton, 110, 50.
Frome, 49, 20, 182, 41.
Froſterley, 92, 11.
Fuleneſſe, 31, 54.
Fulſen, 213, 43, 230, 62, 26.
Fulham, 305, 19.
Fulkeſworth, 111, 35.
Fulmer, 22, 66.

G.

GAlwie, 38, 32.
Gamgham, 153, 21.
Ganecote, 259, 18, 24.
Garthorpe, 74, 40.
Gateſden Parva, 67, 18, 58.
Gauthorpe, 149, 18.
Gaye, 224, 59, 242, 41.
Gealtborgſteal, 116, 55.
Geinſtediſgate, 115, 29, 120, 25.
Getinges, 8, 34.
Geveldale, 154, 44.
Geywode, 6, 45, 51.
Gillebi, 270, 5.
Giggleſwike, 160, 40.
Gilling, 162, 53.
Ginges, 96, 49.
Glasbery, 8, 63, 9, 3.
Glemham, 33, 4,
Glouceſtr. Abb. S. *Oſwaldi*, 131, 30, 132, 20, 43, 260, 31.
Gnoweſal, 230 a. 10, 36, 231, 53.
Godeleming, 377, 13.
Godricheſgrif, 59, 35.
Goldeburc, 15, 62, 16, 16, 29, 44.
Goldesburgh, 156, 13.
Goldone, 91, 34.
Graceley, 134, 27.
Granham, 375, 43, 378, 21.
Greneberhe, 54, 50.
Greneford, 27, 4.
Grenley, 139, 27.
Greth, 40, 21.
Grimesby, 266, 38.
Grimſton, 162, 52.

H.

HAcham, 259, 25.
Hadenham, 1, 31, 2, 39, 4, 20, 67.
Hadorp, 8, 40.
Hagebedene, 78, 52, 79, 34, 89, 65, 9.

Haguſtald

Haguſtald (id eſt *Hexham*) 132, 17, 134, 55, 163, 41.
Halfrebek, 9, 29.
Haliwel, 26, 59, 27, 54.
Halling, 2, 20.
Hamme, 8, 25, 182, 11, 185, 23, 51.
Hamme-*Laci*, 17, 55, 38, 186, 31, 18, 187, 17, 42.
Hamingburgh, 163, 59.
Hamelhameſte, 67, 33, 51.
Hamleden, 27, 66.
Hampnet, 23, 20.
Handeſacre, 224, 55.
Handleſword, 150, 24.
Hanele, 59, 35.
Hangham, 6, 53.
Hanefeld, 117, 15.
Hannee, 111, 19, 22.
Hantune, 183, 46, 187, 48.
Hardres, 86, 11.
Hardyngton-Hays, 27, 4.
Hareham, 377, 28.
Harell, 149, 29.
Harewode, 10, 48, 137, 51.
Hareworth, 161, 32.
Haſles, 183, 34, 187, 44.
Hatſeby, 266, 46.
Hayton, 137, 47, 139, 18.
Hedeſore, 27, 67.
Hegaborg, 117, 52.
Hegeley, 22, 65.
Heiles, 5, 1.
Helgedon, 143, 12.
Helingham, 6, 52.
Helmerton, 22, 13.
Helperby, 151, 13, 31.
Helperthorpe, 158, 45, 61, 159, 23.
Helesbery vide *Aylesbery*.
Hemesby, 6, 28.
Hempingeham, 264, 25.
Henred, 11, 22.
Henton, 11, 64.
Hephal Baronia, 9, 38.
Hereford, 8, 10, 44.
Hereford Parva, 184, 54.
Herburghetone, 377, 35.
Herdele, 307, 32.
Herlenton, 111, 12.
Herthil, 227, 59.
Herting, 78, 47, 50, 79, 9.
Herteſthorne, 40, 34.
Herotine, 116, 1.
Heſinton, 111, 33.
Heſſeburne, 377, 23.
Heſſildeham, vide *Eſſildeham*.
Helſtoldeſham, vide *Haguſtald*.
Hetingei, 6, 25.
Hetſhyle, 79, 39.
Hethtredebiry, 377, 12.
Hethcote, 62, 43.
Heywode, 219, 26, 224, 64, 231, 46.
Hexham, vide *Exham*.
Hichenton, 185, 65.
Hildulveſcote, 59, 35.
Hilegh, 115, 33.
Hilton, 2, 26.
Hintes, 231, 45, 242, 39.
Hogeley, 27, 66.
Hoghtone, 91, 32, 115, 30, 120, 25.
Holehirſt, 45, 67.
Holemere, 184, 43.
Holflet, 150, 62.
Holteby, 163, 63.
Holme, 269, 43.
Holmcoltram, 34, 34, 53, 59.
Homchilde, 87, 63.
Honingheham, 262, 30.
Hope, 181, 32, 182, 30, 224, 63, 229, 63, 233, 50, 234, 58, 38.
Hopwas Foreſta, 239, 61, 54.
Horburne, 224, 60.
Hordewic, 60, 44.
Hordulle, 45, 65.
Horneley, 264.
Hornham, 74, 38.
Horsford Baronia, 32, 36.
Horſeley, 59, 64.
Horſyngtone, 82, 42.
Horſtow, 82, 43.
Horwode, 111, 32.
Horton, 377, 65.
Hoton, 137, 50.
Hoton-Paynel, 139, 1, 149, 66.
Holton, 122, 33, 47, 125, 58.
Hovedene, 91, 61, 163, 1.
Hoxne, 6, 41.
Huchdum, 156, 46.
Huffecote, 377, 25.
Hugate, 161, 63.
Hundegate, 269, 25.
Hundelby, 82, 44, 46.
Hunnyngtone, 82, 43.
Hunſtanworth, 92, 38, 64.
Huntenetune, 184, 32.
Hurdecote, 23, 11.
Hurtheworth, 91, 53.
Huſſeburne, 377, 41.
Huverlei, 185, 67.
Hyldolneſtone, 6, 20.
Hyndringham, 6, 19.

I.

IBol, 61, 58.
Icchenore, 115, 23, 120, 21.
Ichinton, 223, 41, 224, 5, 30, 231, 59, 230, 25, 231, 56.
Jernemuth, 6, 30.
Ikford, 22, 38.
Ineſtan, 93, 30.
Inghepenne, 10, 66.
Iſelham, 2, 34, 3, 33, 44, 57, 13.
Iver, 23, 2.
Ives, 22, 36.

K.

KAles, 267, 61.
Kanoc, 224, 64. Vide *Cannoc*.
Kaverham, 111, 41.
Kelton, 37, 63, 39, 7.
Keyſtorpe, 74, 37.
Kentone, 377, 34.
Keneſworth, 307, 58.
Kenitone, 13, 5.
Kerſwel, vide *Cherſwel*.
Kildesbi, 268, 12, 269, 49. Vide *Chilesbi*.
Killingwike, 150, 12.
Kilneſe, 153, 9.
Killum, 133, 54, 13, 36, 135, 30.
Kingſclere, 22, 9.
Kingeſham, 85, 54.
Kinaldeſtow, 161, 65.
Kingeſhul, 85, 63.
Kirkeby, 262, 29. Vide *Chirkaby*.
Kirkby-Grandale, 154, 45.
Kirkby-Malſard, 163, 41.
Kirkby-Overblows, 164, 3.
Kirkby-Thore, 39, 14.
Kirketon, 270, 1.
Kirke-winny, 38, 54.
Kirnepot, 37, 35.
Knaresburgh, 156, 42, 157, 17.

L.

LAdguen, 182, 19.
Laeſhamſtede, 116, 2.
Lagefare, 303, 40, 5, 305, 22.
Laghton, 150, 4.
Lakenham, 6, 8.
Lamport, 111, 28.
Lamhethe, 1, 29, 2, 30, 4, 19, 64, 27, 5, 22.
Langham, 45, 30.
Landeford, 163, 41.
Lancarvan, 8, 18.
Laundesburgh, 159, 22, 59.
Lanum, 143, 15.
Langafelde, 2, 23.
Langebrigge, 10, 51, 63.
Langedon, 227, 6.
Langewath, 157, 61.
Langeford, 267, 40.
Llannedon, 24, 8.
Llanvariſgar, 24, 1.
Llanvaure, 24, 10.
Llanvengle, 24, 10.
Llanpatrik, 26, 50, 27, 45.
Laventone, 375, 23.
Languenar, 231, 61.
Laverchieſtoche, 8, 48.
Lechamſtede, 111, 28.
Lea, 61, 57.
Lecce, 8, 5.
Lectune, 259, 19.
Lectone, 268, 40, 45, 270, 9, 26.
Ledes, 74, 36.

Ledſtone, 134, 62.
Ledene, 8, 24.
Leghe, 377, 17.
Leeſtune, 74, 18, 75, 4, 18.
Leio, 163, 62.
Lenſtedegate, 115, 39.
Leode, 184, 56.
Leonhals, 49, 57, 52, 34.
Leſtone, 134, 4, 19, 258, 40.
Levyngtone, 82, 48.
Lewartone, 14, 28, 15, 2, 12.
Lewethland, 23, 67.
Lichefeld, 231, 39, 235, 22.
Lidonegie, 181, 49
Liedeberge, 183, 20.
Liedehil, 153, 20.
Lillingſton, 111, 28.
Lincheolt, 8, 23.
Lincoln, 131, 25, 259, 8.
Lincoln-Burgus, 265, 26. Portus de Eaſt-gate, 266, 9. Eccleſia omnium Sanctorum, 266, 36, 268, 39. Eccleſia S. *Laurentii*, & S. *Martini*, 268, 39. Weſt-gate, 269, 34.
Lindeſſeie, 131, 25, 132, 55, 260, 27.
Lingued, 31, 54.
Linſted Parva, 33, 5.
Liſtenton, 269, 27.
Litecote, 111, 32.
Litlebroke, 2, 26.
Liteltune, 8, 22.
Liltleton, 78, 26.
London, 126, 40, 230, 65. Ibid. Vicus de *Holbourne*, 267, 38. Eccleſia S. Martini ſuper Tamiſiam, 8, 40.
Longedon, 224, 56, 64.
Lotchitdale, 39, 20.
Louth. Vide *Luda*.
Luda, 131, 26, 260, 27, 269, 26, 32.
Luffenhale, 301, 35.
Luſton, 111, 30.
Lulleham, 181, 7.
Luttune, 159, 24.
Lydeſey, 115, 28, 38, 120, 25.
Lymetone, 45, 64.
Lynne, 6, 44.

M.

MAdele, 40, 42.
Maiſmore, 8, 6.
Malling, 2, 22.
Manewode, 122, 59, 125, 57.
Mannesfeild, 261, 5.
Manregge, 72, 2.
Mapelton, 153, 6.
Mapulderham, 81, 20.
Marlow, 22, 65.
Marlow-Magna, 22, 64.
Marlow-Parva, 22, 65, 25, 26.
Marſhe, 22, 67.
Marſham, 43, 32.
Martham, 6, 27.
Marton, 150, 45.
Maſſam, 155, 27, 163, 30.
Matherfeld, 224, 12.
Medmeney, 115, 22, 117, 58.
Medmenham, 24, 43, 27, 41.
Medmeſley, 93, 18.
Medolegie, 181, 50.
Mekeburgh, 158, 30.
Melefort, 64, 41.
Melkeſham, 376, 3.
Mendon, 111, 16.
Mere, 375, 13, 377, 31.
Merdone, 80, 58.
Meresbury, 224, 62.
Merleberge, 375, 38, 378, 18.
Metra, 162, 52.
Middilton, 10, 31, 76, 50, 62, 269, 49.
Midhurſt, 80, 44.
Millum, 156, 60.
Milneford, 45, 65.
Miltune, 259, 59.
Minchin-Marlow, 27, 42.
Moleſdale, 22, 14.
Molesford, 11, 23, 54.
Moleſho, 111, 30.
Mondham, 115, 29, 39, 120, 26.
Moniaſh, 227, 48.
Monytone, 51, 3.
Moſedene, 40, 48.
More, 185, 14.
Morehalle, 223, 44, 224, 7, 230, 63.
Morton, 111, 28.
Mortune, 182, 35, 184, 46.
Mortelake, 307, 7.
Motesfund, 131, 54.
Mulethorpe, 159, 27.
Mulneford, 64, 20.
Mulverſhille, 184, 4.
Murſlai, 111, 31.
Muſewel Heremitorium, 18, 22, 12, 44.

N.

NAſtoke, 302 b. 41, 305, 22, 306, 36, 48.
Nederaven, 377, 22.
Nederbirie, 375, 6.
Neoſdune, 301 b. 40.
Neſſintone, 265, 28.
Netilham, 261, 14, 269, 33.
Neubolde, 129, 64, 154, 50, 155, 35.
Newenton, 111, 44.
Newland, 155, 17.
Newarke, 259, 54, 261, 49, 263, 9, 53, 265, 56, 266, 57, 269, 26, 29, 270, 24.
Newechirche, 10, 65.
Newton, 6, 35, 45, 36, 58, 35, 91, 27.
Newthun, 12, 55.
Nevynton, 2, 26, 93, 52.
Niwentone, 265, 28, 269, 30.
Nor-Chulon, 149, 47.
Nortflete, 5, 57.
North-Kelſay, 266, 13.
North-Morton, 11, 61.
Northton, 126, 51.
Nortune, 4, 61, 8, 45, 181, 32, 269, 26, 32, 184, 65.
Norwiz, 8, 23.
Norwic, 6, 21, 111, 8. Eccl. S. *Pauli*, 44, 18, 45, 19.
Notingham, 59, 38.
Nova Foreſta, 377, 39.
Nywebirie, 10, 3, 66, 67.

O.

OBourne, 23, 1.
Oclee, 12, 10, 23, 17.
Oddebroc, 61, 54.
Odiham, 377, 29.
Offeley, 253, 37.
Oggedeſton, 61, 59.
Okebroke, 72, 8, 32.
Olughton, 239, 26.
Omenai, 8, 60.
Oſchinton, 261, 2, 265, 11.
Oſleward, 64, 63.
Oſmundeſtone, 60, 42, 62, 45.
Ormesbi, 44, 42, 60, 45, 20.
Oſmunderlai, 163, 61.
Otintune, 8, 5.
Otteley, 137, 45, 139, 56, 143, 14.
Ottingdon, 143, 17.
Ottrington, 163, 62, 14.
Overton, 62, 56.
Oxenford, 259, 61.

P.

PAncet, 277, 39.
Pannicroft, 231, 51.
Patrington, 130, 4, 143, 11.
Peartingawyrth, 117, 26.
Pecc, 262, 11.
Pedyngton 18, 9 16, 44.
Penant, 23, 67.
Pencrir, 235, 49, 235, 54, 237, 18.
Penley, 23, 7.
Penne, 27 2.
Pentriz, 58 31, 49, 14, 59, 30, 61, 42, 61.
Periton, 185, 55, 60, 185, 3.
Perke 27, 5.
Periton, 185, 55, 60, 3.
Peſehall, 32, 21, 65, 33, 3.
Petersfeld, 79, 45, 81, 25.
Pevenes, 77, 42.
Peveneſſel, 123, 12.
Peune, 184, 20.
Pikering, 133, 55, 135, 31.
Picheleſtorne, 67, 7.
Pinchelingis, 134, 43.
Pipering, 118, 15.
Pipe, 184 a. 54.

Pipe

pipe Major, 242 a. 38.
pipe Minor, 224, 57.
piſeham, 270, 3.
plumſtede, 6, 40.
plumtreu, 8, 25, 161, 35.
pochelinton, 133, 53, 12.
Policote, 111, 34.
Poltone, 70 18, 36.
Popeſlage, 183, 57.
Poplinton, 135, 30.
Porteſlade, 71, 30.
Porteſmue, 10, 55.
Poterne, 375, 23.
Prees, 224, 58, 231, 60.
Preſton, 39, 20, 152, 34, 103, 6, 181, 32.
Preſtretune, 181, 18, 182, 60.
Purflete, 109, 59.
Puttele, 187, 62, 20, 43.
Pyona Regis, 52, 10.

Q

Quenintone, 9, 4.
Querne, 64, 44.
Qwycham, 91, 84.

R.

Rabi, 38, 62.
Radclive, 377, 17.
Ramerton, 111, 35.
Ramesbirie, 375, 25.
Ratburne, 259, 26.
Ratcumbe, 55, 40, 7.
Ratenihete, 8, 10.
Redburne, 12, 10.
Redeland, 78, 52. Vide *Rideland*.
Redmeniſtre, 377, 16.
Reſhope, 91, 32.
Reidon, 31, 3.
Rendham, 33, 4, 32.
Repindon, 57, 27, 60.
Reppes, 111, 4.
Retford, 139, 31, 57.
Retheresfeld, 1, 7, 2, 47, 4, 59.
Retollehage, 111, 4.
Rideland, 78, 49, 79, 33.
Riggeby, 143, 18.
Ringildon, 4, 34.
Rippelei, 58, 31, 48, 59, 29, 61, 43, 61.
Rippon, 132, 18, 134, 55, 143, 13, 20.
Rivere, 70, 58, 86, 27.
Rode, 301, 34.
Rogate, 79, 31.
Rollendriht Magna, 56, 3.
Rollendriht, 259, 59.
Ronewelle, 306, 18.
Roſſe, 183, 1, 15.
Rotſeu, 377, 51.
Rotſecumb, 375, 43.
Routhewell, 158, 26.
Rudelai, 8, 39.
Rugele, 224, 64, 225, 59, 31, 229, 61, 232, 67, 233, 58, 236, 36, 237, 44, 16.
Runawelle, 301, 37, 305, 23.
Ruyton, 224, 62.
Rudeſor, 8, 38.
Rugge, 8, 13.
Rutinton, 59, 38.

S.

SAleby. Vide *Seleby*.
Sallow, 224, 52, 231, 59.
S. Walerici Honor, 13, 15.
Samford, 14, 11.
Sandeſhande, 16, 21, 38.
Sandon, 301, 34.
Saunford, 62, 31, 55, 62.
Savelin, 161, 46.
Sauteby, 74, 39, 49, 57, 63.
Saxeby, 62, 43.
Scaftworth, 139, 13.
Scardeclif, 59, 56.
Scelwiche, 183, 65, 184, 4.
Scęneſtan, 224, 6, 233, 60.
Schipeſtan, 377, 24.
Schiteby, 157, 24.
Scireburne, 375, 7.
Scroby, 137, 46, 139, 7, 143, 15.
Seggefeld, 91, 33.
Seleby, 260, 30.
Seleby Abb. 131, 29, 132, 42.
Seleſey, 115, 16, 22, 120, 45.
Senile, 38, 61.
Sernei, 8, 8.
Seſteford, 231, 50.
Sething, 33.
Seton, 37, 35.
Sewelledale, 59, 13.
Shalflete, 22, 10.
Shelford, 65, 5, 54.
Shireburne, 128, 11, 143, 14, 159, 25, 160, 66.
Shiteby, 143, 12.
Sibbeford, 64, 21.
Sibeton, 32, 41, 21, 32, 64, 33, 3, 32.
Sideham, 14, 2.
Sidelſham, 120, 23.
Sideleaſhamſtede, 116, 3.
Siggeſton, 163, 61.
Simbroc, 377, 25.
Singleburg, 111, 29.
Sireſham, 85, 20.
Skalaker, 62, 40.
Skekling, 153, 9, 11.
Skipſe, 153, 21.
Skipwith, 163, 59.
Skirpingbek, 161, 33.
Skotts, 110, 46.
Slafford, 258, 25, 268, 35, 269, 27.
Smithesbi, 97, 63.
Snaith, 133, 55.
Snape, 110, 46, 50.
Snodelands, 2, 21.
Snottingham, 130, 7.
Somerton, 23, 12.
Sopley, 45, 66.
Sorteham, 80, 46.
Soteſore, 8, 19.
Southam, 224, 11.
South-Kirkeby, 158, 26.
South-Newbald, 156, 37.
Sowelle, 143, 15.
Spenes, 63, 13, 26.
Sprouſton, 43, 33.
Stafford, 231, 52, 235, 49, 55.
Stainlei, 151, 42.
Staliburg, 143, 18.
Stane, 181, 51.
Stanes, 2, 25, 27, 6.
Stanedis, 8, 5.
Standene, 78, 40, 38.
Stanfort, 40, 57.
Stanlei, 8, 51, 48, 44.
Stanwelle, 23, 55, 27, 5.
Stanwode, 59, 67.
Stapleford, 62, 43, 377, 33.
Stathorpe, 78, 49.
Staunton, 62, 39, 159, 61.
Staynton, 158, 17, 22.
Stepill-Aſton, 56, 14, 57, 30.
Stiford, 4, 62.
Stikinglond, 32, 26.
Stixwould, 82, 39, 42.
Stivinghale, 226, 4.
Stoche, 1, 23, 27, 2, 16, 4, 17, 259, 25.
Stoke, 27, 67, 95, 14.
Stokebi, 111, 38.
Stokenham, 22, 13.
Stotfold, 93, 47, 224, 56, 242, 40.
Storteford, 308, 38.
Stowe, 242, 47, 259, 40, 54, 263, 53, 28, 264, 44, 269, 26, 31.
Stradford, 375, 18.
Stratton, 111, 40.
Strodes, 4, 41.
Stubhum, 152, 51.
Sturmuthe, 1, 8, 4, 60.
Subertone, 79, 51.
Suaneburne, 111, 32.
Succhethorman, 61, 60.
Sucweſſen, 184, 11, 187, 48.
Sudhwedeford, 378, 7.
Sunburne, 377, 27.
Sunninge, 375, 41.
Suthflite, 1, 23, 2, 26, 4, 17.
Sutthamtone, 10, 53.
Suthtune, 1, 5, 4, 33.
Suth-Morton, 11, 58.
Suthwell, 129, 21, 132, 19, 134, 34.
Sutton, 23, 18, 137, 46, 139, 5, 143, 15, 231, 64, 264, 27, 270, 11, 377, 16.
Sutwic, 265, 30.
Swindon, 12, 5.
Swyneleys, 92, 25.
Swinomſted. 74, 38.
Sydnaunton, 23, 17.
Sydeleſham, 115, 25, 122, 48, 125, 57.
Syfort, 259, 59.

T.

TAdcaſtre, 162, 44, 163, 15.
Tadyngton, 227, 5.
Takeleye, 27, 9.
Tamworth, 97, 64.
Tame. 269, 30, 49.
Taneſley, 61, 58.
Taneſoure, 265, 30.
Taplowe, 27, 1.
Taſtards, 110, 46.
Taverham, 45, 35.
Teintone, 8, 59.
Terintune, 181, 29.
Ternis, 38, 60.
Terne, 224, 61.
Temple *Bulſtrode*, 22, 37.
Temple *Rodon*, 109, 60.
Thachebroke, 224, 59. (ſive *Thechelesbrok*, 231, 57.)
Thornton, 159, 13.
Thornitone, 378, 6.
Thorpe, 6, 12, 23, 33, 52, 137, 53.
Thorpe-Arches, 139, 29.
Tibbeſhulf, 219, 38.
Tibintune, 231. 45.
Tichehale, 97, 61.
Tickhil, 158, 29.
Ticheſoure, 261, 35.
Tideſwel, 224, 64, 228, 44, 233, 51, 234, 59, 39.
Tidwoldinton, 307, 17.
Tillingham, 299, 14, 307, 3.
Tinghehirſt, 268, 6.
Tinwolditune, 301, 37.
Titleſham, 117, 64.
Todeſthorne, 181, 58.
Tokebi, 40, 6, 37.
Tokintone, 10, 32, 59, 60.
Tolethorpe, 159, 22.
Tolliton, 79, 41, 80, 52.
Topcliffe, 150, 42, 151, 13, 66.
Torcheſei, 263, 28.
Torley, 45, 67.
Tornedis, 45, 30.
Torpe, 185, 4. 270, 2.
Treberth, 26, 65.
Trengeſton, 97, 7.
Tresburth, 23, 64.
Trotteſclive, 2, 22.
Trove, 231, 63.
Tryng, 23, 7.
Tryngford, 23, 7.
Tulyntone, 53, 41.
Tunſtal, 33, 9, 34 153, 9.
Turlington, 143, 18.

V.

VAugh, 26, 50 27, 47.
Uccietone, 185, 1.
Veſtewde, 8, 32.
Ugleford, 159, 31.
Uggemore, 8, 67.
Ulethton, 224, 58.
Ullerthorpe, 50, 49, 59, 31.
Ulfthorpe, 152, 29.
Ulkilthorpe, 159, 27.
Ullingwic, 182, 15.
Upmerdone, 121, 12.
Up-Lythom, 153, 1.
Upton, 22, 66, 183, 8, 15.
Uttoxeter, 60, 35, 61, 38.

W.

WAburne (id eſt, *Woburne*) 258, 37, 259, 28.
Wacherley, 268, 45.
Waddon, 111, 37.
Wagne, 153, 8.
Waingrif, 58, 38, 61.
Walecford, 182, 61, 183, 15.
Waleſhal, 224, 20.
Walkinton, 163, 2.
Wallop, 134, 27.
Wallingoure, 258, 28, 259, 13. Vide *Wellingoure*.
Waltone, 259, 15, 27, 8.
Wardon, 87, 48.
Wardune, 86, 55.
Waringforth, 11, 21. Id eſt, *Walingford*, 11, 19, 51.
Warminſtre, 377, 56.
Warton, 270, 6.
Watele, 62, 59.
Waynflete, 82, 62.
Wayther, 24, 2.
Wealingawyrth, 117, 26.
Weford, 224, 55, 242, 39.
Weilum, 139, 28.
Welgerſton, 80, 64, 79, 33.
Welingheham, 265, 50.
Welle, 89, 66, 90, 28.
Welleſdune, 301, 40.
Weller, 163, 1.
Welletone, 258, 25, 259, 7, 263, 56, 264, 11, 268, 34, 270, 11.
Wellington 224, 61.
Wellinton, 378, 20.
Welle-Wapentac, 259, 55, 262, 53.
Wellingoure, 268, 36.
Wendene, 27, 2.
Wenhaſton, 33, 5.
Werdale, 92, 41, 52.
Wereſword, 268, 61.
Werham, 184, 17.
Werkeſſale, 163, 21.
Wercheford, 264, 63.
Wertelinton, 375, 7.
Weſtbirie, 377, 31.
Weſt-Henreth, 11, 29, 49.
Weſtleton, 33, 5, 32.
Weſton, 61, 63, 111, 55, 162, 65.
Wetewang, 155, 8.
Weybred, 33, 6.
Weybridge, 23, 17.
Wexam, 22, 67.
Wherwelle, 10, 25.
White-Waltham, 23, 55.
Wibbenberie, 231, 64.
Wiboldingtune, 182, 58.
Wicham, 301, 36, 306, 19.
Wiche, 182, 19, 39, 183, 31, 45, 58, 61, 231, 65.
Wichefort, 264, 58.
Wichton, 134, 28.
Wichingham, 111. 58, 6.
Widdingtune, 182, 1.
Wike, 19, 34.
Willegbe, 10, 38.
Willigtorp, 269, 24.
Wilmintune, 1, 5, 4, 33.
Wilton, 143, 10, 378, 3.
Wilburfoſſe, 12, 54, 14.
Winefel, 38, 13, 39, 12.
Winelesford, 375, 21.
Wingemarele, 10, 58.
Winnefelde 58, 20, 61, 43.
Winetune, 185, 1.
Winewic, 224, 10.
Winton, Eccleſ. S. Mart. 10, 44.
Wintune, 9, 23.
Witwange, 143, 11.
Wireſhebirie, 8, 47.
Withenham, 111, 18.
Wiſetone, 30, 54, 32, 1.
Wiſtanton, 61, 59.
Witefeld, 85, 56, 86, 3, 6, 14.
Withornwic, 153, 7.
Wiverthorpe, 158, 29, 49, 159, 23, 58, 33, 60.
Wlleſbe, 10, 40.
Wlveye, 224, 59.
Woburne, 269, 31, 51. Vide *Woburne*.
Wokleham, 2, 20, 4, 15.
Wolewic, 1, 4, 2, 51, 4, 36.
Wolverhampton, 235, 50, 34.
Worde, 47, 53, 375, 36.
Wormeſley, 52, 51.
Worſpring, 47, 34.
Worthdinton, 62, 38.
Wrabeton, 32, 21, 64.
Wreysbury, 27, 5.
Wrmeſleu, 184, 11.
Wuldeham, 1, 21. Vide *Woldeham*.
Wurdhe, 378, 17.
Wutton, 111, 33.
Wycham, 2, 18.
Wygone, 27, 2,
Wyh, 80, 40.
Wyghton, 155, 18, 47, 160, 21, 20, 31.
Wyhttring, 115, 22, 120, 21.
Wynfretone, 50, 46, 35, 51, 3.
Wyndſore, 27, 6.
Wyrley, 242, 40.
Wytham, 109, 60.
Wyſtrings, 121, 65, 47, 125, 56.

Y.

YOlgrave, 224, 27.
Yolthorp, 149, 65.
Yoxford, 33, 4.

Errata.

Errata ſic Corrige.

PAg. 3. Lin. 35. Epiſcopali, p.6. l.19. quod, p.14. l. 6. viſus, p. 18. l.42. paſſnagio & paſſnagium, l. 60. Cluer, p.25. l.23. Augmentationum, p.27. l.32. *Weſtmonaſterium*, p. 29. l.20. dominiorum, p.83. l.23. Bzakele, p.96. l. 53. paſnagium, p 100. l.3. declarando, p.103. l.4. impignorare, p.104. l.36. converſentur, p.116. l.2. caſſatos, p. 121. l.52. ſive, p. 124. l.35. pavagio, p.147. l.18. Epiſcopis, p. 150. l 63. chiminum, p.158. l.18. pro, p.161. l 9. ſeliones, p.163. l.26. indigerint, p.171. l.38. ligatis, p.176. l.43. Quadrageſima, p.178. l.37. roſtra, p.179. l.65. Reliquiarum, p.180. l.2. *Bicentum*, p.211. l.5. modiis, p.219. l.53. Dalis, p.225. l.8. prælibata, p.234. l.55. *Ricardi*, p.237. l.20. autem, p.269. l. 30. Mwenton, p.269. l.53. jura, p.319. l.2. prioris, p. 335. l.2. percipiat, p.340. l.64 & 66. piſtrini, p,341. l.50. bravium, p.344. l.28. ſuperpelliceis, p.362. l.52, 54, 56 & 59. Sententiarum, p. 376. l. 53. pavagio.

ECCLESIÆ

COLLEGIATÆ

Canonicorum

SECULARIUM.

SECULARIUM.

CANONICORUM

COLLEGIATAE

ECCLESIAE

ECCLESIÆ COLLEGIATÆ.

Eccleſia Collegiata S. *Johannis Beverlaci* in agro *Eborac.*

Decimo-tertio *Septembris* Anno MDCLxiiii°. in ciſtulâ quadam plumbeâ, S. *Johannis Beverlaci* Reliquiæ, inibi olim depoſitæ, cum ſequenti Inſcriptione compertæ ſunt.

✠ *Anno ab Incarnatione Domini* MCLxxxviii°. *combuſta fuit hæc Eccleſia in menſe* Septembri, *in ſequenti nocte poſt feſtum S.* Mathæi *Apoſtoli: Et in anno Domini* MCXCvii°. *Idus* Martii *facta fuit inquiſitio Reliquiarum beati* Johannis *in hoc loco, & inventa ſunt hæc oſſa in orientali parte ſepulchri, & hic recondita; & pulvis cemento mixtus ibidem inventus eſt.*

Chron. *Johan. Bromton* Col. 838. n. 30.

DUM Rex *Adelſtanus*, pro aliquali diſſenſione inter ipſum & *Conſtantinum* Regem *Scotorum* habitâ, versùs *Scotiam* tenderet, beatum *Johannem* apud *Beverlacum* viſitavit; ſuper Altare cultellum pro vadio poſuit; promittens, ſi victor rediret Cultellum digno pretio redimeret. Quod impl'evit; nàm dimicando contrà *Scotos*, Deum rogavit, ut prece S. *Johannis Beverlaci* aliquod ſignum evidens oſtenderet, quo præſentes & futuri cognoſcere poſſent *Scotos* de jure debere *Anglis* ſubjugari; undè Rex cum gladio ſuo ſcopulum percuſſit quendam lapideum juxta caſtrum de Dunbar, quod uſque hodie ad menſuram ulnæ lapidis ex ictu iſto cavatur: unde Rex *Adelſtanus* habitâ victoriâ, & Rege *Conſtantino* iterum ſubmiſſo, filium ejuſdem *Conſtantini* de ſacro fonte ſuſcepit; & in redeundo territorium S. *Johannis* poſſeſſionibus, privilegiis, & libertatibus variis ditavit.

Carta Regis Ricardi *ſecundi travas garbarum in* Eſt-Rithingo Ebor. *per Regem* Athelſtanum *olim conceſſas, ratificans.*

REx Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Officialibus, Cancellariis, Præpoſitis, Sacriſtis, Præbendariis in Eccleſiis Cathedralibus, ſive Collegiatis, Advocatis, Procuratoribus, & omnibus aliis eccleſiaſticis perſonis, in quacunque dignitate ſeu officio conſtitutis: Necnon Notariis publicis & aliis quibuſcunque ad quos, *&c.* ſalutem. Cum cognitiones placitorum de Cartis & ſcriptis in regno noſtro *Angliæ* ad nos Coronam & dignitatem noſtram ſpecialiter pertineant; ac dominus *Athelſtanus* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter, per Cartam ſuam, quam per Cartam noſtram confirmavimus dederit & aſſignaverit Deo & Eccleſiæ S. *Johannis Beverlaci*, & miniſtris Deo in eadem Eccleſiâ deſervientibus, certas travas garbarum ac etiam certos denarios loco travarum illarum, in quibuſdam locis in *Eſt-Rithingo* in Com. *Eborum* percipiendas pro ſuſtentatione ſuâ; & pro divinis

Clauſ. 12 R. 2. m. 34.

orationibus, elemosinis, & aliis pietatis operibus pro ipso progenitore nostro & hæredibus suis ibidem faciendis & sustentandis imperpetuum. Et licet præpositi, Canonici & ministri dictæ Ecclesiæ de eisdem travis & denariis, semper hactenus à tempore confectionis Cartæ & confirmationis prædictarum pacificè seisiti fuerint; quidam tamen, tam Religiosi quàm alii, jus nostrum regium in hac parte impugnare, & nunc Præpositum, Canonicos & ministros ejusdem Ecclesiæ, super perceptione travarum & denariorum prædictorum maliciosè impedire machinantes; inhibitiones, citationes, provocationes, & appellationes in hac parte fecerunt; & per ea dictum jus nostrum ad alienum examen ad aliud ibidem subvertendum & adnullandum duci, facere proponunt, in nostri contemptum & prejudicium; & Coronæ nostræ regiæ exhæredationis periculum; ac dictarum Orationum, Elemosinarum, & aliorum pietatis operum subtractionem & diminutionem manifestam; & contra tenorem Cartæ & confirmationis prædictæ: Nos hujusmodi exhæredationi, contemptui & præjudicio remedio volentes occurrere oportuno, & eosdem Præpositum, Canonicos, & ministros, super perceptione travarum & denariorum prædictorum, juxta tenorem Cartæ & confirmationis prædictarum manutenore; & contravenientes præmissa, juxta juris exigentiam & suorum demerita castigare & punire; vobis omnibus & singulis districtè prohibemus, ne hujusmodi inhibitiones, citationes, provocationes & appellationes, nec aliqua alia, per quæ jus nostrum regium in hac parte impugnari; seu Orationes, Elemosinæ, aut alia pietatis opera prædicta diminui, vel subtrahi, aut Carta sua confirmatio prædictæ vel effectus eorundem enervari poterunt quoquo modo attemptetis, nec facere aliqualiter attemptari. Et si quid, per vos aut aliquem vestrum in contrarium attemptatum fuerit, id sine dilatione revocari faciatis, ne ad vos tanquam juris nostri & Coronæ nostræ violatores materiam habeamus ex hac causâ graviter capiendi. T. Rege apud *Cantebrigg* xii°. die *Octobris*.

Carta Regis Henrici *secundi easdam travas similiter confirmans.*

Pat. 5 R. 2. p. 2. m. 13. per Inspex.

HRex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopo *Eborum*, & Justic. & Vicecomitibus, & Præpositis & ministris suis de **Eboracscire** salutem. Præcipio quod Ecclesia S. *Johannis* de *Beverlaco* ita benè, & plenariè & justè habeat in dominicis maneriis meis in **Aust-Reding** travas suas & omnes consuetudines suas sicut unquam melius & plenius habuit tempore Regis *Henrici* avi mei, & tempore Regis *Willielmi*. Et si quis super hoc aliquid impetraverit, vos facietis ei habere plenam justiciam, ne super hoc amplius inde clamorem audiam pro penuriâ pleni Recti. T. T. C. C. apud *London*.

Statuta & ordinationes per Thomam Ebor. *Archiepiscopum pro meliori gubernatione ejusdem.*

Pat. 21 R. 2. part. 3. m. 10. per Inspex.

THomas permissione divinâ *Eborum* Archiepiscopus, *Angliæ* Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus; dilectis filiis Capitulo, Præposito, Officiariis, Personis, Vicariis, Clericis, ac omnibus aliis & singulis ministris Ecclesiæ nostræ Collegiatæ beati *Johannis Beverlacensis* salutem, gratiam & benedictionem. Ad pastoralis Officii sollicitudinem illud præcipuè pertinere dinoscitur, ut Ecclesiarum status, ne ullis unquam vacillet temporibus, per ejusdem providentiam quanto firmius poterit imperpetuum solidetur; atque ut omnibus & singulis, tam majoribus quàm minoribus ministrantibus in eisdem, suæque servitutis obsequium Deo debitè persolventibus, de proventibus Ecclesiæ, ac patrimonio Crucifixi, secundùm personarum gradus, labores, & merita, equâ distributione collata per eos qui proventus & obventiones prædictas percipiunt, hujusmodique onera subire consueverant & tenebantur ab antiquo congruè ministretur, deliberatione providâ, & ordinatione circumspectâ debitè providere, salubriter statuere, & commodius ordinare; atque ad æternam rei gestæ memoriam, quæ statuta fuerint & ordinata, scripturis autenticis inserta perhenniter posteris commendare. Hæc namque sic deberi fieri sancti patres tradiderunt, & nichilominus præcipiunt Canonicæ sanctiones.

Insuper æquitas suggerit, dictat ratio, justicia exigit, ac conscientia justè regulata requirit. Sanè, dum Visitationem nostram ordinariam in honorabili & Collegiatâ Ecclesiâ nostrâ *Beverlacensi* supradictâ & præpositurâ ejusdem personaliter exercceremus, de fundatione & statu Ecclesiæ, ac Præposituræ & facultatibus earundem, vitâ & moribus ministrorum, usu, modo, & more ministrandi eisdem vitæ necessaria, Inquisitionem quantum potuimus fecimus diligentem per quam plurima statum & honorem Ecclesiæ & personarum concernentium, declarandi, reformandi, ordinandi & statuendi superioris officio & discretionis judicio, ac reformatione, remedio indigere reperimus evidenter: ad Dei igitur laudem, suique cultus augmentum, beati *Johannis* Apostoli & Evangelistæ, in cujus nomine Ecclesia ipsa constructa & dedicata esse dinoscitur ab antiquo; necnon sanctissimi Confessoris *Johannis* quondam *Eborum* Archiepiscopi, cujus corporis præsentiâ supradicta Ecclesia gloriatur, sublimatur meritis, miraculisque choruscat & patrocinio communitur, gloriam & honorem; necnon pro evidenti utilitate & urgenti necessitate Ecclesiæ; deliberatione providâ & maturâ, præmissa plenâq; & debitâ causæ cognitione secutâ & interpositâ, de consilio & assensu expresso Capituli; *viz.* dominorum *Ricardi Thorne* Altaris S. *Stephani*, *Ricardi* de *Chesterfeld* Altaris S. *Petri*, *Roberti*

Roberti Manfeld Altaris S. *Michaelis*, & *Adæ Fenrother* Altaris S. *Jacobi*, dictæ Eccleſiæ noſtræ *Beverlacenſis* Canonicorum & Præbendariorum perſonaliter; *Johannis Burton* Altaris S. *Katherinæ*, *Johannis* de *Wellynburgh* Alaris S. *Mariæ*, *Johannis Poole* Altaris S. *Andreæ*, *Johannis* de *Fereby* Altaris S. *Martini* dictæ Eccleſiæ noſtræ Canonicorum & Præbendariorum, per dominos *Willielmum* de *Gartone Berefellarium*, *Johannem Bonytone* Vicarium Chori, *Johannem Wirthorpe* Auditorem Capituli, & *Ricardum Thornetone* Præcentorem ejuſdem, ſuos procuratores in hac parte legitimè conſtitutos, omnium aliorum & ſingulorum quorumintereſt, vel intereſſe poterit quomodo libet in futurum, auctoritate Pontificali & ordinariâ, quaſdam Declarationes, Ordinationes, ſeu ſtatuta perpetua, à quibuſcunque dictæ Eccleſiæ miniſtris, cunctis futuris temporibus inviolabiter obſervanda, providimus facienda.

Inprimis igitur ordinamus & ſtatuimus, quod numerus miniſtrorum Eccleſiæ, qui eſt in præſenti; *viz.* novem Canonicorum, domino Archiepiſcopo *Eborum*, qui verus Canonicus & Præbendarius, ac etiam præſidens dum præſens fuerit eſſe dinoſcitur, incluſo Canonico etiam & Præbendario Præbendæ quæ dicitur octava, quo ad hoc infra numerum comprehenſo, trium quoque officiariorum; ſcil. *Præcentoris*, *Cancellarii* & *Sacriſtæ*, ac ſeptem perſonarum qui olim *Berefellarii* fuerant nuncupati, novem Vicariorum, ſeptem Capellanorum Cantariarum, novem Clericorum Canonicorum, unius Clerici præcentoris, & unius Clerici Charnellariæ: Inſuper & ſeptem Clericorum ſupradictorum perſonarum; duorum Thuribulariorum, & octo puerorum Choriſtarum; ac etiam duorum Clericorum Sacriſtæ; & duorum Virgæ-bajulorum, ſeu pulſatorum Campanarum, in Eccleſiâ noſtra *Beverlaci* prædicta abſque diminutione perpetuo obſervetur.

Habitum autem gerant & habeant Canonici prædicti; ac etiam tres Officiarii Canonicalem, prout etiam conſueverant temporibus retroactis. Perſonæ verò qualem perſonæ in Eccleſia *Eborum* habent & deferunt, de cætero gerant & habeant liberè ac licenter. Cæteri verò Vicarii Capellani, Clerici & Choriſtæ, Vicariis, Clericis & pueris ſeu Choriſtis præfatæ Eccleſiæ *Eborum* in habitu per omnia ſe conforment.

Ut autem in ſtallis & ſedibus ordo congruus & honeſtus, divinoque officio perſolvendus aptior obſervetur; ſtatuimus & ordinamus, ut ex parte dexterâ Chori, ſeu auſtrali, poſt ſtallum canonicalem domini Archiepiſcopi, Canonicus & Præbendarius Altaris S. *Martini* primum ſeu proximum Canonicus & Præbendarius Præbendæ Altaris S. *Mariæ* ſecundum, *Cancellarius*, Tertium; ac una perſona quartum. Deinde Vicarius Archiepiſcopi quintum ſtallum ſeu locum habeat ordinatim. Rurſum poſt ſtallum ſeu locum Ebdomodarii, in ſuprema parte ejuſdem auſtralis partis Chori, juxta Presbyterum, Canonicus & Præbendarius Altaris S. *Stephani* primum ſeu proximum; Canonicus & Præbendarius Altaris S. *Andreæ* ſecundum: duæ perſonæ tertium & quartum ſtallum ſeu locum habeant & occupent de cætero in futurum. Præcentor verò in medio & ex utroque latere ipſius duo Vicarii quatuor Canonicorum ejuſdem partis ſtent & ſedeant, ac ſtalla habeant & occupent deputata.

Ex parte verò boreali ab ingreſſu Chori Canonicus & Præbendarius Altaris S. *Petri* primum. Canonicus & Præbendarius Altaris S. *Katherinæ*, quæ dicitur octava ſecundum: Duæ perſonæ quartum & quintum. A Presbytero verò, poſt ſtallum ebdomodarium ejuſdem partis borealis, Canonicus Altaris S. *Jacobi* primum: Canonicus & Præbendarius Altaris S. *Michaelis* Archangeli ſecundum; Duæ perſonæ tertium & quartum. In medio verò ſacriſta, & ab ejus dextris duo, atque à ſiniſtris alii duo Vicarii Canonicorum ejuſdem partis ſtalla & loca habeant & occupent aſſignata.

Clerici verò omnes & ſinguli in ſecundâ formâ, quilibet coram Magiſtro ſuo. Pueri verò ſeu Choriſtæ ante Clericos prædictos loca ſua teneant, ut fieri conſuevit etiam ab antiquo.

In capitulo verò & proceſſionibus faciendis, lectionibus, legendis, reſponſionibuſque cantandis, antiphonatim inchoandis, cæteriſque gerendis in quolibet gradu Canonicorum, Officiariorum, Perſonarum, Vicariorum, Capellanorum, Clericorum & puerorum, ſeniori ſeu prius admiſſo, à quolibet juniore & poſterius admiſſo debitè deferatur. Præmiſſorum quoque graduum ordo ſupraſcriptus inter eoſdem gradus impoſterum obſervetur, prout ex ordine ſcripturæ ſupradictæ liquet evidenter.

Capellani autem Cantarias habentes, qui ſunt & erunt pro tempore, ſtalla ſeu loca vacua utrobique inter Perſonas & Vicarios equaliter diviſi in Choro occupent confidenter.

In proceſſionibus verò poſt Clericos & ante Vicarios incedant, atque inter eoſdem legant, & cantent quæ per eoſdem legenda fuerint ſeu cantanda. In proceſſionibus autem quibuſcunque Canonici, Officiarii, Perſonæ, Vicarii, Vicarius Capellæ beatæ *Mariæ*, una-cum quatuor Clericis ejuſdem Capellæ, ac ſub-Magiſter *Scolarum*, & Capellanus Altaris S. *Martini*, necnon Capellani Capellarum de *Vlbrigg* & *Molleſcroſte*, ac Hoſpitalis beati *Nicholai Beverlaci*; inſuper & Cantariarum Capellani perſonaliter in habitu omnino interſint, ſicut, *&c.* intereſſe conſueverant etiam ab antiquo. Capellani etiam Cantariarum divinis Officiis in Choro, ſecundum modum & formam in ordinationibus & fundationibus Cantariarum prædictarum limitatas, inſertas & ordinatas, perſonaliter interſint legant & cantent; cæteraque ſubeant ſecundùm quod in tabulâ per præcentorem ſeu ſuccentorem matriculati fuerint, ſeu aliter per eorundem aſſignationem deputati.

Præſentatio autem, ſive collatio prædictorum miniſtrorum; *viz.* Præcentoris, Cancellarii, & Sacriſtæ, ac etiam perſonarum dudum vocatarum *Berefellarii*, quos quidem *Berefellarios*

fellarios recolendæ memoriæ dominus *Johannes* de *Thoresby* dudum *Eborum* Archiepiſcopus ad honorem dictæ Eccleſiæ *Beverlaci*, & majorem decentium miniſtrantium in eadem proinde ordinabat, perſonis in Eccleſiâ noſtrâ Cathedrali & Metropoliticâ *Eborum* officiandò Eccleſiæ in divinis in habitu conformari. Sed quia eorum turpe nomen *Berefellariorum* patens riſui remanebat, dictos ſeptem de cætero non *Berefellarios*, ſet *Perſonas* volumus nuncupari.

Ad præpoſitum *Beverlaci* qui eſt & erit pro tempore, pertineat ſicut ante præſentem ordinationem pertinebat, dum tamen infra quadraginta dies à tempore notæ vocationis in loco beneficii de perſonâ idonea duxerit providendum; alioquin hujuſmodi beneficii ſic vacantis collatio, ad nos & ſucceſſores noſtros Archiepiſcopos *Eboracenſes*, qui pro tempore fuerint, pertineat illâ vice. Prædictorum verò præcentoris, Cancellarii, & Sacriſtæ, necnon ſeptem perſonarum examinatio, ceſſante devolutione hujuſmodi, ad dictum Capitulum pertinebit. Et in eventu quod inter præpoſitum & Capitulum ſuper habilitate præſentati ſive collatarii dicti præpoſiti orta fuerit materia queſtionis, factâ examinatione per Archiepiſcopum *Eborum* qui pro tempore fuerit, ipſa diſſentio ſuo arbitrio terminetur.

Vicariorum verò Clericorum, Canonicorum, & officiariorum hujuſmodi in Eccleſia miniſtrantium, ad Canonicos officiarios & perſonas diviſim, ad quemlibet ſcilicet proprii vicarii et Clerici, cæterorumque Thuribulariorum et Choriſtarum ad Capitulum; omnium verò et ſingulorum miniſtrorum prædictorum examinatio, admiſſio, inſtitutio et deſtitutio, privatio et ammocio ad Capitulum modo præmiſſo ſpectant et pertineant in futurum jure ſuo, per ſupradictum præpoſitum, Canonicos, officiarios et perſonas ac Capitulum libere facienda et imperpetuum excercenda, collatione et ammotione, inſtitutione, et deſtitutione, vicarii Archiepiſcopalis.

Clerici etiam ejuſdem Archiepiſcopi, domino Archiepiſcopo qui nunc eſt, et erit pro tempore ſpecialiter ſolum & in ſolidum reſervatâ compoſitione inter dominum Archiepiſcopum ac Capitulum *Beverlaci* ſuper limitatione et reſervatione juriſdictionis miniſtrorum dictæ Eccleſiæ *Beverlaci*, tam quo-ad dominum Archiepiſcopum, qui eſt et erit pro tempore quàm Capitulum dictæ *Beverlacenſis* Eccleſiæ abſque prejudicio cujuſque partis inviolabiliter obſervandâ: cui quidem compoſitioni per præſentem ordinationem nullatenus in aliquo derogetur.

Ad divini verò cultus augmentum continuum, Eccleſiæ *Beverlacenſis* gloriam et honorem, præfatorumque miniſtrorum numeri perhennem conſervationem, ſtatuimus et ordinamus, quod præpoſito *Beverlaci*, ſeu aliquo octo Canonicorum, vel officiariorum, ſeu &c. perſonarum, infra quindecem dies continuos, vicarios vel clericos inferiores præſentare negligente, ſeu nullatenus, aut indebitè preſentante, lapſis dictis quindecim diebus, collatio & ordinatio hujuſmodi ad Capitulum *Beverlaci*, dictoque Capitulo infra alios quindecim dies immediatè ſequentes.

De Vicariis ſeu Clericis idoneis non conferentibus ſeu ordinantibus, ad Archiepiſcopum *Eborum*, qui pro tempore fuerit, nullo proceſſit judiciario ad hoc requiſito, nec ignorantia, ſeu locorum diſtantia, aut alio colore ſubſidium negligenti præſtantibus in præmiſſis ipſo facto protinus devolvatur.

Fundatio verò & ordinatio Cantariarum in dictâ Eccleſiâ *Beverlacenſi*, quantum ad Capellanorum prædictarum Cantariarum præſentationem, admiſſionem, & amonitionem per omnia obſerventur, quibus per hanc noſtram ordinationem non intendimus in aliquo derogare. Porro Canonici, præpoſitus, officiarii, perſonæ, vicarii, Capellani, & alii miniſtri ſupradicti, per Capitulum admittendi, in domo Capitulari, horâque capitulari; videlicet poſt horam primam & *Precioſa* decantatur publicè & ſolempniter per præſidentem, de cætero debitè admittantur, juramentumque conſuetum ab eiſdem admiſſum, & præcipuè juramentum de obſervando hanc noſtram ordinationem, & omnia & ſingula in eadem contenta in omnibus ſuis articulis, quantum eorum quemlibet tangunt ſeu concernunt exigatur & præſtetur.

Inſuper à Receptore, Botellario, & janitore Bedernæ, in eorum præfectione & admiſſione juramentum conſuetum per Capitulum, horâ & loco ſupradictis exigatur conformiter & præſtetur. Qui autem aliter, ſeu clandeſtinè admiſſus fuerit, ejus admiſſio pro nulla penitùs habeatur. Cæterùm ne prædictorum miniſtrorum numerum, quovis queſito colore diminui contingat, quem pocius cupimus augmentari, ſtatuimus & ordinamus, ut cum unum officium vix dignè valeat aliquis adimplere, de cætero nulli liceat niſi unicum duntaxat Canonicatum præbendam, officium ſeu unicum perſonatum, vicariam, Cantariam, ſeu aliquod aliud miniſterium in dictâ Eccleſiâ *Beverlacenſi*, quovis prætenſo titulo, vel colore aliquomodo, ſimul & ſemel eodem tempore optinere, habere, ſeu retinere, quod ſi ſecus præſumptum fuerit, eo ipſo irritum ſit & inane, nullâ declaratione judicis expectatâ, nec quoviſmodo in hac parte neceſſariâ ſeu requiſitâ.

Noſtræ tamen intentionis non exiſtit, quin officiarii, perſonæ, ac inferiores Clerici ſupradicti annualia liberè recipere valeant & habere, dum tamen in Eccleſiâ *Beverlacenſi* prædictâ perſonaliter celebrent, reſideant, & divinis officiis interſint, ut tenetur.

Vicarius verò nullatenus liceat annualia recipere quoviſmodo vel habere.

Quia verò indignum eſſe comprobatur, ut de Altari vivat, qui Altari deſervire contradicit; quodlibetque officium ſeu miniſterium ei conferri debeat, qui in loco reſidere velit & valeat officium injunctum & miniſterium ſibi creditum, tam debitè quàm devotè, atque cum effectu ſubiturus, ut diſſolutionis materiam; atque evagationis periculum penitùs auferamus;

feramus; ſtatuimus & ordinamus, ut quilibet Cancellarius, præcentor, Sacriſta, perſona, Vicarius, & Cantariarum Capellani, de cætero in Eccleſiâ *Beverlacenſi* ſæpe dictâ, perſonaliter & continuè reſidere omnibus & ſingulis horis Canonicis & Miſſis de die, modo & formâ ſupra & infra ſcriptis intereſſe perſonaliter teneantur.

Quilibet etiam ad officium ſeu perſonatum ad præſens admiſſus, & in futurum admittendus proximis quatuor temporibus ad ſubdiaconatus ordinem; ac etiam infra annum à tempore ſuæ admiſſionis continue numerandum, ſe faciat ad ſacerdotium promoveri; alioquin lapſis proximis quatuor temporibus, ipſoque in Subdiaconum non ordinato; vel etiam ordinato, ſi infra annum à tempore ſuæ admiſſionis continuè numerandum ordinem ſacerdotalem non receperit, nullâ monitione præmiſsâ nec requiſitâ ab homine vel à jure, ſit præſentis ordinationis auctoritate ipſo jure privatus, nullius diſpenſatione, quantum ad abſentiam, ſeu non reſidentiam vel ordinum prædictorum ſuſcipiendi dilationem in aliquo valiturâ.

Cæterum, quia ferendus non eſt qui lucrum quidem amplectitur, onus autem annexum recuſat, frequenterque ſpes impunitatis nutrire conſuevit negligentiam in ſubjectis; ac etiam ut hii qui ad debitæ ſervitutis obſequium, ex devocione animi, & libertate arbitrii non moventur pecuniariâ pœnâ, timoreque ſervili edocti facilius judicantur.

Statuimus ac etiam ordinamus, ut quicunque extra injunctionis conceſſæ & conſuetæ tempora causâ abſentiæ in Capitulo primitùs aſſignatâ, declaratâ, admiſsâ, & approbatâ duntaxat exceptâ, à majoribus horis ſeu minoribus, vel Miſsâ aut proceſſione aliquâ ſe abſentans præſens perſonaliter non extiterit, perſonæ & vicarii, ſecundùm ſtatuta Eccleſiæ noſtræ *Eborum*, vicariorum pœnas limitancia, quorum copiam veſtris inſerendi Regiſtris tranſmittimus debitè puniantur. Cæteri verò Capellani, Clerici, ſeu miniſtri cotidie pro eorum abſentiis pœna arbitria per Capitulum corrigantur.

Ut autem ingratitudinis vicium ab Eccleſiâ noſtrâ prædictâ, ejuſque miniſtris penitùs extirpemus, ſtatuimus & ordinamus, ut quicunque in exequiis recolendæ memoriæ *Adelſtani* Regis, ſeu exequiis generalibus Archiepiſcoporum Eboracenſium, & benefactorum Eccleſiæ annuatim celebrandis præſens perſonaliter non extiterit; ſi Canonicus xii*d.* ſi officiarius, perſona vel vicarius iiii*d.* Si Capellanus Cantariarum ii*d.* Si Clericus i*d.* illâ vice amittat: qui quidem denarii Thuribulariis & Choriſtis abſque diminutione aliquâ applicentur & accreſcant, nullâ remiſſione abſentibus quomodolibet profuturâ. Verùm ut laborem lucrum alleviet, premium virtuti reſpondeat, habundanſque dotatio devotionem adaugeat; quilibetque dum ſufficienter ſeu competenter ſibi fore proviſum conſideret, ad dei dilectionem libenciùs frequenciuſque exurgat; ipſique in puritate conſcientiæ & devotione animi ſacrificium laudis, fructum ſcil. cordis & labiorum liberius offerat, ſtatuimus & ordinamus, ut præpoſitus *Beverlaci* qui nunc eſt & erit pro tempore, pro quolibet ex novem Canonicis ſupradictis, cunctis futuris temporibus, ad quatuor anni terminos, in vigiliis ſcil. S. *Michaelis*, & *Natalis domini*, *Paſchæ*, & *Nativitatis* S. *Johannis Baptiſtæ* decem libras per æquales portiones Camerario Capituli *Beverlaci* nomine Canonicorum prædictorum terminis ſupradictis integraliter liberandas ſolvere teneatur. Solutione verò Camerario Capituli, per Indenturam ſic ut præmittitur plenariâ factâ, Præpoſitus *Beverlaci* qui eſt & erit pro tempore, ac Receptores & miniſtri eorum, quantum ad novem Canonicos ſupradictos, & ſummas perſolutas ipſo facto ſint quieti & penitùs liberati; præcentori etiam x*l.* Cancellario verò & Sacriſtæ, prout ante præſentem noſtram ordinationem ſolvi conſueverat. Quilibet quoque duorum Clericorum & duorum Virge-bajulorum ejuſdem Sacriſtæ vi. *l.* viii. *d.* Inſuper & unicuique perſonarum vi. *l.* xiii. *ſ.* iiii *d.* terminis ſupradictis abſque ulteriori dilatione, dolo ſeu fraude integraliter perſolvat annuatim.

Præfatus inſuper Præpoſitus cuilibet ex novem Canonicis ſupradictis, ac etiam Præcentori & Cancellario quinquaginta duo quarteria avenarum annis ſingulis in feſto tranſlationis S. *Johannis* Archiepiſcopi in locis competentibus & ſufficientibus de fructibus autumpni proximè præcedentis colligenda, percipienda, & habenda, clarè & diſtinctè abſque fraude effectualiter aſſignabit. Cuilibet autem novem Vicariorum prædictorum viii. *l.* terminis ſupradictis ſolvit indilatè. In *Bedernâ* verò ſingulis ſeptimanis quatuor buſſellos frumenti præ manibus liberabit.

Duos quoque puteos pro turbis fodiendis, & locum competentem pro eiſdem deſiccandis annis ſingulis in turbariâ de *Levene* eiſdem debitè aſſignabit. Domos inſuper *Bedernæ* quas dicti Vicarii inhabitant competenter reparabit & ſuſtentabit. Mappas præterea pro eorum menſâ, & ſtramentum pro aulâ; truncos etiam yemales unum poſt alium competenter à vigilia omnium Sanctorum uſque in vigiliam *Paſchæ* ſupradictis Vicariis, ipſius Præpoſiti ſumptibus & expenſis tradet, inveniet, cariabit & liberabit.

In Feſtis inſuper Sanctorum *Stephani* Diaconis & *Johannis* Vicariis, ac Sanctorum *Innocentium* Thuribulariis & Choriſtis: In die etiam *Circumciſionis* domini Subdiaconis, & Clericis de ſecundâ formâ de victualibus annis ſingulis, ſecundùm morem & conſuetudinem Eccleſiæ ab antiquo uſitatos, debitè miniſtrabit, antiqua conſuetudine immò verius corruptelâ Regis Stultorum infra Eccleſiam & extra hactenus uſitatâ ſublatâ penitùs & extirpatâ.

Servitoribus etiam Altaris in Feſtis aſſignatis, ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ in pecuniâ & nullatenus in victualibus ſolvet diebus & feſtis conſuetis in conſuetudinario novo per nos ordinato in ſcriptis & limitato.

Con-

Consuetudines etiam antiquæ Ecclesiæ *Beverlacensis* vocatæ *les Fulles* & servorum cereorum accensorum in Refectorio à vigilia *Natalis domini* usque ad Festum Purificationis beatæ *Mariæ* inclusivè! Collatio quoque diebus singulis in *Bedernâ* fieri consueta, elemosinarum optentu quæ dictis diebus, ac etiam singulis quatuor Jejuniorum anni temporibus in *Bedernâ* pauperibus largiuntur ac cune servisiæ pulsatoribus in Exequiis *Adelstani* Regis mandati in cœnâ domini liberationis corrodiorum, gestatorum feretrorum, & aliorum ministrorum Ecclesiæ; ac oblationis Præpositi ad feretrum in Portâ *Bedernæ* diebus Rogationum, & Assensionis domini; nec non potationi venientium cum processionibus & kariolis die Lunæ in septimanâ Pentecostes omnino observentur; dum tamen dicta collatio in communi fiat post *Completorium* in Choro decantatum.

Porro, cum quælibet ordinatio debeat esse possibilis, justa, ac pro communi omnium utilitate, quantum possibile fuerit statuenda, curare debet Superior, nedum unum extollat alium ad yma depellat, set stateram in manibus gestat equo libramine lances apendat, sicque aliquem in uno oneret & aggrevet, ut in alio eundem relevet & sustentet; sane & si proventus Præposituræ *Beverlaci*, nostrorum patronatus & collationis ad omnia onera supradicta subeunda, & alia quæcunque onera incumbentia eidem supportanda etiam ultra honorabilem, frugalem, & sufficientem præpositi, qui pro tempore fuerit sustentationem, secundum sui status, gradus, honoris & personæ congruentiam, benedicto altissimo, sciamus sufficere in præsenti; & maximè propter Ecclesiam de *Welwyke*, eidem Præposituræ dudum appropriatam, infallibiliterque credamus ex verisimilibus conjecturis habundantius sufficere debere etiam posse in futurum.

Sciamus etiam veraciter præsentem nostram ordinationem, Præposito qui nunc est, & erit pro tempore, ac præposituræ dictæ Ecclesiæ nostræ *Beverlaci* non tam oportunam & utilem, quinnimo summe necessariam & plurimum commodiferam in præsenti; ac etiam in futurum sit etiam indubitanter, verùm onera *Bedernæ* antiqua & consueta multo majorum fuisse onerum difficultatum & expensarum: Ut tamen Præpositus qui est, & erit pro tempore, sicut considerat quorundam portiones ex suâ quidem Præpositurâ necessariò augmentatus, ita & suam Præposituram agnoscat & senciat cum effectu ab oneribus gravibus relevatam; seu verius, ut ita dicamus multimode liberatam, sicque ex consequenti augmentatam; statuimus, decernimus, & ordinamus Præpositum qui est & erit pro tempore aurifabro, latomo & squillario, qui nunc sunt quolibet modo cedente vel decedente, cedentibus vel decedentibus, seu quovismodo dicta officia dimittentibus, non tenere nec debere de-cætero aliquem Aurifabrum, Latomum seu Squillarium habere, nec alicui officia illa conferre, seu ad illa quemcunque nominare, nec onera eisdem officiis incumbentia aliquatenus agnoscere, seu quomodolibet supportare, præfatum Præpositum qui nunc est, & successores suos qui erunt pro tempore, ipsam Præposituram à prædictis solutionibus & oneribus post cessionem vel mortem, seu quamvis aliam dimissionem dictorum aurifabrorum, latomi seu squillarii totaliter exoneramus & absolvimus per decretum, ipsaque officia extunc subducimus, tollimus & supprimimus in futurum: omnia namque & singula onera officiis aurifabri & latomi, & præcipuè reparationes & onera feretrorum, ac aliorum ornamentorum Ecclesiæ; onus etiam fabricæ & reparationis Ecclesiæ, ac quæcunque alia dictis duobus officiis ante hæc tempora incumbentia Capitulum dictæ *Beverlacensis* Ecclesiæ, suis propriis sumptibus exnunc imperpetuum subiet & agnoscet; dictumque Capitulum ad præmissa onera, ut præmittitur subeunda; ac de ejusdem Capituli consensu expresso sententialiter & diffinitivè condempnamus in hiis scriptis.

Præpositum insuper supradictum, qui nunc est, & successores suos qui erunt pro tempore, ab omnibus & singulis oneribus aliis, præstationibus, solutionibus, consuetudinibus quibuscunque, sive in pecuniâ, sive in victualibus, sive quibuscunque aliis rebus existentibus, ministris dictæ Ecclesiæ, ante hæc tempora solvi in Ecclesiâ *Bedernâ*, vel locis consuetis seu debitis, ex fundatione, ordinatione, privilegio, præscriptione statutis vel consuetis, pacto vel compositione quorumcunque Archiepiscoporum *Eborum*, Præpositorum, Canonicorum, seu aliorum ministrorum Ecclesiæ prædictæ, oneribus, præstationibus, solutionibus, consuetudinibus in hac præsenti ordinatione nostrâ insertis duntaxat exceptis, de consensu & assensu dicti Capituli *Beverlacensis*, omnium & singulorum dictæ Ecclesiæ ministrorum, quorum intererunt in hac parte expressorum sententialiter & diffinitivè absolvimus & exoneramus imperpetuum in hiis scriptis antiquis *Bedernæ* observantiis, & consuetudinibus omnibus & singulis, præsentibus non expressatis; quarum plurimæ jam à multis temporibus in dissuetudinem abierunt; ac propter earum incertitudinem & vacillationem, brigis & litibus occasionem multociens dederunt, subductis de cætero & sublatis; nullam deinceps firmitatem habentibus, nec aliquatenus ab aliquo in futurum observandis, set pro perpetuo quoad ministros Ecclesiæ penitus exsufflatis.

Quia verò secundùm Evangelium denarius diurnus in vineâ domini laborantibus ipsa die sine morâ est præstandus; scriptumque sit, *Non maneat merces mercenarii tui tecum usque mane:* Considerantes etiam, quod quandoque ante hæc tempora, occasione solutionum in terminis solitis non factarum, seu indibitè dilatarum, ministri Ecclesiæ prædictæ cessare consueverunt à divinis, non absque gravi offensa dei & scandali Ecclesiæ fundatorum, & fidelium animarum prejudicio, pernicioſissimoque exemplo: volentes idcirco abusum supradictum & occasiones supradictas prorsus extir-

extirpare, eiſdemque miniſtris de alio remedio congruo providere, contra præpoſitos inſuper, qui non ſolvendo, Deum offendunt, hanc ordinationem noſtram contempnunt, miniſtros ſalariis debitis deludunt & defraudant, per pœnas inſurgere ſpeciales, ſtatuimus & ordinamus, decernimus & diffinimus, quod ſi in aliquo terminorum vel vigiliarum prædictarum, vel infra xv. dies extunc immediate ſequentes præpoſitum dictæ *Beverlacenſis* Eccleſiæ, in toto vel in parte hujuſmodi ſolutionis faciendi alicui perſonæ ſeu gradui miniſtronum prædictorum, contra tenorem ordinationis præſentis deficere contigerit, totiens quociens, quinque marcas nomine pœnæ Archiepiſcopo *Eborum*, qui pro tempore fuerit, & fabricæ Eccleſiæ *Eborum* quinque marcas; ac etiam fabricæ Eccleſiæ *Beverlacen.* quinque marcas ſolvere teneatur, ordinatione præſenti nichilominus in ſuo robore per omnia in ſingulis ejus articulis duraturâ. Ad quas quidem quindecim marcas, ſic ut præmittitur perſolvendas, præpoſitum qui nunc eſt, & erit pro tempore, requiſito omnium concenſu quorum intereſt & concurrente, & expreſſato, ſententialiter & diffinitivè condempnamus in hiis ſcriptis.

Verùm ſi ſolutiones ſupradictas miniſtris Eccleſiæ ſepedictæ, ſecundùm præſentis ordinationis modum & formam faciendæ, ſeu præfatas pœnas commiſſas per alios quindecim dies, dictos quindecim dies immedatè ſequentes, integraliter nobis, noſtriſque ſucceſſoribus & fabricis ſupradictis facere contempſerit, noluerit, ſeu non ſolverit cum effectu; nos præpoſitum qui pro tempore fuerit, lapſis dictis triginta diebus, quorum decem pro primo, decem pro ſecundo, & reliquos decem dies pro tertio & peremptorio termino & monitione canonicâ, cuique præpoſito, qui pro tempore fuerit aſſignamus, dolo, morâ & culpâ præcedentibus, vinculo excommunicationis majoris in hiis ſcriptis innodamus, abſolutione à præfatâ ſententiâ, facultate etiam liberâ contra præpoſitum ſic, ut præmittitur non ſolventem, ejuſque receptorem & miniſtros, per quaſcunque alias cenſuras Canonicas, ac ſequeſtrationem & miſſionem in poſſeſſionem bonorum dictæ præpoſituræ multæ, ſeu pœnæ indictionem, pignorum captionem, & alia quæcunque juris remedia per nos & noſtros commiſſarios excercenda, nobis ac ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter & expreſſè reſervatis.

Verum quia pro novem Canonicorum, Præcentorum, & perſonarum Clericis, Thuribulariis ſeu Choriſtis victu neceſſario nichil certum, ſufficienter, nec etiam competenter hucuſque proviſum fuerat, conceſſum, aut aliquatenus ordinatum: ideoque habiles & ydonei ante hæc tempora ad ſubeundum Chori onera non poterant abſque difficultate reperiri; pluresque eorumdem remanere nolebant, quia unde viverent non habebant: Ideoque, ne in opprobrium Cleri & dedecus Eccleſiæ præfati Clerici cogantur infœliciter mendicare, ſtatuimus & ordinamus, quod Clericus Archiepiſcopi ab eodem quadraginta ſolidos; quilibet verò ex octo Clericis reliquorum Canonicorum xl. *ſol.* & Clericus præcentoris, & quilibet ex ſeptem Clericis perſonarum xxx. *ſol.* Inſuper & quilibet duorum Thuribulariorum, & octo puerorum Choriſtarum xx *ſol.* à reliquis octo Canonicis per Camerarium Capituli de quibuſdam canonicatuum ſeu præbendarum proventibus annis ſingulis, ad prædictos quatuor terminos equaliter ſolvendos. Percipiant etiam annuatim ſingulis prædictis octo Canonicis reſidentibus & non reſidentibus, ad equalem ſolutionem præfatis Clericis equaliter faciendam pro perpetuo ad paria obligatis.

Volentes præterea omnes & ſingulos dictæ Eccleſiæ miniſtros per materialium diſtributionem largitates, ad exorandum pro defunctis ſpecialiter animare, commodaque commodis cumulare, ſtatuimus, ut cum Exequiæ pro animabus domini Regis *Edwardi* tertii, dominarum *Iſabellæ* & *Philippæ* Reginarum, domini *Ricardi* de *Ravenſer* & *Johannis* de *Bentley* fuerint in eadem Eccleſiâ *Beverlacenſi* celebrandæ, ſingulis Canonicis viii. *d.* officiariis vi. *d.* Perſonis & Vicariis iiii. *d.* Cantariarum Capellanis iii. *d.* Clericis de ſecundâ formâ ii. *d.* & pueris Choriſtis i. *d.* dummodo in Exequiis & Miſſis præſentialiter & completè interfuerint per Capitulum Eccleſiæ quod ad hæc onera obligatur perpetuo erogentur. Abſentibus à prædictis Exequiis ſeu Miſſis, cujuſcunque gradus extiterint nichil penitus percepturis.

In Exequiis verò dominæ *Ydoneæ Percy* ſervetur ordinatio inde facta in Eccleſiâ prædictâ uſitata.

Cæterum, cum cuilibet ſtatui, gradui & perſonæ miniſtrorum Eccleſiæ ſupradictæ per præſentem ordinationem ſatis habundæ quoque ſit proviſum, ac ſufficienter ordinatum, quemlibet veſtrum exhortamur in domino, & nichilominus in peccatorum veſtrorum remiſſionem, ac in virtute ſanctæ obedientiæ firmiter injungentes mandamus quatenus in præfatâ honorabili Collegiatâ Eccleſiâ, temporibus debitis, ad horas Canonicas devote conpſallendas ſine morâ alacriter convenientes, non tranſcurrendo, non enicopando, nulla prorſus colloquia extranea, vana, vel inhoneſta intermiſcentes, ipſaque officia divina quibus mancipati eſtis peragentes, ante eorum completionem nullatenus recedentes, tam debitè quàm devotè, cum omni ſpiritus feryore voluntariè perſolvatis, quatenus laboris temporalis meritum vita perpetua recompenſet omnium meritorum juſtiſſimus retributor.

Has autem noſtras ordinationes, & decreta, diffinitiones, ſententias, & ſtatuta à quibuſcunque Eccleſiæ *Beverlacenſis* miniſtris, quatenus unumquemque eorum attinent & concernunt perhenniter obſervanda, vobis tranſmittimus. Sigilli noſtri munimine roborata in fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum, juro & dignitate noſtris & Eccleſiæ noſtræ *Eboracenſis* in omnibus ſemper ſalvis. In quorum omnium teſtimonium & fidem Sigillum noſtrum fecimus hiis apponi. Datis

Beverlaci xxviii°. die menſis *Julii* Anno Domini MCCCXCj°. & noſtræ Tranſlationis quarto.

ECCLESIA

Collegiata de Suthwelle *in agro* Notinghamenſi.

Terra Archiepiſcopi Eboracenſis Torgartone *Wapentac.*

Ex libro cenſuali, vulg. vocato *Domeſday-Book* penès Theſ. & Camer. Scacc. ſub. tit. *Snotinghamſcire.*

IN Sudwelle, cum berewicis ſuis ſunt xxii. carucatæ terræ, & dimidium ad geldam; terra xxiiii. Ibi habet Archiepiſcopus *Thomas* decem carucatas in dominio, & decem Sochmannos, & Lxxv. villanos; & xxiii. bordarios, habentes xxxvii. carucatas. Ibi duo molendina xl. ſol. & piſcina & paſſagium ſex ſolidorum. De eadem terra tenent ſex milites quatuor carucatas terræ, & dimidium.

Tres Clerici habent quatuor carucatas terræ & dimidium. De eâ ſunt duæ bovatæ in Præbendâ. Duo *Anglici* habent tres carucatas terræ, & quinque bovatas. Milites habent ſeptem carucatas in dominio, & xxxv. villanos, & xxiii. bordarios, habentes xxi. carucatas, & unum molendinum trium ſolidorum.

Clerici habent unam carucatam & dimidium in dominio, & ſeptem villanos, & quinque bordarios, habentes tres carucatas. *Anglici* habent tres carucatas in dominio, & xx. villanos, & ſex bordarios, habentes ſex carucatas & dimidium.

Ad Sudwelle pertinent C. & qr. viginti octo acræ prati. Silva paſtilis octo leucarum longitudine, & duarum quarentenarum latitudine. Terra arabilis quinque leucarum longitudine, & trium latitudine. Tempore Regis *Edwardi* valebat xl. libr. modo xl. libr. & xv. ſol.

In Sudwelle numerantur xii. Berewicæ.

Bingehamhou *Wapentac.*

Ibid. IN Croppehille & Hegelinge habet S. *Maria* de Sudwelle duas carucatas & dimidium ad geldam: terra ſeptem carucatarum. Ibi habent Canonici in dominio duas carucatas, & quinque ſochmannos, & xii. villanos, & quatuor bordarios habentes ſex carucatas, & duos boves, & xx. acras prati. Tempore Regis *Edwardi* valebat lx. *ſol.* modo L. *ſol.*

In Nortwelle habet S. *Maria* de Sudwelle xii. bovatas terræ ad geldam. Terra ſex carucatæ. Ibi modo duæ carucatæ in dominio, & xxii. villani, & tres bordarii habentes ſeptem carucatas. Ibi Eccleſia & preſbyter, & unum molendinum xii. denariorum, & una piſcaria, & Lxxiii. acræ prati. Silva paſtilis duarum leucarum longitudine & unius latitudine. Tempore Regis *Edwardi* valebat ſex libras; modo C. ſol.

Carta Turſtini Ebor. *Archiepiſcopi, qua unam Præbendam Eccleſiæ de* Suthwell *addidit.*

Turſtinus Dei gratiâ *Eboracenſis* Archiepiſcopus; omnibus ſucceſſoribus ſuis ſalutem. Ut in Eccleſiâ S. genetricis *Mariæ* multiplicius ipſius Dei & Domini noſtri ſervicium augeretur, appoſuimus unam ibidem addere Præbendam; ipſamque *Herberto* donavimus; *viz.* Eccleſiam de Beckingham, & etiam *Laretonâ*: In Southwell manſum quod fuit *Gilberti Cantoris*, & Decimam totius incrementi de dominio manerii mei de Southwell; & quartam partem Decimæ totius bladi mei; & tres partes totius Decimæ eſſartorum meorum, quæ pertinet ad dominium ejuſdem manerii. Ex Regiſtro albo penès Canonicos de *Suthwell.* p. 21.

Bulla Alexandri *tertii* Rom. *Pontificis, quâ diverſas immunitates ac privilegia Eccleſiæ Collegiatæ de* Suthwell *conceſſit.*

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Canonicis Eccleſiæ S. *Mariæ* de Southwell, tam præſentibus quàm futuris Canonicè ſubſtitutis *L. N.* PP. *M.* Ad hoc ſumus ad univerſarum Eccleſiarum regimen, licet inſufficientibus meritis, ſuperna providentiâ deputati, ut ſingularum commodis ac profectibus, propenſiori ſtudio debeamus intendere, & pro ipſarum ſtatu, ſimpigrâ ſollicitudine vigilare, ne à ſuperno patrefamilias negligentiæ, meritò poſſimus redargui, ſi circa Eccleſiarum regimen minus (quod abſit) fuerimus diligentes. Ea propter dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam S. *Mariæ*, in quâ divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Præterea antiquis libertatum conſuetudines, illas *viz.* quas *Eboracenſis* Eccleſia ab antiquo habuiſſe, & adhuc habere dinoſcitur, ſicut eas vobis & Eccleſiæ veſtræ Archiepiſcopali, Capitulum *Eborum*, & illuſtres *Anglorum* Reges, piâ & rationabili providentiâ induxerunt, & ſuis ſcriptis autenticis confirmarunt, auctoritate Ex quodam Regiſtro penès Capitulum de *Suthwell.*

duximus

SOVTHWELLENSIS ECCLESIÆ COLLEGI[AT]

EGIATÆ, A BOREA-ZEPHIRO PROSPECTVS.



Ric: Hall delin: W: Hollar sculp:





Rich Hall delin. W. Hollar sculp: 1672.

E CLIATÆ, AB EVRO=AQVILONE PROSPECTVS.

duximus Apoſtolicâ confirmandas, ſub interminatione Anathematis infringere, aut contra eas in aliquo, temerariâ præſumptione venire.

Ad hæc adjicientes ſtatuimus, ut ſi aliquis parochianorum veſtrorum, vobis in terris vel domibus, aut rebus aliis ad veſtram Eccleſiam pertinentibus, violentiam ſeu injuriam irrogare præſumpſerit; liceat vobis, in eum, abſque alicujus contradictione, excommunicationis ſententiam promulgare.

Cæterum, ſi quis parochianorum veſtrorum, vel etiam parochionarum *Eborum* Eccleſiæ infra cimiterium Eccleſiæ veſtræ, in aliquem violentas manus injicere, aut ipſum inde vel à domibus veſtris violenter extraxerit, ſeu contra pacem Eccleſiæ, in eiſdem indultum cenſurâ Eccleſiaſticâ cohercere; prohibemus inſuper, ut qui à vobis, ſicut dictum eſt, pro ſuis exceſſivis & injuriis, Eccleſiæ veſtræ & vobis illatis, vinculo fuerint interdicti vel Anathematis innodati, nulli facultas, vel licentia pateat eis abſolutionis beneficium exhibere, niſi prius ſuper hiis, undè à vobis interdicti vel excommunicati ſunt, congruè vobis & Eccleſiæ veſtræ fuerit ſatisfactum.

Nichilominus etiam præſentis ſcripti decreto ſancimus, ut Eccleſiæ Præbendarum & communionis, ab omni jure & conſuetudine Epiſcopali liberæ ſint penitùs, & immunes; & in eiſdem Eccleſiis vobis liceat vicarios idoneos, abſque aliquâ contradictione inſtituere, ſicut *Eboracenſis* Archiepiſcopi & Capitulum, id vobis & prædeceſſoribus veſtris permiſiſſe noſcuntur; & in præſentiarum in Eccleſiâ *Eboracenſi* & veſtrâ pacificè obſervantur. Præterea, quemadmodum ab eiſdem Archiepiſcopis vobis conceſſum eſt, & longâ conſuetudine obſervatum, ſtatuimus; ut tam Clerici quàm Laici comitatus de *Notinghamſyre* in *Pentecoſten*, ad Eccleſiam veſtram, cum ſolempni proceſſione accedant, & annis ſingulis ibidem, juxta antiquam & rationabilem ipſius Eccleſiæ conſuetudinem Synodus celebretur & illuc Cryſma per Decanos illius comitatus ab *Eboracenſi* Eccleſiâ deferatur, per alias inde Eccleſias diſtribuendum.

Illud etiam, ſicut antiquâ & rationabili conſuetudine noſcitur obſervatum, & inconcuſſum decætero manere cenſemus; quod videlicet cum aliquis Canonicorum veſtrorum deceſſerit, vel habitum & vitam mutaverit, redditus qui ad ipſum eodem anno ſpectarent pro animâ ejus, aut etiam ſolutione debitorum ſuorum, cum conſilio Capituli diſtribuatur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat memoratam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione aut ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profuturâ; ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & *Eboracenſis* Archiepiſcopi Canonicâ juſticiâ, & debitâ reverentiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit &c. dignâ ſatisfactione correxerit &c. & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat &c. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax &c. Data *Tuſculani* per manum *Graciani* S. Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii quinto Kal. *Auguſti* Indictione quartâ Incarnationis Dominicæ MCLXXI°. Pontificatus verò Domini *Alexandri* tertii anno xii°.

Alia dicta Alexandri *tertii Bulla de privilegiis.*

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Archidiacono, Decano, & cæteris Clericis de **Notynghamſyre** ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſuſcepti regiminis & caritatis officii commovemur, pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & ſingulis Dei Eccleſiis dignitates & jura ſua attentâ ſollicitudine conſervare; inde eſt, quod nos Eccleſiæ de **Southwell** in jure & dignitate ſuâ providere volentes, univerſitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus eidem Eccleſiæ debitum & conſuetum honorem & reverentiam impendatis, quam anteceſſores noſtri, & nos ipſi ei hactenus exhibuiſſe noſcimini; & ejuſdem Eccleſiæ jura, & antiquas libertates, conſuetudines, in Criſmate, ab *Eboracenſi* Eccleſiâ ante *Paſcha*, ad prædictam Eccleſiam per vos filii Decano deferendo; & inde per alias Eccleſias ad Monaſteria illius Archidiaconatus more ſolito diſtribuendo, & ad annuam Synodum ſtatuto tempore; & ad proceſſionem in *Pentecoſten* ſolemniter, de more, conveniendo, & in aliis illæſas & integras conſervetis. Tibi verò Archidiacone, auctoritate Apoſtolicâ prohibemus; ne tu, vel officiales vel Clerici tui Eccleſias ſeu Clericos ejuſdem Archidiaconatus, ſub prætextu viſitationis aut frequentiæ Capitulorum conventus indebitè gravare temptatis; ne magna & ſumptuoſa convivia vobis faciatis de paupertate Clericorum per ſuas Eccleſias præparari; nec ab eiſdem Clericis indebitum precium pro redimendis hominibus, contra Sanctorum patrum ſtatuta, ac anteceſſorum noſtrorum conſuetudinem erigatis; ſed ſecundum loci facultatem, ubi ratio poſtulaverit, ita receptionem veſtram moderari curetis, quod viſitatio veſtra, magis eis grata eſſe debeat, quàm dampnoſa. Clericis quoque prædictis diſcretos & honeſtos Decanos providere ſtudeatis, qui eos videantur converſatione & moribus informare: Et qui non tam commodum temporale, quàm morum correctionem & profectum exigant animarum. Provideatis autem attentiùs, ut ita præceptum noſtrum in hac parte exequi videamini, quod nulla exinde adverſum vos ad nos debeat perferre querela: quia, ſi nobis in hoc inobedientes fueritis, inobedientiam veſtram authore divino debi-

Ibid.

to anima verſionis curabimus verbere caſtigare. Data *Tuſculani* idus Julii....

Carta Regis Henrici *primi poſſeſſiones & conſuetudines dictæ Eccleſiæ confirmans.*

Ibid. HEnricus Rex Angliæ Vicecomiti de *Notinghamſcira* & omnibus Baronibus ſuis de *Notinghamſcirâ* & *Derbiſcirâ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe *Thomæ* Archiepiſcopo omnes poſſeſſiones & conſuetudines ſuas, ſuper omnes terras ſuas, quas habet in *Notinghamſcirâ*, & maximè ſuper illas, quæ pertinent ad Eccleſiam S. *Mariæ* de Suwell, ſicut melius tenuit & habuit tempore fratris mei. Et ſi quis aliquam calumpniam ſupra homines, qui in illis terris manent, fecerint talem rectitudinem qualem Canonici S. *Petri* facerent; talem facient & in tali loco. Et ſi quis ſuper hoc aliquam injuriam fecerit michi emendabitur. T. *Rogero* Epiſcopo *Salesbiriæ*.

Carta dicti Regis Henrici *primi de Prebendâ de* Dunham.

Ibid. HEnricus Rex *Angliæ* Archiepiſcopo *Ebor.* & Juſticiariis & Vicecomitibus, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis quia conceſſi *Turſtino* Archiepiſcopo *Ebor.* ut ponat ad Eccleſiam S. *Mariæ* de Suwell in prebendam Eccleſiam de Dunham, quam prius dederam ipſi Archiepiſcopo, ſicut idem Archiepiſcopus eam prædictæ Eccleſiæ conceſſit & poſuit. Et volo & præcipio ut benè & in pace & honorificè teneat. T. Epiſcopo *Sarum*.

Carta ejuſdem Regis Henrici *de prebendâ de* Legretone & Bekingham.

Ibid. HEnricus Rex *Angliæ* Archiepiſcopo *Ebor.* & Juſticiariis, & Vicecomitibus, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis de *Notinghamſyrâ* ſalutem. Sciatis quia conceſſi, pro Dei amore, donationem illam, quam *Turſtinus* Archiepiſcopus *Ebor.* dedit & conceſſit Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Suthwellâ* in prebendam; videlicet Eccleſiam de manerio ſuo de Legretone; & Eccleſiam de manerio ſuo de Bekingham, ſicut idem Archiepiſcopus eas prædictæ Eccleſiæ in prebendam dedit & conceſſit: Et volo, & præcipio, ut benè & in pace & honorificè teneant. T. *Rogero* Epiſcopo *Sarum*.

Carta Johannis *Archiepiſcopi* Ebor. *de Prebendâ de* Bekingham.

Ibid. UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quorum notitiam pervenerit hæc ſcriptura, *Johannes*, permiſſione divinâ *Ebor.* Archiepiſcopus, Angliæ primas, ſalutem in Sanctis amplexibus ſalvatoris. Acceptum credimus obſequium impendere altiſſimo creatori, dum operam damus ſollicitam, ad extollendum in noſtris Eccleſiis laudes ejus, quæ congruum profecto augmentum ſuſcipiunt excreſſente meritorio numero miniſtrorum, ut eo celebrius magnificentur divina, quo plures miniſtri conveniunt in laudibus exſolvendis. Ad gratam itaque & ſpontaneam ſubmiſſionem dilecti domini filii *Willielmi* de *Rotherfeild* in primis in nos factam, ſuper præbendâ de Bekingham in Eccleſiâ noſtrâ *Suthwellenſi*, cujus eſt Canonicus in eadem, accidente ad hoc Capituli ejuſdem Eccleſiæ requiſito conſenſu, ſuper ſtatu dictæ præbendæ ſic duximus ordinandum: Intendentes placere domino Jheſu Chriſto, ad ejuſdem & gloriosæ virginis matris ſuæ, quæ præfatæ Eccleſiæ Patrona exiſtit gloriam & honorem, de voluntate expreſsâ domini *Willielmi* de *Rotherfeld* Canonici & præbendarii præbendæ de Bekingham, capitulorum Cathedralium *Ebor.* & Suthwell Eccleſiarum noſtrarum conſenſu unanimi concurrente; ordinamus & decernimus ordinando, quod de præbendâ de Bekyngham Eccleſiæ *Suthwellenſis* prædictæ, quam ex certis conſiderationibus, propter multiplicationem boni ſpiritualis, auctoritate Pontificali, in duas, equitate dividimus ſuadente.

Eccleſia de Noyth Leverton, quæ pars dictæ præbendæ de Bekingham, in quâ jus paternatus habemus notoriè, dum integra quondam erat, eſſe hactenus conſuevit, ſit perpetuis temporibus de cætero, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis præbenda in memorata Eccleſia de Suthwell ſingularis; quam per hanc noſtram ordinationem in præbendam ejuſdem Eccleſiæ creamus & erigimus ſingularem, de Eccleſiâ de Bekingham prædictâ, quæ ſimiliter ſemper de cætero manebit ejuſdem Eccleſiæ præbendalis totaliter ſic diviſam, per nos & ſucceſſores noſtros, ſucceſſivis temporibus, cum eam vacare contigerit conferendam: Sic, quod hæc nova Præbenda, in ſe adeo libera deinceps in omnibus, ſicut dum pars præfatæ præbendæ de Bekingham fuerat, eſſe hactenus conſuevit; ac ipſius præbendæ Canonico ſtallus in Choro, ex parte Boreali, juxta ſtallum Sacriſtæ, & locus in Capitulo per Capitulum *Suthwellenſe* debitè aſſignetur.

Ordinamus inſuper & decernimus ordinando, quod Canonicus dictæ novæ Præbendæ Vicarium in dictâ Eccleſiâ *Suthwellenſi*, habeat, ſuo nomine miniſtrantem dicto Capitulo *Suthwellenſi*, per ipſum Canonicum præſentandum, & per dictum Capitulum in Choro inibi inſtituendum, ſicut de aliis vicariis Chori fieri conſuevit, juxta morem Capituli ſupradicti; cui ſolvat ſtipendia annua, prout alii dictæ Eccleſiæ ſolvunt Canonici conſueta.

Volumus etiam ordinando, quod præfatus dominus *Willielmus* de *Rotherfeild*, obtentu liberalitatis ſuæ prædictæ memoratam Præbendam de Bekyngham, ut præmittitur nunc diviſam, habeat & poſſideat ſuis temporibus, abſque diminutione qualibet amodò faciendâ. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum unacum prædictorum Capitulorum Sigillis præſentibus eſt appenſum. Acta & data in Capitulo *Suthwellenſi* xiiii°. Kal. Novembris anno gratiæ MCCXCI°.

Bulla

Bulla Urbani *tertii* Rom. *Pontificis terram de* Dalton *in Præbendam huic Ecclesiæ collegiatæ concessam, ratificans.*

Ibid. URbanus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio *Rogero* fratri *Martini* de *Capellâ Henrici* illustris Anglorum Regis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis, facilem nos convenit impertiri consensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequendæ complenda: Ea propter dilecte in domino fili, tuis justis postulationibus, grato concurrentes assensu, tam terram de Dalton, cum pertinentiis suis, & beneficium à *Willielmo* bonæ memoriæ, *Turstani* quondam *Eboracensis* Archiepiscopi Dapifero detentum; quam terram & beneficium venerabilis frater noster *Rogerus Eboracensis* Archiepiscopus, in præsentiâ dilecti filii nostri *Henrici* S. *Romanæ* Ecclesiæ Presbyteri, Cardinalis, Apostolicæ sedis legati; & fratrum nostrorum, *Roberti Lincolnienſis*, *Henrici Dunelmensis*, ac *Lexovien.* Rec. *Ebor.* *Segerii Sagien.* Episcoporum, in Præbendam, & noscitur Canonicè contuliſſe, sicut ea in præsentiarum rationabiliter possidere dinoscеris, de nominatione tuâ, auctoritate Apostolicâ integrè confirmamus; & præsentis scripti patricinio communimus: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, ausu temeritatis infringere, vel ei aliquatinus contravenire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Data *Amign.* viii°. Idus Aprilis.

Carta Johannis *Archiepiscopi* Ebor. *de Præbendâ de* Eton.

Ibid. UNiversis S. matris Ecclesiæ filiis, ad quorum notitiam pervenerit hæc scriptura, *Johannes* permissione divinâ *Ebor.* Archiepiscopus, *Angliæ* primas salutem in Sanctissimis amplexibus salvatoris. Inter alias sollicitudines, quibus ex debito officii occupamur, illam mentalius amplectimur, quâ divini cultus augmentum promovere cupimus, ad laudem altissimi, & decorem Ecclesiæ in ministris. Cum itaque Ecclesiarum prælatis Pontificali præfulgentibus dignitate, Præbendas & numerum Præbendarum, Ecclesiarum suarum necessitate vel utilitate ingruente augendi potestas à jure Canonico sit concessa: nos hanc utilitatem, ut præmisimus, præcordialiter intuentes; & pro nostræ fragilitatis humanæ modulo affectantes, ut decus Sanctæ matris Ecclesiæ succrescat, cumuletur, & amplificetur per majorem numerum Canonicorum, qui gratos Deo se facient, & idoneos servitores cultus per divini excercitium, in latitudine caritatis; quod Ecclesia de Eton, nostræ Diocesis, cujus ad nos pertinet patronatus, Ecclesiæ nostræ *Southwellensi*, cum vacuerit, in perpetuum sit annexa: Et in eadem Ecclesiâ *Southwellensi* habeatur, & de cætero sit præbenda, de consensu & assensu unanimi dilectorum in Christo filiorum Capitulorum nostrorum *Ebor.* & Suthwell Ecclesiarum, duximus ordinandum; & tenore præsentium ordinamus; Reservatâ nobis in præfatâ Ecclesiâ de Eton collatione vicarii tantummodo istâ viâ personæ idoneæ per nos conferendæ, quæ in dictâ Ecclesiâ de Eton personaliter resideat, & per quam ipsius Ecclesiæ de Eton debeat cura Regi.

Collatione autem dictæ vicariæ ista unica pars per nos facta, ordinamus de consensu Capituli *Suthwellensis* prædicti; quod post modum proximo & perpetuo cum Vicariâ memoratæ Ecclesiæ de Eton vacare contigerit, Vicarius qui in eadem Ecclesiâ de Eton debeat ordinari, & in eadem, ut præmittitur personaliter residere, ac curam regere Ecclesiæ antedictæ à Canonico Præbendæ hujusmodi, qui pro tempore fuerit præsentetur. Præfata etiam Præbenda per nos & successores nostros, cum eam vacare contigerit, conferenda, à præstatione cujusliber oneris ordinarii sit libera & immunis, & ipsius Præbendæ Canonico stallus in Choro & locus in Capitulo, per Capitulum *Suthwellense* debitè assignetur; qui Canonicus Vicario suo in dictâ Ecclesiâ *Suthwellensi*, suo nomine ministranti, ac dicto Capitulo *Southwellensi* per Præbendarium præsentato; & per idem Capitulum in Choro inibi instituendo, sicut de aliis Vicariis Chori fieri consuevit, juxta morem Capituli supradicti, solvat stipendia annua, sicut alii dictæ Ecclesiæ solvunt Canonici consueta. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum, datis apud Suthwell ix°. Kal. Febr. anno gratiæ MCCLXXXIX°. & Pontificatus nostri quarto.

Carta Roberti Malluvell *de Præbendâ de* Rampton.

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis præsentibus & futuris *Robertus Malluvell* in Christo salutem: Noverit universitas vestra me, de consensu *Pavia* matris meæ Ecclesiam de Rampton, cum omnibus pertinentiis suis, pro amore Dei, & animabus antecessorum meorum, Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Suthwellâ*, in puram & perpetuam elemosinam dedisse, & hac præsenti cartâ meâ confirmasse, ad Præbendam in eadem Ecclesiâ de Suthwell ordinandam. Hiis testibus *Adam* Abbate de Welleber, Alano Canonico de Ripon, *Willielmo* Capellano, Magistro *Ligarto Willielmo* de *Fornellis*, *Henrico* de *Gorham* & aliis.

Ordinatio Johannis Ebor. *Archiepiscopi super portionibus garbarum & feni in parochiâ de* Aptone *juxta* Suwelle.

Pat. 9. E. 3. part. 2. m. 8. per Inspex. UNiversis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quorum noticiam pervenerit hæc scriptura, *Johannes* permissione divinâ *Eborum* Archiepiscopus, *Anglia* primas, subscripta ad perpe-

perpetuam memoriam eorundem. Conſiderationis noſtræ intuitus qui eſt & erit circa ſubditos, Deo propicio, ſemper pius, in eos præſertim occulos dirigit benevolos, quos bene-meritos conſpicimus, & divinis obſequiis laudabiliter intrudentes; inter quos Capitulum Eccleſiæ noſtræ **Suthwell** affectione ſincerimâ intuemur, quod in Canonicis Collegii ejuſdem Collegiatæ Eccleſiæ habet ab antiquo in ipsâ Eccleſiâ reſidentiam ordinatam: qui quidem Canonici in eadem Eccleſiâ libenter & devotè reſident, quanquam communes redditus ſeu proventus reſidentium uſibus deputati pauci fuerint & exiles: Cupientes itaque ſtatum dictorum Capituli & Canonicorum oportunâ ſubventione favorabiliter relevare; ut iidem Canonici, eorumque ſucceſſores ad divini cultus augmentum & honorem ſanctiſſimæ virginis matris ſuæ, quæ præfatæ Eccleſiæ patrona ſpecialis exiſtit, eo pronius, & excitentur, quo ipſis reſidentibus proventus accreverint pinguiores; ad meram, & ſpontaneam ſubmiſſionem dilectorum filiorum Magiſtri *Johannis Clarell*, per Magiſtrum *Benedictum* de *Halum* Canonicum *Suwelliæ*, procuratorem ſuum legitimum ejus nomine, dominorum *Willielmi* de *Rotherfeud*, & *Ricardi* de *Bamfeud* dictæ Eccleſiæ de **Suwell** Canonicorum, congruâ deliberatione habitâ cum peritis; accedente *Eborum* & **Suwelle** Capitulorum noſtrorum aſſenſu, de voluntate expreſsâ dictorum nominatorum Canonicorum, ſic in Dei nomine duximus ordinandum.

Ordinamus ſiquidem & decernimus ordinando, quod portiones garbarum & feni in parochiâ de **Aptone** juxta **Suwell** ad præbendas præfatorum Magiſtri *Johannis Clarell* & dominorum *Willielmi* de *Rutherfeud* & *Ricardi* de *Bamfeud* in dicta Eccleſiâ de **Suwell** pertinentes, & quæ hactenus conſueverunt ad ipſas pertinere Præbendas; quas portiones à dictis Præbendis per hanc noſtram ordinationem ſeparamus auctoritate Pontificali & dividimus ad communam ſeu communes uſus præfatorum Capituli & Cononicorum reſidentium perpetuis exnunc temporibus pertineant atque ſpectent; quas ad eorum communam & communes uſus perpetuo aſſignamus, ipſorum Capituli & Canonicorum reſidentium, ſicut de bonis eorum communibus per prædeceſſores noſtros antiquitùs ordinatum extitit; ac ſecundùm ejuſdem Eccleſiæ conſuetudinem communibus uſibus de cætero profuturas. In quarum portionum corporalem poſſeſſionem Capitulum & Canonicos prædictos hujus auctoritate ordinationis plenariè inducimus & decreti. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum, una cum prædictorum Capitulorum noſtrorum Sigillo præſentibus eſt appenſum. Actum & datum in Capitulo *Suwellenſis* Eccleſiæ xiii°. Kal. *Novembris* anno gratiæ MCCXCi°. & Pontificatus noſtri ſexto.

Carta Alexandri *Archiep.* Ebor. *de novo manſo pro Vicariis iſtius Eccleſiæ Collegiatæ conſtruendo.*

Pat. 3 R. 1° p. 2. m. 34° per Inſpex.

ALexander permiſſione divinâ *Eborum* Archiepiſcopus, *Angliæ* Primas, & Sedis Apoſtolicæ Legatus dilectis filiis Offic. Curiæ noſtri *Eborum*, & Priori de **Thurgarton**, vel ipſo abſente Priori de **Schelton** noſtræ dioceſis ſalutem, gratiam & benedictionem. Exhibita nobis dilecti filii domini *Ricardi* de *Cheſterfeld* Canonici Eccleſiæ noſtræ Collegiatæ beatæ *Mariæ* **Suthwelle** peritio continebat, quod manſum pro habitatione Vicariorum Chori dictæ Eccleſiæ dudum ædificatum longè ab ipsâ Eccleſiâ ſituatur, viaque intermedia lutoſa eſt & profunda, domuſque ejuſdem multipliciter minantur ruinam, in tantum quod ipſi Vicarii commodè ibidem morari non poterunt, nec à diu moram traxerunt; ſet ſeorſim & ſparſim habitationes ſibi conducant in villâ, per quod cultus divinus in Eccleſiâ prædictâ minuitur, occaſiones inſolentiæ miniſtrantur, pululat obloquium populare, & oriuntur ſcandala & pericula animarum, unde idem *Ricardus* deſiderans contra ſcandala & pericula hujuſmodi ſalubriter providere: Et conſiderans, quod Cimiterium prædictæ Eccleſiæ ita eſt amplum, quod in eo abſque deformitate ejuſdem poterit ædificari congrua habitatio pro Vicariis antedictis, & ſatis ampla ſpacio relinqui pro ſepulturâ, proceſſionibus & aliis quæ inibi occurrerint facienda: Ac ob ſalutem animæ ſuæ, honorem Dei, & ſui cultus augmentum; volens ad ædificationem domorum pro habitatione hujuſmodi, in loco congruo ipſius Cimiterii, de bonis à Deo ſibi collatis expenſas gratuitè miniſtrare; nobis humiliter ſupplicavit, quatinus præmiſſis noſtros conſenſum, & auctoritatem impartiri miſerecorditer dignaremur: Nos autem petitionem dicti *Ricardi* Deo gratam & rationi congruam reputantes; & de veſtris fidelitate & induſtriâ plenius confidentes, ad vocandum & citandum peremptoriè omnes & ſingulos qui ſuâ in hac parte decreverint prætendere intereſſe, ad comparendum coram vobis ad certos diem & locum quos duxeritis ſtatuendum; ad dicendum & proponendum ſi quæ voluerint contra præmiſſa; ac dicenda & proponenda hujuſmodi audienda, & ſuper eis juſticiam facienda: Necnon prædictum Cimiterium inſpiciendum oculis ſubjiciendum & menſurandum, ac ſuper contentis in dictâ petitione & circumſtantiis eorundem inquirendum; & ſic ea inveneritis eſſe vera, & vobis videbitur expedire, locum dicti Cimiterii aptum dictis Vicariiis & ſucceſſoribus ſuis, pro manſione perpetuâ eorundem, vice & auctoritate noſtris limitandum, concedendum & aſſignandum, ac ſuper præmiſſis & eorum ſingulis cognoſcendum, procedendum, ſtatuendum, diffiniendum & exequendum; ac omnia alia & ſingula faciendum, exercendum & expediendum, quæ in eis & circa ea neceſſaria fuerint vel oportuna; vobis & duobus veſtrum

vices

vices noſtras committimus, cum cohercionis cujuſlibet canonicè poteſtate. Valete. Datum apud **Tawode** xviii°. die menſis *Julii* A°. Domini M. CCC. Lxxix°. & noſtræ conſecrationis anno ſexto.

Ibid. ——NOs *Johannes* de *Waltham* officialis, & frater *Johannes* de *Caunton* Prior, *&c.* in dictâ Eccleſiâ de *Suthwell*, *&c.* pro tribunali ſedentes, dictam Commiſſionem publicè legi fecimus, & ejus ſententiam Clero & populo ibidem congregatis in multitudine copiosâ palam expoſuimus in vulgari; conſtitutiſque ibidem perſonaliter diſcretus vir Magiſter *Henricus Wavir* dictæ Eccleſiæ de **Suthwell** Canonicus, & Capituli ejuſdem, cauſarum auditor retulit ſe citaſſe in dictâ Eccleſiâ & Capellis ab ea dependentibus, ad dictos diem & locum parochianos quoſlibet ejuſdem Eccleſiæ, ac omnes & ſingulos qui ſua crediderint intereſſe, juxta vim, formam & effectum mandati ſibi directi, prout, *&c.* Et tunc comparuerunt *Johannes Sym*, *Johannes Parker*, *&c.* incolæ & inhabitatores villæ de **Suthwelle**; dominus *Jacobus* Vicarius de *Uptone*; dominus *Willielmus* de *Boltone* Capellanus, *&c.* inhabitatores villæ de *Uptone*, *Johannes* de *Aſchewel* incola, *&c.* de *Morton*, *Johannes* de *Oxtone*, *Willielmus Goddefray*, *&c.* inhabitatores villarum, *&c.* de **Bleſſby, Gonerton,** & **Ghypſmere**; Magiſter *Jacobus* de *Stauntone*, *&c.* inhabitatores villæ de **Halume**; *Robertus* de *Brygeford*, *&c.* inhabitatores villæ de **Eddyngley**; dominus *Willielmus* de *Rodes*, *&c.* inhabitatores villæ de **Farnefeld**; dominus *Willielmus Fylyolf* Capellanus, *&c.* inhabitatores villæ de **Kyrkelyngton** Parochiani dictæ Eccleſiæ de **Suthwell**, qui dixerunt & aſſeruerunt; quod poſt citationes ut præmittitur factas ipſi & vicini ſui, incolæ & inhabitatores dictarum villarum, ipſius Eccleſiæ de **Suthwelle** parochiani in Eccleſia & Capellis prædictis, propter hoc inſimul convocati ſuper contentis in dictâ commiſſione diligenter tractatus habuerunt, vicibus iteratis; & in tractatibus hujuſmodi placuit omnibus & ſingulis parochianis dictæ Eccleſiæ, nemine contradicente, ſet quolibet expreſsè conſentiente; quod locus congruus & ſufficiens ipſius Cimiterii aſſignaretur ad conſtruendum manſum pro perpetuâ habitatione dictorum vicariorum, prout, *&c.* ex parte orientali ipſius Cimiterii ad ædificationem manſi pro perpetuâ habitatione ipſorum vicariorum, *&c.*

Quibus ſic factis, *&c.* ſtatim ipſum Cimiterium adivimus, vidimus & oculis ſubjecimus quendam locum in quodam angulo ipſius Cimiterii, contiguum manſo pertinenti ad Præbendam de **Belyngham**, ad partem orientalem ipſius Eccleſiæ, præſentibus prædictis, ac aliis Capellanis Parochianis ipſius Eccleſiæ; pluribuſque aliis fide dignis in multitudine copiosâ conſideravimus & notavimus multum attentè, quem tunc fecimus fideliter menſurari. Qui quidem locus, ab angulo manſi prædicti ex parte occidentali ejuſdem, uſque ad parietem Cimiterii verſus boream incluſivè, ex oppoſito, ſecundùm menſuram fidelem continet Cxlvi. pedes in latitudine; & ab eodem angulo juxta parietem ejuſdem manſi versùm orientem, uſque ad quendam introitum Cimiterii, in longitudine continet CCxi. pedes: Et in latitudine in fine orientali ipſius loci C pedes: & ad aliud latus ipſius loci in parte boreali, prout paries Cimiterii ſe protendit continet CCvi. pedes, *&c.*

Et quia, *&c.* invenimus reſiduum Cimiterii, præter locum, ut præmittitur menſuratum, eſſe ſatis ſpacioſum, ſufficiens, & amplum pro Proceſſionibus Parochianorum, ſepulturis, & aliis quæ ibidem occurrerint faciendum; & quod corpora defunctorum in eodem loco non conſueverunt ſepeliri; quodque locus prædictus in ſe congruus eſt & aptus pro manſione hujuſmodi conſtruendâ, *&c.* Nos *Johannes* Officialis & *Johannes* Prior prædicti, pro tribunali ſedentes, *&c.* concedimus & aſſignamus, *&c.*

Carta Regis Henrici *ſexti, per quam Prioratum de* **Ravendale** *alienigenam dictæ Eccleſiæ Collegiatæ conceſſit.*

Pat. 17 H. 6. part. 1. m. 2. REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Monſtravit nobis venerabilis pater *Johannes* Archiepiſcopus *Eborum*, qualiter poſſeſſiones & proventus Eccleſiæ Collegiatæ beatæ *Mariæ* de **Southwelle** ad Eccleſiam Cathedralem S. *Petri Eborum*, quæ de fundatione inclitum progenitorum noſtrorum, & noſtro Patronatu exiſtit pertinentis: in quâ quidem Eccleſiâ de **Southwelle** perſona Canonicorum, Vicariorum, Capellanorum, Cantariarum, Diaconorum, Subdiaconorum, Choriſtarum, & aliorum miniſtrorum, ad numerum ſexaginta perſonarum, vel circiter, ſe extendunt, ad tantam exilitatem devenerunt, ac in tantum decreverunt & ſunt diminutæ; quod nec Vicarii, Diaconi, Subdiaconi, aut Capellani ſupradicti, paucis ſaltem eorundem Capellanorum exceptis; nec alii inferioris gradus miniſtri ſupradicti. Qui viz. Vicarii, Diaconi, Subdiaconi, Capellani Cantariarum, & alii inferioris gradus miniſtri, numerum quadraginta perſonarum, aut circiter attingunt, de portionibus & proventibus eis aſſignatis poſſint ſuſtentari, quinimo ob congruæ ſuſtentationis defectum ſunt ab ipsâ Eccleſiâ de **Southwelle** veriſimiliter receſſuri; & eadem Eccleſia deſolationis ſubitura diſpendium, & divinis officiis deſtituenda, niſi per nos in hac parte celerius ſuccurratur eidem. Nos præmiſſa conſiderantes, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & in relevamen paupertatis & inopiæ dictæ Eccleſiæ de **Southwelle**, ac miniſtrorum ejuſdem, ac ad continuationem divinorum Officiorum in eadem; necnon pro ſumma treſcentarum marcarum nobis per præfatum Archiepiſcopum ſolutam, conceſſimus, Capitulo ejuſdem Eccleſiæ de **Southwelle** Prioratum de **Ravendale** in Com. *Lincolniæ* alienigenam cum ſuis pertinentiis, quæ valorem xiiii *li.* per annum ultra onera & repriſas non excedit: Habendum & occupandum Prioratum prædictum, una-

una-cum advocationibus Eccleſiarum, & aliis commoditatibus, proficuis, emolumentis & pertinentiis ſuis quibuſcunque prædicto Capitulo & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, abſque aliquo nobis, hæredibus, ſeu ſucceſſoribus noſtris inde ſolvendo; diſponendis in relevamen & ſuſtentationem omnium ſeu aliquorum miniſtrorum prædictæ Eccleſiæ de *Southwelle* juxta diſcretionem & ordinationem Archiepiſcopi ſupradicti, *&c.* T. Rege apud S. *Jacobum* juxta *Weſtm* xviii°. die *Martii.*

Carta Regis Edwardi *quarti, quâ diverſas terras in Com.* Notinghamiæ *dictæ Eccl. Colleg. conceſſit.*

Pat. 1 E. 4. p. 3. m. 13.

REx omnibus ad quos, *&c.* Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus Capitulo Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Suthwelle**, & ſucceſſoribus ſuis, Prioratum de **Ravendale** in Com. *Lincoln.* alienigenam, cum ſuis pertinentiis, qui valorem xiiii. *li.* per annum ultra onera & repriſas non excedit; habendum & occupandum Prioratum prædictum, una-cum advocationibus Eccleſiarum, penſionibus, & aliis commoditatibus, proficuis, emolumentis & pertinentiis ſuis quibuſcunque prædicto Capitulo & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, abſque aliquo nobis, hæredibus, ſeu ſucceſſoribus noſtris inde ſolvendo; diſponendum in relevamen & ſuſtentationem miniſtrorum prædictæ Eccleſiæ de **Suthwelle.** Ac etiam ex habundatiori gratiâ noſtrâ dedimus & conceſſimus Capitulo Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Suthwelle** & ſucceſſoribus ſuis unum meſſuagium & Lx. acras terræ cum pertinentiis in **North-Carletone** in Com. *Notingham*; quæ *Willielmus Gunthorp* Clericus, *Jacobus Stauntone* Clericus & *Walterus Ulsby* dederunt dicto Capitulo. Et ſimiliter de uberiori gratiâ noſtrâ dedimus & conceſſimus prædicto Capitulo Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Suthwelle* unum meſſuagium, Cxx. acras terræ, & ſeptem acras prati cum pertinentiis in **Batheley, North-Muskham & Holme** in Com. *Notingham*, quæ *Thomas Haxy* nuper Canonicus Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Suthwell* dedit dicto Capitulo & ſucceſſoribus ſuis: Habendum & tenendum omnia prædicta meſſuagia, & acras terræ & prati prædicto Capitulo & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. In cujus, *&c.* T. *R.* apud *Weſtm.* xviii°. die *Decembris.*

Statuta Collegiatæ Eccleſiæ beatæ Mariæ *Virginis de* **Southwell.**

ELizabeth Dei gratia *Angliæ*, *Franciæ*, & *Hiberniæ* Regina, Fidei Defenſor, *&c.* Dilectis ſubditis noſtris Capitulo cæteriſque Miniſtris Eccleſiæ noſtræ Collegiatæ beatæ *Mariæ* Virginis de **Southwell**, per illuſtriſſimum patrem noſtrum *Henricum* octavum nuper Regem *Angliæ* fundato, ſalutem. Intelligentes Eccleſiam prædictam Legibus & Statutis æquis, Verbo Dei conſentaneis (ſine quibus nec Domus nec Civitas. ulla diu ſtare, nec munera ſua ritè obire poteſt) adhuc minime ſtabilitam eſſe, ac propter amorem ſingularem, quo aſſiduum Dei cultum, Catholicam Verbi Dei prædicationem juventutis in veritate, in virtute, ac bonis literis inſtitutionem, & pauperum perpetuam ſuſtentationem amplectimur; præfatæ Eccleſiæ plenè perficiendum optantes proſpicere.

Idcirco in Statutis eidem Eccleſiæ condendis & componendis Reverendiſſimi in Chriſto Patris *Edwini* providentia divina *Eboracenſis* Archiepiſcopi, *Angliæ* Primatis, & Metropolitani, & aliorum noſtrorum ad cauſas Eccleſiaſticas infra Dioceſim & Provinciam *Eborum* audiendis & terminandis Commiſſariorum conſilio, prudentiâ, & labore uſi ſumus. Quibus omnibus aut ſex eorum per literas noſtras Patentes, poteſtatem fecimus (inter alia) Eccleſias Collegiatas dictæ Provinciæ per dictum nuper Patrem noſtrum illuſtriſſimum, & per nuper fratrem noſtrum præchariſſimum *Edwardum* ſextum Regem *Angliæ*, & per nuper ſororem noſtram præchariſſimam Dominam *Mariam* Reginam, & per nuper Dominum Cardinalem *Polum*, fundatas, Quorum Statuta, vel nulla ſint, vel imperfecta, aut tunc (cum Corona & adminiſtratio hujus Regni Sedi Romanæ ſubjecta fuit) condita, dignitati & prærogativæ Coronæ noſtræ, Legibus hujus Regni, & Religione in eadem ſtabilita partim contraria ſunt, vilitandi ordinationes, regulas & Statuta eorundem, una cum aliis monumentis ſuis, coram ipſis proferri & exhiberi, faciendi eiſque maturâ deliberatione examinatis non ſolum de defectibus eorundem, ſed etiam de eis Ordinationibus & Statutis, quæ dicti Commiſſarii noſtri vel ſex eorum (ut præfertur) dictâ examinatione præmiſsâ; meliori & commodiori earundem Eccleſiarum regimini & adminiſtrationi, omnipotentis Dei gloriæ & honori, virtutis incremento, & publicæ hujus regni noſtri utilitati & tranquilitati, authoritate noſtrâ ordinari & promulgari cenſerent, nos certiores redderent, ut deinde ad innovationem & ſanctionem eorundem & aliorum Statutorum juxta quendam Actum Parliamenti anno regni noſtri primo, in ea parte edere, procedere poſſemus.

Quarum literarum Commiſſionalium vigore & authoritate, præfatus Reverendiſſimus Pater & alii Commiſſionarii noſtri prædicti juxta demandatam ſibi Provinciam Eccleſiam prædictam actualiter viſita verint, Statuta nulla habente & malè adminiſtratam compererunt, ſtatuque Eccleſiæ maturâ deliberatione conſiderato, quædam (prout res exigebat) compoſuerunt, & in hanc, quam cernitis, ſubſequentem formam redegerunt, ac nobis obtulerunt.

Nos igitur eorum fide & ſcientiâ plurimum fretæ, omnia & ſingula Statuta in hoc volumine contenta noſtra facimus & magni Sigilli noſtri *Angliæ* appenſione confirmamus, ac pro veris & indubitatis Eccleſiæ Collegiatæ *Southwell* prædictæ Statutis, haberi volumus, ac denique tam vobis Capitulo cæteriſque dictæ Eccleſiæ Miniſtris, quàm Succeſſoribus veſtris, quatenus eiſdem vos omnino conformet,

formet, præscribimus, ac perpetuo amplectanda observandaque tradimus. Teste meipsa apud Manerium nostrum de **Greenwich**, 2°. die *Aprilis* Anno regni nostri 27°.

CAP. I.

De divinis celebrandis, Sacris Scripturis explicandis, & cultu Dei ab omnibus Ecclesiæ Ministris exhibendo.

Imprimis, Cum Sacrarum Scriptuarum testimoniis satis doceamur, Deum non ritè coli cultu humanitatis constituto, sed ex præscripto suæ Legis unde nobis plane innotescit; quo officii genere teneamur, cum erga Deum, tum erga proximum: consentaneum putamus, ut alienis cultibus cum authoritatibus suis penitus repudiatis, solum hanc religionem quæ Scripturarum testimoniis nititur fulciturque, omnes quicunq; Ecclesiæ hujus stipendiis sustentantur, unicè amplectantur.

Et quoniam testimonio *Pauli* Apostoli planè constet, unum nos habere Deum, unam Fidem, unum Baptisma, quæ quidem tantum prosint unanimis, & non in fide dissentientibus, arctans omnes hujus Ecclesiæ Ministros, ut priusquam in dictâ Ecclesiâ aliquo munere Ecclesiastico fungantur, se religionem eandem nostra authoritate ad omnes hujus regni subditos instituendum promulgatam, recipere & ex animo amplecti protestantur, ut infrà in Juramenti formâ præscribetur.

Ad hunc ritum & colendi Dei morem, ex Dei verbo petitum, nostrâque Authoritate approbatum, quotidie in Ecclesiâ exequendum juramento prædicto obligentur, viz, ut omnes Vicarii & alii Ministri Ecclesiæ, Divinis mancipati pro sua quisque statione & ordine (ut fidos Dei ministros decet) decenter & reverenter in Choro Ecclesiæ, iisdem horis quibus Chorus Ecclesiæ Metropoliticæ *Eborum* attingitur, conveniant; & divina solennitèr & devotè ter in die celebrent. In quibus cantiones illas quæ adhiberi solent, ita modulatas esse volumus, & verba contextus quibus vocum inflectiones, tonorumque frequentationes accomodari statuimus, clarè & perspicuè prolata ad populi eruditionem (quoad fieri potest) audiantur & intelligantur. Indignum enim existimamus ut contra normam omnibus Verbi Dei Ministris, à Divo *Paulo* præscriptam, ulla verba in Ecclesiâ Dei fieri, quæ Auditores non ædificent, patiamur.

Canonici verò ipsius Ecclesiæ pro tempore residentes eisdem Officiis in habitu suo Chorali intersint: ac etiam ad Ecclesiæ ædificationem volumus & statuimus quod præter ordinarias Theologiæ lectiones in dictâ Ecclesiâ Collegiatâ hactenus usitatas (quas nostræ non est intentionis aliquo modo tollere, sed continuare, & confirmare) singulis diebus dominicis & festivis, annis succesivis imperpetuum sacrosanctum Dei Evangelium in eadem Ecclesiâ Collegiatâ per Canonicos seu Præbendarios ipsius Ecclesiæ Collegiatæ palàm & publicè prædicetur; singuli nimirum Præbendarii ejusdem Ecclesiæ trina minimum vice quolibet anno personaliter vel per alium Verbi Dei prædicatorem authoritate sufficienti admissum in eadem Ecclesiâ juxta ordinationem à Domino Archiepiscopo *Eborum* antedicto, in scriptâ quadam Tabulâ ibidem perscriptâ, statis quique suis temporibus & ordinibus prædicabunt. Et si quis ex dictis Præbendariis sua vice prædicare neglexerit, summam decem solidorum pœnæ nomine, totiens quotiens ita negligens, fuerit amittit, & Receptori dictæ Ecclesiæ generali infra unum Mensem tunc proximum sequentem realiter solvet. Quos decem solidos sic totiens quotiens amissos, illi qui negligentis vice conconatus fuerit pro expensis suis, aut si nemo locum & vicem hujusmodi negligentis suppleverit, pauperibus villæ de **Southwell** erogandos p[ro] dictum Receptorem pro tempore existenten, assignamus. Ipsumque Receptorem hujusmodi summis sic perditis colligendis & expendendis in annuo computo suo dicto Capitulo reddendo omnibus legitimis modis onerandum fore discernimus.

CAP. II.

De Vicariis, Choralibus & Cantoribus, eorumque Ministerio & stipendiis.

Item cum numerus Vicariorum, Choralium, & Choristarum ipsius Ecclesiæ Collegiatæ prædictæ, recentioribus hisce temporibus ita minutus esse dicatur, ut ad divina, cum eâ quâ decet solennitate, celebranda non sufficiat: Statuimus, ordinamus & sancimus, quod in eadem Ecclesiâ in futurum, sint sex ad minus Vicarii Chorales Presbiteri & Musici ad præsentationes Præbendariorum canonicè admittendi & instituendi, qui celebrationi divinorum in eadem Ecclesiâ continuè & personaliter mancipentur, quorum nemini à divinis ibidem (ut super Statutum est) celebrandis sine justâ causâ, Canonico ipsa Ecclesiâ tunc personaliter residenti, proposita, & per eum approbata, abesse, impunè licebit. Et si aliquem eorum aliquo tempore, à divinis abesse contra formam hujus Statuti contigerit; pro qualibet absentiâ suâ à precibus matutinis, Denarium, & similiter pro qualibet absentiâ à vespertinis Denarium; & sic totiens quotiens ita deficeret, pendito. Qui quidem Denarii è stipendiis & mercedibus eorundum sic absentium detrahentur; cæteriisque Vicariis Choralibus dictæ Ecclesiæ, qui divinis tunc intersunt, per dictum Receptorem distribuentur, & eidem Receptori in computo suo annuo allocabuntur. In assistentiam quoque Chori, sint perpetuo in futurum sex alii ad minus viri Cantores, artis musicæ periti; & sex ad minus pueri Choristæ in eadem arte musicâ instructi per eorundem informatorem bona fide deligendi, & per Capitulum ipsius Ecclesiæ admittendi, qui in Psalmis, aliisque divinis in eadem Ecclesiâ cantandis ac celebrandis operam assiduam navabunt, ipsisque Vicariis assistent. Quorum quidem Cantorum & Choristarum quilibet à

divinis officiis in Ecclesiâ prædictâ indebitè se absentans, consimiliter punietur, ipsaque pœna eodem modo applicabitur. Ipsorum vero Cantorum prædictorum cuilibet pro servitio suo in eâ parte annuum stipendium octo librarum legalis monetæ *Angliæ*, & dictorum puerorum cuilibet pro suo servitio 40. solidos annuos monetæ prædictæ, præter Togas hactenus eis adhiberi solitas, è cedditibus, reventionibus ex exitibus Ecclesiæ Collegiatæ prædictæ, de quibus stipendia Vicariorum & Choristarum prædictorum solvi consueverant, pendendum & solvendum per manus Receptoris prædicti decernimus.

Vicariis vero Choralibus antedictis ut eorum quilibet competentem habeat sustentationem, providere volentes, ordinamus & statuimus, quod præter alia quæcunque ad ipsos antehac spectantia, quorum nihil eis auferri volumus, aut auferemus per præsentes, quilibet Præbendarius dictæ Ecclesiæ pro tempore existens, quatuor libras annuas monetæ prædictæ, quas iidem Vicarii antehac de iisdem Præbendariis & eorum Præbendis vel habuerunt vel vendicaverunt, Receptori ipsius Ecclesiæ generali ad usum ipsorum Vicariorum pro tempore existentium, fideliter pro eorum ulteriore sustentatione pendet; vel saltem talem & tantam summam, qualem & quantam dictus Archiepiscopus pro tempore existens, dictis Præbendariis & eorum Præbendis, ad sustentationem dictorum Vicariorum rationabiliter imponendam fore duxerit, & per literas suas Sigillo autentico roborandas, & dicto Capitulo destinandas, pensatis ipsarum Præbendarum ratis, & valoribus imponet. Quam summam solvi volumus duobus anni cujusque terminis, *viz.* ad festa Sancti *Michaelis* Archangeli, & Annunciationis beatæ *Mariæ* Virginis per æquales portiones; prima solutione incipiente ad primum festum festorum prædictorum, quod datum præsentium literarum nostrarum immediate sequitur: Salvis semper Vicariis prædictis quibuscunque arreragiis eis, hoc nomine, aliovè quocunque, jam debitis. Et si contingât dictos Præbendarios, aut eorum aliquem, eandem summam sic solvendam, in terminis prædictis secundum formam & effectum hujus statuti non persolvere, quod tunc hujusmodi Præbendarii pro singulis mensibus moræ suæ hujusmodi post dicta festa sive terminos solutioni prædictæ statutos, amittent, & eorum quolibet amittet respective sex solidos & octo denarios, ad fabricam ipsius Ecclesiæ applicandas, ultra prædictam summam per eorum quemlibet (ut præfertur) principaliter solvendam. Ad quas quidem summas tam pœnales quam principales prædictas debitè solvendas, dictus Archiepiscopus pro tempore existens, sede *Eboracensi* plena, & eadem sede vacante, Decanus & Capitulum Ecclesiæ Metropoliticæ *Eborum*, ejusve seu eorum Vicarius in spiritualibus generalis, dictos Præbendarios & eorum quemlibet, ad instantiam partis Vicariorum prædictorum per censuras Ecclesiasticas compellere debere & licitè valebit & valebunt: Habeant vero dicti Vicarii sibi, Cantoribus & Choristis domos ad eosdem Vicarios retroactis temporibus pertinentes, nisi dictus Archiepiscopus, quem visitatorem Ecclesiæ constituimus, aliter ordinaverit.

CAP. III.

De Residentiâ per Canonicos faciendâ, & debitis Collegii exolvendis.

Cumque Ministros Dei deceat liberales & hospitales pro facultatibus esse, volumus statuimus & decernimus per præsentes, quod bene liceat & licebit cuilibet Præbendario dictæ Ecclesiæ, in pacificâ alicujus Præbendæ in eadem Ecclesiâ possessione existenti, suam arbitratu suo residentiam, juxta morem & consuetudinem dicti Capituli de **Southwell**, protelari & facere personalem in domo Præbendali (quod fieri potest) propria. Cumque nemo suis cogatur stipendiis militari, & qui Altari servit, ex Altari vivere debeat: Statuimus & decernimus, quod omnes & singuli fructus, redditus, proventus, commoditates, exitus & proficua quæcunq; ad Capitulum dictæ *Southwellensis* Ecclesiæ spectantia, quæ Communiam sive Dividuum communiter vocant, dictis Canonicis in Ecclesiâ Collegiatâ prædictâ personalem residentiam canonicè facientibus & facturis solis & in solidum cedant & remaneant in futurum, sicut hactenus est consuetum. Proviso tamen semper, quod cum Ecclesia prædicta, per malam administrationem ejusdem, gravi ære alieno, tam nobis ipsis, quam allis debito laborare dinoscatur: Omnia & singula fructus, redditus, proventus, commoditates, exitus & proficua prædicta per Receptorem antedictum seu ejus deputatum idoneum colligantur & recipiantur, ac ad solutionem omnium ac singulorum Collegii debitorum convertantur. Residuum vero eorundem dictis Residentiariis tunc existentibus, juxta morem Ecclesiæ nostræ Metropoliticæ *Eborum* prædictæ æqualiter & realiter, exolvatur.

Ad præmissa vero, vel ad aliquam partem eorundem nolumus dictum Capitulum vel aliquem Canonicum ipsius Ecclesiæ, ante dicta debita, quibus ipsa Ecclesia jam gravatur persoluta, manus extendere: Tunc etiam quilibet Canonicus residentiam suam hujusmodi faciens pro expensis suis quotidianis, quolibet de non festivo, quo sic residerit, sex denarios habeat, sin fuerit festivus vel Dominicus pro quolibet die hujusmodi, duodecem denarios, ipsi assignamus de communia sive dividendâ prædictâ, capiendos: Ita tamen quod semper post dicta debita exonerata, aliquis Canonicus personalem suam residentiam ibidem faciat, & tam hospitalem se pro facultatibus, quin Capituli, Præsidenti, exhibeat & præstet.

De

CAP. IV.

De novis officiis in Ecclesiâ non erigendis.

Et ne dicta Ecclesia Officiariis, aut Ministris non necessariis plus æquo oneretur, statuendo prohibemus ne Capitulum dictæ Ecclesiæ nostræ Collegiatæ, aliquod Officiariorum seu Ministrorum novum genus, ipsi Ecclesiæ inutilium, de cætero ordinare seu constituere præsumat; aut aliquem ad hujusmodi officia seu ministeria inutilia admittere, aut promovere attentet, sub pœna Excommunicationis, quam omnes Residentiarios (penès quos hæc sunt) scientur contravenientes, incurrere volumus ipso facto, donec absolutionem à dicto Reverendissimo Patre *Eborum* Archiepiscopo, sede jam plena vel a Decano & Capitulo Ecclesiæ nostræ Metropoliticæ *Eborum* sede vacante, meruerint obtinere. Volumus etiam & decernimus omnia & singula hujusmodi acta & gesta ipsius Capituli Southwell, contra formam hujus statuti, irrita, nulla & invalidâ fore per præsentes. Et si quem vel quos ad hujusmodi nova officia, dictum Capitulum hactenus admiserit, ipsum & ipsos sic admissos, eisdem officiis post publicationem præsentium, privatos esse volumus statuimus & ordinamus in his scriptis, officiis & ministeriis antiquis, seu in his statutis nostris specificatis semper exceptis.

CAP. V.

De Receptore & Auditore.

Cumque Commissariis nostris antedictis in dictâ visitatione, quam nuper in Ecclesiâ prædictâ exercuerunt, ex actis & gestis in eadem Visitatione constiterit & constat, de variis & gravibus abusibus & injuriis dictæ Ecclesiæ Collegiatæ per Receptores & auditores suos, illatis: Nos cupientes indemnitati Ecclesiæ, in quantum poterimus, prospicere; & eidem de ministris honestis providere; statuimus, ordinamus & decernimus, quod Capitulum ipsius Ecclesiæ Collegiatæ, unum aliquem honestum & idoneum virum, de tempore in tempus capitulariter eligendum, Receptorem suum generalem ordinabit & constituet, per literas suas Sigillo suo communi sigillatas (recepto primitus ab eodem) non modo juramento corporali, de fideliter exequendo illud officium, sed etiam cautione sufficiente per quem ipse & fide jussores sui sufficientes Capitulo prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ obligabuntur, sub conditione quod idem Receptor officium suum hujusmodi, toto tempore quo eodem officio funget, bene & fideliter exequietur; ac fidelem compotum quotannis reddet, juxta formam & effectum horum statutorum. Dans & concedens ei Receptori suo, plenam potestatem & authoritatem, omnia & singula fructus, redditus, pensiones, exitus, jura & profictua sua, quoquomodo provenientes seu debita (fructibus, redditibus & exitibus ad ipsius Ecclesiæ fabricam spectantibus tantum exceptis) colligendi & recipiendi, acquietantias & alias liberationes in eâ parte idoneas faciendi, cæteraque officio suo incumbentia exequendi; eidemque Receptori pro executione & exercitio ejusdem officii concedi volumus per prædictum Capitulum, quandam annuitaem sive annualem redditum sex librarum, tresdecem solidorum & quatuor denariorum in die redditionis compoti, sive annuatim solvendum & allocandum. Proviso semper quod nullus præbendarius dictæ Ecclesiæ existens Receptor hujusmodi aliquatenus admittatur. Ut vero dictum Capitulum securius in hac parte sit, volumus & decernimus quod quotannis tertio die *Novembris*, aut si tertius ille dies sit Dominicus, tunc quarta die *Novembris*, in domo Capitulari dictæ Ecclesiæ coram suo Auditore, tribusque Præbendariis (si tot ibi tunc sint) alioquin coram illo vel illis, qui tunc ibidem residerint, & hujusmodi ratiocinio interesse voluerint, tam dictus Receptor, quam alii quicunque ad ratiocinationes dicto Capitulo astricti, rationem omnium acceptorum & expensorum fidelem & plenam in omnibus ad officium suum spectantibus, respectivè reddant, viz. quod acciperint & expenderint, quid superfit, quid Ecclesia debeat, & quid Ecclesiæ debeatur. Ita tamen quod solus Auditor rationes hujusmodi bona fide approbandi & improbandi potestatem habeat. Quem quidem Auditorem nominandi & constituendi potestas penes dictum Capitulum tantummodo remanebit, annuo fœdo quinque librarum eidem Auditori pro exercitio illius Officii per Capitulum prædictum è redditibus & exitibus suis concesso receptoque primitus ab eodem Auditore in admissione sua ad hujusmodi Officium in pleno Capitulo, juramento corporali de bene & fideliter Officium suum observando & exequendo, omnibus amore, favore, odio, timore, & aliis illicitis affectibus, penitus amotis. Compitos vero prædictos simulac expediti fuerint, & per dictum Auditorem approbati, inter Monumenta ipsius Capituli reponi volumus, ut ad eosdem quoties opus fuerit, facilius recurratur.

CAP. VI.

De Canonicorum ingressu & installatione; de secretis non revelandis; & de sedandis discordiis.

Quoties aliquis ad Præbendam in dictâ Ecclesiâ Collegiatâ admittendus fuerit, literas de institutione & collatione ejusdem Præbendæ auctenticè sigillatas, dicto Capitulo directas, exhibeat: quibus lectis in Capitulo eo nomine convocato, se præsentet, & per Capitulum admittatur & investiatur ac demum installetur juxta morem ibidem, & in Ecclesiâ Metropoliticâ *Eborum* usitatum recepto primitùs ab eodem tunc & ibidem juramento postmodum descripto. Et sciendum est quod nullus ad Canonicatum in dictâ Ecclesiâ Collegiatâ præsentatus & institutus ullis tractatibus secretis Capituli, vel electionibus intererit, donec fuerit solenniter installatus, & in possessione pacificâ ipsius præbendæ suæ constitutus ad quos etiam tractatus & electiones, ille ipse, & non Procurator ejus (nisi idem Procurator ejus dictæ Ecclesiæ Collegiatæ: Canonicus fuerit) admittetur. Sunt autem multa secreta Capituli, quæ nulli

sunt revelanda, sed ne Canonico quidem absenti, etiam si postea ad Capitulum vel Ecclesiam redierit; veluti si de ipsius delicto vel crimine puniendo tractetur; vel si Capitulum ei super eis in aliquo moverit quæstionem; vel ipse Capitulo super aliquo, in quo nolit fratrum judicio parere; vel si de levitate alicujus timeatur, non sint ei revelanda quæ ad publicam noticiam delata, Ecclesiæ, vel Capitulo vel alicui fratrum possint obesse: Similiter si cum petentibus & aliis habuerit Capitulum certamen vel lites: denique quandoque aliquid ad Ecclesiam pertinens, ejusmodi erit, ut (si fuerit detectum) Ecclesiæ vel Capitulo vel alicui de Capitulo possunt obesse. Quoties autem inter aliquos de Capitulo, aut simultates intercedent, aut quæstio seu controversia super aliqua re Capitulum contingente orietur, nisi dissidentes sua sponte interim, reconcilientur, causa in medium per Canonicum tum residentem proponatur: quæ si nequeat in causa tractatu pacificè componi, partes ipsæ duos sibi de Capitulo arbitros eligant, qui litem diffiniant, quorum decisioni, partes litigantes parere volumus, sub pœna ab Archiepiscopo *Eborum* sede plena, & ea vacante, à Decano & Capitulo Ecclesiæ Metropoliticæ *Eborum*, parti parere recusanti, imponenda. Ipsi autem Arbitri, sic (ut permittitur) electi, si ejusmodi litem, aut cognoscendam non susciperint, aut inter quatriduum, postquam in medium per Residentiarium proponita fuerit, non dirimerent dicti Archiepiscopi judicio puniantur.

CAP. VII.

De Sacristâ; Virgifero; Campanarum pulsatore; & Janitore.

STatuimus etiam & volumus quod unus vir industrius & fidelis per Capitulum eligatur Sacrista; cujus officium erit Templi, sacræ mensæ, vestimentorum, librorum, indumentorum, & aliorum ornamentorum Ecclesiæ, curam habere, quæ omnia à Capitulo indenturis descripta, recipiat & reddat, curet etiam ne in vestibulo, aut aliqua Templi parte aliquid tumultus tempore divinorum quoquomodo fiat.

Item Residentiariis in Sacris obeundis, ac etiam ipsi domino Archiepiscopo cum affuerit, nec non Concionatori suggestum concendenti & discendenti; virgifer præcedat: cæteraque peragat, quæ à virgiferis dictæ Ecclesiæ nostræ Metropoliticæ *Eborum* fieri solent aut debent. Habeant etiam campanarum pulsatorem, & Janitorem juxta morem Ecclesiæ nostræ *Eborum* congruis stipendiis eorum cuilibet, assignatis.

CAP. VIII.

De obedientiâ Residentiariis præstandâ.

CUmque doceat divus *Paulus* Præpositis obediendum esse, volumus, & mandamus, ut tam alii Canonici quam reliqui Ecclesiæ Ministri & officiarii omnes & singuli, ipsum Canonicum Residentiam pro tempore facientem Dominum & Rectorem suum, durante Residentiâ suâ agnoscant, ipsumque revereantur, & in omnibus rebus & mandatis, licitis & honestis, quæ statuta nostra concernunt, aut ad bonum regimen & statum dictæ Ecclesiæ faciunt, ipsi Residentiario pareant, assistant & auxilium præbeant.

CAP. IX.

De Magistro Choristis præficiendo.

UT verò pueros supradictos habeat Capitulum ritè institutos, tam morum modestia, quam canendi peritia: Volumus & statuimus ut unus qui sit honestæ famæ, vitæ probæ, & cantandi peritus, ipsis pueris Choro destinatis, præficiatur Magister & Rector Chori, qui eis docendis & instituendis, Organis suo tempore pulsandis, aliisque Ecclesiasticis officiis in Choro obeundis, studiosè vacabit, qui congruè habeat opere suâ mercedem annuam per Capitulum designandam, & per prædictum Receptorem exolvendam. Prospiceat idem puerorum saluti, quorum & in literis & in mensâ, & convictu educationem & liberalem institutionem, illius fidei & industriæ committimus. Qui si negligens, aut in munere suo fungendo, desidiosus, aut in salute puerorum, & recta in eorum educatione (ut verbum Dei postulat) minimè providus & circumspectus inveniatur, post trinam admonitionem (nisi resipuerit) ab officio deponatur & privetur. Ad quod officium fideliter & deligenter exequendum, idem Magister in ingressu suo juramento corporali astringatur.

CAP. X.

De Didascalo sive Ludimagistro.

ET ut pietas & bonæ literæ perpetuò in dictâ Ecclesiâ & locis vicinis magis magisque indies floreat & crescat; statuimus ut unus aliquis Latinè & Græcè doctus, religiosus, honestus, laboriosus, & docendi peritus, per dictum Capitulum eligendus, & per dictum Archiepiscopum sede *Eborum* plena, ipsaque sede vacante, per Decanum & Capitulum Ecclesiæ Metropoliticæ *Eborum* approbandus & confirmandus, Scholæ grammaticæ **Southwell** præficiatur qui tam literis quam moribus instituere jugiter laboret; cujus officium erit, non modo Grammaticam, Latinam & Græcam, literasque humaniores, Poetas & Oratores perlegere, docere & audire; sed etiam puerorum mentes Christianæ religionis

nis institutis (quoad fieri potest) imbuere, eique Salariam solitum & consuetum, designamus, persolvique ordinamus. Quod si in hujusmodi munere exequendo, nimium desidiosus aut negligens fuerit inventus, post trinam admonitionem (nisi resipuerit) amoveatur & expellatur, & alius idoneus in locum ejus surrogetur, qui Ludimagistri omnia ad functionem suam in hac parte spectant, sese fideliter & diligenter præstiturum, juramento promittat.

CAP. XI.

De Concessionibus, Dimissionibus, aliisque actibus Capitularibus.

UTque omnia consideratius, & majori commodo dictæ Ecclesiæ disponantur, volumus & mandamus quod terræ, tenementa, & possessiones ipsius Ecclesiæ decætero quam commodè potuerint, elocentur, non vendantur aut alienentur quoque modo; nec fiant aliquæ concessiones, locationes aut dimissiones per Capitulum aliter vel alibi, quam in pleno Capitulo; de trium saltem Canonicorum tunc præsentium Capitulariter Congregatorum, expresso in eâ parte consensu in præsentia Registrarii ipsius Capituli, sive ejus deputati sufficientis, tam locum & numerum Canonicorum tunc præsentium quam ipsius concessionis, aliaque quæcunque acta Capitularia, tunc palam lecta, gesta seu concluſa in actis tantis integrum tenorem & seriem omnium earundem concessionum confirmationumque, postea in Registralibus libris Capituli fideliter describturi, per quem etiam ut negotia suo officio aptissimè cohærentia, ipsas concessiones & confirmationes, aliasque Chartas per Capitulum fiendas, originales etiam scribi volumus, & sine quo nihil Capitulariter agi præcipimus. Omnes vero concessiones, confirmationes & actus Capitulares per dictum Capitulum contra formam & effectum hujus statuti de cætero fiendas, nullos & invalidos fore, ac viribus juris carere volumus & decernimus per præsentes. Statuimus etiam quod nulla concessio officiorum, terrarum, tenementorum, sive hæreditamentorum ipsius Collegii, quæ ad grave damnum ipsius Collegii vergere possit, de cætero fiat sine assensu dicti Archiepiscopi, sede *Eborum* plena, & Decani & Capituli Ecclesiæ *Eborum* sede vacante, in scriptis primitus obtento & in Capitulo *Southwellensi* registrato.

CAP. XII.

De Supervisione terrarum, & Curiis tenendis & de numero Capitulum faciente.

AD hoc volumus quod Residentiarius pro tempore existens, vel eo legitimè impedito, alius quispiam è Canonicis per Capitulum deputatus, semel quotannis, simul cum diversis vicibus omnia & singula (si opus fuerit, statusque Ecclesiæ hoc postulaverit) Maneria, terras, tenementa, domos, ædificia, Ecclesias appropriatas, sylvas, nemora, boscos, sub boscos, & cæteras possessiones dicti Collegii visitet, perlustret, & supervideat. In qua supervisione per assignationem Capituli, quæ de novo fuerint construenda, ædificanda, aut reparanda, ædificentur & reficiantur, ut in nullâ eorum ruinâ, vastationes, destructiones reddituum, & firmarum diminutiones ob defectum debitæ supervisionis accidisse inveniantur.

Volumus etiam ut diligenter scribatur status Maneriorum & cæterorum præmissorum & in quibus egeant reparationibus, tum quid dictus Residentiarius seu Canonicus præmissa supervidens, convenerit, fecerit, providerit aut ordinaverit pro eisdem, & in his post redditum suum (quam citò fieri potest) rationem reddat dicto Capitulo, ut mutuis Canonicorum consiliis, & experimento, res omnes commodissimè transigantur. In hac visitatione sive supervisione (si commodè fieri potest) Receptor, aut (eo legitimè impedito) aliquis Canonicus modo superadicto deputatus (qui Receptoris in omnibus in dicta supervisione suppleat vicem) & Senescallus quique vel Clericus Curiarum per dictum Capitulum constituendum, Residentiario, vel alii cuipiam illius vice (ut supra præfertur) deputato aderunt & fideliter inservient, curiasque tenebunt, juxta concessiones & consuetudines ipsius Ecclesiæ. Ipsis autem sic supervidentibus, aut alia Collegii negotia necessaria, de mandato Capituli. Sigillo communi signato, obeuntibus aut persequentibus sumptus & expensas suas moderatas, refundi volumus.

Porro quoniam crebra Capituli mentio in hiis statutis habetur, declaramus, quod Capituli nomine ubique intelligimus tres ad minimum ex dictis Canonicis: ea enim solum Capitulariter acta esse, & haberi volumus, quibus ad minimum tres Canonici Capituli congregati consenserint.

CAP. XIII.

De fabrica Ecclesiæ.

ITem ut Ecclesia prædicta in omni suâ parte decentius & honestius sustentetur, ac toties quoties opus fuerit, reparetur & reficiatur: Statuendo decernimus quod dictum Capitulum de tempore in tempus, unum aliquem probum & honestum virum Custodem & Clericum fabricæ ipsius Ecclesiæ Capituli constituet, assignans & concedens ei de redditibus & exitibus suis annuum fœdum competens pro eodem officio exequendo; qui curam dictæ fabricæ gerat & exerceat, redditus, exitus & proventus ad ipsam fabricam spectantes annuatim colligat & recipiat, ipsique Capitulo annuatim in Auditu suo generali rationem de suis acceptis, expensis & residuis in ea parte veram & fidelem reddat: cæteraque faciat sicut Custos fabricæ Ecclesiæ nostræ *Eboracensis* gerit, exercet & computat, seu gerere, exercere & computare teneatur. Proviso semper quod nullus Canonicus ipsius Ecclesiæ hujusmodi

di fabricæ præficiatur. Hujuſmodi vero officium fideliter exercere idem cuſtos fabricæ juramento promittat.

CAP. XIV.

De Cuſtodiâ Evidentiarum & Minumentorum.

STatuimus etiam ut in eadem Eccleſiâ Collegiatâ una aſſignetur domus quæ Ærarium, Theſaurarium ſive Sacrarium vocabitur, ubi literæ patentes fundationis Collegii indulta volumina rationalia omnium officiariorum ipſius Eccleſiæ & aliorum quorumcunque qui in ulla re rationem tenentur. Nec non omnia & ſingula chartæ, ſcripturæ & minumenta ipſius collegii, una cum hiis ſtatutis noſtris collocentur, reponantur & cuſtodiantur; dictæque domus oſtium tribus ſeris ferreis & tribus clavibus diverſæ fabricæ muniatur: Quarum clavium cuſtodia ſemper ſit penes Reſidentiarios ipſius Eccleſiæ, arbitratu *Eborum* Archiepiſcopi pro tempore exiſtentis ſede plena, & eadem vacante Decani & Capituli Eccleſiæ Metropoliticæ *Eborum* nominandos: Regiſtris libris actorum exhibitorum, feſtimentis, cautionibus, & aliis quibuſcunque per Regiſtrarium Capituli, cuſtodiri ſolitis & conſuetis, quæ penes eundem Regiſtrarium ejuſvè deputatum ſufficientem, eſſe & remanere volumus: in futurum, ſemper exceptis; & eidem per præſentes reſervatis. Nihil dictarum evidentiarum & minumentorum præſertim charta fundationis, niſi graviſſimâ de causâ à pleno Capitulo prius probandam, exprimatur aut cuipiam oſtendatur. Et ſi quid neceſſario afferatur in commentariis res extracta, nomen contrahentis, tempus & cauſa extrahendi, deſcribatur, & de reſtitutione ejuſdem caveatur; ſingularum etiam curiarum acta ac curiarum Seneſcallo in generali auditu ipſius Eccleſiæ quotannis in membrana legibiliter ſcripta, Capitulo exhibeantur, & cum dictis evidentiis reponantur. Annua quoque ratiocinia dicto Capitulo reddita in pergamena ſcribantur, & ſimiliter cuſtodiantur; pecuniaque defecta (hoc eſt Arrearagia) & ſuper lata, hoc eſt Surpluſagium, eidem addatur.

CAP. XV.

De Cuſtodiâ Sigilli Communis.

REponatur etiam Sigillum commune dictæ Eccleſiæ Collegiatæ in Archâ ſive Ciſtâ conveniente, infra dictum Ærarium, Theſaurarium ſive Sacrarium in hunc uſum parata, tribus ſeris ferreis & Clavibus diverſæ fabricæ roborata & munita. Quæ quidem claves penès tres Præbendarios ipſius Eccleſiæ, per Archiepiſcopum *Eborum* ſede plena, & per Decanum & Capitulum Eccleſiæ *Eborum* ſede vacante, nominandos, de cætero remaneant. Nullæque Conceſſiones, indenturæ, aut alia Scripta quæcunque, eodem ſigillentur, niſi in præſentia eorundem Clavigerorum & Regiſtrarii ſive deputati ſui (caſibus adverſæ valitudinis, alteriuſvè impedimenti legitimi exceptis) in quibus permittimus impedito clavem ſuam alteri de Canonicis pro illâ vice credendi licentiam.

Omnes vero donationes, Conceſſiones, Indenturas & Chartas contra formam & effectum præſentis Statuti ſigillatas, nullas & irritas eſſe volumus per præſentes, ipſoſque quoſcunque Sigillum prædictum ſic contra formam prædictam apponentes & appoſituros, & inde coram dicto Archiepiſcopo aut Decano & Capitulo convictos, tanquam perjuros, Canonicatibus & Præbendis ſuis privari & amoveri volumus, nulla ſpe reſtitutionis eis relicta. Proviſo ſemper quod nullus dictorum Præbendariorum plures Claves ſimul habeat ad Ciſtam prædictam pertinentes.

CAP. XVI.

De conceſſionibus hactenùs factis regiſtrandis, & fictitiis annullandis.

ET ut certius conſtet omnibus quorum interest, de ſtatu terrarum & poſſeſſionum Eccleſiæ prædictæ; ſtatuimus quod ſi ullæ dimiſſiones ad firmam, aut Indenturæ terrarum, tenementorum, Pratorum, Rectoriarum, Decimarum, aut aliorum jurium ſive officiorum ipſius Eccleſiæ, conceſſiones hactenus factæ, regiſtratæ non ſint, Capitulum, firmarios illos ac alios quibus dictæ conceſſiones factæ ſint aut ad quorum poſſeſſiones venerunt, convocet, & indenturas ac conceſſiones illas proferre, & vera vel prece impetret, vel jure (quoad poterit) ipſarum exemplaria exhibere cogat. Quæ exemplaria ſimul cum Archiepiſcopo collata & examinata, volumus in Regiſtro ſcribi, ut ſemper plane appareat, quæ dimiſſiones & conceſſiones veræ ſint, quæ fictæ & ſuppoſititiæ, & quibus conditionibus factæ fuerint.

Omnes commiſſiones, chartas, ſcripturas & indenturas quaſcunque Sigillo dicti Capituli communi ſigillatas (ſi quæ tales ſint) quæ tempore appoſitionis ejuſdem Sigilli non fuerunt plenæ & perfectæ ſcriptæ, ſed in aliquibus partibus vacuæ aut quomodocunque falſæ, ac omnia & ſingula in eiſdem contenta & ſpecificata, tanquam fictitia, doloſa & ſuppoſititia, annullamus, irritamus, ac caſſamus, proque nullis, irritis, caſſis & invalidis, ac juris robore penitus vacuis fuiſſe & eſſe decernimus, declaramus, ordinamus & ſtatuimus per præſentes.

CAP. XVII.

De bonorum Eccleſiæ Cuſtodiâ.

UT res Eccleſiæ ſecurius & tutius conſerventur, ſtatuimus & ordinamus, quod quotannis in dicto Auditu generali, omnes illi in quorum manibus res vel bona Eccleſiæ remaneant, veram & integram reddant rationem de rebus & bonis hujuſmodi per eos reſpectivè

pectivè administratis seu custoditis; ipsaque bona & res tunc (si exigatur) una cum Thesauro, jocalibus, ornamentis, & aliis bonis Ecclesiæ quibuscunque suæ curæ commissis Canonico Residentiario tunc existente, tradi faciant, eaque omnia, ipsi vel alii idoneo per novas indenturas inter Canonicos Residentiarios & ipsos separatim conficiendas, recipiant. De quibus omnibus inventarium ritè compositum, & in Capitulo approbatum, reponatur cum monumentis Ecclesiæ: Thesaurum vero, jocalia, ornamenta & alia prædicta quæ quotidiano usui non sunt necessaria, & quæ in custodia officiariorum per indenturas remanere non debent, locis ad hoc convenientibus reponantur, aut ad usus à nobis præscriptis applicentur.

CAP. XVIII.

De Prælectore Theologiæ; & de membris Ecclesiæ Catechisandis.

TAndem ut omnes dictæ Ecclesiæ ministri in sacris literis, & pietatis studio progressus faciant Ecclesiâ dignos, statuimus & ordinamus, ut Prælectiones Theologiæ singulis septimanis ternæ, aut ad minus binæ, ab uno Canonicorum, qui ad id muneris per dictum Archiepiscopum pro tempore existentem, aut sede vacante per Decanum & Capitulum *Eborum* assignatus fuerit, vernaculâ linguâ in dictâ Ecclesiâ habeantur, prout antea habebantur. Et ut Christianæ Religionis semina jaceantur, unde segites exoriri possint, statuimus & volumus ut singulis annis in Ecclesiâ nostrâ Collegiatâ prædictâ per Capitulum eligatur unus aut alter ex Canonicis maxime idoneus qui Catachismi, id est Simboli Apostolici, Orationis dominicæ, decem præceptorum, & Sacramentorum, Baptismi nimirum & Eucharistiæ explicationem, fideliter & sincerè tractet, & (quatenus commodè poterit) absolvat.

Hara huic explicationi constituta erit, secunda vel tertia pomeridiana diebus Dominicis, eidem intersint Vicarii chorales, Choristæ aliique ministri Ecclesiæ prædictæ, nec non Ludi-magister cum discipulis. Absentes nisi legitimè impediti, vel pœna pecuniaria vel graviore etiam mulcta plectantur, ut Capituli judicio visum fuerit: dictus vero Theologiæ prælector habeat pro labore suo in agro dominico (ut præfertur) impendendo annuum stipendium suum consuetum, vel si nullum hactenus fuerit per dictum Archiepiscopum designandum, qui eundem negligentem, aut aliâ de causâ huic muneri idoneum aliquando inventum, amovendi potestatem sede plena, eadem vacante Decanus & Capitulum Ecclesiæ *Eborum* plenam habebit.

CAP. XIX.

De domibus Præbendalibus reparandis.

CUmque Residentia Canonicorum in domibus suis propriis Præbendalibus fieri debeat, ut per nos in Capite de Canonicorum residentiâ supra præscriptum est, Statuimus, volumus & mandamus, quatenus dictus Archiepiscopus pro tempore existens, omnes Præbendarios Ecclesiæ convocet, eosque & eorum quemlibet, cujus & quorum domus dilapidatæ sunt, ad refectionem & reparationem eorundem tam per censuras Ecclesiasticas, quam per substractionem fructuum, reddituum, decimarum, & jurium ad Præbendas suas respectivè spectantium, appellatione remotâ, compellat.

CAP. XX.

De convictu Vicariorum & Cantatorum.

QUi una conveniunt, ut unà Deum laudant in Choro, & unà etiam commedant & unà Deum laudant in mensâ; Statuimus & volumus, quod omnes Vicarii Chorales & dicti sex Cantores, vel cum Residentiario (si fieri potest) vel aliter si fieri potest, in alia honesta domo & bene morata simul comedant & opulentur nisi probabili de causa Canonicus Residentiarius de consensu Archiepiscopi *Eborum* sede plena, ac Decani & Capituli *Eborum* vacante, aliter ordinaverit, cui ordinationi ipsi se submittere, sub pœna privationis à Vicariatu & officio suo, tenebuntur, per præsentes.

CAP. XXI.

De excessibus corrigendis.

SEd cum effrænis illa peccandi licentia, vel caput alicujus corporis, vel aliquod hujus membrum invaserit, totum ferè corpus periclitari solet, nisi hujusmodi impunitas, in quocunque vigeat, justâ animadversione coerceatur, tam ut timori sit impiis, quam solatio bonis; cui quidem morbo occurri non potest, si ullus personarum respectus hac in re habeatur: Statuimus itaque & ordinamus ut si aliquis ex Canonicis vel ministris ipsius Ecclesiæ, in suis muneribus fungendis, negligentes dissoluti, vel alioquin scandolosi, reperti fuerint aut de honestâ vitæ ratione vel incontinentiâ seu alio crimine suspecti, per cæteros de Capitulo (quorum conscientiam quantum possumus in hac parte oneramus, sicut Domino Jesu rationem reddituri sunt) cum omni lenitate & modestia admoneantur, sin autem ne tum quidem resipuerint, ipsi culpâ vacant, rem omnem Archiepiscopo *Eborum* sede plena, eaque vacante Decano & Capitulo Ecclesiæ nostræ Metropoliticæ *Eborum* denuncient & apperiant. Qui quidem Archiepiscopus vel Decanus & Capitulum eam rem diligenter cognoscant,

noſcant, examinent & fine debito terminent, cujus ſive quorum ſententiæ ſingula membra Eccleſiæ Collegiatæ prædictæ ſine ulla appellatione, omnino parere & ſtare volumus, ſub pæna loci ſui imperpetuum ipſo facto amittendi.

Porro ſi Canonicus quiſpiam aut aliquis alius de prædictæ Eccleſiæ membris coram dicto Archiepiſcopo, vel Decano & Capitulo ſede vacante aliquando examinatus vel de Hæreſeos contra Dei legem, vel læſæ Majeſtatis crimen, vel de Symoniâ, uſurâ, perjurio, furto notabili, homicidio voluntario, inceſtu, adulterio, fornicatione aut dilapidatione bonorum Eccleſiæ, per duos idoneos & legitimos teſtes, vel confeſſionem propriam, vel notorietatem facti convictus fuerit, ſine morâ, omni Canonicatu, Præbenda, ac loco quæ in Eccleſiâ habuit, privetur & locum ejus accipiat alter dignus Eccleſiæ, aliquâ appellatione aut alio juris remedio in aliquo non obſtante.

Si quis vero Vicariorum Choralium aut Choriſtarum aliorumve in eadem Eccleſiâ miniſtrorum inferiorum leviter deliquerit arbitrio Canonici pro tempore reſidentis, corrigatur; & ſi qualitas delicti id exigerit, ipſa Eccleſia per ſolenne Capituli decretum excludatur & expellatur.

CAP. XXII.

De viſitatione Eccleſiæ.

NUllum opus eſt adeò piè cœptum, adeò fœliciter conſummatum, quod hominum injuria & negligentia non labefactetur & ſubvertatur: nulla tam ſancta & firma ſtatuta conduntur, quin temporis diuturnitate in oblivionem & contemptum veniant, ſi non continua vigilantia, & pietatis zelus eiſdem adjungatur; quod ne unquam in hac fiat aut eveniat Eccleſiâ; Nos Archiepiſcopus *Eborum* (qui pro tempore fuerit) fide, diligentia & paſtorali cura freti & nixi ſumus, cui ordinaria & Metropolitana poteſtas tanquam ipſius Eccleſiæ Paſtori per Canonicas ſanctiones & Eccleſiaſticas leges noſtras competit; volentes, eumque in domino obſecrantes ut Chriſtianâ fide & ardenti pietatis zelo invigilet prædictæ Eccleſiæ, atque curet, ut hæc noſtra ſtatuta & ordinationes eidem Eccleſiæ tradita ad laudem & honorem dei inviolabiter obſerventur; ut poſſeſſiones ejuſdem & bona tam ſpiritualia quam temporalia proſpero ſtatu floreant; ut jura & libertates ac privilegia noſtris legibus & Statutis non repugnantia conſerventur & defendantur. Qui quidem Archiepiſcopus toties à Canonicis rogatus, vel de triennio in triennium etiam non rogatus, ſponte ſuâ ad Eccleſiam hujuſmodi viſitandam in propriâ perſonâ vel per vicarium ſuum in ſpiritualibus generalem Commiſſarium ſive Commiſſarios idoneos, per literas antèdictas deputandos accedere voluerit: Canonicos, Vicarios, Cantores, Choriſtas, cæteroſque hujus Eccleſiæ Miniſtros & officiarios in domum Capitularem, vel alium locum idoneum, convocet ut ſuper ſingulis Articulis in Statutis noſtris contentis, & de quibuſcunque aliis Articulis, ſtatum, commodum & honorem ipſius Eccleſiæ concernentibus, omnes & ſingulos ejuſdem Eccleſiæ miniſtros & officiarios hujuſmodi, interroget, & eorum quemlibet per juramentum corporale de interrogatis veritatem dicere & præſentare cogat: Comperta autem detecta & probata, juxta delictorum & criminum menſuram & horum ſtatuturum exigentiam, puniet, corrigat, & reformet, omniaque faciat quæ ad vitiorum reſecationem, & virtutis incrementum, neceſſaria videbuntur, quæque ad officium viſitatoris pertinere de jure dinoſcuntur, appellatione ſeu inhibitione quacunque in aliquo non obſtante. Quos quidem omnes & ſingulos Canonicos & alios dictæ Eccleſiæ Miniſtros, quoad omnia & ſingula præmiſſa volumus & mandamus dicto Archiepiſcopo parere & obedire. Statuimus etiam ut nemo in virtute Juramenti Eccleſiæ præſtiti contra Canonicum aut alium Eccleſiæ Miniſtrum, quicquam dicat aut denunciet, niſi quod verum crediderit, aut de quo publica vox aut fama laboravit, non ita tamen ut delinquentibus indulgeat, aut ad eorum delicta conniveat, ſed ut timorem Dei præoculis habens, verum tantum referat.

CAP. XXIII.

De Juriſdictione Eccleſiaſticâ exequendâ.

CUmque Juriſdictio ſpiritualis & Eccleſiaſtica quæ & quatenus dictæ Eccleſiæ Collegiatæ & Capitulo ejuſdem antiquitus eſt conceſſa, & uſque dum competere dinoſcitur, debitè adminiſtrata non parvi momenti ſit, cum ad lites decidendas tum ad populum in debitâ obedientiâ & ſubjectione retinendum: Volumus & ſtatuimus, quod deinceps Capitulum ejuſdem Eccleſiæ *Southwellenſis*, unum aliquem virum tam morum gravitate, quam juris ſcientiâ præ cæteris eminentem per literas ſuas Sigillo communi roboratas, ſuum vicarium in ſpiritualibus generalem, ac cauſarum ſeu negotiorum ſuorum, Auditorem de tempore in tempus Capitulariter eliget, ordinabit, & conſtituet: dans & concedens eidem vicario ſuo omnem poteſtatem, & authoritatem ſuam Capitularem, quoad ipſam Juriſdictionem cum cuſtodiâ Sigilli ſui ad cauſas uſitati, Clericorum ad beneficia de Juriſdictione Capituli exiſtentia admittendorum, approbatione eorumque Articulis Synodalibus anno domini 1562. editis, ſubſcriptione, nec non inſtallationibus & inductionibus Canonicorum, & Præbendariorum ejuſdem Eccleſiæ, aliiſque quibuſcunque quæ de jure & ſtatutis noſtris capitulariter ſunt agenda, tantum exceptis, & Capitulo ſeu Canonico Reſidentiario ibidem Reſidenti, reſervatis. Cui quidem Vicario generali præter feoda, exitus & proficua ad hujuſmodi officium ſpectantia ſeu incidentia, quinque Marcas annuas legalis monetæ noſtræ Angliæ, pro exercitio ejuſdem officii per prædictum Capitulum concedi & pendi volumus per præ-

præſentes. Mandantes quatenus infra tres menſes poſt præſentes dicto Capitulo notificatas & ttaditas, hujuſmodi Vicarium generalem providere non omittant, ſub pœnâ excommunicationis quam Canonicos ipſius Eccleſiæ reſidentes, vel claves antedictas cuſtodientes (quos hoc ſtatutum potiſſime tangit) incurrere volumus ipſo facto, Abſolutionem à dicto Archiepiſcopo tantummodo habituros.

Perficiet, etiam ordinet, & conſtituet dictum Capitulum de tempore in tempus unum ſufficentem Regiſtrarium, qui Notorius Publicus ſit, & qui per ſe vel deputatum ſuum idoneum, Acta & geſta tam ipſius Vicarii generalis prædicti, quam Capituli fideliter ſcribat, & regiſtret, cui præter feoda & vadia aliaque proficua & exitus officii prædicti pro uberiore ſuſtentatione ſua quinque Marcas annuas monetæ prædictæ concedat & pendat Apparatorem ſeu Mandatorium generalem ſibi & dicto Vicario generali providebit.

CAP. XXIV.

Juramentum Canonicorum.

UT vero hæc Statuta noſtra ſtrictius obſerventur, volumus & ſtatuimus quod quilibet Canonicus ipſius Eccleſiæ ante inſtallationem ſuam, tam juramentum in quodam Actu parliamenti tenti apud *Weſtmonaſterium* 23°. die Januarii Anno regni noſtri primo, edito & ordinato, quàm juramentum ſubſcriptum ad Sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta in Capitulo præſtabit.

Videlicet ego A. B. Canonicus hujus Eccleſiæ inſtitutus, ad hæc ſancta Dei Evangelia, juro & Deo teſte, ſpondeo & promitto, primo me cultui papiſtico renuntiaturum, Chriſtique religionis normam ex Dei verbo ſtabilitam & præſcriptam, auctoritateque Regia, Dei beneficio approbatam, ex animo amplexurum, omniaque dogmata veræ religioni contraria pro virili refutaturum, hominum judiciis in religionis cauſa (niſi quatenus ex verbo Dei probentur) nihil daturum; & (quandoquidem in ſacris literis quæ nobis ſcriptæ relinquuntur, tanquam in pœnu locupletiſſimo reconduntur, omnia ad noſtram ſalutem neceſſaria) traditionibus humanis aut veritatibus (quas vocant) non ſcriptis, non conceſſurum; ex eiſdem itaque Scripturarum fontibus, regulam vitæ & ſummam fidei petiturum.

Denique me omnia hujus Eccleſiæ bona, terras, tenementa, redditus, poſſeſſiones, jura, libertates, & privilegia, cæteraſque res univerſas, tam mobiles quàm immobiles, ac alias omnes commoditates ejuſdem Eccleſiæ ſine imminutione & vaſtatione (quantum in me ſitum erit) benè & utiliter conſervaturum & defenſurum; ac ab aliis ſimiliter conſervari & defendi, curaturum. Statuta etiam hujus Eccleſiæ (quatenus me concernunt) in omnibus obſervaturum, ac cætera Eccleſiæ membra & Miniſtros (quod ad me attinet) ex eiſdem ſtatutis & legibus ſine ullo ſtatus, conditionis, aut perſonarum reſpectu, gratia odiovè recturum. Denique ſi loco motus fuero aut ſi ſponte ceſſero, vel mortem obiero omnia bona hujus Eccleſiæ, quæ meæ fidei unquam credita fuerit, quævè in mea futura ſunt poteſtate, Capitulo bonâ fide redditurum aut reddi curaturum; ſic me Deus adjuvet.

CAP. XXV.

Juramentum Vicariorum & aliorum miniſtrorum.

PRæſtabunt etiam Vicarii Chorales & alii Eccleſiæ Miniſtri (Choriſtis, Campanarum Pulſatore, & ſimilibus exceptis in) admiſſione ſuâ, tam ſupradictum Juramentum dicto 23°. die Januarii, anno regni noſtri primo in dicto actu Parliamenti, editum & ordinatum; quam hoc etiam juſjurandum quod proximum ſubſequitur. Videlicet.

Ego A. B. Eccleſiæ Collegiatæ beatæ Mariæ virginis de Southwell vicarius cooptatus, juro quod non ſolum Chriſti religionem (rejecto Papatu) amplectar, ſacras literaſque, omnibus humanis decretis aut ſententiis præferam: nulla dogmata aut humanas aſſertiones in religionis causâ (niſi quatenus cum verbo Dei conſentiunt) approbabo, imo rejiciam; ſed etiam Statuta hujus Eccleſiæ (quatenus me concernunt) pro virili obſervabo, Canonicis hujus Eccleſiæ Reſidentiariis, aliiſque mihi legitime præpoſitis, debitam & Canonicam obedientiam exhibebo, officium quo in Eccleſia fungar, fideliter exequar; Commodum & honorem Eccleſiæ diligenter procurabo, ſicut me Deus adjuvet, & hæc Dei Evangelia.

Præterea ut, hæc Statuta noſtra inviolabiliter obſervent ii quoque, qui jam in Eccleſiâ ſunt obligentur: Volumus, ſtatuimus & mandamus, quod infra ſemeſtre tempus poſt publicationem præſentium numerandum, quam publicationem fieri mandamus per lectionem eorum Statutorum in pleno Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ ptædictæ ad hoc convocato, ac per intimationem ſive monitionem literatoriam domo Capitulari ejuſdem Eccleſiæ affixam, & ibidem per ſpatium integri menſis dimiſſam, quilibet Canonicus & miniſter dictæ Eccleſiæ, ex his quæ nunc ſunt (exceptis præexceptis) coram Archiepiſcopo *Eborum* ſede plena vel Decano & Capitulo Eccleſiæ *Eborum* ſede vacante, ejuſvè ſeu eorum vice in hac parte gerente, ſeu gerentibus, juramentum illud corporale præſtet, quod in his noſtris ſtatutis particulariter & reſpective eis præſcripſimus. Quod juramentum qui præſtare (ut præfertur) recuſaverit aut neglexerit, juxta veram intentionem præſentium, eum volumus, ſtatuimus decernimus omni Canonicatu, præbendâ, loco, officio, & beneficio, quo ſivè qua in ipsâ Eccleſiâ gaudet ſeu fungitur, ipſofacto eſſe privatum, nulla ſpe reſtitutionis ipſi remanente.

CAP. XXVI.

De interpretatione, expoſitione, & ſuppletione Statutorum.

SEd cum nulla Lex ita planè plenèque concipi poſſit, ut non aliquando, ejuſdem vel ſenſus vel verba in dubium revocari queant, quandoque verò defectus, quos humanum ingenium providere non potuit emergunt: Quoties aliqua ambiguitas vel defectus hujuſmodi apparuerit, aut diſſentio inter Canonicos vel alios (quorum gratia iſthæc ædimus) de vero & ſincero intellectu eorundem Statutorum noſtrorum (quæ omnia juxta planum & Grammaticalem ſenſum intellegi volumus) orta fuerit: Volumus & ſtatuimus quod ſtatutum illud, Sententia, clauſula vel dictio de qua hujuſmodi quæſtio oritur, ad ipſum Archiepiſcopum *Eborum* pro tempore exiſtentem ſolum referatur: cujus interpretationi, declarationi & ſuppletioni, Statutis noſtris hujuſmodi non repugnanti, ac ad commodum, honorem, & bonam adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ facienti, eos qui dubitaverint aut contenderint, ac eos denique quos hæc Statuta tangunt, ſeu tangere poterint in futurum, ſine dilatione & contradictione ſtare, concedere & acquieſcere præcipimus & mandamus. Inhibentes tamen viſitatori & Statutorum declaratori prædictis aliiſque omnibus cujuſcunque dignitatis aut auctoritatis fuerint, ne ulla Statuta nova hiiſce noſtris contraria condant, aut cum horum aliquo diſpenſent. Plenam poteſtatem & authoritatem ſtatuta noſtra hujuſmodi mutandi, alterandi & cum aliis diſpenſandi, & nova (ſi videbitur) condendi; & promulgandi, nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris reſervantes & reſervamus.

ECCLESIA

Collegiata S. Martini le Grand *infra civitatem* London.

Carta Regis Willielmi *Conqueſtoris de primâ fundatione ejuſdem.*

Pat. 1. H. 6. p. 3. m. 4.

REX omnibus ad quos &c. ſalutem inſpeximus Cartam confirmationis Chariſſimi domini & avi noſtri *Henrici* nuper Regis à conqueſtu quarto, in hæc verba. *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ* & Dominus *Hiberniæ* Archiepiſcopis &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam Domini *Ricardi* nuper Regis *Angliæ* ſecundi poſt Conqueſtum factum in hæc verba, *Ricardus* &c. Inſpeximus cartam confirmationis celebris memoriæ domini *E.* quondam Regis Angliæ proavi noſtri in hæc verba *Edwardus* &c. Inſpeximus cartam quam celebris memoriæ dominus *Willielmus* quondam Rex *Angl.* progenitor noſter fecit Deo & Eccleſiæ S. *Martini* magni *London.* in hæc verba. Quia inter multa bona opera, quæ fideles Chriſti pro animarum ſuarum ſalute operantur, hoc præcipuum eſtimatur & tenetur, quod inſtitutioni & edificationi ſanctæ matris Eccleſiæ devotâ mente impenditur, in quâ ſervorum Dei ſupplicationibus peccata à pio Deo deluuntur, quod *Moiſes* in miſtici tabernaculi conſtructione præmonſtravit, quod etiam Salomonis induſtriâ præfiguravit, dum templum domino artificioſum & honorabile ædificaret, futuram ſignificans Eccleſiam, ſummo à fidelibus debere honore decorari; quorum videlicet exemplo in nomine domini noſtri Jheſu Chriſti ego *Willielmus*, Dei diſpoſitione, & conſanguinitatis hæreditate *Anglorum* baſileus, *Normanno* cumque dux & Rector, cujuſdam fidelis mei *Ingelrici* ſcilicet petitione adquieſcens, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, & univerſorum procerum meorum ſacro conſilio parens, omnes poſſeſſiones terrarum, quas tempore venerabilis ac dilectiſſimi cognati & prædeceſſoris mei Regis *Edwardi* idem *Ingelricus* acquiſierat, pro ipſius inſigniſſimi Regis animæ ſalute, nec non & peccatorum meorum remiſſione concedo, & regiâ auctoritate imperpetuum corroboro & confirmo Deo & Eccleſiæ *beati Martini*, quam infra muros *London* ſitam præfatus *Ingelricus* & *Girardus* frater ejus, de propriis ſuis redditibus, in delictorum ſuorum remedium, honorabiliter ad Dei laudem, & Canonicalem regulam imperpetuum ſervandam & tenendam conſtruxerunt. Sunt igitur hæc terrarum nomina **Ciſter** in *Eſſexâ*, cum berewicâ de *Maiſſeberia*, & *Nortonâ*, & **Stanford** & **Fobbinge**, & **Benedict**, & *Criſteghalâ*, & **Toleskunte**, & *Rowenhalâ*, & *Angrâ* cum appendiciis ſuis; & cum pratis & piſcinis: ſilvis, molendinis, & omnibus ad eas pertinentibus. Et in *Benfleotâ* unam hidam; & in *Hoddeſdonâ* unam hidam; Eccleſiam quoque *Mealdonâ*, cum duabus hidis terræ, & decimis & omnibus ei pertinentibus.

Præterea verò ex meâ parte dono & concedo eidem Eccleſiæ, pro redemptione animarum patris & matris meæ totam terram & moram extra poſterulam quæ dicitur *Cripeleſgata* ex utraque parte poſterulæ; viz. ab aquilonari cornu muri Civitatis, ſicut rivulus foncium ibi prope fluentium ipſam à muro diſcriminat, uſque in aquam currentem, quæ ingreditur Civitatem. Concedo etiam ei omnes Eccleſias, & omnes decimus, terras quoque & domos, quas fideles Chriſti, infra *London*, vel extra jam dedere vel in futurum donabuntur. Hæc igitur omnia Eccleſia beati *Martini* & Canonici ejuſdem loci inconcuſsè & liberè imperpetuum

tuum habeant & teneant in commmune Eccleſiæ ipſius & Canonicorum utilitate. Ipſi verò Canonici idoneum ſibi procuratorem & cuſtodem rerum ſuarum de fratribus ſuis eligant, qui ſua fideliter ſervet, & cuique partem ſuam per tempora ſine dolo equanibiliter diſtribuat, & neceſſaria ad ſufficientiam habentes curis expoſiti, orationi vacent; ac Deo & S. *Martino* die noctuque ſecundùm regulam ſuam dignè & laudabiliter ſerviant. Sit verò ipſa prænominata Eccleſia, & ejuſdem Eccleſiæ Canonici, Epiſcoporum, Archidiaconorum, Decanorum, Miniſtrorumvè ſuorum univerſali exactione & inquietudine quieta, & omninò ſequeſtrata. Sint verò ipſius Eccleſiæ omnimodæ poſſeſſiones ab omni regali ſervitutis jugo liberæ. Sint omnimodarum injuriarum impulſionibus abſolutæ: ſint quietæ ab Exercitus expeditione, Pontis reſtauratione; Munitionis & Caſtelli auxilio. Habeat etiam *Socnam* & *Sacam*, & *Tol* & *Theam*, & *Infangenetheof*, *Blodwyte*, *Munbrice*, *Burhbrice*, *Miſkennynge*, *Sceawinge Hlæſtinge*, *Frithſocne*, *Fleamenafirmthe*, *Wergeldtheof*, *Uthleap*, *Forfeng*, *Fyhfeng*, *Firdwite*, *Fihtwite*, *Weardwite*, *Hengewete*, *Hamſokne*, *Forſteall*. Et ſi quas alias libertates, vel conſuetudines aliqua Eccleſiarum regni mei *Angliæ* meliores habet. Si quis verò hoc in aliud, quam conceſſimus transferre præſumpſerit, cum *Judâ* Proditore Dei hereticas luat pœnas. Scripta eſt hæc Cartula anno ab Incarnatione Domini MLxviii°. ſcil. ſecundo anno regni mei peracta verò eſt hæc donatio die Natalis Domini; & poſtmodum in die *Pentecoſtes* confirmata, quando *Mathilda* conjux mea in baſilicâ S. *Petri Weſtmonaſterii* in Reginam divino nutu eſt conſecrata. Ego *Willielmus* Rex *Anglorum* & Dux *Normannorum* ſub Sigillo S. Crucis inclinabiliter conſenſi atque roboravi. Ego *Matilda* Regina conſenſum præbui, Ego *Ricardus* Regis filius annui, Ego *Stigandus* Archiepiſcopus confirmavi; Ego *Aldredus* Archiepiſcopus ſubſcripſi; Ego *Willielmus London.* Epiſcopus, infra cujus muros præfatum monaſterium ſitum eſt, ſignaculo ſanctæ Crucis ſuberravi, & libertatem omnimodam quantumcunque meæ pertinet poſſibilitati conceſſi. Ego *Odo Bajocenſis* Epiſcopus conſenſi, Ego *Hugo Luxovienſis* Epiſcopus; Ego *Goisfridus* Epiſcopus corroboravi; Ego *Hermannus* Epiſcopus conceſſi. Ego *Leouricus* Epiſcopus conceſſi; Ego *Giſo* Epiſcopus conceſſi, Ego *Eadwinus* Abbas, Ego *Wolwaldus* Abbas, Ego *Baldwinus* Abbas; Ego *Algelſinus* Abbas; Ego *Turſtinus* Abbas, Ego *Brand* Abbas; Ego *Alfwinus* Abbas; Ego *Algelwinus* Abbas; Ego *Sithricus* Abbas: Ego *Willielmus* filius *Osberti* Comes; Ego *Robertus* frater Regis Comes; Ego *Eadwinus* Comes, Ego *Robertus* Comes, Ego *Marchere* Comes; Ego *Waldeof* Comes; Ego *Rogerus* de *Montegomeri* Comes: Ego *Ricardus* filius *Giſleberti* Princeps; Ego *Willielmus Malet* Princeps; Ego *Arfaſtus* Regis Cancellarius, Ego *Michael* Regis Capellanus; Ego *Giſlebertus* Capellanus; Ego *Osbernus* Capellanus; Ego *Willielmus* Capellanus; Ego *Thomas* Capellanus; Ego *Bernardus* Capellanus; Ego *Walterus* Capellanus, Ego *Rodbertus* Capellanus; Ego *Johannes* S. Eccleſiæ *Romanæ* Cardinalis Presbyter, per *Gallias* & *Angliam*, concedente Papâ *Alexandro*, vices Apoſtolicas gerens, huic conſtitutioni interfui, & quantum Apoſtolicæ Sedi pertinuit, libertatem Eccleſiæ præſenti ſigno confirmavi. Ego *Petrus* S. *Romanæ* Eccleſiæ ſimiliter Cardinalis Presbyter & Cancellarius, ab eodem Papâ in *Angliam* delegatus, huic conſtitutioni adquieſcens propriâ manu ſubſcripſi. Nos autem donationes, *&c.* prædictas ratas habentes, *&c.* confirmamus, *&c.* Datas per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* quinto die *Junii* Anno regni noſtri ſecundo.

ECCLESIA

Collegiata beatæ Mariæ Warrewici.

Carta Henrici *Comitis* Warrewici.

Ex Regiſtro Collegii beatæ *Mariæ Warwici* in Scacc. penès Remem. Regis f. 8. a.

EGo *Henricus*, largiente miſericordiâ Dei, *Warwicenſis* Conſul, & *Margareta* uxor mea, & *Rogerus* noſter filius, omnia quæcunque *Willielmus* Capellanus meus tenet de nobis, quæ Elemoſinæ ſunt, pro amore Dei in Præbendam: Quæ autem feodi ſunt & in feodum concedimus.

Elemoſinæ ſunt quæ *Herlewinus* ſacerdos ejus anteceſſor in beneficiis Eccleſiarum tenuit, & Decimam de *Telonio Warwici* & de molendino de **Loleſam**; quam Decimam *Herlewinus* prædictus ſacerdos nunquam habuit.

Feoda autem ſunt terra de **Braeles**, & terra in quâ manet, & quædam manſiuncula in *Cotâ*: quas terras *Herlewinus* prædictus immune & noſtris poſteris & amicis, & omnibus noſtris hominibus, tam minoribus quàm majoribus rogando atque deprecando præcipimus, quatinus prædictus *Willielmus* hæc omnia prædicta firmiter & ſecurè teneat: Et ſi quis ea ei abſtulerit Anathema ſit, & de libro viventium deleatur. Teſtibus *Theoldo* Dei gratiâ *Wirceſtriæ* Epiſcopo, & *Hugone* ejus Archidiacono, hæc omnia concedentibus & in Chriſto confirmantibus, & eidem *Willielmo* ea quæ ſunt Eccleſiæ injungentibus.

Hujus autem conceſſionis teſtes ſunt, *Willielmus*, *Osbertus*, *Jordanus*, *Willielmus* Capellani Epiſcopi: Teſte etiam *Gregorio* Comitis medico, & Magiſtro *Sevardo* & *Wimundo* Comitis Capellanis, & *Radulfo* Canonico, & *Salido* Canonico, *Edwino* Canonico & *Danſeniſo*; &

Anchitello filio *Roberti*, & *Hugone* filio *Ricardi*, & *Petro* filio *Willielmi*, & *Siwardo* filio *Turchilli*, & *Nicholao* de *Davidvillâ*, & *Ranulfo* Magistro domini *Rogeri* & *Rogero* Camerario, & *Hodone* filio *Hugonis*, & *Boschero* & *Henrico* filio ejus, & *Turchillo* filio *Willielmi*, & *Hugone* filio *Hermenfredi*, & *Dabone* & *Moyse* & *Ricardo* filio Episcopi, & *Huberto* & *Henrico* filiis *Godrici*, & *Nicholao* Præposito, & *Roberto* de *Mortimer* & *Willielmo Pincernâ*, & *Henrico Pincerna*, & *Radulfo* Villano, & *Johanne* Procuratore & *Radulfo Tallardo*, & *Roberto* Pistore, & *Roberto* de *Braëles* & *Radulpho Traine*.

Confirmatio Domini Rogeri *Comitis.*

Ibid. b. R. Comes de *Warewic* omnibus Baronibus suis & Burgensibus & hominibus suis de *Cotâ*, & omnibus suis hominibus *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse omnem terram sanctæ *Mariæ* & *Omnium Sanctorum*, & homines omnes ejusdem terræ, & omnia pertinentia ad easdem Ecclesias, & in Decimis & aliis rebus in tali pace permanere, sicut fuerunt in tempore patris mei: Et ideo defendo super meam forisfacturam, ne aliquis de meis ministris tallagionem aliquam in possessione earundem Ecclesiarum faciat, nec ingerat morem in eâ, nec etiam intret in eâ. Testibus Comitissâ, *Waltero* Capellano, *Gileberto* de *Thil*, *Edwino* Præposito, *&c.*

Carta ejusdem Rogeri *de Scolis* Warwici.

R. Comes de *Warewic*, Omnibus, *&c.* salutem. Sciatis me concessisse & dedisse in elemosinam Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Warewic*, pro me & antecessoribus meis Scolas ipsius Ecclesiæ *Warewici*; ut servicium Dei in eadem Ecclesiâ frequentatione Scolasticorum emendentur: Præcipimus ergo, ut quietè & liberè teneat eas prædicta Ecclesia, & ne eas aliquis aliqua violentiâ surripiat ab Ecclesia. Valete. Testibus *Roberto* de *Novoburgo*, *G.* fratre ejus, *Gundreda* Comitissâ, *Turstino* de *Montfort*, *Edwino* Præposito, *Waltero* Capellano, *Gilberto Giffart*, *Ricardo* de *Vernun*, *Roberto Pechet*, *Mahal* de *Stafort*, *Mahall* de *Vernun*, *Ranulfo* Pistore.

Carta ejusdem Rogeri *de Capellâ S.* Jacobi *datâ Ecclesiæ S.* Mariæ.

R. Comes *Warewic*, Omnibus, *&c.* salutem. Sciant, *&c.* me concessisse & dedisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Canonicis beatæ *Mariæ Warewici* in puram & perpetuam elemosinam Capellam S. *Jacobi*, quæ fundata est assensu eorundem Canonicorum in Parochiâ suâ supra portam occidentalem Burgi mei *Warewici*, cum omnibus terris prædictæ Ecclesiæ pertinentibus; scilicet cum crofto extra fossatum, quod extenditur in longum à prædictâ Capellâ usque contra Capellam S. *Johannis*, & cum quatuor mannagiis infra burgum & extra. Quare volo, *&c.* Hujus rei sunt testes *Gundreda* Comitissa, *Galfridus* & *Henricus* fratres mei, *Turstinus* de *Monteforti*, *Hugo* filius *Ricardi* de *Hafton*, *Will. Giffard*, *Hugo Abadun*, *Walterus* & *Jordanus* Capellani mei, *Gilbertus* Nutricius, *Edwinus* de *Piro*, *Ernaldus* filius *Sparhauk*, *&c.*

Carta ejusdem Rogeri *de terris datis Capellæ de* Muitonâ.

R. Comes *Warewic*, Omnibus hominibus, Ministris, Burgensibus, *&c.* salutem. Universi sanctæ Ecclesiæ filii sciant me dedisse, & in perpetuam elemosinam concessisse Deo & Capellæ de *Muitonâ*, & Canonicis eidem Capellæ deservientibus decem acras de meo dominio, & quinque acras de terrâ rusticorum, & unum managium, & octo acras quas *Willielmus* filius *Godardi* eidem Capellæ dedit, & dimidiam acram prati, quam ..... Comes ei dedi, pro salute animæ meæ & antecessorum meorum, & omnium fidelium. Quare volo, *&c.* quod ipsi Canonici præfata teneant bene, *&c.* cum Tol & Team, Sachâ & Sochna & Infangentheof, & omnibus consuetudinibus & ecclesiasticis libertatibus absque omni exactione & seculari servicio in puram elemosinam. Testibus *Gundredâ* Comitissâ, *G.* & *H.* fratribus Comitis, *W. Gyffard*, *Henrico* Dapifero, *Waltero* & *Jordano* Capellanis Comitis, *&c.*

Carta Roberti *de* Curli *de Ecclesiâ de* Budebroc.

OMnibus, *&c.* *Robertus* de *Curli* salutem. Sciatis me reddidisse Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Warewic, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ Ecclesiam de Budebroc tanquam jus suum cum omnibus adjacentiis, quam in audientiâ & præsentiâ *Godefridi* & *Baldwini* Decanorum Episcopi, quam ab Episcopo ipso *Wigornienſi* inter nos constituti erant judices & Capituli etiam Episcopi recognovi esse Capellam prædictæ matri Ecclesiæ adjacentem. Hæc autem sunt adjacentia prædictæ Ecclesiæ de Budebroc Lx. acras terræ de inlandâ ipsius villæ ex una parte campi, & totidem ex altera, & mansio sacerdotis cum crostis quæ pertinent antiquitus ad Ecclesiam: Et tota decima ipsius villæ de Budebroc, & in dominio & in Warlandâ, & Hamtone & Norttune & *Crevecnor*: Et hæc omnia debent esse cum Tol & Team, & Sacha & Socha & Infangenetheof, & cum omnibus libertatibus, & decimâ molendini & vivarii prædictæ villæ.

Hæc omnia fuerunt ita adjacentia Ecclesiæ de Budebroc à tempore *Galfridi* veteris Camerarii, sicut homines ejusdem villæ per juramentum testati sunt. Ego autem dedi Capellæ de *Hamtonâ* ad dedicationem Cimiterii tres partes unius virgatæ terræ de inlandâ: Homines verò *Hamtonæ* meo assensu dederunt de unaquaque virgatâ unam acram de unâ parte campi,

campi, & alteram de aliâ. *Auſcitellus* autem dedit duas acras ex una parte & duas ex aliâ. Clericus verò ejuſdem villæ ex antiquâ conſuetudine de nemore ejuſdem villæ debet accipere neceſſaria ad ſepes ſuas & domos & ignem. Volo itaque quatinus prædicta mater Eccleſia & Canonici ejuſdem Eccleſiæ, prædictæ Eccleſiæ de Budeburc, cum omnibus adjacentiis ſuis ſolutam & quietam & liberam ab omni calumpnia & omni ſeculari exactione teneant; excepto hoc quod Canonici prædicti debent in Eccleſiâ de Budeburc, ponere vicarium cum meo juſto & rationabili aſſenſu, & poſt mortem meam meorum hæredum. Hujus recognitionis teſtes *Radulfus* Prior *Sancti Sepulchri*, *Osbertus* & *Ricardus* Canonici ejus, *Willielmus* Decanus de S. *Petro*, *&c.*

Carta Regis Henrici *Primi*, *de conſuetudinibus.*

HRex *Angliæ T.* Epiſcopo *Wigorn.* & *R.* Epiſcopo de *Ceſtriâ* & Comiti *Rogero* & *Galfrido* de *Clinton* & omnibus *Baronibus* de *Warewiſcirâ* ſalutem. Præcipio quod Eccleſia omnium Sanctorum de *Warewic* habeat omnes conſuetudines ſuas, & judicia Ferri & Aquæ ità benè & juſtè, ſicut ſolebat habere tempore *Edwardi* Regis & Patris & Fratris mei; & Scolas ſimiliter habeat. Teſte Epiſcopo *Lincoln.* apud *Wodeſtocham.*

Prima conceſſio domini Rogeri *Comitis de Decano habendo in Eccleſiâ beatæ* Mariæ Warwici.

✠ IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti ego *Rogerus* Conſul *Warwicenſis*, gratiâ Dei et S. *Mariæ* et omnium Sanctorum, et pro ſalute animæ patris mei, et parentum meorum, firmiter et conſtanter concedo Canonicis meis *Warewici* habere Decanum et Capitulum & fraternum Conventum. Et volo & ex parte Dei præcipio, ut in Eccleſiâ Sanctæ *Mariæ*, more Canonicorum Deo ſerviant & ita liberè & quietè omnes res ſuas obtineant ſicut *Londonienſes* Canonici & *Lincolnienſes*, & *Salisberienſes*, & *Eboracenſes* ſua Eccleſiaſticè dicuntur obtinere. Hujus rei teſtes ſunt *Hugo* filius *Ricardi*, & *Turſtanus* de *Monteforti*, *Siwardus* filius *Turchilli*, *Galfridus* de *la Mare* & *Petrus* filius *Willielmi*, & *Auſchetillus* filius *R.* & *R.* de *Mannevillâ* & *R.* de *Bortonâ*.

Carta ejuſdem Domini Rogeri *de poſſeſſionibus & libertatibus datis & conceſſis Eccleſiæ beatæ* Mariæ Warewic, *& de tranſlatione Collegii infra Caſtrum ad dictam Eccleſiam.*

✠ IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: Notum ſit omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, quatinus ab incarnatione Domini MCXXiii°. regnante *Henrico* Rege *Rogerus* Comes adeptus Conſulatum *Warewici* ibi in honore Dei & Eccleſiæ Dei genetricis *Mariæ* & omnium Sanctorum veneratione, pro animâ *Willielmi* Regis *Angliæ* Expugnatoris, ejuſque uxoris Reginæ *Matildis* & eorum filii *Willielmi* ſecundi Regis: Atque de futurâ memoriâ animæ *H.* Regis *Willielmi* Prioris filii, & ejus uxoris Reginæ *Matildis* ſecundæ, & pro eorum liberis, & pro recordatione animæ *Rogeri* de *Belmund* & ejus uxoris *Aelinæ*, & pro animâ *Henrici* Comitis ſui Patris, qui prius hoc inſtituit; & pro recordatione animæ *R.* Comitis *Mellenti*, & omnium fidelium defunctorum, diſpoſuit, quatinus Clerici Eccleſiæ S. *Mariæ Warewici* & Clerici *Omnium Sanctorum* quæ ſita eſt in Caſtello, cum conſilio & aſſenſu, & devotis petitionibus Clericorum prædictæ Eccleſiæ *Omnium Sanctorum* pariter & S. *Wigornienſis* Epiſcopi deliberatione, in memoratâ Eccleſiâ S. *Mariæ* omnes pariter Canonico more Deo & Sanctæ *Mariæ* diligenter die nocteque ſervient ſalva integritate Præbendarum ſuarum, ipſi & ſucceſſores eorum imperpetuum: Et conceſſit ad eorum victus neceſſaria hæc, Eccleſiam S. *Nicholai*, & Eccleſiam Sancti *Laurentii*, cum decem acris terræ, & unâ manſione, & Eccleſiam S. *Michaelis* cum quinque acris terræ, & tres manſiones, & Eccleſiam S. *Sepulchri* & S. *Helenæ*; & duas partes decimarum *Bedeford* de inlandâ: In *Welesburnâ* duas partes decimarum de inlandâ & *Chireſet*, & in *Herdewic*, et juxta *Longum-pontem* duas carucatas terræ. In Cherlecote dimidiam hidam, et decimam de dominio, et decimam duorum molendinorum. In Fulbroc dimidiam hidam, et duas partes decimarum molendini iſtius villæ. In Smitenfelt unam hidam et duas partes decimarum de inlandâ. In *Claverdonâ* duas partes decimarum de inlandâ, et ſimiliter de pannagio de toto nemore ejuſdem villæ. In *Sireburnâ* dimidiam hidam, et duas partes decimarum de inlandâ. In *Mulvertonâ* dimidiam hidam et totam decimam de feodo Comitis *Warewici*.

In *Cotâ* totam decimam, et in molendinis et in aliis rebus, et vivum et mortuum, et decimam duarum carucarum quæ ſunt in *Stocullâ* et *Wudulau*.

In *Cumtonâ* duas partes decimarum de inlanda.

In *Waltonâ-Theodorici* totam decimam de dominio et unius molendini.

In *Waltonâ-Spileberti* duas partes decimarum de inlandâ, et ſimiliter duorum molendinorum, et in prato juxta Berefort ſex acras et duas garas; et in prato de Aldefort ſex

acras

acras et duas garas: et infra et extra Warewic sexaginta mansiunculas.

In *Muetonâ* totam decimam, & totam tertiam partem de dominio, & terram unius bubulci, & quatuor mansiones terræ; & Ecclesiam de Gretham, & Ecclesiam S. *Johannis* cum sex acris terræ; & Ecclesiam S. *Petri* cum unâ mansione. Et Ecclesiam de Budebrot, & totam decimam ejusdem villæ, cum omnibus adjacentiis suis. Et decimam de redditu burgi *Warewici*.

In *Hethâ* unam hidam. In *Caldecotâ* dimidiam hidam. Et Scolas *Warwici*. Et Judicia Ferri & Aquæ & Duellum: Et terram *Wimundi* Capellani.

Has igitur possessiones prænominatas *Rogerus* Comes, quoniam ex tempore patris sui prædictæ Ecclesiæ S. *Mariæ* & Ecclesiæ *Omnium Sanctorum* adjacebant, præsentis scripti sigillati corroboratione, consilio S. *Wigornensis* Episcopi, & petitione Clericorum utriusque Ecclesiæ, matri Ecclesiæ S. *Mariæ*, ut prædictum est concessit & imperpetuum confirmavit.

Præterea concessit quatinus habeant Decanum & Capitulum & fraternum conventum ipsi Clerici in prædictâ Ecclesiâ S. *Mariæ*. Et ut ita liberè & quietè & honorificè omnes res suas obtineant, sicut *Lincolnienses* & *Salesberienses* & *Eboracenses* seu ecclesiasticè dicuntur obtinere. Hujus rei testes sunt *Hugo* filius *Ricardi*, & *Turstanus* de *Monteforti*, & *Siwardus* filius *Turchilli*, *Galfridus* de *la Mare*, & *Petrus* filius *Willielmi*, & *Auschetill.* filius *R.* & *R.* de *Mannevilla* & *R.* de *Bortonâ*, *&c.*

Translatio Canonicorum Ecclesiæ Omnium Sanctorum *infra Castrum* Warewici *cum suis possessionibus, ad matrem Ecclesiam beatæ* Mariæ *situatam infra villam* Warewici, *per* Simonem Wigorn. *Episcopum.*

*Ibid. f. 12. b. SImon Dei gratiâ *Wigorn.* Episcopus, Episcopis, *&c.* nec non *Rogero* Comiti *Warewici* & baronibus suis, *&c.* salutem. Sanctorum patrum auctoritas nos ammonet, quatenus hiis quæ ad utilitatem Ecclesiarum nostrarum spectant sedulam curam adhibeamus, ut in majori pacis soliditate foveantur, et ecclesiasticarum personarum sollicitudo in divinis officiis devocior existat: inde est quod nos tertio nostri Episcopatus anno, Clericos omnes quos in Ecclesiâ *Omnium Sanctorum* de *Warewic* invenimus, & eorum ecclesiasticas possessiones; quia locus ille propter ipsum Castellum in quo sita est Ecclesia importunius nobis esse videbatur, ad matrem Ecclesiam beatæ *Mariæ* de Warewic, quæ etiam ad honorem Virginis *Mariæ* & *Omnium Sanctorum* consecrata est transtulimus: Convocato tamen prius religiosorum virorum consilio, rogatu etiam & voluntario assensu *Rogeri* Comitis de Warewic, nichilominus & devotis postulationibus prædictorum Clericorum eommoventes, & episcopali auctoritate præcipientes, quatenus ipsi Clerici & eorum successores, salvâ integritate Præbendarum suarum, in memoratâ Ecclesiâ S. *Mariæ*, cum cæteris Clericis ejusdem Ecclesiæ Deo & S. *Mariæ* imperpetuum famulentur: quod & Clerici omnes pariter promiserunt, & nobiscum in Christo confirmaverunt.

Constituimus etiam in eadem Ecclesiâ, quatenus haberent Capitulum & fraternam congregationem & Decanum, quem sibi fraterna & canonica eligeret deliberatio, & easdem libertates quas *Londonienses* gaudet liberè Ecclesia, aut *Lincolnienses*, aut alia talis institutionis Ecclesia.

Statutum est item à nobis, quatenus in eadem Ecclesiâ nullus sibi potestatem aliquam vel alicujus Præbendæ investituram sibi vendicare sibi præsumat, nisi per licentiam Decani, vel alicujus ex suâ parte, communicato prius fratrum concilio.

Præterea ad tenatioris memoriæ firmitatem, & nostræ confirmationis recordationem dignum duximus in scripti nostri paginâ possessiones vocabulis subnectere, quas Ecclesiæ dei genitricis *Mariæ* & *Omnium Sanctorum* de Warewic cognovimus adjacere: Hæc sunt Ecclesia S. *Nicholai*, *&c.* (*Ut in Priori Cartâ.*)

Præcipimus ergo Canonicis omnibus, tam Ecclesiæ S. *Mariæ*, quam Ecclesiæ *Omnium Sanctorum* de Warewic, quatenus in Ecclesiâ S. *Mariæ* dignè & Canonicè Deo & S. *Mariæ* serviant. Quicunque verò prædictam constitutionem nostram violare, *&c.* præsumpserit, nisi ad condignam satisfactionem pervenerit, Anathematis vinculo hic & in futuro subjaceat: Omnibus autem libertatem istam conservantibus benedictionem Dei concedimus, & nostram.

Litera Simonis *Episcopi* Wigorniæ *de consecratione Altaris in Ecclesiâ S.* Sepulchri, *& Cimiterii ibidem, ad sepulturam tantummodo Canonicorum in Canonico habitu ibidem Deo servientium.*

EGo *Simon* Dei gratiâ *Wigorn.* Episcopus consecravi apud *Warewic* Altare in Ecclesiâ S. *Sepulchri*, & Cimiterium ad sepulturam tantummodo fratrum ibidem Deo in Canonico habitu servientium, jussu Regis *Henrici*, & voluntario assensu *Rogeri* Comitis & Canonicorum Ecclesiæ *Omnium Sanctorum*, in cujus parochiâ prædicta Ecclesia fundata est; ita quod mater Ecclesia *Omnium Sanctorum*, & etiam Ecclesia S. *Mariæ*, neque in Decimis, neque in sepulturis, neque in oblationibus, neque in confessionibus, neque in visitationibus Infirmorum, neque in aliquibus consuetudinariis beneficiis, ad prædictas matres Ecclesias pertinentibus detrimentum aliquod sentiant vel diminutionem. In recognitione autem matris Ecclesiæ, in cujus parochia prædicta Ecclesia S. *Sepulchri* fundata est, debet dare singulis annis eidem matri Ecclesiæ xxx. denarios ad festum *Omnium Sanctorum*, & eidem festivitati *Omnium Sanctorum* Prælatus prædictæ Ecclesiæ S. *Sepulchri*, vel aliquis ex suâ parte *Ibid. f. 14. a.*

te intereſſe. Quicunque hujus conventionis violator extiterit Anathema ſit.

Antiqua unio.

Ibid. f. 55. a.

SAnctæ Matris Eccleſiæ filiis univerſis ad quorum notitiam præſentes literæ pervenerint *Willielmus* permiſſione divina *Wigornienſis* Epiſcopus ſalutem in dominoſempiternam. Antiquorum patrum temporibus generoſi ac magnifici domini temporales, quanto præcellentiori nobilitate fulgebant, tanto ſplendidiores ſe virtutum inſigniis & pietatis operibus exhibebant, loca religioſa & pia fundantes, emptaſque poſſeſſiones eis in dotem aſſignantes, ad laudem Dei corroboratorem Eccleſiæ Catholicæ, & ſalutem ſuorum, omniumque fidelium animarum, ſed vergentibus in deteriora tempora ſucceſſibus, refriguit devotio, crevit ambitio, ſopita ſunt pietatis opera, & vetera virtutum inſignia ſiluerunt: Amantiſſimus ſiquidem in Chriſto filius, miles inclitus & illuſtris *Thomas* de *Bellocampo* Comes *Warwici* præmiſſa mentis obtutibus attentè ſubjiciens, ſollicitèque commendans, ad Eccleſiam Collegiatam beatæ *Mariæ* de *Warrewico*, cujus ipſe fundator & patronus exiſtit, ſui cordis intuitum compaſſivis viſceribus dirigebat; conſiderans & perſpicuis judiciis Collegium ipſum, ſuæ fundationis primarire, nonnulloſque progenitorum ſuorum poſtea ſuccedentium temporibus, tam in temporalibus quàm ſpiritualibus eleganter & laudabiliter floruiſſe: ſed per non modica jam tranſacta tempora, non ſolum ex indebito miniſtrorum regimine, verùm ex damnoſa temporalium & ſpiritualium hujus alienatione, non abſque ſuâ quorundam ſuorum progenitorum conniventiâ gravem ſuſtinuiſſe, ac de diebus indies ſuſtinere collapſum, ejuſque fundationi primariæ, ac fundatoris intentionem fuiſſe & eſſe in pluribus derogatum: quamobrem nos cum devotâ & frequenti precum inſtancia requiſivit, ut cum circa reſtitutionem temporalium ſic eidem Collegio ſubtractorum, necnon & adquiſitionem adjiciendo, favente ſibi divinâ clementiâ ſollicitum & efficacem impendere curam intendat: hos circa reformationem ſpiritualium, ut præmittitur alienatorum, totiuſque Collegii, tam in perſonis quàm in rebus paſtoralis Officii ſollicitudinem impendere curaremus. Cujus etiam piâ devotione ac fructuosâ intentione, ad noticiam dilectorum in Chriſto filiorum Decani & Canonicorum, ſingularumque perſonarum dictæ Eccleſiæ Collegiatæ, non abſque mentium hilaritate, deductis hoc idem ipſi omnes & ſinguli, nobis humiliter, & cum inſtantiâ debitâ ſupplicarunt, ſe quæ ad præmiſſa noſtris diſpoſitioni & ordinationi purè ſponte & ſimpliciter ſubmittentes: nos ſiquidem arbitrantes perniciosum nobis fore præmiſſa diſpendia conniventibus oculis diutius irreformata tranſire, rationique conſonum prædictorum vobis ſupplicantium, quantum cum Deo poterimus conditendere, ad inveſtigationem præallegatorum & complementum petitorum, cum concilio, conſenſu et aſſenſu Capituli noſtri diligenti ſuper hiis tractatu & deliberatione ſpatioſa, præmiſſi ſub modo formâ & ordine ſubſequentibus decrevimus procedendum.

De Beneficiis Eccleſiaſticis dicto Collegio in ſuâ fundatione appropriatis, & poſtmodum alienatis.

INveſtigantes minumenta, Cartas & documenta ſuper rebus confecta ſpiritualibus profato Collegio fundationis ſuæ tempore aſſignatis comperimus evidenter Eccleſias parochiales inferiùs deſcriptas, una-cum nonnullis Decimarum portionibus, aliiſque rebus & poſſeſſionibus temporalibus, per celebris memoriæ dominum *Rogerum* tunc Comitem *Warwici*, Collegii ipſius fundatorem, ſub anno Domini MCxxiii°. eidem Collegio in ſuis primordiis, ejuſdemque miniſtris Deo & beatæ *Mariæ* ſervituris ad ipſorum vitæ neceſſaria donatas & aſſignatas fuiſſe: quas quidem donationem & aſſignationem, recolendæ memoriæ dominus *Simon* prædeceſſor noſter, qui ad poſtulationem ejuſdem Comitis Collegium ipſum, de Caſtro *Warwici* in locum in quo nunc conſiſtit convenienter tranſtulit, auctoritate Pontificali, de conſilio & aſſenſu ſui Capituli canonicè confirmavit; ipſaſque Eccleſias & portiones eidem Collegio univit & annexivit in uſus proprios perpetuo poſſidendas.

Quæ omnia ſic per eum geſta & diſpoſita, nonnulli ſucceſſorum ſuorum rata grata & accepta habuerunt, prout ſuis in ſcriptis ſerioſius reliquerunt: Eadem inſuper venerandæ memoriæ glorioſus martyr & pontifex beatus *Thomas* quondam *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, ac fœlicis recordationis *Adrianus* Pp. tertius confirmationum ſuarum munimine roboravit.

Nomina verò dictarum Eccleſiarum, ſic ut præfertur alienatarum ſunt iſta; Eccleſia S. *Sepulchri* & S. *Helenæ* in *Warwico*; Eccleſia parochialis de *Greetham* in *Rottelandiâ Lincoln.* Dioceſi: Eccleſiæ Sanctorum *Michaelis*, *Johannis*, *Petri* & *Laurentii* in dictâ villâ *Warwici*: Eccleſia de Budebroc juxta *VVarrewicum*, Eccleſia S. *Jacobi* ſuper portam occidentalem *VVarrewici*; & Eccleſia S. *Nicholai* in ipſo *VVarrewico.*

Qualitates verò earundem Eccleſiarum, ſimul & concauſas nos præcipuè moventes ad reſtitutionem earum dicto Collegio faciendam ſubſequenter duximus exprimendas.

In primâ dictarum Eccleſiarum S. *Sepulchri* & S. *Helenæ*, poſt ipſius appropriationem, de qua præfertur, fundatus & conſtructus fuerat & eſt Prioratus Canonicorum regularium, qui Prioratus S. *Sepulchri* communiter nuncupatur, cujus ſtatus tam per prædeceſſores noſtros, quàm per ſummos Pontifices adeo eſt firmatus, quod non ſupereſt juris poſſibilitas ipſam Eccleſiam reſtituendi Collegio memorato.

Secunda verò dictarum Eccleſiarum, viz. Eccleſia de Greetham conſimilem patitur reſtitutionis impoſſibilitatem, cum ſit, & ab olim extitit appropriata Prioratui ſupradicto, ſalvo duntaxat miniſterio unius ſub-

ſubdiaconi in præfatâ Eccleſiâ collegiatâ, ſumptibus dictorum Canonicorum regularium perpetuo ſerviturо.

Tertia dictarum Eccleſiarum, ſcilicet Eccleſia S. *Michaelis* à multis retroactis temporibus ſolebat per Rectorem proprium gubernari; qui per decanum dicti Collegii & præbendarium præbendæ, quam optinet *Johannes Blake* conjunctim præſentari ſolebat; ſed jam per nonnullos annos, tam in parochianorum numero, quàm in valore reddituum tantam patitur diminutionem, quod quaſi ad nichilum redacta, non enim habet ultra tres parochianos, qui ſunt Cotarii, modicum in bonis habentes. Valor ejuſdem annuus vix ad unam marcam aſcendit: Eccleſia ipſa ruinam minatur; non habet manſionem aliquam pro Rectore: Cimiterium tamen habet parvum, & in quâ pauca corpora ſunt ſepulta.

Quarta verò dictarum Eccleſiarum, ſcilicet Eccleſia S. *Johannis*, qui in medio foro *Warrewici* conſiſtit, conſimiliter habet Rectorem ſine manſione, ad præſentationem dicti Decani & præbendarii præbendæ, quam in dictâ Eccleſiâ Collegiatâ optinet dominus *Ricardus* de *Pyriton* inſtitutum; vix valet in redditibus annuis quatuor marcas omnibus eidem incumbentibus debitè ſupportatis. Non habet cimiterium nec Eccleſiaſticam ſepulturam; ſed ſepeliuntur parochiani ejuſdem in Cimiterio glorioſæ virginis ſupradictæ.

Quinta dictarum Eccleſiarum, ſcilicet Eccleſia S. *Petri*, quæ in quadrivio dictæ villæ ſituatur; conſimiliter habet Rectorem ſine manſione, ad præſentationem dicti Decani & præbendarii præbendæ, quam in dictâ Eccleſiâ Collegiatâ dominus *Johannes Rovar* dum vixit optinebat præſentatum. Vix valet quinque marcas annuatim; caretque cimiterio & Eccleſiaſticâ ſepulturâ, cujus parochiani ſepeliuntur in cimiterio jam prædicto.

Sexta dictarum Eccleſiarum, ſcilicet Eccleſia S. *Laurentii* in *VVarwico* habet Rectorem ad præſentationem præbendarii præbendæ quam optinet dominus *Ricardus* de *Piryton* in dictâ Eccleſiâ conſtitutum. Et patitur inter alia, quæ movere deberent ad reſtitutionem, de quâ præfertur communionis, quæ faciliter parit diſcordiam, incommoda quæ ſequuntur. Decanus dicti Collegii & Præbendarius jam dictus percipiunt duas partes decimarum garbarum ad ipſam Eccleſiam pertinentium, & Rector tertiam partem. Solum collegium inſuper ejuſdem loci percipit conſimiliter duas partes decimarum feni, molendinorum, & omnium decimarum minorum, & Rector tertiam partem duntaxat. Vix aſcendit Eccleſia in valore centum ſolidorum annuatim, ſed habet cimiterium & Eccleſiaſticam ſepulturam.

Septima dictarum Eccleſiarum Scilicet Eccleſia de Budbrok habet Rectorem ad præſentationem jam dicti Præbendarii inſtitutum: Habet etiam perpetuum vicarium ad præſentationem ejuſdem Rectoris inſtitutum, qui totam curam ibidem ſupportat & habet portionem ſufficientem per loci ordinarium aſſignatam portio verò Rectoris valet communibus annis decem libras.

Octava dictarum Eccleſiarum, ſcilicet Eccleſia S. *Jacobi*, ad quam Decanus & Canonici dictæ Eccleſiæ Collegiatæ præſentare ſolebant, à multis annis ſtetit & ſtat vacans propter ipſius inſufficientiam, paucos habet parochianos, & caret cimiterio & Eccleſiaſticâ ſepulturâ, & funera ipſorum parochianorum apud dictam Eccleſiam Collegiatam ſepeliri ſolent. vix valet xx^{s}. annuatim.

Nona dictarum Eccleſiarum, ſcilicet Eccleſia S. *Nicholai* in *Warwico*, cum ſua integritate, dicto Collegio quondam ut præmittitur appropriata, jam in tres portiones & tres porcionarios eſt diviſa. Ad unam verò partionum ipſarum præſentat Decanus prædictus: ad aliam Præbendarius præbendæ, quam optinuit præfatus dominus *Ricardus* de *Pyrinton*: Ad tertiam Præbendarius præbendæ quam habet dominus *Robertus Milis* ibidem; & habet Cimiterium & Eccleſiaſticam ſepulturam: Et tamen habet hæc Eccleſia parochiam, quaſi per duas partes equales diviſam; quarum altera citra pontem ipſius villæ *Warrewici* conſiſtit, habendo reſpectum ad villam illam; & reliqua ultra pontem; atque utraque partium ipſarum, moderatam habet multitudinem parochianorum. Manifeſtum eſt, quod cura ipſius Eccleſiæ per duos Capellanos ydoneos ibidem ut ſubſequitur inſtituendos congruè poterit ſupportari.

Super omnibus præmiſſis & ſingulis inquiſitionem fecimus diligentem, locaque prædicta viſui noſtro ſuppoſuimus pro informatione pleniori: atque per exhibita, probata, acta, habita in præmiſſis, & circa præmiſſa coram nobis ſufficienter nobis liquet præmiſſa veritatem plenariè continere: unde & ad reſtitutionem dictorum beneficiorum & unionem parochianorum, de conſenſu & aſſenſu omnium quorum intereſt ſub formâ quæ ſequitur duximus procedendum.

De reſtitutione beneficiorum prædictorum & parochianis eorum in vitâ & in morte uniendo.

PRætermiſſis duobus primis Eccleſiis, irrecuperabiliter, ut præmittitur alienatis, reliquas ſeptem, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, ex cauſis ſuperius enumeratis, quas ſufficientes, veras & legitimas reputamus, ac etiam pronunciamus præfatæ Eccleſiæ Collegiatæ reſtituendas & redintegrandas eſſe decernimus, ac etiam declaramus, reſtituimus & reintegramus ſententialiter per decretum; ſalvâ portione perpetui vicarii in Eccleſiâ parochiali de Budbrok prædictâ, pro curâ animarum, ut præmittitur ibidem ſupportandâ, per Decanum & Collegium dictæ Eccleſiæ Collegiatæ Epiſcopo ſede plenâ, ipſaque vacante priori *Wigorniæ*, ſeu alteri juriſdictionem Epiſcopalem exercenti de cætero præſentandi. Proviſo inſuper quantum ad præfatam Eccleſiam S. *Nicholai*, quod Decanus & Canonici

nonici ejuſdem Collegii duos ſacerdotes ſufficientes & idoneos alternatim; videlicet ad curam parochianorum ipſius Eccleſiæ citra pontem & reliquam ad curam parochianorum ipſorum ultra pontem degentium *Wigornienſi* Epiſcopo, ſede plenâ, ipſaque vacante priori *Wigorn:* ſeu alteri, juriſdictionem Epiſcopalem excercenti, ſub nomine perpetui vicarii præſentabunt, Canonicè inſtituendos juxta conſtitutiones dominorum *Othonis* & *Ottoboni* quondam in Anglia legatorum.

Sacerdos verò ad curam citra pontem admiſſus, partem Chori ipſius Eccleſiæ auſtralem, & reliquus ſacerdos borealem in celebrandis divinis officiis occupabunt. Et ut dictæ partes ipſius parochiæ magis ſpecificè liqueant, ſciendum eſt, quod pars ipſius parochiæ citra pontem continet partem orientalem ſuburbii dictæ villæ cum totâ **Stochulle** & **Wodelawe**: pars verò ultra pontem quicquid de ipsâ villâ *Warwici* eſt ultra pontem continet cum *Muetonâ*. Percipiet uterque dictorum ſacerdotum annuatim nomine beneficii decem marcas ad feſtum S. *Michaelis* & Annunciationis beatæ *Mariæ* equis portionibus per Theſaurarium dicti Collegii abſque dilatione qualibet perſolvendas.

Ad hoc ſtatuimus, ac de conſenſu & aſſenſu omnium quorum intereſt ordinamus, quod parochiani dictarum quinque Eccleſiarum, ſcilicet S. *Johannis*, *Michaelis*, *Petri*, *Laurentii* & *Jacobi*, ad præfatam Eccleſiam beatæ *Mariæ*, tanquam earum communem Eccleſiam parochialem de cætero adeant; ibidem officia divina audituri, Sacramenta & ſacramentalia, cæteraque jura parochialia, in vitâ & in morte relictis ſupradictis Eccleſiis præcepturi; præſertim cum omnes earundem Eccleſiarum parochiani ſunt de præfatâ villâ *Warrewici*, quæ non eſt multum ſpacioſa & de prope Eccleſiam illam beatæ *Mariæ* habitantes, ad quam etiam omni tempore anni abſque difficultate poſſint accedere, ibidemque decentius ad honorem Dei, & utilius ad ſuarum ſalutem animarum divinis officiis intereſſe. Ipſaque Eccleſia beatæ *Mariæ* ſufficiens ſit & ſatis ampla pro illis omnibus & paucis parochianis quos prius habuit honeſtè ac debitè receptandis. Unde & in ſcriptis autenticis comperimus, quod diu ante priorem epidemicam quando populus erat numeroſus per ſententiam diffinitivam auctoritate ſedis Apoſtolicæ letam, declaratum extitit, quod omnes parochiani quarumcunque Eccleſiarum dictæ villæ, diebus dominicis & feſtivis, ad ipſam Eccleſiam beatæ *Mariæ* pro faciendis proceſſionibus, & audiendis divinis officiis, in ſignum ſubjectionis confluere tenebantur.

Cum etiam cimiterium ejuſdem Eccleſiæ ſpacioſum ſit & ſatis amplum pro ſepulturâ omnium funerum de villâ *Warwici* prædictâ, conſimiliter ſtatuimus & ordinamus, quod ibi & non alibi infra eandem villam ſit de cætero Eccleſiaſtica ſepultura Eccleſia & cimiterio dictæ Eccleſiæ S. *Nicholai* duntaxat exceptis, ut ibi uniantur poſt mortem corpora ubi in vita perceperunt Eccleſiaſtica Sacramenta; & ibi fiat pro animabus ipſarum communis & jugis oratio, quo ipſi dum vixerint, & ſucceſſores eorum audiant officia divina, & Orationes Deo offerent fructuoſas.

De fabricis dictarum Eccleſiarum ſic, ut præfertur, reliquendarum, necnon de cultu & memoriâ ſepultorum in dictis Eccleſiis Sanctorum *Michaelis* & *Laurentii* ac cimiteriis earundem in aliis terris noſtris ſuper hoc ſpecialiter & plenè confectis Canonicè duximus ordinandum.

De bonis & proventibus Collegio communicandis.

A Primordiis naſcentis Eccleſiæ vita communis clericorum, juxta regulam Apoſtolicam apud Deum atque homines cenſebatur, atque cenſetur laudabilis & accepta; quorum unicuiq; ſecundum ipſius indigentiam fuerat & eſt de bonis communibus miniſtrandum; ita quod nec ad ſuper habundantiam nec ad egeſtatem fiat diſtributio, ſed ad ſufficientiam attentis locorum facultatibus debitè moderatam. Cum igitur inter Canonicos dicti Collegii alius quidem eſurie, alius quidem ebrietate laboret, uno præbendam optinente tribus aliis pinguiorem, Decanuſque loci, qui de jure capud eſt Collegii, & cæteris de ipſo Collegio honoratior vix ultra competens unius ſacerdotis ſimplicis ſtipendium pro ſuâ percipiet portione, quanquam ipſe ſolus ad onera continuæ reſidentiæ quæ plura ſunt & gravia juramento corporali de ſtatuto Collegii ſit aſtrictus. Canonici verò qui pinguiores ibidem præbendas optinent reſidere non curant, qui tenues habent non poſſunt: ſicque contra laudabile & ſanctam præfati fundatoris intentionem Eccleſia ſepedicta debitis fraudatur obſequiis, & bona Collegii in uſus indebitos convertuntur: nos quidem ad ſpecialem præfati domini Comitis requiſitionem, & conſenſu quorum intereſt, ſtatuimus & ordinamus; quod fructus, redditus & proventus præbendarum in ipsâ Eccleſiâ Collegiatâ, univerſaque bona ejuſdem, tam ſpiritualia quàm temporalia ad inſtar venerabilis Eccleſiæ *Exonienſis*, & Capellæ regiæ *Weſtmonaſterii* in communem receptam & cuſtodiam theſaurarii, cujus officium inferius deſcribitur de cætero redigantur deſtribuenda prout inferiùs continetur corpore cujuſlibet præbendæ, ad ſummam quadraginta ſolidorum in pecuniâ numeratâ ſolvendorum ſe tantummodo extendente: Quæ quidem ſumma ſolis non reſidentibus ad prædictos duos anni terminos eſt ſolvenda. Reſidentes quoque Canonici ſinguli ſummam xx. marcarum ad eoſdem terminos percipient annuatim.

Reſidere quoque Canonicos ipſos cenſemus, etiamſi per ſingulas ſeptimanas duobus diebus ſe abſentent: quos tamen in diverſas vices, vel etiam in unicam pro toto anno valeant cumulare.

Decanus verò loci ad reſidentiam, ut præfertur artatus ſummam xl. & quilibet vicariorum ſummam decem marcarum annuarum percipient

cipient terminis ſupradictis. Cæteri verò ipſius Eccleſiæ miniſtri percipiant prout Decano & Canonicis dictæ Eccleſiæ Collegiatæ videbitur ſingulis miniſtrandum. Quicquid verò ultra de bonis communibus ſuperfuerit, deductis oneribus ipſius Collegii inferius deſcriptis, in uſus Canonicorum ibidem reſidentium, ſaltem ſemel in anno portionibus equalibus dividatur; ita tamen, quod ſi contingat duos vel plures de Canonicis fore non reſidentes, portio unius ipſorum, ſcilicet ſumma xx. marcarum in Theſaurariâ integraliter reſervetur.

ECCLESIA

Collegiata de Wallingford *in com.* Berks.

Licentia regia Edmundo *Comiti* Cornubiæ *conceſſa, pro dotatione ejuſdem.*

Cart. 11. E. 1. m. 2. n. 7. per Inſpex.

SCiant præſentes & futuri, quod nos *Edmundus* filius quondam *Ricardi* Regis *Alemanniæ* & Comitis *Cornubiæ* dedimus, conceſſimus & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo, beatæ Mariæ, & Capellæ S. *Nicholai* in caſtro noſtro Wallingford, & Rogero de *Draytone* decano dictæ Capellæ, & ſucceſſoribus ſuis decanis per nos & hæredes noſtros ibidem ſubſtituendos ad ſuſtentationem ſex Capellanorum, ſex Clericorum, & quatuor Cerophorariorum in eadem Capellâ Deo ſervientium & ſerviturorum imperpetuum, pro ſalute animæ noſtræ, & anim bus *Ricardi* quondam Regis *Alemanniæ* patris noſtri, *Selenchiæ* matris noſtræ, *Henrici* regis Angliæ avunculi noſtri; & pro ſalute animæ domini *Edwardi* illuſtris Regis *Angliæ*, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, quadraginta libras ſterlingorum annui redditus noſtri in Wareberewe & Stillingford cum ſuis pertinentiis per manus tenentium noſtrorum ſubſcriptorum, in dictis villis annuatim ad duos anni terminos percipiendis; videlicet in octabis Sancti *Michaelis* viginti libras, & in octabis Paſch. viginti librarum; videlicet per manus Abbatis de Dorkeceſtre, *Henrici* le *Veyſin Adæ Reynald*, *Johannis Teſtemonir*, *Walteri* le *Marchaund*, *Ricardi* le *Jeovene*, *Willielmi Oſegod*, & *Willielmi* le *Knycht* pro ſex virgatis terræ per annum ſexaginta ſolidos, quælibet virgata decem ſolidos per manus *Ricardi Cobbe Johannis* le *Paumer*, *Ricardi Athelan*, *Hugonis Felice*, *Johannis Oſegod*, *Johannis Sabeline*, *Johannis Edriche*, *Johannis* le *Knycht*, *Edithæ* le *Paumere*, *Johannis Polekyr*, *Andreæ* le *Waleys*, *Willielmi Leveſone*, *Roberti* le *Preſt*, *Hugonis Boterel*, *Henrici* le *Swan*, *Matillis* la *Sopere*, *Walteri* le *Wyte*, *Thomæ* de *Saunford*, *Hugonis* le *Catour*; & de terrâ le *Knicht* & *Willielmi* le *Sopere* pro xii. virgatis terræ per annum ſeptem libris & quatuor ſolidis, quælibet virgata per annum xii. Per manus *Roberti Herneyſol*, *Johannis Rouſſell*, *Walteri Blound-del*, *Johannis Chiet*, *Adæ Mercatoris*, *Thomæ Walfrewyne*, *Hugonis Clerici*, *Johannis Plente*, & *Johannis Sogge* pro tribus virgatis terræ & dimidiâ quadraginta duos ſolidos, quælibet virgata duodecim ſolidos per annum, per manus *Adæ Lovenayl* pro quartâ parte unius virgatæ terræ, per annum tres ſolidos per manus *Johannis Rouſſel* pro quarta parte unius virgatæ terræ tribus acris & dimidia, per annum duos ſolidos, per manus *Johannis Bataille* pro dimidiâ virgatâ & quartâ parte unius virgatæ terræ per annum ſex ſolidos & novem denarios, per manus *Johannis Athelan* pro dimidiâ virgatâ terræ per annum quinque ſolidos per *Johannem Blundell* pro dimidiâ virgatâ, quartâ parte unius virgatæ & una acrâ terræ per annum ſeptem ſolidos & undecem denarios. Per *Johannem* le *Rous* & *Walterum* le *Blound* pro unâ virgatâ terræ per annum novem ſolidos & ſex denarios. Per *Willielmum* le *Tolere* pro duabus virgatis terræ & uno gurgite per annum xvi^{s}. iii^{d}. Per *Walterum* le *Bone* pro unâ virgatâ terræ & unâ acrâ per annum novem ſolidos & duos denarios. Per *Andræam* le *Waleys* pro dimidiâ virgatâ & quarta parte unius virgatæ terræ per annum ſeptem ſolidos & ſex denarios. Per manus ejuſdem & *Ricardi* le *Neweman* pro quartâ parte unius virgatæ terræ per annum ii^{s}. vi^{d}. Per Abbatem de Dorkeſter pro unâ virgatâ terræ & dimidiâ quæ fuit *Ricardi* le *Bot* per annum xv^{s}. Per *Robertum Greneweye* pro quartâ parte unius virgatæ terræ per annum duos ſolidos & ſex denarios. Per *Johannem* de *Warberwe* clericum pro unâ virgatâ, quartâ parte unius virgatæ terræ & unâ acra per annum xi^{s}. & decem denarios. Per manus *Johannis Civet* pro unâ acrâ terræ unum denarium, per manus *Johannis Coppe* pro dimidiâ virgatâ terræ per annum tres ſolidos & octo denarios. Per manus *Thomæ* de *Saunford*, pro quartâ parte unius virgatæ terræ per annum tres ſolidos. Per manus *Henrici Thurmond* pro dimidiâ virgatâ terræ, unâ aquâ & prato per annum octo ſolidos & duos denarios. Per Abbatem de *Dorkeceſtre* pro quodam prato per annum tres ſolidos & ſex denarios. De incremento redditus terræ quæ fuit *Willielmi* le *Knicht* per annum quatuor ſolidos & octo denarios.

Item per manus octodecim firmariorum noſtrorum in ſupradictis villis dominica noſtra tenentium videlicet Abbatis de *Dorkeceſtre*, *Johannis* de *Warberewe* Clerici, *Henrici* le *Veiſin*, *Johannis Athelan*, *Johannis Rouſſel*, *Ricardi Cobbe*, *Johannis Blound-del*, *Willielmi*

mi le *Tolere*, *VVillielmi* le *Paumere*, *Johannis Civet*, *VVillielmi* le *Bone*, *Johannis Teſtemoegne*, *Johannis Coppe*, *Andreæ* le *VValeys*, *Henrici Thurmund*, *Thomæ Saunford*, & tenentis terram *Johannis* le *Heyward* vel per manus quorumcunque aliorum ipſa dominica noſtra in prædictis villis tenentium ſeu per manus noſtras, vel hæredum noſtrorum ſi contingat prædicta dominica ad manus noſtras, ſeu hæredum noſtrorum qualitercunque impoſterum devenire viginti unam libras & duodecim ſolidos ſterlingorum per annorum, videlicet quilibet prædictorum octodecim firmariorum xxiiiis. per annum: Habenda & tenenda Deo & beatæ *Mariæ* & Capellæ S. *Nicholai*, ac dicto *Rogero* decano dictæ Capellæ, & ſucceſſoribus ſuis decanis per nos & hæredes noſtros ſubſtituendos, ad ſuſtentationem prædictorum ſex Capellanorum, ſex Clericorum & quatuor ceropherariorum in eadem Capellâ Deo ſervientium & ſerviturorum imperpetuum prædictas quadraginta libras annui redditus inde annuatim in prædictis villis, per manus tenentium noſtrorum prænominatorum, vel per manus noſtras, ſeu hæredum noſtrorum, ut prædictum eſt benè & in pace, liberè & quietè in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum &c. Data apud **Walingeford** die Jovis proximâ poſt feſtum S. *Michaelis* anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* decimo.

Licentia regia Edwardo *principi* Walliæ *pro conceſſione advocationis Eccl. de* **Harewell.**

Pat. 30. E. 3. m. 15.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt. *Edwardo* principi *Walliæ* filio noſtro præchariſſimo, quod ipſe advocationem Eccleſiæ de *Harewell* in com. *Berks.* quæ de nobis non tenetur in Capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare dilecto nobis in Chriſto decano liberæ Capellæ S. *Nicholai* infra caſtrum dicti filii noſtri de **Walyngford**; habendam & tenendam eidem decano, & ſucceſſoribus ſuis decanis Capellæ prædictæ, in auxilium ſuſtentationis ſex Capellanorum, ſex Clericorum & quatuor ceroferariorum in eadem Capellâ Deo ſervientium, & de cætero deſerviturorum de Capitalibus dominis feodi illius per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum, &c. T. Rege apud **Dortelake** quinto die Novembris.

Carta Regis Ricardi *ſecundi de donatione advocationis Eccleſiæ* omnium Sanctorum *in* **Wallingford.**

Pat. 12. R. 2. part. 2. m. 29.

REx &c. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali dedimus & conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Decano & Collegio infra caſtrum noſtrum de *Walyngford* advocationem Eccleſiæ *omnium Sanctorum* in villâ de *Wallyngford*, quæ quidem Eccleſia non valet ultra centum ſolidos per annum, ut dicitur; habendam & tenendam prædictis decano & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum & eiſdem decano & Collegio, quod ipſi Eccleſiam prædictam, licet non præſentaverint ad eandem, appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis in augmentationem ſuſtentationis ſuæ imperpetuum, tenore præſentium licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. In cujus &c. T. Rege apud Weſtm. xxvi°. Januarii.

Carta Regis Henrici *ſexti de decem marcis annuatim percipiendis de firmâ villæ de* **Wallingford.**

Pat. 23. H. 6. part. 1. m. 17.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis, quod per quandam ſupplicationem nobis ex parte dilecti nobis *Stephani Morpath* Decani liberæ Capellæ noſtræ, ſive Collegii S. *Nicholai* infra caſtrum noſtrum de *Walyngford*, & Capellanorum ejuſdem Capellæ ſive Collegii exhibitam accepimus; quod cum eadem Capella ſive Collegium per nobilem progenitorem noſtrum principem *Edwardum*, ad exorandum pro progenitoribus, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis fundatum, ac poſſeſſionibus & reventionibus pro ſuſtentatione decani, ſex Presbyterorum, ſex Clericorum & quatuor Choriſtarum imperpetuum duraturum dotatum exiſtat, percipendum annuatim; videlicet prædictus decanus & ſubſtitutus ſuus quadraginta marcas, quilibet Præsbyterorum decem marcas, quilibet Clericorum ſeptem marcas, & quilibet choriſtarum prædictorum quadraginta ſolidos, ac aliorum neceſſariorum & grandium onerum, prout in ordinatione inde confectâ plenius poterit apparere. Jamque, ut credibiliter informamur, verus valor annuus revencionum & poſſeſſionum prædictarum adeo diminutus; & revenciones & poſſeſſiones hujuſmodi in de caſu poſitæ exiſtunt, ſic quod valor annuus inde ultra reparationes & onera neceſſaria, ad valorem ſuſtentationis miniſtrorum prædictorum per decem marcas & ultra annuatim non extendit; ita quod aut numerum miniſtrorum prædictorum decreſcere, aut vadia eorundem contra ſanam ordinationem & gracioſam inde fundationem minorari dinoſcuntur: Quodque de veriſimili eſſet amovere miniſtros ac divinum ſervicium & orationes juxta primævam fundationem ibidem ſubtrahere, abſque eo quod in hac parte manus noſtras adjutrices apponere dignaremur: Nos ad præmiſſa conſiderationem habentes; qualiter etiam præfatos decanum & Capellanos quolibet die feſtivo pueros in aliis locis pro defectu choriſtarum neceſſario conducere oportebit; de habundanti gratiâ noſtrâ conceſſimus eiſdem decano, Presbyteris & Clericis; & ſucceſſoribus ſuis decem marcas percipiendas annuatim de feodi firmâ dictæ villæ noſtræ de *Walyngford*, per manus Receptoris Honoris & dominii de *VValyngford* pro tempore exiſtentis, ad feſta Paſchæ & S. *Michaelis* per equales portiones; ad intentionem quod præ-

dicti decanus, Presbyteri, & Clerici, & ſucceſſores ſui Decanus, Presbyteri & Clerici ejuſdem loci, duos choriſtas ibidem ultra numerum ibidem jam exiſtentem invenient imperpetuum, Statuto de terris & tenentis ad manum mortuam non ponendis edito, &c. non obſtantibus. In cujus &c. T. Rege apud *Weſtm.* xxvi°. Nov.

ECCLESIA

Collegiata de Lancadanc *in Dioceſi* Menevenſi.

Carta fundationis ejuſdem per Thomam *Epiſcopum* Menevenſem.

Pat. 3 E. 3. part. 1. m. 8. per Inſpex. videſis etiam Pat. 12 E. 1. m. 9.

IN nomine Sanctæ *Trinitatis* & individuæ unitatis Patris ingeniti, Filii unigeniti, & Spiritus paracliti, univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis pateat per præſentes, quod nos *Thomas* permiſſione divinâ *Menevenſis* Eccleſiæ miniſter humilis & indignus, ad aciem mentis & memoriæ jugiter reducentes, & jugi revolutione, deliberatione providâ ponderantes quanta provenit ſalus & ſoliditas ex unamimi & unico conſortio ſtabiliti Collegii, quod prætextu multiplicati fulciminis, inexpugnabile & indeficiens remanebit. Cum inconvincibilitatis optentu merito habeatur veneranciùs & reverenciùs apud omnes, quod hiis diebus vix evenit in Eccleſiis ſingularium perſonarum zelum conſiderationis noſtræ ad animarum profectum, & ad venuſtatem floridam, qua noſtra dioceſis perpetuo ſub memoria noſtri vigeat & vireſcat redemptoris noſtri confidencia roborati pie duximus convertenda.

In hoc etiam avidè acuimus cor noſtrum, & effundimus viſcerabiliter vota noſtra, ut loca de Eſtrathewy, loca quidem hactenus lamentatus, interitus & excidii, convertantur in loca letitiæ ſpiritualis & obſequii redemptoris; tuti etiam refugii & ſecuritatis patriæ undique adjacentis, ubi quamplures de dei & domini Regis fidelibus vitam & victualia per inſidiantium molimina ignominioſè ante hæc tempora miſerè perdiderunt.

Noverint ergo omnes & ſinguli, quod nos ad honorem Dei & incrementum cultus Chriſti & fidei Chriſtianæ, de aſſenſu devotiſſimi & illuſtris Regis noſtri *Edwardi*, & de conſenſu ac unanimi conſilio Capituli noſtri *Menevenſis*, Eccleſiam de Langadanc noſtræ dioceſis, noſtrique patronatus, & in ſitu ſoli noſtri collocatam, abſque cujuſque hominis & juris injuriâ, deinceps pro ſalute animæ memorati domini noſtri Regis, Regum etiam *Angliæ* præteritorum, pariter & ſuccedentium, noſtrâ inſuper ac prædeceſſorum ſucceſſorumque noſtrorum & omnium fidelium defunctorum Collegiatam fecimus & fore decernimus.

In honore & patrocinii S. *Mauricii*, ſociorumque ejus, & beati *Thomæ* martyris Jheſu Chriſti, & quicquid ſolempnitas celebris Collegii appetit & depoſcit, illud autoritate Dei, ac dominicæ poteſtatis, & dioceſanæ potentiæ plenæ perpetuum & pie transfundimus ab hac horâ; volentes & decreto provido ſtatuentes, quod Canonici ſeculares & Vicarii eorundem ſub certitudine & numero viginti unius Canonicorum, quem numerum certum & fixum facimus ab hac die, in nocturnis & divinis officiis, ad uſum & ad inſtar noſtræ *Menevenſis* Eccleſiæ, ſub habitu Canonico ſeculari Deo digne deſerviant & devotè. Similes eiſdem Canonicis *Menevenſibus* in omnibus aliis, præterquam amuciis, quas in honorem beati *Mauricii* ſororumque ejus, & ad memoriam fidelium defunctorum, qui letaliter vulnerati & more bidentium jugulati, capitibus amputatis vitam miſere perdiderunt; quas purpuras ordinavimus rubore nimio non notandas. Penulas autem hujus Amiciarum caprinas eſſe volumus, vel agninas, ne præcioſitate ſuperbâ vel notabili id quod inſignum & ſuffragium humili propoſito inſtituimus, mortuorum devotione ſpretâ deformiter & neglecta decidat, quod abſit, aliaſvè vileſcat.

Qui Canonici per nos & ſucceſſores noſtros creari diſponimus, & in Priorum deceſſibus vel ceſſionibus providos pariter recreandos.

Volumus etiam, quod proventus Eccleſiæ de Langadanc memoratæ, inter Canonicos ibidem reſidentes & officiis divinis continue inſiſtentes, pro equalibus portionibus dividantur; præcentori in eadem parte tertiâ reſervatâ; quem continue in eadem volumus reſidere. Et ſi pauciores Canonici quàm ſeptem fuerint in eadem reſidentes, duarum partium proventus ad fabricam Eccleſiæ memoratæ convertantur, vel cum Eccleſia perfecta libris, palliis, indumentis, & aliis Eccleſiæ neceſſariis fuerit decorata, dicti proventus in uſus pauperum Vicariorum ibidem Deo ſervientium convertantur prout nos, vel noſtri ſucceſſores melius duxerimus ordinandum.

Et nos & noſtri ſucceſſores ſtallum habentes in Choro, & locum in Capitulo Eccleſiæ antedictæ, correctiones, viſitationes, & ordinationes, prout in Eccleſiâ noſtrâ *Menevenſi* hactenus facere conſueverimus in eadem imposterum faciemus.

Eccleſias autem parochiales ſubſcriptas eidem celebri Collegio, quod jam pro parte, benedictus Deus, in perſonis providis inchoavimus, ad perpetuum illius loci fulcimen in Præbendis conferimus caritativè, tanquam patronus & Epiſcopus aſſignamus. Volumus igitur & decernimus, quod ſeptem Canonicis, quos in gradu ſacerdotali per ſe vel Vicarios ibidem Deo diſponimus deſervire, ad inſtar & exemplum Eccleſiæ noſtræ *Menevenſis*, Eccleſiæ

siæ de **Lanteglew**, de **Langenlaw**, de **Lando**, de **Lannaylon**, de **Lanelwaeth**, de **Lan-sandfred**, de **Lan-Dthull**, & **Lan-Lanwennael**, & de **Lanvenot**, ex nunc de consensu Rectorum earundem, sine tamen prejudicio ipsorum in obventionibus & fructibus suis, dum vivunt & regunt perpetuo remaneant præbendatæ.

Item, quod septem Canonicis, quos in officio diaconali per se vel vicarios suos modo prædicto ibidem esse pariter ordinamus. Ecclesiæ de Sancto *Germano* de *Royl*, de **Lanpeder**, de **Wathetref**, de **Landegac**, de **Kapurgy**, & de **Blayn Ledrod** in Præbendas cedant singulis separatim.

Disponimus etiam, quod septem Canonicis, quos in officio subdiaconali per se vel Vicarios suos simili modo ibidem deservire præcipimus, Ecclesiæ de **Trallan**, de **Langaulten**, de **Lan-Bister**, de **Langammarche**, de **Lan-Arclem**, de **Lan-Tessilian**, et de **Nant-Gwenlen** in præbendas separatas perpetuo perseverant. Volumus etiam & tenore præsentium ordinamus, quod nos & successores nostri, ad augmentum cultus divini, sex marcas annuas ad sustentationem cujusdam Vicarii, qui in dictâ Ecclesiâ locum teneat subdiaconi annis singulis conferamus, quousque per nos vel successores nostros eidem usque ad summam memoratam in certis & annuis redditibus provisum fuerit competenter.

Ordinamus etiam decernentes, quod in eadem Ecclesiâ sint quinque Clerici inferioris gradus; quorum duo sint ceroferarii, duo Turribularii, & quintus in processione Crucem deferat ordinatè. In minoribus officiis nichilominus ibidem cum opus fuerit ministrantes, quibus ad sui sustentationem quinquaginta solidos annuos assignamus, inter eos pro equalibus portionibus dividendos, quousque eisdem major portio vel consimilis per nos vel successores nostros de dictâ Ecclesiâ de **Lan-Gudanc**, vel alibi fuerit assignata.

Assignavimus autem in instanti ad Canonicorum habitacula habitandi procinctum singulis competentem, donec hujusmodi habitacula & clausuram Collegii certius in singulis ordinemus.

Decernimus insuper & ordinamus, quod quilibet Canonicus habeat post sui creationem, suum ibidem vicarium perpetuum, honestæ & approbatæ vitæ, personaliter & continuè residentem, & ad instar Ecclesiæ nostræ *Menevensis* deservientem in singulis sub habitu ejusdem Collegii prænotato, ita quod sine causâ notabili & justâ non amoveantur à vicariis hujusmodi à quocunque. Numerum quoque dictorum Canonicorum ad præsens, ut evidentior sit status eorundem, & vicariorum quos habebunt partimur & dividimus in tres partes, quarum prima septem Canonicorum deserviant ipsi Collegio per se vel vicarium in ordine sacerdotali: Et quilibet Vicarius hujus gradus sacerdoralis xl. *s.* in pecuniâ numerata percipiet pro stipendio annuatim. Secunda pars Canonicorum septem deserviant in ordine diaconali, per se vel vicarios competentes; Et quilibet vicarius istius ordinis duas marcas in pecuniâ numeratâ recipiet pro stipendio annuatim. Tertia pars septem Canonicorum in ordine subdiaconali per se vel vicarios sicut expedit deserviat competentes: Et quilibet Vicarius istius gradus xx. sol. in pecuniâ numeratâ à domino suo habebit & percipiet annuatim.

Ordinamus etiam & decernimus, quod talis sit statio servitorum; scilicet quod in primâ parte occidentali ipsius Chori, versus navem Ecclesiæ à dextris, & à sinistris stent in supremo gradu utrobique Canonici presbyteralis ordinis & non alii. Item in ultimâ parte orientali ipsius Chori versùs Altare stent Canonici utrobique diaconalis ordinis, & non alii. Item in medio ipsius Chori hinc inde stent Canonici subdiaconalis ordinis, & etiam vicarii sacerdotes. In secundo verò gradu subtus stent vicarii diaconi & subdiaconi & custodes Altaris, & allocentur gradatim, quilibet juxta gradum suum. Item in tertiâ formâ pueros & choristas præcipimus collocari.

Super augmentatione verò & diminutione præbendariorum & vicariorum hujusmodi, quatenus excreverint & corruerint, facultates, correctiones & interpretationes omnium præmissorum, secundùm quod commodius viderimus expedire, nobis & successoribus nostris plene præsentibus reservamus. Nolumus autem, set omnino prohibemus, quod isti sic instituti Canonici in Ecclesiâ nostrâ *Menevensi*, quicquam ratione electionis ingressus, tractatus, vel consilii, aut alterius juris vel usus habeant aut vendicent quoquo modo, set in præmissis omnibus jura Episcopalia & Archidiaconalia, ac nostræ Cathedralis Ecclesiæ *Menevensis* manere volumus immutata.

In præmissæ autem ordinationis testimonium, & perpetuam firmitatem, Sigillum illustris Regis & domini nostri *Edwardi*, & Capituli nostri *Menevensis*, una-cum nostro præsenti decreto & scriptura apponi procuravimus & appendi. Datum & actum apud **Wakesfeld** in crastino Nativitatis beatæ Virginis Anno Domini MCCLxxxiii°. & anno regni Regis *Edwardi* undecimo; hiis testibus *J.* dei gratiâ *Winton. R. Bathon. & Wellen. A. Dunelm. W. Norwic. & O. Lincoln.* Episcopis; *H. Linc. J. Surr. W. Warwyke*, *H. Hereford* & *Essex* Comitibus.

ECCLE-

ECCLESIA

Collegiata de Langeceſtre *in Comitatu* Palatinatu Dunelmenſi.

Statuta & Ordinationes pro gubernatione ejuſdem.

Cart. 20 E. 1. n. 26.

REx Archiepiſcopis, *&c.* ſalutem. Literas patentes venerabilis *Antonii Dunelmenſis* Epiſcopi, ordinationem per ipſum factam, perpetuis temporibus duraturam, ſuper decanatu & præbendis in Eccleſiâ de *Langeceſtre* ſui patronatus & dioceſis plenariè continentes inſpeximus in hæc verba;

Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis præſens ſcriptum viſuris vel audituris *Antonius* permiſſione divinâ *Dunelmenſis* Epiſcopus, ad futuram & perpetuam rei memoriam.

Plures rivuli, quæ ab uno fonte procedunt aquæ tumorem evacuant, fontis tamen valorem non minuunt aut decorem; immo ex ſe uſum producere tanto placidiorem fons ipſe dinoſcitur, quanto pluribus locis aridæ ſitis moleſtia fatigatis, effuſo gurgite aquæ copiam ſubminiſtrat. Illa quoque matrona deſpicabilis non habetur, ſed potius laude digna, quam etſi frequens conceptus extenuet; fecunda tamen honorificat procreatio liberorum: Sic, utique una Eccleſia titulum non prodit honoris, ſi ex ſui habundancia plures beneficiorum ſolacio conſoletur; immo tanto nobilior eſt cenſenda quanto ei deſeruit miniſtrorum amplior famulatus.

Sanè, vacante dudum Eceleſiâ de *Langeceſtre* noſtræ dioceſis, per mortem Magiſtri *Alexandri* de *Alvertone*, quondam Rectoris ejuſdem, quæ nobis pleno jure ſubjicitur, utpote ad noſtrum ſpectans patronatum; dilectum in Chriſto filium Magiſtrum *Johannem* de *Cravene* presbyterum, ad ipſius Eccleſiæ defenſionem, legitimum defenſorem, pro ipſius indempnitate in temporalibus & ſpiritualibus tutius conſervanda, tempore vacationis ejuſdem, ex officii noſtri debito deputavimus ſub hac formâ.

Antonius, permiſſione divinâ *Dunelmenſis* Epiſcopus, dilecto in Chriſto filio Magiſtro *Johanni* de *Cravene* presbytero ſalutem, gratiam & benedictionem. Cupientes utilitati & indempnitati Eccleſiæ de Langeceſtre noſtræ dioceſis vacantis, per mortem Magiſtri *Alexandri* de *Alvertone*, quondam Rectoris ejuſdem, proſpicere cautius ut tenemur; tibi, de cujus induſtriâ circumſpectâ plenam in domino fiduciam optinemus defenſionem, ac tuitionem, illius Eccleſiæ, cum ſuis juribus & libertatibus & pertinentiis univerſis, tempore vacationis ejuſdem, committimus, & tenore præſentium te legitimum ejuſdem conſtituimus defenſorem: Dantes tibi plenam & liberam poteſtatem in cauſis & negotiis dictæ Eccleſiæ agendi, defendendi, appellandi, appellationes proſequendi, de calumpniâ, & de veritate dicendâ, ac quodlibet aliud genus liciti ſacramenti, quotiens opus fuerit juramentum præſtandi, ſtatus ipſius reformationem & in integram reſtitutionem petendi & recipiendi de bonis, obventionibus, proventibus, ſtatu & juribus, ac ipſius pertinentiis quibuſcunque libere diſponendi, & omnia alia faciendi, quæ ſtatum ipſius Eccleſiæ in judicio vel extra qualitercunque contingunt; & quæ per verum & legitimum defenſorem poterunt expediri: ratificantes quicquid per te, nomine prædictæ Eccleſiæ actum ſeu procuratum fuerit in præmiſſis.

Hæc omnibus, quorum intereſt, innoteſcimus per præſentes, quæ Sigilli noſtri munimine fecimus communiri. Data apud Middelham octavo Kalend. *Aprilis* Anno gratiæ MCCLxxxiij°.

Prædicto itaque defenſore in noſtrâ præſentiâ perſonaliter conſtituto: habito quoque tractatu ſolemni & diligenti, qui in ordinationibus & conceſſionibus perpetuis rerum eccleſiaſticarum exigitur; quia prædictæ Eccleſiæ parochiam eſſe diffuſam, & proventuum redditus habundantes eſſe conſpicimus, adeo quod ad plurium ſuſtentationem ſufficiunt miniſtrorum, eam quoque paucos hactenus habuiſſe ſervitores, ex quo divinis multociens fraudebatur obſequiis: Et in ipſius parochiâ diffuſa, cura negligebatur dampnabiliter animarum. Conſiderantes inſuper utilitatem evidentem & motivam ad ordinationem ſubſequentem, *viz.* divini cultus augmentum & ſalutis animarum uberiorem protectum; ingentem etiam neceſſitatem in hac parte propenſiùs ponderantes, quam evidenter perpendimus, ex defectu & raritate juriſperitorum & conſiliariorum in noſtrâ dioceſi, ad quos in magnis & arduis Eccleſiæ noſtræ negotiis habere poterit, impellente neceſſitate, recurſus, auditis & plenius diſcuſſis: hiis quæ perdictum defenſorem, pro jure & utilitate ipſius Eccleſiæ de Langeceſtre allegata fuerunt & propoſita, coram nobis; ac univerſis circumſtantiis apertius intellectis; de Capituli noſtri *Dunelmenſis*, ac ſepe dicti defenſoris legitimi voluntate & aſſenſu, in nomine domini noſtri Jheſu Chriſti ordinamus in hunc modum; *viz.*

Quod prædicta Eccleſia de Langeceſtre exnunc Collegiata exiſtat; & ſint in eadem de cætero unus Decanatus & ſeptem præbendæ; ita quod Decanus ſit perpetuus in ordine ſacerdotali, curam gerens in ſolidum animarum, ac reſidentiam ibidem continuè faciens perſonalem, inveniat duos Capellanos idoneos, conformes in habitu Vicariis Canonicorum, pro curâ hujuſmodi ſollicitè ſupportandâ: onera omnia ordinaria ipſius Eccleſiæ agnoſcendo; Cancellum cum indiguerit reficiendo & ſuſtinendo: ad novæ tamen fabricationis opus minimè compellatur. Capellis etiam de

de Essche, Wedmesley, & Yelay per competentes ministros faciat deserviri : Ad quæ omnia & singula congruè supportanda volumus & firmiter statuimus, quod Decanatui obventiones totius Altaragii, tam in Ecclesiâ de Langecestre quàm in Capellis antedictis; *viz.* Mortuariorum, Lanæ, Agnorum, Lactis, Vitulorum, Pullanorum, Gallinarum, Aucarum, Porcellorum, Lini, Canabi Fenorum, & omnium minutarum & personalium decimarum, una cum terris, pratis, dominicis serviciis, redditibus & curiis omnium tenentium de Ecclesiâ, cum pensionibus de Colierley & de Sateley totaliter applicentur.

Messuagia verò ad prædictas Capellas spectantia, cum curiis & terris suis eidem Decanatui assignamus; hoc excepto, quod earundem præbendarii singuli, Capellarum habebunt quandam portionem, seu partem areæ in quâ poterunt reponere blada sua.

Ad hoc quilibet præbendariorum, qui tres primas habent præbendas, inveniant suis sumptibus unum Vicarium Capellanum; & de aliis quatuor residuis singuli habeant Vicarium, in sacris ordinibus constitutum, & ministrent Ecclesiæ in habitu Canonicali, & modum psallendi teneant secundùm morem Ecclesiæ *Eborum* vel *Sarum*.

Singuli etiam sint ebdomodarii, in suo statu, secundùm ordinem vicis suæ, secundùm dispositionem Decani; qui, sicut in Curâ parochiali, sic in hiis quæ ad divinum spectant officium ordinet, corrigat, chorum regat & disponat; ac etiam in hiis puniat transgressores.

Matutinas insuper mane dici propter parochianos volumus & ordinamus. Et ne discordiam pariat communitas, set singuli suis finibus sint contenti, Præbendas illas taliter duximus distinguendas; viz. quod ad primam Præbendam pertineant decimæ prædiales universæ de Essche, Cornesbows, Hedley, Hamsteles-*inferiori*, Hamsteles-*superiori*, Bromheles & terrâ *Mathei Forestarii*.

Ad secundam præbendam de Wedmesley, Hussetres, Kighou, Bursblades, Billingside, Bradeley & Croke.

Ad tertiam de Grenecroste, Holmside, Colpyel, Steley, Buclesfeld, Terra fabri et Scatigurley.

Ad quartam de Langeley, Riddinge, Stubbileye, Brome, Notesteles, Brunhope, Langecestre et Pecke.

Ad quintam de Yelay, Conkesheved, et Rynchely.

Ad sextam de Yenestane, et Benefeldside.

Ad septimam de Monileys, Neubiggingе Hurtibuke et Foxdes.

Area autem Ecclesiæ cum ædificiis inter Decanum & Canonicos ad inhabitandum juxta nostrum arbitrium dividatur.

Ne autem de ordine sedendi vel procedendi contentio oriatur, statuimus, ut post primum stallum ex parte australi, quod nobis & successoribus nostris, in signum præeminentiæ specialiter reservamus, præbendarius primæ præbendæ optineat primum locum; præbendarius tertiæ præbendæ secundum; præbendarius quintæ præbendæ tertium; præbendarius septimæ quartum.

Ex parte verò boreali Decanus Ecclesiæ retineat primum locum; præbendarius secundæ præbendæ secundum locum; præbendarius quartæ præbendæ tertium, Et præbendarius sextæ quartum. Et eundem ordinem servent invicem procedendo.

Hanc autem ordinationem nostram, concurrente consensu Capituli nostri *Dunelmensis*, ut præmittitur, ad honorem Dei & Ecclesiæ Christi factam, statuimus Perpetuis temporibus inviolabiliter observandam, auctoritate, dignitate, & potestate Ecclesiæ nostræ *Dunelmensis*, & successorum nostrorum in omnibus semper salvis. In cujus rei perpetuam firmitatem Sigillum nostrum præsentibus est appensum: Actum & datum apud Aukeland xii°. Kal. *Octobris* anno gratiæ MCCLxxxiii°. & consecrationis nostræ anno primo.

Nos autem eidem ordinationi regium præbentes assensum, eam pro nobis & hæredibus nostris præfatô Episcopo & successoribus suis Episcopis *Dunelmensibus*, quantum in nobis est concedimus & confirmamus, sicut literæ prædictæ rationabiliter testantur. In cujus, *&c.* Data per manum nostram apud *Berewike* super *Twedam* xii°. die *Junii*.

ECCLESIA

Collegiata de Aukland *in Episcopatu* Dunelmensi.

Statuta & Ordinationes pro meliori gubernatione ejusdem.

Pat. 10 H. 6. p. 1. m. 13. per Inspex.

Universis Christi fidelibus præsentibus & futuris præsentes nostras literas visuris vel audituris *Thomas* permissione divinâ *Dunelmensis* Episcopus ad perpetuam rei memoriam. Deo gratum & acceptum obsequium tunc opinum impendere, cum per nostræ sollicitudinis pastoralis officium divinus cultus in locis nobis subjectis melioratur & augetur; & præsertim ubi Statuta prædecessorum nostrorum circa Ordinationes Ecclesiarum nostræ diocesis, olim proinde, juxta ipsorum prædecessorum nostrorum intentionem piam, in toto non poterint observari, eadem Statuta, annuente domino, per nostri laboris studium in melius reformantur: Inspicientes igitur Registrum recolendæ memoriæ

moriæ domini *Antonii* quondam Episcopi *Dunelmensis* prædecessoris nostri contineri in eodem quædam ordinationes & Statuta Ecclesiam Collegiatam de **Aukland**, nostrorum patronatus & diocesis concernentia, per ipsum piè & salubriter edita, invenimus in hæc verba. Universis S. Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint *Antonius* permissione divina *Dunelmensis* Episcopus salutem in domino sempiternam. Pastoralis officii debitum domino credimus exibere, cum ad Ecclesiæ suæ non solum circa temporalia commoda procuranda, sed etiam circa divini cultus augmentum, nostræ sollicitudinis studium & curam extendimus diligentem, ut dum divina obsequia majori veneratione domino persolvuntur, fidelium devotio erga Ecclesiam ferventius excitetur, & ipsum divinum obsequium cum suis ministris ampliori reverentiâ extollatur pariter & honore. Cum igitur Ecclesiam S. *Andreæ* de **Aukland** Collegiatam nostræ diocesis, quæ ad nos pleno jure dinoscitur pertinere, non solum numero Præbendarum set etiam facultatibus habundanter noverimus decrevisse; nulluſque Canonicorum seu Præbendariorum ejusdem Ecclesiæ in eadem Ecclesiâ residere hactenus sit inventus, vel qui alium pro se curaret ponere servitorem, quanquam utilitas & honestas id expoſcerent, & ipsarum Præbendarum ad hoc suppeterent facultates; hoc solum pro excusationis velamento prætendentes, quod domos ibidem non habeant, vel areas competentes, in quibus sibi possent construere mansiones, propter quod nos meditationis assiduitate augemur & pulsamur, qualiter ejusdem Ecclesiæ honori prospicere valeamus, de consensu Magistri *Roberti* de *Albuwyke* perpetui vicarii de **Aukland**, & omnium Canonicorum seu Præbendariorum ejusdem, ad ordinationem infra scriptam decernimus procedendum.

In dei nomine Amen, cum infra limites parochiæ de **Aukland** temporibus nostris quædam fuerunt novalia & terræ de vasto nostro, ad culturam noviter sunt redactæ; quarum terrarum seu novalium decimæ ordinatio & assignatio ad nos tam de jure, quàm de Ecclesiæ nostræ consuetudine pertinere noscuntur, de dictis decimis novalium seu terrarum vasti nostri, ad culturam tempore nostro noviter redactarum ultra **Gaunles** in forestâ nostrâ versus occidentem, & circa **Gaunles** infra **Wydepmoze** unam erigimus & ordinamus præbendam, usque ad valentiam decem librarum; decernentes illas decimas, usque ad estimationem prædictam integram perpetuo fore censendam. Et quia cum dignitatis prærogativa & personæ eminencia rei conjunguntur excellenti, summum constituit officii gradum, nomen vicariæ, quod in ipsâ Ecclesiâ hactenus est optentum in nomen Decanatus Ecclesiæ Collegiatæ decrevimus perpetuo fore transmutandum attendentes, ex hoc non solum personam Magistri *Roberti* dudum vicarii, nunc autem Decani ejusdem, & successorum suorum, verum etiam ipsam Ecclesiam congrue honoribus exaltare: Et sicut nomini honoris tribuimus augmentum, sic etiam eidem reale accedere volumus incrementum, ipsumque decanum Præbendam novalium seu decimarum, usque ad summam prætaxatam annectimus antedictam: Statuentes & ordinantes, quod dictus Decanus & omnes successores sui post ipsum, omnes obventiones, terras, redditus, jura & libertates percipiant, quas & quæ in statu vicariæ hactenus percipere consueverunt: Et quod in dictâ Ecclesiâ residentiam faciat vel faciant continuam, prout officii sui cura requirit, & quod in Capellâ manerii nostri de **Aukland** unum inveniet sacerdotem, qui singulis diebus, pro nobis & prædecessoribus nostris, ac eorum successoribus Missam celebret congruentem: Et nichilominus, quod in ipsâ majori Ecclesiâ & Capellis suis in quibus perceperit proventus, sacerdotes & alios Clericos habeat competentes, prout hactenus in eisdem fieri consuevit.

Et ut Canonicis ipsius Ecclesiæ, qui hactenus ibidem non residerunt, nec vicarios vel alios clericos servitores pro se ibidem statuere curaverunt, quanquam non modicum præbendarum suarum creverit facultates, prædictam excusationis materiam amputemus quandam aream ex parte australi ipsius Ecclesiæ eisdem Canonicis assignamus, inter eos certis regionibus per nos dividendam, pro mansionibus suis ibidem de novo constituendis, eisdem Canonibus omnibus & singulis, in virtute obedientiæ firmiter injungentes, quod infra biennium proximum sequens mansiones ibidem in areis sibi assignatis, construi faciant; in quibus se recipere valeant cum honore.

Statuimus etiam & ordinamus, quod quilibet Canonicus, qui residentiam ibidem non fecerit personalem, vicarium idoneum pro se habeat, qui cotidianis psallendis horis processionibus & missis interſit in habitu Canonicali & decenter officiet in eadem. Et quia non debet ligari os bovis triturantis, set qui Altari servit de Altari vivere debet, statuimus & ordinamus, quod quinque primi Canonici; videlicet Magister *Robertus Avenell*, *Walterus* de *Langton*, *Galfridus* de *Vezano*, *Johannes* de *London*, Magister *Adam* de *Brampton*, & eorum successores in præbendis suis, singuli, singulos vicarios suos habent ortodoces, quibus de suis proventibus teneantur quinque marcas annuas assignare. Quatuor verò alii Canonici; videlicet *Johannes* de *Lacy*, dominus *Ricardus* de *Insulâ*, *Johannes* de *Wytham*, *Alanus* de *Kyrkham* Diaconos habeant vicarios, quorum quilibet pro suis stipendiis quadraginta solidos percipiat annuatim. Reliqui verò subdiaconos vel alios clericos idoneos habeant vicarios, quibus singulis pro suis stipendiis xxx^{s}. annuos solvi volumus & mandamus. Dictæ verò solutiones fiant vicariis antedictis, juxta prædictum statum suum, ad quatuor anni terminos, in nostrâ diocesi communiter usitatos.

Volumus insuper & mandamus, quod hujusmodi vicarii, per Canonicos seu Præbendarios dicto Decano præsententur, qui ipsos, dum tamen idoneos recipere teneantur. Cum autem

autem aliquis dictorum vicariorum in fata decesserit, vel alias amotus fuerit quoquomodo, Canonicus vel Præbendarius, cujus fuerit vicarius, infra unum mensem à tempore mortis vel amotionis hujusmodi, alium præsentare teneatur; quod si non fecerit, omni excusatione cessante, dictus decanus de alio vicario idoneo, pro anni residuo non differat ordinare.

Statuimus etiam & ordinamus, quod omnes horæ Canonicæ in Choro dictæ Ecclesiæ per totum annum cantentur cum Notâ: Et quod dictus decanus & vicarii aut alii ministri Ecclesiæ antedictæ, modum psallendi secundùm usum *Eborum* vel *Salesberiæ* teneant & observent: magna autem missa de die singulis diebus horâ tertiâ, vicariis & aliis ministris convenientibus cum Notâ congruè celebretur. Missa siquidem de beatâ virgine, per magistrum *Adam* de *Brampton* supradictum, vel suum vicarium, & suos successores post ipsum horâ competenti solempniter præcipimus celebrari. Presbyteri verò qui per dictum decanum in eadem Ecclesiâ præficiuntur, ad curam parochiæ supportandam, &, cæteri Ecclesiæ ejusdem ministri in habitu Canonicali cæteris vicariis Canonicorum per omnia se conforment.

Singuli verò vicarii Canonicorum sint ebdomadarii, secundùm gradum & ordinem vicis suæ, juxta dispositionem decani; qui, sicut in curâ parochiali, sic in hiis quæ ad divinum spectant officium ordinet & corrigat, chorum regat & disponat; ac etiam in hiis puniat transgressores. Matutinas insuper mane dici propter parochianos volumus & mandamus.

Ne autem de ordine sedendi vel procedendi contentio oriatur, statuimus ut primus stallus ex parte australi chori nobis & successoribus nostris specialiter reservetur.

Ex parte autem Boreali decanus Ecclesiæ retineat primum locum. Canonici quidem qui vicarios inveniunt sacerdotes, loca sequentia habeant ex utraque parte chori, secundùm ordinem gradus sui. Deinde Canonici qui diaconos habeant vicarios, habeant loca sua. Postremo Canonici, qui subdiaconos, vel alios Clericos habent vicarios collocentur.

Et eundem ordinem observent invicem, procedendo Canonici memorati.

Hanc igitur ordinationem nostram, concurrente consensu Capituli nostri *Dunelmensis*, ac prædicti Magistri *Roberti* & aliorum Canonicorum, ad honorem Dei & Ecclesiæ Christi factam, statuimus perpetuis temporibus inviolabiliter observandam, auctoritate, dignitate & potestate Ecclesiæ nostræ *Dunelmensis* & successorum nostrorum in omnibus semper salvis. In cujus rei perpetuam firmitatem Sigillum nostrum præsentibus est appensum. Acta & data apud **Aukland** in crastino octab. *Epiphaniæ* anno Domini MCCXCII°. & consecrationis nostræ decimo.

Quæ quidem ordinationes & Statuta, licet per præfatum prædecessorem nostrum, deliberatione maturâ, & perpenso consilio tunc edita & promulgata fuissent; vicariisque in prædictâ Ecclesiâ Collegiatâ ministraturis esset secundùm temporis illius usum, salarium satis competens & sufficiens assignatum, jam tamen ad nostrum notoriè pervenit intellectum, quod propter varietatem temporum, in deterius semper vergentium; & præcipuè propter caristiam victualium, & aliorum necessariorum ad sustentationem humanam pertinentium, ordinationes & Statuta hujusmodi, ad hoc quod officia divina in ipsâ Ecclesiâ, ut ordinatum tunc exstitit supportentur, non sufficiunt hiis diebus, pro eo quod Vicarii idonei, qui juxta moderationem dicti antiqui Salarii, per ipsum prædecessorem nostrum, ut præfertur limitati ibidem ministrari deberent, jam haberi non possunt; nec, ut est verisimile unquam habere poterunt in futurum; cum exinde, secundum usum moderni temporis non valeant sustentari unde divinus cultus, de quo dolemus, diminuitur, prædecessorum nostrorum ejusdem Collegii fundatorum intentio pia frustratur, ipsa Ecclesia Collegiata magnum in spiritualibus patitur decrementum, & quasi finalem desolationem pati formidatur, nisi de remedio congruo in hac parte celerius sit provisum: quocirca nos intentâ meditatione præmissa pensantes, & remedium eis congruum apponere cupientes, de vero valore annuo fructuum & proventuum omnium Præbendarum hujusmodi inquisivimus diligenter, invenimusque, ex informatione fide dignâ, quod quædam sunt in prædicta Ecclesiâ Præbendæ, quæ adhuc diebus istis dupliciter; quædam quæ vix, & quædam quæ nullatenus sufficiunt sua onera debita supportare: volentes igitur ut ex officio nostro tenemur, cultum divinum in Ecclesiâ prædictâ, juxta intentionem piam dictorum prædecessorum nostrorum, quatenus melius fieri poterit; erigere & sublevare, quasdam earundem præbendarum pinguiores dividere; quasdam verò exiles annectere & unire, & quibusdam earum onus novum, imponere salarium competens, juxta moderni temporis usum prædictis vicariis assignare; ordinationesque & Statuta prædicta corrigere & emendare, eisdem addere, & ab eis subtrahere, prout melius coram Deo viderimus expedire, de consilio juriſperitorum habito in præmissis, dispositimus & decrevimus, domino annuente, ad quorum expeditionem processimus & procedimus in hunc modum, Christi nomine primitùs invocato.

Quia invenimus fructus & proventus unius Præbendæ sacerdotalis dictæ Ecclesiæ Collegiatæ nuncupatæ hoc tempore de **Aukland**-*Episcopi*, ad viginti libras; Et secundæ præbendæ quæ vocatur de **Eldone**-*major* ad viginti libras; terraque Præbendæ quæ appellatur de **Eldon**-*minor* etiam ad xx^l^. sterlingorum, secundùm communem estimationem se extendere sufficienter hiis diebus; statuimus & ordinamus quod ipsis tribus Præbendis, simul vel successivè qualitercunque vacantibus, & earum qualibet vacante; deinceps earum quælibet sic vacans in duas Præbendas Sacerdotales dividatur, & sint exindè duæ præbendæ

imperpetuum; ut ſic, poſtquam omnes tres vacaverint, de cætero ſint exinde ſex Præbendæ omnes Sacerdotales imperpetuum; & tot Canonici Præbendarii in eiſdem Canonicè inſtituendi. Dictaſque Præbendas de Aukland-*Epiſcopi* in duas; de Eldon-*major* in duas; & de Eldon-*minor* etiam in duas Præbendas ſacerdotales, cedentibus vel decedentibus Præbendariis earundem, qui nunc ſunt, ſimul vel ſucceſſivè ut præfertur; vel eas ex cauſa permutationis, aut alias quomodolibet dimittentibus, exnunc prout extunc; & extunc prout exnunc dividimus, ſicque imperpetuum dividi volumus & decrevimus per præſentes; ita quod poſtea non ſint tres Præbendæ ſimplices, ſeu tria beneficia ſimplicia, prout hactenus extiterunt; ſet ſint ſex Præbendæ integræ, ſex beneficia integra, & ſex nova jura: dictæque duæ Præbendæ de Aukland-*Epiſcopi* extunc nominibus primæ & ſecundæ, ac quatuor Præbendæ de Eldone prædictis, Primæ, Secundæ, Tertiæ, & Quartæ nominibus cenſeantur.

Statuimus quoque & ordinavimus, quod omnes fructus & proventus ad unicum Præbendarium de Aukland-*Epiſcopi*, qui nunc eſt pertinentes, ad prædictos duos Præbendarios de eadem extunc pertineant, in quibuſdam locis inter eos equaliter dividendi; ita quod hujuſmodi eorum Præbendæ in omnibus & per omnia ſint equales, & in onere, & valore.

Statuimus itaque quod fructus & proventus ad duos Præbendarios Præbendæ de Eldone-*majori*, & *minori* etiam in quibuſcunque locis jam ſpectantes, extunc ad præfatos quatuor Præbendarios de Eldone pertineant, & pertinere debeant imperpetuum dividendos equaliter inter eos.

Et licet Præbenda de Eldone-*major* ad xiil. & Præbenda de Eldone-*minor* ad xil. ſterlingorum jam taxatæ ſint, ut —— fuerint ab antiquo; volumus tamen & ordinamus quod quam citò fuerint exinde juxta formam & effectum hujus noſtræ ordinationis quatuor Præbendæ & quatuor Præbendarii earundem; extunc omnes dictæ quatuor Præbendæ, tam ad taxam cum ſolvi contigerit, quàm ad alia onera omnia ordinaria, & extraordinaria eis incumbentia ſubeunda, per omnia & in omnibus ſint equales.

Comperimus etiam, quod ſeptem ſunt Præbendæ in Eccleſiâ antedictâ, quarum fructus non ſufficiunt ad onera earum debitè ſupportanda; nam omnes fructus & proventus Præbendæ de Shildone ſacerdotalis ad xii marcas vis. & viiid. Præbendæ de Byres etiam ſacerdotalis ad xxxiiis. iiiid. Præbendæ de Fichefache diaconalis ad lxs. Præbendæ de *Morlegh* ſubdiaconalis ad xls. Præbendæ de *Wittone* ſubdiaconalis ad lxvis. & viiid. Præbendæ de Woodfeld etiam ſubdiaconalis ad xxvs. & viiid. Et Præbendæ ſeu portiones de Bedburne ad ſex ſolidos & octo denarios vix hiis temporibus ſe extendunt. Et idcirco, ut in ea parte remedium neceſſarium apponamus, ſtatuere & ordinare decrevimus, ſtatuimuſque & ordinamus; quod ipſis Præbendis, ſive ex cauſa permutationis, ſive alias quomodolibet vacantibus, ut præfertur Præbendæ de Shildone & de Byres prædictæ ad invicem uniantur, & ſint ambæ deinceps una ſola Præbenda ſacerdotalis ſimplex per ſe & pura, quæ tunc ad decem libras per eſtimationem ſe extendit. Præbendæque de Fichefache & Worleghe etiam ſint unitæ, & extunc una ſimplex Præbenda ſubdiaconalis permaneat, cujus fructus ad centum ſolidos tunc aſcendent: Et Præbendæ de Wiſtton & Woodfeld, necnon portio ſeu Præbenda de Bedburne conſimiliter uniantur, & ſint omnes tres deinceps una ſola Præbenda ſubdiaconalis ſimplex, ut præfertur & pura, cujus etiam fructus tunc valebant centum ſolidos ſterlingorum.

Quas quidem ſeptem Præbendas, prout ſimul vel ſucceſſivè, per mortem, ceſſionem, permutationem, vel alium modum quemcunque, ut prædictum eſt, vacabunt ſic ut præmittitur duximus uniendas, eaſque exnunc, prout extunc; & extunc prout exnunc unimus & annectimus, unirique & annecti tenore præſentium decernimus & mandamus: Statuentes & ordinantes, quod cedente, vel decedente, aliquo Præbendario, qui nunc eſt, hujuſmodi Præbendarum, ſic ut præmittitur per nos unitarum, ſeu Præbendam ſuam ex causâ permutationis, aut alias quomodolibet dimittente, liceat Præbendario alterius Præbendæ non vacantis, cui dicta Præbenda vacans eſt unita, poſſeſſionem corporalem ejuſdem juriumque & pertinentium ſuorum quorumcunque auctoritate ſuâ propriâ apprehendere, & perpetuo retinere, dum tamen onera ambabus Præbendis hujuſmodi incumbencia ſubeat & ſupportet.

Et quia fructus & proventus Præbendæ diaconalis de Weſt Aukland ad decem libras ſterlingorum ſufficienter hiis diebus, ut aſſeritur ſe extendunt; volumus & ordinamus, quod cedente, vel decedente Præbendario ipſius qui nunc eſt, vel eam quomodolibet alias dimittente ſit ipſa Præbenda extunc ſacerdotalis imperpetuum, eamque in ſacerdotalem Præbendam extunc erigimus & creamus; duaſque Præbendas diaconales prædictæ Eccleſiæ Collegiatæ, videlicet de Aukland S. *Elenæ*, & de Eſtcombe, quarum utriuſque fructus per ſe ad ſeptem libras & amplius hodie ſe extendunt, volumus in eodem gradu diaconali, quo prius fuerunt, & nunc ſunt impoſterum remanere.

Statuimus inſuper & ordinamus, quod quilibet Præbendarius Eccleſiæ Collegiatæ prædictæ reſideat perſonaliter in eadem Eccleſiâ, ac cotidianis pſallendis horis, Miſſis & proceſſionibus interſit, & ibidem ſecundùm gradum ſuum in hujuſmodi Canonicali officio, & miniſtret decenter & honeſtè, vel habeat ibidem pro ſe unum vicarium ſufficientem ei idoneum in eodem gradu, tam in literaturâ, rectûrâ & cantu, quàm moribus & vitâ, per decanum ibidem, qui pro tempore fuerit approbandum, in habitu habitibus vicariorum Eccleſiarum






Quò hujuſmodi
Venerandæ pietatis monu-
mentum, ſicut ante fanaticorũ
rabie vaſtatum erat, præſentibus
et futuris ſit notum, hoc poſuit,
Vener: in Chriſto Pater
WALTERVS
Wigorn: Epiſcop:
1672


Scala
10 20 30 40 50 60 70 80

WIGORNIENSIS
Eccleſiæ Cathedralis,
Ab Aquilone Proſpectus,



Ejuſdem Eccleſiæ Ichnographia



rum Cathedralium conformi, in divinis officiis ut præfertur continuè miniſtrantem. Et quoniam non ſolum perſonis Præbendariorum hujuſmodi, ſet potius dictæ Eccleſiæ Collegiatæ & divino cultui in eadem intendimus per hanc noſtram ordinationem, annuente domino, providere; Statuimus, & ordinamus per præſentes, quod quilibet Canonicus Præbendarius habens in eadem Eccleſiâ Præbendam ſacerdotalem, ſi reſidentiam perſonalem ibidem non fecerit, ſolvat, ſeu ſolvi faciat ſingulis annis vicario ſuo Presbytero de fructibus Præbendæ ſuæ decem marcas legalis monetæ Angliæ, ad duos anni terminos; videlicet ad feſta S. *Cutberti* in *Martio*, & S. *Cutberti* in *Septembri* per equales portiones, primò & principaliter antequam ad uſum ſuum proprium fructus aliquos extra parochiam de Aukland ferat quomodolibet vel aſportet.

Canonicique qui Præbendas habent diaconales, ſi ibidem perſonaliter non fuerint reſidentes, habeant pro ſe vicarios idoneos in ordine diaconali, ad minus legitimè conſtitutos pro Evangeliis percantandis, & aliis officiis exequendis quæ ad officium diaconale pertinere noſcuntur, quibus ſingulis ſolvant ſeu ſolvi faciant primò & principaliter, ut præfertur, de fructibus Præbendarum ſuarum ſeptem marcas annuatim.

Et Canonici qui ſubdiaconales obtinent Præbendas, & reſidentiam ibidem perſonalem non fecerint, habeant pro ſe vicarios ſubdiaconos, vel ſaltem Clericos non conjugatos habiles & idoneos tam moribus, quàm ſcientiâ, ut præfertur & ætate; quibus ſingulis annuatim primò etiam & principaliter quinque marcas ſolvere ſeu ſolvi facere teneantur. Quod ſi Canonici Præbendarii antedicti in ſolutionibus hujuſmodi prædictis vicariis, ut præmittitur faciendis negligentes fuerint aut remiſſi, volumus ac ſtatuimus & ordinamus, quod omnes fructus & proventus cujuſcunque Canonici ſic negligentis & remiſſi per Decanum ipſius Eccleſiæ ſequeſtrentur, ac ſub arto & tuto cuſtodiantur ſequeſtro, donec prædictis vicariis de eorum ſtipendiis, quatenus ad unumquemque ipſorum Canonicorum ſpectat, fuerit plenariè ſatisfactum; dictoque Decano qui pro tempore fuerit, ad hujuſmodi ſequeſtrum interponendum & cuſtodiendum, cuſtodirique mandandum & faciendum; ac violatores ejuſdem ſequeſtri puniendi vices noſtras & auctoritatem committimus per præſentes, cum cujuſlibet cohercionis Canonicè poteſtate.

Item volumus & ordinamus quod vicarii hujuſmodi non ſint aliunde, cum curâ vel ſine curâ beneficiali, ſed de ſtipendiis ſuis hujuſmodi, eis ut præmittitur aſſignatis, ſint pro eorum victu, veſtitu, & habitibus contenti, & ſic eorum quilibet ſit contentus. Manſiones enim in quibus dicti Canonici & eorum vicarii debeant cum honore hoſpitari, volumus quod iidem Canonici ordinent in ſuis areis ſibi antiquitus limitatis, prout per eundem dominum *Antonium* prædeceſſorem noſtrum olim ſtatutum extitit; niſi pro habitatione eorum communiter faciendâ fuerit alio modo infra biennium vel triennium ad majus, volente domino, melius ordinatum.

Et ne per diutinam vacationem, ſeu abſentiam Canonicorum; vel vicariorum ſuorum prædictorum divinus cultus in prædictâ Eccleſiâ, quod abſit, ſubtrahatur, ſeu plus debito minuatur, ſtatuimus & ordinamus, quod Canonici Præbendarii prædicti, qui in prædictâ Eccleſiâ Collegiatâ reſidentiam perſonalem facere non curabunt, vicarios idoneos decano pro tempore exiſtenti præſentent realiter infra menſem; quos idem Decanus, ſi idonei fuerint, recipere teneatur. Cum autem ipſorum vicariorum aliquis in fata deceſſerit, vel ceſſerit, aut alias amotus fuerit quoviſmodo, Canonicus Præbendarius, cujus ille fuerit vicarius, alium vicarium idoneum, etiam infra unum menſem à tempore obitus, ceſſionis, vel amotionis hujuſmodi dicto Decano præſentet cum effectu; vel veniat ipſemet perſonaliter & reſideat, ut eſt dictum. Quod ſi forſan neutrum horum duorum cum effectu facere curaverit, extunc uno menſe lapſo dictus Decanus, omni excuſatione ceſſante, de alio vicario idoneo ordinet illâ vice; cui quidem vicario Præbendarius ille pro quo erit vicarius, ſtipendium ſeu ſalarium plenum de fructibus Præbendæ ſuæ perſolvat, prout eſt ſuperius ordinatum. Vicarioſque hujuſmodi, vel eorum aliquem, ſub formâ præmiſsâ, ſemel receptos vel receptum nolumus præter & contra eorum voluntates de cætero amoveri, niſi, aut contra hæc noſtra ſtatuta & ordinationes, aut contra regulas & conſtitutiones honeſtas prædictæ Eccleſiæ Collegiatæ hactenus editas voluntariè & maliciosè venire præſumpſerint; vel niſi Canonicus Præbendarius ejuſdem Præbendæ voluerit ibidem per ſeipſum cum effectu perſonaliter reſidere; & hunc vicarium ejus rationabiliter præmuniat erga feſtum *Pentecoſtes* vel S. *Martini* in yeme proxima tunc futurum, quod ſibi de ſervicio provideat aliunde.

Volentes itaque præfati prædeceſſoris noſtri, in hiis quæ pie & laudabiliter ſtatuit, & adhuc ſervari poterunt veſtigiis inhærere, ſtatuimus & ordinamus, quod *Miſſa* & omnes horæ Canonicæ, per totum annum in Choro ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ, cum Notâ ſecundùm uſum *Eborum* aut *Sarum*, prout hactenus ordinatum extitit percantentur, excepto quod *Matutinas*, non in media nocte, ſed in mane propter parochianos dici volumus & mandamus: Et quod ſinguli Canonici vel eorum Vicarii prædicti, ſecundùm gradum & ordinem vicis ſuæ, ſint ebdomadarii, juxta diſpoſitionem Decani; qui, ſicut in parochiali curâ ſic & in hiis quæ ad divinum ſpectant officium præſit, ordinet, & corrigat, Chorum regat & diſponat, ac etiam in hiis puniat tranſgreſſores.

Volumus etiam, quod omnes & ſinguli Canonici antedicti, vel eorum Vicarii pro eis *Miſſis*, *Matutinis*, & *Veſperis*, ac certis horis Canonicis quibuſcunque in Choro dictæ Eccleſiæ percantandis teneantur in habitu ſuo

honeſto perſonaliter intereſſe, & juxta gradum ſuum debite miniſtrare, ſi juſto & legitimo impedimento per Decanum ipſum vel ſuum locum-tenentem approbando non fuerint impediti; eidemque Decano, cum præſens fuerit; & in ejus abſentia ipſius locum-tenenti, ſeu alteri cuicunque per eum ad Chori regimen deputato, tam in legendo quàm in cantando, & obſervanciis Chori cuſtodiendo obediant & intendant humiliter & devotè. Cætera verò omnia & ſingula per præfatum noſtrum prædeceſſorem ordinata, ut præmittitur & ſtatuta in ſuis permanere volumus robore & vigore.

Hæc quoque noſtra Ordinationes & Statuta, diviſioneſque & uniones præbendarum, & novorum onerum impoſitiones, cæteraque univerſa & ſingula per nos, ut præmittitur, ad honorem Dei & Eccleſiæ ſuæ ædita, & ſuperius declarata, de conſenſu & aſſenſu Prioris & Capituli Eccleſiæ noſtræ *Dunelmenſis*; præhabito, ſuper hiis inter nos ſolempni & diligenti tractatu, futuris temporibus perpetuis inviolabiliter obſervanda eſſe decrevimus & decerninus per præſentes; præſertim cum urgens neceſſitas quare ſic fieri debeat, & evidens utilitas notoriè ſint in causâ, poteſtatem verò ea interpretandi, corrigendi & mutandi, ipſiſque addendi, & ab eis ſubtrahendi, quotienſcunque opus erit, nobis & ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſervamus, juribus noſtris Epiſcopalibus, ac Eccleſiæ noſtræ *Dunelmenſis* & ſucceſſorum noſtrorum prædictorum, auctoritate, poteſtate & dignitate in omnibus ſemper ſalvis. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, fidem & firmitatem præſentes noſtras literas, ſive præſens publicum inſtrumentum per Magiſtrum *Thomam Jobur* Clericum *London.* publicum, Auctoritate Apoſtolicâ, Notarium, ſcribamque & Regiſtratorem noſtrum ad æternam rei memoriam ſubſcribi & publicari mandavimus, noſtrique Sigilli appenſione fecimus communiri. Data & acta ſunt hæc, prout ſubſcribuntur & recitantur in Capellâ manerii noſtri de **Stoktone** xx°. die menſis *Septembris*, Anno Domini MCCCCxxviii°. Indictione ſexta, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Martini* divinâ providentiâ Papæ quinti anno undecimo & noſtræ conſecrationis Anno xxiii°.

ECCLESIA

Collegiata de **Ceſtre** *in Comitatu Palatinatu* Dunelmi.

Carta Antonii Dunelmenſis *Epiſcopi, de fundatione ejuſdem.*

Cart. 20. E. 1. n. 17.

Ex Archiepiſcopis, *&c.* ſalutem. Literas Patentes Venerabilis Patris *Antonii Dunelmenſis* Epiſcopi Ordinationem per ipſum factam, perpetuis temporibus duraturam ſuper Decanatu & præbendis in Eccleſiâ de **Ceſtre**, cui patronatus & dioceſ. plenariè continentes inſpeximus in hæc verba; Univerſis S. Matris Eccleſiæ filiis præſens ſcriptum viſuris vel audituris *Antonius* permiſſione divinâ *Dunelmenſis* Epiſcopus, ad futuram memoriam. Plures rivuli, qui ab uno fonte procedunt aquæ tumorem evacuant, fontis tamen valorem non minuunt aut decorem; immo ex ſe uſum producere tanto placidiorem fons ipſe dinoſcitur, quanto pluribus locis aride ſitis moleſtia fatigatis effuſo gurgite aquæ copiam ulterius ſubminiſtrat; Illa quoque matrona deſpicabilis non habetur, ſed potius laude digna, quam etſi frequens conceptus exeruet, fecunda tamen honorificat procreatio filiorum: ſic, utique una Eccleſia ſui titulum non prodit honoris, ſi ex ſui habundanciâ plures beneficiorum ſolatio conſoletur, immo tanta nobilior eſt cenſenda, quanto ei deſeruit miniſtrorum amplior famulatus. Sanè, cum ſuper Eccleſiæ de **Ceſtre** noſtræ dioceſis, nobis pleno jure ſubjicitur, utpote ad noſtrum ſpectans patronatum, variis dudum queſtionibus & controverſiis emerſis, inter dominum *Walterum* de *Clifford* Clericum, ſe pro Rectore ejuſdem Eccleſiæ tunc gerentem, ex parte unâ, ac Magiſtrum *Alanum* de *Eſingwalde* ex alterâ; aſſerentem dictum *Walterum*, per bonæ memoriæ dominum *Robertum* prædeceſſorem noſtrum immediatum eadem Eccleſia fuiſſe & eſſe ſententialiter, ex certis & legitimis cauſis privatum; eamque ſibi ab eodem prædeceſſore noſtro canonicè fuiſſe collatum; ſicque varii & diverſi proceſſus judiciales, tam auctoritate delegatâ quàm ordinariâ, non abſque gravi diſcrimine, & tam corporum quàm animarum periculo fuiſſent hinc inde diutius agitati: tandem partes antedictæ coram nobis præſentialiter conſtitutæ; nolentes tam periculoſis litium amfractibus ulterius implicari, ſubmiſerunt ordinationi noſtræ Eccleſiam illam, cum Capellis, terris, fructibus & obventionibus univerſis ad eandem pertinentibus; & totum

jus

jus quod eis competiit, vel competere potuit in eadem proceſſibus habitis inter eos; renunciantes expreſsè: promittentes nichilominus ſe ratum habere quicquid per nos ordinatum, ſtatutum ſeu proviſum fuerit in præmiſſis, idque perpetuis temporibus inviolabiliter obſervare.

Attendentes igitur prædictæ Eccleſiæ de **Ceſtre**, quæ ad noſtrum ſpectare dinoſcitur patronatum parochiam eſſe diffuſam, & proventuum redditus habundantes adeo quod ad plurium ſuſtentationem ſufficiunt miniſtrorum, eam quoque paucos hactenus habuiſſe ſervitores, ex quo divinis multociens fraudebatur obſequiis; & in ipſius parochiâ diffusâ, cura negligebatur dampnabiliter animarum; quæ tamen poſt Eccleſiam noſtram *Dunelmenſem* inter cæteras Eccleſias noſtræ dioceſis tipum gerit dignis honoribus excollenda, utpote quoniam ſanctum & reverendum corpus beati *Cuthberti* patroni noſtri, quod per centum & quindecim annos inibi præſentialiter conquievit, quadam prærogativâ ſpecialiter inſignivit. Conſiderantes etiam utilitatem evidentem & motivam ad ordinationem ſubſequentem, *viz.* divini cultus augmentum, & ſalutis animarum uberiorem profectum; urgentem inſuper neceſſitatem in hac parte propenſiùs ponderantes, quam evidenter perpendimus ex defectu & raritate juriſperitorum & conſiliariorum in noſtrâ dioceſi, ad quos in magnis & arduis Eccleſiæ noſtræ negotiis habere poterit, impellente neceſſitate recurſus: de Capituli noſtri *Dunelmenſis* expreſſo conſenſu, acceptatâ ſubmiſſione prædictâ, & circumſtanciis univerſis pleniùs intellectis: in nomine domini noſtri *Jheſu Chriſti* ordinamus in hunc modum:

Viz. Quod prædicta Eccleſia de **Ceſtre** extunc Collegiata exiſtat; & ſint in eadem de cætero unus Decanus & ſeptem præbendæ, ita quod Decanus ſit perpetuus in ordine ſacerdotali, curam gerens inſolidam animarum, & reſidentiam ibidem continuè faciens perſonalem inveniat duos Capellanos idoneos, conformes in habitu Vicariis Canonicorum, pro cura hujuſmodi ſollicitè ſupportanda: alioſque minores Clericos habeat ad ſerviendum Eccleſiæ competenter, omnia ipſius onera ordinaria ſupportando; Cancellum cum indiguerit reficiendo & ſuſtinendo. Ad novæ tamen fabricationis vel conſtructionis opus minimè teneatur. Capellis inſuper de **Taunefeld** & **Lameley** faciat per miniſtros idoneos deſerviri.

Ad quæ omnia & ſingula ſupportanda volumus & firmiter ſtatuimus, quod Decanatui obventiones totius Altaragii, tam in Eccleſiâ de **Ceſtre**, quàm Capellis antedictis, *viz.* Mortuariorum, Lanæ, Agnorum, Lactis, Vitulorum, Fenorum, Lini, Canabi, Gallinarum, aucarum porcellorum, & omnium minutarum perſonalium decimarum, una cum reddit & Curia tenentium Eccleſiæ in villâ de **Ceſtre** & de **Walrigge**, & totâ terrâ dominicâ de *Hervertone* totaliter applicentur. Meſſuagia etiam ad prædictas Capellas de **Lameley** & de **Taunfeld** ſpectantia, cum curiis & terris ſuis dominicis eidem Decanatui aſſignavimus; hoc excepto, quod utriuſque loci Præbendarii habebunt quandam portionem, ſeu partem Curiæ, arbitrio noſtro limitandam, in quâ poterunt competenter reponere ſua blada.

Habeat etiam Decanus piſcariam in ripâ de **Were**, & decimam piſcariæ.

Ad hoc quilibet Præbendariorum qui tres primas habent Præbendas, inveniat ſuis ſumptibus unum Vicarium Capellanum: Et de aliis quatuor reſiduis ſinguli habeant Vicarium-diaconum in ipsâ Eccleſiâ miniſtrantes in habitu Canonicali, & modum pſallendi teneant ſecundum morem Eccleſiæ *Eborum* vel *Sarum*. Singuli autem ſint ebdomodarii in ſuo ſtatu, ſecundùm ordinem vicis ſuæ, juxta diſpoſitionem Decani; qui, ſicut in curâ parochiali ſic in hiis quæ ad divinum ſpectant officium ordinet, corrigat, choram regat, & diſponat; ac etiam in hiis puniat tranſgreſſores; Matutinas quoque mane dici propter parochianos volumus & mandamus,

Et ne diſcordiam pariat communitas, ſet ſinguli ſuis finibus ſint contenti Præbendas illas taliter duximus diſtinguendas: *viz.* quod ad primam Præbendam pertineant decimæ prædiales univerſæ de *Magnâ* **Lumeley**, *Parvâ* **Lumeley**, **Lamptone**, **Wodeſende**; ac etiam decimæ minæ Carbonum.

Ad ſecundam præbendam de **Lameley**, **Ribleſworth**, **Ravenelworth**, **Dervetrok**, **Hedley**, **Ladeſheved**, terra de **Fugers**, **Ravenelhelme**, & **Neuhuſes**.

Ad tertiam de **Peltone**, **Pakeley**, **Pelawe**, **Pikelte**, **Tribeley**, **Edmanſley**, **Sterefley**, & **Nettelwyth**.

Ad quartam de **Ceſtre**, & **Wythill**.

Ad quintam de **Taunfeld**, **Lince**, **Croke**, **Taunfeld-leye**, **Stanley**, **Stanley-hall**, **Caldeſete**, & **Steles**.

Ad ſextam de **Birteley**, **Hervertone**, **Moya**, & de **Hardone**. Ad ſeptimam de **Urpathe**, **Ulkeſtane**, & de **Twyſtes**.

Totum autem reſiduum parochiæ de **Ceſtre**; *viz.* Decimas prædiales de **Plawyth** & de **Walrigge**, & omnium vaſtorum, tam in hayâ quàm alibi in eadem parochiâ redigendorum ad culturam communem reſidentium aſſignamus, & inter ipſos duntaxat equaliter dividantur, qui per tres menſes ad minus in anno continuè vel interpolatim in Eccleſiâ ipsâ reſidentiam fecerint perſonalem; ita quod in feſto S. *Martini* in hyeme, & in Feſto *Penteçoſtes* fiat eorundem proventuum communium diſtributio: Et qui pro medietate temporis antedicti perſonaliter reſiderunt, pro ratâ medietatis hujuſmodi diſtributionem percipiant proportionaliter de communâ, de reſiduo temporis illius nichil penitùs percepturi, niſi omnes ejus partes integraliter compleverint reſidendo.

Ordina-

Ordinamus insuper, quod decima pars portionis cujuslibet non residentis, residentibus assignetur; & si nullum residere contigerit, hujusmodi partes decimæ in usus Ecclesiæ vel in usus pauperum degentium, infra limites præbendarum non residentium convertantur.

Area autem Ecclesiæ ad inhabitandum inter Decanum & tres præbendarios primos juxta nostrum arbitrium dividatur.

Ne etiam de ordine sedendi vel procedendi contentio oriatur, statuimus, ut post primum stallum ex parte australi, quod nobis & successoribus nostris in signum præeminentiæ specialiter reservamus. Præbendarius primæ Præbendæ optineat primum locum. Præbendarius tertiæ præbendæ optineat secundum. Præbendarius quintæ Præbendæ quartum.

Ex parte verò boreali Decanus Ecclesiæ optineat primum locum. Præbendarius secundæ Præbendæ secundum locum; Præbendarius quartæ tertium; & Præbendarius sextæ Præbendæ quartum: Et eundem ordinem observent invicem in procedendo.

Hanc autem Ordinationem, concurrente consensu Capituli nostri, ad honorem Dei & Ecclesiæ Christi factam statuimus perpetuis temporibus inviolabiliter observandam, authoritate, dignitate, & potestate Ecclesiæ nostræ *Dunelmensi* & successorum nostrorum in omnibus semper salvis. In cujus rei perpetuum firmitatem Sigillum nostrum præsentibus est appensum: Actum & datum apud **Aukeland** quinto Idus *Novembris* anno gratiæ MCCLxxxvi°. & consecrationis nostræ anno tertio.

Nos autem eidem ordinationi regium Præbentes assensum, eam pro nobis & hæredibus nostris præfato Episcopo, & successoribus suis Episcopis *Dunelm.* quantum in nobis est concedimus & confirmamus, sicut literæ prædictæ rationabiliter testantur. In cujus rei testimonium, *&c.* Datum per manum nostram apud *Bercwyk* super *Twedam* xii°. die *Junii.*

CAPELLA SIVE ECCLESIA *Collegiata S.* Elizabethæ *juxta Civitatem* Winton.

Carta fundationis ejusdem per Johannem *de* Pontissarâ Winton. *Episcopum.*

Pat. 13 E. 2. part. unica. m. 13. per Inspex.

Ex omnibus ad quos, *&c.* Inspeximus Cartam, *&c. Johannis Wintoniensis* Episcopi, in hæc verba;

IN Dei nomine Amen; Noverint universi, præsentes & futuri, quod nos *Johannes* de *Pontisaria* permissione divinâ *Wynton.* Ecclesiæ minister, fundator Capellæ S. *Elizabethæ* filiæ quondam Regis *Hungariæ*, fundatæ in prato nostro, quod est ante portam Castri nostri de *Wolveseye*, quod vocatur pratum S. *Stephani*, invocatâ Spiritus Sancti gratiâ, disponimus, statuimus, & ordinamus in dictâ Capellâ tria construere Altaria; majus viz. de Sanctâ *Elizabethâ*; & duo minora collateralia, unum de S. *Stephano* & S. *Laurentio* martyribus; & aliud de Sancto *Edmundo* Rege, & de beato *Thomâ Cantuariensi* Archiepiscopo martyribus: Ac etiam septem ponere Capellanos, cum sex Clericis, in sacris ordinibus constitutis, quorum tres sint Diaconi, & tres subdiaconi, imperpetuum, pro vivis ac defunctis celebraturi; & viventes sub modo & formâ inferius injuncta. De quibus septem Capellanis unus in Præpositum per nos *Wynton.* Episcopum, vel successorem nostrum, qui pro tempore fuerit, præficiatur; cui tanquam præsidenti cæteri intendant & obediant reverenter.

Quo quidem præposito cedente, vel in fata decedente, Episcopus *Wynton.* qui pro tempore fuerit, vel ejus locum tenens, alium in præpositum præficiat sine morâ, personalem residentiam in eadem Capellâ, ac etiam continuam facturum, nisi pro negotiis dictæ Capellæ sive Domus procurandis necesse fuerit ipsum absentari. Similiter cum contigerit aliquem de dictis sex Capellanis, vel Clericis alias beneficiari aliquo beneficio, propter quod in dictâ Capellâ residere non possit seu mori, aut etiam aliquo alio modo recedere; volumus & ordinamus, quod Episcopus *Wynton.* vel ejus locum-tenens, qui pro tempore fuerit, alium ibidem idoneum præficiat; ita quod semper sint ibi sex cum præposito Capellani, & sex Clerici divina celebraturi, similiter & continuè residentes. Et si contingat aliquem de Capellanis, vel Clericis prædictis in prædictâ Capellâ infata decedere, bona ipsius Capellæ prædictæ accrescant & applicentur, ut sicut illam quam in vita honoravit, honorare videatur in morte.

Volumus insuper & etiam ordinamus, quod prædicti sex Capellani, & sex Clerici, per Præpositum antedictum, quamdiu benè se gesserint, secundùm facultates Capellæ hujusmodi, honestè exhibeantur, tam inosculentis quàm poculentis, ita quod uno ferculo cum pitanciâ sint contenti: & in diebus dominicis, & duplicibus festis secundùm ferculum habeant Capellani cum pitanciâ, Sint etiam dicti Capellani & Clerici eidem præposito in omnibus licitis & honestis obedientes, in moribus & verbis, pudorem exhibentes. Sint in habitu & incessu ornati, ut gravitate itineris mentis maturitas ostendatur. Sint modesti, sobrii, & bonæ vitæ, ac conversationis honestæ, ita quod vita & conversatio eorum secreta, & à laicorum actibus sit remota.

Utantur etiam tam præpositus quàm Capellani & Clerici prædicti in Capellâ prædictâ superpelliciis, & capis nigris; extra verò vestibus humilibus, & unius coloris, utpotè de Persio vel nigrâ burnetâ, aut etiam de Russeto.

seto. Ad hujusmodi autem vestes, & omnia alia sibi necessaria, annuatim præter esculenta & poculenta habeat & percipiat præpositus sex marcas, & quilibet Capellanus, per manus Præpositi ad duos anni terminos; viz. ad Festum *Paschæ*, & ad Festum S. *Michaelis*, pro equalibus porcionibus xl.*s.* & quilibet Clericus viginti solidos *Sterlingorum*.

Omnes verò simul in uno & eadem domo bibant & comedant; ita tamen quod præpositus cum Capellanis in unâ mensa, Clerici in aliâ; & quilibet Capellanus in camerâ sibi deputata. Clerici verò omnes in una domo dormiant de nocte, nisi per infirmitatem, vel de causâ honestâ fuerint impediti, vel etiam excusati: proviso tamen, quod sic excusati, in locis honestis & non suspectis pernoctent.

Habeat quilibet Capellanus unum clericulum à decem annis usque ad decimum octavum annum, qui in Ecclesiâ in super-pelliceo cantet & legat, & sibi in camerâ deserviat; de quorum victu & vestitu per præpositum ordinetur. Nec habeat aliquis Capellanus alium famulum sibi specialiter deservientem. Et comedant illi Clericuli in eadem Aulâ separatim ab aliis.

De aliâ autem familiâ domui necessariâ ordinet Præpositus cum Capellanorum consilio.

In Capellâ verò prædictâ sint Deo devoti, & ejus officio diligenter intenti; eique devotè deserviant sub hac formâ.

Singulis siquidem diebus ad tardius in auroră diei mane surgant, & Capellam ipsam ingressi, *Matutinas* beatæ Virginis submissâ voce apertè & distinctè simul dicant; & postea *Matutinas* de die cum notâ, ita quod neutra pars Chori versum suum prius incipiat, nisi prius versus alterius Chori totaliter terminetur; & pausationem quandam in medio cujuslibet versus modicam faciant: & omnes utriusque Chori simul versum suum incipiant, pausationem faciant, & simul versum suum studeant terminare.

Post primam Matutinarum diei, celebrent Missam gloriosæ virginis cum notâ, & solempnitate decenti secundùm usum & consuetudinem *Saresburiensis* Ecclesiæ: quâ celebratâ incipiant cæteras horas de die, & terminent omnes cum notâ. Quibus dictis incipiant horas beatæ virginis submissâ voce; & eas similiter omnes dicant. Postea statim celebretur Missa de Sancta *Elizabethâ* cum notâ: Et sacerdos de Sanctâ *Elizabethâ* celebraturus interim, dum dicuntur horæ beatæ virginis, se parabit. Captent autem horam celebrandi, tres Missas sine notâ; viz. duas pro defunctis, & tertiam de Sancto Spiritu, successivè vel simul, ad diversa Altaria, prout eis magis videbitur expedire, ita quod servicium quod cum notâ habet fieri nullatenus impediatur, aut etiam prætermittatur. Quibus, ut præmittitur completis, circa horam tertiam incipiant Magnam Missam cum notâ & solempnitate, prout diei solempnitas exigit & requirit.

Volumus insuper, ordinamus, & statuimus, quod singuli Capellani in singulis Missis eorum specialem dicant Collectam pro fundatore Capellæ prædictæ; viz. pro nobis *Johanne* de *Pontisarâ* Episcopo prædicto superstite; & pro Episcopo *Winton.* qui pro tempore fuerit; illam scilicet Collectam qui sic incipit *Rege quæsumus domine famulum tuum.* Item aliam Collectam specialiter pro nobis post decessum nostrum, quæ sic incipit, *Deus cujus misericordiæ non est numerus.* Item aliam pro Episcopis *Winton.* defunctis, quæ sic incipit; *Deus qui inter Apostolicos sacerdotes.* Item quartam Collectam pro Rege & Reginâ, & eorum liberis, quæ sic incipit, *Deus in cujus manu corda Regum sunt.*

Item quintam Collectam pro Regibus & Reginis, & omnibus fidelibus defunctis, quæ sic incipit, *Inclina domine aurem tuam.* Item sextam Collectam generalem in fine pro vivis ac defunctis; & specialiter pro Priore & conventu Ecclesiæ nostræ *Wynton.* scilicet *pietate tuâ*, vel aliam consimilem

Hunc autem numerum & ordinem Collectarum & Missarum, quæ sine Notâ dicentur singulis diebus in omnibus Missis observari volumus, præterquam in magnâ missa cum diei festivitas & temporis solempnitas easdem Collectas non patitur recitari, vel aliquem dictorum sex Capellanorum prædictorum aliquo impedimento legitimo contigerit impediri. Præpositus insuper singulis diebus celebret, nisi legitimè fuerit impeditus: super quibus impedimentis, tam præpositi quam Capellanorum prædictorum conscientias coram altissimo oneramus.

Ante autem horam Vesperarum conveniant omnes Capellani & Clerici in Capellâ prædictâ, & voce submissâ distinctè & apertè dicant *Placebo* & *Dirige*. Cum autem corpus mortuum præsens fuerit, vel dies anniversarius contigerit, vel servicium triginta dierum, tunc *Placebo* & *Dirige* cum nota, & novem lectionibus celebrentur, Paschali tempore duntaxat excepto. Quibus peractis incipiant *Vesperas* beatæ *Mariæ* Virginis submissâ voce: Deinde *Vesperas* de die cum notâ, secundùm modum *Matutinarum* beatæ Virginis & diei superius annotatum, cum inceptione, pausatione, & terminatione prædictis. Et statim modo consimili dicant *Completorium* de die cum notâ. Quo dicto dicant *Completorium* beatæ Virginis, ut supra, voce submissâ.

Præmissum autem ordinem, modum, & formam *Matutinarum*, *Missarum*, officii pro defunctis, *Vesperarum*, & *Completorium* singulis diebus imperpetuum, ordinamus, statuimus & præcipimus fideliter observari; illis diebus tantum exceptis, quorum solempnitas præmissa peragi non permittit.

In præmisso itaque divino officio devocius peragendo, volumus quod dicti Capellani cum suis Clericis usum *Sarum* Ecclesiæ teneant & observent. Item volumus, quod præpositus prædictus, de consilio Capellanorum ordinet Præcentorem; ad cujus sollicitudinem & mandatum, omnia in Capellâ prædictâ sint peragenda, tam in Missis celebrandis quis, quàm missam in suâ septimanâ celebrare debeat, quàm in lectionibus legendis, & aliis quæ incumbunt psallendis. Habeat itaque idem præcentor unam

nam tabulam ſemper in Capellâ appenſam, in quâ ſcribet quolibet die Sabati poſt prandium & ordinet qualem Miſſam, quis eorum Capellanorum in ſequenti ſeptimanâ debeat celebrare; quis qualem lectionem in craſtino legere debeat; & ſic de cæteris divinis officiis in prædictâ Capellâ faciendis. Et ſic cotidie poſt prandium ordinet idem Præcentor de ſervicio diei ſequentis: hoc diligentius obſervando, quod Capellani Miſſam, ad quam die Sabati, ut præmittitur, intitulantur, per integram celebrent ſeptimanam.

Omnes in prædictâ Capellâ, tam Capellani, quàm Clerici prædictam tabulam adeant, & officium ſibi aſſignatum, ut præmuniantur inſpiciant & repetant: ut in illo & divino ſervicio poſtea peragendo deo inveniantur fideles, intenti, humiles & dovoti. Volumus etiam, quod præpoſitus qui pro tempore fuerit negotiis Capellæ intendat exterioribus & interioribus, niſi alicui de Capellanis, vel Clericis prædictis ex causâ committere voluerit vices ſuas: Et quod in præſentiâ omnium Capellanorum & Theſaurarii *Winton.* Epiſcopi de **Wolveleye** qui pro tempore fuerit quolibet anno circa feſtum S. *Michaelis* plenè & apertè recitet in quo ſtatu ipſa Capella & bona ejuſdem exiſtunt: & tam de receptis quàm expenſis compotum reddat, & ſecundùm unanimem conſenſum Capellanorum ipſorum, vel majoris partis eorundem provideat, ordinet, & diſponet de bonis ejuſdem Capellæ prout ad utilitatem eorum magis videbitur expedire. Si autem præpoſitus ille in præmiſſis negligens aut remiſſus, ſeu dilapidator bonorum ipſius Capellæ inventus fuerit, quod abſit, Epiſcopo *Wynton*, qui pro tempore fuerit vel ejus vices-gerenti, tam ſede plenâ, quàm vacante demonſtretur apertè: ita quod nullus Capellanus voluntate propriâ ad prædictum Epiſcopum, vel ejus vices gerentem hujuſmodi occaſione accedat, niſi conſenſus omnium Capellanorum, vel majoris partis intercedat.

Nullus inſuper Capellanus vel Clericus, ſine ipſius præpoſiti, vel ejus locum tenentis licentiâ ſpeciali adeo ſe abſentet, quin horis diei, & miſſis, ut præmittitur celebrandis ſemper interſit.

Item nullus Capellanus vel Clericus ad dictam Capellam admittatur, niſi prius bene examinetur, ſuper literaturâ, cantus & qualiter ſciat divinum officium. Nullæ inſuper mulieres ingrediantur ſepta domus, præterquam in Capellam & Aulam.

Volumus inſuper & ordinamus & ſtatuimus, quod tam præpoſitus hujuſmodi præficiendus quàm Capellani & Clerici prædicti, quam primum ad Capellam ipſam fuerint admiſſi, jurent ad Sancta Evangelia, quod præmiſſas ordinationes, obſervantias, & ſtatuta, in omnibus & ſingulis eorum articulis, prout ſuperius ſunt expreſſi; & reſidentiam, ut præmittitur perſonalem, ſuper quâ non poſſit per aliquem diſpenſari, pro ſuis viribus proſequentur, & plenè ac fideliter obſervabunt. Et ut præſentes noſtræ diſpoſitiones, ordinationes, voluntas & ſtatuta noſtra robur obtineant perpetuæ firmitatis, ea Sigilli noſtri Impreſſione duximus roboranda. Et ad majorem ſecuritatem, & perpetuam rei memoriam præſentes literas ſub Sigillo noſtro fecimus duplicari, quarum una penès nos ſuperſtitem remanet ad præſens: nobis verò in fata decedentibus, volumus quod tradatur Epiſcopo loci, qui pro tempore fuerit, ut penès ipſum & ſucceſſores ſuos perpetuo remaneat. Et altera pars penès præpoſitum & ſuos Capellanos in futurum fideliter conſervetur. Actum & datum in Caſtro noſtro de **Wolveleye** in vigilia Annunciationis dominicæ, anno ejuſdem MCCCi°. Regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* xxx°. conſecrationis verò noſtræ xx°. *&c.*

Nos autem diſpoſitiones, ordinationes, voluntatem & ſtatuta prædicta; nec non donationem, conceſſionem, *&c.* quas *Simon* de *Farham* per ſcriptum ſuum fecit *Ricardo* de *Bourne* nuper præpoſito Capellæ prædictæ, & Capellanis & Clericis ibidem Deo ſervientibus de manerio de *Bottele* cum pertinentiis in Com. *Suthampt.* & de advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ. Et donationem, *&c.* quas *Robertus* de *Harwedon* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem præpoſito, Capellanis & Clericis de manerio de **Kingeſclere** cum pertinentiis in eodem Com. Et donationem, *&c.* quas idem *Robertus* & *Simon* per ſcriptum ſuum fecerunt, *&c.* de manerio de **Culmeſtone** *Gynninges* cum pertinentiis in eodem Com. Et donationem, *&c.* quas idem *Robertus* & *Simon* per ſcriptum ſuum fecerunt, *&c.* de uno meſſuagio, & unâ virgatâ terræ cum pertinentiis in **Shidefeld** in eodem Com. Et donationem, *&c.* quas præfatus *Simon* per ſcriptum ſuum fecit, *&c.* de xx. ſol. redditus cum pertinentiis de quodam molendino in **Tychefeld** in eodem Com. provenientibus. Et donationem, *&c.* quas *Will.* de *Saunford* Clericus fecit Deo & Capellæ S. *Elizabethæ* prædictæ, *&c.* de manerio de **Norton** S. *Walerici* cum pertinentiis in eodem Com.

Inſuper conceſſionem, quam *Rogerus* de *Mortuomari* per ſcriptum ſuum fecit, *&c.* præfato *Simoni*, quod ipſe prædictum manerium de **Bottele**, quantum inde de præfato *Rogero* tenuit immediatè, unacum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, dare poſſit & aſſignare præfatis præpoſito Capellanis, *&c.* habendum, *&c.* in puram & perpetuam elemoſinam, *&c.* Et conceſſionem quam *Johannes* de Sancto *Johanne* filius & hæres *Johannis* de Sancto *Johanne* per ſcriptum ſuum fecit, *&c.* præfato *Simoni*, quod ipſe totam terram cum boſco, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, quæ prædictus *Simon* tenuit in dicto manerio de **Bottele** de feodo ipſius *Johannis* de *Ricardo* de *Stretton* militè, qui fuit medius inter prædictum *Johannem* & prædictum *Simonem* de prædicto tenemento, dare poſſet & aſſignare præfatis præpoſito, Capellanis & Clericis Capellæ prædictæ: habendum, *&c.* in liberam, *&c.* elemoſinam, *&c.*

Et conceſſionem, quam prædictus *Johannes* de S. *Johanne* per ſcriptum ſuum fecit, præfato *Roberto*, quod ipſe unum meſſuagium, duas caruca-

carucatas terræ, cum molendino, boscis & aliis pertinentiis suis in *Kingesclere*, quæ de ipso *Johanne* tenebantur, dare possit &c. prælatis præposito &c. in liberam puram & perpetuam elemosinam. &c. Et concessionem quam *Ricardus* de *Riveres* miles per scriptum suum fecit prefato *Roberto*, quod ipse dictas duas carucatas terræ cum pertinentiis in Kingesclere, quæ de eodem *Ricardo* tunc tenebantur dare possit &c. præfatis præposito, Capellanis &c. in liberam &c. elemosinam &c.

Et concessionem &c. quam bonæ memoriæ *Henricus* nuper *Wynton* Episcopus pro se &c. fecit præfatis *Roberto* & *Simoni*, quod ipsi dare possint &c. prædictum manerium de Culmestone *Gymminges* cum pertinentiis, & prædicta messuagium & terram cum pertinentiis in Shidefelde, quæ de ipso Episcopo tenuerunt immediatè, præposito, Capellanis & Clericis supradictis, habenda &c. in liberam &c. elemosinam &c.

Donationem etiam &c. quas prædictus *Johannes* Episcopus per scriptum suum fecit &c. *Johanni* de *Wynfred* Capellano, dudum ejusdem Capellæ præposito, & Capellanis, Clericis & ministris ejusdem, qui pro tempore essent de quodam prato quod est ante portam Castri de *Wolveseye* quod vocatur pratum S. *Stephani*, quodque sex acras in se dicitur continere, cum situ ejusdem Capellæ: ac etiam de quadam Capellâ S. *Stephani* in prænominato prato antiquitus situatâ; quas quidem donationem &c. celebris memoriæ dominus *Edwardus* quondam Rex Angliæ pater noster per literas suas patentes, quas confirmavimus acceptavit &c.

In cujus &c. T. Rege apud *Westm.* xxviii°. die Februarii.

ECCLESIA

Collegiata sive Cantaria, de Kirkeby *super* Wrethek *in comitatu* Leicestriæ.

De fundatione & dotatione ejusdem.

Pat. 3. R. 2. part. 2. m. 11. per Inspex.

EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ* Archiepiscopis &c. salutem. Sciatis quòd cum *Rogerus Beler* defunctus, de licentia domini *Edwardi* nuper Regis *Angl.* Patris nostri quandam Cantariam de uno custode perpetuo & duodecim capellanis in capella beati *Petri* juxta tunc manerium ipsius *Rogeri* de Kirkeby super Wrethek ad divini cultus augmentum, & ad divina tam pro ipso patre nostro, & hæredibus suis, quàm pro prædicto & aliis juxta ordinationem ipsius *Rogeri* inde factam celebrandis de novo fundasset: Et tam idem *Rogerus* quàm alii cantariam illam tam in spiritualibus quàm in temporalibus dotari fecissent, dictusque pater noster ordinationem Cantariæ antedictæ per loci diocesanum & alios quorum interfuit approbatam; necnon donationes possessionum & reddituum dictis custodi & Capellanis factas, per literas suas patentes confirmaverit; & diversas libertates & quietancias per diversas Cartas suas eisdem custodi & Capellanis concesserit imperpetuum habendas, prout per literas & cartas illas, tenores qui sequuntur continentes videlicet. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitanniæ*, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Inspeximus literas patentes dilecti nobis *Rogeri Beler* de quibusdam terris, tenementis, & redditibus cum pertinentiis in Kirkeby, & de manerio de Bokemynstre & advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ de Kirkeby dilectis nobis in Christo Custodi & Capellanis Capellæ S. *Petri* de Kirkeby super Wrethek divina in eadem Capellâ & in Ecclesiâ parochiali ejusdem villæ de Kirkeby singulis diebus juxta ordinationem ipsius *Rogeri* inde factam imperpetuum celebraturis, per ipsum *Rogerum* & Cartas suas datis & concessis, necnon de ordinatione prædictâ in hæc verba.

Sciant præsentes & futuri, quod cum ego *Rogerus Beler* de Kirkeby dederim, concesserim & scripto meo confirmaverim *Willielmo Spigurnell* Capellano, custodi Capellæ S. *Petri* de Kirkeby super Wrethek in comitatu *Leicestriæ* & successoribus suis quatuor messuagia, quatuor virgatas terræ, quadraginta solidatas annui redditus, & redditum octo quarteriorum & dimidium mixtilionis cum pertinentiis in Kirkeby annuatim percipiendum; habendum & tenendum dicto custodi & successoribus suis, divina singulis diebus pro animâ meâ, & animabus omnium aliorum in prædicto scripto contentorum imperpetuum celebraturis in dictâ Capellâ S. *Petri* de Kirkeby: Ac etiam inveniendi unum alium Capellanum sumptibus suis in Ecclesiâ parochiali ejusdem villæ, eodem modo imperpetuum celebraturum, prout in dicto scripto plenius continetur; videlicet illud messuagium quod fuit capitale messuagium *Willielmi Touke* situm contra dictam Capellam beati *Petri* de Kirkeby ex parte occidentali; & illam virgatam terræ quam dictus *Willielmus* una cum dicto messuagio quondam tenuit de Magistro Hospitalis de Burton S. *Lazari*; & unum messuagium quod *Henricus* le *Spicer* de *Grymmeston* quondam tenuit in le Westhorp &c. Et unum messuagium quod *Willielmus* le *Clerk* de me tenuit ad terminum vitæ suæ; & unam virgatam terræ quam *Rogerus Above the-Towne* nativus meus quondam tenuit; & duas

virgatas terræ quas tenui in dominico de Magiſtro Hoſpitalis de Burton S. *Lazari*, una cum illâ virgatâ terræ, quam dictus nativus meus tenuit; & undecem ſolidatas annui redditus; quem *Walterus Flemyng* michi debet annuatim pro uno meſſuagio & una virgatâ terræ, quæ de me tenet in villâ de Kirkeby, unacum ſervicio & fidelitate dicti *Walteri* & hæredum ſuorum; Et ſex ſolidatas annui redditus, quem *Rogerus* de *Calſton* & *Lecia* uxor ejus michi debent annuatim pro uno meſſuagio, & unâ virgatâ terræ quæ de me tenent in eadem villâ, unacum fidelitate & ſervicio dictorum *Rogeri* & *Leciæ* & hæredum ſuorum: Et ſex ſolidatas annui redditus quem *Robertus Houlet* michi debet annuatim pro uno meſſuagio & unâ virgatâ terræ quæ de me tenet in eadem villâ, unacum fidelitate & ſervicio dicti *Roberti* & hæredum ſuorum: Et octo ſolidatas annui redditus, quæ *Ricardus Harmer* & *Emma* uxor ejus, & *Alicia* ſoror dictæ *Emmæ* mihi debent annuatim pro uno meſſuagio & unâ virgatâ terræ, quæ de me tenent in eadem villâ, una cum fidelitate & ſervicio dictorum *Ricardi Emmæ* & *Aliciæ*, & heredum ſuorum; & quatuor ſolidatas annui redditus, quem *Johannes Moryng* mihi debet annuatim pro uno meſſuagio & ſex acris terræ, quæ de me tenet in eadem villâ, unacum fidelitate & ſervicio dicti *Johannis* & hæredum ſuorum: Et duodecim denariatas annui redditus, quem *Ricardus* filius *Willielmi Cok* mihi debet annuatim pro uno meſſuagio & unâ bovatâ terræ quæ de me tenet in eadem villâ, unacum fideliter & ſervicio dicti *Ricardi* & hæredum ſuorum: Et quatuor ſolidatas annui redditus quem *Rogerus Coſyn* michi debet annuatim pro uno meſſuagio & una virgatâ terræ quæ de me tenet in eadem villâ, una cum fidelitate & ſervicio dicti *Rogeri* & hæredum ſuorum: Salvo michi & hæredibus meis reſiduo reddituum dictorum tenentium fidelitatibus & ſectis Curiæ eorundem tantum. Et redditum octo quarteriorum & dimidium mixtilionis exeuntem de omnibus molendinis meis aquaticis & ventriticis, quæ habui, vel aliquo modo habere potui in eadem villâ; Et de unâ carucatâ terræ quam tenui in dominico de feodo Magiſtri Hoſpitalis de *Burton* S. *Lazari*, quæ in manu meâ remanſit poſt donationem iſtam factam; capiendo dictum bladum ad dicta molendina; videlicet ſingulis annis à feſto S. *Michaelis* Archangeli uſque ad Paſcha qualibet ſeptimanâ unum buſſellum mixtilionis, & reſiduum inter feſtum *Paſchæ* & S. *Michaelis* per equales portiones. Et ſi prædicta molendina ad dictam ſolutionem non ſufficiant, conceſſi pro me & hæredibus meis, quod dictum bladum Capiebatur de dicta carucatâ terræ: Et quod dictus cuſtos & ſucceſſores ſui diſtringere poſſent dicta molendina & carucatam terræ, ad quorumcunque manus devenerint, quouſque de prædicto redditu plenariè fuerit eis ſatisfactum.

Et præterea conceſſi pro me & hæredibus meis, quod dictus cuſtos & ſucceſſores ſui omnia blada ſua, quæ pro ſua & liberæ familiæ ſuæ ſuſtentatione tuerint molenda, ad dicta molendina quiete de multurâ molent imperpetuum, in quorumcunque manus dicta molendina devenerint. Quos quidem donationes & conceſſiones omnium terrarum tenementorum, bladi, & quiete multuræ prædictorum ratifico per præſentes & pro me & hæredibus meis imperpetuum confirmo. Noverint omnes me dictum *Rogerum Beler* ad laudem Dei omnipotentis, in augmentum cultus divini & fundationis memoratæ, & in honorem beatæ *Mariæ* virginis & beati *Petri* Apoſtolorum principis, pro ſalute animæ meæ, & *Alicie* uxoris meæ; necnon pro animabus *Willielmi Beler* patris mei, & *Aviciæ* matris meæ, & animabus hæredum meorum, & omnium aliorum in dictâ fundatione contentorum, & animabus omnium fidelium defunctorum dediſſe, conceſſiſſe & hac præſenti cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* virgini, & beato *Petro* Apoſtolo, & Capellæ beati *Petri* prædictæ & cuſtodi ejuſdem Capellæ, & Capellanis ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, & eorum ſucceſſoribus quinque meſſuagia cum croftis adjacentibus in villâ de Kirkeby ſuper Wrethek, cum advocatione Eccleſiæ parochialis beatæ *Mariæ* ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis: De quibus quidem meſſuagiis unum meſſuagium cum crofto adjacente quod vocatur Brombull jacet ex parte boreali ejuſdem Eccleſiæ & Cimiterii Eccleſiæ prædictæ; & fuit aliquando capitale meſſuagium *Johannis* de *Houby* in eadem villâ; & aliud meſſuagium jacet ex parte auſtrali dictæ Eccleſiæ & Cimiterii prædicti; & extendit ſe in longitudine à meſſuagio *Roberti Bele* uſque ad dictum Cimiterium; & in latitudine ab alto vico uſque ad aquam quæ dicitur Wrethek & vocatur le Waſtnereſcroft: quæ quidem meſſuagia cum croftis & advocatione Eccleſiæ prædictæ habui ex dono & feoffamento *Rogeri Kemerheved*; & unum meſſuagium cum crofto jacet juxta meſſuagium ejuſdem cuſtodis, quod aliquando fuit *Willielmi Edelyn*: Et unum meſſuagium cum crofto & duobus ſelionibus, qui fuere *Willielmi Foucher* jacent juxta tenementum *Willielmi* filii *Edæ* ex parte auſtrali.

Et præterea dedi conceſſi, & hac præſenti cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, beato *Petro* Apoſtolo, & Capellæ beati *Petri* prædictæ, & cuſtodi ejuſdem Capellæ & Capellanis prædictis & eorum ſucceſſoribus manerium de Bukemynſtre in comitatu *Leyc.* cum omnibus pertinentiis ſuis. Habendum & tenendum dicta quinque meſſuagia cum crofto adjacente, cum advocatione Eccleſiæ de Kirkeby prædictæ, cum omnibus ſuis pertinentiis dictis meſſuagio & advocationi qualitercunque pertinentibus; ac manerium de Bukemynſtre prædictum, cum omnibus dominiis & pertinentiis ſuis, ut in terris, tenementis molendinis &c. tam in villâ de Seuſterne quàm Bukemynſtre in liberam & perpetuam elemoſinam, ſub formâ quæ ſequitur imperpetuum & ego dictus *Rogerus* & hæredes mei omnia prædicta meſſuagia &c.

cum

cum advocatione Eccleſiæ prædictæ, ac prædictum manerium de **Bukemynſtre** cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis dicto cuſtodi & capellanis, & eorum ſucceſſoribus, ut prædictum eſt, contra omnes gentes warantizabimus, & in omnibus defendemus imperpetuum.

Et ne ſuper formâ & conditionibus ipſam primam fundationem, ſeu etiam iſtam meam præſentem donationem contingentibus aliqua oriatur dubitatio in futurum, tam pro terris & tenementis ejuſdem Capellæ & cuſtodi in primâ fundatione datis, quàm pro terris & tenementis dictis Capellæ & Cuſtodi, ac Capellanis prædictis per præſentes collatis; volo & ordino, quod forma, ordinationes & conditiones infra ſcriptæ perpetuis & futuris temporibus in hac parte inviolabiliter obſervantur; videlicet quod cum in ipsâ primâ fundatione, ut præmittitur contentum exiſtit, quod cuſtos duntaxat & unus Capellanus ſtipendiarius in dicta Capellâ Deo deſerviant, volo & ordino, quod in augmentum cultus divini & fundationis memoratæ idem cuſtos & duodecem alii Capellani perpetui ſint in Capellâ memoratâ, & eidem laudabiliter, ut ſequitur deſervient in divinis: Iidemque cuſtos & Capellani in manſo juxta Capellam prædictam pro ipſo Cuſtode & aliis Capellanis in dictâ Capellâ perpetuo, ut præmittitur celebraturis per me ibidem conſtructo & aſſignato moram faciant, & vitam communem ſimul ducant juxta ordinationem inferiùs annotatam.

Verum, quia dictus cuſtos & ſucceſſores ſui, qui etiam in ipsâ primâ fundatione, tam in ipſorum præſentatione, inſtitutione, & inductione nomen cuſtodis Capellæ beati *Petri* de **Kirkeby** optinere dinoſcuntur, inter cæteros principaliores perſonæ meritò nominantur, hujuſmodi nomen imperpetuum optineant. Et ubi in primâ fundatione continetur, quod dictus cuſtos & ſucceſſores ſui domino *Lincolnienſi* Epiſcopo per me & hæredes meos inſtituendi præſententur; volo & ordino quod de cætero Decanus & Capitulum Eccleſiæ Cath. *Lincoln.* idoneam perſonam in ſacerdotio conſtitutam, de Capellanis in dictâ Capellâ commorantibus, ſi habilis in eâ inveniatur ad hujuſmodi cuſtodiam; quotienſcunque & quandocunque ipſam cuſtodiam vacare contigerit, loci dioceſano preſentent, per eundem dioceſanum ſine difficultate qualibet admittendam; & per eundem, niſi evidenter oſtendatur inhabilis vel indignus, ob Dei reverentiam & divini cultus augmentum, ſub nomine prædicto, & in formâ prædictâ inſtituendam.

Si verò ſimul & ſemel cuſtodem & ſub-cuſtodem ejuſdem loci mori, vel alias eorum officium vacare contingat, locum tenens ſub-cuſtodis cuſtodiam ſpiritualium & temporalium habeat, & compotum coram cæteris Capellanis reddat in formâ ſuperius annotatâ.

Et nolo quod ego ſeu hæredes mei, aut quivis alius ſeiſinam terrarum aut tenementorum, reddituum vel profectuum quorumcunque ad ſuſtentationem cuſtodiæ & Cantarlarum prædictarum per me collatarum, ſeu impoſterum conferendarum tempore alicujus vacationis ipſius cuſtodiæ qualitercunque ipſam vacare contigerit aliqualiter occupem vel occupent per ſe vel alios; nec de terris, tenementis, advocationibus, redditibus, proficuis, ſeu rebus aut bonis quibuſcunque, ad dictam capellam ſpectantibus aliqualiter ſe intromittant, nec manus apponant quovis quæſito colore: nec etiam quicquid aliud exigant heredes mei in Capellâ & bonis ejuſdem, ſeu perſonis miniſtrantibus in ea niſi orationes tantummodo ſpeciales, & ea quæ per præſentem ordinationem meam eiſdem ſpecialiter ſint aſſignata.

Item cuſtos & cæteri Capellani bona immobilia dictæ Capellæ, liberationes, ſeu corrodia, obligationes, ſeu aliqua alia onera imperpetuum, vel ad non modicum tempus poſt mortem meam nullatenus vendant, ad firmam dent, vel aliter alienent, niſi ex cauſis aliquibus arduis & neceſſariis, Epiſcopo *Lincoln.* qui pro tempore fuerit, ac ipſius Capitulo *Lincoln.* primitus exprimendis, & per eoſdem approbandis; ex quorum conſenſu expreſſo, & etiam hæredum meorum præmiſſa fiant ſi immineant facienda.

Et pro præmiſſis & conſimilibus nomine dictæ Capellæ faciendis, & aliis factis perpetuis ejuſdem volo & ordino, quod dicti cuſtos & Capellani unum habeant commune ſigillum, cujus formam & impreſſionem fieri feci penès dictos cuſtodem & Capellanos perpetuo remanſurum.

Et quia propter malam cuſtodiam ſigillorum fraudes & maliciæ indies contingere dinoſcuntur, volo & ordino, quod cuſtos hujuſmodi & ſinguli Capellani memorati ſingulas claves, Decanus & capitulum prædicta unam clavem habeant; ita quod ſub omnium cuſtodiâ remaneat Sigillum memoratum, ſine quorum omnium & ſingulorum conſenſu nichil omnino Sigillo prædicto conſignetur: Et ſi aliqua obligatio terrarum aut tenementorum oneratio jurium, reddituum, poſſeſſionum alienatio imperpetuum ad terminum vel ad vitam per dictum cuſtodem, Capellanos, vel eorum aliquem ſub Sigillo alio, vel etiam ſub eodem, niſi de conſenſu perſonarum prædictarum & cum ſolemnitate prædictâ poſt mortem meam factæ fuerint, ipſo jure ſunt nullæ, nec aliqualem habeant effectum.

In cujus rei teſtimonium huic præſenti ſcripto conceſſionis & ordinationis meæ Sigillum meum appoſui; hiis teſtibus *Willielmo* de *Brackley* Abbate de **Croxton** &c. Data apud **Kirkeby** ſuper **Wrethek** die dominicâ proximâ poſt feſtum S. *Bartholomæi* Apoſtoli Anno Domini MCCCXIX°. & anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* xiii°.

ECCLESIA

Collegiata de Wengham in Com. Cantii.

Ordinationes & Statuta pro gubernatione ejuſdem.

IN Dei nomine Amen. *Univerſis S. Matris Eccleſiæ filiis ad quorum notitiam præſens ſcriptura pervenerit*, frater Johannes *permiſſione divinâ* Cantuarienſis *Epiſcopus totius* Angliæ *primas*; *ad perpetuam rei memoriam, quæ ſequuntur; Agente dudum & procurante bonæ memoriæ domino* Roberto *prædeceſſore noſtro, fœlicis recordationis dominus* Gregorius *Papa decimus, ad ordinandum in Eccleſiâ de* Wengham *noſtræ dioceſis, ad collationem noſtram ſpectante præpoſituram, & decem ſecularium Canonicorum Collegium auctoritatem apoſtolicam conceſſiſſe dinoſcitur ſub hac formâ:*

Ex Regiſtro principali D. Archiepiſc. *Cantuar.* ſcil. *Peckham* f. 32. a.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri J. Archiepiſcopo *Cantuar.* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex parte tuâ fuit præpoſitum coram nobis, quod in parochiali Eccleſiâ de Wengham tuæ dioceſis, ad tuam collationem ſpectante, cultum divini nominis ampliari deſideras, & ordinare ſecularium Canonicorum Collegium in eadem, cujus facultates ad hoc ſufficere aſſeris competenter. Quare ſuper hiis poteſtatem tibi concedi per Sedem Apoſtolicam ſuppliciter poſtulaſti: Nos itaque votis tuis in hac parte favorabiliter annuere attendentes; fraternitati tuæ de quâ gerimus in domino fiduciam pleniorem, præſentium auctoritate duximus concedendum, ut poſſis abſque alicujus præjudicio, in dictâ Eccleſiâ cedente vel decedente dilecto filio *Tediſſio* de *Camillâ* ipſius Rectore, Præpoſitum & decem ſecularium Canonicorum Collegium, Præpoſituram, ac certas & diſtinctas Præbendas de dictis facultatibus ordinare; ac illi quem in dictâ Eccleſiâ Præpoſitum ſic inſtitues de præfatâ præpoſiturâ. Reliquis vero Canonicis de Præbendis hujuſmodi providere; ita tamen quod idem præpoſitus, tam Canonicorum ipſorum quàm totius parochiæ ipſius Eccleſiæ curam gerat: Et Præpoſitus ipſe ac aliqui ex iiſdem Canonicis ſacerdotes: Cæteri autem Canonici Diaconi & Subdiaconi exiſtere. Ac tam idem Præpoſitus quàm cæteri Canonici ſupradicti in Eccleſiâ prædictâ deſervire perpetuò teneantur: Nec fructus Præpoſituræ, ſeu Præbendarum prædictarum, neque aliquid de proventibus dictæ Eccleſiæ percipere valeant, niſi cum in eadem Eccleſiâ perſonaliter fuerint reſidentes: necnon & contradictores, ſiqui fuerint per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ cohercere. Dat. *Lugduni* x. Kal. *Januarii* Pontificatus noſtri anno tertio.

Demum exortâ in Romanâ Curiâ materiâ quæſtionis inter prænominatum dominum *Tediſium* ex parte unâ & nos; ac etiam Magiſtros *Rogerum* de *Rowelle*, *Anſelmum* de *Eſtrâ*, *Petrum* de ---- & *Johannem* de *S. Martino Lewen.* Clericos ex ultra ſuper Eccleſiâ prædictâ de *Wongeham*, cum Capellis ſuis, & aliis ad ipſas ſpectantibus quibus eundem *Tediſium* ex certis cauſis & legitimis privaveramus, juris ordine obſervato; eademque causâ ibidem aliquamdiu agitatâ; tandem interveniente auctoritate & aſſenſu ſanctiſſimi patris domini *Honorii* Papæ quarti, per quandam ordinationem inter partes editam à reverendo patre domino *Bernardo Portuenſi* Epiſcopo *S. Romanæ* Eccleſiæ Cardinali, cujus arbitratui, diſpoſitioni, dicto, laudo, deffinitioni & decreto altè & baſsè, tam dictus *Tediſius* pro ſe, quàm dilectus filius Magiſter *Gulielmus* de *Sardiniâ* Juris Civilis Profeſſor noſter & prædictorum Clericorum in hac parte procurator, habens à nobis & iiſdem Clericis ad id mandata ſufficienta ſe ſubmittere curaverunt, eadem queſtio finem cepit, & ſub certis formis & conditionibus conquievit: In quâ quidem ordinatione idem dominus Cardinalis, conceſſa ſibi arbitrandi, ordinandi, diſponendi, laudandi, definiendi & decernendi auctoritate apoſtolicâ, prout ſecundùm Deum videret profectui animarum, proſpero ejuſdem Eccleſiæ ſtatui, & quieti partium expedire plenâ & liberâ poteſtate, factis priùs per dictum *Tediſium* ceſſione, renunciatione & reſignatione in manus prædicti domini Cardinalis recipientis auctoritate apoſtolicâ de præfata Eccleſiæ de Wengham, & pertinentiis ſuis, ac etiam omni jure & actione ſibi competentibus & competituris quomodolibet in eadem, prout ejuſdem Ordinationis tenor liquidò manifeſtat, inter alia diſpoſuit, ſtatuit & decrevit Eccleſiam de Wengham de Præpoſito & decenti Canonicorum ſecularium Collegio, juxta præſcriptam conceſſionem domini *Gregorii*, per *Cantuarienſem* Archiepiſcopum ordinandam, & ipſius proventus in Præpoſituram & certas ac diſtinctas Præbendas, ut præmittitur dividendos, non obſtante aliquâ conceſſione, collatione, inſtitutione, ſeu commendâ factâ per nos de ipsâ Eccleſiâ & Capellis ſuis prænominatis, Magiſtro *Rogero*, *Anſelmo*, *Petro* & *Johanni* ante ceſſionem, renunciationem & reſignationem *Tediſii* memorati.

Advertentes itaque Ordinationi hujuſmodi cedere in divini cultus augmentum, & proſperiorem dictæ Eccleſiæ ſtatum: cupienteſque eam, prout decet, effectui debito mancipari, juxta bene-placitum & mandatum ſancti patris domini *Honorii* prædicti ratificandis & confirmantis, ex certâ ſcientiâ tam conceſſionem & ordinationem dicti domini *Gregorii*, quàm etiam decretum præfati domini *Portuenſis*

ensis, ad Dei gloriam & honorem. Præpositum & decem secularium Canonicorum Collegium in ipsâ Ecclesiâ de **Wengham**, ac de ipsius & Capellarum ad eadem spectantium fructibus & proventibus Præposituram, & Præbendas certas & distinctas juxta formam & auctoritatem prædictam taliter ordinamus.

Imprimis itaque statuimus, ordinamus, instituimus & perpetuo stabilimus in Ecclesiâ de **Wengeham** unam Præposituram & Canonicos sex, cum suis Præbendis, quas nostræ collationi & successorum nostrorum specialiter reservamus. Et nullus unquam Præpositus sive Canonicus in ipsâ Ecclesiâ admittatur, nisi primò juret personaliter se serviturum fideliter ordinationem nostram factam juxta concessionem dicti domini *Gregorii* circa eandem Ecclesiam auctoritate præfatæ ordinationis domini ----- *Portuensis*, & Decreti domini *Honorii* approbantis & confirmantis utrumque; & etiam jura & consuetudines ejusdem Ecclesiæ. Juramento verò Præpositi, cui cura & jurisdictio tam Canonicorum, quàm totius Parochiæ de **Wengeham** & omnium Capellarum ex apostolici commissione incumbit specialiter addi volumus; quod in eadem Ecclesia personaliter residebit, alioquin ipsius institutionem vel quamcunque occupationem irritam esse decernimus & inanem.

Sanè præposituram sive portionem Præpositi consistere volumus in fructibus & proventibus ipsius Ecclesiæ de **Wengham**, tam majoribus quàm minoribus, cum omnibus hameletis suis seu villulis suis, & cum decimâ nostrâ Archiepiscopali *de la* **Berton**; & cum Capella ac decimis domini de **Overlonde**, & tenentium suorum omnium in **Overlonde**; & cum totâ decimâ de **Coclangge** & de **Hodone**; & cum totâ decimâ Campi **Crull**, qui in eisdem finibus de nostro dinoscitur esse tenemento, sicut nuper per prædictas particulas eandem Ecclesiam à suis Capellis de consensu Capituli nostri duximus distinguendum. Domos etiam Rectoriæ vicinos Ecclesiæ ad inhabitandum Præposito concedimus & perpetuo assignamus, unacum prato sub villâ de **Wengeham**, ab antiquo ad eandem Ecclesiam pertinente.

In fructibus autem aliarum Capellarum ejusdem Ecclesiæ, oblationibus, obventionibus majoribus vel minoribus nihil valeat vendicare. Et cedente vel decedente vicario de **Wengeham**, proventus ipsius vicariæ de **Wengham** cedant in augmentum portionis præpositi qui pro tempore fuerit ab ipso perpetuo possidendi.

Sex autem Canonicatuum prædictorum, juxta ordinationem domini *Gregorii* prædicti duo sint presbyterales, duo diaconales, & duo subdiaconales; quorum præbendas de bonis & fructibus residuis Capellarum Ecclesiæ de **Wengeham** in certis portionibus distinguimus in hunc modum. Primam siquidem Præbendam Presbyteralem in eadem Ecclesiâ ordinamus & distinguimus in parochiâ de **Essche** apud **Chilton**, quam consistere volumus in decimis terrarum quas *Willielmus* de *Chilton* tenet de nobis in **Chilton** & defendit; exceptis tribus Campis videlicet **Bradefelde Bremthe** & **Wisekere**, quas remanere volumus communitati Canonicorum.

Secundam verò Præsbyteralem Præbendam in eadem Parochiâ distinguimus apud **Peddynge** quam consistere volumus in duobus Campis, *viz.* in Campo versùs occidentem de **Peddynge**, & in Campo versùs orientem de **Peddynge**, sicut includatur per stratam versùs **Ettoneshulle** & **Helebugge**; & de **Helebugge** usque *la Forde*.

Primam autem Præbendam diaconalem ordinamus & distinguimus in Parochia de **Bedwynestone** apud **Twytham**, quam consistere volumus in decimis terrarum domini *Alani* de *Thwytham*, quas de nobis liberè tenet ibidem; exceptis duobus campis, *viz.* **Holdane** & **Brockelde**, qui communitati prædictæ remaneant.

Secundam verò in eadem Parochià apud **Bonyngton**, quæ consistat in decimis terrarum quæ *Thomas* de *Bonyngton*, *Henricus* de *Dover* hæredes *Johannis* de *Bonyngton*, *Alexander* de *Coleshulle*, & *Willielmus Edgar* defendunt versùs nos in villatâ de **Bonyngton**.

Primam insuper Præbendam subdiaconalem ordinamus & distinguimus in Parochiâ de **Nonyngton** apud **Retlynge**; & eam consistere volumus in decimâ de terris dominicis quas *Ricardus* de *Retlinge* & *Radulphus Perot* liberè tenent de nobis ibidem inter stratam quæ ducit de **Cruddeswode** ad Crucem de **Bonyngtone**; & de Cruce ad tenementum Prioris de **Adesham**.

Secundam verò subdiaconalem Præbendam esse volumus apud **Wymelyngewelde**, & consistere in campo qui jacet inter stratam quæ ducit de bosco de *la* **Dane** usque ad stratam quæ ducit de **Nethersole** ad **Berhamdone** & tenementum de **Acolte**, ac tenementum Prioris *Cantuar.*

Singulæ autem prætaxatæ Præbendæ, sicut eas superius distinximus locorum in quibus consistunt vocabulis nominentur. Et in singulis stallis Canonicorum, secundùm gradus suos scribi præcipimus titulos & nomina eorundem. Residuum autem omnium bonorum, decimarum, reddituum, terrarum, & obventionum omnium, ad dictam Ecclesiam de **Wengeham** & suos Capellanos, *viz.* **Essche**, **Overlonde**, **Flete**, **Godwynestone**, **Nonyngton** & **Wymelyngewelde** spectantium, in quibuscunque consistant, præter portiones Præpositi & Præbendarum superius distinctas & taxatas communitate & commune dictorum sex Canonicorum, ab ipsis duntaxat, prout ordinatur inferius percipiendæ appropriamus, deputamus & integraliter assignamus.

Cæterum tam Præpositus ipse quàm Canonici singuli in ipsa Præbendali Ecclesiâ de **Wengham** sub se singulos habeant Vicarios sacerdotes, vel saltem diaconos proximis quatuor temporibus ordinandos perpetuo deservientes

ſervientes Eccleſiæ in habitu & tonſurâ ſicut in aliis hujuſmodi Collegiatis Eccleſiis obſervatur, & Eccleſiaſticæ convenit honeſtati.

Et ut ipſi Canonici onus Vicariorum ſuorum facilius ſupportare valeant, & eos commodius exhibere, Alteragium de **Eſſhe**, cedente vel decedente Vicario loci ejuſdem vel aliter per viam canonicam amoto, unacum Altaragiis de **Nonington** & **Godwyneſtone** eorum communitati integrè aſſignamus: proviſo tamen quod Capellæ ipſæ debitis obſequiis non fraudentur & ſpecialiter Capellanus Parochialis de **Eſſhe**, qui ſemper ſecum habeat Capellanum & miniſtros competentes Eccleſiæ honeſtati, pro incumbente ſibi onere de proventibus ejuſdem Altaragii, uſque ad valorem decem librarum *Sterlingorum* percipiat omni anno. Quilibet autem Vicarius, pro neceſſitatibus ſuis annuatim de bursâ communi ſex marcas recipiat, de quibus pro equalibus portionibus per ſingulas quartas anni cuilibet ſatisfiat.

Et ut iidem Canonici de domibus & beneficiis neceſſariis ſecundùm induſtriam ſuam commodius & facilius ſibi valeant in ſolo Eccleſiæ proceſſu temporis providere, tenentes & tenementa ejuſdem Eccleſiæ, ex oppoſito domorum Præpoſiti, juxta grangias noſtras, ſive bertonam noſtram exiſtentia, necnon redditus exinde provenientes, cum eſcaetis & aliis quibuſcunque ſuis juribus & pertinentiis damus, concedimus & aſſignamus eaſdem; ut in ipſis tenentibus & tenementis Eccleſiæ Canonici qui pro tempore fuerint idem jus habebant, & liberè percipiant, quod Rector ejuſdem loci ſolebat habere.

Porro ne bona communia defraudentur, vel ad manus ſuſpectas improvidè transferantur ſtatuimus & irrefragabiliter ordinamus, ut aliquis Canonicorum, de aſſenſu omnium reſidentium, vel majoris & ſanioris partis eorum ad hoc ſpecialiter aſſignatus, qui vices debeat gerere Seneſchalli, plenam & liberam adminiſtrationem habeat omnium bonorum communium prædictorum, quæ ad ipſius manum integre volumus pervenire, qui cuilibet Vicario de portione ſuâ prædictâ certis terminis reſpondeat & diſpenſet Canonicis reſidentibus cotidianam portionem ſuam; videlicet cuilibet pro communâ ſuâ duodecim denarios omni die: reſiduum verò proventuum communium in cuſtodia ejuſdem Seneſchalli in ærario communi remaneat, ſi nullus ſit Canonicus totaliter reſidens pro neceſſitatibus communibus reſervandum. Si verò tantum unus Canonicus reſideat medietas illi conferatur, & alia medietas pro communibus neceſſitatibus reſervetur. Quod ſi plures ſint reſidentes, inter ipſos in fine cuilibet termini totum reſiduum proportionaliter dividatur.

Idem quoque Seneſcallus, de hujuſmodi ſuâ adminiſtratione & diſtributione, ſaltem ſemel in anno in communi Scaccario coram reſidentibus Canonicis fidele ratiocinium & compotum reddere teneatur: Et cum ipſum ex cauſa ab hujuſmodi officio contigerit amoveri, alius ſimili modo ſubrogetur eidem.

Circa reſidentiam autem in dictâ Eccleſiâ faciendam & perceptionem cotidianæ diſtributionis prædictæ; ac etiam in fine cujuſlibet termini dividendo inviolabiliter ſervari ac teneri volumus quæ ſequuntur: ſtatuimus itaque & perpetuis temporibus ordinamus, ut quicunque Canonicus particeps eſſe voluerit dividendæ portionis in fine cujuſlibet quartæ anni, ad minus quatuor menſibus per annum reſideat; *viz.* uno menſe, vel continuè vel interpolatim in qualibet quartâ anni. Et niſi Canonicus reſidens legitimâ causâ ceſſante infra quartam anni, quâ ipſum reſidere contigerit, compleverit, unum menſem à perceptione dividendæ in fine termini ſit penitùs alienus.

Quatuor autem anni terminos, ſive quartas ſic diſtinguimus; Primam quartam anni dici volumus à die S. *Michaelis* uſque ad feſtum *Natalis domini*: Secundam à die *Natalis domini* uſque ad feſtum *Annunciationis* dominicæ: Tertiam à die *Annunciationis* uſque ad feſtum *Nativitatis S. Johannis Baptiſtæ*: Quartum verò terminum, ſive quarterium anni dici volumus à die S. *Johannis* prædictâ uſque ad feſtum S. *Michaelis*.

Illos autem Canonicos pro perceptione cotidianæ diſtributionis prædictæ dicimus Reſidentes qui corporis inequalitate ceſſante, in matutinis horâ primâ magna Miſſa; & in veſperis vel ſaltem unam iſtarum horarum, aut in Miſsâ majori in Eccleſia ſint præſentes. Illos etiam qui pro negotiis & neceſſariis utilitatibus ipſius Eccleſiæ procurandis de Præpoſiti & reſidentium conſcientiâ ſunt abſentes. Si quando verò Canonicus aliquis minutione indigeat, quam ceſſante neceſſitate quater in anno concedi volumus reſidentibus, liceat ei propter hoc ab Eccleſiâ ſe per triduum abſentare, & eiſdem diebus tanquam reſidens computetur.

Præpoſitus autem qui pro tempore fuerit, ſive reſideant omnes Canonici, vel eorum aliqui, ſive non, in diſtributionibus faciendis, ut præmittitur non concurrat; ſed portionibus ſibi ſuperius aſſignatis, pro incumbentibus ſibi oneribus ſit contentus. Verumtamen in legatis fidei commiſſis & aliis bonis quocunque titulo legitimo pro Anniverſariis, ſeu quocunque divino obſequio in dictâ Eccleſiâ de **Wengeham** celebrandis, ex devotione fidelium ipſi Eccleſiæ impoſterum relinquendis vel etiam conferendis, Præpoſitus qui pro tempore fuerit, dum reſidens fuerit, cum Canonicis reſidentibus pro virili portione concurrat.

Porro circa cultum divinum, & regulares obſervantias, ea in prædictâ Eccleſiâ ſecundùm diſpoſitionem Præpoſiti & Canonicorum reſidentium ſervari volumus & teneri, quæ in aliis vicinis hujuſmodi Collegiatis Eccleſiis laudabiliter obſervantur.

Vicarios autem ſuos, cum neceſſe fuerit, ſinguli Canonici Præpoſito pro ſuâ voluntate præſentent, ab ipſo, ſi idonei fuerint admittendos; de quibus nullus ibi recipiatur niſi bene cantans honeſtus moribus & ydoneè literatus:

Et

Et ſi quis eorum luxurioſus inventus fuerit, omni ceſſante excuſatione illico expellatur. Si quis inſuper ebrioſus fuerit, rixoſus, vel alias inſolens, niſi monitus ſe corrigat de reſidentium conſilio per Præpoſitum expellatur.

Circa correctionem verò delinquentium Præpoſitus diligenter exerceat Officium ſuum ſecundùm Canonicas ſanctiones.

Viſitationem autem ipſius Præpoſiti & Collegii nobis duntaxat & ſucceſſoribus noſtris Archiepiſcopis reſervamus; ita quod, nec Officialis *Cantuar.* nec quivis alius ibi ſine mandato ſpeciali Archiepiſcopi, qui pro tempore fuerit viſitare, vel juriſdictionem aliquam audeat excercere, ſalvâ juriſdictione Præpoſiti, quam illibatam in omnibus volumus obſervari.

Si quis autem contra hanc noſtræ inſtitutionis & ordinationis paginam ſcienter & maliciosè venire, vel ipſam immutare præſumpſerit, præcipuè diſtinctionem factam per Præpoſituram & Præbendas, vel jura Eccleſiæ malitiosè quomodolibet impugnare; vel Præpoſitum & Canonicos, ſeu miniſtros Eccleſiæ, vel eorum aliquem contra præſentis ordinationis ſeriem moleſtare; vel Præpoſituram, ſeu Præbendam aliquam quacunque via alia occupare Excommunicationis ſententiæ & anathematis, quam contra præſumptorem ſeu præſumptores hujuſmodi auctoritate Apoſtolicâ fecimus, in hiis ſcriptis ſubjaceat ipſo facto. Turbatorem vel turbatores nichilominus quoſcunque hujuſmodi divinæ & noſtræ maledictionis perſtringimus laqueo; & omnium Sanctorum *Cantuarienſis* Eccleſiæ patronorum, ipſum vel ipſos diabolicæ tyrannidi flagellandum vel flagellandos donec condignè penituerit vel penituerint, auctoritate quâ fungimur ſubſternentes; Indignationem omnipotentis Dei, & omnium Sanctorum *Cantuarienſis* Eccleſiæ patronorum poterit non immerito formidare.

In quorum omnium teſtimonium, & ad perpetuam rei memoriam præſentem ſcripturam Sigilli noſtri munimine fecimus communiri. Actum & datum apud **Suth-Mallynge** xii. Kal. *Martii* A° Domini MCCLxxxvi°. Ordinationis noſtræ nono.

Ibid. f. 221. a. Confirmatio Regis *Edwardi* primi, ſuper Ordinatione præfatæ Eccleſiæ Collegiatæ de **Wengeham**. Data apud *Weſtmonaſterium* vii°. *Junii*, A° regni ſui xviii°.

ECCLESIA

Collegiata de Merewell.

Carta fundationis ejuſdem per Henricum *de* Blois *olim* Winton. *Epiſcopum.*

En. Pat. 18 E. 2. part. 2. m. 15. per Inſpex.

HEn. Dei gratia *Wynton.* Epiſcopus, Omnibus Chriſti fidelibus ſalutem. Noverit dilectio veſtra quicunque hanc ſcripturam legeritis, quod Eccleſiam de **Merewell**, à fundamentis conſtruxi; & in honorem Dei & beatorum martyrum *Stephani*, *Laurencii*, *Vincentii* & *Quintini* conſecravi: Domos etiam & omnia ædificia, quæ ibi feci eidem Eccleſiæ & Epiſcopo *Wynton.* in poſſeſſionem perpetuam aſſignavi: quatuor quoque ſacerdotes Deo & Sanctis ejus ibidem perpetuo ſerviturus, pro Regibus *Angliæ* & Epiſcopis *Wynton.* cæteriſque benefactoribus & fidelibus Chriſti, tam vivis quàm defunctis oraturos conſtitui; quibus & treſdecim libras de redditibus meis de *Twyfordiâ*; unicuique ſcilicet Lx. ſolidos; & ad ornamenta & luminaria Eccleſiæ xx. ſol. aſſignavi. Hanc igitur noſtram conſtitutionem obſervantibus, & pro caritatis rationiſque intuitu adjuvantibus ſit gratia, pax & miſericordia à domino noſtro Jheſu Chriſto. Contra eam verò intentibus ira & indignatio omnipotentis Dei, niſi reſipuerit, *Amen.*

Statuta & Ordinationes per Petrum *de* Rupibus *Epiſcopum* Winton. *pro gubernatione ejuſdem ſtabilitæ.*

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis *Petrus* Dei gratiâ *Wynton.* Epiſcopus æternam in domino ſalutem; Zelus domus dei nos comedit, quo ſuccenſi cultum divinum in Capellâ de **Merewell** à bonæ memoriæ domino *Henrico* Epiſcopo prædeceſſore noſtro conſtitutum duximus renovare & piâ adjectione ampliare. In primis igitur prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes ſtatuimus, quod quatuor Capellani honeſti per Epiſcopum *Wynton.* qui pro tempore fuerit eligantur, & in dictâ Capellâ inſtituantur, in eâ perpetuo ac jugiter ſervituri. Adjicimus quoque quod unum diaconum tenebunt qui eis in Eccleſiâ & domo deſerviat. Iſti autem Capellani ſimul vivant, ſimul dormiant, ſimul comedant in domibus quas ad opus eorum infra ſcepta noſtra eis fecimus ædificari. Ipſi quoque ſingulis annis unum ex ſe eligant, cui tam in Eccleſiâ quàm extra tanquam Priori obediant: Et ſi ipſi in electione concordare nequiverint, unus eorum per Officialem Epiſcopi ad illum annum præficiatur. Nullus itaque ſine Prioris licentiâ ſpeciali, Ibid.

ciali, ſe ab horis Canonicis abſentet nec à communi refectione: & qui contra-fecerit graviter arguatur, niſi infirmitate excuſetur. Item nullus extrajaceat de nocte ſine ſpeciali licentiâ Prioris. Prior autem ad hoc licentiam non concedat ſine juſtâ causâ. Item Prior nulli licentiam det ſe abſentandi ut ultra octo dies extra maneat: ſet ſi aliquem ex aliquâ neceſſitate majori tempore abeſſe oporteat; ab Officiali Epiſcopi licentia requiratur. Si quis autem ſine licentiâ extra domum pernoctaverit; quot noctibus abſens fuerit ſine licentia, tot denarii de ſuo veſtitu ſubtrahantur, præter pœnam à Priore Canonicè infligendam.

Item nulli licentia detur ſe abſentandi per ebdomadam ultra tres vices per annum. Et ſi quis per licentiam Prioris, vel ſine licentiâ per plures vices vel diutiùs quàm ſtatutum eſt ſe abſentaverit, pœna gravior per Officialem infligatur. Prior autem duobus ſimul ſe abſentando licentiam ullam ratione concedat. Si autem aliquis ex conſuetudine ſine licentiâ ſe abſentaverit, nec per pœnas inflictas ſe emendaverit tanquam criminoſus, per Officialem à domo perpetuo expellatur, & alter ſubrogetur: Ipſe autem Prior, quod de aliis ſtatuimus in ſe obſervet; ſcilicet ut ſine juſtâ & rationabili causâ ab horis Canonicis, nec à domo ſe abſentet: Et ſi frequentius vel diutius quàm oportet abſens fuerit Officiali Epiſcopi denuncietur, ut per ipſum corrigatur. Cum autem ipſe Prior ex neceſſitate abſens fuerit, vices ſuas interim alicui de ſociis committat, quicquid autem pœnæ pecuniariæ alicui infligitur, per Priorem communibus uſibus applicetur.

Præterea de his quæ communiter eis perveniunt, undecunque abſens ex quacunque cauſa nihil recipiat, ſive cum licentia, ſive ſine licentiâ ſe abſentaverit, ſed totum cedat in uſus reſidentium.

Item quicunque Capellanus de incontinentiâ convictus fuerit, vel per teſtes, vel per facti evidentiam, vel per prolis ſuſceptionem, ſine ſpe reſtitutionis amoveatur. Similiter, ſi de alio turpi crimine convictus fuerit.

Item ad divina officia coveniant in cappis nigris & ſuperpelliciis. Divina verò officia ſecundum *Saresberiam* celebrentur; ita quod in aurorâ *Matutinum Officium* dicatur, & *Prima* continuè poſt primam Miſſa pro fidelibus celebretur. Poſtea verò fiat interpolatio ad privatas orationes & Miſſas privatas. Deinde ad *Tertiam* conveniant; quâ finitâ Miſſa Canonica celebretur; & poſtea *Sexta* dicatur. Et ſi dies ſolempnis jejunii fuerit *Nona* ante prandium dicatur; Aliis verò diebus poſt prandium. *Veſperæ* & *Completorium* horâ congruâ dicantur, & omnia cantando etiam ferialibus diebus.

Poſt hæc de ſtipendiis dictorum Capellanorum, Decretum domini *Henrici* Epiſcopi renovantes, ſtatuimus, ut duodecim libras & viginti ſolidos ad lumen Eccleſiæ habeant de Scaccario *Wynton.* Epiſcopi, qui pro tempore fuerit, quas Prior ad opus eorum recipiat quatuor temporibus ſolidis, & unicuique viginti ſolidos tribuat ad veſtitum: Octo verò libras reſiduas Prior retineat & expendat in communes uſus conſilio aliorum.

Præterea manſos extra portum ad uſus proprios à prædeceſſore noſtro illis conceſſos eis ad uſus communes confirmamus. Præter hæc & quinquaginta quarteria grani ad uſus communes eorum adjicimus, quæ Rector Eccleſiæ de **Stokes** eis annuatim miniſtrabit ad quinque terminos; quorum primus eſt Feſtum S. *Michaelis*, in quo cariari faciet tria quarteria frumenti, & tria ordei, & quatuor parva quarteria avenæ apud **Merewell.** In Feſto S. *Nicholai* totidem. In Feſto Purificationis totidem. In Feſto Sanctorum *Philippi* & *Jacobi* totidem. In Feſto Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* totidem.

Recipient etiam annuatim dicti Capellani à prædicto Rectore Eccleſiæ de **Stokes**, quatuor rationabiles carectatas feni in tempore fenedii. Prior autem fine anni de omnibus receptis & expenſis rationem reddat; & ſi quid remanſerit in communes uſus communi conſilio expendatur, ita quod inter eos minimè dividatur.

Hæc ita ad præſens ſtatuimus, ſucceſſoribus noſtris poteſtate reſervatâ, ſecundùm Deum & temporis conditionem, ordinationem noſtram in melius commutandi.

Ut autem hæc noſtra conſtitutio ſeu collatio futuris temporibus rata & inconcuſſa permaneat eam præſentis Cartæ & Sigilli noſtri munimine confirmavimus. Data apud **Merewell** anno ab Incarnatione domini MCCxxvi°. dominicâ ſecundâ Quadrageſimæ.

ECCLESIA

Collegiata de Glaſeneye *in Com.* Cornubiæ.

Carta Petri Exonienſis *Epiſcopi de appropriatione Eccleſiæ S.* Aluni *in* Cornubia *dictæ Eccleſiæ Collegiatæ.*

Pat. 18 E. 2. part. 2. m. 17. per Inſpex.

Petrus miſeratione divinâ *Exonienſis* Epiſcopus, dilectis in Chriſto filiis Vicariis in Eccleſiâ *Glaſenienſi* in *Cornubiâ*, Deo, beatæ *Mariæ* ſemper virgini, & beato *Thomæ* Archiepiſcopo & Martyri imperpetuum ſervituris ſalutem, gratiam & benedictionem. Licet omnium Eccleſiarum noſtræ dioceſis cura & ſolicitudo ad nos intimè pertinere noſcatur; illæ tamen Eccleſiæ, quæ licitis & honeſtis decorantur Collegiis, cæteris Eccleſiis ſollicitudine indigent ampliori; & præcipuè

cipuè quæ noſtro patronatui, nullo mediante ſubjectæ à fundationis initio, tam exiliter ſunt dotatæ, quod niſi neceſſarium proviſionis remedium manum extenderet adjutricem, divinum in toto, vel ſaltem in parte maximâ in illis deperiret obſequium, ſancto primæ Inſtitutionis præpoſito, non ſine gravi Eccleſiæ ſcandalo turpiter adnullato. Cum igitur Eccleſia prædicta per bonæ memoriæ *Walterum* prædeceſſorem noſtrum ſic fundata extiterit, ut ipſa treſdecem Canonicorum ſecularium, totidemque Vicariorum diurno, nocturnoque obſequio, ad honorem Dei & beatæ *Mariæ* Virginis & prætacti martyris ſit ornata; veſtraque portio filii chariſſimi, qui Canonicis frequenter abſentibus, pondus diei continuo ſuſtinetis & eſtus, à primo fundationis principio ita ſit tenuis & exilis prout fide novimus oculatâ, quod de ipsâ per anni dimidium, vel eo circiter, congruè ſuſtentari nequitis: Sicque dum victum aliunde requiritis, debitum ibidem officium vobis ſic abſentibus neceſſario deperit vel decreſcit: Nos ad præmiſſa pietatis oculum dirigentes, prout debitum & nomen noſtri requirit officii præmiſſis providere ſalubriter cupientes, Eccleſiam S. *Aluni* in *Cornubiâ*, quæ ad noſtram advocationem ſpectare dinoſcitur, de conſenſu noſtri Capi[illegible], ac Magiſtri *Nicholai* de Dn Rectoris ejuſdem; necnon ipſorum voluntate unanimi & expreſſo; habito prius ſuper hiis in noſtro Capitulo, tractatu ſæpius, in formâ canonicâ diligenti, evidenti neceſſitate prætactâ, nec non utilitate præfatæ *Glaſenienſis* Eccleſiæ hoc urgente, vobis in formâ juris duximus appropriandam, veſtræque ſuſtentationis uſibus perpetuis temporibus aſſignamus; ſalvâ nobis & ſucceſſoribus noſtris vicariâ perpetuâ in congruis portionibus, per nos ſeu ſucceſſores noſtros, juſtitia mediante taxandis ad præſens; & quotiens ipſam vacare contigerit impoſterum inibi ordinanda; ſalvâ etiam Epiſcopali, & Eccleſiæ noſtræ *Exonienſis* in omnibus dignitate. In cujus rei teſtimonium, & ut præſens conceſſio perpetuam habeat firmitatem, præſens ſcriptum Sigillo noſtro, ſigilliſque Capituli noſtri Rectoris prædicti duximus roborandum. Datum *Exoniæ* xv°. Kal. *Jannarii* Anno Domini MCCLxxxviii°. & Conſecrationis noſtræ nono.

ECCLESIA

Collegiata de Ruthyn *in Comitaatu* Denbighenſi.

Carta fundationis ejuſdem per Johannem *de* Grey.

U Niverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos pervenerit hæc præſens ſcriptura *Johannes* de *Grey*, memoriæ celebris, quondam domini *Reginaldi* de *Grey* filius, dominuſque *Cantredi* de Deffencloyt dioceſi *Bangorenſi* ſalutem in omnium ſalvatore. Inter cætera pietatis opera præcipuum arbitramur, ut tendentes ad portum ſalutis æternæ, per caritatis ſemitas incedamus, talibuſque mancipemur operibus, quæ reddantur altiſſimo placida, reſolutis ſalubria, & viventibus fructuoſa: Tali ſiquidem devotione ſuccenſi ad communem ſtatum fidelium noſtræ conſiderationis aciem dirigentes, ſalutiferum arbitramur, ut apud villam noſtram de Ruthyn dictæ dioceſis, in quâ jam incolarum & confluentium inibi plebs excrevit, in honore beati *Petri* Apoſtoli, in cujus nomine prius ibidem quædam erat conſtructa Capella, locum & aream ipſam Capellam circumdantem, divinis cultibus, multiplicatis interceſſoribus deputemus; & in eis Collegiatam, quæ & parochialis exiſtat Eccleſiam, de optenta jam dioceſani licentiâ fundemus, ædificemus pariter & dotemus: quamobrem quatenus nobis præmittitur jam fundare eam cepimus ſub hac formâ, ut in ipsâ ſint amodo ad minus ſeptem presbyteri regulares idonei ibidem perpetuo moraturi, qui divinis laudibus inſiſtentes, & de bonis eis & ſucceſſoribus eorundem per nos & devotos alios conferendis, & pro parte, prout liquet inferius jam collatis communem viam ducturi, ſub illius regimine, quem ex ipſis loci dioceſanus ad præſentationem patroni, qui pro tempore fuerit cæteris proferendum duxerit, deo perpetuo militabunt; ac pro animabus ſereniſſimi principis & recordationis inclitæ domini *Edwardi* filii Regis *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, dominæ *Alianore* quondam Reginæ *Angliæ*, conſortiſque Regis *Edwardi* antedicti, domini *Reginaldi* de *Gray* prædicti, *Matildis* conſortis ſuæ dudum & matris noſtræ, ac progenitorum noſtrorum: Et pro animâ quoque noſtrâ, *Matildis* uxoris noſtræ, omnium liberorum, parentum & amicorum noſtrorum; nec non omnium benefactorum Eccleſiæ & Collegii prædictarum, omniumque fidelium defunctorum, cotidie Miſſarum ſolempnia, & cæ-

Pat. 8 E. 2. part. 1. m. 20. per Inſpex.

tera divina officia rite perpetuo celebrabunt; cæteriſque vacabunt officiis, quæ ad cultum divinum reſpicere, & animarum ſaluti congruere ſperabuntur: Quorum unus per diſpoſitionem eorundem Rectoris qui pro tempore fuerit, Capellæ Caſtri noſtri de Ruthyn deſerviet, unam Miſſam, cum Matutinis & cæteris horis Canonicis pro animabus ante dictorum omnium cotidie in eadem perpetuo celebrandis; quique presbyteri ad prædictum officium ſic cotidie celebrandi; panemque, vinumque, ceram, & unum Miſſale imperpetuum exhibebunt: Dictuſque presbyter pro diſpoſitione domini caſtri, cuſtodiſque ejuſdem, qui pro tempore fuerit cotidie celebrabit.

Pro atrio verò & manſo Eccleſiæ ſic fundatæ, Deo, beato *Petro* Apoſtolorum principi ipſius Eccleſiæ, ac Presbyteris ibidem ſervientibus, & perpetuo ſervituris, de dioceſani prædicti licentiâ, dedimus, conceſſimus, & confirmavimus per præſentes, interveniente conſenſu expreſſo domini *Hugonis* nunc Rectoris Eccleſiæ de Lanruthe dictæ dioceſis, infra cujus limites eadem Capella tunc fuerat conſtituta, & eidem tam de jure quàm de conſuetudine ſubjecta; quarum quoque Eccleſiæ & Capellæ prædictarum jus patronatus ad nos dinoſcitur pertinere, eandem Capellam cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque, quatenus ad nos pertinet, una-cum tota areâ ſive placeâ ipſam circumdante Capellam ſecundùm diſtinctos limites, prout jacet.

Pro dote quoque ipſius Eccleſiæ, & hiis quæ luminaribus ac ſtipendiis miniſtrorum, Epiſcopalibus juribus perſolvendis, & cæteris quæ incumbunt oneribus ſupportandis nobis fundationis tempore ſufficere videbantur, dedimus, conceſſimus & confirmavimus, ſicut prius, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam; ac in dotem pro nobis, hæredibus & aſſignatis noſtris quibuſlibet in futurum, ducentas & quinque acras terræ noſtræ, cum aiſiamentis, & pertinentiis ſuis quibuſlibet in villis noſtris de Roſſmeryon & Rue in dominico & villenagio; viz. totam illam terram & paſturam: cum moris, mariſcis, vaſtis, boſcis, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, quam *Willielmus* de *Rue* & *Cecilia* uxor ejus tenuerunt in villâ de Rue prædictâ, illa terra quam nuper infra parcum noſtrum de *Ruthyn*; illam terram & paſturam, cum omnibus ſuis pertinentiis, quam *Gronogee ap Jorewarche*, & *Madocus Goh* nativi noſtri tenent in villâ de Roſſmeryon prædictâ, cum totâ ſequelâ catallis prædictorum *Gronoghe* & *Madoci* ſine ullo retenemento, una-cum advocatione præfatæ Eccleſiæ parochialis de Lanruthe & Capellæ ſuæ de Ruthyn prædictæ, cum earum decimis, obventionibus & juribus cæteris ad ipſas ſpectantibus quoviſmodo: una-etiam cum decimis & obventionibus ad Capellam Caſtri noſtri de Ruthyn ſpectantibus quoquo modo.

Præterea dedimus, conceſſimus & Cartâ noſtrâ confirmavimus per præſentes Deo, beato *Petro*, Eccleſiæ & Presbyteris memoratas, in puram liberam, & perpetuam elemoſinam, & in dotem, omnes illas terras & tenementa, cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ quondam fuerunt *Walteri* de *Braddene*, de dono & conceſſione dicti domini *Reginaldi* de *Grey* patris noſtri in *Cantredo* prædicto, ſine ullo inde retenemento, pro habitu ſive veſtitu, eiſdem & ſucceſſoribus ſuis annuatim imperpetuum inveniendo: Ac etiam quadraginta acras terræ noſtræ, & viginti acras boſci noſtri incluſi & omni tempore ſeparati, cum ſuis pertinentiis, pro unâ Cantariâ in Dynamerugha optinenda. Item communiam paſturæ pro xxiiii. vaccis & uno tauro, cum eorum ſecta ſive exitu de duobus annis, habendam in paſturâ noſtrâ de Dynamerugha prædictâ, Dynameriza & Glympolua; una-etiam cum communia paſturæ, cum averiis ſuis omnibus per totam villam noſtram de Ruthyn prædictam, in clauſo noſtro ibidem duntaxat excepto; una cum communiâ paſturæ pro decem vaccis & uno tauro in parvo parco noſtro de Ruthyn à feſto inventionis S. Crucis uſque ad feſtum Sancti *Martini* ſingulis annis imperpetuum optinenda, una etiam cum molendino noſtro ſuper aquam de Clawdoc conſtituto, & vocatur molendinum *Blethi Goh*, cum ſuis pertinen[illegible] quibuſcunque.

Dedimus etiam & conceſſimus Eccleſiæ & presbyteris memoratis liberum pannagium pro Lx. porcis in omnibus forinſecis boſcis noſtris de Deffrencloyt ſingulis annis imperpetuum habendum: Habendum & tenendum ipſis beato *Petro*, Eccleſiæ, & Presbyteris ſepedictis prædictam Capellam, cum area ſupradictâ, dictas ducentas & quinque acras terræ, cum omnibus ſuis pertinentiis, una-cum omnibus nativis prædictam terram tenentibus, cum eorum ſequelis & Catallis quibuſcunque ſine ullo retenemento, ut ſupradictum eſt, una-cum advocatione Eccleſiæ de Lanruthe prædictæ, ac Capellæ ſuæ de Ruthyn, cum ſuis pertinentiis memoratis.

Item omnes illas terras & tenementa, cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ quondam fuerunt *Walteri* de *Braddene*, de dono & conceſſione dicti domini *Reginaldi* de *Grey* patris noſtri pro habitu ſive veſtitu eiſdem & ſucceſſoribus ſuis annuatim imperpetuum inveniendo: Dictaſque quadraginta acras terræ, & viginti acras boſci incluſi, & omni tempore ſeparati, pro quadam vaccariâ in Dynamerugha optinenda prædicta. Item communiam paſturæ pro xxiiii. vaccis & uno tauro, cum eorum ſectâ ſive exitu de duobus annis in Dynamerugha, Dynameriza & Glympolua prædictis; una-cum communiâ paſturæ, cum averiis ſuis omnibus per totam villam de Ruthyn prædictam, in clauſo noſtro duntaxat excepto; unaque cum communiâ paſturæ pro decem vaccis & uno tauro in parvo parco noſtro de Ruthyn, & una-cum molendino prædicto ſuper aquam de Clawdok conſtituto, quod vocatur molendinum *Blethyn-Goh*, unaque cum libero pannagio pro ſexaginta porcis, per omnes forinſecos boſcos noſtros de Deffrencloyt, cum ſingulorum

per-

pertinentiis quibuſlibet præmiſſorum, prout ſuperius in omnibus planius eſt expreſſum, de nobis, hæredibus, & aſſignatis quibuſlibet, bene & in bonâ pace integrè, liberè, & quietè, in puram, liberam, ac perpetuam elemoſinam, & in dotem ab omni exactione ſeculari ſolutam imperpetuum penitùs & immunem. Et nos dictus *Johannes*, hæredes, & aſſignati noſtri omnia ſupradicta, prout plenius recitantur, cum pertinentiis eorundem prædictis beato *Petro* & Præsbyteris memoratis warantizabimus, acquietabimus & imperpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum: hiis teſtibus dominis *Henrico* de *Lacy* Comite *Lincoln.* *Rogero* de *Mortuomari* tunc Juſticiario *Snowedone*, *Pagano Tybetot* tunc Juſticiario *Ceſtriæ*, *Uriano* de *Sancto Petro*, *Johanne* de *Ardene*, *Willielmo Inge*, *Henrico Spigurnell* militibus; *Meredith* ap *Maddoc*, *Blethino Goh*, *David* ap *Maddoc*, *Howell* ap *Maddoc*, *Lewdiu* ap *Maddoc*, *Almarico* de *Mareſs*, domino *David* ap *Gronoh* tunc officiali de **Deffrencloyt**, & aliis data apud **Ruthyn** ſeptimo idus Aprilis anno domini MCCCX°.

ECCLESIA

Collegiata de Otery *S.* Mariæ *in com.* Devon.

Carta Decani & Capituli Rothomagenſis *Eccleſiæ; per quam manerium de* Otery *S.* Mariæ Johanni *de* Grandiſſono *Epiſcopo* Exonienſi *conceſſerunt.*

Pat. 32. E. 3. p. 1. m. 13. per Inſpex.

SCiant præſentes & futuri, quod nos Decanus & Capitulum *Rothomagenſis* Eccleſiæ, de Apoſtolicæ ſanctæ ſedis, & illuſtriſſimi principis, domini *Anglorum* Regis licentiâ & gratiâ ſpeciali, & de auctoritate, decreto & conſenſu reverendi in Chriſto patris, ac domini domini *Petri* dei gratiâ *Rothomagenſis* Archiepiſcopi, paſtoris noſtri, ex juxtâ causâ vendidimus, dedimus & conceſſimus, & hac præſenti cartâ noſtrâ confirmavimus, pro certo & competenti pretio, in utilitatem dictæ noſtræ *Rothomagenſis* Eccleſiæ juxta tenorem Apoſtolicarum literarum, nobis ſuper dictâ licentiâ conceſſarum convertendo, de quo nos tenemus pro contentis venerabili in Chriſto patri domino *Johanni* de *Grandiſſono Exon.* Epiſcopo manerium noſtrum de *Otery* S. *Mariæ* in com. *Devoniæ*, quod nobis noſtræque dictæ Eccleſiæ modicum fructuoſum, quinimo à multis citra temporibus, propter locorum diſtanciam, ac guerrarum illuc frequenter ingruentiam diſcrimina exiſtebat & extiterat onerofum, cum advocatione Eccleſiæ prædictæ de *Otery* & omnibus pertinentiis ſuis: Habendum & tenendum totum manerium prædictum, cum advocatione Eccleſiæ prædictæ, nec non decimis, Hundredo, warennâ, domibus, gardinis, boſcis, terris, tenementis, pratis, paſcuis, viis, ſemitis, ſepibus, planis, foſſis, foſſatis, moris, mariſcis, aquis, ſtagnis, vivariis, ripariis, piſcariis, alnetis, vaſtis, molendinis, wardis, maritagiis, releviis, eſcaetis, homagiis, fidelitatibus, redditibus, nativis & eorum villenagiis, catallis, & ſequelis, ſectis curiæ, ſerviciis, & conſuetudinibus, & omnibus aliis pertinentiis & proficuis qualitercunque inde accidentibus, ad nos & dictam noſtram *Rothomagenſem* Eccleſiam pertinentibus quoquomodo, ſine ullo retenemento, dicto domino *Johanni* de *Grandiſſono* hæredibus & aſſignatis ſuis; ſeu cuicunque dare, vendere, ſeu legare voluerit, de capitalibus dominis feodi illius, per ſervicia inde debita & conſueta, liberè, quietè, benè, & in pace imperpetuum. Et loco warantiæ, & ſuæ perpetuæ defenſionis, ſic quod ad warantiam aliam pro præmiſſis minimè teneamur, tradidimus eidem domino *Johanni* de *Grandiſſono Exon.* Epiſcopo literas & cartas, atque ſcripturas autenticas, & cætera munimenta donationum, conceſſionum, ac confirmationum, nobis olim factarum & conceſſarum ſuper hiis, per inclitarum recordationum Reges *Angliæ*, necnon literas Apoſtolicas Epiſcoporum & Archiepiſcoporum, donationem, confirmationem, & conceſſionem hujuſmodi continentes.

Et nichilominus de licentiâ gratiâ, bene placito, decreto, & conſenſu prædictis; & habito ſuper hoc diligenti & ſolempni tractatu, dictam Eccleſiam de *Otery*, cum decimis & aliis ſuis univerſis juribus & pertinentiis, ad nos ratione dicti manerii & Eccleſiæ ſpectantibus, jus, proprietatem & poſſeſſionem, quæ habemus in eâ, vel ad eam ordinationi & laudo ejuſdem domini *Exon.* Epiſcopi, loci dioceſani ſimpliciter & ſponte ſubjiciendum eſſe decrevimus & ſubjicimus quinimo duntaxat ad effectum hujuſmodi tenore præſentium cedimus Eccleſiæ juri, poſſeſſione, & proprietati antedictis; confiſi indubiè, quod dictus *Exonienſis* Epiſcopus mentis ſuæ ſedulo deſtinabit affectum dei, in ordinatione ſuâ hujuſmodi beneplacita proſequi, & eis perſeveranter inhererere. Ut autem præmiſſa omnia & ſingula majori ſubnixa ſint firmitate, renunciamus modo præmiſſo omnibus juris remediis, per quæ poſſemus aliquo unquam tempore contra præmiſſa facere quomodolibet vel venire, juxta ea quæ ſuperius ſunt expreſſa.

Et nichilominus omnibus quorum intereſt, velut ſolempniter ſtipulantibus pactum facimus, de ulterius, pro dictâ Eccleſiâ de *Otery*, vel ob eam non agendo, ac ipſam etiam non petendo. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum, quo communiter utimur præſenti cartæ noſtræ fecimus apponi; hiis teſtibus præſentibus, venerabilibus & circumſpectis viris dominis *Roberto* de *Pratellis* Archidiacono majori, *Bernardo* de *Caſis* theſaurario, *Wil-*

lielmo de *Albuſſaco* Archidiacono *Wlgaſs* Francis; *Johanne* de *Duno* & *Gaufrido* de *Bryenchone* Canonicis *Rothomagenſibus* &c. Datum in Capitulo noſtro *Rothomagenſi* propter hoc per Campanæ ſonitum, ut eſt moris, Congregato, die tertia decima menſis Junii anno Domini MCCCXXXV°. (9. E. 3.)

Licentia regia dicto Johanni *de* Grandiſſono Exon. *Epiſcopo conceſſa, pro fundatione Eccleſiæ Collegiatæ ibidem.*

Pat. 11. E. 3. part. 3. m. 4.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, venerabili patri *Johanni* de *Grandiſſono Exonienſi* Epiſcopo, quod ipſe quoddam monaſterium ſive Eccleſiam Collegiatam, de certo numero Canonicorum ſecularium; in honore domini noſtri Jheſu Chriſti, & beatæ *Mariæ* virginis glorioſæ matris ſuæ, ſancti *Edwardi* confeſſoris, & *omnium ſanctorum* apud Otery S. *Mariæ*, ſive in Eccleſiâ parochiali ejuſdem villæ, ſive in aliquo alio loco ibidem, ubi expedire viderit, ad certas cantarias, & alia pietatis opera, per ipſum Epiſcopum inibi, juxta ordinationem ſuam in hac parte ſtatuendam, faciendam, & exercendam; & manerium de Otery S. *Mariæ* cum pertinentiis in com. *Devon.* & advocationem Eccleſiæ prædictæ, quæ de nobis tenentur in Capite, ut dicitur; & quæ idem Epiſcopus ſibi & ſucceſſoribus ſuis de licentiâ noſtrâ de Decano & capitulo Eccleſiæ beatæ *Mariæ Rothomagenſis* in *Normanniâ*, qui dicta manerium & advocationem, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, & eandem Eccleſiam prius in proprios uſus, ut dicitur, tenuerunt, adquiſivit; dare poſſit & aſſignare cuſtodi ejuſdem Monaſterii, ſive Eccleſiæ Collegiatæ, ac Canonicis per ipſum Epiſcopum ibidem conſtituendis; habendum & tenendum eiſdem cuſtodi & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, pro ſuſtentatione ipſorum cuſtodis & Canonicorum, ac aliorum miniſtrorum in eodem Monaſterio ſive Eccleſiâ Collegiatâ in divinis obſequiis deſerviturorum juxta ordinationem ipſius Epiſcopi prædictam, de nobis & hæredibus noſtris, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et eiſdem cuſtodi & Canonicis, quod ipſi prædictum manerium cum pertinentiis, & advocationem illam à prælato Epiſcopo recipere, ac prædictam Eccleſiam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus; ac dictum manerium cum pertinentiis & advocationem prædictam tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, pro ſuſtentatione ſuâ & aliorum miniſtrorum prædictorum; ac ad Cantarias & alia pia opera prædicta, juxta ordinationem ipſius Epiſcopi prædictam ibidem ſtatuendam, ſuſtentandorum, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. &c. In cujus &c. T. Rege apud *Weſtmonaſterium* XV°. die Decembris.

Carta ejuſdem Johannis *Epiſc.* Exon. *quâ dictum manerium de* Otery *præfatæ Eccleſiæ Colleg. S.* Mariæ *de* Otery *ſic per ipſum fundatæ, conceſſit.*

SCiant præſentes & futuri, quod nos *Johannes* de *Grandiſſono*, miſeratione divinâ *Exon.* Epiſcopus, pro ſalute animæ noſtræ, patris & matris noſtrorum; necnon felicis recordationis domini *Johannis* viceſſimi ſecundi Papæ promotoris noſtri, prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, de licentiâ ſummi Pontificis, ac ſereniſſimi principis domini noſtri, domini *Edwardi* Regis Angliæ illuſtris, dedimus, conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo & beatæ *Mariæ*, & cuſtodi, Canonicis & aliis miniſtris Collegii de *Otery* S. *Mariæ*, per nos cum dei adjutorio fundati, deo imperpetuum ſervituris, totum manerium noſtrum de *Otery* S. *Mariæ*, cum Eccleſiâ ejuſdem manerii integraliter & omnibus pertinentiis ſuis: habendum & tenendum totum manerium prædictum, cum Eccleſiâ appropriatâ, Bertonâ, terris & tenementis quæ Bertonarii modò tenent ad voluntatem, mercatis, nundinis, Hundredo, warennâ, domibus, gardinis, boſcis, terris, tenementis, pratis, paſcuis, paſturis, molendinis, vaſtis, landis, moris, mariſcis, alnetis, viis, ſemitis, ſepibus, planis, foſſis, foſſatis, aquis, ſtagnis, vivariis, ripariis, piſcariis, wardis, maritagiis, releviis, eſcaetis, homagiis, fidelitatibus; redditibus, ſectis curiæ, ſerviciis, conſuetudinibus; cuſtumariis & eorum cuſtumis; villanis & eorum villenagiis, cateſlis & ſequelis, & omnibus aliis pertinentiis & proficuis qualitercunque inde accidentibus, ſine ullo retenemento, prædictis cuſtodi, Canonicis, & aliis miniſtris, Deo imperpetuum ibidem ſervituris, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et nos *Johannes* Epiſcopus antedictus, & hæredes noſtri totum manerium prædictum, cum Eccleſiâ appropriatâ integraliter, & omnibus pertinentiis ſuis, prædictis cuſtodi & Canonicis, ac aliis miniſtris ibidem Deo ſervituris & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam warantizabimus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium huic Cartæ noſtræ Sigillum noſtrum appoſuimus Hiis teſtibus domino *Hugone* de *Courtney* Comite *Devon*; dominis *Hugone* & *Thomâ* filiis ejus, *Johanne* de *Kaereu*, *Johanne* de *Bellocampo* de *Rym*, *Johanne* de *Raulegh*, *Olivero* de *Dynham* militibus; *Johanne Fraunceys*, *Petro* de *Clifford*, *Johanne Power*, *Johanne* de *Knyghteſton* & aliis. Datum in manerio noſtro de *Chuddelegh* XXIIII°. die Decembris anno Domini MCCCXXXVII°. & regni Regis *Edwardi* tertii à conqueſtu xi°.

Pat. 32. E. 3. p. 1. m. 13. per Inſpex.

Licentia

Licentia regia ſæpedicto Johanni Exon. *Epiſcopo conceſſa ſuper appropriatione Eccleſiæ de* **Northam** *dictæ Eccleſiæ Colleg. S.* Mariæ *de* **Otery**.

Pat. 33. E. 3. part. 1. m. 12.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum nuper conceſſerimus & licentiam dederimus dilectis nobis in Chriſto cuſtodi & Canonicis Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Otery* per venerabilem patrem *Johannem* de *Grandiſono* Epiſcopum *Exon.* de novo fundati; quod ipſi advocationem Eccleſiæ de **Northam** *Exonienſis* dioceſis, quæ de nobis tenetur, ut dicitur, & in manu noſtrâ occaſione guerræ inter nos & adverſarium noſtrum *Franciæ* motæ exiſtit, de Abbate & conventu de *Cadamo* in *Normanniâ*, & eorum in *Angliâ* procuratore adquirere & recipere, & Eccleſiam illam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante, prout in literis noſtris patentibus inde confectis pleniùs continetur: Et nos de conceſſione & licentiâ prædictis non recolentes, ad eandem Eccleſiam jam, ut dicitur, vacantem, & ad noſtram donationem occaſione guerræ prædictæ ſpectantem, dilectum Clericum noſtrum *Thomam* de *Cotingham* præſentaverimus: Nos volentes præfatis cuſtodi & Canonicis ſuper adquiſitione aut appropiatione dictæ Eccleſiæ de **Northam** contra tenorem conceſſionis & licentiæ prædictarum in aliquo præjudicari, dictam præſentationem noſtram præfato *Thomæ* ſic factam, tenore præſentium, ex certâ ſcientiâ revocamus: volentes & concedentes, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti cuſtos & Canonici advocationem prædictam habeant & teneant de nobis & hæredibus noſtris per ſervicia inde debita & conſueta; & dictam Eccleſiam appropriare, & poſſeſſionem ejuſdem jam vacantes, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis liberè apprehendere; & eam ſic appropriatam in proprios uſus pacificè tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis; juxta formam conceſſionis & licentiæ prædictarum &c. T. Rege apud *Weſtm.* xii°. Martii.

ECCLESIA

Collegiata, ſive Capella regis S. Stephani, *infra pallacium regale* Weſtmonaſterii.

Carta Regis Edwardi *tertii de primâ fundatione ejuſdem.*

Pat. 22. E. 3. p. 2. m. 3.

EX univerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem. Magnificentiam decet regiam in piis ſemper actibus & magnificis delectari, ut cum ante tribunal ſteterit ſummi Regis, apud quem non eſt acceptio perſonarum; ſet unuſquiſque prout geſſit in corpore recipiet, ſive bonum ſive malum inter bonos à dexteris aſſiſtere valeat; & nec piger vel inutilis cum reprobis judicari: Nos ſiquidem vitæ noſtræ ſtudia, actus, & merita ſatis pauca cum amaritudine recolentes ſollicitè, divinaque nobis præſtita beneficia gratias & honores, quibus quamvis immeriti præ multis principibus, etiam nobis nobilioribus honoramur in terris de perceptis beneficiis ſine causâ, & magis de bonis nobis à Deo collatis, & ſupra modum multociens inaniter diſpenſatis graviter ſuſpiramus; nec aliud nobis reſtat niſi ad Chriſtum & matrem ejus ac virginem glorioſam, quæ nunquam nobis patrocinio deſtitit; ſed nos in variis periculis conſtitutos ſuis beatis precibus protexit hactenus & adunivit fœliciter tanquam melior mater noſtra convertere totaliter mentem noſtram, & ſibi pro gratiis gratias reddere & pro debitis veniam poſtulare: Et quia bona eſt negotiatio, per quam largiendo tranſitoria declinantur, & æterna felici commercio ſubrogantur, capellam quandam ſpecioſam in pallacio noſtro apud *Weſtmonaſterium* ſituatam, in honore beati *Stephani* prothomartyris, per progenitores noſtros nobiliter inchoatam, noſtris ſumptibus regiis fecimus conſummari; in quâ ad honorem omnipotentis Dei, & ſpecialiter beatiſſimæ genitricis ejus *Mariæ* & dicti Martyris, ordinamus, volumus, conſtituimus, & auctoritate noſtrâ regiâ perpetuò ſtabilimus, quod ſint exnunc decanus unus & duodecim Canonici ſeculares, cum totidem vicariis, & aliis miniſtris congruentibus, divina pro nobis, ac progenitoribus & ſucceſſoribus noſtris, in partem ſatisfactionis eorum de quibus in extremo judicio rationem erimus reddituri, celebraturi imperpetuum; & tam nocturna quàm diurna officia cum notâ dicturi ſingulis diebus in communi ſecundùm formam ordina-

tionis

tionis noſtræ inde pleniùs faciendæ; quibus & eorum ſucceſſoribus imperpetuum Hoſpicium noſtrum magnum in ſtratâ de **Lombarde-ſtrete** civitatis noſtræ *London.* ſituatum; unacum patronatibus & advocationibus Eccleſiarum parochialium de **Dewesbury** & **Wakefeld**, *Eborum* dioceſis, quæ imperpetuum ipſos Decanum & Canonicos transferenda adquiſivimus, conferimus, concedimus & donamus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ab omni exactione ſeculari libera penitus & quieta: Concedentes eiſdem nihilominus harum ſerie licenciam ſpecialem; quod iidem Decanus & Canonici dictas Eccleſias ſibi & ſucceſſoribus ſuis appropriari facere valeant; & eas ſic appropriatas recipere, & in uſus ſuos proprios retinere, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante. Volumus etiam dictis Decano & miniſtris aliis inibi ſervituris tantum de errario noſtro annis ſingulis elargiri, quod cum emolumento de prædictis Hoſpicio & Eccleſiis proveniente ad eorum victum & ſupportationem onerum ſibi incumbentium juxta condecentiam ſtatus ſui interim ſufficiens videbitur & honeſtum, quouſque de bonis immobilibus, terris ſeu redditibus ad ſufficientiam congruam & honorem noſtrum, videlicet uſque ad ſummam quingentarum librarum annuatim per nos contigerit provideri; quæ omnia promittimus & pollicemur bonâ fide nos efficaciter impleturos; & ad hoc nos & hæredes noſtros regios & bona noſtra mobilia & immobilia, ubicunque in *Anglia* exiſtentia firmiter obligamus in cujus &c. T. Rege apud *Weſtmonaſterium* ſexto die Auguſti.

Carta Regis Edwardi *tertii donationem* Johannis *de* Melton *chivaler de xl. marc. annuis; nec non civium* Ebor. *de ix. libris & xv. denariis.*

Pat. 1. H. 6. p. 5. m. 27. per Inſpex.

EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis, quod conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Decano & Collegio liberæ Capellæ noſtræ S. *Stephani* infra palatium noſtrum *Weſtmonaſterii* illas quadraginta marcas annuas, quas *Johannes* de *Melton* Chivalier defunctus, de firmâ civitatis noſtræ *Ebor.* ex conceſſione noſtrâ ad terminum vitæ ſuæ percepit, dum vixit & novem libras & xv. denarios, quos cives civitatis prædictæ annuatim, ultra omnes alias aſſignationes ſuper eadem firmâ per nos factas ad Scaccarium noſtrum reddere conſueverunt, percipiendos per manus Ballivorum civitatis prædictæ, qui pro tempore fuerit, præfato decano & Collegio & ſucceſſoribus ſuis, quouſque eis de redditibus & poſſeſſionibus Eccleſiaſticis vel aliis redditibus ad valorem xxxvi. xiiii^{s}. viid. per annum, ſibi & ſucceſſoribus ſuis; habendos per nos vel hæredes noſtros, fuerit proviſum; ita quod proviſione ſeu aſſignatione facta eiſdem Decano & Collegio de redditibus vel poſſeſſionibus in toto vel in parte, uſque ad valorem prædictum tantum decidat de ſolutione ſummæ ſupradictæ, quantum eis in redditibus & poſſeſſionibus ſic contigerit provideri. In cujus &c. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* xii°. die Decembris anno Regni noſtri *Angliæ* xxv°. Regni verò *Franciæ* xii°.

Licentia Regis Edwardi *tertii pro reannectione, reunione & appropriatione cujuſdam portionis Decimarum Eccleſiæ de* **Birtone** *ſpectantium, decano & Colleg. S.* Stephani Weſtm.

Ibid. EDwardus dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ*. Omnibus &c. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Chriſto Decanus & Collegium liberæ Capellæ noſtræ S. *Stephani* infra palacium noſtrum *Weſtm.* ut cum ipſi Eccleſiam de *Birtone*, cujus advocationem eiſdem Decano & Collegio nuper dedimus & conceſſimus, de licentiâ noſtrâ appropriaverint, & eam in proprios uſus jam teneant; ac quædam portio decimarum infra fines & limites parochiæ Eccleſiæ prædictæ, quam *Petrus* de *Cuſancia* ex conceſſione nuper rectoris Eccleſiæ illius, irrequiſitis conſenſu & licentia quorum interfuit dicitur obtinere, ab eadem Eccleſiâ ſit diviſa. Velimus dictis Decano & Collegio concedere, quod ipſi dictam portionem eidem Eccleſiæ reannecti & reuniri facere, & eam appropriare valeant ſibi & ſucceſſoribus ſuis in proprios uſus in perpetuum poſſidendam: Nos eorum ſupplicationi in hac parte gratiosè annuentes; conceſſimus & licentiam dedimus &c. eiſdem Decano & Collegio, quod ipſi portionem prædictam prædictæ Eccleſiæ ſuæ reannecti & reuniri facere; & eam ſic reannexatam & reunitam appropriare, & in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum &c. T. meipſo apud *Weſtm.* xx°. die Julii anno regni noſtri *Angliæ* XXX°. regni verò noſtri *Franciæ* XVII°.

Carta dicti Regis Edwardi *tertii de quadam Turri apud* **Brokelesbury** *infra civitatem* London.

Ibid. EDwardus dei gratiâ Rex *Angl.* & *Franciæ*, & dominus *Hiberniæ*, omnibus &c. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali dedimus & conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Decano & Collegio liberæ Capellæ noſtræ S. *Stephani* infra palatium noſtrum *Weſtmonaſterii* quandam Turrim noſtram apud *Bokelesbury* in *London.* vocatam *Sewtes-tour* cum pertinentiis habendum & tenendum eiſdem Decano & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum &c. T. meipſo apud *Weſtm.* XXIV°. die Maii anno regni noſtri *Angliæ* XXXII°. regni verò *Franciæ* XIX°.

Carta

Carta ejuſdem Regis de uno Hoſpicio vocato le Reole *in civitate* London.

Ibid. m. 24. EDwardus dei gratiâ Rex *Angl.* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ* omnibus &c. Sciatis quod dedimus, conceſſimus, & aſſignavimus dilectis nobis in Chriſto Decano & Collegio liberæ Capellæ noſtræ S. *Stephani* infra palatium noſtrum *Weſtmonaſterii* unum Hoſpicium cum pertinentiis vocatum le *Reole* in civitate noſtra *London.* Habendum & tenendum dictis Decano & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris per ſervicia de eodem Hoſpicio ab antiquo debita & conſueta imperpetuum; & in valorem xxl. per annum, in partem ſatisfactionis illarum centum & quaterviginti & quatuor librarum quatuordecem ſolidorum & ſeptem denariorum, quos prædicti Decanus & Collegium percipere ſolebant annuatim ad Scaccarium noſtrum in partem dotationis Capellæ noſtræ ſupradictæ &c. T. meipſo apud *Weſtm.* decimo die Octobris anno regni noſtri *Angliæ* XLIIIo. regni verò noſtri *Franciæ* xxxo.

Carta dicti Regis Edwardi *tertii de advocatione Eccleſiæ de* Bledelowe.

Pat. 1. E. 4. p. 6. m. 3. per Inſpex. EDwardus dei gratiâ Rex *Angl.* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ* omnibus &c. Sciatis; quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali dedimus & conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Decano & Canonicis liberæ Capellæ noſtræ S. *Stephani* in palacio noſtro *Weſtmonaſterii* advocationem Eccleſiæ de *Bledelowe* in com. *Buck.* Habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris in liberam, puram & perpetuam elemoſinam &c. T. meipſo apud *Weſtm.* xxo. die Sept. anno regni noſtri xxvo.

Carta dicti Regis Edwardi *tertii de ampliori dotatione ejuſdem.*

Pat. 47. E. 3. part. 1. m. 26. per Inſpex. videſis pat. 1. H. 6. p. 5. m. 29. EDwardus dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, præpoſitis miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis quod nos reducentes in devotæ conſiderationis examine profuſa Chriſti beneficia, quibus ex ſola miſerationis ſuæ dulcedine in oportunitatibus nos prævenit à variis nos, licet immeritos liberando periculis, & dexterâ ſuæ potentiæ contra nobis adverſantium impetus cum victorioſis ſucceſſibus magnificè defendendo; ac alias in tribulationibus & perplexitatibus, quibus plurimum involuti fuimus, cum inſperati ſuper infuſione remedii conſolando, neſcimus quid retribuere tot & tantarum gratiarum miſerecordiſſimo largitori; quî, cum ſit dominus omnium, caducis non indiget rebus noſtris; ſet ſic effuſam circa nos ſuam munificentiam devotiſſimè contemplantes, ſibi propter hoc humiliter offerimus ſacrificium cordis noſtri: ſed nec videamur obliviſci retributionis ejus qui ſic in bonis noſtrum deſiderium adimplevit; ad laudem & gloriam ſui nominis, & perpetuum dictarum gratiarum remedium; ac in honorem beatiſſimæ Mariæ virginis matris ſuæ, & ſancti prothomartyris *Stephani*, quandam Capellam aptæ pulchritudinis infra palacium noſtrum *Weſtmonaſterii* conſtrui fecimus opere ſumptuoſo; in quâ quoddam Collegium unius Decani & Canonicorum ſecularium, ac certum numerum Capellanorum & miniſtrorum ibidem perpetuo divinis vacantium obſequiis duximus ordinandum, prout in aliis literis noſtris inde confectis plenius continetur.

Volentes igitur, pro ſuſtentatione congruâ & quiete Decani & Canonicorum, & aliorum miniſtrorum prædictorum, ut convenit, ordinare; ut quo liberiùs eo melius & quietius Deo valeant famulari, ipſam Capellam dotare; de gratiâ noſtrâ ſpeciali dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris & hac præſenti cartâ noſtrâ confirmavimus dilectis nobis in Chriſto præfatis Decano & Canonicis placeam infra dictum palacium verſus boriam, inter muros dictæ Capellæ & receptam Scaccarii noſtri in longitudine; & à muro magnæ Aulæ noſtræ *Weſtmonaſterii* uſque aquam Thamiſiæ in latitudine, tam pro clauſurâ ſuâ faciendâ, quàm pro domibus dictæ Capellæ neceſſariis ibidem conſtruendis: Habendum & tenendum præfatis Decano & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis, unacum libero ingreſſu ad eandem Capellam, & libero egreſſu ab eadem, die ac nocte per portam juxta pontem regium, ubi jam patet introitus ad dictam Capellam, & inde claves habeant.

Dedimus etiam & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus prædictis Decano & Canonicis illam cameram infra dictam portam, quæ quondam fuerat Clerici coquinæ noſtræ; necnon illas domos infra palatium noſtrum prædictum, alias pro ſtabulis dextrariorum, & aliorum equorum noſtrorum ordinatus, ac gardinum noſtrum ibidem, prout inter eaſdem domum & Hoſpicium quondam Comitis *Kanciæ* in villâ *Weſtmonaſterii* eidem gardino adjacens in longitudine & latitudine ſe extendit: Ac etiam Hoſpicium prædictum cum pertinentiis adeo plenè & integrè, ſicut illud ex dono & conceſſione bonæ memoriæ *Johannis* nuper Comitis *Kanciæ* habuimus: Necnon omnia illa tenementa in dictâ villâ *Weſtmonaſterii* quæ fuerunt *Rogeri* de *Heyrone* ſurgici noſtri jam defuncti; et quæ hæredes ipſius *Rogeri*, pro ſe et hæredibus ſuis nobis et hæredibus noſtris remiſerunt, et imperpetuum relaxârunt: Habendum et tenendum eiſdem Decano et Canonicis et ſucceſſoribus ſuis de nobis et hæredibus noſtris, ac aliis Capitalibus dominis feodorum illorum in liberam, puram et perpetuam elemoſinam.

Volumus etiam et concedimus, pro nobis et hæredibus noſtris, quod ſi qui peregre, aut causâ devotionis ad limina dictæ Capellæ viſitanda venerint, introitum et exitum per magnam aulam noſtram *Weſtmonaſt.* durante luce diurnâ

diurnâ libere habeant, abſque impedimento ſeu contradictione alicujus miniſtrorum noſtrorum palacii ſupradicti: Et inde habeant dicti Decanus et Canonici claves ad hoſtia dictæ aulæ ad hoc ob majorem quietem prædictorum Decani et Canonicorum; ut ipſi, cæteriquè miniſtri ejuſdem Capellæ divinis promptius intendant, devocius et inſiſtant ipſos ſubſcriptis libertatibus et quietanciis providimus communire.

Inprimis conceſſimus, pro nobis et hæredibus noſtris, & hac carta noſtrâ confirmavimus præfatis Decano & Canonicis Capellæ prædictæ; quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum ſint quieti de auxiliis ad primogenitos filios Regum milites faciendos, & ad primogenitas filias Regum maritandas; ac de omnibus auxiliis Regum, necnon contributionibus & tallagiis, quæ ab ipſis ratione terrarum, tenementorum, reddituum, aut bonorum, ſeu catallarum ſuorum, quæ nunc habent, vel exnunc ſunt habituri, per nos vel hæredes noſtros, aut Ballivos ſeu miniſtros noſtros vel hæredum noſtrorum quoſcunque ad opus noſtrum, vel ipſorum hæredum noſtrorum exigi deberent ſeu poterunt in futurum: Et quod quandocunque Clerus regni noſtri *Angliæ*, aut *Cantuarienſis* Provinciæ per ſe, vel *Eboracenſis* Provinciæ per ſe Decimam ſeu aliam quotam de bonis ſuis ſpiritualibus & Eccleſiaſticis; vel communitas comitatuum regni noſtri *Angliæ*, aut cives vel Burgenſes civitatum vel Burgorum dictorum Comitatuum Decimam, quintam decimam, vel aliam quotam, ſeu taxam quamcunque, de bonis ſuis temporibus ſeu mobilibus, aut terris tenementis ſeu redditibus ſuis nobis vel hæredibus noſtris qualitercunque conceſſerint; ſeu nos vel hæredes noſtri dominica noſtra per *Angliam* talliari; aut dominus ſummus pontifex, qui pro tempore fuerit decimam, ſeu quotam aliam Clero regni noſtri *Angliæ*, aut *Cantuarienſis* vel *Eboracenſis* Provinciarum prædictarum impoſuerit, & eam vel aliquam partem ejuſdem nobis vel hæredibus noſtris conceſſerit Eccleſiæ & beneficia ipſis decano & Canonicis appropriata & approprianda, terra, tenementa, bona, redditus, & catalla ipſorum decani & Canonicorum & ſucceſſorum ſuorum quæcunque ad opus noſtrum vel hæredum noſtrorum non taxantur, aſſideantur vel taſſientur: nec iidem decanus & Canonici, vel eorum ſucceſſores in terris, tenementis, ſeu bonis ſuis prædictis hiis occaſionibus diſtringantur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur, ſet de decimis, quintisdecimis, & aliis quotis & tallagiis hujuſmodi imperpetuum ſint quieti &c. Dat. per manum noſtram apud Turrim *London.* primo die Januarii, Anno regni noſtri *Angliæ* viceſſimo ſeptimo; Regni vero noſtri *Francia* quarto decimo.

Carta Regis Ricardi *ſecundi de ampliori dotatione ejuſdem.*

REx omnibus ad quos &c: ſalutem Sciatis, quod cum nos tertio die Auguſti proximo præterito, ſupplicantibus nobis dilectis nobis in Chriſto Decano & Canonicis Collegii noſtri S. *Stephani* infra palacium noſtrum *Weſtmonaſterium* ut cum dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* avus noſter Collegium prædictum de quodam Decano, XII. Canonicis, treſdecem vicariis, & aliis miniſtris, divina ibidem ſingulis diebus pro animabus progenitorum & ſucceſſorum ſuorum celebraturis imperpetuum fundaſſet: Et eiſdem Decano & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis, per literas ſuas patentes, quas per literas noſtras patentes poſtmodum confirmavimus, pro ſuſtentatione ſuâ conceſſiſſet quingentas & decem libras, ſingulis annis imperpetuum de ipſo avo noſtro & hæredibus ſuis percipiendas, quouſque eis de terris ſeu tenementis aut aliis immobilibus, valorum ſummæ prædictæ annuatim attingentibus, per ipſum avum noſtrum vel hæredes ſuos fuiſſet proviſum. Subſequenterque idem avus noſter per literas ſuas patentes dediſſet & conceſſiſſet cariſſimo avunculo noſtro *Johanni* Regi *Caſtellæ* & *Legionis* Ducis *Lancaſtriæ*, ac aliis perſonis feoffatis ejuſdem avi noſtri certa maneria, terras, tenementa & redditus, quæ idem avus noſter, tam in dominico quàm in reverſione in com. *Kantiæ* & aliis comitatibus perquiſivit, prout per diverſos fines in communi *Banco* apud *Weſtmonaſterium* inde levatos plenius poterit apparere ad ipſos Decanum & Canonicos, ac certos viros religioſos, de fundatione ejuſdem avi noſtri in maneriis terris, tenementis & redditibus hujuſmodi dotandos & feoffandos. Ac idem avunculus noſter & aliæ perſonæ prædictæ in maneriis terris, tenementis, & redditibus prædictis feoffati ultimam voluntatem ipſius avi noſtri, aut in Teſtamento ſuo expreſſe onerabantur ſummo deſiderio cupientes adimplere, per ſcripta ſua conceſſiſſent præfatis Decano & Canonicis maneria de Aſſhalesford, Barton, Bucwell, Eſſing, Weere, Langele *juxta* Leedes, Elham, & Colbrugge, ac quandam parcellam prati cum pertinentiis in Conesford in comitatu prædicto, una cum ſtauro vivo & mortuo: Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis ſub certâ formâ uſque ad terminum quadraginta annorum, ad effectum quod maneria & parcella prædicta unacum reverſione manerii de Wynchelſeld cum pertinentiis in com. *Suthampton*, poſt mortem *Roberti* de *Kymberle*, qui illud tenet ad vitam ſuam, eidem Collegio infra terminum prædictum ad manum mortuam data & aſſignata forent imperpetuum, prout per ſcripta prædicta pleniùs liquet.

Cujus quidem conceſſionis prætextu iidem Decanus & Canonici poſſeſſionem maneriorum prædictorum de Aſſhalesford, Barton, Bucwell, Eſſyng, Weere, Langele, Elham, Colbrugge, ac par-

parcellæ prædictæ adepti fuiſſent; & poſſeſſionem hujuſmodi per tempus non modicum pacificè continuaſſent, quouſque nos de maneriis & parcellâ prædictis per *Simonem* de *Burley* Chivalier deſunctum, cui poſtmodum maneria & parcellam prædictam cum pertinentiis ad minus veram ſuggeſtionem ſuam & literas noſtras patentes conceſſimus ammoti fuerunt indebitè & injuſtè; ac maneria & parcella prædicta cum pertinentiis in manum noſtram ratione judicii verſùs ipſum *Simonem* in ultimo Parliamento noſtro apud *Weſtmonaſterium* tento redditi capta ſint & ſeiſita, tanquam nobis forisfacta: vellemus eiſdem Decano & Canonicis reſtitutionem maneriorum & parcellæ prædictorum, unacum ſtauro vivo & mortuo ibidem exiſtente in exonerationem animæ ipſius avi noſtri, ut ipſi eo quietius divinis intendere valerent fieri jubere: Et nos volentes eiſdem Decano & Canonicis gratiam facere ſpecialem, de aſſenſu & aviſamento conſilii noſtri dederimus & conceſſerimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit præfatis Decano & Canonicis omnia exitus, redditus; & proficua maneriorum & parcellæ prædictorum in manibus ſeu poſſeſſione præpoſitorum, Ballivorum, cuſtodum, ſimariorum, receptorum, occupatorum ſeu ſuperviſiorum eorundem maneriorum & parcellæ qualitercunque exiſtentia, à die forisfacturæ ipſius *Simonis*, unde nobis dicto tertio die Auguſti non fuit reſponſum.

Dederimus etiam & conceſſerimus eiſdem Decano & Canonicis omnia exitus, redditus & proficua de maneriis & parcella prædictis, cum pertinentiis extunc provenientia. Habendum & percipiendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis ſingulis annis, quouſque iis per nos, & dictum conſilium noſtrum de maneriis & parcella prædictis, ſeu aliis poſſeſſionibus, pro ſufficienti dotatione ſuâ aliter ordinatum foret & proviſum.

Et inſuper voluerimus & conceſſerimus, quod præfati Decanus & Canonici habeant omnia domos & ædificia maneriorum prædictorum pro cuſtodia & hoſpitatione bonorum & catallorum ſuorum, ac exituum & proficuorum prædictorum; ita quod domos & ædificia prædicta ſuſtentent, & debitè ſupportent pro tempore occupationis ſuæ eorundem, prout in literis noſtris patentibus inde confectis plenius continetur.

Nos quibuſdam certis de cauſis, coram nobis & conſilio noſtro in præſenti Parliamento noſtro motis & propoſitis, ac expreſſe declaratis, volentes eiſdem Decano & Canonicis gratiam facere ampliorem, de aſſenſu & aviſamento prælatorum, procerum & magnatum nobis in dicto Parliamento noſtro aſſiſtentium, dictas donationes & conceſſiones noſtras, ac feoffatorum prædictorum præfatis Decano & Canonicis ſic factas, juxta intentionem & voluntatem dicti avi noſtri, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, tenore præſentium acceptamus, approbamus, declaramus & plenè affirmamus. Et præterea de aſſenſu & aviſamento prædictis, in eodem Parliamento noſtro, ad finem quod præfati Decanus & Canonici omnia exitus, redditus, blada, fenum, & proficua maneriorum & parcellæ prædictorum cum pertinentiis, juxta effectum donationum & conceſſionum noſtrorum prædicta meliùs liberiùs & quietiùs habere & percipere valeant, ex mero motu noſtro, pro majori ſecuritate ſuâ, ne ipſi imposterum quoviſmodo defraudentur, commiſimus dilectis nobis *Johanni* de *Sleford* perſonæ Eccleſiæ de *Balſam*, *Johanni* de *Appulton*, *Thomæ* de *Okſtede* Capellanis, *Johanni Dars* Capellano, & *Ricardo Birt* Capellano cuſtodiam maneriorum & parcellæ prædictorum cum pertinentiis univerſis in dicto comitatu *Kanciæ*, exceptis domibus & ædificiis prædictis, præfatis Decano & Canonicis ex cauſâ prædictâ, ſic per nos prius conceſſis; habenda eiſdem *Johanni*, *Johanni*, *Thomæ*, *Johanni* & *Ricardo*, & aſſignatis ſuis, unacum Eſcaetis, reverſionibus, boſcis, warennis, libertatibus, & omnibus aliis commoditatibus & pertinentiis quibuſcunque eiſdem maneriis qualitercunque & ubicunque pertinentibus uſque ad finem triginta annorum proximè ſequentium plenariè completorum: Reddendo nobis & hæredibus noſtris quolibet anno unam Roſam tantum, ad feſtum Nativitatis Sancti *Johannis Baptiſtæ* pro omnibus ſerviciis & demandis: Salvis, ſemperque reſervatis præfatis Decano & Canonicis & eorum ſucceſſoribus omnibus exitibus, redditibus, bladis, feno, commoditatibus & aliis proficuis quibuſcunque maneriorum & parcellæ prædictorum cum pertinentiis, ut prædictum eſt. &c. T. Rege apud **Cantebrigg** ſecundo die Octobris.

Carta dicti Regis Ricardi *ſecundi, quâ diverſa maneria, terras, &c. in completionem ultimæ voluntatis avi ſui Regis* Edwardi *tertii dicta Capellæ Collegiatæ conceſſit.*

Ricardus Dei gratiâ Rex *Angl.* & *Franc.* & dominus *Hiberniæ*, Omnibus, *&c.* Sciatis, quod cum dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* avus noſter defunctus Collegium liberæ Capellæ noſtræ S. *Stephani*, infra palacium noſtrum *Weſtmonaſterii* de uno Decano, xii. Canonicis, treſdecem Vicariis, & aliis miniſtris, ad divina ſervicia ibidem pro animabus progenitorum & ſucceſſorum ipſius avi noſtri imperpetuum facienda nuper fundaſſet; ac per literas ſuas patentes quas confirmavimus conceſſiſſet eiſdem Decano & Canonicis & eorum ſucceſſoribus, pro ſuſtentatione ſuâ quingentas & decem libras, percipiendas annuatim de præfato avo noſtro & hæredibus ſuis imperpetuum, quouſque eis de terris aut tenementis, ſeu aliis rebus immobilibus valorem ſummæ prædictæ per annum attingentibus, per prædictum avum noſtrum vel hæredes ſuos fuiſſet proviſum. Pat. 1. E. 3. p. 6. m. 4. per Inſpex.

Poſtmodumque idem avus noſter per alias literas ſuas patentes dediſſet & conceſſiſſet chariſſimo avunculo noſtro Duci *Aquitanniæ* & *Lancaſtriæ*, tunc Regi *Caſtellæ* & *Legionis*,

Simoni tunc Archiepiſcopo *Cantuar.* *Johanni* Epiſcopo *Lincoln.* *Henrico* tunc Epiſcopo *Wigorn.* *Willielmo* tunc domino de *Latymer*, *Johanni Knevel* tunc Cancellario, *Roberto* de *Aſhetone* tunc Theſaurario, *Rogero* de *Beauchampe* tunc Camerario, *Johanni* de *Ipres* tunc Seneſchallo hoſpicii noſtri & *Nicholao Carewe* tunc Cuſtodi privati Sigilli ejuſdem avi noſtri certa Caſtra, Maneria, Dominia, Terras, Tenementa, Redditus, & Reverſiones, quæ dictus avus noſter adquiſivit de quibuſdam perſonis in Com. *Kanc.* & aliis diverſis comitatibus in *Anglia*, una-cum toto ſtauro, bonis & catallis in eiſdem Caſtris, Maneriis, Terris & Tenementis adtunc exiſtentibus: Habendum & tenendum eiſdem Duci & aliis perſonis & hæredibus ſuis imperpetuum, abſque aliquâ conditione eis declarata ſuper liberatione Cartæ prædictæ, quæ de recordo exiſtit, ut dicitur, ſive antea aut ſuper liberatione ſeiſinæ eis inde factâ, prout coram nobis, ac dominis & paribus regni noſtri alias in Parliamento noſtro Palam fuerat declaratum, prout ſumus informati: Qui quidem avus noſter diu poſt dictum feoffamentum ſic factum in teſtamento ſuo ordinavit, quod dictum Collegium, ac alia domus Religionis quas fundavit, dotata eſſent & feoffata de maneriis, terris, tenementis, redditibus, & reverſionibus prædictis, cum pertinentiis, tenendis ſeparatim imperpetuum. Poſt cujus mortem prædicti Dux, *Johannes* Epiſcopus, *Hemricus, &c.* plenam noticiam ultimæ voluntatis dicti avi noſtri habentes; volenteſque eandem voluntatem, & ordinationes & præmiſſa ſua prædicta, penès prædictos Decanum & Canonicos & ſucceſſores ſuos adimplere, prout in Teſtamento ſuo expreſsè fuerunt onerati, maneria, terras, tenementa, redditus, & reverſiones prædicta, inter dictum Collegium, & alias domos Religionis prædictas, ſecundum diſcretionem ſuam departitæ fuerunt, & equaliter proportionaverunt: ac per ſcriptum ſuum indentatum conceſſerunt, & ad firmam dimiſerunt præfatis Decano & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus parcellam maneriorum, tenementorum, reddituum, & reverſionum prædictorum, tanquam ratam ſuam eorundem, prout intellexi-mus; *viz.* maneria de **Aſſhatisford**, cum **Bartone**, **Bucwelle**, **Eſelingge**, **Weere**, **Langlee**, juxta **Ledes**, cum advocationibus Eccleſiarum, francheſiis, warennis, & omnimodis dominiis ad ea pertinentibus; ac quandam parcellam prati in **Eynesford** in dicto Com. *Kancii*, una-cum toto ſtauro, vivo & mortuo, in maneriis, terris, & tenementis prædictis tunc exiſtente: necnon reverſiones maneriorum de **Elham** & **Collebrigge** cum pertinentiis in dicto comitatu *Kancii*, quæ *Willielmus Strete* jam defunctus, tunc tenens ad terminum vitæ ſuæ tenuit. Ac etiam reverſionem manerii de **Wynchefelh** cum pertinentiis in Com. *Suthampt.* quod *Johannes Kymberley* tunc tenuit, & adhuc tenet ad terminum vitæ ſuæ: Habendum & tenendum præfatis Decano & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis à feſto Paſchæ anno regni noſtri quinto, ad finem quadraginta annorum extunc proximè ſequentium; ad intentionem, quod dicta maneria, terræ, tenementa, redditus, & reverſiones, cum omnibus pertinentiis ſuis eiſdem Decano & Canonicis priùs conceſſa, eiſdem Decano & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis infra eundem terminum ad manum mortuam data forent & aſſignata, tenenda in auxilium ſuſtentationis ſuæ; ac in partem dotationis ſuæ prædictæ imperpetuum, prout per dictum ſcriptum indentatum plenius apparet.

Virtute cujus dimiſſionis ac attornamenti tenentium, præfati Decanus & Canonici inde ſeiſiti fuerunt, ut de termino ſuo prædicto; & poſſeſſionem ſuam, tam dictorum maneriorum de **Elham** & **Colbrygge**, poſt mortem prædicti *Willielmi Strete*, quam omnium aliorum maneriorum, terrarum, tenementorum & reddituum prædictorum cum pertinentiis in dicto Comitatu *Kancii*, per tempus non modicum continuarunt, quouſque ipſi, per *Simonem* de *Burley* Chivaler defunctum inde indebitè expulſi fuerunt, ut aſſerunt: cui quidem *Simoni* ad minus veram ſuggeſtionem ſuam, omnia prædicta maneria, terras, tenementa, & redditus cum pertinentiis in Com. *Kancii*, habenda & tenenda & hæredibus ſuis imperpetuum, per literas noſtras patentes conceſſimus, prout in eiſdem literis pleniùs continetur: Quæ quidem maneria, terræ, tenementa, & redditus cum pertinentiis in dicto Comitatu *Kancii*, ratione judicii versùs ipſum *Simonem*, in Parliamento noſtro apud *Weſtmonaſterium* anno regni noſtri xi°. tento redditi, in manus noſtras, tanquam nobis forisfacta, ſeiſita; & ad centum & undecim libras, per Eſcaetorem noſtrum in eodem Comitatu *Kancii* extenſa fuerunt.

Subſequenterque ad ſupplicationem prædictorum Decani & Canonicorum, pro majori ſecuritate ſuâ, per literas noſtras patentes commiſiſſemus *Johanni Sleford* perſonæ Eccleſiæ de **Balſham**, *Johanni* de *Appultone*, *Thomæ* de *Oxſtede* Capellano, *Johanni Dars* Capellano, & *Ricardo Bret* Capellano cuſtodiam maneriorum terrarum, tenementorum & reddituum prædictorum, cum pertinentiis in dicto Comitatu *Kancii*; habenda & tenenda uſque ad finem xxx. annorum tunc proximè ſequentium, omnimodis exitibus, bladis, feno, commoditatibus & aliis proficuis, & quibuſcunque aiſiamentis maneriorum, terrarum, tenementorum, & reddituum prædictorum, cum pertinentiis præfatis Decano & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis exceptis & reſervatis. Quæ quidem emolumenta per alias literas noſtras patentes eiſdem Decano & Canonicis prius conceſſimus, ſicut dicunt: Nos conſiderantes benignum Præpoſitum, & piam intentionem prædicti avi noſtri, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, in complementum ultimæ voluntatis ſuæ, dedimus & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Decano & Canonicis tam dicta maneria de **Aſſhatisford**, cum **Bartone**, **Bucwelle**, **Eſelingge**, **Weere**, & dictam par-

parcellam prati in Eynesford, cum toto ſtauro, vivo & mortuo ibidem exiſtente, quàm dicta maneria de Elham & Collebyggge, cum advocationibus Eccleſiarum, feodis Militum, Parcis, Warennis, Piſcariis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaetis, Redditibus, Letis, Serviciis, Francheſiis, Cuſtumis, Privilegiis; & omnibus aliis rebus, & proficuis ad dicta maneria & pratum, vel ad aliquam parcellam eorundem quoviſmodo pertinentibus ſive ſpectantibus; habenda & tenenda eiſdem Decano & Canonicis ſucceſſoribus ſuis imperpetuum.

Conceſſimus inſuper & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis Duci & Epiſcopo *Lincoln.* quod ipſi concedere poſſint, quod Manerium de Wynchefeld, una-cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii, quæ prædictus *Johannes Kymberley* ſic tenet ad terminum vitæ ſuæ, & quæ poſt mortem ejuſdem *Johannis Kymberley* ad præfatos Ducem & Epiſcopum *Lincoln.* eo quod alii conjunctim feoffati ſui dies clauſerunt extremos reverti deberent, poſt mortem ipſius *Johannis Kymberley* remaneant præfatis Decano & Canonicis; habenda & tenenda, unacum dictis Maneriis de Aſſhatisford, Bartone, Bucwelle, Eſelyngge, Weere, Elham, Colbyggge & dicta parcella prati in Eynesford, ſimulcum advocationibus Eccleſiarum, feodis militum, Parcis, Warennis, Piſcariis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaetis, Redditibus, Sectis, Serviciis, Francheſiis, Cuſtumis, Privilegiis, & omnibus aliis rebus & proficuis ad dicta Maneria & Pratum; vel ad aliquam parcellam eorundem quoquomodo pertinentibus ſive ſpectantibus, præfatis Decano & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis, divina infra dictam Capellam noſtram, pro ſalubri ſtatu & proſperitate noſtris, dum vixerimus; & pro animâ noſtrâ cum ab hac luce ſubtracti fuerimus; & pro animabus ejuſdem avi noſtri, ac aliorum progenitorum, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum celebraturis imperpetuum, in partem ſuſtentationis & dotationis ſuæ, & in exonerationem noſtri, & hæredum noſtrorum juxta quantitatem quingentarum & decem librarum prædictarum imperpetuum; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, edito, aut aliquo alio ſtatuto in contrarium facto non obſtante. In cujus, *&c.* T. meipſo apud villam *Salopiæ* ſexto die *Februarii* anno regni noſtri xxi°.

CAPELLA *REGALIS*, AC COLLEGIATA

infra Caſtrum de Wyndeſore, *in agro* Berrocenſi.

Carta Regis Edwardi *tertii de fundatione ejuſdem.*

Pat 22 E. 3. P. 2. m. 6.

Dwardus, &c. Univerſis præſentes Literas inſpecturis, ſalutem. Magnificenciam decet Regiam in piis ſemper actibus delectari, ut cum ante tribunal ſteterit ſummi Regis, apud quem non eſt acceptio perſonarum, ſed unuſquiſque prout geſſit in corpore recipiet, ſive bonum fuerit ſive malum, inter bonos à dextris aſſiſtere valeat & non piger vel inutilis cum reprobis judicari. Nos quidem varia vitæ noſtræ ſtudia & exilia merita noſtra cum amaritudine recolentes ſolicitè, divináque nobis præſtita beneficia, gratias & honores, quibus præ cæteris miſericorditer Altiſſimus nos prævenit, meritò contemplantes de bonis nobis à Deo collatis & ſupra modum multociens inanitèr diſpenſatis graviter ſuſpiramus, nec aliud nobis reſtat, niſi ad Chriſtum & Matrem ejus Virginem glorioſam, quæ nobis nunquam patrocinari deſtitit, ſed in variis periculis conſtitutos ſuis beatis precibus protexit hactenus, & adjuvit feliciter, convertere totaliter mentem noſtram, & ſibi pro gratiis, gratias reddere & pro delictis veniam poſtulare. Et quia bona eſt negotiatio per quam tranſitoria declinantur & æterna fœlici commercio ſubrogantur, Capellam quandam aptæ pulchritudinis octo Canonicorum ſecularium in Caſtro noſtro de Wyndeſore, in quâ Aquâ ſacri Baptiſmatis abluti fuimus ſituatam, in honore Beati *Edwardi* Confeſſoris per progenitores noſtros nobiliter inchoatam, quibus pro ipſorum ſuſtentatione quandam ſummam pecuniæ pro earum voluntate & de proprio theſauro in Elemoſinam tribuerunt, in honorem Omnipotentis Dei, & ſuæ Genitricis *Mariæ* Virginis glorioſæ, Sanctorumque *Georgii* Martyris & *Edwardi* Confeſſoris, noſtris Regiis ſumptibus fecimus conſummari. Summis deſideriis affectantes & efficacem operam adhibentes, ut prædicti

cti Canonici inibi Domino ſervituri tam reddituum incremento, quam aliorum Canonicorum & Miniſtrorum ac ſervientium numero augeantur; Et ut in Capella prædicta cultu latiori Divini Nominis gloria exaltetur, prædictis octo Canonicis unum Cuſtodem, præſidentem eiſdem, & quindecim adhuc alios Canonicos, viginti & quatuor Milites pauperes, de ſe impotentes, ſeu vergentes ad inopiam, & de bonis dictæ Capellæ perpetuò ſuſtentandos, & alios dictæ Capellæ Miniſtros ſub ipſius Cuſtodis imperio Chriſto perpetuò famulantes ſuperaddere, & ibidem tam Canonicos & Milites quam alios dictæ Capellæ Miniſtros ut præmittitur recipi facere dignum ducimus, firmitèr ſtatuimus, & inviolabilitèr ordinamus, & auctoritate noſtrâ Regiâ, quantum in nobis eſt, perpetuò ſtabilimus. Volentes quod dicti Canonici & Miniſtri divina Officia celebrent pro nobis, & progenitoribus, & ſucceſſoribus noſtris, in partem ſatisfactionis eorum de quibus in extremo judicio rationem erimus reddituri, celebraturi imperpetuum ſecundum formam Ordinationis noſtræ indè pleniùs faciendæ, quibus juræ patronatus & advocationes Eccleſiarum de **Wyradesbury** *Lincolniæ*, *Southtanton*, *Exon*, & **Uttoxhatre** *Coventriæ* et *Lichfeldiæ* Dioceſis, quas nuper acquiſivimus ex hac causâ, pro nobis et hæredibus noſtris dedimus et conceſſimus, damus et concedimus. *Habend.* & tenend. ipſis & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram, & perpetuam Elemoſinam ab omni exactione ſeculari, liberos, penitos & quietos imperpetuum. Conceſſimus etiam eiſdem, pro nobis, & hæredibus noſtris, & licentiam dedimus, quod iidem Cuſtos & Canonici dictas Eccleſias appropriare, & eas ſic appropriatas in proprios uſus tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante. *Volumus* etiam dictis Cuſtodi, & Canonicis, Militibus & aliis dictæ Capellæ Miniſtris inibi ſervituris tantum de theſauro noſtro Annis ſingulis elargiri, quod, cum Emolumento de prædictis Eccleſiis proveniente, ad eorum victum & ſupportationem onerum ſibi incumbentium juxta condeſcentiam ſtatûs ſui interim videbitur ſufficiens, & honeſtum quouſque de bonis immobilibus, terris, beneficiis ſeu redditibus ad ſufficientiam congruam & honorem noſtrum, uſque ad ſummam mille librarum annuatim per nos contigerit provideri. Quæ omnia promittimus & poſlicemur pro nobis & hæredibus noſtris nos efficaciter impleturos. In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* ſexto die *Auguſti*, Anno Regni noſtri *Angliæ* viceſimo ſecundo, Regni verò noſtri *Franciæ* nono.

Bulla Clementis *VI. Pp. quâ poteſtas inſtituendi certum numerum Canonicorum, &c. in præfatâ Capellâ Collegiatâ*, Cantuarienſi *Archiep. &* Winton. *Epiſcopo conceſſa eſt.*

Ex Archivis Decan. & Canon. Capellæ Regalis *Windeſorenſis.*

CLemens Epiſcopus Servus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo *Cantuarienſi* & Epiſcopo *Wintonienſi*, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Eximiæ devotionis affectus, quem chariſſimus in Chriſto Filius noſter *Edwardus* Rex *Angliæ* illuſtris, ad nos & *Romanam* Eccleſiam gerit, promeretur, ut petitionibus ejus, quantum cum Deo poſſumus, in his præſertim quæ Divini cultûs augmentum & animarum ſalutem reſpiciunt, favorabilitèr annuamus. Petitio ſiquidem pro parte dicti Regis, nobis nuper exhibita continebat, quod ipſe Rex Zelo piæ devotionis accenſus, cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fælici commercio commutare, in Capellâ Caſtri de **Windeſore** ejuſdem Regis, *Sarisburienſis* dioceſeos, fundatâ ad laudem Beatæ *Mariæ* Virginis & S. *Georgii* martyris ac *Edwardi* Regis & Confeſſoris honorem, & divini cultûs augmentum, ac pro ſuâ, & aliorum fidelium animarum ſalute, unum Collegium Canonicorum, Presbyterorum, Clericorum, nec non Militum Regni *Angliæ*, ad inopiam vergentium, ac Miniſtrorum qui in eâdem Capellâ perpetuò Domino famulentur; & certum numerum ipſorum ordinare & canonicè fundare, ac de bonis ſuis propriis ſufficienter dotare proponit. Quare pro parte ipſius Regis, fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis ordinandi ac ſtatuendi, Authoritate noſtrâ hujuſmodi Collegium, & alia ad hoc pertinentia, ac etiam opportunam facultatem de benignitate Apoſtolicâ concedere dignaremur. *Nos* itaque ipſius Regis pium in hac parte propoſitum in Domino commendantes, ac plenam de veſtrâ circumſpectione in Domino fiduciam obtinentes, hujuſmodi dicti Regis ſupplicationibus inclinati, ordinandi, ac ſtatuendi, & deputandi, hâc vice, authoritate Apoſtolicâ, in dictâ Capellâ, per dictum Regem, dote prædictâ priùs ut præmittitur aſſignatâ, prout vobis hoc ſecundum Deum expedire videbitur, ſuper quo veſtram conſcientiam oneramus, certum numerum Canonicorum, Presbyterorum, Clericorum. Militum ac Miniſtrorum prædictorum inibi, ut præmittitur, Domino famulantium perpetuò obſervandum; De quibus quidem Canonicis ſeu Presbyteris unus per vos authoritate eâdem deputetur qui Cuſtos eorum perpetuò nuncupetur, eiſque inibi præſideat; alios etiam Canonicos, Presbyteros, ac Clericos, Milites, & Miniſtros ejuſdem Collegii & Capellæ, ac ſingulos ipſorum, ac bona eorundem regat pariter & gubernet; ſtatuendi & ordinandi authoritate eâdem Ordinationes congruas & honeſtas juxta quas Cuſtos, Canonici, Presbyteri, Clerici, Milites, & Miniſtri Collegii prædicti & ipſorum ſinguli vivere debeant, eaque teneantur perpetuò firmiter

miter obſervare, Parochialis Eccleſiæ & cujuſlibet alterius in præmiſſis omnibus, nec non patronatûs Canonicorum, Presbyterorum, Clericorum, Militum & Miniſtrorum, ac Capellæ prædictæ, poſtquam ipſi deputati & ordinati inibi fuerint ut præfertur, eidem Regi ejuſque hæredibus & ſucceſſoribus, juribus ſemper ſalvis ac perpetuò reſervatis quibuſcunque Apoſtolicis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis nequaquam obſtantibus; vobis & cuilibet veſtrûm authoritate prædictâ, de ſpeciali gratiâ, plenam & liberam concedimus facultatem. Dat. *Avinionæ* pridie Kalendas *Decembris* Pontificatûs noſtri anno nono.

Bulla dicti Pp. Clementis *pro immunitate ejuſdem Capellæ Collegiatæ ab Archiepiſcopali juriſdictione.*

Ibid. *Clemens* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiſcopo *Cantuarienſi* & Epiſcopo *Wyntonienſi* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad ea libenter intendimus per quæ perſonæ Eccleſiaſticæ liberiùs in tranquillitate pacis valeant Domino famulari. Nuper ſiquidem vobis ad chariſſimi in Chriſto filii noſtri *Edwardi* Regis *Angliæ* illuſtris, ſupplicationis inſtantiam ordinandi & ſtatuendi authoritate Apoſtolicâ in Capellâ Regis ejuſdem in Caſtro de Wyndeſore *Sarum* Dioceſeos fundatâ Collegium & certum numerum Canonicorum Presbyterorum, Clericorum, Militum, ad inopiam vergentium, & Miniſtrorum inibi Domino perpetuò famulantium, quorum unus eis præſideat, qui Cuſtos perpetuò nuncupetur, nec non ordinationes congruas & honeſtas, juxta quas Collegium, Cuſtos, Canonici, Presbyteri, Clerici, Milites & Miniſtri prædicti vivere debeant faciendi, ſufficienti dote per dictum Regem de bonis propriis eiſdem Capellæ & Collegio ad veſtrum ſeu veſtrûm alterius arbitrium primitùs aſſignatâ, plenam & liberam per noſtras certi tenoris literas conceſſimus facultatem prout in ipſis Literis plenius continetur. Nos itaque volentes Capellam ac Collegium hujuſmodi uberiori gratiâ proſequi & favore ipſius Regis ſupplicationibus inclinati, eximendi perpetuò authoritate eâdem, juxta modificationem inferiùs annotatam, Capellam, Collegium, Canonicos, Presbyteros, Clericos, Milites & Miniſtros prædictos, poſtquam ipſi in eâdem Capellâ recepti & ſufficienter dotati fuerint, ut præfertur, ab omni ordinariâ juriſdictione, Dominio, & ſuperioritate quâlibet Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Archidiaconorum & aliorum quorumlibet Judicum & Officialium ipſorum Eccleſiaſticorum, illaque omnia ad jus & proprietatem beati *Petri*, & ſub protectione Sedis Apoſtolicæ & noſtrâ ſuſcipiendi & nihilominus concedendi hac vice authoritate prædictâ, ut Cuſtos dictæ Capellæ qui pro tempore fuerit habeat perpetuo Juriſdictionem Eccleſiaſticam in Capellam, Collegium, Canonicos, Presbyteros, Clericos, Milites, & Miniſtros prædictos, & eorum Succeſſores, & ſingulos ipſorum & curam animarum etiam eorundem conſtitutionibus Apoſtolicis & Statutis ac conſuetudinibus Provincialibus & Synodalibus & aliis quibuſcunque contrariis nequaquam obſtantibus, vobis & veſtrûm cuilibet auctoritate eadem plenam & liberam concedimus facultatem. Volumus autem quòd Cuſtos dictæ Capellæ qui pro tempore fuerit curam animarum prædictarum à loci Dioceſano recipere teneatur, & in hiis quæ ad ipſam curam pertinent perpetuo ei ſubditus ſit, ad judicium verò perceptarum exemptionis & libertatis prædictarum. Volumus quòd ipſi Cuſtos & Collegium unam Marcam *Sterlingorum* in Feſto Sancti *Georgii*, in cujus honore dicta Capella fundata exiſtit, Cameræ Apoſtolicæ annis ſingulis ſolvere teneantur. Nos enim irritum & inane decernimus, ſiquid contra præmiſſa à quoquam quâvis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datæ *Avinionæ ii.* Idus *Februarii* Pontificatûs noſtri Anno nono.

Carta dicti Regis Edwardi *tertii de advocatione Eccleſiæ de* Dachet.

Edwardus, &c. Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Sciatis, quod dedimus, & conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Cuſtodi & Collegio Capellanorum liberæ Capellæ noſtræ infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſore, Advocationem Eccleſiæ de Dachet juxta Wyndeſore, habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum; ita quod ipſi Cuſtos & Collegium Eccleſiam prædictam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum; ſtatuto de terris & tenementis, ad manum mortuam non ponendis, edito, non obſtante. In cujus, *&c.* T. meipſo apud *Weſtmonaſterium* xxii°. die *Maii* anno regni noſtri *Angliæ* xxiiij°. Regni verò noſtri *Franciæ* xj°. Pat. 14 E. 3. part. 1. m. 14.

Licentia dicti Regis Edwardi *tertii* Willielmo *de* Bohun *Comiti* Northampt. *conceſſa, pro Advocatione Eccleſiæ de* Dadyngton *præfatæ Capellæ Collegiatæ tribuendâ.*

Edwardus, &c. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto conſanguineo & fideli noſtro *Willielmo* de *Bohun* Comiti *Northamptoniæ*, quod ipſe Advocationem Eccleſiæ de Dadyngton, quæ eſt de patronatu ſuo proprio, quæ quidem Advocatio de nobis tenetur in Capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Cuſtodi & Capellanis liberæ Capellæ noſtræ de Wyndeſore; habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et eiſdem Cuſtodi & Capellanis, quod ipſi Advocationem prædictam à præfato Comite recipere; & Eccleſiam illam appropriare; ipſamque ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint, ſibi & dictis ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, tenore præſentium Ibid. m. 37.

um ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis, ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante, *&c.* T. meipſo apud *Weſtm.* xxvj°. die *Januarii* anno regni noſtri *Angliæ* xxiij°. Regni verò noſtri *Franciæ* xj°.

Carta præfati Regis Edwardi *tertii de Advocationibus Eccleſiarum* de Evze, Riſton, Whaddon & Cayton.

Pat. 25 E. 3. part. 1. m. 24. *Edwardus, &c.* Sciatis, quod dedimus & conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Cuſtodi & Collegio Capellanorum liberæ Capellæ noſtræ infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſore, Advocationes Eccleſiarum de Evze in Comitatu *Buck.* Riſton in Com. *Norff.* et Whaddon et Cayton in Comit. *Cantabr.* habendas & tenendas ſibi et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum: ita quod ipſi Cuſtos & Collegium Eccleſias prædictas appropriare, & eas ſic appropriatas in proprios uſus tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante. In cujus, *&c.* T. meipſo apud *Weſtm.* primo die *Martii* anno regni noſtri *Angliæ* xxv°. Regni verò noſtri *Franciæ* xij°.

Carta dicti Regis Edwardi *tertii de Advocationibus Eccleſiarum de* Symondesbourne, *& S.* Stephani *de* Salteſh.

Pat. 25 E. 3. p. 1. m. 14. *Edwardus, &c.* Sciatis, quod cum *Philippa* Regina *Angliæ* conſors noſtra chariſſima, Advocationem Eccleſiæ de Symondesbourne, quam ipſa nuper habuit ex dono, & conceſſione *Johannis Darcy* Chivaler defuncti; & *Edwardus* Princeps *Walliæ* & Dux *Cornubiæ*, filius noſter chariſſimus, Advocationem Eccleſiæ Sancti *Stephani* de Salteſh, quam nuper habuit ex conceſſione noſtrâ, nobis dederint & conceſſerint, Habendas nobis & hæredibus noſtris imperpetuum: Nos, de gratiâ noſtrâ ſpeciali dedimus, conceſſimus, & aſſignavimus dilectis nobis in Chriſto Cuſtodi & Collegio Capellæ noſtræ de Wyndeſore Advocationes ſupradictas; habendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris, per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum. Conceſſimus inſuper & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eiſdem Cuſtodi & Collegio, quod ipſi Eccleſias illas appropriare, & eas ſic appropriatas in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſtatuto de terris & tenementis, ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. In cujus, *&c.* T. meipſo apud *Weſtm.* ix°. die *Maii* anno regni noſtri *Angliæ* xxv°. Regni verò *Franciæ* xij°.

Carta dicti Regis Edwardi *tertii de Centum marcis annui redditus, de firmâ villæ* Northamptoniæ *percipiendis.*

Pat. 25 E. 3. p. 3. m. 15. *Edwardus, &c.* Sciatis, quod cum nuper per Literas noſtras Patentes, probono ſervicio, quod dilectus & fidelis noſter *Rogerus* de *Bellocampo* nobis impendit, conceſſerimus eidem *Rogero* & *Sibillæ* uxori ejus Centum marcas, percipiendas ſingulis annis de firmâ villæ noſtræ *Northamptoniæ*, quouſque eiſdem *Rogero* & *Sibillæ* de Centum marcis terræ, ipſis *Rogero* & *Sibillæ*, & hæredibus de corpore ejuſdem *Rogeri* exeuntibus habendas fecerimus providere, prout in Literis noſtris prædictis pleniùs continetur: Jamque præfati *Rogerus* & *Sibilla*, pro quadam ſummâ octingentarum marcarum, quas eis ſolvere conceſſimus, dictas literas noſtras nobis in Cancellariâ noſtrâ reſtituerint; & nobis dictas Centum marcas annuas omnino remiſerunt. Nos, ad honorem Dei, & glorioſæ Virginis *Mariæ*, ac S. *Georgii*, in cujus honore libera Capella noſtra de Wyndeſore fundata exiſtit, dedimus & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris Cuſtodi & Collegio Capellæ noſtræ prædictæ, dictas Centum marcas per annum, percipiendas & habendas, eiſdem Cuſtodi & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis, de firmâ dictæ villæ *Northamptoniæ*, per manus Ballivorum ejuſdem villæ, qui pro tempore fuerint, ad terminos *Paſchæ* & S. *Michaelis*, per equales portiones, in auxilium ſuſtentationis ipſorum Cuſtodis & Collegii, & ſupportationis onerum Capellæ prædictæ imperpetuum. In cujus, *&c.* T. meipſo apud *Weſtm.* xxvj°. die *Octobris* anno regni noſtri *Angliæ* xxv°. regni verò noſtri *Franciæ* xij°.

Carta præfati Regis Edwardi *tertii de Maneriis de* Evze & Carſwell, *&c.*

Pat. 26 E. 3. p. 1. m. 1. *Edwardus, &c.* Sciatis, quod ad honorem Dei, & glorioſi Martyris S. *Georgii*, dedimus & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto Cuſtodi & Collegio Capellæ S. *Georgii* in Caſtro noſtro de Wyndeſore, Manerium noſtrum de Evze juxta Weybrigg, cum pertinentiis in comitatu *Buck.* quod de dono & conceſſione, ac redditione *Radulphi* de *Nevill.* Militis habemus; ac Manerium noſtrum de Carſwell cum pertinentiis, in Parochiâ de Bray, in Com. *Berks.* & quantam gurgitem, vocatam Braybrok in aquâ *Thamiſiæ*: ac etiam omnia terras & tenementa, quæ habemus in Parochiâ prædictâ, ex dono & conceſſione *Johannis* de Sancto *Philiberto* Militis; habenda & tenenda eiſdem Cuſtodi & Collegio & ſucceſſoribus ſuis, una-cum feodis-militum, & advocationibus Eccleſiarum, Capellarum, Cantariarum, ac aliis quibuſcunque, ad prædicta Maneria, terras, & tenementa, ſpectantibus ſive pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum. In cujus, *&c.* T. meipſo apud *Weſtm.* xviij°. die

die *Julii* anno regni noſtri *Angliæ* xxvi°. regni verò noſtri *Franciæ* xiij°.

Carta Regis Henrici *quarti, de quadam placeâ infra Caſtrum de* Wyndſore *pro domibus & Cameris ad uſum Vicariorum, Clericorum, & Choriſtarum, dictæ Capellæ Collegiatæ.*

Pat. 10 H. 4. part. 2. m. 13. REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & pro eo quod dilecti nobis in Chriſto Cuſtos & Canonici liberæ Capellæ noſtræ infra Caſtrum de Wyndeſore, de domibus & cameris pro Vicariis, Clericis, & Choriſtis, ac ſervientibus ſuis plenariè dotati non exiſtunt, ut accepimus, conceſſimus eiſdem Decano & Canonicis quandam vacuam placeam infra Caſtrum noſtrum prædictum, vocatam Wodehawe juxta magnam Aulam ad hujuſmodi domos, pro Vicariis, Clericis & Choriſtis prædictis ibidem ædificandis: Habendam & tenendam placeam prædictam ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et eiſdem Cuſtodi & Canonicis, quod ipſi placeam prædictam à nobis recipere, ac domos & cameras ibidem, ut præmittitur ædificare; et eas ſic ædificatas tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtmonaſterium* xxix°. die *Maii*.

Per ipſum Regem.

Carta Regis Edwardi *quarti quâ Prioratum de* Dkeburne *alienigenam dictæ Capellæ Collegiatæ conceſſit.*

Cart. 1 E. 4. m. 20. EDwardus, *&c.* Ac inſuper, cum *Johannes* nuper Dux *Bedfordiæ*, nuper ha[illegible], una-cum *Thomâ* tunc Epiſcopo *Dunelmenſi*, per nomen *Thomæ Langley* Clerici, ac fratre *Willielmo* tunc Priore de Dkeburne jam defuncto, ex conceſſione domini *Henrici* quarti, nuper de facto & non de jure Regis *Angliæ* per Literas ſuas Patentes, Prioratum de Dkeburne alienigenam, cum Rectoriis, maneriis, dominiis, terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis, advocationibus, portionibus, juriſdictionibus, poſſeſſionibus, libertatibus, trancheſiis, & aliis proficuis & commoditatibus ſpiritualibus & temporalibus quibuſcunque prædicto Prioratui aliquo modo pertinentibus, ſive ſpectantibus, habendum durantibus guerris inter ipſum, nùper ut præmittitur, Regem, & tunc adverſarium ſuum *Franciæ* liberè & integrè abſque aliquo eidem, nuper ut præmittitur Regi, vel hæredibus ſuis inde reddendo, pro termino vitæ præfatæ nuper Ducis, & prædicti nuper Epiſcopi & *Willielmi*, poſt mortem ejuſdem Ducis, durantibus guerris prædictis: ſolvendo præfato, nuper ut prædicitur Regi, ad Scaccarium ſuum annuatim, tantum quantum prædictus nuper Prior eidem, nuper ut prædicitur Regi ſolvit ad Scaccarium prædictum, pro firmâ prædicti Prioratus, prout in Literis illis plenius continetur: qui quidem nuper Prior obiit, ac prædictus nuper Epiſcopus poſtea per ſcriptum ſuum totum jus ſuum, ſtatumque & clameum, quæ unquam habuit, ſeu aliquo modo extunc habere potuit in Rectoriis, portionibus, juriſdictionibus, poſſeſſionibus, profiuis, & commoditatibus ſpiritualibus ſupradictis, prætextu prædictæ conceſſionis prædicti nuper ut prædicitur Regis, eidem nuper Epiſcopo, ac præfatis nuper Duci; & nuper Priori inde, ac de aliis præmiſſis ſic factæ, præfato nuper Duci remiſerit, relaxaverit, & omnino pro ſe, & executoribus ſuis imperpetuum quietum clamaverit.

Subſequenterque præfatus nuper Dux, per nomen *Johannis* filii & fratris Regum, Ducis *Bedfordiæ*, & Comitis de Richemond, & de Kendale, ac Conſtabularius *Angliæ*; conſiderans, quod nonnulla & diverſa bona ſpiritualia dicto Prioratui fuerant annexa; viz. Eccleſiæ appropriatæ, portiones & penſiones, & aliæ ſpiritualitates diverſæ, quocunque verborum nomine cenſerentur, quarum curia, regimen, diſpoſitio, & gubernatio ad perſonas eccleſiaſticas duntaxat pertinere dinoſcebantur; & quod ea quæ ſunt Eccleſiæ Dei, ipſi Deo & eccleſiaſticis perſonis reddi & tribui jubeantur; quodque ſpiritualia ſeminantibus, ſpiritualia metere competit.

Et volens igitur occupationem ſpiritualium Prioratus prædicti à ſe, prout decebat, penitùs abdicari, ut hujuſmodi ſpiritualia, ad ſuam naturam, priſtinam ſpiritualiter reverti valerent, prout deberent, eadem omnia & ſingula ad eundem Prioratum quomodolibet ſpectantia & pertinentia melioribus modo & viâ & formâ, quibus ipſa ſpiritualia à temporalibus dicti Prioratus ſeparari dinoſci, diſtingui & decerni potuerunt in eventum, tunc Cuſtodi & Canonicis liberæ Capellæ noſtræ S. *Georgii* prædicti, infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſore ſcituatæ, ob divini cultus augmentum in eadem, ac ſuſtentationem Cuſtodis & Canonicorum dicti Collegii, cæterorumque miniſtrorum ibidem Deo famulantium uberiùs incrementum, ad honorem Dei, & beatæ *Mariæ* Virginis, ac dicti glorioſi Martyris S. *Georgii*, quem inter omnes cœlicolas, ex ordinis militaris debito; & præſertim prætextu ſocietatis militaris, ad quam in eodem Collegio idem nuper Dux ſocialiter fuit aſcriptus, præ cæteris cogebatur ſingulariter venerari, quantum in ipſo fuit, plenius & integraliter, per Literas ſuas Patentes conceſſerit; ita quod dicti Cuſtos & Canonici, & eorum ſucceſſores quicunque, pro eorum temporibus ſucceſſivis, in recompenſam hujuſmodi devoti intuitus ipſius nuper Ducis ſalubritatem ſui ſtatus, quamdiu viveret, & animam ſuam poſtquam, cum ab hac luce migraverit, & animas progenitorum ſuorum, in ſuis divinis obſequiis ſpecialiter haberent recommiſſas, prout in literis & ſcripto prædictis plenius continetur.

Virtute

Virtute quarum conceſſionis dicti nuper Ducis, ac remiſſionis, relaxationis, & quietæ clamanciæ, præfati tunc Cuſtos & Canonici, in omnia & ſingula Rectorias, portiones, penſiones, juriſdictiones, commoditates & proficua ſpiritualia prædicta ingreſſi fuerunt, & inde ſeiſiti & poſſeſſionati exiſtunt in præſenti.

Ac dominus *Henricus* quintus, nuper de facto & non de jure Rex *Angliæ*, ob ſinceram & ſpecialem devotionem, quam ad dictum glorioſum martyrem S. *Georgium*, in cujus honore Capella prædicta fundatur, gerebat & habebat, præmiſſa, quoad Prioratum prædictum per Literas ſuas Patentes, quas inſpeximus, recitans; volenſque pro ſecuritate & quiete tunc Cuſtodis & Canonicorum Capellæ prædictæ, & ſucceſſorum ſuorum, in hac parte ſpecialiter providere, per eaſdem Literas ſuas Patentes ſtatum & poſſeſſionem quos iidem tunc Cuſtos & Canonici in Rectoriis, portionibus, penſionibus, juriſdictionibus, poſſeſſionibus, proficuis, & aliis omnibus & ſingulis commoditatibus ſpiritualibus quibuſcunque, quocunque nomine verborum aptiùs exprimi cenſerentur, vigore conceſſionis præfati nuper Ducis; ac remiſſionis, relaxationis, & quiete-clamanciæ prædictarum ſic habuerunt, pro ipſo nuper, ut prædicitur, Rege *Henrico* quinto, & hæredibus ſuis, quantum in ipſo fuit, acceptavit, approbavit, ratificavit, & confirmavit.

Nolentes, quod iidem Cuſtos, Canonici, aut ſucceſſores ſui prædicti ſuper poſſeſſione ſuâ Rectoriarum, porcionum, penſionum, juriſdictionum, poſſeſſionum proficuorum, & commoditatum ſpiritualium prædictorum ratione alicujus juris, vel tituli, quod vel qui eidem nuper ut prædicitur Regi, tunc competebat, ſeu ſibi vel hæredibus ſuis exnunc competere poſſet, per eundem nuper, ut, prædicitur Regem, vel hæredes ſuos, Juſticiarios, Eſcaetores, Vicecomites aut alios Ballivos, ſeu Miniſtros ſuos, vel dictorum, hæredum ſuorum quoſcunque, tunc futuris temporibus inde occaſionarentur, impeterentur, moleſtarentur in aliquo, ſeu gravarentur.

Ac inſuper idem *Henricus* quintus, nuper ut prædicitur Rex, pro majori ſecuritate eorundem tunc Cuſtodis & Canonicorum, ac firmitate perpetuâ, & corroboratione ſtatus & juris ſui in hac parte, omnia & ſingula Rectorias, cum glebis eiſdem annexis à primevâ dotatione eorundem, portiones, penſiones, juriſdictiones, poſſeſſiones, proficua & commoditates, ſpiritualia prædicta, quocunque nomine verborum, ut præfertur, aptiùs exprimi valerent in eventu, præfatis tunc cuſtodi & Canonicis, ex mero motu, & certâ ſcientiâ ſuis, dedit & conceſſit, habendas & tenendas eiſdem tunc Cuſtodi & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, in auxilium ſuſtentationis ſuæ, ac miniſtrorum in eadem Capellâ Deo famulantium in perpetuum, eo quod auctoritate Parliamenti ſui apud *Leiceſtriam* nuper tenti, ordinatum fuit, quod omnes poſſeſſiones prioratuum alienigenarum, exceptis prioratibus conventualibus & aliis in quodam Actu ejuſdem Parliamenti exceptis, eidem *Henrico* quinto nuper, ut prædicitur, Regi, & hæredibus ſuis remanerent, ſeu eo quod pax inter *Angliæ* & *Franciæ* Regna reformata exſtitit; aut eo quod exitus & proficua hujuſmodi prioratuum, & poſſeſſionum alienigenarum pro expenſis Hoſpicii ſui aſſignabantur; vel eo quod in literis illis expreſſa non fiebat mentio de vero valore Rectoriarum, portionum, penſionum, juriſdictionum, poſſeſſionum, proficuorum & commoditatuum ſpiritualium prædictorum; ſeu de aliis donis, ſive conceſſionibus præfatis, tunc cuſtodi & Canonicis, per ipſum tunc, ut prædicitur Regem *Henricum* quintum, vel progenitores ſuos, ante ea tempora factis, juxta formam Statutorum inde editorum; ſeu eo quod Eccleſiæ Rectoriarum prædictarum, cum glebis earundem; ac portiones, penſiones, juriſdictiones, poſſeſſiones, proficua & commoditates illa, ſeu aliqua parcella eorundem, priori & conventui dicti Prioratus de **Okeburne**, ad inveniendum, faciendum, ſuſtinendum Cantarias, Hoſpitalitates, opera caritatis, & alia onera ſpiritualia ſive temporalia quæcunque ab olim datæ fuerunt & Collatæ; vel alia cauſa, ſeu quævis materia, quæ ipſum nuper, ut prædicitur Regem *Henricum* quintum tangebat; aut ipſum vel hæredes ſuos extunc in futurum tangere poſſet quoviſmodo; aut aliquo alio jure, titulo, vel intereſſe, quæ ipſum nuper, ut prædicitur Regem in hac parte competebant, aut ipſum vel dictos hæredes, ſuos competere poſſent in futurum, aut Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito; ſeu aliquo alio Statuto, ſive ordinatione de hujuſmodi Prioratibus & poſſeſſionibus alienigenarum factis, non obſtante; quorum prætextu prædicti nunc cuſtos & Canonici, de Rectoriis cum glebis eiſdem annexis, portionibus, penſionibus, juriſdictionibus poſſeſſionibus, proficuis & commoditatibus ſpiritualibus prædictis, ad præſens ſeiſiti & poſſeſſionati exiſtunt, in jure Collegii prædicti: Nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ob ſinceram devotionem, quam erga dictum glorioſum martyrem Sanctum *Georgium*, in cujus honore Capella prædicta fundatur gerimus & habemus, jus, titulum ſtatum & poſſeſſionem prædictorum nunc cuſtodis & Canonicorum, de & in prædictis Rectoriis, cum glebis ejuſdem annexis, portionibus, penſionibus, juriſdictionibus, poſſeſſionibus, proficuis, & aliis omnibus & ſingulis commoditatibus ſpiritualibus prædictis, acceptamus, approbamus, ratificamus; & præfatis nunc Cuſtodi & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis per præſentes confirmamus.

Et ulterius ad effectum, quod prædicti cuſtos & Canonici, & ſucceſſores ſui ac miniſtri, in Capellâ prædictâ, pro ſalubri ſtatu noſtro, dum in humanis, gerimus; & pro animâ noſtra cum ab hac luce migraverimus, ac animabus parentum, & progenitorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum eo devotius exorare teneantur, & divino famulatui quietiùs intendere valeant, quo ſtatus eorum, in poſſeſ-

poſſeſſionibus ſuis, per nos firmius & ſecuriùs roborentur, de habundantiori gratiâ noſtrâ, omnia prædicta Rectorias, cum glebis earundem, à primevâ dotatione earum, portiones, penſiones, juriſdictiones, poſſeſſiones, proficua & commoditates, ac ſpiritualia prædicta, præfatis nunc Cuſtodi & Canonicis damus & concedimus per præſentes: Habenda & tenenda eiſdem nunc Cuſtodi & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, in auxilium ſuſtentationis ſuæ, & miniſtrorum in Capellâ prædictâ Deo famulantium, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, aliquo jure vel titulo, quod vel qui nobis competit, aut nobis vel hæredibus noſtris competere poterit in eiſdem; aut eo quod prædictus *Henricus* quartus, per uſurpationem abſque juſto titulo Rex *Angliæ* extiterit; aut quod Eccleſiæ Rectoriarum prædictarum, cum glebis earundem, ac portiones, penſiones, juriſdictiones, poſſeſſiones, proficua & commoditates illa, ſeu aliqua parcella eorundem, Priori & Conventui dicti Prioratus de Dkeburne, ad inveniendum, faciendum, & ſuſtinendum Cantarias, Hoſpitalitates, opera Caritatis, & alia onera ſpiritualia; ſive temporalia quæcunque, ab olim data fuere & collata; vel aliâ cauſâ, ſeu quavis materiâ, quæ nos tangit; aut nos vel hæredes noſtros in futurum tangere poterit; aut eo etiam quod expreſſa mentio de vero valore annuo eorundem Rectoriarum, cum glebis portionum, penſionum, juriſdictionum, poſſeſſionum, proficuorum, & commoditatum ſpiritualium prædictorum; nec de certitudine & ſpecialitate eorundem; nec de aliis donis & conceſſionibus eiſdem nunc Cuſtodi & Canonicis, aut aliquibus prædeceſſorum ſuorum, per nos vel progenitores noſtros, ante hæc tempora factis, in præſentibus minimè facta exiſtit; aut Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. &c. Dat. per manum Regis apud *Weſtmonaſterium* xx°. die Novembris.

Carta Regis Edwardi *quarti de maneriis de* Atherſton Theſynbury, Quarle; *nec non de Prioratu de* Uphavenne *alienigenâ, aliiſque donationibus.*

Pat. 4. H. 8. p. per Inſpex.

EDwardus &c. omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis, quod nos in augmentationem, & relevamen ſuſtentationis grandium onerum dilectorum nobis in Chriſto Cuſtodis ſive Decani & Canonicorum liberæ Capellæ noſtræ S. *Georgii*, infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſore, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus eiſdem Cuſtodi, ſive Decano & Canonicis, manerium ſive dominium de Atherſton, quondam parcellam Prioratus de Dkeburne alienigenæ, in comitatu *Warwici*: necnon manerium de Theſynbury, alias dictum Theſyngbury in comitatu *Wilteſ.* ac manerium de Quarle, cum ſuis pertinentiis, una-cum advocatione Eccleſiæ de Quarle in comitatu *Suthampt.* Eccleſiam ſive Prioratum de Uphavenne alienigenam, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis quibuſcunque; Decanatum ſive Capellam Sancti *Buriani*, alias dictum S. *Buriene* in comitatu *Cornubiæ*, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis quibuſcunque; ac quandam annuam penſionem, ſive annuum apportum, quem vel quam Abbas de Sa[illegible]etre reddere ſolebat pro Eccleſiâ de Fulbourne Abbathiæ de *Bonâ requiæ* alienigenâ. Ac etiam quandam annuam penſionem, ſive quendam annuum apportum viginti librarum, quem vel quam Abbas de Rouffoꝛd nobis reddere tenetur pro medietate Eccleſiæ de Rotheram in com. *Eborum*, quæ quondam fuit Abbatis de *Clara-valle* alienigenâ.

Ac omnimoda Hundreda, maneria, terras, tenementa, redditus, ſervicia & poſſeſſiones, feoda militum, advocationes Eccleſiarum, vicariarum, Capellarum, Hoſpitalium, portiones, penſiones, decimas, oblationes, obventiones, ac alia emolumenta & proficua quæcunque, ad maneria, dominia, Prioratus, Decanatum ſive Capellam, annuas penſiones, ſive annuos apportus prædicta, & eorum quodlibet, ac ad prædicta terras, tenementa, & poſſeſſiones prædicta qualitercunque pertinentia, ſive ſpectantia, unacum reverſionibus quibuſcunque, poſt mortem illarum perſonarum, quæ ea vel aliqua eorum tenent in feodo talliato, ſeu ad terminum vitæ vel annorum, aut aliquo modo quocunque; Habenda & tenenda eidem Cuſtodi, ſive Decano & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, dicta maneria, ſive dominia, Prioratus, & Decanatum, ſive Capellam; necnon dictas annuas penſiones, ſive annuos apportus, ac terras, tenementa & poſſeſſiones prædicta, una-cum reverſionibus prædictis, ac omnimodis Hundredis, maneriis, terris, tenementis, poſſeſſionibus, redditibus, ſerviciis, Eccleſiis, penſionibus, portionibus, feodis-militum, advocationibus Eccleſiarum, libertatibus, francheſiis, ac aliis proficuis quibuſcunque dictis maneriis, ſive dominiis, prioratibus & Decanatui ſive Capellæ aut eorum ſeu præmiſſorum alicui; ac dictis terris, tenementis, & poſſeſſionibus, quibuſcunque nominibus maneria ſive dominia, Prioratus, Decanatus, ſive Capella, penſiones, ſive apportus, aut aliæ poſſeſſiones prædictæ cenſeantur qualitercunque pertinentibus, appendentibus, ſive ſpectantibus, adeo plenè & integrè ſicut aliquæ perſonæ, ea vel eorum aliquod, ante hæc tempora habuerunt & tenuerunt de nobis & hæredibus noſtris, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum; abſque aliquo apportu, firmâ, compoto vel ratiocinio, aut alio proficuo quocunque nobis vel hæredibus noſtris inde reddendo vel ſolvendo; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis &c. edito, non obſtante.

In cujus &c. T. meipſo apud Wyndeſore xviii°. die Julii anno regni noſtri vii°.

Carta dicti Regis Edwardi *quarti de Prioratu de* Monkenlane *alienigenâ.*

Ibid. EDwardus &c. omnibus &c. ſalutem. Sciatis, quod nos in augmentum ſuſtentationis grandium onerum dilectorum nobis in Chriſto *Willielmi Dudley* Decani ſive Cuſtodis, & Canonicorum liberæ Capellæ noſtræ beatæ *Mariæ* virginis, & Sanctorum *Georgii* martyris & *Edwardi* confeſſoris, infra caſtrum noſtrum de Wyndeſore, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, dedimus, & per præſentes, pro nobis & hæredibus noſtris damus & concedimus eiſdem Decano ſive Cuſtodi, & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis manerium, ſive Prioratum alienigenam de Monkenlane in comitatu *Heref.* cum omnibus & ſingulis pertinentiis & appendenciis, necnon terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis militum, & advocationibus Eccleſiarum, viſibus franci-plegii, curiis-letis, libertatibus, privilegiis, francheſiis, penſionibus, portionibus, annuitatibus, feodis, firmis, & apportis, ac omnibus aliis & ſingulis pertinentiis & annexis eidem manerio, ſive Prioratui quoviſmodo ubicunque pertinentibus, ſive ſpectantibus. Quod quidem manerium ſive Prioratum alienigenam, cum omnibus ſuis pertinentiis *Roulandus Lenthale* miles, & *Margareta* uxor ejus, & alii diverſi nuper habuerunt ex conceſſione *Henrici* quinti, nuper de facto, & non de jure Regis *Angliæ*; & quod *Thomas Monyngton* armiger, nuper Vicecomes comitatus noſtri prædicti, virtute Brevis noſtri, ſibi extra Scaccarium noſtrum directi, cepit in manum noſtram: Habendum, percipiendum & tenendum dictum manerium; ſive Prioratum alienigenam, cum omnibus & ſingulis pertinentiis, & appendiciis, necnon terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis militum, & advocationibus Eccleſiarum, viſibus franci-plegii, curiis-letis, libertatibus, privilegiis, francheſiis, reverſionibus, portionibus, annuitatibus, feodis-firmis, apportis, & omnimodis aliis & ſingulis pertinentiis & annexis eidem manerio, ſive Prioratui, quoviſmodo & ubicunque pertinentibus, ſive ſpectantibus, præfatis Decano ſive cuſtodi & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, abſque aliquo impedimento, impetitione, perturbatione, moleſtatione, inquietatione, ſeu gravamine noſtri ſeu hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, Coronatorum, aut aliorum Ballivorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunque, & abſque apporto, firmâ, compoto, vel ratiocinio, aut alio proficuo quocunque, nobis vel hæredibus noſtris inde reddendo, ſeu ſolvendo, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito; aut aliquo alio Statuto de poſſeſſionibus alienigenarum facto ſive edito &c. non obſtante.

In cujus &c. T. meipſo apud *Weſtmonaſterium* xxix°. die Januarii anno Regni noſtri xiii°.

Carta dicti Regis Edwardi *quarti, de Advocatione Domus Hoſpitalis, ſive liberæ Capellæ S.* Antonii London.

Pat. 14. E. 4. p. 2. m. 5. REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod nos, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, damus & concedimus per præſentes, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt prædilectis noſtris nunc Cuſtodi ſive Decano Collegii beatæ *Mariæ*, S. *Georgii* martyris, & S. *Edwardi* confeſſoris infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſore in comitatu *Berkeſ.* & Capitulo ejuſdem Collegii, cuſtodiam, advocationem, patronatum, donationem, collationem, præſentationem, ac liberam diſpoſitionem domus Hoſpitalis, ſive liberæ Capellæ S. *Antonii London.* quocunque nomine cenſeatur. Ac inſuper eadem Domum, Hoſpitale, ſive liberam Capellam, cum omnibus libertatibus, francheſiis, privilegiis, immunitatibus, terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, fructibus, proventibus, oblationibus, proficuis, emolumentis, advocationibus, Eccleſiarum, feodis-militum, juribus & pertinentiis eiſdem domui, Hoſpitali, ſive liberæ Capellæ pertinentibus ſive ſpectantibus: Habenda, tenenda, & occupanda præfatis Decano & Capitulo & ſucceſſoribus ſuis, dicta Cuſtodiam, advocationem, patronatum, donationem, collationem, præſentationem, ac liberam diſpoſitionem, dictæ domus Hoſpitalis, ſive liberæ Capellæ; ac eadem domum, Hoſpitale, ſive liberam Capellam, cum omnibus ſuis pertinentiis, & cæteris præmiſſis, in puram & perpetuam elemoſinam; ac in eorum proprios uſus tenenda, quacunque aut qualitercunque dicta Domus Hoſpitalis, ſive liberam Capellam proximo, per mortem, reſignationem, ceſſionem, aut quoquomodo vacare contigerit.

Et inſuper damus & concedimus, per præſentes, præfatis Decano & Capitulo, & eorum ſucceſſoribus; quod ipſi & ſucceſſores ſui, immediatè poſt aliquam hujuſmodi vacationem, in dicta domum, Hoſpitale, ſive liberam Capellam, cum omnibus præmiſſis, intrare poſſint; & ea ſibi & ſucceſſoribus ſuis in proprios uſus tenere, abſque aliquâ proſecutione proinde fiendâ, aut proſequendâ; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito &c. non obſtante &c.

In cujus &c. T. Rege apud *Weſtmonaſterium* xxvii°. die Februarii.

Carta

Carta Regis Edwardi *quarti de Prioratibus de* **Brimesfeld & Charleton** *alienigenis; necnon de manriis de* Blakenham, **Ponyngton, Wedon,** *aliisque terris.*

Pat. 17. E. 4. part: 1. m. 1.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem: Sciatis, quod nos in augmentationem ſuſtentationis grandium onerum dilectorum nobis in Chriſto Cuſtodis ſive Decani & Canonicorum liberæ noſtræ Capellæ S. *Georgii*, infra caſtrum noſtrum de **Wyndeſore**, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientia, & mero motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per præſentes, pro nobis & hæredibus noſtris damus & concedimus eiſdem Cuſtodi, ſive Decano & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis Prioratum de **Brimesfeld** in comitatu *Glouc.* alienigenam, cum pertinentiis, Manerium de **Blakenham** cum pertinentiis in comitatu *Suff.* parcellam Prioratus de **Okeburne** alienigenæ; Prioratum S. *Elenæ* in inſulâ *vectæ*, cum pertinentiis in comitatu *Suthampt.* Prioratum ſive manerium de **Charleton** cum pertinentiis in comitatu *Wilteſ.* omnia terras, tenementa, redditus & ſervicia cum pertinentiis in **Northumudam, Compton,** & **Welegh** in comitatibus *Suſſexiæ* & *Suthampt.* quæ quondam fuerunt Abbatis de *Lucernâ* in *Normanniâ*, alias dictâ **Mundam** vocatam **Lucern.** Maneria de **Ponyngton** & **Wedon** cum pertinentiis in comitatu *Dorſetiæ*, parcella dicti Prioratus de **Okebourne** alienigenæ; Annuam firmam ſive penſionem duodecim marcarum quam prior Prioratus de *Monte acuto*, & ſucceſſores ſui, nobis annuatim tenentur reddere de antiquo apportu nuper pertinente ad capitalem domum ejuſdem Prioratus, tempore pacis, in partibus tranſmarinis, percipiendam per manus Prioris ejuſdem Prioratus pro tempore exiſtentis, una-cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis & appendiciis; necnon terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis militum, & advocationibus Eccleſiarum, viſibus franci-plegii, curiis letis, libertatibus, privilegiis, francheſiis, pentionibus, portionibus, annuitatibus, feodis firmis, & apportibus, ac omnimodis & ſingulis aliis pertinentiis, & annexis eiſdem Prioratibus & maneriis quoviſmodo & ubicunque pertinentibus, ſive ſpectantibus, Decimis, fructibus, & emolumentis quibuſcunque una-cum omnibus Cellis, maneriis, terris, tenementis, molendinis, redditibus, ſerviciis, feodis-militum, liberis-piſcariis, warennis, curiis-letis, viſibus franci-plegii, & advocationibus Eccleſiarum, vicariarum, Capellarum, Cantariarum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quorumcunque, cum omnibus aliis proficuis & emolumentis eiſdem Prioratibus & maneriis quoquomodo & ubicunque pertinentibus, ſive ſpectantibus.

Ac etiam omnia & ſingula maneria, feoda militum, advocationes Eccleſiarum, terras, tenementa, redditus, reverſiones, ſervicia, molendina, boſcos, prata, paſcua, paſturas, & poſſeſſiones, villanos, warda, maritagia, communias, relevia, curias, viſus franci-plegii, libertates, francheſias, & alias commoditates & emolumenta, cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque; habenda, percipienda, & tenenda prædicta Prioratus & maneria, cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis ac cellis, maneriis, terris, tenementis, & cæteris præmiſſis eiſdem Prioratibus & maneriis ſive cellis, vel maneriis, aut eorum alicui qualitercunque ſpectantibus, ſive pertinentibus: necnon prædicta maneria, feoda militum, advocationes Eccleſiarum, terras, tenementa, & poſſeſſiones, & omnia ſingula præmiſſa, cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque ad dicta Prioratus & maneria, una-cum pertinentiis, ſive ſpectantibus; ſive quoquomodo ſpectare, ſive pertinere debentur, præfatis Cuſtodi ſive Decano, & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum, abſque aliquo impedimento, impetitione, perturbatione, moleſtatione, inquietatione ſeu gravamine noſtri, ſeu hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, Coronatorum, aut aliorum Ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunque; & abſque apportu, firmâ, comporo, vel ratiocinio, aut alio proficuo quocunque, nobis vel hæredibus noſtris inde reddendis vel ſolvendis.

Et quod ipſi Cuſtos, ſive Decanus & Canonici, & ſucceſſores ſui, dictos Prioratus, cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque, ſibi & ſucceſſoribus ſuis appropriare, & in proprios uſus habere & tenere poſſint imperpetuum, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non tenendis edito, aut eo quod expreſſa mentio de vero valore præmiſſorum, ſeu alicujus eorundem, juxta formam Statuti inde editi, in præſentibus facta non exiſtit, aut quocunque alio nomine, ſive quibuſcunque aliis nominibus præmiſſ, ſeu eorum aliquod nuncupentur, aut nuncupetur, aut aliquo alio re, titulo, & intereſſe, quæ nobis in hac parte competunt, aut nobis vel hæredibus noſtris competere poterunt in futurum, non obſtante.

In cujus &c. T. Rege apud *Weſtmonaſterium* xvii°. die Maii.

Carta dicti Regis Edwardi *quarti de maneriis de* **Wembury**, Preſton, **Monk-ſilver**; *necnon de advocationibus de* **Puryton & Wollavynton.**

Ibid.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis, quod nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus dilectis nobis in Chriſto *Willielmo Dudley* Decano ſive cuſtodi & Canonicis liberæ Capellæ noſtræ beatæ *Mariæ* virginis, & Sanctorum *Georgii* martyris, & *Edwardi* confeſſoris infra caſtrum noſtrum de **Wyndeſore**, manerium de **Wembury** cum pertinentiis

nentiis in Comitatu *Devoniæ*; & dominia de **Preston & Monkesilver** in comitatu *Somersetiæ*; ac advocationes Ecclesiarum de **Purpton & Wollavynton** in eodem comitatu *Somersetiæ*, parcella Prioratus de **Gotclyf** in *Walliâ* alieniginæ, una-cum feodis militum, advocationibus Ecclesiarum, Capellarum, Cantariarum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque fructibus, proventibus, pensionibus, portionibus, Curiis letis, libertatibus, franchesiis, juribus, commoditatibus & emolumentis eisdem manerio & dominiis, seu eorum alicui pertinentibus, sive spectantibus. Habendum & tenendum manerium & dominia prædicta, ac advocationes & cætera præmissa, cum pertinentiis, præfato Decano & Canonicis, & successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis &c. non obstante.

In cujus &c. T. Rege apud *Westmonasterium* xx°. die Julii.

Cartâ Regis Edwardi *quarti*, *de Advocatione Ecclesiæ de* **Chesthunt.**

Pat. 18. E. 4. p. 2. m. 4.

REx omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis, quod nos, de gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ scientia & mero motu nostris, dedimus & concessimus, ac per præsentes damus & concedimus, dilectis nobis in Christo Decano sive Custodi & Canonicis Collegii, sive Capellæ beatæ *Mariæ* virginis, Sanctorum *Georgii* martyris, & *Edwardi* confessoris, infra Castrum nostrum de **Wyndesore**, Advocationem Ecclesiæ parochialis de **Chesthunt**, quæ de patronatu nostro existit: Habendam & tenendam Advocationem prædictam præfatis Decano & Canonicis, & successoribus suis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et eisdem Decano & Canonicis, & successoribus suis, quod ipsi Ecclesiam prædictam appropriare, & eam sic appropriatam tenere possint sibi & successoribus suis prædictis, in proprios usus imperpetuum, Statuto de terris & tenementis, ad manum mortuam non ponendis &c. non obstante &c.

In cujus &c. T. Rege apud *Westmonasterium* xvii°. Februarii.

Carta Regis Edwardi *quarti fundationem Regis* Edwardi *tertii*, *progenitoris sui*, *recitans & confirmans*; *necnon diversas immunitates ac privilegia dicta Capella Collegiata adjiciens.*

Pat. 19. E. 4. m. 5. videsis etiam Pat. 1. H. 6. p. 5. m. 14. 13. & 12.

REx omnibus ad quos &c. salutem. Cum nobis in mentem venit, quibus, quantum, quomodoque magis nos beneficiis suæ dono gratiæ Redemptor noster exornaverit; qui non modo ex nichilo nos creavit, lapsum, perditumque redemit; & in Regnorum, fertilissimarumque Provinciarum, atque populi valentissimi Regem præfecit; verùm, contra nobis rebelles nostrorumque juriumque adversantes, inopinatam, nostris absque viribus victoriam contulit, potentissimumque principem *Ludovicum Franciæ* ad lucem clariorum tituli Regni nostri *Franciæ* probationem, nobis, nostrisque successoribus censitum & tributarium fore coegit; necnon opes, facultates, cæteraque bona, præter cæteros etiam potentiores hujus miserrimi seculi principes, nobis copiosissimè condonaverit; quodque una sit moriendi necessitas, tametsi multa sint genera mortis, ut vitæ; quam nec patres nostri, nec ulli unquam Reges gentium excusserunt nec excutient quidem; nichilque dampnosius in humanis malis, quàm Dei, sùique ipsius & mortis oblivio nobis animus est, divitias, unaque hujus mundi gaudia cum sint transitoria, citoque labentia parvi facerè; atque hæc caduca terrena despicere, ut vitâ frui mereamur cælesti. Et si nichil nobis incurrit, in quo vel minimæ portiunculæ ipsius nostri Salvatoris in nos beneficiorum, quæ quidem maxima existunt, posse videamur respondere, nichilque ex nobis dignum eo prodire queat: ob tamen piam devotionem nostri animi ostendendam, ad ejusdem nostri Redemptoris, beatissimæque virginis *Mariæ*, atque Sanctorum *Georgii* martyris, & *Edwardi* Regis & confessoris laudem & honorem, Capellam Sancti *Georgii* de **Wyndesore**, per fælicissimum principem, perpetuo memoriâ dignum, *Edwardum* tertium, progenitorem nostrum, in eorum honorem primitùs erectam, fundatamque reparari & reædificari; aliaque plurima ædificia eidem Capellæ, & ministris ejusdem convenientia, de novo construi facere; ipsorum numerum ministrorum augere; eosque incorporare: atque ut ipsi, eorumque successores implacitare, implacitarique, & quæ eis post hac collata fuerint jure acceptare valeant habitare; necnon proventus & possessiones, undè commodè vivere Deoque inibi deservire possint, cum eâ quam Deus nobis devotione dederit humillimè donare decrevimus, atque constituimus, & hiis autem temporibus non mediocriter fecimus & donavimus; sed ne ipsa primaria dictæ Capellæ, per præfatum progenitorem nostrum *Edwardum* fundatio hujusmodi mentes prætereat, ejus tenorem, ad immortalem ipsius famam meritissimam hiis, præsentibus inferi fecimus, qui sequitur & est talis; *Edwardus* &c. (*sicut in Cartâ primâ.*)

Sed ut jura eandem Capellam, ejusque ministris concernentia maturius atque uberiùs intelligantur, has inter præsentes etiam contineri volumus quendam Parliamenti Actum, quo Dominus *Henricus* sextus, nuper de facto & non de jure Rex *Angliæ*, de assensu dominorum spiritualium & temporalium, ac communitatis Regni sui *Angliæ* in Parliamento suo apud *Westmonasterium*, anno prætensi Regni sui octavo tento, existentium, auctoritate ejusdem Parliamenti, voluerit, concesserit, & declaraverit; quod *Johannes Arundell*, tunc custos Capellæ suæ, infra castrum suum de **Wyndesore**, pro termino vitæ suæ, esset custos sive Decanus Capellæ suæ prædictæ, ac custodiam

cuſtodiam & Præbendam ſuas haberet & poſſideret, cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque. Quodque ipſe & omnes alii cuſtodes Capellæ prædictæ, qui pro tempore forent, cuſtodes ſive Decani literæ Capellæ ſuæ S. *Georgii* infra caſtrum ſuum de *Wyndeſore*, extunc de cætero nuncuparentur. Et quod idem cuſtos, ſive Decanus dictæ Capellæ, ac Canonici ejuſdem, & eorum ſucceſſores, per nomen cuſtodis ſive Decani & Canonicorum liberæ Capellæ ſuæ S. *Georgii*, infra Caſtrum ſuum de *Wyndeſore* haberent & tenerent ſibi & ſucceſſoribus ſuis, omnia & ſingula terras, tenementa, res, redditus, & poſſeſſiones; necnon omnimodas libertates, francheſias, immunitates, quietancias, licentias & privilegia, ac alia quæcunque Collegio aut præfato Cuſtodi, ſive Decano & Canonicis Capellæ prædictæ, vel aliquibus prædeceſſorum ſuorum, per progenitores ſuos aut alios quoſcunque, qualitercunque, datas, conceſſas, collatas, ſive confirmatas, quibuſcunque nominibus Collegium prædictum, aut Cuſtos ſive Decanus & Canonici Capellæ prædictæ, vel prædeceſſores ſui, in donationibus, collationibus, conceſſionibus, ſive confirmationibus hujuſmodi nuncuparentur prout in Actu inde edito pleniùs continetur.

Cæterum verò nobis ſæpenumero conſiderantibus quo pacto optatum atque fælicem noſtra pia intentio antedicta, cum majori noſtro merito incremento ſortiri valeat effectum, ſicuti in nobis faciendum voluntas conſiſtit, videtur conſentaneum, digniſſimumque, quod ob reverentiam & honorem beatiſſimæ virginis, matris Domini *Mariæ*, Sanctorumque *Georgii* martyris, & *Edwardi* Regis & Confeſſoris prædictorum, ut pro nobis veniam pro commiſſis mereamur, Deum deprecentur dare & concedere, prout de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, per præſentes damus & concedimus, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt, reverendo in Chriſto Patri *Ricardo* Epiſcopo *Sarum* conſanguineo noſtro, in præſentiarum Cuſtodi, ſive Decano liberæ Capellæ noſtræ de Wyndeſore prædictâ; quod ipſe nunc Cuſtos, ſive Decanus & Canonici ejuſdem Capellæ, & ſucceſſores ſui, per nomen Decani & Canonicorum liberæ Capellæ noſtræ Sancti *Georgii*, infra caſtrum noſtrum de Wyndeſore ſint de cætero unum corpus corporatum, in re & nomine; ac ipſos Decanum & Canonicos ejuſdem Capellæ noſtræ S. *Georgii*, infra dictum Caſtrum noſtrum de Wyndeſore perpetuis temporibus duraturum, incorporamus, & ipſos unum corpus creamus, facimus, & ſtabilimus, ipſoſque pro uno corpore declaramus acceptamus & approbamus, necnon pro uno corpore tenemus; & quod ipſi habeant ſucceſſionem perpetuam; ipſique & ſucceſſores ſui, per nomen Decani & Canonicorum liberæ Capellæ noſtræ S. *Georgii* infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſore de cætero nuncupentur, cenſeantur & nominentur imperpetuum.

Et quod ipſi, & ſucceſſores ſui per idem nomen ſint perſonæ habiles, & in lege capaces, ad perquirendum, recipiendum & acceptandum terras, tenementa, redditus, reverſiones, ſervicia, libertates, francheſias, privilegia, & immunitates, ac alias poſſeſſiones quaſcunque ſibi & ſucceſſoribus ſuis; habendas, tenendas, & poſſidendas in feodo & perpetuitate. Et quod habeant Sigillum commune pro rebus & negotiis ipſos Decanum & Canonicos & ſucceſſores ſuos tangentibus deſerviturum. Et quod ipſi & ſucceſſores ſui per nomen Decani & Canonicorum liberæ Capellæ noſtræ S. *Georgii*, infra Caſtrum noſtrum de Wyndeſore placitare poſſint & impſacitari, ac proſequi omnimodas cauſas, querelas, actiones, reales & perſonales & mixtas, cujuſcunque generis fuerint vel naturæ, ac libertates & francheſias calumpniare, necnon reſpondere & reſponderi, ac defendere ſub nomine prædicto in eiſdem cauſis, querelis, & actionibus, ac quodcunque aliud pro proficuo & jure dictæ Capellæ faciendum facere coram judicibus Eccleſiaſticis & ſecularibus, tam coram nobis, quàm coram quibuſcunque Juſticiariis, in quibuſcunque curiis & placeis noſtris, & hæredum noſtrorum, ac in aliis curiis & placeis quibuſcunque.

Et ulterius, ex mero motu & ſcientiâ noſtris prædictis, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, Chariſſimo conſanguineo noſtro *Johanni* Duci *Suffolciæ*, & *Elizabethæ* uxori ejus, ſorori noſtræ præchariſſimæ, quod ipſi manerium ſive dominium de Globury, alias dictum manerium ſive dominium de Glovebury, alias dictum manerium ſive dominium de Leighton-Buſard cum pertinentiis in comitatu *Bedfordiæ*, quod de nobis tenetur in Capite, ut dicitur, dare poſſint & aſſignare præfatis Decano & Canonicis; habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Ac etiam eiſdem Decano & Canonicis, quod ipſi manerium ſive dominium prædictum cum ſuis pertinentiis, quocunque nomine cenſeatur, à præfato Duce & *Elizabethâ* uxore ejus recipere & tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem.

Et ulterius, de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quibuſcunque perſonis, ſeu cuicunque perſonæ regni noſtri *Angliæ*, aliqua terras ſive redditus, aut advocationes Eccleſiarum, eiſdem Decano & Canonicis aut eorum ſucceſſoribus, Decano & Canonicis liberæ Capellæ noſtræ prædictæ pro tempore exiſtentibus, dare, concedere, aſſignare ſeu legare volentibus, aut volenti; quod ipſæ perſonæ, ſeu ipſa perſona, terras, tenementa & redditus, cum ſuis pertinentiis, ac etiam advocationes Eccleſiarum eiſdem Decano & Canonicis, aut eorum ſucceſſoribus Decano & Canonicis liberæ Capellæ noſtræ prædictæ, pro tempore exiſtentibus, dare, concedere, aſſignare, ſeu legare volentibus, aut volenti; quod ipſæ perſonæ

perſonæ, ſeu ipſa perſona terras, tenementa, & redditus, cum ſuis pertinentiis, ac etiam advocationes Eccleſiarum, uſque ad valorem quingentarum librarum per annum, tam de illis, quàm de nobis vel hæredibus noſtris tenentur in capite, in Burgagio, vel aliter; quàm de aliis, præfatis Decano & Canonicis ejuſdem Capellæ noſtræ, qui nunc ſunt, & qui pro tempore erunt, dare, concedere, aſſignare ſeu legare poſſit vel poſſint; habenda & tenenda eiſdem Decano & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, in auxilium ſuſtentationis & ſupportationis onerum eidem Capellæ incumbentium imperpetuum, & eiſdem Decano & Canonicis annectare, unire & appropriare, & eas ſic annexas, unitas & appropriatas in proprios uſus ſuos, una cum terris, tenementis, & redditibus prædictis habere & tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in formâ prædictâ imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem.

Et ulterius volentes eiſdem Decano & Canonicis gratiam facere ampliorem, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris eiſdem Decano & Canonicis, quod ipſi & ſucceſſores ſui exonerati ſint imperpetuum, & quieti de omnimodis finibus, tam pro præſentibus literis noſtris, quàm pro omnimodis aliis literis patentibus, cartis, & Brevibus originalibus, vel judicialibus, ac aliis Brevibus quibuſcunque, tam in Cancellariâ noſtrâ, quàm in quibuſcunque curiis noſtris & hæredum noſtrorum habendis. Ac etiam, quod ipſi & ſucceſſores ſui habeant, tam præſentes literas noſtras, quàm omnia alia literas patentes, cartas & Brevia ſua originalia, ac alia Brevia ſua quæcunque in Cancellariâ noſtrâ, & in quibuſcunque Curiis & placeis noſtris & hæredum noſtrorum, Sigillo noſtro, vel Sigillis noſtris & hæredum noſtrorum Sigillata & Sigillanda, tam de magnis, quàm de parvis feodis, & omnibus aliis feodis Sigilli quibuſcunque, ad nos vel hæredes noſtros ſpectantibus quietis imperpetuum.

Et inſuper volumus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod tam prædicti Decanus & Canonici, & ſucceſſores ſui, quàm cuſtos ſive Cuſtodes Hanaperii Cancellariæ noſtræ, & ejus vel eorum deputati pro tempore exiſtentes; & omnes alii de omnibus & ſingulis hujuſmodi finibus & feodis, erga nos & hæredes noſtros exonerati, & quieti exiſtunt imperpetuum, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut eo quod expreſſa mentio de vero valore præmiſſorum, vel alicujus eorundem in præſentibus minime facta exiſtit; aut aliquo alio Statuto, Actu, ordinatione, ſive reſtrictione in contrarium factis, editis, ſeu proviſis; aut aliâ re, causâ vel materiâ quacunque non obſtante. Nolentes, quod prætati dux, & *Elizabetha* uxor ejus, vel hæredes ſui, aut perſonæ prædictæ, vel hæredes ſui, aut eorum aliquis, aut præfati Decanus & Canonici, vel eorum ſucceſſores, ratione præmiſſorum, per nos, Juſticiarios, Eſcaetores, Vicecomites, aut alios miniſtros noſtros, vel hæredum noſtrorum quoſcunque futuris temporibus occaſionentur, impetantur, inquietentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur, dum tamen per Inquiſitiones ſuper executionibus Licenciarum noſtrarum prædictarum, inde capiendas, & in Cancellariam noſtram, vel hæredum noſtrorum ritè retornandas compertum fuerit, quod id fieri poſſit abſque dampno ſeu prejudicio noſtri, aut aliorum quorumcunque. In cujus, *&c.* Teſte Rege apud *Oburne* ſexto die *Decembris*.

Per ipſum Regem, & dictâ auctoritate Parliamenti.

Licentia regia Johanni *Duci* Suffolciæ, *&* Elizabethæ *uxori ejus concedendi Maneria de* **Groveburÿ**; *nec non advocationem Eccleſiæ de* **Tintagell**, *ac certos Redditus annuales de diverſis locis recipiendis.*

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, chariſſimo conſanguineo noſtro *Johanni* Duci *Suffolciæ*, & *Elizabethæ* uxori ejus, ſorori noſtræ præchariſſimæ, quod ipſi domum, manerium ſive dominium de **Groveburÿ**, alias dictam domum, manerium, ſive dominium de **Leighton-Buſard**, cum pertinentiis in comitatu *Bedfordiæ*, ac Eccleſiam de **Tyntagell** in comitatu *Cornubiæ*, cum omnibus reverſionibus & emolumentis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & de eadem provenientibus: ac decem & novem meſſuagia, ſeptem tofta, Centum & quadraginta acras terræ, quatuordecem acras prati, centum & quadraginta acras paſturæ, centum acras boſci, & quatuor libratas redditus cum pertinentiis in **Newefoŋd** & **Blanfoŋd** in comitatu *Dorſetiæ*: Et ſexaginta & decem meſſuagia, duodecim tofta, quingentas acras terræ, centum acras prati, treſcentas acras paſturæ, centum acras boſci, & centum ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Stukeley**, **Noŋth-halle**, **Edelesbury**, & **Rodenache** in comitatu *Buckinghamiæ*: Ac viginti meſſuagia, octo tofta; trecentas acras terræ, ſexaginta acras prati, ducentas acras paſturæ, quadraginta acras boſci, & viginti ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Compton St. John** in comitatu *Suſſexiæ*: Ac decem meſſuagia, novem tofta, ducentas acras terræ, & viginti acras prati; centum acras paſturæ, decem acras boſci, & viginti ſolidatas redditus, cum pertinentiis in **Poŋteſmuthe** & **Burghegge** in comit. *Suthampt.* Ac decem meſſuagia, novem tofta, ducentas acras terræ, viginti acras prati, centum acras paſturæ, decem acras boſci, & viginti ſolidatas redditus, cum pertinentiis in **Stodeham**, in comitatu *Hertfordiæ*, quæ de nobis tenentur in capite, ut dicitur, & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Decano & Canonicis liberæ Capellæ noſtræ S. *Georgii*, infra Caſtrum noſtrum de *Wyndeſore*; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis.

Pat. 20 E. 4. p. 2. m. 25.

Ac

Ac etiam eiſdem Decano & Canonicis, quod ipſi domum, manerium, ſive dominium prædicta cum pertinentiis in dicto comitatu *Bedfordiæ*, Eccleſiam de **Tyntagell** prædictâ cum pertinentiis, *&c.* à præfatis Duce & *Elizabethâ* uxore ejus recipere & tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam & puram elemoſinam imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, *&c.* non obſtante, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtmonaſterium* xxix°. die *Junii.*

Carta dicti Regis Edwardi *quarti, de Maneriis de* **Old-Swynford** & **Gannowe.**

Pat. 21 E. 4. part. 2. m. 3.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod certis conſiderationibus nos ſpecialiter moventibus, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus dilectis nobis in Chriſto Decano & Canonicis liberæ Capellæ noſtræ *Sancti Georgii*, infra Caſtrum noſtrum de **Wyndeſore**, duas partes maneriorum de **Old-Swynford** & **Gannowe** cum pertinentiis in comitatu *Wigorniæ*; ac reverſionem tertiæ partis eorundem maneriorum, cum pertinentiis, immediatè poſt mortem *Margaretæ* quæ fuit uxor *Fulconis Stafford* armigeri, defuncti; quæ tertiam partem illam tenet pro termino vitæ ſuæ: Nec non advocationem Eccleſiæ de **Old-Swynford** cum pertinentiis in comitatu prædicto; una-cum feodis militum, advocationibus Eccleſiarum, Capellarum, & Cantariarum, libertatibus, franchiſiis, curiisletis, viſibus franci-plegii, warennis, parcis, boſcis, vivariis, aquis, feriis, mercatis, ac aliis proficuis & commoditatibus quibuſcunque eiſdem duabus partibus, & tertiæ parti, ac advocationi Eccleſiæ prædictæ, & eorum cuilibet pertinentibus, ſive ſpectantibus: quæ quidem maneria & advocationes nuper fuerunt *Jacobi Boteler*, alias dicti *Jacobi Ormund* Comitis *Wilteſ.* aut aliquorum aliorum ad ejus uſum; & quæ per foriſtacturam ipſius *Jacobi*, & ratione cujuſdam Actus in Parliamento noſtro apud *Weſtmonaſterium* quarto die *Novembris*, anno regni noſtri primo, tento, editi, ad manus noſtras devenerunt: habenda & tenenda dictas duas partes maneriorum de **Old-Swynford** & *Gannowe* cum pertinentiis, ac reverſionem tertiæ partis eorundem maneriorum, cum pertinentiis, immediate poſt mortem prædictæ *Margaretæ*: necnon dictam advocationem de **Old-Swynford** cum pertinentiis in comitatu prædicto, una-cum feodis militum, advocationibus Eccleſiarum, *&c.* Præfatis Decano & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtmonaſterium* xxj°. die *Novembris.*

Per ipſum Regem, & de datâ prædictâ authoritate Parliamenti.

Regiſtrum omnium Librorum, Veſtimentorum, Reliquiarum, Calicum, & aliorum diverſorum Ornamentorum Liberæ Capellæ Regiæ infra Caſtrum de **Windeſore**, *anno regni Regis* Ricardi *ſecundi poſt Conqueſtum octavo, tempore domini* Walteri Almaly *tunc ibidem Cuſtodis factum.* Ex quodam Rotulo vetuſto penès *Elyam Aſhmole* Arm.

Libri in Choro.

INprimis quinque Antiphonaria, quorum duo cum Pſalteriis.

Item unum bonum Portiphorium notatum & correctum.

Item unum magnum Portiphorium in duobus voluminibus, notatum; de quibus unum ligaturâ argenteâ deficit in uno.

Item unum Portiphorium notatum coram domino *Edmundo Clovell.*

Item unum Portiphorium vocatum *Skot*, modici valoris.

Item duo legendæ, viz. Temporalia & Sanctorum.

Item unum Pſalterium ſimplex.

Item octo Miſſalia, quorum unum de dono Principis; alium de dono Dominæ de *Clare*, cum unâ auriclari; & aliud de dono domini *Thomæ* Comitis *Notinghamiæ.*

Item ſex Gradalia, de unâ ſimili notâ.

Item duo Gradalia vetera.

Item unum Miſſale, de dono domini de *Bourchier.*

Item Liber, cum verſu *GR* & *Alleluja*, remanens in Pulpito.

Item unum Epiſtolare, coopertum ex parte de argento: & aliud vetus, modici valoris.

Item xj. proceſſionalia, valdè defectiva in literâ.

Item unum Ordinale, quod fuit domini *Edwardi* Regis.

Item unum aliud Ordinale, ligatum per dominum *Willielmum Mugge*, primum Cuſtodem Collegii prædicti.

Item Textus novus Evangelii, ex utraque parte coopertus argento; & frangitur ex unâ parte.

Item unum Collectare novum, de dono domini *Stephani* de *Branketre.*

Item unum Ordinale in duobus voluminibus.

Item unum Manuale, de dono domini *Thomæ* de *Aſton.*

Item unus liber Collationum pro *Quadrageſimâ.*

Item unus Rotulus de Cantu muſico, ex legatione domini *Johannis Aleyn.*

Item duo novi Quaterni; unus de ſervicio *Corporis Chriſti*, & alius S. *Annæ.*

Et unus liber de Legendis; & Miſſis de commemoratione beatæ *Mariæ*, de dono domini *Johannis* de *Grandiſſono* Epiſcopi *Exon.*

Item unus liber Evangelii noviter ligatus.

Libri

Libri diversarum scientiarum Cathenati in Eccleſiâ.

Viz. Unum Catholicon; unus Ugucio. *Bartholomæus* de proprietatibus. Aurora. Legenda aurea. Dialogus *Gregorii.* Hiſtoria Eccleſiaſtica. Liber Sententiarum. Unum Pſalterium gloſſatum. Duo Libri Gallici de *Romances*; de quibus unus Liber de *Roſe*; & alius difficilis materiæ. Item unum par *Decretorum*, dè dono *Ravendale*,

Inprimis unum volumen, cujus ſecundum folium ſic incipit —— *Et pleniſſimum noſtrarum.*

Item Codex, cujus ſecundum folium ſic incipit —— *ſine novis expenſis.*

Item J. novum, cujus tertium folium ſic incipit —— *omnibus eis legatis.*

Item inforc. cujus tertium folium ſic incipit —— *Oves fieri poſſunt.*

Item Decreta, cujus tertium folium ſic incipit —— *pro maſculo.*

Decretales, quarum quartum folium, ſic incipit —— *Fidem.*

Sextus Liber Decretalium cum elementis, cujus ſecundum folium ſic incipit —— *Ipſis teneri.*

Summa Hoſtienſis, in ſecundo folio poſt rubricam de ſummâ Trinitate, ſic incipit —— *unum vis per aliud.*

Prima pars Hoſtienſis in lecturâ; primum folium, poſt Rubricam de ſumma Trinitate ſic incipit - - - - - -

Secunda pars Hoſtienſis in lecturâ; primum folium poſt Rubricam -- *de vitâ & honeſtate Clericorum*, ſic incipit -- *de conſuetudine.*

Innocentius, cujus ſecundum folium ſic incipit -- *non ut in Collegiatis.*

Roſarium, cujus ſecundum folium ſic incipit —— *Deus nobis illud.*

Speculum judiciale, cujus ſecundum folium ſic incipit, ante primam particulam --- *quibuſdam inquiſitis.*

Additiones domini *Pauli* ſuper *Sextum* & *Clementem*, quarum primum folium poſt Rubricam de ſummâ Trinitate ſic incipit --- *Per Moyſen.*

Additiones S. *Andreæ* ſuper Decretales; quarum ſecundum folium ſic incipit —— *in glo. i.*

Lectura Archidiaconi & *Pauli* ſuper *Sext.* Decretalium; cujus primum folium, poſt Rubricam de ſumma Trinitate, ſic incipit —— *Sanctus de iſto ſpiritum.*

Repertorium *Willielmi Durant*, cujus tertium folium ſic incipit —— *Et qualiter intelligitur.*

Summa *Goffridi*, cujus ſecundum folium ſic incipit —— *Domini de dandis.*

Tabula Juris Civilis & Canonici, cujus ſecundum folium ſic incipit —— *Di. Lxxxix.*

Tabula *Martiniani*, cujus ſecundum folium ſic incipit —— *ſuſpendere.*

Biblia cujus ſecundum folium ſic incipit —— *Et quotidiana.*

Concordantiæ, quarum tertium folium ſic incipit *M. ix. b. quantum temporis.*

Veſtimenta.

Item unum veſtimentum rubeum de Velveto, texto cum Imaginibus poudratis cum perlis; *viz.* cum una caſula, duabus tuncis, tribus Albis, tribus Amictibus, cum Stolis & favonibus pertinentibus eidem, cum unâ bonâ capâ ejuſdem ſectæ, & duabus aliis capis quaſi ejuſdem operis, ſed ſine perlis, cum Altari de eadem ſectâ, & Ridello de ſindone rubea.

Item unum veſtimentum de blodio Velvetto, brodato cum Aquilis aureis, cum unâ caſulâ duabus tunicis, tribus Albis, tribus Amictibus, cum ſtolâ & favonibus, & tribus capis ejuſdem ſectæ, cum toto apparatu Altaris, præter frontellum.

Item unum Veſtimentum de Velvetto, purpurei coloris, brodato cum bubonibus mantellatis, cum una caſulâ, duabus tunicis, tribus Albis, tribus Amictibus, cum ſtolâ & favonibus. Tres capæ ejuſdem ſectæ, cum toto apparatu Altaris ſine Ridello.

Item unum veſtimentum album bonum de panno adaurato, pro principalibus feſtis beatæ *Mariæ*, cum caſulâ, duabus tunicis, tribus albis, tribus Amictibus, cum ſtolâ & favonibus, cum quatuor capis ejuſdem ſectæ, cum diverſis Orfrais, & quatuor aliis capis diverſæ ſectæ de panno adaurato, cum duabus ridellis, & toto apparatu Altaris ſine frontello.

Item unum Veſtimentum rubeum de panno adaurato, diverſis avibus poudratum, in quo domina principiſſa fuit deſponſata, cum unâ caſulâ, duabus tunicis, tribus Albis, tribus Amictibus, cum ſtolâ & favonibus; tres capæ ejuſdem ſectæ, cum toto apparatu Altaris, cum ridellis.

Item unum Veſtimentum rubeum de panno adaurato cum Archanglis, cum caſulâ, duabus tunicis, tribus Albis, tribus Amictibus, cum ſtolâ & favonibus: tres capæ ejuſdem ſectæ, cum toto apparatu Altaris præter Ridellos & frontellum.

Item unum Veſtimentum blodium de panno adaurato, poudratum cum floribus aureis, & diverſis aliis floribus rubæis, cum unâ caſulâ, duabus tunicis, tribus Albis, tribus Amictibus, cum una ſtolâ, uno favone. Duæ capæ ejuſdem ſectæ, cum apparatu Altaris, cum ridello & frontello.

Item unum Veſtimentum rubeum de panno adaurato, cum ſtellis, & aquilis, cum tribus Albis, tribus Amictibus, cum ſtolâ & favone, & Altari integro ejuſdem ſectæ, ſine ridello & frontello ſuperiorum. Et xviij. capæ de eadem ſecta, partim deficientes in liniaturâ earundem.

Item unum Veſtimentum palliatum de rubeo Velvetto, & panno adaurato, cum caſulâ . . . . . tribus Albis, tribus Amictibus, duabus capis pro confeſſione, in parte fractis, cum toto apparatu Altaris, præter frontellum & ridellos.

Item

Item unum Veſtimentum glaucum, cum duabus capis valdè debilibus, cum apparatu Altaris, ſine frontello & ridello; & indigent emendatione.

Item unum Veſtimentum album de camocâ, pro commemoratione beatæ *Mariæ*; & tres capæ ejuſdem coloris, & cum toto apparatu Altaris præter frontellum & ridellum.

Imprimis unum Veſtimentum rubæum de panno Satin veteri, cum duabus capis ejuſdem ſectæ valde debilibus, & modici valoris, & ferè in toto fractis. Et alia capa purpurei coloris, cum una frontellâ ejuſdem coloris.

Item unum Veſtimentum nigrum pro vigiliis mortuorum, cum caſulâ, duabus tunicis, tribus Albis, tribus Amictibus, cum ſtolâ & favone. Duæ capæ ejuſdem ſectæ, cum toto apparatu Altaris, cum ridellis, ſine frontellis, valdè debilibus.

Item duo Veſtimenta rubea, cum Stellis & Aquilis, orfraid. & ambag. domini principis, pro duobus Altaribus in navi Eccleſiæ, cum apparatu ejuſdem ſectæ, præter frontellum unum & ridellum.

Una Caſula furabatur in feſto S. *Georgii*, anno regni Regis *Ricardi* quinto. Item unum Veſtimentum pro Ferialibus diebus. Album de Camocâ, cum Caſulâ.

Duæ tunicæ, ſtolæ & fanellæ de diverſis ſectis, cum duabus Albis, & duobus Amictibus, ſine apparatu Altaris.

Item unum Veſtimentum de panno albo, pro Quadrageſimali tempore.

Tres Caſulæ, cum paruris, ſtolis, & ſanellis, tamen modici valoris.

Item una Caſula, una Alba, unus Amictus, una ſtola, una favona, cum apparatu Altaris ejuſdem ſectæ pro Miſſis quotidianis beatæ *Mariæ*; una data Eccleſiæ de **Wyrardesbury**: deficit Veſtimentum.

Item in pulpito una caſula, una alba, una ſtola, unus Amictus, una favona de panno ſerico, præter frontellum, pro Miſſis ibidem, cum frontello ſteygnato.

Item pro privato Altari retro ſummum Altare, una caſula, una alba, unus Amictus, una ſtola, una favona de panno ſerico, cum frontello ſteygnato.

Item unum Veſtimentum quotidianum . . .

Item de dono Regis *Henrici* quarti, unum Veſtimentum blodii coloris, intextum cum albis canibus; viz. duabus frontellis, duabus ridellis, unâ caſulâ, duabus tunicis, tribus Albis, tribus Amictibus, cum ſtolâ & favonâ ejuſdem ſectæ, Tres ejuſdem ſectæ, cum uno orfray broidato, cum unâ *Thomæ Lancaſtræ* ..... ejuſdem ſectæ.

Item de dono Regis *Ricardi* Veſtimentum continens *Autercloth* cum Crucifixo *Mariæ* & *Johannis*, & Autercloth ejuſdem ſectæ. Una Tuella cum parurâ; & una ſine parurâ: una caſula & duæ Albæ; duo Ridella; unum corporale; unum pulvinare; una ciſta pro dictis rebus cuſtodiendis, quæ quondam omnia fuerunt *Alexandri* Epiſcopi *Ciceſtrenſis*: quæ omnia dantur Eccleſiæ de **Wyaddon**, præter ciſtam.

Item unum Veſtimentum Quadrageſimale de dono Ducis *Norfolciæ*, cum tribus caſulis ridellis contra frontellis, & frontellis cum toto apparatu Alaris.

Item duo Cheſibles de Velvetto blodio, cum Albis, Amictibus, ſtolis phavonibus, de dono domini *Butiller*, cum frontellis, & contra frontellis de Baudekyn, diaperatis de rubeo & blodio, cum floribus.

Capæ.

Inprimis una Capa bona & principalis de auritexto, cum diverſis imaginibus, & capitibus Leopardorum, factis de perlis.

Item una Capa bona de auritexto, de dono principis *Edwardi*, diverſis paſſionibus diverſorum Sanctorum.

Item una Capa de rubæo Velvetto, de dono *Henrici* Ducis *Lancaſtriæ*, cum diverſis imaginibus aureis broudatis.

Item una Capa de nigro Velvetto, de dono Comitis *Warwici*, cum Baculis raggatis argenteis broudatis. Item tres Capæ de panno ſerico nigro, cum bobus & gruibus auro-textis; & deficiunt omnes in lineaturâ.

Item tres aliæ Capæ de panno ſerico nigro, cum Draconibus de floribus auro-textis.

Item tres aliæ Capæ de panno ſerico, cum Draconibus diverſis volantibus.

Item tres aliæ Capæ de panno adaurato, cum equis mantellatis, habentibus pedes leoninos.

Item una Capa communis bona, de panno auritexto, cum imaginibus Apoſtolorum.

Item una Capa rubea de panno adaurato, cum avibus operatis in loſingis.

Item duæ Capæ, una de blodio-Velvetto, cum cervis ſub arboribus, & alia de blodio ſatin, poudrato cum arboribus aureis, de dono *Nicholai Sarnesfeld*.

Item de dono Ducis *Glouceſtriæ* tres Capæ; viz. duæ de blodio panno aureo, cum Draconibus, cum Leonibus pugnantibus, & tertia de blodio panno aureo poudrato cum calathis, plenis floribus.

Panni.

Inprimis duo Coſters panni magni de Velvetto, pro principalibus diebus, rubei & viridis coloris, cum magnis imaginibus, ſtantibus in tabernaculo, cum .... cum .... panni ejuſdem ſectæ.

Item unus (Coſter) pannus magnus de Velvetto purpureo broidato, cum *Boterflies*; & cum uno parvo ejuſdem ſectæ.

Item unus magnus (Coſter) pannus de Velvetto purpureo, cum diverſis Armis operatis in quatring. compas, cum uno parvo panno ejuſdem ſectæ.

Item unus pannus de panno adaurato, palliatus rubro & blodio coloribus, pro ſepulchro Domini.

Item unus pannus de rubro ſamito broudato, cum imagine Trinitatis, quaſi in majeſtate exiſtente, cum quatuor imaginibus Evangeliſtarum, eam circumſtantibus; & cum quatuor baculis rubris ad eundem defetendis.

Item unus pannus de blodio ſerico radiato, pouderato cum diverſis avibus & floribus, pro celeturâ Sepulchri domini.

Item unus pannus rubeus de panno adaurato, poudrato cum avibus & floribus, de dono domini Comitis *Buckinghamiæ*.

Item unus pannus albus de panno adaurato, radiatus ex tranſverſo.

Item unus pannus rubeus de panno adaurato, poudratus cum floribus aureis, & in parte viridibus.

Item unus pannus blodius de panno adaurato, cum diverſis imaginibus aureis mantellatis ſuper Griffonis equitantibus.

Item unus pannus rubeus de panno adaurato, cum leonibus nigris mantellatis.

Item duo panni linei, qui in principalibus Feſtis in Choro explicantur, ad Capas ſuper ponendas: continentes in longitudine quilibet ſex ulnas & dimidium; hinc inde facta ſunt duo veſtimenta.

Item xxij. Capæ de panno ſerico rubeo & nigro, de dono *Henrici* regis.

Item duo panni aurei rubei & albi, de dono Ducis *Norfolciæ*, inde facta frontalia pro . . . . . & unum mantellum Comitis *Northumbriæ*.

Jocalia & Reliquiæ infra tabulam ſummi Altaris.

Inprimis una Crux nobilis, vocata *Gueth*, in quâ deficiunt ſeptem lapides diverſæ; ejuſdem generis illorum in eadem Cruce poſitorum, quorum ſex iterum ponuntur ibidem, & unus perditur. Et in pede ejuſdem Crucis deſunt undecim lapides Margaritæ; tres Smaragdi parvi in borduris. Item deficiunt tres ſummitates pinnaculorum in illo pede.

Item una Crux de ligno dominico, ornata Saphyris, cum tribus imaginibus eburneis, ſtantibus ſuper fundum auri, habens pedem aureum de plate, cum imagine cujuſdam mortui reſurgentis inter quem pedem & Crucem eſt unus Berillus, & aymellatus cum tribus imaginibus, & uno pede plano argenteo & aymellato. Item unum Feretrum de Berillo argenteo deaurato, cum unâ Cruce & tribus imaginibus in medio; & paſſio S. *Stephani* de retro, habens in ſummitate imaginem Salvatoris obturatum Berillis, cum duobus Angelis ſupra pedem, deferentibus dictum Feretrum intra manus eorundem, quorum ala unius deficit; alterius brachium frangitur; & pomellum pinnaculi deficit ſuper Crucifixum.

Item ſalutatio beatæ *Mariæ* Virginis argentea & deaurata, ſtans in pede argenteo deaurato & aymellato de viridi, cum unâ ollâ in medio, cujus medium eſt de Chriſtallo, in quâ continetur pars lactis beatæ *Mariæ* Virginis. In cujus ollæ ſummitate ſunt frondes Lilliorum viridum; in pede cujus . . . . . ſupportantur, & unus flos deficit.

Item unum Salarium nobile argenteum deauratum, cum lapidibus pretioſis, cujus fundus & cooperculum ſunt de Jaſpide rubeo; in cujus cooperculo deficit unus lapis.

Item duo Tabernacula argentea deaurata, boni operis, plena diverſis Reliquiis ſtantur ſuper pedes de latino deaurato: & in fine unum deficit pinnaculum: & in ſummitate alterius deficiunt tria pomella tabernaculorum.

Item una tabula nobilis, cum duobus foliis deauratis, & aymillatis, cum imagine Crucifixi, *Mariæ*, *Johannis*; & Geſma cum pomellis . . . . . tamen in aymellatione deficit infra & extra aliqualiter.

Item unum tabernaculum pulchrum, cum quatuor columpnis de Beryllo, admodum Crucis factum; in quo eſt imago *Daniel*, cum duobus leonibus; extra quod ſtat Angelus ex unâ parte, & propheta ex alterâ: in cujus ſummitate eſt imago beatæ *Mariæ* virginis, cum puero in manibus, ſtans ſuper pedes argenteos deauratos & aymellatos de viridi, & ornatos diverſis lapidibus; in cujus ſuperficie deficit pinnaculum.

Item unum Tabernaculum pulchrum, cujus pes ſtat ſuper quatuor leones, cum imagine S. *Georgii*, occidentis Draconem, & Geſma beatæ *Mariæ* cum imagine *Joſeph* incluſus; cum duobus foliis aymellatis, cum imagine S. *Johannis* Baptiſtæ ſtantes in eodem Tabernaculo, & deſuper ipſum imago Trinitatis, cum duobus Angelis; & in ſummitate ſtat unus Crucifixus, cum duobus imaginibus deauratis & ornatur diverſis lapidibus pretioſis circumquaque, in quo deficiunt ſeptem lapides Margaritæ, & alia columna versùs latus; & una columna ex parte S. *Georgii*.

Item una imago S. *Jacobi* argentea deaurata, cum mantello & capello ſcoperulato, ad modum peregrini, tenens quandam partem Coſtæ ſuæ intus manus ſuas.

Item unus Angelus argenteus deauratus, cum coronâ aureâ, & lapidibus pretioſis, cum duabus ſpinis de Coronâ dominicâ.

Item duo Angeli ſtantes & portantes Feretrum de Berillo, ad imponendum Corpus Chriſti, in cujus ſummitate eſt una Crux argentea deaurata, & aymellata, cum tribus ymaginibus, & unus Angelus genu flectens coram dominico feretro, tenens parvum vas de Berillo; pro Reliquiis reponendis.

Item duo Angeli unius formæ argentei deaurati, cum alis aymellatis; quilibet eorum tenens Berillum in manu ſuâ.

Item duo Angeli parvi argentei deaurati, genu flectentibus, in manibus ſuis Candelabra portantes, cum alis extenſis; quarum una frangitur, & alia deficit.

Item unum vas oblongum argenteum, & deauratum, cum lapidibus precioſis, continens quartam cuſpidem unius clavi dominici; in quâ deficit unus Saphyrus, & una Margarita in cooperculo; & ferè in medio frangitur.

Item

Item unus ciphus argenteus deauratus, quæ fuit S. *Martini*, cum cooperculo, & cum aymillatione in fundo de S. *Martino*; in quo cipho continetur quædam pars cranii S. *Bartholomæi*.

Item unus cyphus de ore Gryfonis, cum cooperculo argenteo & novo facto ejusdem materiæ, cum pede argenteo deaurato, & ligaturis argenteis deauratis subtiliter; in cujus cooperculo sunt . . . . . , in quo cipho continetur quædam pars cranii S. *Thomæ* Apostoli.

Item unum vas oblongum de Beryllo, clausum ex utraque parte, cum argento; & una Crux desuper, & Arma S. *Georgii*, in quo continentur tria ossa.

Item tabula argentea deaurata, de dono *Edwardi* Regis, quam habuit ex dono Episcopi *Lincolniensis* sana & integra; in qua continetur vas oblongum proximè supradictum.

Item Tabernaculum argenteum deauratum, cum diversis imaginibus in eodem circumstantibus, & campanile in summitate; in cujus campanili est Campana una, & cum quatuor pinnaculis, quorum unum frangitur, & stat super pedem de Latano.

Item Tabernaculum argenteum deauratum cum Berillis in medio, ad corpus Christi imponendum, stans super pedem argenteum deauratum, de dono *Thomæ* Comitis *Buckinghamiæ*.

Item unum vas de Berillo in medio, de argento deaurato in utroque Capite ad modum . . . : . . . in quo continetur unum os S. *Gerardi*.

Item de dono Regis *Henrici* quarti una imago beatæ *Mariæ*, argentea & deaurata; in brachio dextro filium portans, cum uno volucre ludentem.

Idem de dono ejusdem Regis duæ Phialæ argenteæ & deauratæ, & formatæ ad modum *Anglorum*.

Focalia & Reliquiæ stantia super summum Altare.

Item una tabula semper stans super summum Altare, cum duobus foliis argenteis deauratis, frettatis cum literis ex unâ parte, & uno Crucifixo pertractato in alio folio ejusdem: Et in altero continentur diversæ Reliquiæ, cujus dorsum ligneum habetur.

Item unum Brachium de plate argenti deaurati, cum bordurâ diversorum lapidum pro Reliquiis imponendis: in cujus bordurâ deficiunt tres Lapides: Et in fundo hostium argenteum deficit.

Item unum Brachium de plate argenti deaurati (cum bordurâ lapidum, & deficiunt tres lapides) continens os Brachii S. *Willielmi Eboracensis*, quod potest videri.

Item unum Brachium de plate argenti, cum bordurâ lapidum (& deficiunt quamplures lapides) continens quandam partem Brachii S. *Georgii*.

Item una tabula lignea stans super parvum Altare in parte boreali, ex oppolito summo Altari, cum platis & imaginibus cupreis deauratis, continens passionem S. *Georgii*.

Reliquiæ non inclusæ.

Item unum feretrum ligneum, ornatum cum plate argenti deaurati, cum lapidibus veteris operis, continens diversas Reliquias; viz. unum os de Brachio S. *Osythæ*; & unum os de Brachio S. *Richardi*; unum os de S. *Margaretâ* Reginâ *Scotiæ*. Item unum os de S. *Thomâ* de Hereford. Item unum os de S. *David*.

Item unum os de S. *Willielmo Angl.* Item unum os de S. *Will. Eboracensi*.

Item una pars maxillaris de S. *Marco* continens xiiii. dentes. Item unum os de S. *Gerardo*, quod os est in tabula Altaris. Item una costa de unâ virgine undecim millia virginum. Item unum os de S. *Mauricio*, quod est in Altari. Item unum os de Sancta *Elizabethâ*. Item una costa de sancta vitale. Item de cerebro S. *Eustachii*.

Item in loculo uno continetur unum os de S. *Georgio*; de Tabula cenæ Domini de Tumba *Mariæ* virginis; de sanguine S. *Thomæ Cantuariensis*.

Item unus Lapis cum quo bonus *Stephanus* lapidatus fuit. Item unum pecten boni *Edmundi* Archiepiscopi. Item camisia S. *Thomæ* martyris. Item una zona alba S. *Johannis* Evangelistæ, quam dedit B. *Mariæ*. Item parva pars cranii S. *Thomæ* Apostoli; & de unâ Candelâ B. Virginis.

Morsus.

Item unus Morsus argenteus deauratus & aymellatus, in cujus medio Salutatio Angelica exrat, cum Armis Comitis *Warwichiæ*.

Item unus Morsus argenteus deauratus, cum Salutatione Angelicâ, in tabernaculis pulchriter dispositis; cujus Angeli deficit ala sinistra; & de Lilio deficit unus flos.

Item unus Morsus argenteus deauratus, cum diversis lapidibus, cum imagine Trinitatis sculptâ in medio unius lapidis, qui vocatur *Camahu*, in quo deficit unus lapis.

Item unus Morsus triangularis argenteus deauratus, cujus medium est aymellatum; in quo sedet imago unius Regis inter arbores.

Item unus Morsus nobilis argenteus deauratus, lapidibus ornatus circumquaque, in cujus medio est Lapis *Camahu*, in quo sculpitur imago unius prophetæ, in quo deficit unus lapis. Item deficit alius parvus lapis, quinque lapides, & una Margarita, quinque lapides & quinque Margaritæ & duo pinnacula; & alia duo libera vere fracta.

Caliees.

Item una Calix nobilis aurea, in cujus pede deficiunt quinque lapides, duo Rubeis baleis, & unus Saphirus, cum unâ patenâ aureâ, cum perlis & lapidibus preciosis ornatâ, & cum uno cochleare aureo, habente unam Margaritam grossam in summitate ejusdem.

Item septem aliæ Calices deauratæ, cum patenâ ad easdem; & cum uno cocleari argenteo, quorum unum frangitur in pede; & una patena similiter, modo de novo reparata.

Corporalia.

Item undecim Corporalia, quorum unum magnum pro majori Calice aureâ, cum repositorio bono, ornato cum perlis.

Item unum de Ale, & unum de Ravidale.

Paxillæ.

Item una Paxilla nobilis argentea deaurata, & aymillata, cum Imaginibus Crucifixi, *Mariæ* & *Johannis*, & habentis in summitate tria pomella, quorum unum deficit; cum duobus scuticis in utroque latere pendentibus, quorum unum deficit.

Item una Paxilla ferialis de plate argenti & deaurati, valdè debilis, cum imagine beatæ *Mariæ*, in eadem impressâ.

Candelabra.

Item duo Candelabra argentea, cum Berillis in medio existentibus.

Item duo Candelabra argentea, cum pomellis deauratis, aliqualiter defectiva.

Item unum Candelabrum argenteum, ad modum Crucis factum, pro Candelâ benedictâ, in die Purificationis portanda; & frangitur in medio ex una parte.

Item duo Candelabra de Latano pro ferialibus diebus.

Item duo Candelabra deaurata, de dono Ducis *Lancastriæ*, cum tribus scuticis, & Armis ejusdem Ducis pendentibus in summitate cujuslibet; & tribus fixis in pede.

Turribularia.

Item duo Turribularia argentea de bono opere & deaurata, quorum deficit pinnaculum in uno; in alio deficiunt septem pinnacula.

Item duo alia Turribularia argenea & deaurata, & de unâ sectâ, valdè defectiva in cathenis & ligaturis, & fenestris eorundem.

Naves.

Naves duæ sunt; una argentea, & altera deaurata: Et argentea frangitur in pede, cum uno cocleare argenteo.

Cruces.

Item una Crux argentea deaurata, in cujus pede extat Salutatio beatæ *Mariæ*, & quatuor Evangelistæ in quatuor partibus ejusdem dispositi: Et in medio Imago Dei crucifixi, cum imaginibus S. *Mariæ* & S. *Johannis*.

Item duæ Cruces processionales de cupro deaurato; quarum una in superficie ferè frangitur; & duæ aliæ Cruces per massam emptæ de cupro deaurato.

Phiolæ.

Item duæ Phiolæ (utrique indigentes reparatione) de Berillo, ligato cum argento deaurato de bono opere.

Item duæ aliæ Phiolæ argenteæ deauratæ, cum lapidibus & perlis, multipliciter defectivæ.

Item duæ aliæ Phiolæ argenteæ pro ferialibus diebus, cum pedibus & coopertoriis noviter factis.

Pelves.

Item duæ Pelves argenteæ deauratæ, quarum una frangitur in margine.

Item unum vas argenteum, pro Aqua-benedictâ imponendâ, cum uno asperforio argenteo defectivo.

Item duæ Pelves argenteæ deauratæ - - - - - - - - - ex dono Ducis *Suffolciæ*.

Super-altaria.

Item sex Super-altaria; viz. unum de Jaspide lapide, argento ligato, & deaurato, & unum de Alabastro; & alia quatuor de Marmore.

Mitra.

Item Mitra bona, ornata lapidibus pretiosis.

Item duo paria Chirothecarum; viz. unum par sine aperturâ, & aliud cum duobus noctis.

Item duo paria Sotularum.

Item unum per Sandalorum.

Item una Alba; unus Amictus de Vestimento Angelorum, cum duobus Rochettis.

Item unus Baculus-Pastoralis depictus, ferè nullius valoris.

Item una Mitra bona, cum diversis lapidibus, in quâ deficiunt tres Lapides.

Pixides.

Item una Pixis nobilis eburnea, garnita cum luminibus argenteis deauratis, cum pede pleno Leopardis & Lapidibus pretiosis; habens cooportorium argenteum deauratum, cum bordurâ de Saphyris, in cujus summitate stat figura Crucifixi, cum *Mariâ* & *Johanne*, garnita cum Perlis; cum tribus Cathenis in pomello argenteo deaurato; & una longa Cathena argentea, per quam dependet; & extat longitudinis trium virgarum, in quo deficiunt duo Saphiri, & una baleys, & quatuordecem Perles.

Item

Item in Ciſtâ ferreâ, cum diverſis clavibus, una Pixis de Berillo, pro corpore Chriſti imponendo, aliqualiter fracta.

Item una Pixis de eburneo gemellato argenteo, cujus coopertorium frangitur.

Item una Pixis de cupro, pro corpore Chriſti imponendo, cum Cathenâ de eadem ſectâ, cum duabus canapis, viz. majore & minore.

Chriſmatorium.

Item unum Chriſmatorium argenteum, cum tribus ampullis argenteis in eodem contentis.

Campana.

Item una Campana argentea ad pulſandum coram corpore Chriſti, in Viſitatione Infirmorum.

Baculi.

Item unus Baculus pro Præcentore in Choro, ligatus in quinque locis, cum puncto argenteo in fine; habens in ſummitate ejuſdem unam partem eburneam ex tranſverſo, cum Chriſtallo in finibus.

Item duo Baculi de unâ ſectâ pro Rectoribus chori in principalibus.

Item duo Baculi, pro Rectoribus ſecundariis, non unius ſectæ, quorum unus frangitur.

Deficit unus Baculus, & duo indigent reparatione; & duo Baculi harnizati cum Berillo.

Paruræ.

Item duæ Paruræ; una Stola; una Fanona poundrata cum auro & perlis, & lapidibus pretioſis in auro, cum ſpaulis duabus, & maniculis de eadem ſectâ.

Item unum Collarium quaſi ſuper amictum precioſum, cum duodecim Saphyris groſſis, & decem Emeraudis, poſitis in trifoliis aureis, una-cum perlis per totum mixtis.

Item una Parura pro Tuaillis Altaris gobonatis de Armis & Lozingis.

Item una Stola; una Fanona; unus Amictus, duo maniculi; duæ paruræ pro Albis de unâ ſectâ, gobonatis de Armis & Lozingis bluettis, de perlis in auro.

Item duæ Paruræ de Veſtimentis bubon.... pro Amictibus.

Item duæ Paruræ albæ de panno adaurato, uniuſectæ, pro Amictibus.

Peciæ.

Item una Pecia blodii Velvetti, cum triginta ſeptem (quarum tres in capo) Aquilis broidatis in eadem de auro.

Item una alia Pecia ejuſdem ſectæ, continens quinque Aquilas.

Item duæ Peciæ de Veſtimentis Arch-Angelorum, continentes undecim Arch-Angelos.

Item quatuor Peciæ rubei Velvetti. Una Stola cum nodis; unum cingulum de nigro ſerico; una pepula de Tartarin blodio, pro Capis.

Auricularet.

Item unum bonum Auricular de blodio Samito, broidato, cum duabus Aquilis aureis diſpoſitis in medio ejuſdem; & diverſæ Armæ diverſorum Dominorum, ex utraque parte earundem diſpoſitæ, & broidatæ, cum tali ſcripturâ—*Jheſu eſt timor meus.*

Item unum Auricular de blodio Velvetto, broidato cum Aquilis aureis.

Item unum parvum Auricular, de panno adaurato, cum imaginibus operatis in Lozingis.

Item duo Auricularia pro Miſſalibus in Altari ſupportandis.

Quiſſini.

Item duo Quiſſini de blodio-Velvetto, broidato cum Cartis & Armis S. *Georgii* in medio diſpoſitis.

Item duo Quiſſini rubei, de Camocâ.

Item duo Quiſſini virides de panno ſerico.

Item duo Quiſſini glauci coloris.

Item duo Quiſſini de panno ſerico, valdè debiles, adauratæ cum Griffonibus habentibus alas nigras.

Item unus Quiſſinus de Velvetto rubeo.

Tuaillæ.

Item una Tuailla benedicta pro ſummo Altari, de nigro ſerico, cum radiis aureis ex tranſverſis.

Item una Tuailla de albo ſerico, cum radiis aureis ex tranſverſis.

Item duæ Tuaillæ de Cambric, habentes nigras Cruces in medio earundem.

Item quatuordecim Tuaillæ de panno lineo, pro ſummo Altari.

Item octo Tuaillæ de panno lineo, pro Altaribus ſecundariis.

Item quinquæ parvæ Tuaillæ pro manibus tergendis.

Albæ & Amictus ſine Paruris.

Item ſeptem Albæ, quarum una eſt de ſerico, cum octo Amictibus ſine Paruris.

Item ſexdecem Albæ pro Choriſtis, cum duodecim Amictibus; unde unus Amictus ponitur in Veſtimento Quadrageſimali.

Item una Alba, cum uno Amictu, cum Paruris pro ſacerdote, in proceſſione in principalibus Feſtis induendo.

Velum cum Ridellis.

Item unum Velum Quadrageſimale pallea-um, bl odium; & albi coloris, cum Gartieris, & Aquilis, auro poudratis.

Item

Item unum Ridellum ejuſdem ſectæ, per totum, pro fronte ſuper ſummum Altare, cum cordulis de filo albo pro eiſdem.

Item unum Ridellum de ſerico, blodii coloris; habens in ſe tres imagines, viz. Crucifixi, & Sanctorum *Mariæ* & *Johannis*.

Feretra.

Item unum Feretrum ligneum, pro Rogationibus, cum duabus coſtis de ſerico & platis argenteis, & aymellatis, & deauratis, cum Armis diverſorum.

*I*tem unum aliud Feretrum, pro mortuis comportandis.

Tapeta.

*I*tem tria Tapeta de bluetto, cum Gartiers.

*I*tem unum Tapetum viride, cum bageis domini Principis.

*I*tem tria Tapeta rubea, cum Gartiers, valdè debilia; & alia duo viridia cum Armis domini Regis, modici valoris.

*I*tem unum parvum Tapete viride, cum Galeâ Comitis *Warwici*.

*I*tem unum Tapete rubeum, diviſum in duas partes, cum Armis Comitis *Pembrochiæ*.

*I*tem unum Tapete magnum, ferè totaliter fractum.

Item unum Tapete rubeum, cum cervis ..... cum duabus coſtis ejuſdem ſectæ.

*I*tem unum Tapetum rubeum cum leonibus.

*I*tem Tapete rubeum, cum Aquilis.

Gladii cum Galeis.

Item tres Gladii; unus *Edwardi* Regis; alius Comitis *Southfolciæ*, & tertius domini *Thomæ Banaſtre*.

Item ſex Galeæ.

Item unus Gladius Regis *Ricardi*, & alius Comitis *Derbiæ* (nunc Regis *Henrici* quarti.)

Gladius Ducis *Lancaſtriæ*. Comitis *Sarum*.

Mantella.

Item unum Mantellum domini Regis de blodio velvetto ſurrato cum puyred, & uno lace de blodio ſerico, & knappes de auro.

Item unum Mantellum de Velvetta (Ducis *Britanniæ*) furratum cum puyred, & uno lace de blodio ſerico, cum knappis de perlis.

Item unum Mantellum *Johannis Holand* de Velvetto, duplicatum cum Tartarin-plunket.

Item unum Mantellum Comitis de *Graunt-brugge* de Camacâ-duplici, cum albâ Taffatin.

Item unum Mantellum Comitis *Cantiæ*, de panno blodio laneo, duplicatum cum viridi Taffatâ.

Item unum Mantellum de laneo, duplicatum cum Tartarin blodio.

Jocalia & Reliquiæ in Ærario.

Inprimis unum Aquarium de Chriſtallo, cum pede argenteo deaurato, & cooperto cum argento deaurato, & ligato per tres partes cum argento deaurato.

Item una Pixis de Jaſpide rubeâ, cum uno oſſe de Sancto *Ludowico*, cum pede & cooperculo argenteo & deaurato.

Item unus Ciphus parvus de Berillo, cum pede & cooperculo argento deaurato.

Item unus Ciphus argenteus deauratus, cum cooperculo, qui fuit S. *Thomæ Herefordenſis*.

Item unus Ciphus, cum uno Aquario argenteo deaurato, ex dono Comitis *Pembrochiæ*.

Item una Pixis de Berillo, cum cooperculo, aymellato cum Armis Sanctorum *Edwardi* & *Edmundi*, cum pomello, de uno Saphyro aquatico.

Item una Crux parva argentea deaurata, cum pede ad eandem, cum lapidibus & perlis; in quâ deficiunt duo Gernetti, & ſunt in Ærario.

Item una Crux parva, cum duabus tranſverſis, in quâ continetur de ligno Crucis Dominicæ.

Item una Pixis eburnea, de opere Saracenorum, cum cooperculo ejuſdem ſectæ perforato per totum.

Item una Pixis de panno adaurato, cum parvis perlis, pro Reliquiis.

Item una tabula parva argentea & deaurata, cum duobus foliis ad eandem, ad modum Tabernaculi, in quâ continentur Reliquiæ de ligno Crucis; de voto beatæ *Mariæ*, & de panno in facie.

Item una tabula eburnea, parvâ, cum duobus foliis ad eadem, cum diverſis imaginibus ſculpta, in casâ de camacâ.

Item una Pixis argentea & deaurata, de menſurâ unius pollicis, & paulo amplius.

Item nova Zona ſerica broidata parvis perlis per totum, cum bullis & pendiciis aureis, cum lapidibus precioſis, cum ſeptemdecem barris; & in qualibet illarum tres Saphiri, cum uno treſpas auri; excepto, quod in unâ barrâ non ſunt niſi duo Saphiri.

Item una plata aurea pro magna Cruce; in quâ deficit unus Saphyrus & unus Smaragdus, qui ſunt in Ærario (poſiti ſunt in magnâ Cruce.)

Item unus Saphyrus de Coſtâ Crucis; & unus Smaragdus de Plate; & una perle cum apparatu aureo, qui ſunt de Cruce & de pede.

Item una Pixis parva argentea deaurata, in quodam cooperculo batellata; in cujus fundus exiguus eſt *Agnus Dei*.

Item una Phiola argentea deaurata, cujus medium eſt Berillus, accommodata Duci *Lancaſtriæ*, præcepto Regis *Ricardi*.

Item una Crux parva, in parte anteriori, de auro; in quâ continetur de Cruce dominicâ; & in poſteriori parte eſt argentum deauratum.

Item





Capellæ Regi… Co…
S. GE…GII…
in Ca…de
WIND…OR…
A Meridi… Prospe…

In piorum olim Fund…rume i…
DECANVS … CAN…
præclaræ hu… Cape…
hoc posuer… A. 167…

Areæ ejusdem
Ichnographi…



Collegiatæ

GII,

n Ca[stro] de

NDSORE

rid[ensis] Prospectus,

Fund[atorum]me memoriam

VS CANONICI

re hu[jus] Capellæ

posuer[unt] *Ao* 1674



jusdem Capellæ

chmorphia,



1. *Domus Capitularis,*
2. *Tumulus Regis Edw: quarti*
3. *Sepulchrum Regis Henr: 6.*
4. *Capella Regi: Bray,*
5. *Capella S.ᵗᵉ Mariæ,*
6. *Vrsvici Capella,*
7. *Capella Will: Hastings,*
8. *Oxonbridgii Capella,*
9. *Capella Oliveri King,*
10. *Reliquiæ Tumuli pro R. Gᵉ Hen: 8. designati.*

W. Hollar delineavit,



Item unum parvum vas argenteum deauratum, in quo continentur diversæ Reliquiæ, in unâ Rosâ quinque foliarum.

Item unum parvum os in pendulo aureo, pendens cum unâ lace viridi: Item una petra inclusa in auro; & unus dens inclusus in auro suppendente.

Item una petra varii coloris, formata ad modum linguæ serpentis, inclusa in tressurâ argenti.

Item una plate aurea, cum una Cruce ligneâ, in medio; & duobus Camahus.

Item nova Coffra argenti, cum clave ad idem sculptâ exiguâ, cum Baudekyns.

Item una Coffra lignea exigua, cooperta cum platis cupreis deauratis, sculptis cum Baudekyns, continens diversas Relliquias.

Item tres parvæ Crucesaurei; quarum maxima Crux pendet per unam Cathenam auream, cum tribus loculis sericis in fine.

Item una pulchra Camahu, ornata perlis & auro; in quâ continetur pars Cathenæ, de quâ Sanctus *Ludovicus* flagellavit se.

Item una bursa de rubeo serico, cum parvis perlis ornata, in uno cophino nigræ sindonis, pro Reliquiis.

Item Aurifrigium duarum virgarum & dimidii, cum collari pro unâ casulâ, & abscinditur maxima pars.

Item unus Amictus, cum unâ parurâ sericâ rubeâ lozingatâ, & diversis lapidibus ornata; ex quibus quatuor de majoribus deficiunt.

Item vas argenteum parvum, longitudine duorum pollicum.

Item duo Agnus Dei argentei deaurati.

Item una platea argentea deaurata, quæ deficit in uno brachio; quæ stat super summum Altare.

Item quinque Campernoles integri, de auro, cum cavillo aureo & Saphyro in fine; & quatuor dimidiæ Compernolæ de auro.

Item quatuor platæ argenteæ deauratæ, sulptæ cum diversis Armis.

Item quatuor Annuli argentei.

Item quatuor Flores de Lilio, qui deficiunt in Coronâ parvæ imaginis *Mariæ*.

Item unum Tribunal aureum, de dono Comitis *Northumbriæ*, cum duobus baleys, duobus Saphyris, & quatuordecim Margaritis, cum - - - - - -

Coronæ.

Item tres Coronæ argenteæ deauratæ, cum diversis lapidibus preciosis ornatæ, viz. una pro beatâ *Mariâ*, & alia pro filio, & tertio pro Sancto *Edwardo*; viz. in Coronâ beatæ *Mariæ* deficiunt qninque lapides: Et in Coronâ filii deficit unus flos delicatus: Et in S. *Edwardi* deficiunt sex lapides, & quatuor knappes in bordurâ; & duo knappes majores argenti deaurati super flores delicatos.

Coffra cum Botellis.

Item duo Coffri virides, cum seruris & clavibus ad easdem.

Item duo Botelli de Jaspide grisea, cum lacis de serico viridi, cum plusculis & pendiciis argenti.

Sudaria.

Item tria Sudaria pro patinâ; viz. unum album, & duo Stragulata, blodii coloris.

Vexilla.

Item duo Vexilla poudrata cum Armis domini Regis *Angliæ*.

Item unus Draco, & unus Leo pro processione in Rogationibus, cum sex haliis, Et quatuor Vexilla nova, cum imaginibus poncionatis.

ECCLESIA

Collegiata de Rippon *in Comitatu* Ebor.

Statuta & Ordinationes, per Willielmum *Archiep.* Ebor. *facta pro meliori gubernatione ejusdem.*

IN Dei nomine Amen, Licet antiqua Sanctorum Patrum decreverit authoritas, quod qui clavem gestant in domo Dei, extra mansionem vagari non debent, sed parati in statione continuâ vocantes & non vocantes suis exortationibus, quasi pastores solliciti, ad se debent trahere per elemosinarum largitiones pauperum necessitatibus subvenire, hospitalitatem tenere, & alia opera pietatis, sicut Ecclesiasticos docet viros misericorditer excercere, Infirmos visitare, & pectoris sui spiritualis, cujus vultum tenentur agnoscere, saluti consulere quotiens indigebit consilio salutari. Sanè nos *Willielmus* permissione divinâ, *Eborac.* Archiepiscopus, *Angliæ* primas; dudum in Ecclesiâ nostrâ Collegiatâ *Ripon.* visitationis nostræ ordinariæ officium, sicut ad nos pertinuit excercentes, ipsam Ecclesiam nostram Canonicis residentibus invenimus, quod dolenter referimus quasi penitùs desolatam, quanquam cura non modica ibidem imminear animarum; sintque inibi non modicæ estimationis proventus, quos eripiant Canonici evagantes, qui potius deberent residentibus ministrari: propter quod de consilio peritorum, & de consensu expresso Magistrorum *Roberti* de *Baldok*, *Roberti* de *Bridelington* dictæ Ecclesiæ nostræ Canonicorum & Præbendariorum coram nobis præsentialiter constitutorum, & aliorum ipsius Ecclesiæ

Pat. 6 E. 3. part. 3. m. 2. per Inspex.

cleſiæ Canonicorum, omnium & ſingulorum, ad infraſcripta ſolempniter convocatorum procuratorum, poteſtatem in hac parte ſufficientem noſtrâ reputatione optinentium, in domo capitulari ipſius Eccleſiæ noſtræ, præmiſſa, convocatione ſolemnique habito tractatu & cauſis præſentis ordinationis noſtræ, tactis & ad plenum diſcuſſis, & per nos legitimis approbatis; & de conſenſu omnium & ſingulorum quorum intereſt, per nos acceptatis, vocatiſque in formâ juris omnibus quorum intereſt, & quos negotium contingit, qui in hoc caſu de jure ſeu conſuetudine fuerint evocandi; concurrentibus etiam omnibus & ſingulis juris ſolempniis & articulis neceſſariis in hac parte requiſitis: invocatâ ſpiritus ſancti gratiâ, authoritate noſtrâ ordinaria de conſenſu expreſſo dictorum Canonicorum & procuratorum, ordinamus, ſtatuimus, & decernimus, ac etiam diffinimus, præſenti noſtrâ ordinatione, conſtitutione, vel ſtatuto in perpetuum valituro; quod portiones infra-ſcriptæ deinceps Canonicis in dictâ Eccleſiâ noſtrâ *Riponenſi* reſidere volentibus, & cum effectu reſidentibus, & ipſam ſuam reſidentiam in formâ ſubſcriptâ complentibus integrè aſſignentur, quas eis etiam aſſignamus; viz. terræ, prata, redditus, & ſervicia cum pertinentiis; decimæ garbarum & feni de **Nidd** & de **Granteleye** cum penſione xx. ſolidorum debitâ per Vicarium de **Nidd**; & juriſdictio ſpiritualis cum proficuo ejuſdem, quæ ſingulis annis per equales portiones dividi conſueverant inter Præbendarios ſupradictos: Et totum inſuper-Altaragium totius libertatis & parochiæ dictæ Eccleſiæ noſtræ *Riponenſis*, quocunque nomine cenſeatur; exceptis duntaxat decimis lanæ & agnorum tam in ſpecie, quàm in denariis totius parochiæ memoratæ, quæ ſingulis Præbendariis remaneant ſicut prius. Salvo etiam & exceptis Præbendario Præbendæ de **Monketone** quæ idem Præbendarius percipere conſuevit ratione cuſtodiæ dictæ Eccleſiæ Theſaurariæ & aliorum onerum ſibi incumbentium ab antiquo.

Ordinamus etiam, quod omnia & ſingula ad dictam communam pertinentia ſint ab omni præſtatione decimæ, & aliis oneribus quibuſcunque, exceptis hiis quæ miniſtris Eccleſiæ conſueverant aſſignari, libera, immunia, ſcil. ea omnia ſub taxatione ſingularum Præbendarum remaneant ſicut prius. Reſervamus etiam nobis & ſucceſſoribus noſtris poteſtatem, portionem quam dictus Præbendarius de **Monketone** percipit & agnoſcit, ac percipere & agnoſcere conſuevit, ratione onerum prædictorum ſibi, ut prædicitur incumbentium in eo eventu cum nobis ſeu ſucceſſoribus noſtris legitimè conſtiterit ipſam eſſe non ſufficientem, pro dictis oneribus ſupportandis augmentandi.

Ordinamus inſuper quod ſalaria & ſtipendia Vicariorum, & aliorum miniſtrorum Eccleſiæ prædictæ ſingulis annis de communa ſolvantur; & quod Canonici reſidentes reſideant ſingulis annis per duodecim ſeptimanas, continuè vel interpolatim, prout eligerint, quos volumus in ipſâ Eccleſiâ horis Canonicis intereſſe, ſicut in caſu conſimili in Eccleſiis noſtris Collegiatis *Suwellæ* & *Beverlaci* eſt hactenus obſervatum, quodque præſens ordinatio effectum ſuum habeat à feſto *Annunciationis* beatæ *Mariæ* virginis proximo futuro, perpetuis futuris temporibus duratura. Reſervatâ nobis & ſucceſſoribus noſtris, & quam exnunc reſervamus, poteſtate hanc noſtram ordinationem, conſtitutionem ſeu decretum mutandi, augendi, declarandi, interpretandi, corrigendi, quotiens & quando videbitur oportunum. In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum, & Sigillum Capituli dictæ Eccleſiæ noſtræ *Riponenſis* præſentibus ſunt appenſa, *&c.* Datum apud **Ripon** decimo Kalendarum *Aprilis* anno gratiæ MCCCxxxi°. & Pontificatus noſtri xv°.

Carta Regis Henrici *quinti*, *quâ certas immunitates Eccleſiæ Colleg.* Riponenſi *conceſſit.*

REx, *&c.* Sciatis, quod cum ſex Vicarii in Eccleſiâ Collegiatâ beati *Petri Ripon.* ad honorem Dei & divini cultus augmentum ab olim fuiſſent ordinati & ſtabiliti, qui aliquam habitationem infra clauſum Eccleſiæ prædictæ in communi non habeat; ac venerabilis pater noſter *Henricus* Archiepiſcopus *Eborum*, pro eo quod iidem Vicarii hoſpitia ſua in diverſis habitationibus diſperſim & non in communi tenent, conſiderans melius & decentius fore ipſos, horis dormitoriis & refectoriis inſimul in communi quàm diſperſim commorari, piâ intentione commotus, quandam parcellam terræ in *Ripon* præfatis Vicariis, pro hoſpicio ſuo ibidem conſtruendo in communi ſimul habendo dare & aſſignare proponat; ac per plures Chriſti fideles ipſorum Vicariorum inopiam & indigentiam piè reſpicientes diverſi redditus & poſſeſſiones eiſdem Vicariis pro eorum relevamine caritativè dati fuiſſent & aſſignati, ut accepimus, ſi eorum inhabilitas ſive incapacitas recipiendi eis nullatenus obviaret, ſeu obſtaculum præberet: Nos verò honeſtam converſationem, & continuam devotionem ipſorum Vicariorum, qui Eccleſiæ prædictæ in majori parte indies ſuſtinent pondus diei & æſtus meritò commendantes, ac præfati Archiepiſcopi & aliorum pia propoſita eis ſubvenire volentium promovere affectantes; ob ſinceram affectionem quam ad glorioſum Confeſſorem S. *Wilfridum* in Eccleſiâ prædictâ humatum gerimus & habemus, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod iidem ſex Vicarii & ſucceſſores ſui Vicarii Eccleſiæ prædictæ, de ſe ipſis unum procuratorem, quotiens & quando eis placuerit & videbitur expedire, eligere poſſint, qui nomen Procuratoris Vicariorum Eccleſiæ beati *Petri Ripon.* imperpetuum gerat, & hoc juxta ordinationem per ipſos in hac parte, abſque licentiâ regiâ vel aſſenſu inde aliqualiter petendâ vel obtinendâ faciendam. Quodque iidem Procurator & Vicarii & ſucceſſores

Pat. 2 H. 5. P. 3. m. 27.

ceſſores ſui habeant unum commune Sigillum pro negotiis & agendis ſuis ſerviturum; & quod ſint perſonæ habiles, capaces, & perpetuæ ad impetrandum, recipiendum & adquirendum nomine Procuratoris & Vicariorum Eccleſiæ beati *Petri Ripon.* terras, tenementa, poſſeſſiones, & emolumenta ſpiritualia & temporalia quæcunque à quibuſcunque perſonis, tam laicis quàm eccleſiaſticis, licentiâ regiâ primitus optentâ, licet de nobis vel hæredibus noſtris teneantur, eiſdem Procuratori & Vicariis & ſucceſſoribus ſuis in proprietate poſſidenda imperpetuum: Ac etiam ad proſequendum eorum nomine omnimodas cauſas & actiones reales, perſonales & mixtas, cujuſcunque generis ſint vel naturæ, & ad reſpondendum & defendendum in eiſdem coram judicibus ſecularibus & eccleſiaſticis quibuſcunque.

Et ulterius, de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt præfato Archiepiſcopo, quod ipſe cum conſenſu Capituli Eccleſiæ Cathedralis beati *Petri Eborum*, quandam parcellam terræ cum pertinentiis in **Ripon**, continentem Centum & quadraginta pedes in longitudine, & ſexaginta & ſeptem pedes in latitudine, quæ de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare poſſet & aſſignare præfatis Procuratori & Vicariis, habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis, pro Hoſpicio ſuo inibi conſtruendo imperpetuum: Et eiſdem Procuratori & Vicariis, quod ipſi dictam parcellam terræ cum pertinentiis à præfato Archiepiſcopo recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, ſicut prædictum eſt imperpetuum tenore præſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut eo quod prædicta parcella terræ de nobis tenetur in Capite, ſicut prædictum eſt, ſeu parcella fundationis Eccleſiæ prædictæ exiſtat non obſtante: Salvis tamen nobis & hæredibus noſtris ſerviciis indè debitis & conſuetis.

Conceſſimus etiam & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt præfatis Procuratori, & Vicariis, quod ipſi terras, tenementa & redditus ad valorem Centum ſolidorum per annum, tam ea quæ de nobis tenentur in burgagio, quam ea quæ de nobis non tenentur adquirere poſſint, & tenere eiſdem Procuratori & Vicariis in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum Statuto prædicto non obſtante, dum tamen per Inquiſitiones in hac parte capiendas, & in Cancellariâ noſtrâ & hæredum noſtrorum ritè retornandas compertum ſit, quod id fieri poſſit abſque dampno vel præjudicio noſtro, ac aliorum quorumcunque; intentionis tamen noſtræ non exiſtit, quin Canonici Eccleſiæ prædictæ & ſucceſſores ſui ad Vicarias ſuas in eadem Eccleſiâ cum vacaverint, perſonas idoneas juxta antiqua Statuta, ordinationes, & conſuetudines Eccleſiæ illius poſſint Canonice præſentare, Vicariique ejuſdem Eccleſiæ præfatis Canonicis & ſucceſſoribus ſuis, ac eorum juriſdictioni, correctioni, & obedientiæ in omnibus licitis & Canonicis ſubjaceant & intendant juxta antiqua conſuetudines, ordinationes & Statuta ſupradicta, præſenti conceſſione noſtrâ non obſtante. T. Rege apud *Weſtm.* xxij°. *Julii.*

ECCLESIA

Collegiata de Sibethorpe *in agro* Eboracenſi.

Licentia Regia Thomæ *de* Sibethorpe, *perſonæ Eccleſiæ de* Bekingham, *pro dotatione ejuſdem.*

Ex Regiſtro Dec. & Cap. *Ebor.* voc. *The White Book* part 4. fol. 58.

*D*Wardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitanniæ*, Omnibus ad quos præſentes Literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt dilecto Clerico noſtro *Thomæ de Sibethorp*, Perſonæ Eccleſiæ de **Bekingham**, quod ipſe ſexdecim meſſuagia, unum toftum, tres bovatas, & Centum, & ſexaginta & decem acras terræ, & quinquaginta acras prati, & triginta ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Sibethorp, Hokeſworth, Stireſton, Bileſton, Aſlaeton, Thurington** dare poſſit & aſſignare dilecto nobis in Chriſto *Johanni Coſin* Capellano Cuſtodi Capellæ Beatæ *Mariæ* de **Sibethorp**, Tenendum & habendum eidem Cuſtodi & ſucceſſoribus ſuis Capellanis Capellæ prædictæ pro ſuſtentatione ſuâ, & ſuorum aliorum Capellanorum divina ſingulis diebus in Capellâ prædictâ, & Eccleſiâ Sancti *Petri* de **Sibethorpe**, & Capellâ beatarum *Annæ*, *Katharinæ*, *Margaretæ*, & *Mariæ-Magdalenæ* in Eccleſiâ prædictâ celebraturis: Necnon pro inventione & ſuſtentatione triginta cereorum in Eccleſiâ & Capellis prædictis; ac unius Lampadis coram ymagine Crucifixi ibidem, certis temporibus arſurum in perpetuum. Et etiam quod idem *Thomas* concedere poſſit, quod unum meſſuagium, duodecim acræ terræ, & tres acræ prati cum pertinentiis eiſdem Villis de **Sibethorp**, & **Stireſton**, quæ *Thomas* filius *Galfredi le Clerk* de **Sibethorpe** tenet ad vitam ſuam ex conceſſione prædicti *Thomæ* de *Sibethorp*; & quæ poſt mortem prædicti *Thomæ* filii *Galfredi* ad præfatum *Thomam* de *Sibethorp*, & hæredes ſuos reverti deberent; poſt mortem prædicti *Thomæ* filii *Galfredi* remaneant præfato Cuſtodi

ſtodi & ſucceſſoribus ſuis Capellanis Cuſtodibus Capellæ prædictæ; Habendum & tenendum una cum prædictis meſſuagiis tofto, tribus bovatis, & Centum & ſexaginta & decem acris terræ, quinquaginta acris prati, & redditu, pro ſuſtentatione ſuâ, & Capellanorum ac Clericorum; Necnon pro inventione & ſuſtentatione cereorum & Lampadis prædictorum juxta ordinationem in hac parte faciendam imperpetuum. Et eidem Cuſtodi, quod ipſe prædicta quindecim meſſuagia, toftum, tres bovatas, & Centum & ſexaginta & decem acras terræ, quinquaginta acras prati, & redditum cum pertinentiis præfato *Thomæ* de *Sibthorpe* recipere, & eidem Cuſtodi & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi dicta meſſuagia, & duodecim acras terræ, & tres acras prati cum pertinentiis, poſt mortem prædicti *Thomæ* filii *Galfredi* ingredi poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis in perpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante.

Nolentes quod prædictus *Thomas* de *Sibthorp*, vel hæredes ſui, aut præfatus Cuſtos, ſeu ſucceſſores ſui, ratione præmiſſorum, per nos vel hæredes noſtros, Juſticiarios, Eſchaetores, Vicecomites, aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros quouſcunque occaſionentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur; Salvis tamen Capitalibus Dominis feodi illius ſerviciis indè debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Botheville* tertio die *Decembris* Anno regni noſtri, decimo.

ECCLESIA

Collegiata de Turfoyde *in Com.* Notinghamiæ.

Licentia regia Johanni *de* Lungvilers *conceſſa pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 31 E. 3. part. 1. m. 25.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod cum nos nuper per literas noſtras patentes, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & pro decem marcis quas *Johannes* de *Lungvilers* nobis ſolvit, conceſſerimus & licentiam dederimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, eidem *Johanni*, qui advocationem Eccleſiæ de Turfoyd de nobis tenet in capite, quod ipſe in manſo Rectoriæ Eccleſiæ illius quoddam Collegium de quinque Capellanis, quorum unus foret Cuſtos ejuſdem Collegii de novo fundare, & advocationem Eccleſiæ prædictæ præfatis Cuſtodi & Capellanis dare poſſit & concedere, habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis de dicto *Johanne* & hæredibus ſuis, ad divina pro ſalubri ſtatu ipſius *Johannis* dum vixerit, & animâ ejus cum ab hac luce migraverit, ac animabus *Thomæ* de *Lungvilers* patris ſui & omnium fidelium defunctorum ſingulis diebus celebrandis, juxta ordinationem in hac parte faciendam imperpetuum Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponedis edito, aut aliis Statutis in contrarium factis; ſeu eo quod dicta advocatio de nobis tenetur in Capite non obſtantibus, prout in literis noſtris prædictis plenius continetur. Ac idem *Johannes* nobis ſupplicaverit, ut cum donatio prædicta ex certis cauſis non ſit aſſecuta, velimus eidem *Johanni* concedere, quod ipſe advocationem prædictam dare poſſit & concedere dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis de *Novo loco* in Shirewode ad inveniendum quinque Capellanos; viz. tres in dicta Eccleſiâ de Turfoyd, & duos in Eccleſia ipſorum Prioris & Conventus de *Novo loco*, ad divina pro ſtatu & animabus prædictis in Eccleſiis prædictis, juxta ordinationem in hac parte faciendam celebrandos imperpetuum: Nos ſupplicationi ipſius *Johannis* annuentes, pro quadraginta ſolidis, quos idem *Johannes* nobis ſolvit, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt eidem *Johanni*, quod ipſe advocationem prædictam præfatis Priori & Conventui dare poſſit & aſſignare; habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis de nobis & hæredibus noſtris, ad inveniendum Capellanos prædictos, pro ſtatu & animabus prædictis, viz. tres in dicta Eccleſiâ de Turfoyd, & duos in dictâ Eccleſiâ ipſorum Prioris & Conventus de *Novo loco*, juxta ordinationem prædictam, ut prædictum eſt: Et eiſdem Priori & Conventui, quod ipſi advocationem prædictam à præfato *Johanne* recipere, & Eccleſiam illam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſicut prædictum eſt tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto prædicto non diſtante, *&c.* T. Rege apud *Weſtmonaſterium* octavo die *Februarii*.

ECCLE-

ECCLESIA

Collegiata de Sudbury *in Com.* Suffolciæ.

Licentia regia Simoni *de* Sudbury *Episcop.* London. *ac* Johanni *fratri ejus pro fundatione ejusdem.*

Pat. 49 E. 3. part. 1. m. 29.

REx omnibus ad quos, *&c.* salutem: Sciatis quod de gratiâ nostrâ speciali concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, venerabili in Christo Patri *Simoni* de *Sudbury* Episcopo *London.* & *Johanni* fratri ejus, quod ipsi unum messuagium vocatum **Lamberdeshulle**, necnon tres shopas cum pertinentiis in parochiâ S. *Mariæ Magdalenæ* in **Old-Fishe-street** in Civitate nostrâ *London.* quæ de nobis tenentur in Burgagium, ut dicitur, dare possint & assignare Prioriſſæ, Priori, & Conventui de **Nun-Eaton**, habenda & tenenda eisdem Prioriſſæ, Priori, & Conventui, & eorum successoribus imperpetuum in escambium pro advocatione Ecclesiæ S. *Gregorii* de **Sudbury**; quæ quidem advocatio de nobis non tenetur in Capite, ut dicitur, per prædictos Prioriſſam, Priorem & Conventum, præfatis *Simoni* & *Johanni* & eorum hæredibus imperpetuum danda & concedenda. Et eisdem Prioriſſæ, Priori, & Conventui, quod ipsi dicta messuagium & shopas cum pertinentiis à præfatis *Simone* & *Johanne* recipere possint & tenere eisdem Prioriſſæ, Priori, & Conventui & eorum successoribus in escambium prædictum imperpetuum. Concessimus etiam & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est, prædictis *Simoni* & *Johanni*, quod ipsi recepta à præfatis Prioriſsâ, Priore & Conventu, advocatione prædictâ, eisdem *Simoni* & *Johanni* & eorum hæredibus in dictum escambium imperpetuum; tenendum ut præmittitur, quoddam Collegium certorum Capellanorum in Ecclesiâ illâ, divina singulis diebus, juxta ordinationem ipsorum *Simonis* & *Johannis* imperpetuum celebraturorum fundare; quorum unus sit Custos ejusdem Collegii: Eisdemque Custodi & cæteris Capellanis advocationem illam dare & assignare possent; habendum & tenendum eisdem Custodi, & cæteris Capellanis & eorum successoribus Capellanis, divina in dictâ Ecclesiâ, juxta ordinationem prædictam singulis diebus celebraturis imperpetuum. Et eisdem custodi, & cæteris Capellanis, quod ipsi à præfatis *Simone* & *Johanne* advocationem prædictam recipere, ipsamque Ecclesiam appropriare, & eam sic appropriatam in proprios usus tenere possent eisdem Custodi & cæteris Capellanis, & eorum successoribus Capellanis, divina in dictâ Ecclesiâ juxta ordinationem prædictam singulis diebus celebraturis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem; statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, *&c.* T. Rege apud *Westm.* xxj°. die *Februarii.*

Alia Licentia regia dictis Simoni & Johanni *concessa pro dotatione ejusdem.*

Pat. 3 R. 2. part. 2. m. 17.

REx omnibus ad quos, *&c.* salutem. Noveritis, quod cum nos xviij°. die *Novembris* ultimo præterito, de gratiâ nostrâ speciali, & de assensu consilii nostri, per literas nostras patentes concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est venerabili patri *Simoni* Archiepiscopo *Cantuar.* & *Johanni* de *Chertesey*, quod ipsi terras, tenementa & redditus cum pertinentiis, ad valorem quadraginta marcarum per annum, quæ de nobis non tenentur, dare possit & assignare Custodi & Capellanis Collegii S. *Gregorii* de **Sudbury**; habenda & tenenda eisdem Custodi & Capellanis & eorum successoribus imperpetuum, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in eisdem literis plenius continetur: Nos volentes concessionem nostram prædictam effectui debito mancipari, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Archiepiscopo & *Johanni*, quod ipsi maneria de *Balidone* & *Middeltone* cum pertinentiis; & duo messuagia, unum tostum, quingentas & sexaginta & decem acras terræ, xxj. acras prati, xxxvij. acras pasturæ, xlvij. acras bosci & Lxx. *sol.* redditus cum pertinentiis in **Balidone**, **Middeltone**, **Pebenerthe**, **Bulmere** *magna*, *Magna* **Penye**, & *Parva* **Penye**, quæ de nobis non tenentur; & quæ quidem maneria & messuagia, tostum, terra, pratum, pastura & boscus valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem xvii li. novem denarios & unum obolum, sicut per Inquisitionem, *&c.* est compertum, dare possint & assignare præfatis Custodi & Capellanis, habenda & tenenda sibi & successoribus suis Custodibus & Capellanis Collegii prædicti imperpetuum, *&c.* T. Rege apud *Westm.* quinto die *Martii.*

Consimilis licentia.

Pat. 7 R. 2. part. 1. m. 29.

REx omnibus ad quos, *&c.* salutem; Sciatis quod cum nuper per literas nostras patentes concesserimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Custodi & Capellanis Collegii S. *Gregorii* de **Sudbury**; quod ipsi terras, tenementa & redditus cum pertinentiis, ad valorem xl. *li.* per annum, juxta verum valorem eorundem, exceptis terris & tenementis quæ de nobis tenentur in Capite, adquirere possent; habenda & tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in literis nostris prædictis plenius

nius continetur: Nos volentes conceſſionem noſtram prædictam effectui debito mancipari, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt *Johanni Cherteſey*, & *Johanni Remyſhale*, quod ipſi manerium de Braundone juxta Sudbury, quod de nobis non tenetur, & valet per annum in omnibus exitibus ultra repriſas xij. *libr.* v. *ſol.* & xi. *d.* ſicut per Inquiſitionem, *&c.* eſt compertum, dare poſſint & aſſignare præfatis Cuſtodi & Capellanis, habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis Cuſtodibus & Capellanis Collegii prædicti, in valorem viginti librarum per annum, in partem ſatisfactionis xl. *li.* terræ & redditus prædictorum imperpetuum, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* tertio die *Febr.*

ECCLESIA

Collegiata beatæ Mariæ *de* Aſteleye *in agro* Warwicenſi.

Statuta & Ordinationes in fundatione ejuſdem.

Ex ipſo autographo penès Decanum & Capitulum Eccl. Cath. *Lichf.*

Niverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos pervenerit hæc ſcriptura *Rogerus* permiſſione divinâ *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Epiſcopus ſalutem in domino Jeſu Chriſto. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, quod cum nobilis vir dominus *Thomas* de *Aſteley* miles, filius domini *Egidii* de *Aſteley* militis defuncti, quondam Cantariam in Capellâ beatæ *Mariæ* Eccleſiæ de Aſteleye noſtræ dioceſis, ad laudem Dei, & in honore S. *Mariæ* Virginis pro ſalute ſuâ & noſtrâ, dominarum *Elizabethæ* uxoris & *Aliciæ* matris ſuarum, hæredum & ſucceſſorum ſuorum: ac poſt mortem noſtram & cujuſlibet noſtrorum pro animabus noſtris, immo pro animabus dominorum & dominarum *Walteri* de *Aſteleye* & *Iſabellæ* uxoris ſuæ, *Thomæ* de *Aſteleye*, *Johannæ* uxoris ejus, *Andreæ* de *Aſteleye* & *Sibillæ* uxoris ſuæ, *Nicholai* de *Aſteleye*, *Aliciæ* uxoris ejus, *Egidii* de *Aſteleye* prædicti, *Thomæ* de *Wolvey*, *Aliciæ* uxoris ſuæ, *Thomæ* de *Clinton* defunctorum, aliorumque parentum & benefactorum fratrum & ſororum ſuorum, ac omnium fidelium quando ab hac luce migraverint, per unum presbyterum cuſtodem, & alios tres presbyteros perpetuo faciendam nuper ordinari feciſſet; & eam primo de bonis ſuis temporalibus pro ſuſtentatione ipſorum presbyterorum collatis, ac poſtea de fructibus & proventibus Eccleſiæ de Aſteley ſupradictæ, cujus jus & patronatus ad dictum dominum *Thomam* pertinuit, eidem Cantariæ & ejus cuſtodi & presbyteris, in augmentum numerum trium presbyterorum, quorum unus fuit ſubcuſtos dictæ Cantariæ, & pro aliis omnibus facultatibus ſupportandis, per nos de conſenſu Capitulorum noſtrorum *Covent.* & *Lich.* appropriatæ canonice & unitæ dotari procuraſſet. Et poſtmodo nobis humiliter ſupplicaſſet quatinus ſuper ſtatum dictæ Cantariæ, ad majorem Dei laudem, præcipue quod præfata Capella *Eccleſia Collegiata* fieret per Decanum & Canonicos ſeculares presbyteros, nobis & ſucceſſoribus noſtris per ipſum & ſucceſſores ſuos perpetuis futuris temporibus præſentandos & per nos inſtituendos gubernanda, pro quibus novam Eccleſiam conſtruere inceperat providere, ordinare, & ſtatuere, ac ſubſequenter Eccleſiam parochialem de Hulle Hoyton noſtræ dioceſis, cujus jus obtinuit patronatus, eidem Eccleſiæ Collegiatæ propter exilitatem fructuum & proventuum ejuſdem, in augmentum divini cultus in eadem, & Deo ibidem ſervituros, appropriare, unire & annectere dignaremur: nos piam devotionem prædicti militis in domino commendantes, & volentes eam proſequi quatinus de jure poteramus, de conſenſu dicti fundatoris & aliorum quorum intererat, ad laudem Dei & honorem beatæ *Mariæ* Virginis . . . . . diligenter & attentus cauſis in hac parte nobis expoſitis, & dictæ Cantariæ facultatibus providâ deliberatione ordinavimus & ſtatuimus, quod cuſtodia & ſub cuſtodia præfatæ Cantariæ, per liberam reſignationem nuper cuſtodis & ſub-cuſtodis ejuſdem qui ad præſentationem dicti domini *Thomæ* fundatoris in eiſdem, per nos fuerant inſtituti, & in eorum poſſeſſione auctoritate noſtra inducti, corporalem in manus noſtras factam, & per nos ſcienter acceptam, tunc vacantibus præfatâ Capellâ, Collegiata Eccleſia extunc . . . . . quodque loco cuſtodis & ſub-cuſtodis, de quibus præmittitur, unus Decanus & duo Canonici ſeculares presbyteri erunt in ipſâ Collegiatâ Eccleſiâ, Collegium & Capitulum facientes: Et quod dictus *Thomas* fundator memoratus, qui jus hujus præſentationis, ſibi & ſucceſſoribus ſuis in eadem eventum ab initio reſervavit unum presbyterum ydoneum ad hujus Canonicatus nobis ſingillatim præſentaret in ipſis Decanatu & Canonicatus, cum vacaverit perpetuis futuris temporibus ydoneos presbyteros loci Dioceſano infra tempus à jure ſtatutum præſentabunt, per ipſum Dioceſanum inſtituendos, & poſtmodum inducendos in eiſdem, qui omnes & ſinguli incontinenti poſt hujuſmodi inſtitutionem ſuam, corporale præſtabunt juramentum, de obſervando quatinus in eis eſt jura & conſuetudines dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, & ſtatuta & ordinationes ſuper ſtatu & occaſione ejuſdem rationabiliter editas non revocaras & edendas. Decanus vero ipſius Eccleſiæ, quam Collegiatam eſſe ſtatuimus & ordinavimus, perſonaliter reſi-

residebit in eadem; & ad hoc faciendum per juramentum suum, statim post institutionem suam corporaliter prestitum se astringet.

Item de consensu expresso dicti fundatoris statuimus & ordinavimus, quod Decanus dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, quicunque pro tempore fuerit, pro sustentatione suâ & oneribus sibi incumbentibus habebit mansum Rectoriæ dictæ Ecclesiæ de **Astleye**, cum totâ terrâ de quâ dotata fuit, una-cum fructibus & proventibus ejusdem; immo terras, pasturas & boscum cum suis pertinentiis in **Astleye** & **Bedewynth**, quæ & quas Custos quondam dictæ Cantariæ prius tenuit, immo revertionem terrarum & tenementorum quæ *Willielmus Franceys*, tenet in **Wythibrok** & **Hopstord**, ad totam vitam suam, pro quibus idem Decanus, cum ad manus suas evenerint, quandam distributionem pauperibus, vel in pecuniâ numeratâ, ad valorem decem solidorum singulis annis perpetuo faciet, cujus medietas fiet apud **Astleye**, ad Festum *Assumptionis* beatæ *Mariæ*, vivente prædicto domino *Thomâ*; post mortem suam die Anniversarii sui: Alia verò medietas fiet apud **Wythibrok** primo die veneris Quadragesimæ, per visum Capellani parochialis Ecclesiæ ejusdem, si interesse voluerit, alioquin fiet sine eo.

Habebit etiam duo messuagia & unam virgatam terræ, cum pertinentiis in **Wolveye** quæ *Ricardus* de *Lalleford* & *Petrus Mortimer* tunc tenuerunt - - - - atis, pro quibus xxvii. *s.* in distributione pauperum pro salute & animabus eorum, pro quibus dicta Cantaria ut præmittitur fuerat ordinata, singulis annis apud **Astleye** in pane vel pecuniâ numeratâ erogabit, viz. dicto domino *Thomâ* & matre suâ superstitibus diebus Parasceven & *Assumptionis* beatæ *Mariæ* Virginis per equales portiones; & post mortem suam diebus Anniversariorum suorum; alteroque eorum decedente unius diei prædict. distributio in diem Anniversarii sui convertatur.

Item quia Canonicos sine Præbendis non queant, de consensu expresso dicti fundatoris ordinavimus, quod unus dictorum Canonicorum & sui successores unum messuagium in *Astleye*, unum messuagium & unam carucatam terræ in **Wylaby** juxta **Dunchurch**, sexaginta tresdecem solidos & quatuor denarios annui redditus in **Wilverton** nomine Præbendæ suæ, quam Præbendam de **Wilverton**; & alius dictorum Canonicorum & sui successores unum messuagium, triginta tres acras & dimidium terræ xxxiiij. *s.* & xi *d.* annui redditus in **Astleye**, novem messuagia, quatuor virgatas & vi. acras terræ in **Wolvey**: quæ quidem messuagia xxxiij. acræ & dimidium terræ quas *Cristiana* de *Nayteleye* nunc tenet in **Astleye** nomine Præbendæ suæ, quam Præbendam de **Wolveye-Astleye** nuncupavimus, & nuncupari volumus percipiant & habebunt.

Verum, cum post quasdam ordinationes super inventione Presbyterorum, & aliis oneribus dictis Decano & Canonicis, pro divinis obsequiis in prædictâ Ecclesiâ Collegiatâ impositis nuper per nos factas, præfata Ecclesia de **Wytlemarkan** ipsi Collegiatæ Ecclesiæ, ad opus dictorum Canonicorum, propter exilitatem Præbendarum suarum per nos de consensu Capitulorum nostrorum *Cov.* & *Lich.* concurrentibus omnibus quæ de jure requirebantur appropriatæ fuerint Canonicè & unitæ: ac prædicti Canonici ad mandatum nostrum possessionem ipsius Ecclesiæ appropriatæ legitimè sint adepti ad eorum Præbendas pertinentes, fructus & proventus ejusdem, deducta portione ipsius Ecclesiæ Vicarii ad præsentationem dictorum Decani & Canonicorum per nos in ipsâ vicariâ instituti, authoritateque nostrâ in possessionem ejusdem inducti corporale percipientes & habentes; nos studio paternæ solicitudinis attendentes, quod ducti dictarum Præbendarum facultatibus divinum obsequium in prætactâ Collegiatâ Ecclesiâ convenit adaugeri, & dictas ordinationes ante hujusmodi appropriationem factas certis & legitimis de causis nos juste moventibus immutare quas nolumus nisi prout & quatinus de eis in hac scriptura cavetur, scil. super & infra scriptas ordinationes imposterum observari, de consensu expresso dicti Fundatoris volumus & ordinamus, quod quicunque Decanus dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, qui pro tempore fuerit inveniet in eadem unum Vicarium perpetuum Presbyterum loci Diocesano per ipsum Decanum præsentandum, ab eodem Diocesano instituendum, ejusque mandato per Capitulum ipsius Ecclesiæ admittendum, qui ab eodem Decano quinque marcas argenti annuatim ad Festa *Natalis Domini*, *Paschæ*, *Nativitatis* S. *Johannis Baptistæ*, & S. *Michaelis*, per equales portiones percipiet.

Inveniet etiam unum Capellanum Parochialem, & unum Clericum ydoneum in ipsâ Ecclesiâ & parochia ejusdem deservituros, sicut cum eis poterit convenire, & in majoribus duplicibus festis officium diei in propriâ personâ celebrabit nisi legitimè fuerit impeditus, panem unum, luminaria competentia inveniet & sustinebit; viz. cotidie ad altam Missam duos magnos cereos, dictos *Torches* ad levationem corporis Christi; duos cereos ad ipsam Missam dum celebratur, unum cereum ad Matutinas & Vesperas cum lampade ardentes; & per dies dominicos solempnes & festivos duos cereos ardentes ad Matutinas & Vesperas; & ad Complementum unum cereum cum lampade, & competens luminare ad omnes alias Missas in dictâ Ecclesia celebrandas; quolibet die Lunæ unum cereum & unam Lampadem ardentes quando & dum *Placebo* et *Dirige* per notam omnibus decantatur.

Ad hoc diebus Anniversariorum præfati domini *Thomæ*, dominarum *Elizabethæ* uxoris & *Aliciæ* Matris suarum, ubicunque contingat eos sepeliri: Ac etiam diebus Anniversarii nostri, antecessorum ipsius domini *Thomæ*, immo dictæ Ecclesiæ Decani & Canonicorum qui ibi contigerint sepeliri, officium mortuorum plenariè per notam decantabitur; & tunc inveniet dictus Decanus duos cereos ardentes, decenter stantes in dictâ Ecclesiâ loco competenti:

tenti: Et quolibet die poſt completorium unum cereum ardentem, dum una Antiphona de beatâ virgine per notam decantabitur. Ac etiam à tempore quo Corpus Chriſti die Paraſceve in ſepulturâ fuerit poſitum inveniet unum cereum ardentem juxta ſepulturam uſque ad Reſurrectionem diei Paſchæ tunc ſequentis, procurationes Sinodalia, & alia onera dictæ Eccleſiæ de **Aſteleye** incumbentia ſolvet & ſuſtinebit, exceptis libris & veſtimentis quæ communibus ſumptibus Decani & Canonicorum invenientur & reparabuntur ſecundùm valorem ad eos pertinentium Præbendarum. Et ſi contingat hujuſmodi libros aut veſtimenta ---- - - ſeu culpâ Decani, qui ad eorum cuſtodiam tenebitur, perire vel amitti, ipſe Decanus abſque contributione Canonicorum ſuorum tenebitur ad ſuppletionem eorundem.

Item volumus & ordinamus, quod quicunque Canonicus dictæ Collegiatæ Eccleſiæ qui pro tempore fuerit, inveniet in eadem unum Vicarium Presbyterum, & alium Ptesbyterum perpetuos, per ipſum Canonicum loci Dioceſano præſentandos, per eundem Dioceſanum inſtituendos; & eoque mandato per Capitulum dictæ Collegiatæ Eccleſiæ admittendos, quorum quilibet percipiet annuatim à Canonico eum ſic præſentando quinque marcas argenti terminis prænotatis.

Inveniet inſuper quilibet dictorum Canonicorum ſuis ſumptibus unum alium Presbyterum in dictâ Collegiatâ Eccleſiâ cotidie impedimento ceſſante legitimo celebraturum, niſi ibi voluerit reſidere, & Miſſas cotidie, ſi legitimè non fuerit impeditus in perſonâ propriâ celebrare: Et unuſquiſque eorundem Canonicorum conferet Decano annuatim, ad Feſta *Natalis Domini* & *Nativitatis S. Joh. Bapt.* unam marcam argenti per equales portiones in partem ſtipendii Clerici inveniendi, ut prætangitur per eundem.

Vicarii etiam & Presbyteri perpetui ut præmittitur præſentandi & inſtituendi juxta inſtitutionem, ſuum corporale præſtabunt juramentum, quod jura & conſuetudines dictæ Eccleſiæ, ac ſtatuta & ordinationes laudabiles ſuper ſtatu ejuſdem edita & edenda quatinus eos concernunt fideliter obſervabunt, quodque ſecreta Capituli minimè revelabunt: Et ipſi Vicarii in abſentia Canonicorum intererunt in Capitulo cum Decano, facientes Capitulum cum eodem.

Habebunt quoque dictæ Eccleſiæ Vicarii & Presbyteri perpetui, de conſenſu dicti fund a toris, unum meſſuagium in **Aſteley**, exiſtens juxta Cimiterium Eccleſiæ, & Rectoriam ejuſdem pro morâ ſuâ ibidem ſimul ſi voluerint, ſeu autem ſeorſum facienda.

Et ne ſepedicta Collegiata Eccleſia divinis officiis defraudetur, Vicarios & Presbyteros perpetuos futuris temporibus præſentandos, i fra duorum menſium ſpatium à tempore quo hujuſmodi præſentatio inceperit, ad eos actualiter pertinere, loci Dioceſano præſentabunt: alioquin idem Dioceſanos de hujuſmodi Vicariis & Presbyteris perpetuis illâ vice providebit.

Ad hoc volumus & ordinamus, quod Decanus dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, Canonici, Vicarii, & cæteri Presbyteri ejuſdem, quicunque benè & honeſtè ſe gerat, tonſuram & veſtes deferant ſtatu ſuo congruentes: ipſi quoque Vicarii omnes & ſinguli Miſſas & alia divina obſequia cotidie in Eccleſiâ prædictâ, impedimento ceſſante legitimo celebrabunt; & in ſingulis Miſſis ſuis rogabunt ſpecialiter pro dicto domino *Thomâ* fundatore, dominabus *Elizabethâ* uxore & *Aliciâ* matre ſua, nobis, domino *Johanne* de *Stretford* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *Thomâ* de *Bellocampo Warwici*, & *Willielmo* de *Clynton Huntingdonia* Comitibus, *Willielmo* de *Aſtley* Militi, *Johanne* de *Scotere*, *Roberto* de *Hapsford*, *Waltero* de *Chilterne*, *Willielmo Ernald*, *Thomâ* de *Morton*, *Roberto Randolf*, *Johanne* de *Caſtello*, & *Willielmo Hemery*: Et poſt mortem noſtram pro animabus noſtris, & animabus *Guidonis* quondam Comitis *Warwici*, *Aliciæ* uxoris ſuæ; immo dominorum & dominarum *Walteri*, *Iſabellæ*, *Thomæ*, *Johannæ*, *Andreæ*, *Sibillæ*, *Nicholai*, *Aliciæ*, *Egidii*, *Thomæ*, *Aliciæ* & *Thomæ* ſuperius nominatorum, ac *Nicholai* de *Aſtley* defunctorum; ac etiam pro ſalute & animabus parentum & amicorum noſtrorum, dictæ Eccleſiæ benefactorum, quorum nomina ad nominationem dicti domini *Thomæ* dum vixerit, & poſt mortem ſuam Decani qui pro tempore fuerit, in quadam ſcedulâ, tabulâ, ſeu matriculâ claris literis volumus contineri; ſic quod de eiſdem Presbyteris divina obſequia in dictæ Eccleſiâ celebrantibus conſtare poterit manifeſtè: quolibetque die *Matutinæ* cum omnibus horis, *Veſperæ* & *Completorium* in choro dictæ Eccleſiæ per notam deberet celebrari, & poſt *Matutinas* Miſſa de beatâ Virgine, & poſtmodum *Prima*, *Tertia*, *Sexta*, horis competentibus, & ſubſequentibus alta Miſſa, & poſtea *Nona* debent decantari in Eccleſiâ memoratâ; ſed ſingulis diebus quibus contigerit; altam Miſſam de beatâ virgine ipsâ Eccleſiâ debere celebrari, loco Miſſæ Matutinalis de eadem virgine de quâ præmittitur, dicatur per notam, horâ capitulari Miſſa de defunctis; & omni *die Lunæ* de Defunctis cum notâ, & quocunque alio die pro Defunctis ſine notâ: *Die Jovis* de Sancto ſpiritu; *die Veneris* de Sancta Cruce; & quolibet die de Sanctâ Nativitate ſine notâ dicatur, niſi cum Rectori chori placuerit hujuſmodi Miſſas aut eorum aliquam per notam facere celebrari.

Et ſingulis diebus per aliquem de Presbyteris in dictâ Eccleſiâ Miſſas celebrantibus dicatur una Collecta pro ſalute *Willielmi Franceys*, dum vixerit; & poſt mortem ſuam pro animâ ſuâ, niſi diei aut Feſti ſolempnitas hoc fieri permittat.

Item Officium mortuorum, viz. *Placebo* & *Dirige* ſingulis diebus ante Veſperas dicatur, & quolibet *die Lunæ* per notam cantatur in Choro dictæ Eccleſiæ, niſi per regulam Ordinalem, vel aliam juſtam cauſam hoc facere fuerint impediti: quolibetque die ſolempni & feſtivo, ad magnam Miſſam præter Presbyterum eam cele-

celebrantem erunt Diaconus & Subdiaconus competenter ornati, ſicut decet. Et in majoribus duplicibus feſtis erunt duo Cantores in Capis Chori; ac omni die ad altam Miſſam, quam per notam volumus celebrari. Et quolibet die Lunæ ad Miſſam mortuorum Presbyteri eas celebrantes Diaconos decenter ornatos ſecum optinebunt.

Volumus inſuper & ordinamus, quod prædicti Decanus & Canonici, quando eos in celebratione divinorum in Choro dictæ Eccleſiæ contigerit intereſſe ſuperpelliciis & Amiciis de griſo & hamero; & à Feſto S. *Michaelis*, uſque ad Feſtum Paſchæ Capis nigris cum capuciis de ſindone vel taffatâ linatis utentur, propriis ſumptibus inveniendis. Vicarii verò & Presbyteri perpetui utentur. Superpelliciis & Amiciis de panno nigro furratis; & à Feſto S. *Michaelis* uſque ad Feſtum Paſchæ capis nigris deſuper cum capuciis ex ſindone vel taffata linatis. Et à Feſto Paſchæ uſque ad Feſtum Sancti *Michaelis* Amiciis linatis ex taffata vel ſindone, quæ propriis ſumptibus debent invenire. Similiter & cæteri Presbyteri, de quibus prædicitur eo modo utentur quo Vicarii antedicti & Presbyteri perpetui, præter linaturam Capuceorum & Amiciorum, illorum ſumptibus qui eos inibi præfecerint.

Vicarius verò Decani Chorum reget & regulabit; ſicque Decanus cum intereſſe voluerit & valuerit nullatenus derogetur.

Ad hæc Decanus & Capitulum Eccleſiæ ſupradictæ habebit Sigillum commune exiſtens in cuſtodiâ trium Vicariorum ſub Sigillo Decani in quodam cofro ſub ſerurâ quatuor clavium; viz. Decani & trium Vicariorum; ſic quod ex eo nihil conſignatur abſque conſenſu Canonicorum & Procuratorum eorundem.

Pulſatio Campanarum horâ matutinali & ignitegii, aliis horis competentibus nullatenus emittatur. Et ad Decanatum ſeu Canonicatum & Præbendam in dictâ Eccleſiâ vacare contigerit, quoad fructus & proventus tempore hujus Vacationis contingentes, volumus obſervari quod in aliis Eccleſiis Collegiatis eſt communiter obſervatum.

Item volumus & ordinamus, quod prædicti Vicarii & Presbyteri omnes & ſinguli, omnibus divinis obſequiis in præfatâ Eccleſiâ per notam celebrandis interfuerint ſi legitimè non fuerint impediti. Et ſi aliquis ipſorum Vicariorum & Presbyterorum perpetuorum à dictâ Eccleſiâ dum ibi divina obſequia ſic celebrantur, abſens fuerit, pro abſentiâ unius horæ ſeu Miſſæ unus obolus; & pro abſentia duarum horarum ſeu Miſſarum, aut unius horæ & unius Miſſæ, unus denarius de ſtipendio ſuo ratione hujus abſentiæ ſuæ, quando viz. tenetur, ut præmittitur intereſſe, ſibi ſubtrahantur in uſum Vicariorum & Presbyterorum, qui tunc inibi præſentes fuerint convertendos: ſed [illegible] abſens pro abſentia totius diei non plus quam prædicitur; nec in aliquo, causâ juſta de . . per Decanum approbandâ abſuerit, puniatur.

Si verò ſallarium Vicariorum aut Presbyterorum per unum quarterium anni ſubtrahatur, volumus & ordinamus, quod loci Dioceſanus, qui pro tempore fuerit per ſubtractionem fructuum hujuſmodi ſallarium ſolvere debentis Excommnnicationis majoris ſententiam, & alias cenſuras Eccleſiaſticas, ipſum ad hujuſmodi ſolutionem compeſcat legitimè & impellat.

Ad hoc, cum præfati Decanus & Canonici in quibuſdam annuis penſionibus religioſis viris Priori & Conventui Eccleſiæ Cathedralis *Coventriæ*, immo Decano & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis *Lichfeldenſis*, qui appropriationi dictæ Eccleſiæ de Hulle Mixton ſuum præbuerunt conſenſum certis terminis ſolvendis ſunt aſtricti, prout in literis obligatoriis indè factis pleniùs continetur: Volumus & ordinamus, quod ſi ipſe Decanus & Canonici in ſolutione dictæ annuæ penſionis defecerint, nos & noſtri ſucceſſores, nec non officiales noſtri qui pro tempore fuerint, ipſos ad hujuſmodi ſolutionem per quaſcunque cenſuras Eccleſiaſticas compellere & cohercere valeamus & valeant ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii procedendo.

Præmiſſas Ordinationes & earum quælibet ad inſtantiam dicti Fundatoris per nos factas, modo & formâ prædictis gaudere volumus perpetuo robore firmitatis poteſtatem eas mutandi, corrigendi, ſupplendi, & in competentiorem formam redigendi nobis reſervantes; ſalvâ nobis & ſucceſſoribus noſtris juriſdictione in præfatos Decanum, Canonicos, Vicarios & Capellanos ſicut in cæteros Capellanos divina in dictâ noſtrâ Dioceſi celebrantes.

Inhibemus inſuper, ſub pœna Excommunicationis ne quis quicquam contra præmiſſa vel eorum aliquod præſumet aliqualiter attemptare.

In quorum rei teſtimonium Sigillum noſtrum duximus præſentibus apponendum. Datis *Londini* xvii°. Kal. *Octobris* A°. Domini MCCCxliij°.

Et ego *Thomas* Fundator antedictus prædictas Ordinationes, per dictam venerabilem patrem, ad inſtantiam & ſupplicationem meam factas, & earum quamlibet, cum multiplici gratiarum actione gratas & ratas habeo pariter & acceptas; ac eis & earum cuilibet expreſſum conſenſum meum præbui & præbeo & aſſenſum.

In cujus rei teſtimonium Sigillum meum feci hiis apponi, Datis apud Aſſeleye x°. Kal. *Octobris* A°. D. MCCCxliij°. (17 E. 3.)

ECCLE-

ECCLESIA

Collegiata de Cotherſtoke *in agro* Northamptonienſi.

Licentia Regia Johanni Giffard *Clerico, pro fundatione ejuſdem conceſſa.*

Pat. 6 H. 6. part. 1. m. 17. per Inſpex. (E. 3.)

Dwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitanniæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum per diverſas literas noſtras patentes conceſſerimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris dilecto Clerico noſtro *Johanni Giffard*, quod ipſe manerium ſuum de Cotherſtoke cum pertinentiis, duo molendina cum ſtagnis ibidem, & unam acram prati cum pertinentiis in *Piriho*, & quandam piſcariam in aquâ de Nene cum pertinentiis; & etiam advocationes Eccleſiæ de Cotherſtoke, & Hoſpitalis de Piriho in comitatu *Northamptoniæ*; necnon quaterviginti & quinque acras, tres rodas, unam perticatam & dimidiam perticatam cum pertinentiis, per perticatam de foreſtâ, de vaſtis in foreſtâ de Rokyngham, in quadam placeâ quæ vocatur le *Southſide* de Totenhowe; & ſe extendit de quadam via, quæ vocatur Howsweye, ex parte orientali, uſque ad Totenhou hacche in longitudine ex parte occidentali, & de Benfeld-Ridding ex parte boreali uſque Carem le ſtebbynge ex parte auſtrali in latitudine, una-cum domibus & aliis edificiis in eiſdem conſtructis, & communiâ paſturæ in Forreſtâ de Rokyngham, dare poſſit & aſſignare cuidam præpoſito, & duodecim Capellanis ſecularibus ſive religioſis pro ſuſtentatione ſuâ & duorum Clericorum ſingulis diebus in Eccleſiâ prædictâ, pro ſalubri ſtatu noſtro & *Iſabellæ* Reginæ *Angliæ* matris & *Philippæ* Reginæ *Angliæ* conſortis noſtrarum chariſſimarum, ac liberorum noſtrorum & *Willielmi* fratris ipſius *Johannis*, necnon pro noſtrâ & dictorum matris, conſortis & liberorum noſtrorum, & ipſorum *Johannis* & *Willielmi* animabus, cum ſubtracti fuerimus ab hac luce, ac animabus patris noſtri, & aliorum progenitorum & hæredum noſtrorum, ac etiam anteceſſorum & parentum ipſius *Johannis*, ac aliorum benefactorum ſuorum & Collegii prædicti, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem in hac parte faciendam oraturis, & in divinis inibi ſervituris, & etiam dictum Hoſpitale eidem Collegio annectere & unire: Habendum & tenendum eiſdem Præpoſito & Capellanis, & ſucceſſoribus ſuis, pro ſuſtentatione ſuâ & dictorum Clericorum ſingulis diebus in Eccleſiâ prædictâ, pro ſalubri ſtatu & animabus prædictis, juxta dictam ordinationem oraturis, & in divinis inibi deſervituris in liberam & perpetuam elemoſynam:

Et eiſdem præpoſito & Capellanis, quod ipſi manerium, molendina, ſtagna, pratum & piſcarium prædicta, cum pertinentiis, & advocationes prædictas: necnon prædictas quaterviginti & quinque acras, tres rodas, novem perticatas & dimidiam perticatam, una-cum domibus & aliis ædificiis in eiſdem xlv. acris tribus rodis, novem perticatis & dimidiâ perticata conſtructis à præfato *Johanne* recipere & eas pro voluntate ſuâ includere, & in culturam redigere, & eas ſic incluſas, & in culturam redactas, una cum communiâ prædictâ tenere; dictamque Eccleſiam appropriare, & eam appropriatam in proprios uſus; ac dictum Hoſpitale ſic annexum & unitum tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis pro ſuſtentatione ſuâ & dictorum Clericorum imperpetuum ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante: Reddendo inde nobis & hæredibus noſtris per annum ad ſcaccarium noſtram S. *Michaelis*, per manus Vicecomitis *Northampt.* qui pro tempore fuerit xxviij. ſol. octo denarios, unum obolum & unum quadrantem pro prædictis quaterviginti & quinque acris, tribus rodis, novem perticatis & dimidiâ perticatâ, ſicut præfatus *Johannes* eos hactenus reddere conſuevit, prout in dictis literis plenius continetur. Nos tranquilitati & quieti dictorum Præpoſiti & Capellanorum, & ſucceſſorum ſuorum, divina in Eccleſiâ prædictâ ut præmittitur celebraturorum, ut ipſi divinis obſequiis ſalubrius intendere, & deo devotius famulari valeant volentes providere; & eiſdem Præpoſito & Capellanis gratiam uberiorem facere in hac parte, per finem quem præfatus *Johannes* fecit nobiſcum, remiſimus & quietum clamavimus, pro nobis & hæredibus noſtris, tam præfato *Johanni*, quàm Præpoſito & Capellanis prædictis, & ſucceſſoribus ſuis, prædictos viginti & octo ſolidos, octo denarios, unum obolum & unum quadrantem, & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris eiſdem Præpoſito et Capellanis, quantum in nobis eſt, quod ipſi prædictas xlv. acras, tres rodas, novem perticatas, et dimidiam perticatam, ſimul cum prædictis manerio, molendinis, ſtagno, prato & piſcariâ, ac communia paſturæ cum pertinentiis, & advocationibus prædictis habeant & teneant ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis de nobis & hæredibus noſtris, ac aliis Capitalibus dominis feodorum illorum in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ab omni terreno & ſeculari exactione quieta, *&c.* Dat. per manum noſtram apud *Waltone* xxiiij°. die *Junii* A°. regni noſtri xij°.

ECCLE-

ECCLESIA

Collegiata de Hemmyngburgh *in agro* Eboracenſi.

Licentia Regia pro fundatione ejuſdem.

Pat. 5 H. 6. p. 1. m. 19.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod cum Dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* tertius, progenitor noſter, nuper per literas ſuas patentes conceſſerit & licentiam dederit, pro ſe & hæredibus ſuis, quantum in ipſo fuit, dilectis nobis in Chriſto nuper Priori & Conventui *Dunelmenſi*, quod ipſi Eccleſiam de Hemmyngburgh, quæ fuit de advocatione ſua propria, ut dicitur, appropriare, & eandem Eccleſiam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſent ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante, ſub conditionibus quæ ſequuntur; viz. quod Præfati Prior & Conventus, & ſucceſſores ſui quendam Monachum, aut quendam Capellanum ſecularem, Miſſam ſingulis diebus in Eccleſiâ *Dunelmenſi*, in loco qui dicitur Guleleye, pro animâ celebris memoriæ domini *Edwardi* quondam Regis *Angliæ*, avi ipſius progenitoris noſtri, & animabus progenitorum ſuorum, in formâ prædictâ: Et etiam duos Monachos, aut duos Capellanos ſeculares, unum viz. ad Altare S. *Cuthberti* in dictâ Eccleſiâ *Dunelmenſi*, & alterum in dictâ Eccleſiâ de Hemmyngburgh, divina cotidiè pro ſalubri ſtatu ipſius progenitoris noſtri, *Philippæ* Reginæ *Angliæ* conſortis ſuæ, & hæredum ſuorum, dum vixerint; & pro animabus ſuis cum ſubtracti fuerint ab hac luce, & animabus progenitorum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum imperpetuum celebraturos: Et inſuper ſex cereos ardentes omni die dominicâ, & in ſingulis feſtis Apoſtolorum, & aliis feſtis principalibus, quamdiu Miſſæ ad ſummum Altare, ac Matutinæ, & aliæ horæ Canonicæ in eadem Eccleſiâ *Dunelmenſi* celebrarentur: De quibus quidem cereis, duo magni ponderis, cujuſlibet viginti librarum, & duo minores cerei competentis formæ & ponderis forent, qui juxta magnum Altare, ante Feretrum Confeſſoris prædicti; reſiduique duo cerei congrui, & decentis ponderis ante vexillum ejuſdem Confeſſoris in eadem Eccleſiâ decenter ponerentur, invenirent imperpetuum. Et ultra hoc, quod iidem Prior & Conventus, & ſucceſſores ſui Anniverſarium ipſius progenitoris noſtri, ſingulis annis, cum ſubtractus foret ab hac luce ſolempniter in Choro Eccleſiæ ſuæ, cum quinque capis ad minus, perpetuo ſimiliter facerent & celebrarent; & quolibet anno, die Anniverſarii ſui ſexaginta ſolidos Conventui dicto Anniverſario ipſius progenitoris noſtri perſonaliter inſiſtenti, pro Pitanciâ ſuâ ſolverent: Eodemque die, ſingulis annis diſtributionem mille pauperibus; cuilibet viz. unum denarium, pro ſalute animæ ipſius progenitoris noſtri perpetuo; & etiam quamdiu idem progenitor noſter viveret, hujuſmodi diſtributionem quolibet anno, die *Sancti Cuthberti* pro ipſo facerent, & facere tenerentur.

Ac idem progenitor noſter poſtmodum, pro eo quod non erat juſtum, nec conſonum rationi, quod prædicti Prior & Conventus, ad onera prædicta, ratione prædictæ Eccleſiæ de Hemmyngburgh ſic appropriandæ, ſuſtinenda, dum extra poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ forent artarentur; volens proinde eorundem indempnitati in hac parte providere, conceſſerit pro ſe & hæredibus ſuis, quod nuper Prior & Conventus, antequam plenariam poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ de Hemmyngburgh, poſt appropriationem inde ſibi factam adepti forent, & eandem Eccleſiam de penſione, ſeu alio onere tunc perſonæ Eccleſiæ illius, eâ occaſione faciendâ vel ſolvendâ haberent de oneribus prædictis, in dictis literis ſpecificatis, vel de aliquo eorundem nullatenus onerarentur, ſed quod iidem Prior & Conventus, adeptâ poſſeſſione dictæ Eccleſiæ de Hemmyngburgh in formâ prædictâ, onera prædicta ſubirent, & ſuſtinerent, juxta tenorem, vim & effectum literarum prædictarum, prout in literis prædictis plenius continetur.

Et quia dicti progenitoris noſtri licentiâ ad appropriandam dictam Eccleſiam de Hemmyngburgh hucuſque non eſt executa, pro eo quod dicti nuper Prior & Coventus *Dunelmenſis* licentiam & confirmationem ſedis Apoſtolicæ, ſuper appropriatione prædictâ faciendâ optinere non poterint. Ac etiam pro eo quod quidam protunc, & alii poſtea, per longa tempora, ex proviſione ſedis Apoſtolicæ, dictam Eccleſiam de Hemmyngburgh occupabant, & eâ ratione dicta onera, in dictis literis patentibus ſpecificata adhuc minimè ſunt ſupportata. Ac nunc Prior & Conventus *Dunelmenſis* volentes animabus dictorum *Edwardi* progenitoris noſtri, ac progenitorum, hæredum & liberorum ejuſdem ſalubriter providere, dictam Eccleſiam parochialem de Hemmyngburgh erigere, ſeu per eum ad quem pertinet erigi facere; & in & de eadem Eccleſiâ quoddam Collegium de uno præpoſito, ſive cuſtode, & cæteris Præbendariis, Vicariis, Clericis, & Miniſtris, qui divina in dictâ Eccleſiâ, pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus, & pro animâ noſtrâ cum ab hac luce ſubtracti fuerimus; nec non pro animabus dictorum progenitorum noſtrorum, hæredum & liberorum eorundem, & omnium fidelium defunctorum: ac Anniverſarium dictorum progenitorum noſtrorum *Edwardi* primi et tertii poſt Conqueſtum *Angliæ*, hæredum et liberorum eorundem, cum quadam diſtributione, in

ipsâ Anniverſarii die pauperibus largiendâ, juxta ordinationem inde faciendam, ſingulis annis celebrabunt imperpetuum, noſtrâ licentiâ regiâ mediante, fundare & ſtabilire proponunt, ut accepimus; nos conſideratione præmiſſorum; & pro eo quod dicti nunc Prior & Conventus quadraginta libras annuas, per dictum dominum *Edwardum* Regem *Angliæ* primum, progenitorem noſtrum per literas ſuas patentes, dictis nuper Priori & Conventui *Dunelmenſi*, & ſucceſſoribus ſuis conceſſas, & apud Scaccarium ſuum de *Berewico* ſuper *Twedam* annuatim dictis Priori & Conventui perſolvendas; ac per dictum *Edwardum* Regem *Angliæ* tertium, de gratiâ ſuâ ſpeciali, dictis nuper Priori & Conventui conceſſas, & confirmatas: necnon totum jus, quod ipſi nuper Prior & Conventus, aut ſucceſſores ſui in advocatione Eccleſiæ Parochialis de **Symondburne** habuerunt, pro licentiâ regiâ dicti progenitoris noſtri, ſuper appropriatione dictæ Eccleſiæ Parochialis de **Hemmyngburgh** optinendâ, dicto progenitori noſtro & hæredibus ſuis, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis remiſerunt & relaxaverunt imperpetuum, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & de aſſenſu & aviſamento magni conſilii noſtri conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto præfatis nunc Priori & Conventui *Dunelmenſi*, quod ipſi dictam Eccleſiam de **Hemmyngburgh**, quæ eſt de advocatione ſuâ propriâ, ut dicitur, in Eccleſiam Collegiatam erigere, ſeu per eum ad quem pertinet erigi facere & tranſmutare, & in & de eadem Eccleſiâ Collegium de uno Præpoſito, tribus Præbendariis Canonicis, ſex Vicariis & ſex Clericis, & aliis miniſtris facere, fundare, & ſtabilire valeant, qui divina in dictâ Eccleſiâ pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus, & pro animâ noſtrâ cum ab hac luce ſubtracti fuerimus, necnon pro animâ genitoris noſtri, & animabus dictorum progenitorum noſtrorum, hæredum, & liberorum eorundem, & omnium fidelium defunctorum; ac Anniverſarium dictorum progenitorum noſtrorum *Edwardi* Regis primi, & *Edwardi* tertii poſt Conqueſtum *Angliæ*, hæredum & liberorum eorundem, cum quadam diſtributione in ipsâ Anniverſarii die pauperibus largiendâ, juxta ordinationem eorum nunc Prioris & Conventus inde faciendam, ſingulis annis celebrabunt imperpetuum.

Et ulterius conceſſimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod prædictus Præpoſitus ſive Cuſtos, Præbendarii, Vicarii, & Clerici, præpoſitus ſive Cuſtos, Præbendarii, Vicarii & Clerici Eccleſiæ Collegiatæ ſive Collegii beatæ *Mariæ* de **Hemmyngburgh** nuncupetur imperpetuum: Et quod ſint perſonæ perpetuæ & Capaces ad perquirendum terras, tenementa, redditus, & poſſeſſiones quæcunque à quibuſcunque perſonis; habendas & tenendas eiſdem Præpoſito ſive Cuſtodi, Præbendariis, Vicariis & Clericis, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, licentiâ regiâ ſuper hiis optentâ: Et quod habeant commune Sigillum pro negotiis & agendis prædictæ Eccleſiæ Collegiatæ ſive Collegii ſerviturum: Et quod ipſi & ſucceſſores ſui per nomen Præpoſiti ſive Cuſtodis, Præbendariorum, Vicariorum, & Clericorum Eccleſiæ Collegiatæ, ſive Collegii beatæ *Mariæ* de **Hemmyngburgh** placitare poſſint, & ab aliis implacitari; ac omnimodas cauſas, querelas, & actiones reales, perſonales, & mixtas, cujuſcunque generis fuerint, vel naturæ, proſequi, & reſpondere, vel defendere in eiſdem, coram judicibus ſecularibus & eccleſiaſticis quibuſcunque imperpetuum, Statuto prædicto, aut aliquo Statuto ſive ordinatione in contrarium facto non obſtante, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xxvi°. die *Octobris.*

ECCLESIA

Collegiata de Bruſeyard *in agro* Suffolcienſi.

Statuta & Ordinationes pro gubernatione ejuſdem.

Pat. 30 E. 3. part. 3. m. 5. per Inſpex.

Universis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos præſentes literæ pervenerint *Willielmus* permiſſione divinâ *Norwycenſis* Epiſcopus ſalutem, & rei geſtæ memoriam perpetuo duraturam. Ad univerſitatis veſtræ noticiam volumus pervenire, quod religioſa mulier, dilecta nobis in Chriſto filia, domina *Matildis* de *Lancaſtriâ* nunc ſanctimonialis Eccleſiæ Collegiatæ monialium de **Campeſſe** noſtræ dioceſis, Comitiſſa nuper *Ultoniæ*, ad honorem Dei & beatæ *Mariæ* Virginis glorioſæ, omniumque Sanctorum, pro ſalute animæ ſuæ, ac eorum quibus tenebatur in villâ de **Aſhe** juxta **Campeſſe** prædictâ unam perpetuam Cantariam quinque Capellanorum dudum fundavit, quos in Capellâ *Annunciationis* Virginis glorioſæ, infra Prioratum monialium de **Campeſſe** prædictâ diſpoſuit celebrare, ac larem & moram facere in villâ de **Aſhe** extra & juxta Prioratum prædictum, ut in literis inde confectis plenius continetur. Verùm quia dictus locus nimis diſtat à Prioratu prædicto, & idcirco Presbyteri ſupradicti eis nimis non immeritò reputant oneroſum tempore yemali, ſeu etiam pluvioſo bis in die pro divinis officiis celebrandis, tanti loci diſtantiam pertranſire, maximè cum fuerunt in ſenio conſtituti; magiſque conveniens honeſtati reputant in

loco

loco ſalutario habitationem habere, & ibidem divina dicere, ubi non eſt converſatio mulierum, quàm juxta Chorum monialium prædictarum, ubi quandoque propter vocum ſtrepitum contingit ſeipſos ad invicem mutuo impedire, prout dictorum Presbyterorum, ac etiam monialium nobis facta ſuggeſtio continebat; propter quod dicti Presbyteri, una cum conſenſu dictarum Sanctimonialium nobis humiliter ſupplicarunt, ut dictam Cantariam **Bulevard** in manerio de **Rokhalle** vulgariter nuncupato, quod de dominio eorum conſiſtit transferre, ac etiam normam & regulam, ſecundùm quam vivere debeant eis facere dignaremur. Nos igitur conſiderantes dicta ſuggeſta fore conſona rationi, tam dictorum presbyterorum, quàm dictarum monialium precibus inclinati, de eorum conſenſu unanimi ac expreſſo, ad præmiſſa per ordinem facienda procedimus in hunc modum.

In primis quia Clericorum & mulierum debet eſſe habitatio ſeperata, ne ſiniſtra ſuſpicio oriatur, dictam Cantariam ad villam de **Bulevard** prædictam, in manerio quod vocatur **Rokhalle** duximus transferendam, eamque transferimus per præſentes, ubi habitationem pro prædictis quinque presbyteris congruam & decentem cum uno Dormitorio, in quo omnes ſimul dormire, & Refectorio ubi ſimul comedere debeant, ac etiam Capellam in honore Annunciationis beatæ *Mariæ* Virginis, in quâ divina celebrent fieri volumus ac etiam præparari. Volentes igitur dictæ dominæ *Matildis* voluntatem, quam in ſuis literis expreſſerat, in quantum permittunt Canones, & cum Deo poterimus imitari, in dictâ Cantariâ quinque Capellanos perpetuos eſſe volumus, quorum unus erit Cuſtos & Magiſter: cui, vel ejus locum-tenenti, quem de dictis Capellanis ipſo abſente, vel aliàs impedito duxerit ordinandum, cæteri teneantur in bonis & Canonicis obedire.

Statuimus inſuper, ac etiam ordinamus, quod tam Cuſtos quàm cæteri confratres, robas unius ſectæ habeant; quorum ſupertunicas ex parte anteriori volumus eſſe clauſas, & quod in ornamentis tonſurâ, habitu, & Coronâ Canonicis ſanctionibus ſe conforment.

In Capellâ autem eorum, dum divina celebrant ſuperpelliciis & Capis nigris, & amiciis de nigro & furratis ad modum Canonicorum ſecularium indui volumus; ac uſum *Sarum* in divinis officiis eos volumus obſervare.

Statuimus inſuper, ac etiam ordinamus, quod tres Miſſæ in eorum Capellâ cotidie celebrentur, niſi rationabiliter fuerint impediti; unam de Sanctâ *Maria*; aliam de die; Tertiam pro Defunctis, niſi uſus *Sarum* aliquibus diebus aliter duxerit obſervandus, in quibus Miſſis, & omnibus aliis celebrandis per eoſdem memoriam habere volumus animarum, prout inferius deſcribuntur: nam ſecundùm ordinationem dictæ dominæ *Matildis* eos celebrare volumus pro animabus domini *Williel-mi* de *Burgh* & domini *Radulfi* de *Ufford* ejus nuper maritorum, eorumque patrum & matrum; ac etiam pro animabus dominæ *Elizabethæ* & dominæ *Adatildis* filiarum ſuarum, ac ſuâ cum ab hac luce migraverint; ac etiam animabus ſuorum parentum amicorum & aliorum omnium pro quibus aſtringitur exorare; ac etiam pro animabus omnium fidelium defunctorum, dictorumque animas in eorum Miſſis & aliis eorum precibus recommendatas ſpecialiter habere volumus, ſecundùm dictæ dominæ voluntatem.

Statuimus inſuper ac etiam ordinamus, quod in Refectorio ſimul comedant, atque bibant & in dormitorio ſimul dormiant, nec liceat eis habere cameras ſeparatas, ſet communiter vivant: Et per cuſtodem in mensâ, prout eorum ſuppetunt facultates in victualibus miniſtretur.

Statuimus inſuper ac etiam ordinamus, quod unus de confratribus in Theſaurarium eligatur, qui panem & vinum pro ſacramento, & oleum & ceram pro luminaribus habeat invenire. Pro hiis autem rationibus ſubeundis, ac etiam pro emendatione Capellæ, cum reparatione indiguerit, à cuſtode centum ſolidos in pecunia numeratâ dictum Theſaurarium habere volumus annuatim. Proviſo, quod, ſi propter caſus notoriè irruentes ipſum circa præmiſſa expenſas habebit facere ampliores, hæc de bonis dicti Collegii communibus ſuppleatur. Volumus inſuper, quod Cuſtos ſexaginta ſolidos, & quilibet alius ſacerdos quadraginta ſolidos, pro veſtibus & aliis injunctis neceſſariis ultra victualia habeat annuatim.

Statuimus inſuper ac etiam ordinamus, quod vacante loco Cuſtodis, ſtatim per majorem partem confratrum eligatur unus eorum, qui tempore Vacationis Cuſtodis in omnibus vices gerat; qui coram conſociis ſuis, tactis ſacroſanctis juret, quod bona Collegii illæſa conſervet, & ea in Collegii utilitatem expendet, & quod ſine diminutione, exceptis ſumptibus neceſſariis & utilibus quæ remanſerint fideliter futuro reſtituet ſucceſſori; Inventariumque fidele faciat ſub viſu ſociorum ſuorum de bonis communibus eorundem repertis, quod duplicari volumus; & unum penès ſe retineat, & aliud in ciſta communi reponat. Electoque cuſtode, ac per Epiſcopum confirmato, ad reddendum eidem compotum volumus obligari. Cuſtodem autem per ſcrutinium eligi volumus, ſubmotâ tamen omni ſolempnitate juris, ut ille in quem major pars confratrum conſenſerit, per Epiſcopum *Norwycenſem*, qui pro tempore fuerit, abſque cauſæ cognitione protinus approbetur; nullam enim juris ſolempnitatem, ſet majoris partis conſenſum in electione Cuſtodis volumus obſervari: ad quod probandum literas ſub eorum Sigillo communi ſignatas teſtimonium perhibentes, quod talis eſt electus ſufficienter decernimus per præſentes. Et ſi contingat duos eligi pares voces habentes, in gratificatione ſit Epiſcopi quem voluerit præfici in cuſtodem. Volumus tamen, quod ſi infra quatuor menſes à tempore Vacationis Cuſtodem non elegerint

legerint, quod illâ vice electio ad Episcopum devolvatur, & eundem modum in electione confratris volumus observari; hoc excepto quod electus Episcopum adire non oporteat; sed sic electus per Custodem protinus acceptetur.

Et si contingat duos eligi, pares voces habentes, gratificatio sit custodis.

Volumus insuper ac etiam ordinamus, quod electus in Custodem Priorissam de **Campesse** adeat, ut patronam dictæ Cantariæ, eidem se præsentans; & habitis literis Priorissæ super præsentatione hujusmodi sibi factam, Episcopum adeat, & per eundem illico confirmetur. Dictum autem Custodem sic confirmatum vel præfectum per Episcopum, ut est dictum, cum domi redierit, in præsentiâ domi existentium fratrum astringi volumus juramento, quod utilitatem Cantariæ, quamdiu ibidem moram fecerit procurabit; & quod omnia præsentibus ordinata pro viribus observabit. Consimile etiam juramentum confratres in eorum admissione facere volumus & decernimus per præsentes; quos omnes perpetuos esse volumus & decernimus, nisi exigentibus demeritis eorundem ex quibus quis beneficiatus foret à suo beneficio amovendus.

Volumus insuper ac etiam ordinamus, quod Cistam habeant communem cum tribus clavibus diversæ fabricæ; quarum unam habeat Custos, & alias duas duo confratres; in quâ Sigillum commune & munimenta Collegii, ac Thesaurum volumus conservari.

Statuimus insuper ac etiam ordinamus, quod omnes administratores bonorum dicti Collegii coram custode bis in anno, & Custos coram confratribus vel deputatis per eosdem semel ad minus in anno de omnibus administratis compotum reddant; ac etiam de expensis. Inventariumque faciet dictus Custos de omnibus remanentibus post compotum supradictum, quod reponi volumus in eorum Cistâ communi, ut constare poterit omni anno in quo statu fuerit dicta domus. Omnia autem prædicta per dictos Custodem & confratres observari præcipimus, decernimus, statuimus, ac etiam ordinamus; salvâ nobis potestate liberâ præmissa corrigendi, addendi, vel etiam minuendi dum fuerimus in hac vitâ. In quorum omnium fidem & testimonium præmissorum Sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Dat. apud **Yorne** xviij. die mensis *Augusti* Anno Domini MCCC. quinquagesimo quarto; & consecrationis nostræ undecimo.

ECCLESIA

Collegiata de **Abergwylly** *in dioceſi* Menevensi.

Pat. 49 E. 3. part. 1. m. 22. per Inspex.

IN nomine summæ & individuæ *Trinitatis* Amen, Nos *Henricus* permissione divinâ *Menevensis* Episcopus subjectorum commoda eo specialius nostra estimantes, quo nostram & sanctæ matris Ecclesiæ utilitatem manifestam, animarumque salutem veraciùs concernant: Anno igitur ab Incarnatione Domini MCCCxxxj°. secundùm cursum & computationem Ecclesiæ *Anglicanæ*, indictione xiiij°. Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini *Johannis* divinâ providentiâ Pp. xxij. anno xv°. mense *Aprilis* die x°. in loco capitulari Ecclesiæ nostræ Collegiatæ de *Abergwyli*, dilectis filiis nostris, dictæ Ecclesiæ nostræ Collegiatæ Canonicis, quos omnes & singulos ad tractandum & consentiendum his quæ deo disponente super variis & arduis Ecclesiæ memoratæ negotiis, nostro & eorum salubri communicato consilio statui fieri se ordinari contigerit ad eosdem diem & locum, cum continuatione & prorogatione dierum subsequentium; per certificatorium Magistri *Stephani Nest* Præcentoris Ecclesiæ prædictæ, per nos præcisè & peremptoriè vocatos esse constabat, partim personaliter, partim nomine procuratorio, tribus duntaxat; *viz.* *Alexandro Turbervill* Canonico & Præbendario de *Landow* & *Landenailow*; *Roberto Waldebeof* Canonico & Præbendario Ecclesiæ de *Lanſamfred*; & *Ricardo* de *Aillelye* Canonico & Præbendario de *Lantegle*, per contumaciam absentibus; quorum absentiâ non obstante, ad tractandum & consentiendum super præmissis, decrevimus fore procedendum, justiciâ suadente, coram nobis constitutis; *viz.* domino *Waltero Wynter*, Præbendario Ecclesiæ de *Lanſilyan*, domino *Johanne Gomi* Præbendario de *Lannenythe*, Magistro *Griffino* de *Camititone* Præbendario de S. *Germano*; Magistro *Willielmo*, *Johanne* Præbendario de *la Royl*; Magistro *Stephano West* Præbendario de *Lanwynla*; & domino *Thomâ Domuit* Præbendario de **Blaynllwyn** dictæ Ecclesiæ Collegiatæ Canonicis, personaliter; domino *Johanne* de *Camerâ* Præbendario de **Lanbyster**; domino *Thomâ Hakelut* Præbendario de **Langammarch**; domino *Howelo Vaghan* Præbendario de **Langenlawe**; domino *Matheo Styrforde* Præbendario de **Cartaepugy**; Magistro *Elyâ Walwayn* Præbendario de **Longruden**; Magistro *Johanne Burnham* Præbendario de **Moytref**; domino *Roberto* de *Taun-*

tona

tone Præbendario de **Lannerthenew**; & domino *Stephano Bareth* Præbendario de **Lanelwythe** dictæ Eccleſiæ Canonicis, per præfatum Magiſtrum *Willielmum*, *Johannem*, Magiſtro *Willielmo* de *Carew* Præbendario de **Trallan**; domino *Johanne ap Rees* Præbendario de **Lannothol**, & domino *Thoma Roſe* Præbendario de **Lampeleu** dictæ Eccleſiæ Collegiatæ Canonicis; per ipſum *Griffinum* de *Camititone* & Magiſtro *Willielmo Carlees* Præbendario de **Landogy**; per ipſum Magiſtrum *Stephanum Neſt* Procuratores ſuos legitimè conſtitutos comparentibus, noſtro & eorum communicato conſilio, ſpiritus Sancti gratiâ nobis aſſiſtente fecimus, ſtatuimus, & etiam ordinavimus ea quæ ſequuntur.

Inprimis, de conſenſu Capituli noſtri prædicti, & Capituli Eccleſiæ noſtræ *Menevenſis*, ad divinum cultum ampliandum, creamus & facimus tres dignitates, ſeu officia non curata in Eccleſiâ Collegiatâ de **Abergwyly** prædictâ; viz. *Præcentoriam, Cancellariam, & Theſaurariam:*

Item ſtatuimus, volumus & ordinamus, quod Præbendæ de **Lannenyth**, de **Lanbiſter** & de **Langanmarche** in dictâ Eccleſiâ noſtrâ Collegiatâ de **Abergwyly**, dignitates ſeu officia non curata de cætero nuncupentur.

Præbendum itaque de **Lannenythe** dignitati ſeu officio Præcentoriæ exnunc conſeſtim volumus aſſignari, & eidem incumbentem dictæ Eccleſiæ noſtræ Collegiatæ de **Abergwyly** Præcentorem protinus appellari.

Præbendam ipſam de **Lanbiſter**, dignitati ſeu officio Cancellariæ: Et Præbendam de **Langanmarche** dignitati ſeu officio Theſaurariæ, cum per ceſſum vel deceſſum Canonicorum & Præbendariorum jam eiſdem incumbentium, ipſas vel earum alteram vacare contigerit ſtatuimus deputandus: liceat tamen perſonis in hujuſmodi dignitatibus, ſeu officiis conſtitutis Eccleſias Parochiales curatas, quas antea Canonice ſunt adepti; & quæ poſtea eiſdem ritè conferentur, una cum ipſis dignitatibus ſeu officiis, prout hucuſque licuit libere retinere, & etiam adipiſci.

Ad reſidentiam tamen faciendam in dictâ Eccleſiâ Collegiatâ, prædictus Præcentor, ac alii qui dictas dignitates ſeu officia prædicta optinebunt; hoc ipſe quod eaſdem, aut eadem Canonicè fuerint aſſecuti, abſque mentione quacunque ſe noverint aſtrictos.

Aliorum fructus omnes & proventus dictarum Præbendarum, præfatis dignitatibus ſeu officiis jam aſſignatarum; non hii qui dictas dignitates ſeu officia prædicta optinent quoviſmodo percipient, ſet Canonicis reſidentibus in dictâ Eccleſiâ Collegiatâ pro toto tempore quo reſidentiam non fecerint integraliter applicentur.

Nulli inſuper Canonico dictæ Eccleſiæ Collegiatæ de **Abergwily** liceat de cætero Præbendam ſuam, quam in eadem optinet; etiam de conſenſu noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum alicui extraneo ad firmam tradere, quamdiu aliquis de Canonicis & confratribus ſuis eandem admittere voluerit, & tantum conferre quantum alius quiſque abſque dolo & fraude eidem tradenti per eadem optulerit cum effectu.

Item ſtatuimus, quod ſinguli Canonici ſupradicti, propter viarum diſcrimina & gravia corporis & rerum pericula in futurum fideliter evitanda ſingulis Vicariis ſuis in dicta Eccleſiâ Collegiatâ dicto officio intendentibus ſtipendia ſua certa & conſueta, expenſis ipſorum Canonicorum, ſtatutis temporibus; ad Feſta *viz.* S. *Andreæ* Apoſtoli & *Pentecoſtes* ſingulis annis faciant deferri, & eiſdem fideliter & integraliter perſolvi. Quod ſi præmiſſa facere non curaverint, pro termino ſolutionis non obſervato, quadraginta denarios fabricæ dictæ Eccleſiæ Collegiatæ: pro ſecundo verò ſex ſolidos & octo denarios de fructibus & proventibus Præbendarum ſuarum eo ipſo volumus applicari, & per cenſuram Eccleſiaſticam ad id eoſdem volumus compelli.

In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum & Sigillum commune Capituli Eccleſiæ noſtræ Cathedralis *Menevenſis* præſentibus ſunt appenſa. Data in domo Capitulari dictæ Eccleſiæ noſtræ *Menevenſis* ſexto Kal. *Maii* anno domini MCCCxxxiiij°.

ECCLESIA

Collegiata de Arundell *in Com.* Suſſexiæ.

Licentia regia pro fundatione & dotatione ejuſdem.

Pat. 3 R. 2. part. 3. m. 12.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Supplicavit nobis dilectus conſanguineus & fidelis noſter *Ricardus* Comes **Arundell** & **Surrey** unus Executorum Teſtamenti *Ricardi* nuper Comitis *Arundell & Surrey* Patris ſui; ut cum dictus Pater ſuus dum vixit, finis ſui ſalubriter recordans, & ad alta proſpiciens quandam Cantariam ſex Capellanorum infra Caſtrum ſuum de **Arundell**, deo ibidem famulaturorum pro perpetuo fundare propoſuiſſet; & hujuſmodi Propoſito ad effectum non deducto, quamquam ipſe dictum propoſitum cum meliori additione vel expedienti mutatione effectualiter adimpleri perſeveranter affectaverit, viam univerſæ carnis, volente Deo ingreſſus fuiſſet: Dictuſque nunc Comes, de aſſenſu coexecutorum ſuorum Teſtamenti prædicti perpendens; Cantariam prædictam, ſi infra Caſtrum prædictum eſſet fundata, ex certis cauſis veriſimilibus perpetualiter durare non poſſe: Et cupiens corditer

diter, ut tenetur, intentionem Patris ſui prædicti, cum augmentatione devotionis effectui debito mancipare, quandam Cantariam ſive quoddam Collegium, in Eccleſiâ Parochiali S. *Nicholai* Arundell, extra Caſtrum prædictum, quæ nunc eſt perpetuus Prioratus Monachorum ordinis S. *Benedicti*, ſubjectus quodamodo Abbathiæ de Sees alienigenæ in partibus *Franciæ*; & de quo quidem Prioratu nobis de viginti marcis, occaſione guerræ inter nos & illos de *Franciâ* exiſtentis annuatim eſt reſponſum, in ſatisfactionem voluntatis præfati nuper Comitis patris ſui, mediante licentiâ noſtrâ, ac intervenientibus auctoritate & conſenſu omnium aliorum quorum intereſt; fundare intendat & ſtabilire, velimus licentiam noſtram regiam ſuper hoc impartiri, & advocationem Prioratus prædicti, quæ per mortem chariſſimi domini & patris noſtri domini *Edwardi* nuper Principis *Walliæ* defuncti, qui eandem advocationem, inter quaſdam alias poſſeſſiones, ſibi & hæredibus ſuis, ut dicitur, perquiſivit, ad nos jure hæreditario devenit: conſiderato quod prædictus Prioratus per anteceſſores dicti Comitis ordinatus & fundatus extitit; & quod in eodem Prioratu unus Prior & pauci Monachi (quandoque tres, quandoque quatuor aut plus) eſſe conſueverunt: Quodque poſt primam ejuſdem Prioratus fundationem numerus Monachorum ibidem in toto quinque Monachos excedere non conſuevit; & qui omnes à dicto Prioratu, præter ſolum priorem, jam diu eſt ferè receſſerunt; ſicque Prioratus ille, divino inibi ceſſante penè ſervicio, remanet quaſi deſolatus, præfato nunc Comiti dare & concedere, ut ulterius tam præpoſitum ſuum, quam voluntatem dicti patris ſui perficere valeat, ut intendit, habendum & tenendum eidem nunc Comiti & hæredibus ſuis, pro advocatione alicujus Eccleſiæ de taxâ viginti & unius marcarum, & de valore viginti librarum per annum, infra regnum noſtrum *Angliæ*, nobis & hæredibus noſtris, per dictum nunc Comitem vel hæredes ſuos dandâ & aſſignandâ imperpetuum.

Ac etiam, de uberiori gratiâ noſtrâ concedere & licentiam dare Priori & Conventui Prioratus prædicti, quod ipſi omnia maneria, terras, tenementa, & alia temporalia quæcunque ad dictum Prioratum ſpectantia, cum pertinentiis; necnon advocationem dictæ Eccleſiæ S. *Nicholai Arundell*, ad cujus Rectoriam habitatio Prioris & Conventus Prioratus prædicti, poſt primam illius fundationem tranſlata fuit; & ubi jam dictus Prioratus dicitur fore ſituatus; ac advocationes Eccleſiarum de Yaletone, Ruſtyſtone, Billyngeſhurſt, Kerredeford, Cockyng, & medietatis Eccleſiæ de Hamptone, ac quarundam portionum decimarum provenientium de certis terris & tenementis in Preſtone, Goxynge, Hertynge, Bourne, & Stoxghton; quas quidem Eccleſias & portiones decimarum iidem Prior & Conventus ad preſentia tenent in proprios uſus, ut dicitur; & advocationes Vicariarum Eccleſiæ S. *Nicholai* Arundell & Eccleſiæ de Kerredeford dare poſſint & concedere præfato nunc Comiti; habenda & tenenda ſibi & hæredibus ſuis de nobis & hæredibus noſtris, ac aliis Capitalibus dominis ſeodorum illorum per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum: Et eidem nunc Comiti, quod ipſe receptis à præfato Priore & Coventu dictis maneriis, terris, tenementis, & aliis temporalibus quibuſcunque cum pertinentiis, ac advocationibus prædictis, ſibi & hæredibus ſuis, ut præmittitur imperpetuum tenendis & poſſidendis, & amotis per auctoritatem & conſenſum prædicti Abbatis de Sees & ejuſdem loci conventus, ac aliorum omnium quorum conſenſus in hac parte requirendus exiſtit, prædictis Priore & Monachis, & Prioratu illo ſic adnullato, fundare poſſit & ſtabilire, in loco ubi dictus Prioratus jam exiſtit, quandam Cantariam, ſive quoddam Collegium de ſex Capellanis ſecularibus, ſecundum Præpoſitum prædicti nuper Comitis; & ultra illos de ſeptem aliis Capellanis ſecularibus de incremento-quorum treſdecem Capellanorum unus præſit cæteris, & Magiſter nominetur. Et quod dictus nunc Comes hujuſmodi Cantariæ ſive Collegio nomen imponere valeat: qui quidem Capellani divina in prædictâ Eccleſiâ S. *Nicholai* de Arundell, pro ſalubri ſtatu noſtro, & ipſius nunc Comitis, dum vixerimus; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; & pro animâ dicti nuper Comitis, & animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum, & ipſorum nuper Comitis, & nunc Comitis, ac primorum fundatorum dicti Prioratus ſingulis diebus celebrent ſecundum & juxta limitationem, diſpoſitionem, ordinationem & ſtatuta per ipſum nunc Comitem in hac parte facienda imperpetuum. Et quod ipſe nunc Comes tam prædicta maneria, terras, tenementa & temporalia quæcunque cum pertinentiis, quam prædictas advocationes Eccleſiarum medietatis Eccleſiæ, portionum, & Vicariorum dare poſſit & aſſignare præfatis Magiſtro & Capellanis in hujuſmodi Cantariâ ſive Collegio fundandis & ſtabiliendis; habenda & tenenda dictis Magiſtro & Capellanis, & ſucceſſoribus ſuis Magiſtris & Capellanis dictæ Cantariæ ſive Collegii prædicti, de præfato nunc Comite & hæredibus ſuis, in liberam, puram & perpetuam eleemoſinam imperpetuum.

Nos ad pium propoſitum præfati nuper Comitis, & ſalubrem intentionem prædicti nunc Comitis, noſtræ conſiderationis intuitum propenſius dirigentes: & ut tanti tamque perfecti operis pietatis & meriti particeps effici valeamus, pro quadraginta libris, quas idem Comes nobis ſolvet; volentes ſupplicationi prædictæ annuere gratioſè, dedimus & conceſſimus præfato nunc Comiti advocationem Prioratus prædicti; habendam & tenendam ſibi & hæredibus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum, pro prædictâ advocatione Eccleſiæ valoris & taxæ prædictorum, nobis & hæredibus noſtris, per ipſum Comitem, ut præmittitur dandam & concedendam.

Et

Et de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis Priori & Conventui, quod ipſi manerium de *Yabetone* cum pertinentiis; ac unum toftum, centum acras terræ, ſex acras prati, duodecim acras boſci, & quindecim ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Arundell**; ſexaginta acras terræ cum pertinentiis vocatas **Roſereſland** in **Billyngeſhurſt**; ſexdecem ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Cockyng**, quatuor libratas & decem ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Rogate**, quadraginta ſolidatas redditus cum pertinentiis in *Ciceſtriâ*, & triginta acras terræ cum pertinentiis in **Blakhurſt**: Ac etiam viginti ſolidatas annui redditus, ſive penſionem annuam viginti ſolidorum percipiendam de Rectoriâ Eccleſiæ de **Bourne**; Et viginti ſolidatas annui redditus, ſive penſionem annuam xx *s.* percipiendam de Eccleſiâ Cathedrali *Ciceſtriæ* pro Eccleſiis de **Sengletone** & **Eſt-dene**: Et tam advocationem dictæ Eccleſiæ S. *Nicholai* **Arundell** quàm advocationem dictarum Eccleſiarum de **Yabitone**, **Ruſtitone**, **Billyngeſhurſt**, **Kerredefozd**, **Cokkyng**, & medietatis Eccleſiæ de **Hamptone**, ac portionum, & Vicariarum prædictarum; quæ quidem Eccleſiæ portiones, manerium, toftum, terra, pratum, boſcus & redditus ſive penſiones cum pertinentiis, & advocationes Vicariarum faciunt integrum Prioratum prædictum, & quicquid ad eundem Prioratum pertinet, ut dicitur, dare poſſent, concedere, & alienare præfato nunc Comiti; habenda & tenenda ſibi & hæredibus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris & aliis Capitalibus dominis feodorum per ſervicia de prædictis manerio, tofto, terrâ, prato, boſco, & redditu cum pertinentiis, & advocationibus ipſis debita & conſueta imperpetuum.

Et eidem nunc Comiti, quod ipſe eadem manerium, toftum, terram, pratum, boſcum, & redditum ſive penſiones, cum pertinentiis, & advocationes, & quicquid ad prædictum Prioratum pertinet, quod dici poterit temporale, à præfatis Priore & Conventu adquirere valeat recipere & tenere ſibi & hæredibus ſuis in formâ prædictâ imperpetuum. Et quod idem nunc Comes, habitâ inde plenâ & pacificâ ſeiſinâ, & præfatis Priore & Monachis per diſappropriationem Prioratus prædicti, ac auctoritatem & aſſenſum omnium quorum intereſt, depoſitis penitùs & amotis, Prioratuque illo, ut præmittitur adnullato, fundare poſſit & ſtabilire in prædicto loco ubi prædictus Prioratus nunc exiſtit quandam perpetuam Cantariam, ſive quoddam perpetuum Collegium de treſdecem Capellanis ſecularibus, quorum unus omnibus aliis præſit, & Magiſter nuncupetur. Et liceat eidem nunc Comiti hujuſmodi Cantariæ ſive Collegio nomen imponere; & pro regimine prædictorum Magiſtri & Capellanorum providere, qui cum fundati fuerint, ut prædictum eſt, divina in prædictâ Eccleſiâ S. *Nicholai* pro ſalubri ſtatu noſtro, & ipſius nunc Comitis, dum vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; & pro animâ prædicti nuper Comitis, & animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum, & ipſorum nuper Comitis, & nunc Comitis, ac primorum Fundatorum prædicti Prioratus ſingulis diebus celebrent juxta & ſecundùm limitationem, diſpoſitionem, ordinationem & ſtatuta per ipſum nunc Comitem in hac parte facienda imperpetuum.

Et quod idem nunc Comes prædicta manerium, toftum, terram, pratum, boſcum & redditus ſive penſiones cum pertinentiis, & advocationes prædictas, ac aliud quodcunque temporale ad Prioratum prædictum jam pertinens per ipſum ſic adquirenda, recipienda, & optinenda dare poſſit & aſſignare prædicto Magiſtro & Capellanis; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis Magiſtris & Capellanis prædictæ Cantariæ, ſive dicti Collegii de ipſo nunc Comite & hæredibus ſuis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, & ad celebrandum divina in formâ prædictâ imperpetuum.

Ac eiſdem Magiſtro & Capellanis, quod ipſi eadem manerium, toftum, terram, pratum, boſcum & redditus ſive penſiones cum pertinentiis, ac advocationes & omne temporale prædictum recipere in formâ ſupra prædictâ & habere; & tam prædictas Eccleſias S. *Nicholai* de **Arundell**, & Eccleſias de **Yabetone**, **Ruſſytone**, **Billingeſhurſt**, & **Kerredefozd** ac medietatem Eccleſiæ de **Hamptone**, & omnes portiones decimarum prædictarum, quàm omnia alia ſpiritualia ad dictum Prioratum qualitercunque jam pertinentia ſibi appropriare, & ea ſic appropriata in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, divina ut prædictum eſt pro perpetuo celebraturis, adeo plenè & integrè ſicut prædicti Prior & Conventus, Eccleſias, portiones & ſpiritualia prædicta nuper tenuerunt, appropriata; & alia poſſeſſiones & temporalia prædicta plenius proprius optinebant. Quodque iidem Magiſter & Capellani & eorum ſucceſſores prædicti in Rectoriâ prædictæ Eccleſiæ S. *Nicholai* ubi dictus Prioratus, ut prædicitur, adhuc exiſtit, manſionem ſuam facere & ibidem inhabitare valeant imperpetuum.

Et prædictis Abbati & Conventui de **Sees** quod ipſi omnes prædictas donationes, conceſſiones, alienationes, aſſignationes, ac dictorum Prioris & Monachorum amotionem abſque regreſſu vel reſtitutione eorundem; necnon adnullationem Prioratus prædicti approbare, ratificare, confirmare, & acceptare; & omnia prædicta manerium, toftum, pratum, boſcum & redditus ſive penſiones cum pertinentiis, ac advocationes Eccleſias & portiones ſupradictas, quæ jam ad dictum Prioratum pertinent, eiſdem Magiſtro & Capellanis concedere & confirmare totumque jus & clamium, ac quicquid prædicti Abbas & Conventus de **Sees** habuerunt vel habent in eiſdem, ſeu poterint quomodolibet optinere pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, præfatis Magiſtro & Capellanis & ſucceſſoribus ſuis prædictis remittere poſſint & relaxare, ac imperpetuum quietum clamare quibuſcunque viis & modis, quibus indiguerit vel fuerit oportunum: ita quod prædicti Magiſter & Capellani & eorum

rum ſucceſſores prædicti imperpetuum ſint ſecuri de omnibus & ſingulis ſupradictis manerio, tofto, terrâ, prato, boſco & redditibus ſive penſionibus cum pertinentiis, ac advocationibus, eccleſiis & portionibus prædictis, quæ jam ad dictum Prioratum pertinent, abſque inquietatione ſeu impetitione prædictorum Abbatis & Conventus vel ſucceſſorum ſuorum: Et prædicti Abbas & Conventus & eorum ſucceſſores inde pro perpetuo penitùs excludantur tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, *&c.* non obſtante, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* primo die *Aprilis.*

ECCLESIA

Collegiata S. Michaelis in Crooked-Lane *infra Civitatem* London.

De fundatione ejuſdem per Will. Walworth *Civem & Mercatorem dictæ Civitatis.*

Pat. 4 R. 2. part. 2. m. 12.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum, ut accepimus *Pentecoſten Ruſſel* quondam Civis *London*, & aliæ certæ perſonæ ſubſcriptæ, quondam Cives ejuſdem Civitatis, certas diverſas Cantarias in Eccleſiâ S. *Michelis* in *le* Croked-Lane *London.* ubi dilectus & fidelis noſter *Willielmus* de *Waleworth* Civis & Mercator dictæ Civitatis, jam eſt parochianus, de certis tenementis & redditibus ſuis in dictâ Civitate, per eorum teſtamenta imperpetuum duraturas, ſeparatim ordinaſſent; unde præfatus *Pentecoſten* ſex marcatas quieti redditus de quodam tenemento ſuo, in quo modò dictus *Willielmus* inhabitat in Parochiâ prædictâ, ad inveniendum unam perpetuam Cantariam in Eccleſiâ prædictâ; *Rogerus Sterre* filius prædictæ *Matillis* duas marcatas quieti-redditus in augmentationem dictæ Cantariæ percipiendas annuatim de quadam ſhopa dicti *Rogeri*, quam *Rogerus Palmer* quondam tenuit in Bugge-ſtrete *London*, *Johannes Harewe* unum tenementum cum pertinentiis in *le* Croked-Lane in parochiâ prædictâ, quod valet per annum ſexaginta ſolidos, ad inveniendum unam perpetuam Cantariam in Eccleſiâ prædictâ; *Willielmus Burgh* unum tenementum cum pertinentiis in Thames-ſtreete in parochiâ prædictâ, quod valet per annum octo marcas, ad inveniendum unum perpetuum Capellanum in Eccleſiâ prædictâ; *Henricus Gubbe* quatuor marcatas quieti redditus exeuntes de quodam tenemento ſuo in Thame-ſtrete, & triginta & tres ſolidatas & quatuor denaratas quieti redditus, exeuntes de quodam tenemento ſuo, in venellâ S. *Michaelis* in Parochiâ prædictâ, ad ſuſtentationem unius perpetuæ Cantariæ in Eccleſiâ prædictâ; *Willielmus Jordan* quinque marcatas annui & quieti redditus percipiendas; viz. de tenemento quod quondam fuit *Johannis Hatfeild* in Parochia S. *Mariæ* de *Abbechirche* duas marcas de tenemento quod *Rogerus Mereworth* tenuit in dictâ Parochiâ duas marcas: Et de quadam ſhopâ dicti *Willielmi Jordan* in Parochiâ S. *Margaretæ* unam marcam: Et unam parvam domum ex oppoſito prædictæ Eccleſiæ S. *Michaelis* ex parte Auſtrali, quæ valet per annum treſdecim ſolidos & quatuor denarios, ad ſuſtentationem unius perpetui Capellani celebrantis in dictâ Eccleſiâ S. *Michaelis*: *Walterus* de *Mordon* quoddam tenementum ſuum cum pertinentiis in *Candelwykſtrete* in Parochiâ S. *Michaelis* prædictâ, quod valet per annum ſex marcas, ad ſuſtentationem unius Capellani perpetui divina in dictâ Eccleſiâ S. *Michaelis* celebraturi: Et *Thomas atte Leye* decem marcatas annui liberi & quieti redditus percipiendas annuatim; viz. ſeptem marcas inde de tenementis ſuis in Parochiâ *Omnium Sanctorum magnâ*, in Thame-ſtrete *London*: Et tres marcas de terris & tenementis ſuis in Parochiâ S. *Auguſtini* juxta le Dide-Change, ad inveniendum unum perpetuum Capellanum in dictâ Eccleſiâ Sancti *Michaelis* celebraturum, in Teſtamentis ſuis prædictis ſeparatim legaverunt, prout in Teſtamentis prædictis plenius continetur.

Ac jam præfatus *Willielmus* de *Waleworth* nobis cum inſtanciâ ſupplicaverit, ut cum tenementa & redditus prædicta, ad ſuſtentationem Cantariarum & Capellanorum prædictorum, propter variationem temporis non ſufficiant hiis diebus, unde diminutio cultus divini in adnullationem voluntatum Fundatorum dictarum Cantariarum vereſimiliter poſſet evenire. Ac idem *Willielmus* de *Waleworth*, ad honorem dei & divini obſequii incrementum, dictas Cantarias ſimiliter jungere & unire; & de Cantariis illis, ac de tenementis & redditibus ſic legatis quoddam Collegium de uno Magiſtro & novem Capellanis, divina in dicta Eccleſiâ S. *Michaelis* perpetuis temporibus celebraturis pro ſalubri ſtatu noſtro, ac ipſius *Willielmi* de *Waleworth*, & *Margaretæ* uxoris ſuæ, dum vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce ſubtracti fuerimus, animabus dictorum fundatorum, ac *Johannis Lovekyn* quondam Magiſtri ſui, animabuſque omnium benefactorum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem & diſpoſitionem ejuſdem *Willielmi* de *Waleworth* inde faciendam, fundare ac facere & ordinare; & ſuſtentationem ipſorum Magiſtri & Capellanorum, de propriis poſſeſſionibus ipſius *Willielmi* de *Waleworth* augmentare intendit, licentiâ noſtrâ mediante, velimus ad hoc licentiam regiam fœliciter impartiri: Et ulterius eidem *Willielmo* de *Waleworth* concedere, quod ipſe dare poſſit & aſſignare prædictis Magiſtro & Capellanis & ſucceſſoribus ſuis quoddam tenementum cum pertinentiis

in

in dictâ Parochiâ S. *Michaelis* juxta Eccleſiam prædictam, per prædictum *Willielmum* de *Waleworth* de novo conſtructum, pro inhabitatione ipſorum Magiſtri & Capellanorum imperpetuum.

Nos ad piam intentionem ipſius *Willielmi* de *Waleworth* oculos noſtræ mentis dirigentes; nec non ob ſpecialem affectionem, quam ad perſonam ipſius *Willielmi*, pro laudabili ſervicio nobis per ipſum multipliciter impenſo gerimus & habemus, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ad honorem dei, & in augmentationem cultus divini, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædicto *Willielmo* de *Waleworth*, quod ipſe omnes & ſingulas Cantarias prædictas, licentiâ ordinariâ ad hoc interveniente, ſimul jungere & unire; & quoddam Collegium de uno Magiſtro & novem Capellanis divina in dictâ Eccleſiâ S. *Michaelis*, pro ſtatu & animabus prædictis imperpetuum celebraturis, de prædictis Cantariis, ac de tenementis & redditibus prædictis ſic legatis, fundare ac facere & ordinare, & ſuſtentationem ipſorum Magiſtri & Capellanorum, de propriis poſſeſſionibus ipſius *Willielmi* de *Waleworth* eiſdem Magiſtro & Capellanis, de licentiâ noſtrâ & hæredum noſtrorum dandis & aſſignandis, augmentare; & dictum tenementum in dictâ Parochiâ S. *Michaelis*, de novo ſic conſtructum, cum pertinentiis, pro inhabitatione ipſorum Magiſtri & Capellanorum, ac ſucceſſorum ſuorum; ac dicta tenementa & redditus ſic legata, cum pertinentiis, præfatis Magiſtro & Capellanis dare & aſſignare valeat; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, juxta ordinationem & diſpoſitionem ejuſdem *Willielmi* de *Waleworth* inde faciendam imperpetuum.

Et eiſdem Magiſtro & Capellanis, quod ipſi prædictum tenementum ſic de novo conſtructum, cum pertinentiis; ac prædicta tenementa & redditus ſic legata, cum pertinentiis à præfato *Willielmo* de *Waleworth* recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, *&c.* non obſtante, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* x°. die *Martii.*

Licentia regia pro ampliori ejuſdem Collegii dotatione.

Pat. 5 R. 2. p. 1. m. 3.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod cum carißimus dominus & avus noſter *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* defunctus per literas ſuas patentes conceſſiſſet & licentiam dediſſet, pro ſe & hæredibus ſuis, quantum in ipſo fuit *Ricardo* tunc Comiti *Arundell*, quod idem Comes dare poſſet & concedere certis Capellanis & Clericis, pro quadam Cantariâ tunc in Capellâ infra Caſtrum ſuum *Arundell* ordinandâ, quendam annuum redditum Centum & ſeptem marcarum de maneriis ſuis de *Angveryng*, *Wepham* & *Warnecamp* in Com. *Suſſex.* percipiendum; habendum & tenendum eiſdem Capellanis & Clericis & ſuis ſucceſſoribus, quouſque idem nuper Comes, ſeu hæredes ſui dederint prædictis Capellanis & Clericis terras, tenementa & redditus ad valorem dictarum Centum & ſeptem marcarum per annum, habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, prout in literis ipſius avi noſtri patentibus inde confectis plenius poterit apparere. Et poſtmodum per literas noſtras patentes, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſerimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, dilecto & fideli conſanguineo noſtro *Ricardo* filio ſuo, jam Comiti *Arundell*; quod ipſe ultra dictum redditum dare poſſet & concedere præfatis Capellanis & Clericis quendam annuum redditum quaterviginti & quindecem marcarum, percipiendum de maneriis ſuis de *Pipering*, *Southſtoke*, *Tortyngtone*, & *Up-Merdon* in dicto Comitatu; habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis in auxilium ſuſtentationis ſuæ, quouſque idem jam Comes, hæredes ſeu Executores ſui, dederint eiſdem Capellanis & Clericis terras & tenementa ad valorem dictarum quaterviginti & quindecem marcarum per annum, prout in eiſdem literis noſtris plenius continetur: Jamque idem nunc Comes, ut aſſerit, de licentiâ noſtrâ, loco dictæ Cantariæ quoddam Collegium unius Magiſtri & duodecem Capellanorum infra Eccleſiam Parochialem *Arundell* fundaverit: Nos ad ſupplicationem ejuſdem nunc Comitis, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem nunc Comiti, quod ipſe dictos annuos redditus, tam dictarum Centum & ſeptem marcarum, quàm prædictarum quaterviginti & quindecim marcarum annuarum ſupradictarum, dare poſſit & aſſignare eiſdem Magiſtro & Capellanis ejuſdem Collegii, habendos & percipiendos ſingulis annis; viz. dictas Centum & ſeptem marcas de prædictis maneriis de *Angueryng*, *Wepham*, & *Warnecampe*; & dictas quaterviginti & quindecim marcas de prædictis manerio de *Piperyng*, *Southſtoke*, *Cortyngtone* & *Up-Merdone* eiſdem Magiſtro & Capellanis dicti Collegii, & ſucceſſoribus ſuis, quouſque idem nunc Comes, hæredes ſeu Executores ſui dederint & aſſignaverint eiſdem Magiſtro & Capellanis dicti Collegii, terras, tenementa, redditus & advocationes ad valorem amborum reddituum prædictorum: habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum in formâ ſupradictâ: ita ſemper, quod poſtquam dictæ terræ, tenementa, redditus, & advocationes, ſeu parcella eorundem ſint vel ſit data & aſſignata eiſdem Magiſtro & Capellanis prædicti Collegii, ut prædictum eſt; tunc tantum quantum eadem terræ, tenementa, redditus & advocationes valent per annum de Centum & ſeptem marcis, & quaterviginti & quindecem marcis annuis ſupradictis, deducatur.

Et eiſdem Magiſtro & Capellanis Collegii prædicti, quod ipſi dictos annuos redditus, tam dictarum Centum & ſeptem marcarum, quàm

prædictarum quaterviginti & quindecim marcarum annuarum ſupradictarum à præfato nunc Comite recipere poſſint & tenere eiſdem Magiſtro & Capellanis ejuſdem Collegii; habendas & percipiendas ſingulis annis in formâ prædictâ, ipſis Magiſtro & Capellanis dicti Collegii, & ſucceſſoribus ſuis, quouſque idem nunc Comes, hæredes ſeu Executores ſui dederint & aſſignaverint præfatis Magiſtro & Capellanis prædicti Collegii terras, tenementa, redditus & advocationes ad valorem amborum reddituum prædictorum; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum in formâ prædictâ ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* ſeptimo die *Decembris.*

ECCLESIA

Collegiata beatæ Mariæ *juxta Civitatem* Winton.

Licentia regia de primâ fundatione ejuſdem per Will. *de* Wykeham Winton. *Epiſcopum.*

Pat. 6 R. 2. part. 1. m. 9.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratia noſtrâ ſpeciali, & ad ſupplicationem venerabilis in Chriſto patris *Willielmi Wykeham* Epiſcopi *Wintonienſis* conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui S. *Swythini Wynton.* quod ipſi unum meſſuagium, unam acram terræ & dimidiam, & tres acras prati cum pertinentiis in Sokâ *Winton.* & juxta Civitatem *Wintoniæ*; & *Thomæ Tanner* de Sokâ *Winton.* quod ipſe unum meſſuagium cum pertinentiis in eadem Sokâ; & *Thomæ Lavyngtone*, quod ipſa unum meſſuagium cum pertinentiis in Sokâ prædictâ, quæ de præfato Epiſcopo, ut de Epiſcopatu ſuo *Winton.* tenentur, ut dicitur, dare poſſint & concedere præfato Epiſcopo; habenda & tenenda eidem Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum: Et quod dictus Epiſcopus habita inde plenâ & pacificâ ſeiſinâ, quoddam Collegium, ſive quandam domum vel Aulam, ad honorem & gloriam Dei, ac glorioſæ virginis *Mariæ* matris ejus, & augmentationem divini ſervicii, tam in dictis Meſſuagiis, terrâ & prato cum pertinentiis, & ſuper eâ, quàm in aliis tribus meſſuagiis cum pertinentiis in dictâ Sokâ, juxta dictam Civitatem *Winton.* & ſuper eâ: quæ quidem alia tria meſſuagia cum pertinentiis dictus Epiſcopus jam tenet ut parcellam temporalium Epiſcopatus ſui *Wynton.* fundare, eidemque Collegio, domui, ſive Aulæ quoddam certum nomen imponere & tribuere; & ibidem quendam Cuſtodem, & numerum ſexaginta & decem pauperum Scolarium, ſtudentium in Grammaticâ, juxta voluntatem præfati Epiſcopi, & ordinationem ſuam in hac parte faciendam, ordinare & ſtabilire; & tam dicta tria meſſuagia, unam acram terræ & dimidiam, & tres acras prati ſic adquirenda, cum pertinentiis, quàm dicta alia tria meſſuagia, cum pertinentiis, quæ prædictus Epiſcopus jam tenet, dare poſſit & aſſignare præfatis Cuſtodi, & Scolaribus, habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, pro morâ & inhabitatione eorundem, de præfato Epiſcopo & ejus ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam eleemoſinam imperpetuum. Et præfatis Cuſtodi & Scolaribus, quod ipſi omnia prædicta meſſuagia, terram & pratum, cum pertinentiis, de prædicto Epiſcopo recipere & tenere poſſint dictis Cuſtodi & Scolaribus & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito; ſeu eo quod tria meſſuagia, una acra terræ & dimidium, & tres acræ prati ſic adquirenda de dicto Epiſcopatu tenentur; ſeu eo quod alia tria meſſuagia cum pertinentiis ſint parcella temporalium Epiſcopatus prædicti, qui quidem Epiſcopatus de noſtro patronatu, & fundatione progenitorum noſtrorum quondam Regum *Angliæ* exiſtit, non obſtantibus, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *VWeſtm.* ſexto die *Octobris.*

ECCLESIA

Collegiata de Pontfract *in Com.* Ebor.

Licentia regia Roberto *de* Knolles *Chivaler conceſſa pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 8 R. 2. part. 2. m. 11.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Licet, *&c.* de gratiâ tamen noſtrâ ſpeciali, & pro Centum ſolidis quos *Robertus Knolles* Chivalier nobis ſolvit, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt eidem *Roberto* & *Conſtanciæ* uxori ejus, quod ipſi unum Collegium, ſive unam Cantariam de ſeptem Capellanis, quorum unus erit Collegii ſive Cantariæ prædictorum, in quodam meſſuagio ipſorum *Roberti* & *Conſtanciæ* cum pertinentiis in Pontfract de novo fundare; & idem meſſuagium dare poſſint & aſſignare

assignare præfatis Custodi & Capellanis; habendum & tenendum sibi & successoribus suis, pro inhabitatione sua & successorum suorum, ac tresdecem pauperum, duorum Clericorum, & unius vel duorum servientium, pro custodiâ & obsequio dictorum pauperum, juxta Ordinationem eorundem *Roberti* & *Constanciæ* in hac parte faciendam imperpetuum. Et eisdem Custodi & Capellanis, quod ipsi Messuagium prædictum cum pertinentiis à præfatis *Roberto* & *Constancia* recipere possint & tenere sibi & successoribus suis pro inhabitatione suâ & successorum suorum, ac tresdecem pauperum, duorum Clericorum, & unius vel duorum servientium ut prædictum est imperpetuum, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem, Statuto prædicto non obstante, *&c.* T. Rege apud *Westmonasterium* xx°. die *Aprilis*.

ECCLESIA

Collegiata de Bunbury *in agro* Cestrensi.

Licentia regia Hugoni *de* Calveley *Chivaler concessa, pro fundatione ejusdem.*

Pat. 10 R. 2. part. 2. m. 4.

Ex omnibus ad quos, *&c.* salutem. Sciatis, quod cum dilectus & fidelis noster *Hugo* de *Calvyley* Chivalier, quandam Cantariam & Collegium septem Capellanorum; viz. unius Magistri, & aliorum sex Capellanorum in Ecclesiâ de Bunbury in Comitatu *Cestriæ*, ad exorandum, & divina celebrandum pro salubri statu nostro, & ipsius *Hugonis* dum vixerimus; & animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, ac animabus progenitorum nostrorum & antecessorum prædicti *Hugonis*, ac omnium fidelium defunctorum, mediante licentiâ nostrâ facere intendit & fundare: Nos sanam intentionem ac piam devotionem præfati *Hugonis* in hac parte meritò commendantes; cupientesque hujusmodi laudabile propositum, quatenus ad nos attinet, prout reputamus, multum fore Deo gratum, ex regiâ benignitate fœliciter promovere, de gratiâ nostrâ speciali, & pro quadraginta libris quas idem *Hugo* nobis solvit, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est eidem *Hugoni*, quod ipse hujusmodi Cantariam & Collegium unius Magistri & sex aliorum Capellanorum in dictâ Ecclesiâ de Bunbury, de novo facere & fundare possit, divina in eadem singulis diebus, pro statu & animabus prædictis celebraturorum imperpetuum, juxta effectum, ordinationem & regulam, per ipsum *Hugonem* & loci ordinarium super dictis Magistro & aliis Capellanis & successoribus suis in hac parte faciendum & statuendum. Et quod idem Magister & Capellani, inter alia per ipsum *Hugonem* & loci ordinarium in hac parte statuenda & ordinanda, possint habere quoddam Sigillum commune in Cantariâ & Collegio supradictis. Et insuper concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Hugoni* quod ipse, postquam Cantariam & Collegium prædicta, ut prædictum est, fecerit & fundaverit, dare possit & assignare præfatis Magistro & Capellanis duas acras terræ cum pertinentiis in Bunbury, & advocationem dictæ Ecclesiæ de Bunbury quæ dictis duabus acris terræ appendet; quæ quidem terra & advocatio de nobis non tenentur in capite, ut dicitur: Habenda &. tenenda eisdem Magistro & Capellanis & successoribus suis Magistro & Capellanis, divina singulis diebus in Ecclesiâ prædictâ, pro statu & animabus prædictis, juxta effectum, ordinationem, & regulam prædicta celebraturis, de præfato *Hugone* & hæredibus suis in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et eisdem Magistro & Capellanis, quod ipsi dictas duas acras terræ cum pertinentiis, ac advocationem prædictam à præfato *Hugone* in formâ prædictâ recipere, & Ecclesiam illam appropriare, & eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint, eisdem Magistro & Capellanis, & successoribus suis, divina in eadem Ecclesiâ singulis diebus in formâ prædictâ celebraturis, de præfato *Hugone* & hæredibus suis in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, sicut prædictum est; tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem; statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante: Nolentes quod prædictus *Hugo* vel hæredes sui, aut præfati Magister & Capellani, seu successores sui ratione statuti prædicti, per nos vel hæredes nostros, seu ministros nostros quoscunque inde occasionentur, molestentur in aliquo, seu graventur. In cujus, *&c.* T. Rege apud *Westm.* xij°. die *Martii*.

ECCLESIA

Collegiata de Irtlyngburgh *in Com.* Northamptoniæ.

Licentia regia pro fundatione ejuſdem.

Pat. 11 R. 2. p. 2. m. 21.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod cum nuper expoſito fœlicis recordationis *Gregorii* Papæ undecimo, prædeceſſori ſanctiſſimi in Chriſto Patris & domini noſtri, domini *Urbani*, divinâ providentiâ Papæ moderni, ex parte *Johannis Pyel* jam defuncti; quod ipſe de propriâ ſalute recogitans, & cupiens terrena in cœleſtia, ac tranſitoria in æterna commercio fœlici commutare, ad laudem & honorem Dei, & pro divini cultus augmento; ac pro ſuâ & progenitorum, propinquorum, & benefactorum ſuorum cunctorumque fidelium animarum ſalute, deſiderabat Eccleſiam Parochialem S. *Petri* de Irtlyngburgh in Collegiatam erigi; & in eâ Collegium ſex Canonicorum, quorum unus Decanus eſſet, qui Canonicis & perſonis aliis dictæ Eccleſiæ præceſſit; & animarum curam tam eorum quàm aliarum perſonarum Parochianorum Eccleſiæ prædictæ haberet: ac etiam quatuor Clericorum perpetuorum beneficiatorum in eadem Eccleſiâ inſtituere & fundare; & pro præmiſſis de bonis ſibi à Deo collatis tantam & talem dotem aſſignare proponebat, quod Decanus, Canonici, & Clerici prædicti de dote hujuſmodi una-cum aliis fructibus, redditibus, & proventibus ejuſdem Eccleſiæ poſſent benè & congruè ſuſtentari, Epiſcopalia jura ſolvere, & alia eis incumbentia onera ſupportare; ita quod jus patronatus præſentandi perſonas idoneas ad Canonicatus & Præbendas, & quatuor beneficia hujuſmodi in dictâ Eccleſiâ inſtituenda ad Abbatem & Conventum de *Burgo S. Petri*, qui dictæ Eccleſiæ patroni exiſtunt, & ad præfatum *Johannem*, ac ejus hæredes & ſucceſſores deberet perpetuò pertinere, idem *Gregorius*, ex dignitate apoſtolicâ, & ad ſupplicationem ſibi ex parte præfati *Johannis* factam ſuis literis dederit in mandatis Epiſcopo *Lincoln.* qui tunc erat, ejus proprio nomine non expreſſo; ut ſi dominus *Johannes* de bonis ſuis talem & tantam dotem realiter aſſignaret; & quod præfati Decanus, Canonici, & Clerici perpetui beneficiati, de dote ipsâ, una-cum aliis fructibus, redditibus & proventibus dictæ Eccleſiæ poſſent congruè ſuſtentari, Epiſcopialia jura ſolvere, & alia eis incumbentia onera ſupportare, idem Epiſcopus, cedente vel decedente Rectore dictæ Eccleſiæ, qui tunc erat, aut Eccleſiam ipſam alias quomodolibet dimittente, eandem Eccleſiam dote hujuſmodi, per ipſum *Johannem* dictæ Eccleſiæ prius realiter, ut præmittitur aſſignatâ, in Collegiatam apoſtolicâ auctoritate erigeret, & hujuſmodi Collegium inſtituerit in eadem; ac ordinationes & ſtatuta inibi faceret pro divini cultus augmento, & ipſius Eccleſiæ ſtatu ſalutari, & perpetuo obſervanda jure ipſius Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum Epiſcoporum *Linc.* pro tempore exiſtentium, & cujuſlibet alterius, in omnibus ſemper ſalvo.

Ac poſtmodum dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* avus noſter, de gratiâ ſuâ ſpeciali, & ad ſupplicationem prælati *Johannis*, conceſſiſſet & licentiam dediſſet, pro ſe & hæredibus ſuis quantum in ipſo fuit, prædictis tunc Abbati & Conventui ejuſdem Abbatiæ de *Burgo S. Petri*, quæ de fundatione progenitorum noſtrorum quondam Regum *Angliæ* & noſtro patronatu exiſtit; quod iidem Abbas & Conventus, de voluntate & aſſenſu dicti *Johannis*, & non alias, Eccleſiam prædictam, quæ eſt de advocatione ipſorum Abbatis & Conventus, ut dicitur, in Eccleſiam Collegiatam ſex Canonicorum ſcularium Præbendatorum, quorum unus eſſet Decanus, & quatuor Clericorum beneficiatorum, erigere; quoddamque Collegium hujuſmodi ſex Canonicorum, quorum unus eſſet Decanus & quatuor Clericorum, ad nominationem præfati *Johannis*, divina in prædictâ Eccleſiâ ſingulis diebus juxta ordinationem in hac parte faciendam celebraturorum ibidem, fundare, & ſtabilire, necnon ipſis Decano & Canonicis reſiduis & Clericis, advocationem Eccleſiæ prædictæ; quæ quidem advocatio de nobis tenetur, & eſt de dotatione dictæ Abbathiæ, per dictos progenitores noſtros facta, dare & aſſignare poſſent; habendam & tenendam eiſdem Decano & Canonicis reſiduis, & Clericis, & eorum ſucceſſoribus, divina in dictâ Eccleſiâ ſingulis diebus, juxta ordinationem prædictam celebraturis, de dicto avo noſtro, & hæredibus ſuis imperpetuum: ita ſemper quod jus patronatus præſentandi perſonas idoneas ad hujuſmodi Canonicatus & Præbendas; necnon ad beneficia pro dictis quatuor Clericis ſingillatim in dictâ Eccleſiâ aſſignandâ ad prædictos Abbatem & Conventum, & eorum ſucceſſores; necnon ad præfatum *Johannem* & ipſius hæredes imperpetuum alternis vicibus pertineret: Et prædictis Decano & Canonicis reſiduis & Clericis, quod ipſi advocationem prædictam à præfatis Abbate & Conventu recipere, & dictam Eccleſiam appropriare; & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſent eiſdem Decano & Canonicis reſiduis, ac Clericis & eorum ſucceſſoribus divina in dictâ Eccleſiâ ſingulis diebus juxta ordinationem prædictam celebraturis imperpetuum; ita ſemper quod jus patronatus & præſentandi perſonas idoneas ad Canonicatus & Præbendas & alia beneficia ſupradicta, ad prædictos Abbatem & Conventum, & eorum ſucceſſores necnon ad præfatum *Johannem* & ipſius hæredes imperpetuum alternis vicibus pertineret ſicut prædictum eſt, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito;

edito ; seu eo quod dicta advocatio de prædicto avo nostro tenebatur ; & de dotatione Abbathiæ prædictæ extitit , ut præmittitur, non obstante.

Subsequenter iidem Abbas & Conventus ad præmissa omnia & singula , habito inde priùs tractatu & deliberatione sufficienti inter eos in domo suâ Capitulari , unanimem consensum suum præbuerint pariter et assensum ; ita tamen quod jus patronatus , et præsentandi personas ad Canonicatus & Præbendas, ac alia beneficia dicti Collegii juxta formam Ordinationis prædict. ad prædictos Abbatem & Conventum & successores suos, necnon ad præfatum *Johannem* & hæredes suos imperpetuum , alternis vicibus pertineret ; prout in literis Apostolicis ac literis ipsius avi nostri , & dictorum Abbatiæ & Conventus inde confectis plenius continetur.

Jamque dilecta nobis *Johanna* , quæ fuit uxor prædicti *Johannis* Executrix Testamenti ipsius *Johannis* nobis instancius supplicaverit , ut cum idem *Johannes* viam universæ carnis fuit ingressus , antequam dicta licentia præfati avi nostri sortita fuerit effectum , per quod venerabilis pater *Johannes* Episcopus *Lincoln.* dictas Literas Apostolicas exequi distulit hucusque; quo prætextu dicta *Johanna* quasdam alias Literas Apostolicas sufficientem auctoritatem & potestatem gerentes , à prædicto sanctissimo patre nostro *Urbano* , per petitionem suam ei exhibitam impetravit , & dilecto nobis in Christo Archidiacono *London* dirigi procuravit ad exequendum prædictas alias Literas Apostolicas, ac si eædem Literæ sibi forent porrectæ primitùs & destinatæ , velimus licentiam nostram caritatis intuitu adhibere , quod ipse Archidiaconus ad erectionem hujusmodi Collegii faciendam procedere valeat , juxta vim , formam , & effectum dictarum Literarum Apostolicarum : nos sanam intentionem, & piam devotionem ipsius *Johannis* meritò commendantes ; volentesque hujusmodi opus caritativum , & propositum laudabile , quatinus ad nos attinet , prout speramus deo fore gratam , ex regiâ benignitate favorabiliter promovere , de gratiâ nostrâ speciali , & pro viginti marcis quas præfata *Johanna* nobis solvit, concessimus & licentiam dedimus , & damus, pro nobis & hæredibus nostris , quantum in nobis est eidem Archidiacono , quod ipse ad erectionem dicti Collegii modo & formâ in dictis Literis Apostolicis contentis procedere , & eam exequi & perficere possit cum effectu , statuto prædicto , seu eo quod erectio hujusmodi Collegii in vitâ ipsius *Johannis* minimè perficiebatur , non obstante. In cujus , *&c.* T. Rege apud *Westm.* xii. die *Martii.*

ECCLESIA

Collegiata de Cloveley *in Com.* Devoniæ.

Licentia regia pro fundatione ejusdem.

R Ex omnibus ad quos , *&c.* salutem. Sciatis, quod de gratiâ nostra speciali concessimus & licentiam dedimus , pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est , dilecto nobis *Willielmo Cary* , quod ipse ex auctoritate apostolicâ , vel aliâ auctoritate sufficienti , secundùm legem Ecclesiasticam , Ecclesiam Parochialem de Cloveley in Com. *Devon.* de advocatione suâ propriâ existentem quam ipse de aliis quàm de nobis tenet , ut dicit , in Ecclesiam Collegiatam erigi facere possit perpetuo duraturam , de septem personis Capellanis idoneis , quorum unus erit Custos ibidem ; & quod idem *Willielmus* Collegium , domos & ædificia , pro eorum morâ & habitatione imperpetuum possidenda , in ipsius Ecclesiæ Rectoriâ fundare , construere facere possit similiter & stabilire : Qui quidem Capellani & eorum successores inibi moraturi sub alicujus religionis regulâ erunt professi , juxta voluntatem & ordinationem dicti *Willielmi* , ex auctoritate prædictâ : Et quod idem *Willielmus* dare possit & assignare dictis Custodi & Capellanis advocationem prædictam ; habendam et tenendam sibi et successoribus suis imperpetuum. Et eisdem Custodi & Capellanis , quod ipsi dictam advocationem à præfatis *Willielmo* recipere , & prædictam Ecclesiam appropriare , & eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint eisdem Custodi & Capellanis & eorum successoribus in auxilium sustentationis suæ imperpetuum : Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. Salvis semper capitalibus dominis feodi serviciis de dictâ advocatione debitis & consuetis. In cujus , *&c.* T. Rege apud *Westmon.* 8°. *Martii.* Pat. 11 R. 2. p. 1. m. 6.

ECCLE-

ECCLESIA

Collegiata de Rushewoꝛth *in agro* Norfolcienſi.

Licentia regia pro dotatione ejuſdem.

Pat. 13 R. 2. part. 2. m. 19.

R Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum nos quinto die *Decembris* anno regni noſtri undecimo, per Literas noſtras Patentes, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſerimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, dilecto nobis in Chriſto Magiſtro ſive Cuſtodi Collegii S. *Johannis Evangeliſtæ* de Rushwoꝛth, & fratribus ejuſdem Collegii & ſucceſſoribus ſuis; quod ipſi & ſucceſſores ſui terras, tenementa, & redditus cum pertinentiis ad valorem quadraginta marcarum per annum, quæ de nobis non tenebantur in capite, de quacunque perſonâ, ſive quibuſcunque perſonis ex eis dare, concedere, vel aſſignare volente ſeu volentibus adquirere poſſent; habenda & tenenda eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi & fratribus & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut aliquo alio ſtatuto, actu, vel ordinatione in contrarium factis non obſtantibus, *&c.* Nos conceſſionem noſtram prædictam effectui debito mancipari volentes, conceſſimus & licentiam dedimus *Annæ* quæ fuit uxor *Roberti VVyngefeld* Militis, *Johanni Hevenyngham* Militi, *VVillielmo Calthorp* Militi, *VVillielmo Berdewell* juniori armigero, & *Henrico Spelman*, quod ipſi maneria de *Ruſhworth* & *Lizlyng* cum pertinentiis in Com. *Norff.* quæ ad viginti libras extenduntur per annum, prout per inquiſitionem, *&c.* eſt compertum, dare poſſint, concedere, & aſſignare Magiſtro ſive Cuſtodi Collegii prædicti, ac fratribus ejuſdem Collegii & ſucceſſoribus ſuis prædictis; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, in valorem xxij. *li.* per annum, in partem ſatisfactionis quadraginta marcatarum terræ, tenementorum, & reddituſ prædictorum cum pertinentiis per annum: Et eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi Collegii prædicti, ac fratribus ejuſdem Collegii, & ſucceſſoribus ſuis prædictis, quod ipſi maneria prædicta cum pertinentiis à præfatis *Annâ*, *Johanne*, *VVill°*. *VVill°*. & *Henrico* recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatutis prædictis non obſtantibus, *&c.* T. Rege apud *VVeſtm.* 1°. *Julii.*

Alia Licentia Regia pro ampliori dotatione ejuſdem.

Pat. 13 R. 2. p. 2. m. 19.

R Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Licet, *&c.* de gratiâ tamen noſtrâ ſpeciali, & pro xij libr. quas dilecti nobis in Chriſto Magiſter & Collegium de Rushewoꝛth nobis ſolverunt conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt. *Petro Froſt*, *Roberto Aiſhele*, *Thomæ Smetheſſon* & *Thomæ Fullere*; quod ipſi unum meſſuagium, unam carucatam terræ, ſexaginta acras paſturæ, quatuor ſolidatas redditus, & redditum unius libræ Cimini cum pertinentiis in Elmedene: Ac *Rogero Cornewayle*, *Adæ Foxle*, & *Thomæ Bray*, quod ipſi duo meſſuagia, unam carucatam terræ, ſexaginta acras paſturæ, & quatuor ſolidatas redditus cum pertinentiis in eadem villâ: Et eidem *Petro*, & *VVillielmo* de *Shelton* & *Thomæ Balle*, quod ipſi unum toſtum cum pertinentiis in Rushewoꝛth: Necnon eiſdem *Petro* & *Thomæ Fuller*, quod ipſi tria toſta & quatervigînti acras terræ cum pertinentiis in eadem villâ de Rushewoꝛth: Ac *Roberto VVortham*, *Johanni Benhale*, & præfato *Thomæ Fullere*, quod ipſi unum toſtum & Lx. acras terræ cum pertinentiis in Bꝛetenham, quæ de nobis non tenentur, & valent per ann. viginti & ſex ſolidos & octo denarios, ſicut per Inquiſitionem inde, *&c.* eſt compertum, dare poſſint & aſſignare præfatis Magiſtro & Collegio, habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis in augmentationem ſuſtentationis ſuæ imperpetuum, *&c.* T. Rege apud *VVeſtm.* xxv°. *Januarii.*

Statuta & Ordinationes pro gubernatione ejuſdem, per Thomam Norwicenſem *Epiſcopum ſtabilita.*

Ex Regiſtro Principali domini *Cantuar.* Archiepiſcopi *Iſlip.* f. 163. b.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſentes Literæ pervenerint, *Thomas* permiſſione divinâ *Norwicenſis* Epiſcopus ſalutem, & rei geſtæ memoriam perpetuo duraturam. Ad univerſitatis veſtræ noticiam, tenore præſentium volumus pervenire, quod cum nos juxta ſolicitudinem paſtoralem onus noſtris humeris incumbens amplectentes, noſtram dioceſim inchoavimus viſitare, inter cætera ad Collegium de Rusſhewoꝛth noſtræ dioceſis, per bonæ memoriæ dominum *Edmundum* de *Gonevill* nuper fundatum acceſſimus, viſitationis officium impleturi; Exhibitiſque coram nobis eorum fundatione, ac cæteris munimentis eorum, ad Collegium prædictum pertinentibus; inter cætera reperimus Ordinationes & Statuta, ſecundùm quæ unire debent minus Canonicè diminuta: ad quæ corrigenda, & ab eis de cætero obſervanda, ſecundùm voluntatem defuncti, de conſenſu omnium quorum intereſt in hac parte procedimus in hunc modum.

Inprimis igitur ſtatuimus, ac etiam ordinamus, quod in dicto Collegio ſint quinque Capellani, quorum unus eorum ſit Magiſter, ſeu

seu Custos vulgariter nuncupatus, cui cæteri in licitis teneantur & Canonicis obedire. Qui quidem Custos seu Magister curam Ecclesiæ de *Rusheworth* eis licitè appropriatæ habeat. Omnes autem dicti presbyteri pro animabus fundatorum, anteceſſorum & succeſſorum ſuorum, juxta dicti fundatoris propoſitum, niſi rationabiliter fuerint excuſati cotidie celebrabunt: quem numerum, habitâ conſideratione ad facultates quas optinent in præſenti ſufficere reputamus.

Volumus tamen, quod ſi, divinâ favente clementiâ eorum redditus augeantur, quod juxta excreſentiam facultatum numerus augeatur: proviſo tamen, quod pro quolibet ſocio excreſcendo, ad minus decem marcæ argenti pro ſuo victu & aliis neceſſariis aſſignantur: dictos autem ſacerdotes, tam Magiſtrum quàm alios perpetuos eſſe volumus, niſi talia perpetraverint crimina propter quæ debet Rector à ſuo beneficio ammoveri.

Item ſtatuimus ac etiam ordinamus, quod omnes in unâ domo ſimul dormiant, ac in unâ domo communiter commedant atque bibant contenti cibis & potibus per dictum Magiſtrum ſeu alium ad hoc officium deputatum, ſecundùm facultates domus proviſis, niſi infirmitate vel alia juſta cauſa aliquis eorum in menſa intereſſe fuerit impeditus. Infirmis autem, licet infirmitate perpetuâ ſint detenti, & licet celebrare nequeant in cibis & potibus & aliis neceſſariis ad terminum vitæ juxta facultates Collegii volumus procurari: pro neceſſariis autem aliis quibuſcunque dictum Magiſtrum quinquaginta ſolidos, & quemlibet alium confratrem triginta ſolidos, annis ſingulis, in Feſtis Natalis domini, Pentecoſtes & Sancti *Michaelis*, per equales portiones de bonis percipere volumus Collegii ſupradicti.

Item ſtatuimus, ac etiam ordinamus, quod cum Officium Magiſtri ſeu Cuſtodis vacaverit, quod per confratres Magiſter ſeu Cuſtos per ſcrutinium eligatur, ſubmotâ tamen omnium juris ſolempnitate: & ille in quem major pars ſociorum conſenſerit, ſi ſit de gremio, vel in quem duæ partes confratrum conſenſerint, ſi ſit extra gremium, literâ patenti communi Sigillo eorum conſignatâ Epiſcopo *Norwicenſi*, vel ejus Vicario generali, ſeu locum-tenenti præſentetur: Et ſic per Epiſcopum vel ejus Vicarium in generalibus, ſeu ejus locum-tenentem protinus approbetur, ac etiam confirmetur, ita quod nullam juris ſolempnitatem, ſed ſolum majoris partis conſenſum (ut eſt dictum) per viam ſcrutinii in electione cuſtodis volumus obſervari. Et ſi contingat duos eligi pares voces habentes, in gratificatione ſit Epiſcopi qui pro tempore fuerit, qui præfici debeat in cuſtodem. Volumus tamen, juxta fundatoris propoſitum, quod electus in Magiſtrum, antequam confirmetur Manerium de *Lirlynge* adeat; & ſi hæres fundatoris ibidem fuerit, tunc eidem ſe præſentet, alioquin pro confirmatione habenda, licet hæredi non ſe præſentet, dominum Epiſcopum *Norwicenſem* adeat; & electione in formâ ſupradictâ factâ protinus confirmetur; & Magiſtro ſic electo, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus adminiſtratio committatur.

Item ſtatuimus, ac etiam ordinamus, quod Magiſter qui pro tempore fuerit, per ſe vel per alium Capellanum Parochianis dictæ villæ de *Rusheworth* ſacramenta & ſacramentalia, ac eis in omnibus deſerviat, vel faciat deſerviri juxta quod cura animarum eidem tradita exiget & requiret. Volumus tamen, quod ſi prædicti confratres, infra tres menſes à tempore Vacationis Magiſtrum non elegerint; quod tunc proviſio illa vice de Magiſtro ad Epiſcopum devolvatur, qui unum de Collegio in Magiſtrum perficere teneatur: Tempore autem Vacationis unus de gremio per ſuos conſocios eligatur, qui tempore Vacationis bona dicti Collegii adminiſtret, & Magiſtro futuro, cum venerit, de adminiſtratione ſuâ fideliter reddat compotum ut eſt juſtum. Magiſter autem ſic electus & confirmatus, vel etiam per ipſum præfectus, antequam aliquid de bonis dicti Collegii adminiſtret, in præſentiâ confratrum domi præſentium juramentum præſtet, quod bona dicti Collegii fideliter adminiſtrabit, ſine dilapidatione in utilitatem Collegii convertendo; & quod confratribus ſuis pecuniam pro eorum neceſſariis deputatum terminis ſuis ſolvet, niſi fuerit rationabiliter excuſatus.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod cum locus confratris vacaverit, per electionem confratrum infra ſex menſes alius ſubrogetur, alioquin poſt lapſum dictorum ſex menſium, ad Epiſcopum illa vice proviſio devolvatur. Quilibet autem ſacerdos, quandocunque deceſſerit, vel à domo receſſerit medietatem bonorum ſuorum dimittet, Collegio in eorum utilitatem & commodum convertendum: Et ſic electus vel per Epiſcopum præfectus, in ſui admiſſione juret quod erit obediens Magiſtro, vel ejus locum-tenenti in licitis, Canonicisque mandatis; & quod commodum & honorem dicti Collegii, conſilium & perſonas eorum concernentia, & non contrarium, quamdiu vixerit procurabit: Et quod quamdiu moram ibidem traxerit, quatinus humana permittit fragilitas, honeſtus erit, modeſtus, quietus, pacificus, atque caſtus. Si quis tamen ex facilitate & non ex pertinaciâ in aliquibus præmiſſorum vel per inobedientiam peccaverit, paratus ſe corrigere, perjurus ex hoc minimè cenſeatur. Tamen ſi aliquis eorum peccaverit, more religioſorum in Capitulo, per Magiſtrum, vel ejus locum-tenentem corrigi debeat & abſolvi.

Capitulum autem intrent confratres quolibet die poſt Miſſam de die, ſi commodè fieri poteſt, vel alio tempore ſecundùm diſcretionem majoris partis Collegii, ubi fratres præſentes volumus congregare, qui preces effundant pro domino *Edmundo* de *Goneville* fundatore, & pro benefactoribus vivis & mortuis; ſcilicet pro vivis, *Deus, qui caritatis*; & pro fundatore, anteceſſoribus & ſucceſſoribus, *Inclina domine*: Et pro benefactoribus & omnibus fidelibus defunctis *Miſerere quæſo domine, &c.*

Ibidem-

Ibidemque tractetur, ſi neceſſe fuerit de negotiis dictæ domus; & ſtabile fiat & firmum quod ibidem quod per majorem partem Capituli fuerit ordinatum; exceptâ alienatione rerum immobilium dicti Collegii, ubi conſenſum omnium ſociorum unanimem exigi volumus & requiri.

Item ſtatuimus ac etiam ordinamus, ut omnes confratres, vel ad minus quatuor, cum Presbyteris & Clericis ſurgant in aurorâ vel mane, ſecundùm exigentiam temporis, & intrent Eccleſiam eorum de *Ruſſheworth*, & Matutinas de Sancta *Maria* dicant ſine Notâ & poſtea Matutinas & horas Canonicas de die, ſecundùm uſum in dioceſi communiter obſervatum in Choro per Notam pſallant, ſi commodè fieri poteſt; vel ad minus in feſtis cum regimine Chori. Hiis dictis Miſſam de die, cum Notâ celebrent, etiam in pro feſtis diebus, aliam autem Miſſam de Sancta *Maria*; & tertiam Miſſam pro defunctis ſine notâ, ſi voluerint in Eccleſiâ prædictâ volumus celebrari. Quartam autem Miſſam de *Trinitate* in eorum Capella eorum dormitorio annexa volumus celebrari. In qualibet autem Miſſa ſudradictâ ſpecialis Collecta dicatur pro animabus domini *Edmundi* de *Goneville* fundatoris, anteceſſorum & ſucceſſorum, & eorum benefactorum, cum orationibus in capitulo ſupradictis: Qualibet autem ebdomoda ſingillatim & per ordinem regatur Chorus per unum de confratribus, qui Miſſam de die cotidie per ſuam ebdomodam per ſe vel per ſubſtitutum ſi impeditus fuerit celebrabit; & deſerviet parochiæ in divinis, quolibet die *Placebo* & *Dirige* pſallant vel dicant communiter in Eccleſiâ ſupradictâ, vel extra Eccleſiam ſi fuerint impediti; vel ad minus ebdomodarius.

Tamen volumus, quod Anniverſarius dies dicti *Edmundi* de *Goneville* annuatim ſolempniter celebretur. Omnes autem de Collegio in Eccleſiâ morando mantallo albo & pilleo in capite, nec alia formâ converſentur in Eccleſiâ, niſi illi qui in ſuperpelliciis, & aliis ornamentis Eccleſiæ ſunt induti: Extra autem Eccleſiam in geſtu, tonſurâ, coronâ, ornamentis & aliis honeſtatem obſervent in omnibus clericalem.

Habeant igitur annuatim aliquam veſturam de unâ ſectâ proprietatem autem, tam Magiſtro quàm aliis confratribus permittimus optinere. Si tamen deceſſerint, medietas bonorum eorum, debitis tamen eorum primò ſolutis, virtute præſentium Collegio applicetur: aliam verò medietatem in Teſtamento legandi, ſi voluerint, liberam habeant facultatem: Et ſi Teſtamentum non fecerint, ubicunque inventa ſint bona Collegio applicentur.

Omnes autem de Collegio ad continuam reſidentiam volumus obligari, ita quod extra Collegium pernoctare nequeant, niſi à Cuſtode vel ejus locum-tenente licentiam meruerint optinere. Cuſtodem tamen, qui circa negotia dicti Collegii vacare oporteat ad hanc reſidentiam faciendam, vel ad alias obſervancias ſupradictas, cum impeditus fuerit non artetur. Dictus etiam Magiſter ad ſerviendum in Collegio aliquos de parentelâ ſuâ non admittat, niſi majoris partis confratrum ſuorum conſenſum habuerit & aſſenſum.

Item ſtatuimus ac etiam ordinamus, quod commune habeant Sigillum, & communem ciſtam cum tribus ceruris & clavibus diverſæ fabricæ; quarum una clavis remaneat penès cuſtodem prædictum; & aliæ duæ Claves penès alios duos de confratribus, quos cæteri confratres ad hoc eligere voluerint: in quâ Ciſtâ reponatur Sigillum prædictum & alia Collegii munimenta, ac theſaurus eorum. Et quod Magiſter conſociis ſuis ſemel in anno in feſto S. *Michaelis*, de toto eorum theſauro ſtauro receptis expenſis adminiſtraturis, fidelem compotum reddere teneatur; de quo fiat Indentura, quarum una pars remaneat penès dictum Magiſtrum, alia verò pars in Ciſtâ communi reponatur; ut quolibet anno bis vel ter viſum compoti ſuis confratribus exhibeat, ſi eis videbitur expedire.

Nos igitur ſtatum dicti Collegii, & Ordinationes ipſius ſuperius expreſſas, & ſingula in eo contenta ſtatuimus, ordinamus, ac decernimus inviolabiliter obſervari: & ea tam auctoritate pontificali quàm ordinariâ confirmamus, ratificamus, & approbamus: Ac etiam ipſum Collegium licitum & approbatum fore, quantum ad nos & ſucceſſores noſtros pertinet pronunciamus; ſalvis nobis & ſucceſſoribus noſtris Viſitationibus, correctionibus, reformationibus, conſuetudinibus Epiſcopalibus, juriſdictionibus & aliis quibuſcunque juribus Eccleſiæ noſtræ *Norwicenſis*. In quorum omnium fidem & teſtimonium præmiſſorum Sigillum noſtrum fecimus hiis apponi. Datis apud *Schuldham* xiiii°. die *Julii* anno domini MCCCLx°. & conſecrationis noſtræ quinto.

ECCLESIA
Collegiata Menevenſis *in agro* Penbrochienſi.

Carta Adæ Menevenſis *Epiſcopi de fundatione dictæ Eccleſiæ necnon Statuta & Ordinationes pro gubernatione ejuſdem.*

Pat. 1 H. 4. p. 7. m. 4. per Inſpex.

Mnibus ad quos præſentes Literæ pervenerint *Adam* permiſſione divinâ *Menevenſis* Epiſcopus, & ejuſdem loci Capitulum ſalutem & plenam rei geſtæ veritatem ... placens & amabile Deo reputamus quod diſponitur inter Catholicæ fidei cultores, ſi miniſteria laudabilia militantis Eccleſiæ ſanctis actionibus conformentur Eccleſiæ triumphantis: Gaudent namque Angelorum Chori, pſallentes *Gloria in excelſis* Deo in glorioſo adventu & augmento ſupernorum civium: noſque

noſque in hoc labenti ſeculo, ad confuſionem hoſtis generis humani per dei gloriam militantes gloriari oportet, quociens nimirum miniſtrorum in Eccleſiâ dei & cultum divinum cernimus devocius & laudabiliter augmentari. Pridem devotiſſimus & nobilis dominus *Johannes* dux *Lancaſtriæ*, & præclaræ memoriæ domina *Blanchia* conſors ejus tunc exiſtens in humanis; & nos *Adam* prædictus *Menevenſis* Eccleſiæ miniſter, beneficiorum memores à deo ſuſceptorum, conſpicientes *Menevenſem* Eccleſiam nobilem, & ab antiquo metropoliticam & ſolempnem, in occiduis finibus *Walliæ*, ubi rari ſunt ſacerdotes ſaltem benè pſallentes, ad corroborationem fidei Chriſtianæ Angelico vaticinio magnificè conſtructam; ad cujus officia divina debilè exequenda, de *Angliâ* cum difficultate ut plurimum adducuntur ſacerdotes, ad ſumptus graves, ad quos ſupportandum nimis exiliter & tenue, præſertim modernis temporibus plus ſolito annona carioribus dotatur noſtra prædicta *Menevenſis* Eccleſia, quandam Capellam ſive Cantariam unius Magiſtri & ſeptem preſbyterorum per modum Collegii in eadem Cantaria morari, & altiſſimo ſervire debencium, in honorem, & ſub vocabulo beatæ *Mariæ* virginis, fundamus, erigimus, facimus & ordinamus, de patronatu dictorum domini ducis, dominæ *Blanchiæ* & noſtro, in ſolo ſanctuarii noſtri, & Eccleſiæ noſtræ Cathedralis *Menevenſis*, de aſſenſu Capituli noſtri, ex parte boreali ejuſdem *Menevenſis* Eccleſiæ; datum in domo noſtrâ Capitulari *Menevenſi* die Sabati proximâ poſt Feſtum S. *Jacobi* Anno Domini MCCCLxv°. & noſtræ conſecrationis quarto.

Poſt fundationem verò, pro morâ eorundem Magiſtri & Presbyterorum familiæ, & miniſtrorum eorundem, manſum honeſtum, domoſque ſufficientes ſumptuosè conſtrui & fieri fecimus; unumque Clauſtrum inter dictam Eccleſiam Cathedralem, & Capellam prædictam facere inchoavimus, devotum & utile: ad cujus Capellæ ſive Cantariæ dotationem, & pro ſuſtentatione dictorum Magiſtri & Capellanorum, & aliis oneribus dictæ Cantariæ ſupportandis, jura patronatuum quinque Eccleſiarum noſtræ dioceſios, *viz.* S. *Iſmaelis* & de **Langonour**, de nobili domino *Johanne* Duce *Lancaſtr.* & *Blanchiæ* prædictæ; & Eccleſiæ de **Walros** de nobili viro domino *Guidone* de *Bryenne*; & Eccleſiæ de **Haroldeſton** juxta mare in **Ros**, de Magiſtro *Johanne* tunc domino de **Haroldeſton** & Eccleſiæ de **Neverne** in **Kemeys** de domino *Nicholao* de *Audeley* domino de **Kemeys**, tunc patronis prædictarum Eccleſiarum, de bonis noſtris ratione perſonæ noſtræ, abſque prejudico noſtræ *Menevenſis* Eccleſiæ, & per induſtriam noſtram adquiſivimns, juraque patronatuum prædicta de licentiâ domini noſtri Regis *Edwardi* tertii poſt Conqueſtum *Angliæ*, Capituli noſtri, & aliorum quorumcunque quorum intereſſe poterit, Magiſtro & Presbyteris, necnon *Cantariæ* prædictæ damus & concedimus; ipſaſque Eccleſias præfatis Magiſtro & Presbyteris, nec non Cantariæ ſeu Collegio prædicto appropriamus, annectimus, unimus & incorporamus ad eorum ſuſtentationem, & onera dictæ Cantariæ debita ſupportanda.

Et ut prædicti Magiſter & Presbyteri promptius, honeſtius & devotius conveniant ad divina in Cantariâ prædictâ, ordinamus, ſtatuimus & diffinimus, quod idem Magiſter & Preſbyteri Collegium facientes, communiter, ſimul, & collegialiter maneant, veſcantur, vivant in communi & dormiant infra ſepta & clauſum Hoſpicii pro morâ ſuâ, ad uſum eorum per nos, ut præfertur conſtructi: quod Hoſpicium eis conferimus & donamus, de aſſenſu Capituli noſtri tenendum & perpetuo poſſidendum.

Et quia plurium Capita faciliter prorumpunt ad diſſenſum; ut quietius vivant Magiſter & Presbyteri prædicti certiuſque & devotius miniſtretur, in eâ Cantariâ quædam duximus ſtatuenda perpetuis temporibus duratura: ad quæ obſervanda Magiſtri & Presbyteri ejuſdem Cantariæ, in admiſſione ſuâ ad eandem, pro cujuſlibet eorum juramentum corporale præſtandum, tactis ſacroſanctis, erunt obligati arctius & aſtricti.

Inprimis ſtatuimus, & ordinamus, quod Magiſter & Presbyteri prædicti cotidie conveniant in Capellâ dictæ Cantariæ poſt *Matutinas* de die finitas in Eccleſiâ Cathedrali *Menevenſi*, in Choro dictæ Capellæ, juxta ordinationem & diſpoſitionem Præcentoris dictæ Cantariæ, in habitibus ſuis pleniùs inferiùs deſcriptis; & dicant *Matutinas* cotidianas de beatâ *Mariâ* per notam diſtinctè & apertè, ex utraque parte Chori ejuſdem Capellæ, diviſi, prout moris eſt, ad ordinationem Præcentoris ejuſdem Cantariæ.

Quandocunque tamen dicentur Matutinæ de feſtis duplicibus in eſtate, & tribus diebus ante Paſcha, ſecundùm uſum *Sarum* horâ Veſperarum, in Eccleſiâ Cathedrali *Menevenſi*, *Matutinæ* de S. *Mariâ* in Capellâ dictæ Cantariæ ſolempniter cantentur in craſtino, horâ conſuetâ, exceptis diebus *Paraſceves*, & ſancti Sabbati *Paſchæ*; quibus diebus non dicentur per notam. Hoc verò ſemper obſervetur in dictâ Capellâ, quod quandocunque, dicitur plenum ſervicium de S. *Mariâ* in Choro Eccleſiæ Cathedralis, dicetur conſimile ſervicium de beatâ *Mariâ* in Capellâ dictæ Cantariæ in *Matutinis*, Miſſis, & aliis horis, tam in commemoratione beatæ *Mariæ* quàm in aliis feſtis ejuſdem, & infra Octabis, & in Octabis eorundem feſtorum per totum annum contingentium. Et poſt *Matutinas* hujuſmodi de beatâ *Mariâ*, & ſubſequenter *Primam*, *Tertiam*, *Sextam*, & *Nonam* ibidem per notam immediatè finitas, ſtatim celebrent Miſſam de beatâ *Mariâ*, ſecundùm temporis exigentiam anni per notam: quâ finitâ celebretur Miſſa qualibet die dominicâ de *Trinitate*; qualibet die *Lunæ* de Angelis; qualibet die *Martis* de S. *David*; qualibet die *Mercurii* de Pace; qualibet die *Jovis* de S. *Andreâ*; qualibet die *Veneris* de *Cruce*; & qualibet die *Sabati* de *Sancto Spiritu*; ita quod Miſſa de die in dictâ Capellâ nullo die omittatur: Liceat tamen ſingulis Presbyteris

prædictis omnibus majoribus duplicibus Feſtis celebrare de die, ſi voluerint, ita quod Miſſa beatæ *Mariæ* ſolempniter celebretur in eiſdem.

In omnibus vero hujuſmodi Miſſis peculiaribus dicatur cotidie *Collecta*; viz. *Queſumus domine, pro tuâ pietate* (ſecretorum & poſteriorum) pro animâ celebris memoriæ dominæ *Blanchiæ* conſortis, dum vixit dicti domini Ducis, quamdiu dictus dominus Dux & nos ſuperſtites fuerimus in hac vitâ. Poſt mortem verò noſtram dicantur Miſſæ de *Requiem*, pro animabus noſtris vel alterius noſtrum qui primus deceſſerit, necnon dictæ dominæ *Blanchiæ*, & nobilis domini domini *Henrici* quondam Ducis *Lancaſtriæ*; ac pro animâ reverendiſſimi in Chriſto patris domini *Willielmi* de *Courtenay Cantuarienſis* Archiepiſcopi, amici ſpecialis & benefactoris ejuſdem Cantariæ, cum ab hac luce migraverit qui ipſam Cantariam efficaciter promovit, & ſtabiliri procuravit; necnon Epiſcoporum & Canonicorum *Menevenſis* Eccleſiæ parentum noſtrorum, & benefactorum dictæ Cantariæ, & aliorum Chriſti fidelium defunctorum duobus diebus in qualibet ebdomadâ, *viz.* diebus *Mercurii* & *Veneris* per notam, ad magnum Altare ſtatim poſt Miſſam *beatæ Mariæ*, niſi duplex feſtum in eiſdem diebus contigerit evenire.

Celebratis autem ſupradictis Miſſis in formâ prædictâ, celebrent cæteri Presbyteri ejuſdem Cantariæ in dictâ Capellâ Miſſas ſuas, juxta devotionem eis à Deo datam; proviſo quod in ſingulis Miſſis prædictis, cotidie exceptis Miſſis de die, & de *Requiem*, dicatur Collecta, *viz.* *Deus qui caritatis dona* (cum ſecretorum & poſteriorum) pro ſtatu ſalubri dicti domini Ducis, domini *Henrici* Comitis *Derbiæ* filii ſui, præfatique domini *Willielmi Cantuarienſis* Archiepiſcopi, & noſtro quamdiu vixerimus, vel vixerit aliquis noſtrum: Et poſt deceſſum noſtrum dicuntur Collectæ pro animabus noſtris in dictis Miſſis, ad diſpoſitionem Præcentoris dictæ Cantariæ.

Præterea volumus & ordinamus, quod poſt mortem noſtram, vel alicujus noſtrum, ſingulis diebus Anniverſariorum cujuſcunque noſtrum, officium mortuorum, *viz.* *Placebo* & *Dirige*, cum commendationibus, & Miſſa de *Requiem*, pro animabus noſtris & omnium fidelium defunctorum annuatim ad diſpoſitionem dicti Præcentoris ſolempniter celebretur: dicti verò Magiſter & Capellani *Veſperas* & *Completorium* dicent cotidie de S. *Mariâ* per notam poſt *Veſperas* de die in Choro Eccleſiæ *Menevenſi* cantatas, ad diſpoſitionem Præcentoris Quadrageſimâ exceptâ, in qua volumus *Veſperas* de S. *Mariâ* in Capellâ dictæ Cantariæ cantari, dum *Veſperæ* de die canuntur in choro Eccleſiæ Cathedralis, & *Completorium* de S. *Mariâ* in dictâ Capellâ.

Poſt *Completorium* de die dictum in Eccleſiâ Cathedrali prædictâ, præfatique Magiſter & Capellani officiis divinis, tam in yeme, quàm in eſtate utentur, eodem habitu quo utantur *Menevenſis* Eccleſiæ Vicarii mundè & honeſtè; Magiſter tamen Cantariæ utetur amiſea griſea. Prædicti enim Magiſter & Capellani ſingulis diebus dominicis & omnibus duplicibus Feſtis per annum; & tribus diebus proximis ante Paſcha in *Proceſſionibus, altâ Miſſa*, & in *Veſperis* in Eccleſiâ Cathedrali *Menevenſi*, cum Vicariis ejuſdem Eccleſiæ in habitibus ſuis prædictis intereſſe tenebuntur, Pſallereque & alia officia peragere cum eiſdem juxta ordinationem Præcentoris Eccleſiæ Cathedralis & Magiſtri prædictorum.

In Feſtis tamen beatæ *Mariæ* in Choro Eccleſiæ Cathedralis intereſſe non tenebuntur ſed in Choro Capellæ dictæ Cantariæ.

Item, quod dicti Magiſter & Capellani perſonaliter interſint in ſingulis horis prædictis, niſi ex causâ legitimâ coram Magiſtro & Præcentore ejuſdem Cantariæ approbata, & hujuſmodi licentiâ tantum uni unâ vice niſi neceſſitas interveniet concedatur. Et Magiſter, vel ſiquis Capellanorum ſe aliter in aliquâ horâ, in prædictis officiis divinis, in dicta Cathedrali Eccleſiâ, vel in Capellâ dictæ Cantariæ, prout eſt ordinatum abſentaverit, puniatur, prout ſtatuitur in Vicariis *Menevenſis* Eccleſiæ in caſibus conſimilibus; & quod pecunia levata propter contumaciam Presbyterorum ſolvatur ad manus Magiſtri ad opus ejuſdem Cantariæ; nec unuſquiſque remittat alteri ſicut quando præſentibus prædicta pecunia applicaretur, ſicut viciſſitudine inhoneſtâ audivimus fieri.

Item quod nullus prædictorum Presbyterorum ingrediatur villam *Menevenſem*, vel tabernam niſi de licentiâ Magiſtri ſui, vel cum uno Presbytero ſociorum ſuorum; & hoc ex causâ honeſtâ & neceſſariâ: ita quod Magiſter vel aliquis prædictorum Presbyterorum dictæ Cantariæ non vadat ſolus ad ſpaciandum, ſed temporibus debitis cum uno Presbytero ſociorum ſuorum, vel aliquo alio honeſto. Item quod Cameræ dicti Hoſpicii dictis Magiſtro & Presbyteris diſtribuantur & aſſignentur, pro morâ ſuâ per nos quamdiu vivamus. Et poſt mortem noſtram per Præceptorem *Menevenſis* Eccleſiæ & Magiſtrum Cantariæ juxta honeſtatem & ſtatum eorundem Presbyterorum, prout eis videbitur expedire, quibus in hoc dicti Preſbyteri tenebunt obedire. Item quod Magiſtro ſuo ſint obedientes in licitis & Canonicis mandatis.

Et ſi Magiſter vel Presbyter dictæ Cantariæ convincatur de incontinentiâ, Magiſter, *viz.* per Epiſcopum, vel ejus authoritate: cæteri verò Presbyteri, ut inferiùs continetur graviter corripiantur & puniantur primâ vice; ſecundâ vice gravius: Et ſedeat Presbyter dictæ Cantariæ convictus ultimus in Choro & in mensâ ad ſui ignominiam: Et ſi tertiâ vice convincatur Magiſter vel Presbyter dictæ Cantariæ, expellatur omnino à dictâ Cantariâ ſine ſpe redeundi, vel gratiæ.

Item ſi ſit rixoſus vel intolerabilis in comitivâ.

Item quod in abſentiâ Epiſcopi Præcentor, & unus vel duo Canonici *Menevenſis* Eccleſiæ, reſidentes in eadem, quos vel quem idem Præcentor Eccleſiæ Cathedralis ad hoc vocaverit, ſint judices ad hæc facienda cum plenâ poteſtate; ita quod non liceat alicui Magi-

Magiſtro vel Presbytero dictæ Cantariæ eorum judicium, ſententiam vel decretum, per viam appellationis declinare. Et ſi quid queſtionis dubiæ, vel arduum in dictâ Cantariâ emerſerit, referatur Epiſcopo, ut ſuo judicio, vel ipſius auctoritate terminetur.

Item quod præcentor Eccleſiæ Cathedralis & Magiſter dictæ Cantariæ inquirat qualibet hebdomadâ, vel ad minus qualibet quindenâ de defectibus dictorum Presbyterorum. Magiſtri verò Præcentor plus in officiis divinis, & de inobedientia dictorum Presbyterorum jurgiis & contentionibus emergentibus inter eos & comperta corrigant correctione condignâ ſecundum diſcretionem eis à Deo datam, juxta merita & demerita ſingulorum, quorum correctionibus dicti Presbyteri teneantur obedire.

Item ſi Præcentor Eccleſiæ Cathedralis abſens fuerit, infirmus, vel impotens ad præmiſſa facienda, tunc Theſaurarius dictæ Eccleſiæ *Menevenſis*, qui pro tempore fuerit prædicta exequatur, compleat & faciat cum Canonicis & Magiſtro, prout ſuperius eſt expreſſum: quibus etiam tam Magiſter quàm Presbyteri tenebuntur obedire.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod Magiſter dictæ Cantariæ percipiet de bonis dictæ Cantariæ ſingulis annis xx. marcas; de quibus contentabitur de decem marcis ſibi ſolutis ſingulis annis de Capellâ de Whytwell, dictæ Cantariæ canonicè appropriatâ; & ad ſuſtentationem dictorum Capellanorum, qui equaliter percipient de fructibus & obventionibus dotationis dictæ Cantariæ decem marcas; *viz.* unicuique annuatim ſolvendis ad duos anni terminos; *viz.* ad feſta S. *Michaelis* & Paſchæ per manus Magiſtri dictæ Cantariæ.

Item quod Magiſter & Capellani prædicti ſemel veſtiantur in anno de unâ ſectâ honeſtiori quâ poterint. Item, quod Presbyteri noſtri prædicti ad cotidianum uſum veſtiantur veſtibus longis & talaribus, non cotis curtis, vel gownis, niſi contingat eos de licentiâ Magiſtri Cantariæ ad æquum vel ad pedes devillare.

Item quod nullus Presbyter dictæ Cantariæ reſidens in eadem, deferat Baſtardum, vel cultellum longum, ſub pœna quâ incumbit, per Præcentorem Eccleſiæ Cathedralis & Magiſtrum prædictum arbitrandâ, niſi contigerit eum devillare.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod unus prædictorum Presbyterorum eligatur per Magiſtrum & Presbyteros prædictos quolibet menſe in die Sabati qui ſit Seneſcallus domus eorum pro illo menſe, ad ſupervidendum, emendum, & diſponendum pro regimine domus illo menſe; & in fine ipſius menſis compotum reddat coram Magiſtro & ſociis ſuis de adminiſtratis per eum illo menſe, & ſic de ſingulis menſibus ſucceſſivè.

Item quod Præcentor dicti Collegii ſcribat, vel ſcribi faciat in tabulâ, & intitulet quid quiſque faciat in officiis divinis & miniſterio ſervitorum in dictâ Capellâ, cui quilibet tenebitur obedire.

Item volumus & ordinamus, quod Magiſter ſit electivus per confratres ſuos, & confirmandus per nos quamdiu vixerimus; & poſt deceſſum noſtrum per præcentorem Eccleſiæ Cathedralis; & in ejus abſentiâ & defectu per majorem Canonicum reſidentiarium & præſentem dictæ Eccleſiæ noſtræ *Menevenſis*. Et Presbyteri perpetuandi in eadem examinentur in literaturâ, cantu, & moribus per eoſdem Magiſtrum & Presbyteros dictæ Cantariæ & ydonei reperti admittantur & inſtituantur per nos quamdiu vixerimus; & poſt mortem noſtram per prædictum Magiſtrum, qui hujuſmodi ydoneos admittat & induci faciat per Præcentorem dictæ Cantariæ in Corporalem poſſeſſionem ejuſdem perpetuo miniſtraturi in eadem. Et quilibet ſic admiſſus, tam Magiſter quam Presbyteri jurabunt in inductione ſuâ, quod continuè reſidebunt in Cantariâ prædictâ, & obſervabunt ſtatuta ejuſdem. Item quod Magiſter & quilibet Presbyter dictæ Cantariæ poſſit, unacum beneficio ſeu officio hujuſmodi in dictâ Cantariâ habere in dioceſi *Menevenſi* aliud beneficium etiam curatum in quo beneficio curato minimè corporaliter reſidere teneatur, ſed ex diſpenſatione noſtrâ & Capituli noſtri *Menevenſis* per modum conſtitutionis in beneficio ſuo dictæ Cantariæ reſidere continuè & miniſtrare teneb'tur.

Item, quod Magiſter & Capellani prædicti habeant Canonicos *Menevenſis* Eccleſiæ in debitâ reverentiâ infra *Menevenſem* Eccleſiam & extra.

Item quod mulieres non admittantur ad ſerviendum & miniſtrandum continue in Hoſpicio dictorum Magiſtri & Presbiterorum. Item volumus & ordinamus quod de dictis Preſbyteris eligatur per Magiſtrum & eoſdem Presbyteros unus ydoneus Præcentor, qui curam habeat & regimen ſervicii divini in Capellâ dictæ Cantariæ juxta ordinationem præſentis fundationis ejuſdem, cui quilibet tenebitur obedire in executione officii ſui infra Capellam prædictam; qui Præcentor tantam auctoritatem & prærogativam habeat in gubernatione ſervicii & cultus divini in eadem Capellâ, ſicut præcentor Eccleſiæ Cathedralis *Menevenſis* habet in eadem. Et idem Præcentor pro labore ſuo in officio ſuo hujuſmodi percipiet xl. ſol. annuatim, ultra prædictas decem marcas in Feſto S. *Michaelis* ſolvendas de communi dotatione ejuſdem Cantariæ.

Item quod de dictis Presbyteris eligatur per Magiſtrum & eoſdem Presbyteros unus ydoneus Sacriſta, qui curam habeat & cuſtodiam librorum, veſtimentorum & omnium aliorum ornamentorum ſpiritualium, luminarium & vaſorum in Capellâ dictæ Cantariæ, & ordinationem pulſationis campanarum in eadem ſecundum diſcretionem Præcentoris ejuſdem Cantariæ. Et idem ſacriſta pro labore ſuo in officio ſacriſtæ hujuſmodi percipiet xl. ſol. annuatim ultra prædictas decem marcas in Feſto S. *Michaelis* ſolvendos de communi dotatione ejuſdem Cantariæ: præfatos vero Præcentorem & Sacriſtam perpetuos eſſe

decrevimus in officiis ſuis prædictis; & per nos quamdiu vixerimus ad eadem officia admittendos. Et volumus, quod in dictâ Cantariâ ſint duo Choriſtæ idonei, per Præcentorem ejuſdem Cantariæ eligendæ, qui permanebunt continuò in Hoſpicio dictæ Cantariæ, ſub curâ & regimine ejuſdem Præcentoris, qui tenebitur eos informare & docere, per ſe vel per alium, tam in literali ſcientiâ quàm in Cantu, qui Choriſtæ ſedebunt ad ſecundam menſam dictæ Cantariæ; ad quorum ſuſtentationem, & pro informatione eorundem volumus & ordinamus, quod Præcentor ejuſdem Collegii percipiat de bonis ejuſdem domus in Feſto S. *Michaelis* ſex libras argenti annuatim. Et ſi Magiſter defecerit in ſolutionibus ſupradictis in termino ſtatutis, vel aliquo eorum, ſi per menſem retardaverit dictam ſolutionem in parte vel in toto, contra voluntatem dictorum Capellanorum, ſit ipſo facto ſuſpenſus à divinis, & à perceptione ſalarii ſui ſibi pertinentis quamdiu retardaverit ſolutiones ſupradictas.

Et quia dicta Cantaria ſeu Collegium in fructibus & obventionibus Eccleſiarum S. *Iſmaelis* de **Langonour**, de **Menarn** & de **Haroldeſton**, quas eis appropriatas jam habent ad manus, in pacificâ poſſeſſione, & Eccleſiæ de **Walros** etiam eis appropriatæ, cujus fructus & obventiones percipient cedente vel decedente Rectore eadem jam incumbente, excedent in valore omnia onera dictæ Cantariæ Magiſtro & Presbyteris ejuſdem incumbentia, & alia onera quæcunque ſuperius nominata volumus & ordinamus, quod de fructibus & obventionibus prædictis, ultra omnia onera prædicta debilè ſupportata, quadraginta libræ argenti remaneant in theſauro, & Ciſtâ remanente in Theſaurariâ dictæ Cantariæ, pro ſuſtentatione jurium ejuſdem Cantariæ, ſi oporteat ſub tribus ſeruris & clavibus, quarum una remanebit penès Præcentorem *Menevenſis* Eccleſiæ vel Theſaurarium in ipſius abſentia; & altera penès Magiſtrum dictæ Cantariæ; & tertia penès aliquem Presbyterorum, quem ipſi Presbyteri duxerint eligendum: Et quod ſuperfuerit de fructibus & obventionibus prædictis, ultra dictas quadraginta libras, oneribus omnibus prædictis debilè ſupportatis, ſi per nos non fuerit de hiis alio modo ordinatum in vita noſtrâ, volumus, ſtatuimus & ordinamus, quod ad ordinationem Epiſcopi *Menevenſis*, qui pro tempore fuerit & Capituli eiuſdem loci in augmento numeri Presbyterorum dictæ Cantariæ, ſi fieri poterit, vel alias ad utilitatem & honorem ejuſdem Cantariæ reponantur & expendantur, prout prædicto Epiſcopo & Capitulo videbitur expedire. Proviſo tamen, quod prædictæ xl. libræ ſalvæ & integræ remaneant; & quod de Veſtimentis, ornamentis neceſſariis ad dictam Capellam intrinſecùs, & ad onera ſuſtentationis hoſpicii prædictorum presbyterorum, & Capellæ ejuſdem Cantariæ debilè ſupportanda neceſſario provideatur.

Volumus etiam, ſtatuimus & ordinamus, quod Magiſter dictæ Cantariæ, qui exactor & receptor erit omnium bonorum & reddituum dictæ Cantariæ *vel* ad eandem pertinentium, teneatur annuatim in Feſto S. *Michaelis*, vel infra octo dies ſequentes, de exactis, receptis, & adminiſtratis de hujuſmodi bonis & redditibus, coram nobis vel noſtris aſſignatis, dum vixerimus; & poſt mortem noſtram coram Præcentore, Theſaurario, & uno Canonico reſidente, *Menevenſis* Eccleſiæ ſeniore, aut uno dictorum Presbyterorum, per ipſum Collegium ad hoc electo, plenum & fidelem compotum reddere; & quod de dictis redditibus, ultra omnia onera dictæ Cantariæ incumbentia ſuperfuerit, ut ſuperius memoratur in Theſaurariâ dictæ Cantariæ reponere, ſub ſigillis & ſeruris ſuperius nominatis; & ad uſum & diſpoſitionem de quibus etiam ſuperius fit mentio.

Item volumus & ordinamus, quod Sigillum commune dictæ Cantariæ remanebit ſub eiſdem ſeruris & cuſtodiâ.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod Præcentor Eccleſiæ Cathedralis & Canonici, juxta ordinationem noſtram, in correctionibus rerum & perſonarum dictæ Cantariæ, ut in auditione compotorum, prout ſuperius in hac ordinatione memoratur laborantes, percipiant xx. ſol. de bonis communibus dictæ Cantariæ, juxta diſcretionem dictorum Præcentoris & Canonicorum ſic laborantium diſtribuendos, ne eorum labor in hac parte inutilis videatur & inanis.

Item ſtatuimus, volumus & ordinamus, quod ſi qui articuli ſint omiſſi, qui ſunt pro honeſtate, utilitate & quiete dictæ Cantariæ noſtræ, concipiantur & redigantur in codicellis per nos in vitâ noſtra Sigillo noſtro ſigillandis & annectandis hujuſmodi noſtræ ordinationi, quibus volumus tantam fidem adhiberi, quantam præſenti fundationem. Et quia ſucceſſu temporum variatur ſtatus & rerum ſeculi, & nichil tam ſtabile mundanum reperitur, quin continuam recipiat mutationem omnium quæ ad fundationem dictæ Cantariæ neceſſaria fuerint, utilia, vel opportuna, recentem habere memoriam, non eſt noſtrum; volumus & ordinamus, quod nos in vitâ noſtrâ, necnon alii *Menevenſes* Epiſcopi, qui pro tempore fuerint, & ejuſdem loci Capitulum præſentem ordinationem Cantariæ prædictæ, cum opus fuerit & utile emendemus, emendent, corrigamus & corrigant. Cantaria tamen prædictâ in ſuâ ſubſtantiâ & redditibus integris in formâ meliori redacta, rata permanente & inconcuſſa, nullo modo diminuta, quam ſi quis maliciosè, ſeu fraudulenter, quovis exquiſito colore impugnaverit, vel impugnare attemptaverit in toto vel in parte, maledictiones Dei, beatæ *Mariæ*, ac beatorum *Andreæ* & *David* patronorum noſtrorum & noſtram incurrat ipſo facto. In quorum omnium teſtimonium nos *Adam* Epiſcopus & Capitulum prædicti Sigilla noſtra fecimus hiis opponi; Dat. in domo noſtrâ Capitulari *Menevenſi* octavo die menſis *Junii* anno

anno domini MCCCLxxxij°. & noſtræ Conſecrationis anno xxj°.

De Capella de Whitewell *hujuſmodi Eccleſiæ Collegiatæ annexâ.*

Ibid. *Ricardus* Dei gratia Rex *Angliæ* et *Franciæ* et dominus *Hiberniæ*, Omnibus, *&c.* ſalutem. Supplicavit nobis dilectus ligeus noſter *Will. Elyot* Magiſter Collegii beatæ *Mariæ* juxta Eccleſiam Cathedralem *Menevenſem* per chariſſimum avunculum noſtrum *Johannem* Ducem *Lancaſtriæ*, chariſſimam amitam noſtram *Blancheam* conſortem ſuam, & venerabilem patrem *Adam* nuper Epiſcopum *Menevenſem* nuper ordinati & fundati; quod cum prædictus Epiſcopus per aſſenſum Capituli ſui dediſſet, & conceſſiſſet Magiſtro qui tunc fuit Collegii prædicti, Capellam ſive Prioratum ſecularem de *Whitewell*, ad valorem decem marcarum per annum, ut dicebatur; habendum & tenendum prælato Magiſtro, & ſucceſſoribus ſuis Magiſtris ejuſdem Collegii, pro perpetuâ ſuſtentatione eorundem imperpetuum, licentiâ regia ſuper hoc non obtenta: Et licet nos xiij. die *Oct.* ultimo præterito de gratiâ noſtra ſpeciali & pro xx. li. nobis in Hanaperio Cancellariæ noſtræ ſolutis, pardonaverimus, pro nobis & hæredibus noſtris tranſgreſſionem prædictam & foriſfacturam nobis incurſam pro præmiſſis, *&c.* Nos, *&c.* ob reverentiam Dei & Sanctæ Eccleſiæ de uberiori gratiâ noſtrâ, *&c.* pardonavimus & remiſimus prædictas tranſgreſſiones & foriſfacturam, *&c.* T. *&c.* apud *Weſtm.* xxij°. *Febr.* anno regni noſtri xiij°.

ECCLESIA

Collegiata de Bradgare *in Dioceſi* Cantuar.

Licentia regia ſuper fundatione & dotatione ejuſdem.

Pat. 16 R. 2. p. 1. m. 24.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Licet, *&c.* de gratiâ tamen noſtrâ ſpeciali, & pro quadraginta libris nobis ſalutis in hanaperio noſtro, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt Magiſtro *Roberto* de *Bradgare* Clerico, Magiſtro *Johanni Burbache* Clerico, *Thomæ Jakyn* Clerico, *Johanni Weſt*, *Johanni Trowebregge* Clerico, *Johanni atte Vyſe*, *Johanni Lambe*, & *Rogero Webbe*, quod ipſi, & qui eorum diutiùs vixerint fundare poſſint apud *Bradegare* quoddam Collegium unius Capellani & duorum Clericorum Scolarium, qui divina celebrabunt, & deo famulabuntur in Eccleſiâ Parochiali de Bradgare *Cantuarienſis* dioceſis, perpetuis futuris temporibus hiis quibus dicti ſcolares literarum ſtudio vacaverint duntaxat exceptis, pro ſalubri ſtatu ipſorum *Roberti*, *Johannis*, *Thomæ*, *Johannis*, *Johannis*, *Johannis*, *Johannis* & *Rogeri* dum vixerint, & pro animabus ſuis cum ab hac luce migraverint; & pro animabus patrum, matrum, anteceſſorum, amicorum, & benefactorum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum: Ac etiam, quod prædicti *Robertus*, *Johannes*, *Thomas*, *Johannes*, *Johannes*, *Johannes*, *Johannes*, & *Rogerus*, & qui eorum diutius vixerint, dare poſſint & aſſignare præfatis Capellano & ſcolaribus tria meſſuagia, ducentas & quinquaginta acras terræ, centum acras paſturæ, ſexaginta acras boſci, treſdecem ſolidatas, & quatuor denaratas redditus & redditum octo gallinarum, & medietatis unius libræ piperis cum pertinentiis in Holyngburne, Houkynggе, Bradegare, Monneſelle, Boydenne, Tunſtalle, & Bikenore: de quibus quidem terris & tenementis duo meſſuagia, ſexaginta & quatuordecim acras terræ & dimidium, duodecim acræ paſturæ, & decem acræ boſci de *Anna* Regina *Angliæ*; & reſidua terræ & tenementi de aliis quàm de nobis tenentur: Habenda & tenenda eiſdem Capellano & ſcolaribus & ſucceſſoribus ſuis Capellanis & ſcolaribus divina in Eccleſiâ prædictâ pro ſtatu & animabus prædictis celebraturis, & deo ſervituris, juxta ordinationem prædicti *Roberti* in hac parte faciendam imperpetuum. Et eiſdem Capello & ſucceſſoribus, quod ipſi prædicta meſſuagia, terram, paſturam, boſcum & redditum cum pertinentiis, à præfatis *Roberto Johanne*, *Thomâ*, *Johanne*, *Johanne*, *Johanne*, *Johanne*, & *Rogero* recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis Capellanis & ſcolaribus divina in Eccleſiâ prædictâ, pro ſtatu & animabus prædictis celebraturis & deo ſervituris juxta ordinationem prædictam, in formâ prædictâ imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto prædicto, ſeu eo quod dicta duo meſſuagia ſexaginta & quatuordecim acræ terræ & dimidium, duodecim acræ paſturæ, & decem acræ boſci de præfatâ Reginâ tenentur, ut prædictum eſt, non obſtante. Nolentes, quod prædicti *Robertus*, *Johannes*, *Thomas*, *Johannes*, *Johannes*, *Johannes*, *Johannes* & *Rogerus*, vel hæredes ſui, aut præfati Capellanus & ſcolares ſeu ſucceſſores ſui prædicti ratione præmiſſorum per nos vel hæredes noſtros, Juſticiarios, Eſcaetores, Vicecomites, aut alios Ballivos ſeu Miniſtros noſtros vel hæredum noſtrorum quoſcunque inde occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur: ſalvis tamen nobis & hæredibus noſtris, ac aliis Capitalibus dominis feodi illius ſerviciis inde debitis & conſuetis. In cujus, *&c.* T. Rege apud caſtrum *Wyndeſore* xix°. *Julii.*

Statuta

Statuta & Ordinationes pro meliori gubernatione ejusdem.

Ex Regist. principali D. Archiep. *Cantuar. Bourchier & Courtney* fol. 124. a.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus altissimi, Amen, Ego *Robertus* de *Bradegare* Clericus *Cantuariensis* diocesis virtute & auctoritate licentiæ illustrissimi principis & domini nostri domini *Ricardi* dei gratiâ Regis Regnorum *Angliæ* & *Franciæ* à Conquestu *Angliæ* secundi, decimo nono die mensis *Julii* anno regni sui sextodecimo; necnon reverendissimi à Christo patris & domini domini Archiepiscopi *Cantuariensis*, cæterorumque omnium & singulorum quorum interest, seu interesse poterit in hac parte mihi *Roberto* prædicto concesso, declarando quædam scripta & ordinata Collegium S. *Trinitatis* de Bradgare dictæ diocesis concernentia, & addendo ad eadem, ordino, quod idem Collegium perpetuis futuris temporibus per unum secularem Presbyterum, in ordine sacerdotali constitutum, & duos Clericos scolares consorcios suos regatur & gubernetur. Quodque idem Capellanus, & successores sui quicunque in dicto Collegio residentiam faciant personalem; & cessante causâ legitimâ comedat & larem foveat cum servienti suo in hoc Collegio: nec suam mensam emat in domo alieni, salvo quod unum mensem continentem triginta duos dies à dicto Collegio & Ecclesiâ de *Bradgare* continuè vel interpolatim poterit quando & ubi voluerit absque omni causâ commedere & se absentare.

Item ordino quod idem Capellanus & successores sui habeant secum unum servientem qui singulis diebus Missas suas ipsum coadjuvet celebrare, & in aliis serviat eidem ipsius Capellani sumptibus & expensis.

Item ordino, quod idem Capellanus, & successores sui singulis diebus imperpetuum Matutinas & Missam in Ecclesiâ Parochiali de *Bradgare* dicant.

Item ubicunque voluerit in dictâ Ecclesiâ, sive extra eam singulis diebus Vesperas, Placebo, & Dirige; singulisque quartis & sextis feriis septem Psalmos Penitentiales, & quindecem Psalmos Graduales perdicant imperpetuum.

Si tamen reparatio domorum ad ipsum Collegium pertinentium immineat, & huic necessitati cum bonis dicti Collegii providere non poterit; tunc volo & ordino, quod idem Capellanus unum annuale in Ecclesia Parochiali de *Bradgare* prædictâ vel alibi, si Clerici prædicti scolares noluerint, ad tempus celebrare volebit; & pro labore suo salarium recipere quousque huic necessitati aliunde succurratur; sic tamen quod salarium hujusmodi circa reparationem domorum prædictarum fideliter convertatur.

Et insuper dicti Clerici scolares, ac etiam duo pauperes scolares ad alimenta & elemosinaria Ecclesiæ *Cantuariensis* scolaribus ibidem ministrare consueta, per ipsos Capellanum & Clericos scolares præsentati & admissi, eorumque successores singulis diebus imperpetuum; viz. quilibet eorum Psalmum *de Profundis*, cum versiculis consuetis *Deus in cujus manu corda sunt regum, &c. Deus qui inter Apostolicos. Miserere quesumus domine.* Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum dominaris, *&c.* singulisque ebdomodis *Placebo* & *Dirige*; singulisque sextis feriis septem Psalmos Penitentiales cum Letaniâ secundùm usum *Sarum* perdicant pro salubri statu domini nostri Regis prædicti & *Isabellæ* consortis suæ Reginæ *Angliæ*, reverendissimi in Christo patris & domini domini *Thomæ* dei gratiâ *Cantuariensis* Archiepiscopi, *Thomæ Chalynden* Prioris Ecclesiæ *Cantuariensis*, ac ejusdem loci Capituli, Archidiaconi *Cantuar.* nobilis viri *Hugonis Lutterell* militis, *Willielmi Makenade*, *Roberti* de *Bradgare* & aliorum fundatorum Collegii memorati.

Et cum ab hac luce migraverint pro animabus prædictorum, ac claræ memoriæ *Edwardi* Principis *Walliæ*, *Johannæ* consortis suæ, ac progenitorum suorum; necnon quondam *Annæ* ipsius domini Regis consortis & Reginæ *Angliæ*, domini *Willielmi Courtney* Archiepiscopi defuncti, dominique *Roberti Stratton*, *Henrici Wylly*, *Rogeri Bygoode* Capellanorum & *Roberti Barkeface* parentum, benefactorum suorum & Collegii memorati; & specialiter eorum, de quorum bonis debite vel aliter reciperunt, omniumque fidelium defunctorum.

Item volo & ordino, quod prædicti Capellanus & duo Clerici scolares Collegii prædicti, suique successores imperpetuum singulis principalibus & duplicibus festis, singulis quoque diebus dominicis in dictâ Ecclesiâ de Bradgare, ex parte sinistrâ Chori ibidem suis superpelliciis induti primas, secundas, Vesperas, Completoria, & magnam Missam, etiamsi idem Capellanus annuale propter causas superius scriptas alibi celebraverit coadunabunt cantare & cantabunt. Nullus tamen eorum curatus aquæ bajulus, aut sacrista dictæ Ecclesiæ de Bradgare erit dum fuerit socius Collegii prædicti; excepto eo quod quamdiu ego *Robertus* prædictus rebus fuero in humanis, idem Capellanus & successores sui michi *Roberto* prædicto, ubicunque voluero in divinis deservient.

Item volo & ordino, quod Capellanus dicti Collegii qui pro tempore fuerit nullum beneficium seu officium assequatur, per quod à residencia personali & celebratione divinarum prædictis impediatur: Et si contrarium fecerit privatus sit Capellaniâ prædictâ ipso facto.

Item volo & ordino quod Capellanus & Clerici scolares prædicti, de cætero de natis & mascituris in diocesi *Cantuariensi*; & unus semper de consanguinitate vel affinitate meâ perpetuo assumentur.

Item volo & ordino, quod nullus Capellanus ad Capellaniam dicti Collegii admittatur nisi tunc sciat bene legere, bene construere, & bene cantare: nullusque præficiatur Clericus scolaris dicti Collegii, nisi tempore præsentationis hujusmodi bene legere & competenter cantare sciat.

Item

Item ordino quod nullus in Capellanum dicti Collegii instituatur; nec aliquis in scolarem dicti Collegii præficiatur, nisi fuerit bonæ vitæ, conversationis honestæ, castus, quietus, sobrius, ac dei amicus, nulloque crimine notabili irrepitus, sic quoque vivat quamdiu fuerit Capellanus, seu scolaris Collegii prædicti; alioquin institutionem Capellani & præfectionem scolaris hujusmodi nullas esse ordino ipso facto.

Item volo & ordino, quod præsentatio hujusmodi Capellani, & præfectio duorum Clericorum scolarium Collegii prædicti ad ipsum Collegium perpetuo pertineant, *viz.* quociens Capellaniam dicti Collegii vacare contigerit, tunc præsentatio Capellani ad ipsam Capellaniam ad scolares dicti Collegii ac institutio ad loci ordinarium, & inductio corporalis ejusdem Capellani ad Clericos scolares prædictos perpetuo pertinebit.

Si verò contigerit unicum scolarem dicti Collegii tempore Vacationis Capellaniæ prædictæ existere; tunc ordino quod iste unicus scolaris præficiat alium scolarem in Collegio prædicto; & hii duo præsentabunt personam ydoneam ut præmittitur ad Capellaniam prædictam: Si verò nullum scolarem Collegii prædicti existere contingat, tunc Capellanus ejusdem Collegii unum scolarem ejusdem Collegii præficiat; & hii duo secundum scolarem præficiant in Collegio prænominato.

Item volo & ordino quod præsentatio ad Capellaniam prædictam, & præfectio utriusque scolaris prædicti, infra quindecem dies à tempore quo vacatio Capellaniæ & Præbendarum scolarum prædictorum in Ecclesiâ de Wadegare nota fuerit continue numerandos juxta formam prænotatam fiant; alioquin lapsis quindecem diebus prædicta præsentatio dicti Capellani, & præfectio scolaris deficientis ad loci Ordinarium: viz. dominum Archiepiscopum *Cantuariensem*; & sede Ecclesiæ *Cantuar.* vacante ad Priorem & Capitulum Ecclesiæ *Cantuariensis* duntaxat eo casu & non aliter, nec alio modo pertinebunt.

Item volo & ordino, quod Clerici scolares dicti Collegii eorumque successores à tempore præfectionis eorum sint scolares & consocii dicti Collegii, quousque compleverint vicesimum quintum ætatis suæ annum, & non ultra: habebitque uterque eorum singulis ebdomadis decem denarios *Sterlingorum* de bonis Collegii memorati, & Cameram australem superiorem Collegii memorati; ita tamen quod sint prompti ad ordinem subdiaconatus in vicesimo ætatis suæ anno, fueruntque bonæ vitæ, & conversationis honestæ dictoque Capellano & successoribus suis obediant in licitis & canonicis mandatis.

Item ordino quod dictus Capellanus & successores sui habeant Cameras boreales dicti Collegii, & dum fundatores dicti Collegii vixerint singulis quarteriis anni in fine ejusdem quarterii quadraginta solidos *Sterlingorum*: Et cum dicti fundatores ab hac luce subtracti fuerint decem libras *Sterlingorum*; ac proventus columbaris dicti Collegii apud Wadegare existentis pro sustentatione suâ & servientis sui prædicti. Ac pro inventione & reparatione Calicis Missalis, tuallorum, vestimentorum, panis, vini & quinquaginta aliceum quoque omnium ad Missas, Matutinas; & pro laboribus suis circa conservationem bonorum dicti Collegii impendendis per eundem.

Item volo & ordino; quod totus boscus & suboscus ad ipsam Capellanam & scolares datus temporibus debitis, per Capellanum & duos scolares dicti Collegii cum consensu duorum scolarium per eos in Elemosinarium Ecclesiæ Christi *Cantuar.* præsentatorum prius offerenti vendatur, & omni pecuniâ exinde percipiendâ reparentur Collegium & omnes domus, gardini & clausuræ ad ipsum Collegium, & manerium de Thoustede pertinen. cum consilio & consensu quatuor scolarium prædictorum.

Item volo & ordino, quod Relevium & Herietum quo debeantur præfatus Capellanus de bonis suis, & non de bonis dicti Collegii persolvat; ac curiarum sectas quascunque pro bonis Collegii prædicti suis sumptibus & expensis faciat metrinum.

Item volo & ordino quod Capellanus & scolares dicti Collegii, eorumque successores, & eorum quilibet erit fidelis dicto Collegio, bona, jura, libertates ejusdem communiter & divisim conservabunt, sustentabunt, & manutenebunt, ac quilibet eorum in quantum poterit, & præcipuè in absentiâ dictorum Clericorum scolarum, idem Capellanus conservabit, sustentabit, & manutenebit & augmentabit eadem; & inter cætera cum ad pinguiorem fortunam pervenerint quilibet eorum cum xl sol. *Sterlingorum* de bonis suis augmentabit bona Collegii prædicti.

Item volo & ordino, quod præfati duos scolares ad alimenta & elemosinaria Ecclesiæ Christi *Cantuar.* per Capellanum & scolares dicti Collegii præsentati & præsentandi, eorumque successores in suâ admissione, se præmissa observaturos corporale præstabunt juramentum.

Item volo & ordino, quod singulis annis, primâ ebdomadâ *Octobris* Anniversarium prædictorum, meum & omnium benefactorum dicti Collegii perpetuo, singulisque diebus ipsius ebomadæ, per Capellanum & quatuor scolares prædictos *Placebo*, *Dirige*, & Missam cum officio *Requiem* celebretur, & singulis diebus prædictis. Hiis completis computus per eos, & coram eis fiat de universis bonis Collegii memorati, necnon pro reparatione domorum, boscorum & terrarum Collegii supradicti debitè facienda & onerum eidem Collegio imminentium supportatione fideliter ordinetur.

Item volo & ordino, quod dicti Capellanus & scolares, eorumque successores sint subditi & subjecti solum & insolidum Archiepiscopo *Cantuar.* & sede ibidem vacante Priori & Capitulo Ecclesiæ *Cantuar.* & non inferiori: & ad hoc dabunt singulis annis Archidiacono *Cantuar.* xii. *d. Sterlingorum.*

Item

Item vo'o & ordino, quod Capellanus & ſcolares prædicti, eorumque ſucceſſores habeant unum Juriſperitum Legis *Angliæ* de conſilio reverendi patris domini Archiepiſcopi *Cantuar.* qui pro tempore fuerit, aſſumendum quoque ſingulis annis de bonis dicti Collegii percipiat ſex ſolidos & octo denarios *Sterlingorum.*

Quodque dicti Capellanus & ſcolares ponant in Ciſtâ communi ſubſcriptâ viginti ſolidos *Sterlingorum* ante omnia, de bonis dicti Collegii levandos & ſolvendos: Et ſi quod reſiduum fuerit, illud ponetur in Ciſtâ tribus clavibus firmata, quarum cuſtodiam habeant Capellanus & duo ſcolares Collegii prædicti; unoque ipſorum deficiente, ipſius deficientis clavim & cuſtodiam ejus habeant alii duo ſcolares Elemoſinariæ prædictæ.

Item volo & ordino, quod cum dicti, viginti ſolidis & reſiduo prædicto juxta & libertates dicti Collegii defendantur, & bona ejuſdem augmententur,

Item volo, quod dicta ebdomada idem Capellanus alimenta ipſis quatuor ſcolaribus; ac etiam in ebdomodâ Natalis Domini, incipiendo ebdomodam ad Veſperas in vigilia ejuſdem, & in ebdomoda Paſchæ incipiendo ebdomodam mane in die pareſceves; & in ebdomoda Pentecoſtes incipiendo ebdomodam mane in vigilia ejuſdem cum bonis Collegii memorati debitè miniſtret.

Item volo & ordino, quod Libros dicti Collegii datos, præfati Capellanus & duo ſcolares dicti Collegii non accomodant extra Collegium quoquomodo.

Item volo, quod quilibet Capellanus dicti Collegii facturus, in ſuâ inſtitutione; & quilibet Clericus ſcolaris ibidem in ſuâ præfectione; & pauperes ſcolares tempore præſentationis eorum, tactis per eos ſacroſanctis Dei evangeliis, corporale præſtent juramentum, quod præmiſſam ordinationem fideliter obſervabunt, & pro vicibus facient obſervari: alioquin Inſtitutionem præfectores & præſentationes de eis factam nullas eſſe ordino ipſo facto.

Item reſervo mihi *Roberto* de *Bradgare* prædicto poteſtatem declarandi præmiſſa quamdiu rebus fuero in humanis, ad addendum ad eadem: Et poſt obitum meum declarationem queſtionum, ſi quæ circa præmiſſa emerſerunt per reverendum patrem dominum Archiepiſc. *Cantuar.* qui pro tempore fuerit ordino faciendam, quem ordino Magiſtrum dicti Collegii, & conſervatorem, protectorem & defenſorem jurium & libertatum Collegii prædicti, & præcipuè librorum, ac implementi ejuſdem & ad hoc in fine ſingulorum quarteriorum cujuſlibet anni imperpetuum percipiet de bonis ipſius Collegii unum quarterium avenarum, ſede Eccleſiæ *Cantuarienſis* plenâ: Ipſaque ſede vacante religioſi viri Prior & Capitulum Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* percipient portionem avenarum pro ratâ temporis Vacationis prædict. *Cantuariæ* ſolvendam pro protectione & defenſione præmiſſorum.

Inſuper ego *Johannes atte Wyſe* noviſſimus fundatorum Collegii prædicti, ordino quod ſingulis futuris annis imperpetuum, poſt obitum meum, in Feſto Exaltationis ſanctæ Crucis eragentur per Capellanum Collegii memorati ſex ſolidi octo denarii, prout ſequitur: Inprimis Vicaria de **Bradgare**, qui pro tempore fuerit, pro oblationibus illius diei ſex denarios; Cuſtodi bonorum Eccleſiæ ibidem ſex denarios: Clerico Parochiali & Sacriſtæ ibidem quatuor denarios: Quinque verò ſolidi & quatuor denarii ſupra manentes indigentibus Parochianis de **Bradgare** prædictâ pro animabus defunctorum ſupradicti Collegii, & omnium fidelium defunctorum diſpenſentur.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium ego *Robertus* de *Bradgare* prædictus Sigillum meum præſentibus appoſui. Data & acta ſunt hæc in prioratu de **Ledes** dictæ dioceſis, die Lunæ, *viz.* xii°. die menſis *Auguſti* An. Dom. MCCCXCviij°. Hiis teſtibus domino *Rogero Horton*, & *Ramundo Wynter* Clericis *Cant.* dioc. teſtibus ad præmiſſa rogatis.

ECCLESIA

Collegiata de **Plecy** *in Com.* Eſſexiæ.

Licencia regia Thomæ *Duci* Glouc. *conceſſa, pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 17 R. 2. part. 2. m. 41.

Ex omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt chariſſimo avunculo noſtro *Thomæ* Duci *Glouceſtriæ*, quod ipſe fundare, facere & ſtabilire poſſit in Eccleſiâ Parochiali de **Plecy**, quæ de patronatu noſtro proprio exiſtit, quoddam Collegium novem Capellanorum, quorum unus ſit Magiſter & Cuſtos, divina ibidem ſingulis diebus celebraturorum: Et etiam duorum Clericorum, & duorum Choriſtarum ſimiliter ibidem ſingulis diebus famulaturorum, juxta limitationem, diſpoſitionem, ordinationem, ſtatuta & voluntatem dicti Ducis in hac parte imperpetuum faciendam: ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante. In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm.* xxv°. *Januarii.*

Licentia

Licentia regia dicto Thomæ *conceſſa, pro dotatione ejuſdem.*

Ibid. m. 39.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum nuper conceſſerimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit chariſſimo avunculo noſtro *Thomæ* Duci *Glouceſtriæ*, quod ipſe fundare, facere, & ſtabilire poſſit in Eccleſiâ Parochiali de Plecy quoddam Collegium novem Capellanorum, quorum unus ſit Magiſter & Cuſtos, divina ibidem ſingulis diebus celebraturorum; & etiam duorum Clericorum & duorum Choriſtarum, ibidem ſingulis diebus famulaturorum, juxta limitationem, diſpoſitionem, ordinationem, ſtatuta & voluntatem dicti Ducis in hac parte imperpetuum facienda, prout in Literis noſtris Patentibus inde confectis plenius continetur: Nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt, prædicto Duci, & *Alianoræ* uxori ejus, quod ipſi ſex acras terræ cum pertinentiis in Plecy, & novem acras terræ cum pertinentiis in eadem villâ, ac advocationem Eccleſiæ villæ prædictæ in Com. *Eſſexiæ* quæ de nobis tenentur in capite, dare poſſint & concedere præfato Magiſtro, & Cuſtodi, & Capellanis prædictis; habenda & tenenda eidem Magiſtro & Cuſtodi & Capellanis prædictis, & ſucceſſoribus ſuis; *viz.* dictas ſex acras terræ cum pertinentiis de præfatis Duce & *Alianorâ* & hæredibus ipſius *Alianoræ:* ac dictas novem acras terræ cum pertinentiis, & advocationem prædictam de eiſdem Duce & *Alianorâ*, & hæredibus ipſius Ducis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum. Et quod præfatus Dux concedere poſſit, quod maneria de Bokyngfeld & Whitſtaple cum pertinentiis in Com. *Kanc.* & advocatio Eccleſiæ ejuſdem manerii de Whitſtaple, quæ de nobis ſimiliter tenentur in capite; ac manerium de *Welles* cum pertinentiis in Com. *Hertfordiæ*, quod de nobis non tenetur in capite, ut dicitur; quæ quidem maneria de Bokyngfeld, Whitſtaple, & Welles & advocationem *Matil.* quæ fuit uxor *Thomæ* de *Veer* nuper Comitis *Oxon.* tenet ad terminum vitæ ſuæ, de hæreditate præfati Ducis, & quæ poſt mortem ipſius *Matil.* prædicto Duci & hæredibus ſuis reverti deberent; poſt mortem ejuſdem *Matil.* præfato Magiſtro & Cuſtodi & Capellanis prædictis remaneant, tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis de præfato Duce & hæredibus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum. Et eidem Magiſtro & Cuſtodi & Capellanis prædictis; quod ipſi dictas ſex acras terræ, cum pertinentiis, ac dictas novem acras terræ cum pertinentiis; ac prædictam advocationem Eccleſiæ de Plecy à præfatis Duce & *Alianorâ* recipere; ac prædicta maneria de Bokyngfeld, Whitſtaple, & Welles, cum pertinentiis, & dictam advocationem Eccleſiæ prædicti manerii de Whitſtaple poſt mortem prædictæ *Matildis* ingredi poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis in formâ prædictâ imperpetuum, ſicut prædictum eſt. Et quod idem Magiſter & Cuſtos & Capellani prædicti, habitâ poſſeſſione dictarum advocationum Eccleſiæ de Plecy, & Eccleſiæ manerii de Whitſtaple, eaſdem Eccleſias appropriare, & eas in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem.

Ac etiam pro eo quod idem Dux intendit & proponit habitationem Collegii prædicti infra dictas ſex acras terræ ædificare, & Eccleſiam Parochialem de Plecy transferre, & Eccleſiam illam in parte dictarum ſex acrarum terræ de novo ædificare; & eandem Eccleſiam unacum certâ quantitate terræ prædictæ circa Eccleſiam prædictam pro Cimiterio facere dedicari, ad majorem honorem Dei & Collegii prædicti, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt; quod præfatus Dux ſeu dictus Magiſter & Cuſtos, & Capellani prædicti, dictam Eccleſiam, poſtquam in formâ prædictâ fuerit ædificata, una cum dictâ quantitate terræ circa Eccleſiam prædictam pro Cimiterio, ad voluntatem & ordinationem prædicti Ducis facere poſſint dedicare, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non poendis edito; ſeu eo quod maneria de Bokyngfeld & Whitſtaple, ac ſex acræ & novem acræ terræ cum pertinentiis & advocationes prædicta de nobis tenentur in Capite, non obſtante.

Et inſuper de gratiâ noſtrâ conceſſimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt, quod ipſi manerium de Berneſtone, cum pertinentiis in dicto comitatu *Eſſexiæ*, quod de nobis non tenetur in Capite, ut dicitur, dare poſſit & concedere præfato Magiſtro & Cuſtodi & Capellanis prædictis; habendum & tenendum eidem Magiſtro & Cuſtodi & Capellanis prædictis, & ſucceſſoribus ſuis in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum, *&c.* Teſte Rege apud *Weſtmon.* tertio die *Februarii.*

ECCLESIA
Collegiata de Maydenestone *in Com.* Cantii.

Licentia regia Will°. *de* Courtney Cantuar. *Archiepiſcopo pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 19 R. 2. part. 1. m. 11.

Ricardus dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ*. Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod cum Venerabilis in Chriſto Pater *Willielm.* de *Courtney* totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, conſanguineus noſter chariſſimus, devotionis fervore ſuccenſus, cupiens intimè & deſiderans cultum divinum ampliare pariter & augere, Eccleſiam Parochialem beatæ *Mariæ* de Maidnestone, ſuorum patronatus & dioceſis in quoddam Collegium, noſtrâ mediante licentiâ erigere intendat & fundare: Nos attendentes propoſitum ipſius Archiepiſcopi in hac parte meritorium & ſalubre; ac debite conſiderantes grata & laudabilia ac fructuoſa obſequia nobis & regno noſtro per ipſum Archiepiſcopum multipliciter impenſa: Volenteſque proinde, ac propter ſpecialem affectionem quam ad perſonam ſuam, ſuis exigentibus meritis gerimus & habemus; ipſum Archiepiſcopum ſuper piâ intentione ſuâ in præmiſſis favore proſequi gratioſe; & ut nos operis tam meritorii premiis participemur, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem Archiepiſcopo, quod ipſe dictam Eccleſiam Parochialem beatæ *Mariæ* de Maidenstone de patronatu ſuo exiſtentem in quoddam Collegium erigere; & Collegium illud de uno Magiſtro ſive Cuſtode, ac tot ſociis Capellanis & aliis miniſtris, Deo in eodem Collegio ſerviturîs, quot idem Archiepiſcopus ſecundum diſcretionem ſuam melius videbitur expedire, fundare, facere & ſtabilire valeat perpetuo; juxta ordinationem ſuam in hac parte faciendam. Conceſſimus etiam, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris eidem Archiepiſcopo; quod ipſe advocationem & patronatum prædictæ Eccleſiæ parochialis ac Capellarum eidem annexarum, qui de nobis tenentur in Capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare prædicto Magiſtro ſive Cuſtodi & ſociis ſuis Capellanis dicti Collegii; & ſucceſſoribus ſuis Magiſtris ſive Cuſtodibus ac ſociis ſuis Capellanis ejuſdem Collegii, de præfato Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi & ſociis ſuis Capellanis, quod ipſi advocationem & patronatum Eccleſiæ prædictæ & Capellarum eidem annexarum à præfato Archiepiſcopo recipere, & Eccleſiam illam, cum eiſdem Capellis appropriare & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſuis ſociis Capellanis dicti Collegii & ſucceſſoribus ſuis, in ſubventionem ſuſtentationis ſive imperpetuũ tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem.

Conceſſimus inſuper de uberiori gratiâ noſtrâ, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris eidem Archiepiſcopo, quod ipſe Hoſpitale Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* novi operis de Maydenſtone, ac omnia terras, tenementa, redditus, ſervicia, & poſſeſſiones ejuſdem Hoſpitalis, cum pertinentiis; necnon advocationis & patronatus Eccleſiarum de Suttone, Lillintone & Farlegh dicto Hoſpitali appropriatarum, de patronatu noſtro exiſtentium; quæ quidem Hoſpitale, advocatio & patronatus de nobis ſimiliter tenetur in Capite ut dicitur, dare poſſit & aſſignare prædictis Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis dicti Collegii; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus, de prædicto Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum: Et ſimiliter quod idem Archiepiſcopus prædictum Hoſpitale, ac omnia terras, tenementa, redditus, ſervicia & poſſeſſiones ejuſdem Hoſpitalis, cum pertinentiis, præfatis Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis, ac Collegio prædicto, in majorem ſubventionem eorundem, unire, incorporare & annectere valeat; Quodque dictæ Eccleſiæ de Suttone, Lillintone & Farleghe licitè transferri valeant in & ad prædictos Magiſtrum ſive Cuſtodem, & ſocios ſuos Capellanos ac Collegio prædicto melioribus modo & formâ quibus fieri poterit imperpetuum; ſeu alias quod unio, appropriatio & incorporatio dictarum Eccleſiarum de Suttone, Lillintone Farlegh, terrarum, tenementorum, reddituum, ſerviciorum, & poſſeſſionum Hoſpitalis prædicti eidem Hoſpitali antea factæ penitùs diſſolvantur, & prædictis Magiſtro ſive Cuſtodi & ſociis ſuis Capellanis dicti Collegii & ſucceſſoribus ſuis, ac Collegio prædicto de novo approprientur, amortizentur, uniantur & incorporentur; habenda in eorum proprios uſus juxta ordinationem ipſius Archiepiſcopi in hac parte ſimiliter faciendam imperpetuum.

Et eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis dicti Collegii, quod ipſe dictum Hoſpitale, ac omnia terras, tenementa, redditus, ſervicia & poſſeſſiones ejuſdem cum pertinentiis ac advocationes dictarum Eccleſiarum de Suttone, Lillintone & Farleghe à præfato Archiepiſcopo in formâ prædictâ recipere: Et Hoſpitale prædictum, ac terras, tenementa, redditus, ſervicia & poſſeſſiones hujuſmodi cum pertinentiis, ac Eccleſias illas Hoſpitali prædicto ſic unita, annexa, tranſlata, & incorporata, ſive eaſdem Eccleſias de novo incorporatas ſibi & ſucceſſoribus ſuis in proprios uſus habere & tenere valeant imperpetuum, ſicut prædictum eſt ſimiliter licentiam dedimus per præſentes; dum tamen Elemoſinæ pauperibus in Hoſpitali prædicto ſolvi conſuetæ ibidem

futuris

futuris temporibus continuè ſuſtententur, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut quibuſcunque aliis ſtatutis in contrarium editis; ſeu eo quod advocationes ſeu patronatus dictarum Eccleſiæ parochialis de **Waydeneſtone** & Capellarum eidem annexarum; ac dictarum Eccleſiarum de **Suttone, Lillintone** & **Furleghe** ſint parcella Fundationis Archiepiſcopatus prædicti aut parcella temporalium ejuſdem Archiepiſcopatus, de fundatione progenitorum noſtrorum quondam Regum *Angliæ* & noſtro patronatu exiſtentium; ſeu eo quod advocationes & patronatus prædicti de nobis tenentur in Capite, ſicut prædictum eſt, aut aliquibus aliis præmiſſis non obſtante, *&c.* In cujus, *&c.* T. meipſo apud Caſtrum noſtrum de **Ledes** ſecundo die *Auguſti* anno regni noſtri decimo nono.

Carta Regis Ricardi *ſecundi de advocatione Eccleſiæ de* **Croundale** *necnon manerior um de* **Tremworth** & **Fannes.**

Pat. 1 H. 4. part. 6. m. 32. per Inſpex.

RIcardus dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ*, & dominus *Hiberniæ*, Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem: Sciatis, quod ob reverentiam dei, & ad ſupplicationem venerabilis patris & chariſſimi conſanguinei noſtri *Willielmi* de *Courtenay* nuper Archiepiſcopi *Cantuar.* de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Magiſtro & Capellanis Collegii de **Waydenſtone** advocationem Eccleſiæ de *Croundale*, unacum reverſione maneriorum de **Tremworth** & **Fannes** in Com. *Kanc.* quæ quidem maneria *Henricus Yevele* jam tenet durante vitâ ſuâ, ex conceſſione noſtrâ, ſub certâ formâ in literis noſtris patentibus ſibi inde confectis contenta: quæ quidem maneria poſt mortem prædicti *Henrici* ad nos & hæredes noſtros reverti deberent: Et quæ quidem maneria volumus quod poſt mortem prædicti *Henrici* remaneant præfatis Magiſtro & Capellanis & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum: habendum & tenendum dictam advocationem Eccleſiæ prædictæ unacum reverſione dictorum maneriorum, cum omnimodis proficuis, libertatibus, francheſiis & aliis pertinentiis eiſdem advocationi & maneriis ſpectantibus, adeo integre, ſicut chariſſimus dominus & avus noſter *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* illa nuper tenuit & habuit in dominico, & ſicut in manibus noſtris extiterunt ante conceſſionem noſtram eidem *Henrico* ſic factam, eiſdem Magiſtro & Capellanis & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris in liberam & puram elemoſinam imperpetuum; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante. In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xv°. die *Septembris.*

Licentia regia pro adquiſitione manerii de **Wyghtreſham**; *aliarumque terrarum.*

Pat. 8 H. 4. part. 2. m. 13.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum dominus *Ricardus* nuper Rex *Angliæ* ſecundus poſt Conqueſtum, per literas ſuas Patentes, de gratiâ ſuâ ſpeciali conceſſerit & licentiam dederit, pro ſe & hæredibus ſuis, quantum in ipſo fuit, dilecto nobis in Chriſto Magiſtro & Collegio Eccleſiæ omnium Sanctorum de **Waydeſtone**, quod ipſi terras tenementa & redditus cum pertinentiis ad volorem quadraginta librarum per annum, juxta verum valorem eorundem, tam de feodo ſuo proprio quàm alieno, exceptis terris, tenementis & redditibus quæ de ipſo nuper Rege tenebantur in Capite, adquirere poſſent; habenda & tenenda eiſdem Magiſtro & Collegio & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante, prout in literis prædictis pleniùs continetur, Nos volentes conceſſionem prædictam effectui debito mancipari, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, *Ricardo Lentwardyn* Clerico, *Johanni Hurlegh* Clerico, quod ipſi manerium de *Wyghtreſham* cum pertinentiis, ſeptem meſſuagia, tria cottagia, centum quinquaginta & ſex acras terræ, novem acras prati, quinquaginta acras paſturæ, viginti & ſeptem acras boſci, quaterviginti & decem acras mariſci, & octo ſolidatas & duas denaratas redditus cum pertinentiis in **Waydeſtone, Loſe, Boxele,** & **Hoo**, quæ de nobis non tenentur, & quæ valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem quindecem libras, duos ſolidos & quatuor denarios, ultra viginti marcas, per annum quas *Juliana Belknap* annuatim percipit de manerio prædicto ad terminum vitæ ſuæ; ſicut per Inquiſitionem inde, *&c.* captam, *&c.* eſt compertum, dare poſſint & aſſignare præfatis Magiſtro & Collegio; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in valorem quinquaginta marcarum per annum, in plenam ſatisfactionem prædictarum quadraginta libratarum, terrarum, tenementorum, & reddituum prædictorum imperpetuum, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* viij°. *Junii.*

Carta Regis Ricardi *ſecundi fundationem per* Will. *de* Wykeham Winton. *Epiſcopum, ac dotationem ejuſdam recitans & confirmans.*

Pat. 1 E. 4. part. 7. m. 31.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Inſpeximus Cartam domini *Ricardi* nuper Regis *Angliæ* ſecundi poſt Conqueſtum, factam in hæc verba. *Ricardus* dei gratiâ **Rex** *Angliæ & Franciæ*, & dominus *Hiberniæ* Archiepiſc. *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum venerabilis in Chriſto Pater *Willielmus* de *Wykeham* Epiſcopus *Wyntonienſis*, caritatis & devotionis fervore ſuccenſus, quoddam Collegium unius Cuſtodis & ſeptuaginta ſcolarium Grammaticam addiſcentes, in ſocâ *Wyntonienſi* juxta *Wyntoniam* **Sayut Mary Collegge of Wynchestre** juxta *Wyntoniam* vulgariter nuncupatum, noſtrâ mediante licentiâ de novo jam fundaverit; & Collegium illud, pro ſuſtentatione Cuſtodis & Scolarium loci illius, & decem Capellanorum perpetuorum, trium Capellanorum conductitioru, trumq; Clericorum ibidem, ac ſupportationem omnium eidem incumbentium, quibuſdam poſſeſſionibus ſpiritualibus & temporalibus dotaverit; eiſdemq; Cuſtodi, Scolaribus, & Capellanis, & ſucceſſoribus ſuis, ac Collegio prædicto, terras, tenementa, ac poſſeſſiones ampliora dare, concedere & aſſignare, regiâ licentiâ optentâ

disposuerit, domino concedente: Nos ad fructum multiplicem, quem personæ literarum studiis insistentes, in augmentum divini cultus & fidei catholicæ, ad utilitatem tam reipublicæ quàm privatæ multipliciter producere dinoscuntur, oculis nostræ mentis, prout decet regiam magnificentiam piè dirigentes; cupientesque laudabile propositum ipsius Episcopi in hac parte, ex favore regio fœliciter promovere; & ut operis tam perfecti meritis participem, & premiis ex mero motu nostro, ad laudem Dei, ac gloriosæ Virginis *Mariæ* matris ejus, in cujus honore Collegium prædictum fundatur; de gratiâ nostrâ speciali, ac ob affectionem personæ ipsius Episcopi, qui obsequia fructuosa nobis & regno nostro à longo tempore, non absque sumptuosis & indefessis laboribus, & sui corporis maximo detrimento, vehementi diligentiâ solerter & fideliter impendit, volentes Collegium prædictum ad utilitatem & decorem ejusdem, ac tranquillitatem & quietem Custodis, Scolarium, & Capellanorum ejusdem loci, & successorum suorum oportunis fulciri præsidiis ac libertatibus & immunitatibus communiri, conceſſimus pro nobis & hæredibus nostris, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus Custodi, Scolaribus, & Capellanis prædicti Collegii, vocati **Saint Mary College of Wynchestre** juxta *Wyntoniam*; quod ipsi & successores eorundem, & omnes homines & tenentes sui, quieti sint imperpetuum de *Teolonio, Pavagio, pontagio, cariagio, muragio, passagio, paiagio, lastagio, stallagio, taillagio, pesagio, picagio, terragio, scotto & geldo, hidagio, scutagio*, & de operationibus Castrorum, parcorum, & pontium, clausuris, facturis, reparationibus & emendationibus, domuum regalium edificatione; necnon de sectis Comitatuum, Hundredorum & Wapentachiorum, & de omnibus auxiliis Regum ac Vicecomitum & Ballivorum suorum; & de visu franci plegii; ac de murdro, & de communi miserecordiâ, quando contigerit Comitatui, coram nobis, aut aliquibus Justiciariis nostris vel hæredum nostrorum de Banco, vel Itinerantibus in miserecordiam nostram incedere; & de omni aliâ consuetudine per totum regnum & potestatem nostram.

Conceſſimus insuper pro nobis & hæredibus nostris præfatis Custodi, Scolaribus & Capellanis, quod ipsi sint quieti imperpetuum de omnibus & omnimodis auxiliis, subsidiis, contributionibus, quotis, & tallagiis, quæ ab ipsis ratione terrarum, tenementorum, reddituum, ac bonorum aut catallorum suorum, quæ exnunc habent, & exnunc sunt habituri, per nos vel hæredes nostros, aut ballivos seu ministros nostros vel hæredum nostrorum quoscunque, ad opus nostrum vel ipsorum hæredum nostrorum exigi deberent, vel poterint in futurum. Et quod quandocunque Clerus regni nostri *Angliæ*, aut *Cantuarienſis* Provinciæ per se, vel *Eboracenſis* Provinciæ per se Decimam & Subsidium, seu aliam quotam de bonis suis spiritualibus, Ecclesiasticis; vel communitates Comitatuum regni nostri, aut Cives seu burgenses Civitatum & Burgorum dictorum Comitatuum ipsius Regni Decimam, Quintam-decimam, subsidium, seu aliam quotam quamcunque de bonis suis temporalibus, seu mobilibus, aut de terris, tenemenris seu redditibus suis, nobis vel hæredibus nostris qualitercunque conceſſerit; seu nos vel hæredes nostri dominica nostra per *Angliam* fecerimus talliari; aut dominus summus pontifex, qui pro tempore fuerit Decimam, Subsidium, & impositionem, seu quotam aliam Clero Regni prædicti, aut *Cantuarienſis* vel *Eboracenſis* Provinciarum prædictarum imposuerit, vel fecerit; & eam vel aliquam partem ejusdem nobis vel hæredibus nostris conceſſerit; terræ, tenementa, reditus, ac bona & catalla ipsorum Custodis, Scolarium, & Capellanorum, & succeſſorum suorum quæcunque, ad opus nostrum, vel hæredum nostrorum non taxentur, nec aliquod de Decimis, Quintis-decimis, subsidiis, impositionibus, aut aliis quotis, seu tallagiis prædictis, quoquomodo, ad opus nostrum vel hæredum nostrorum levetur; nec idem Custos, Scolares, & Capellani, vel eorum succeſſores in terris, tenementis, redditibus, posseſſionibus, seu bonis suis prædictis hiis occasionibus distringantur, molestentur in aliquo seu graventur: sed de Decimis, Quintisdecimis, Subsidiis, impositionibus ac aliis quotis & tallagiis hujusmodi imperpetuum sint quieti.

Conceſſimus insuper pro nobis & hæredibus nostris, & Cartâ nostrâ confirmavimus præfatis Custodi, Scolaribus, & Capellanis, quod ipsi & successores sui imperpetuum habeant & teneant Collegium prædictum, ac omnes domos & ædificia quæ ibidem jam habent, & exnunc ipsos habere contingant, libera & quieta de liberatione, tam Seneſcallorum, Mareſcallorum, & aliorum ministrorum nostrorum, & hæredum nostrorum quàm Mareſcallorum, emptorum, & provisorum, & ministrorum magnatum regni nostri, & aliorum quorumcunque; ita quod Seneſchalli, Mareſchalli, & alii ministri nostri & hæredum nostrorum, seu magnatum, aut aliorum prædictorum quorumcunque in iisdem alicubi liberationem aliquam ad opus nostrum, vel hæredum nostrorum, seu alicujus alterius non faciant quovismodo. Et quod nullus Comes, Baro, vel magnus dicti Regni, aut aliunde, vel Seneſcalli, Mareſcalli, seu Eschaetores, Vicecomites, Coronatores, aut alii Ballivi seu ministri nostri vel hæredum nostrorum, seu Ballivi, & ministri eorundem Escaetorum, Vicecomitum, & Coronatorum, & aliorum quorumcunque, seu quivis alius cujuscunque status vel conditionis fuerit, colore aliquo in eisdem hospitentur vel morentur; & ne bona & catalla Collegii prædicti, quæ Custos, Scolares & Capellani loci illius, jam habent, vel ipsi & successores sui sint de cætero habituri, per provisores, emptores, seu captores victualium, aut aliarum rerum pro hospicio nostro, vel hæredum nostrorum, seu aliorum quorumcunque capiantur vel dissipentur, dictum

Collegi-

Collegium ac Cuſtodem, Scolares, & Capellanos loci ejuſdem qui pro tempore fuerint: necnon terras, tenementa, redditus, poſſeſſiones eiſdem Collegio, Cuſtodi, Scolaribus & Capellanis jam collata, & exnunc eiſdem vel ſucceſſoribus dictorum Cuſtodis, Scolarium & Capellanorum inferenda, danda & aſſignanda: ac bona & catalla Collegii illius ubicunque exiſtentia in noſtram protectionem ſuſcepimus ſpecialem; volentes, & concedentes pro nobis & hæredibus noſtris, quod de bladis, fenis, equis, carectis, cariagiis, victualibus aut aliis bonis, catallis, ſeu rebus ipſius Collegii, aut prædictorum Cuſtodis, Scolarium & Capellanorum, vel ſucceſſorum, ſeu hujuſmodi ſervientium, vel miniſtrorum ſuorum, ad opus noſtrum vel hæredum noſtrorum, aut aliorum quorumcunque contra voluntatem eorundem Cuſtodis, Scolarium, & Capellanorum, ſeu ſucceſſorum vel hujuſmodi ſervientium vel miniſtrorum ſuorum per proviſores ſeu emptores vel captores hujuſmodi, aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros vel hæredum noſtrorum quoſcunque, aut cujuſcunque alterius quicquam minimè, capiatur, abducatur, nec aliqualiter aſportetur.

Et inſuper concedimus pro nobis & hæredibus noſtris præfatis Cuſtodi & Scolaribus, & Capellanis quod ipſi & ſucceſſores ſui, ad Penſionem, Corrodium, ſeu ſuſtentationem aliquam, alicui de domo ſuâ prædictâ, aut aliis terris, tenementis, redditibus, poſſeſſionibus, ſeu rebus ſuis, ad rogatus vel mandata noſtra, aut hæredum noſtrorum percipiendis, concedendis, miniſtrandis, ſeu inveniendis nullatenus teneantur, nec ad hoc quomodolibet compellantur; ſed de penſionibus, corrodiis & ſuſtentationibus, ac aliis oneribus hujuſmodi imperpetuum ſint quieti. Quare volumus, *&c.* Data per manum noſtram apud *Weſtm.* xxviii°. die *Sept.* anno regni noſtri decimo nono.

Cumque dilecti nobis in Chriſto nunc Cuſtos & Scolares Collegii prædicti habeant & teneant; ipſique prædeceſſores ſui adinde habuerunt & tenuerunt Prioratum de Andever *Winton.* Dioc. alienigenam, ac omnia terras, tenementa & ſervicia cum pertinentiis eidem Prioratui in Com. *Suthampt.* ſeu alibi infra regnum noſtrum *Angliæ* annexa, unita, ſive pertinentia; ac advocationem & patronatum prædictæ Eccleſiæ de Andever & Vicariæ ejuſdem; necnon eandem Eccleſiam prædicto Prioratui ab antiquo annexam & approbatam, cum omnibus decimis & oblationibus, juribus, & pertinentiis ſuis; ac advocationes & patronatus aliarum Eccleſiarum, Vicariarum, Cantariarum, & Capellarum ad dictum Prioratum annexos, unitos, ſpectantes ſive pertinentes, una-cum penſionibus, portionibus, reverſionibus, feodis-militum, homagiis, libertatibus, franchefiis, viſum franci-plegii, privilegiis, warennis, piſcariis, paſturis, communiis, juribus, conſuetudinibus, & omnibus aliis prædicto Prioratui & Eccleſiæ pertinentibus: Nos conſiderantes præmiſſa, ac fructum multiplicem, qui ex literarum ſcientiâ, ad Dei laudem & humanæ conditionis proſperitatem provenit & accreſcit, ac piæ devotionis affectum quæ prædictus Venerabilis Pater *Willielmus* de *Wykeham* nuper Epiſcopus *Wynton.* ad gloriam & honorem nominis Crucifixi, & glorioſiſſimæ virginis matris ejus ſuſtentationem & exaltationem Chriſtianæ fidei Eccleſiæ ſanctæ Dei profectum, cultus divini, omniumque artium liberalium ſcientiarum & facultatum augmentum; & præſertim ad totius Eccleſiæ, Regnique noſtri, & Cleri ejuſdem fulcimentum præcipuum in fundatione prædicti Collegii habere dinoſcitur, & merito comprobatur, ac ex humili ſupplicatione prædictorum nunc Cuſtodis & Scolarium, mentis noſtræ oculis intuentes, quod redditus, proficua, & proventiones terrarum, & aliarum poſſeſſionum quæ prædicti nunc Cuſtos & Scolares tam habent & optinent in tantum variis modis & mediis diminuta ſunt & ſubtracta, quod eoſdem Cuſtodem & Scolares prædicti, numerum Scolarium in Collegio prædicto à fundatione ejuſdem haberi ſolitum, aliaque pietatis opera ibidem ab initio ejuſdem fieri ſolita, vix cuſtodire & ſupportare poſſunt. Volentes igitur eis de munificentiâ noſtra regiâ piè impartiri, de gratia noſtra ſpeciali, & ex certa ſcientiâ noſtrâ; ac ut prædicti nunc Cuſtos & Scolares, eorumque ſucceſſores, pro bono ſtatu noſtro dum agimus in humanis, ac pro animâ noſtrâ, cum ab hac luce noſter redemptor ſeparaverit; & animabus chariſſimi Patris noſtri defuncti, & omnium progenitorum noſtrorum animabuſque omnium fidelium defunctorum ſpecialius, fortiùſque exorare teneantur Cartam prædictam, ac omnia & ſingula contenta in eadem; ac ſtatum, titulum & poſſeſſionem, quos prædicti nunc Cuſtos & Scolares Collegii prædicti in prædictis Prioratu & Eccleſiâ de Andever, ac advocatione ejuſdem Eccleſiæ, & Vicariæ ejuſdem, omnibuſque & ſingulis cæteris præmiſſis, præfatis Priori & Eccleſiæ annexæ pertinentibus, ſive ſpectantibus, habent & optinent, rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, acceptamus, approbamus & ratificamus; ac præfatis nunc Cuſtodi & Scolaribus, & ſucceſſoribus ſuis, tenore præſentium concedimus, & confirmamus; habenda eiſdem Cuſtodi & Scolaribus, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum.

Et ulterius gratiam præfatis nunc Cuſtodi & Scolaribus exhibere volentes ampliorem, ex certâ ſcientiâ noſtrâ dedimus & conceſſimus, ac tenore præſentium, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, damus, & concedimus præfatis nunc Cuſtodi & Scolaribus Collegii prædicti, & ſucceſſoribus ſuis prædictum Prioratum & Eccleſiam de Andevere, una-cum omnibus Cellis, maneriis, terris, tenementis, redditibus & ſerviciis, feodis militum, advocationibus Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, Cantariarum & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque: ac etiam cum omnibus penſionibus,

bus, porcionibus, annuitatibus, decimis, oblationibus, emolumentis, reverſionibus, homagiis, libertatibus, francheſiis, viſu franci plegii, privilegiis, warennis, piſcariis, paſturis, communiis, juribus, conſuetudinibus & aliis emolumentis, proficuis, rebus, & poſſeſſionibus; tam ſpiritualibus quàm temporalibus eiſdem Prioratui & Eccleſiæ pertinentibus, annexis, unitis, ſive ſpectantibus ad dictos Patronatum & Eccleſiam, cum omnibus pertinentiis ſuis prædictis præfato Collegio annectimus, unimus, & incorporamus, licet Prioratus & Eccleſia prædicta de fundatione progenitorum noſtrorum quondam Regum *Angliæ* & noſtro patronatu exiſtunt. Aut maneria, terras, tenementa, redditus, advocationes & poſſeſſiones, vel aliqua parcella eorumdem de nobis in Capite vel aliter teneantur; habenda & tenenda eiſdem nunc Cuſtodi, & Scolaribus, & ſucceſſoribus ſuis adeo plenè & integrè ſicut aliqui Prior & Conventus Prioratus prædicti, Prioratum & Eccleſiam prædictam, unquam meliùs habuerunt & tenuerunt, ſeu poſſiderunt, de nobis & hæredibus noſtris in liberam puram & perpetuam Elemoſynam, abſque aliquo nobis vel hæredibus noſtris indendo reddendo vel ſolvendo imperpetuum.

Volentes inſuper & concedentes, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quod prædicti nunc Cuſtos & Scolares, & ſucceſſores ſui imperpetuum ſint quieti & exonerati à quibuſcunque apportibus, redditibus, firmis, penſionibus, annuitatibus, corrodiis, oneribus, & aliis ſolutionibus quibuſcunque nobis aut hæredibus noſtris prædictis, ſeu aliis perſonis quibuſcunque de Prioratu prædicto percipiendis, debitis, ſive pertinentibus modo quocunque. Nolentes quod iidem nunc Cuſtos, & Scolares, ſeu Succeſſores ſui prædicti, ſuper poſſeſſione ſuâ Prioratus & Eccleſiæ prædictorum, cum cellis, maneriis, terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis militum, advocationibus Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, Cantariarum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque; ac etiam cum omnibus penſionibus, portionibus, annuitatibus, decimis, oblationibus, elemoſinis, reverſionibus, homagiis, libertatibus, francheſiis, viſu franci plegii, privilegiis, warennis, piſcariis, paſturis, communiis, juribus, conſuetudinibus, & aliis emolumentis, proficuis, rebus, & poſſeſſionibus, tam ſpiritualibus quàm temporalibus eiſdem Eccleſiæ & Prioratui pertinentibus, annexis, unitis, ſive ſpectantibus ratione alicujus juris vel tituli, quod vel qui nobis competit; ſeu nobis vel hæredibus noſtris in futurum competere poterit, per nos, vel hæredes noſtros, Juſticiarios, Eſcaetores, Vicecomites, Coronatores, ſeu alios Ballivos vel miniſtros noſtros, vel hæredum noſtrorum quoſcunque futuris temporibus impetantur, inquietentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur; nec ad computandum ſive reſpondendum nobis, vel hæredibus noſtris prædictis de arreragiis apportorum, firmarum, exituum, reddituum & proficuorum eorundem Prioratus & Eccleſiæ prædictæ, cum pertinentiis prædictis, ſi quæ fuerint, coram Theſaurario, & Baronibus de Scaccario noſtro, vel dictorum hæredum noſtrorum, ſeu aliquibus aliis Juſticiariis, Officiariis vel miniſtris noſtris, vel eorundem hæredum noſtrorum nullatenus ſummoneantur, diſtringantur, ſeu compellantur, ſed de quocunque hujuſmodi compoto ſeu reſponſione inde reddendo, vel faciendo penitùs quieti ſint & exonerati imperpetuum.

Et ulterius, de uberiori gratiâ noſtrâ, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ & mero motu noſtro pardonavimus, remiſimus, & relaxavimus præfatis nunc Cuſtodi & Scolarisbus, quibuſcunque nominibus cenſeantur, omnes & ſingulas denariorum ſummas, quæ de exitibus & proficuis, & reventionibus Prioratus, Eccleſiæ, maneriorum, terrarum, tenementorum, & cæterorum præmiſſorum, & cujuſlibet parcellæ eorundem ante hæc tempora creverunt, & proyenerunt; ac omne id, quod ad nos pro præmiſſis & quolibet præmiſſorum pertinet, ſeu poterit pertinere, ac omnimodas donationes & perquiſitiones per ipſos ſeu prædeceſſores ſuos ante hæc tempora ad manum mortuam qualitercunque factas & habitas; ſtatuto de terris & tenementis, ad manum mortuam non ponendis edito, ſeu ſtatuto hujuſmodi Prioratibus alienigenis in Parliamento *Henrici* quinti, nuper de facto & non de jure Regis *Angliæ* apud *Leiceſtriam* tento, edito; ſeu eo quod Prioratus & Eccleſia prædicta de fundatione dictorum progenitorum noſtrorum, & noſtro patronatu exiſtunt; ſeu maneria terræ tenementa, redditus, advocationes, & aliæ poſſeſſiones prædictæ, vel aliqua parcella eorundem eiſdem Prioratui & Eccleſiæ per nos, ſeu per aliquos progenitores noſtros ſeu alios quoſcunque in liberam elemoſinam, vel ad Cantarias hoſpitalitates, ſeu alia pietatis onera inibi ſuſtentanda, ſeu ad quæcunque alia onera invenienda, ſeu ſupportanda data & conceſſa fuerunt, aut de nobis in Capite, ſeu aliter, ut præmittitur teneantur: aut eo quod expreſſa mentio de vero valore eorundem in præſentibus facta non exiſtit; aut eo quod Prioratus prædictus Conventualis ſive non Conventualis extitit; aut ſeiſina ejuſdem Prioratus in manus aliquorum progenitorum noſtrorum, ex quacunque causâ ſeu poſſeſſione ipſorum progenitorum noſtrorum, aut eorum alicujus Prioratus prædicti cum pertinentiis de facto vel de jure habita; ſeu aliquo ſtatuto, actu, ordinatione, reſumptione, ſeu reſtrictione in contrarium factis vel habitis; ſeu aliquo alio jure, titulo, clameo, vel intereſſe, quod nobis in hac parte competit, ſeu nobis vel hæredibus noſtris in futurum competere poterit in aliquo non obſtante. In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xxvi°. *Junii.*

EC-

ECCLESIA

Collegiata infra Caſtrum de Bolton *in agro* Ebor.

Licentia regia Ricardo *le* Scrope *Chivaler conceſſa, pro fundatione, ejuſdem, &c.*

Pat. 20 R. 2. part. 2. m 4.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto & fideli noſtro *Ricardo le Scrope* Chivaler, quod ipſe in Capellâ ſuâ infra Caſtrum ſuum de Boltone in Com. *Ebor.* fundare poſſit quandam Cantariam ſex Capellanorum, quorum unus ſit Cuſtos ejuſdem Cantariæ & ſociorum ſuorum & portet nomen Cuſtodis; divina ibidem pro ſalubri ſtatu noſtro & hæredum noſtrorum, ac pro ſtatu ipſius *Ricardi*, hæredum & ſucceſſorum ſuorum, dum vixerimus; ac pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; & pro animabus progenitorum noſtrorum, & anteceſſorum ipſius *Ricardi*, & omnium fidelium defunctorum juxta ordinationem prædicti *Ricardi* ac Epiſcopi & Ordinarium loci celebraturorum imperpetuum. Et quod prædictus *Ricardus*, Cantariâ prædictâ fundatâ & ordinatâ, modo & formâ ſupradictis, dare poſſit & concedere præfatis Cuſtodi & Capellanis ejuſdem Cantariæ, quendam annuum redditum quadraginta & trium librarum, ſex ſolidorum & octo denariorum, percipiendum; viz. de manerio de Pishobury cum pertinentiis ſuis in Com. *Hertford* triginta & tres libras, ſex ſolidos & octo denarios; & de manerio de Towney cum omnibus pertinentiis ſuis in Comitatu *Cantabrigiæ* decem libras: quæ quidem maneria de nobis immediate non tenentur in Capite, ut dicitur, ad terminos Paſchæ & S. *Michaelis* per equales portiones cum ſufficienti clauſulâ diſtrictionis: Habendum & tenendum dictum annuum redditum quadraginta & trium librarum, ſex ſolidorum & octo denariorum præfatis Cuſtodi & Capellanis & ſucceſſoribus ſuis in formâ prædictâ imperpetuum.

Conceſſimus etiam & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato *Ricardo*, quod ipſe dare poſſit & concedere dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui S. *Agathæ* in prædicto Com. *Ebor.* quendam annuum redditum Centum & ſex librarum, treſdecem ſolidorum & quatuor denariorum, percipiendum de maneriis de Bygnale, Caldewelle, Clif ſuper Teſe, Thoxnton-*Stiward* & Brakene, cum omnibus pertinentiis ſuis in dicto Com. *Ebor.* quæ de nobis immediatè non tenentur in Capite, ut dicitur, ad terminos *Paſchæ* & S. *Michaelis* per equales portiones, cum ſufficienti clauſulâ diſtrictionis in maneriis prædictis; Habendum & tenendum dictum annuum redditum Centum & ſex librarum, treſdecem ſolidorum & quatuor denariorum prædictis Abbati & Conventui S. *Agathæ* & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, pro ſuſtentatione ſex Canonicorum Capellanorum, divina infra dictam Abbathiam S. *Agathæ*, ultra numerum Canonicorum, qui jam in eadem Abbathiâ communiter exiſtunt celebraturorum imperpetuum: ac pro ſuſtentatione viginti & duorum pauperum hominum in dicta Abbathiâ imperpetuum inveniendorum & ſuſtentandorum, ad orandum pro ſalubri ſtatu & proſperitate noſtris & hæredum noſtrorum; ac pro ſtatu ipſius *Ricardi* & ſucceſſorum ſuorum dum vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; & pro animabus progenitorum noſtrorum, & anteceſſorum ipſius *Ricardi*, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem prædicti *Ricardi* ac Epiſcopi, & ordinariorum loci prædicti, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Wynton.* octavo die *Februarii.*

ECCLESIA

Collegiata de Wenslawe *in agro* Eboracenſi.

Licentia regia pro fundatione ejuſdem, Ricardo *le* Scrope *de* Bolton *conceſſa.*

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum nuper de gratia noſtra ſpeciali per literas noſtras patentes conceſſerimus, & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris dilecto & fideli noſtro *Ricardo* le *Scrope* de Bolton, quod ipſe dare poſſit & concedere Abbati & Conventui S. *Agathæ* in Com. *Eborum*, quendam annuum redditum centum & quinquaginta librarum, percipiendum de maneriis de Bygnale, Caldewelle, Clyf ſuper Teſe, Thoxntone-*Stiward*, Braken, Sledmer, Diſford, & Middleton-*Quernhowe* cum pertinentiis in Com. prædicto, quæ quidem maneria de aliis quàm de nobis in Capite immediatè tenentur, ut dicitur, ad terminos Paſchæ & S. *Michaelis* per equales portiones, cum ſufficienti clauſulâ diſtrictionis in maneriis prædictis; habendum & tenendum eiſdem Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, pro ſuſtentatione decem Canonicorum Capellanorum, ultra numerum

Pat. 22 R. 2. part. 2. m. 10. Vide ſis etiam Pat. 1 H. 4 p. 8. m. 2.

rum Canonicorum adtunc in eadem Abbatia communiter exiſtentium; ac duorum Capellanorum ſecularium, divina pro ſalubri ſtatu noſtro & hæredum noſtrorum, ac ipſius *Ricardi* & hæredum ſuorum dum vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus ac animabus progenitorum noſtrorum & anteceſſorum dicti *Ricardi*, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ipſius *Ricardi* celebraturorum; necnon pro ſuſtentatione viginti & duorum pauperum in Abbatiâ prædictâ inveniendorum & ſuſtinendorum pro ſtatu & animabus prædictis, juxta ordinationem prædictam, ut prædictum eſt oraturorum imperpetuum, prout in literis prædictis plenius continetur: Jamque prædicti Abbas & Conventus in poſſeſſionem dicti redditus per præfatum *Ricardum*, virtute licentiæ noſtræ prædictæ poſiti & ſeiſiti, eundem redditum præfato *Ricardo* & hæredibus ſuis remittere & relaxare: dictuſque *Ricardus* eo prætextu, ac aliis certis de cauſis ipſum intimè moventibus Eccleſiam parochialem S. *Trinitatis* de *Wenſlaw* ſui patronatus in diocæſi *Eborum* in quoddam Collegium erigere & fundare, ac de certis poſſeſſionibus dotare, noſtrâ mediante licentiâ intendant & proponant: Nos ad licentiam noſtram prædictam præfato *Ricardo* ſic conceſſam, ac alia præmiſſa conſiderationem habentes; volenteſque ipſum *Ricardum* in tam pio opere & laudabili propoſito; præſertim cum in augmentationem cultus divini ac hoſpitalitatis, & aliorum operum pietatis tendere dinoſcantur: Et pro eo quod dictas literas noſtras in Cancellariâ noſtrâ reſtituit cancellandas favore proſequi gratioſo, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ex certâ ſcientia noſtrâ conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris eidem *Ricardo*, quod ipſe dictam Eccleſiam parochialem S. *Trinitatis* de *Wenſlaw*, de patronatu ſuo, ut præmittitur exiſtentem, in quoddam Collegium erigere, & Collegium illud de uno Magiſtro ſive Cuſtode Capellano, ac de tot ſociis Capellanis ac aliis miniſtris deo in eodem Collegio ſervituris, quot eidem *Ricardo* videbitur expedire, fundare, facere, & ſtabilire poſſit pro perpetuo juxta ordinationem ipſius *Ricardi* in hac parte faciendam.

Et quod dictus Magiſter ſive Cuſtos Collegii S. *Trinitatis* de **Wenſlawe** nuncupetur: Et quod dicti Magiſter ſive Cuſtos, & ſocii ſui Capellani ejuſdem Collegii, & ſucceſſores ſui ſint perſonæ perpetuæ & capaces terrarum & tenementorum & aliarum poſſeſſionum ac emolumentorum quorumcunque; & quod habeant Sigillum commune, & quod poſſint placitare & implacitari.

Conceſſimus etiam & licentiam dedimus, de gratiâ noſtra ſpeciali, & ex certa ſcientiâ noſtrâ, pro nobis & hæredibus noſtris eidem *Ricardo*, quod ipſa advocationem ſive patronatum prædictæ Eccleſiæ parochialis S. *Trinitatis* de *Wenſlawe* ac Capellarum eidem Eccleſiæ annexarum; necnon unam acram terræ cum pertinentiis in prædictâ villâ de **Wenſlawe** pro perpetuâ habitatione tot paupe-

rum, quot eidem *Ricardo* ordinare placuerit ibidem faciendâ: quæ quidem advocatio ſive patronatus, & terra de nobis immediate non tenentur, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare præfatis Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis ejuſdem Collegii, eum ſic fundatum fuerit, & ſucceſſoribus ſuis; habendam & tenendam eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis dicti Collegii, & ſucceſſoribus ſuis, de capitalibus dominis feodorum illorum, per ſervicia inde debita & conſueta, in ſubventionem ſuſtentationis ſuæ ac aliorum miniſtrorum dicti Collegii & pauperum prædictorum: necnon ad inveniendum unum Capellanum in Capellâ S. *Annæ* infra Caſtrum de **Bolton**, & unum Capellanum in Capellâ S. *Oſwaldi* in villâ de **Bolton**, divina ſingulis diebus celebraturum, juxta ordinationem prædicti *Ricardi* in hac parte faciendam imperpetuum.

Et eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi ac ſociis ſuis Capellanis, & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi advocationem ſive patronatum Eccleſiæ prædictæ & Capellarum eidem annexarum; necnon terram prædictam à præfato *Ricardo* recipere, & Eccleſiam illam cum Capellis eidem annexis appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus, unacum terrâ prædictâ tenere poſſint eiſdem Magiſtro, ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis dicti Collegii, & ſucceſſoribus ſuis, in ſubventionem ſuſtentationis ſuæ, ac miniſtrorum & pauperum prædictorum, necnon dictorum Capellanorum, in prædictis Capellis S. *Annæ* & S. *Oſwaldi* celebraturorum, in formâ prædictâ imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, ſeu quibuſcunque aliis ſtatutis in contrarium editis non obſtantibus.

Et ulterius, de gratiâ noſtra ſpeciali, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ conceſſimus & licentiâ dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris eidem *Ricardo*, quod ipſe terras, tenementa & ſervicia cum pertinentiis, ad valorem Centum & quinquaginta librarum per annum quæ de nobis immediatè non tenentur, dare poſſit & aſſignare præfatis Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis Collegii prædicti, cum ſic fundatum fuerit, & ſucceſſoribus ſuis, habenda & tenenda eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis Collegii prædicti, & ſucceſſoribus ſuis, de capitalibus dominis feodorum illorum per ſervicia inde debita & conſueta, in ſubventionem ſuſtentationis ſuæ ac miniſtrorum & pauperum prædictorum; necnon dictorum Capellanorum in prædictis Capellis S. *Annæ* & S. *Oſwaldi* celebraturorum imperpetuum, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xviij°. die *Martii*.

ECCLE-

ECCLESIA

Collegiata beatæ Mariæ Leiceſtriæ.

Licentia regia pro operariis ad conſtructionem iſtius Eccleſiæ conducendis.

Pat. 1 H. 4. part. 6. m. 15.

REx univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, ac aliis fidelibus & ſubditis ſuis, tam infra libertates quam extra, ad quos, *&c.* ſalutem.

Sciatis, quod cum *Henricus* quondam dux *Lancaſtriæ* avus noſter, quandam Eccleſiam Collegiatam apud *Leyceſtre* in honore *Annunciationis* beatæ *Mariæ*, ac quædam domos, muros & ædificia pro clauſurâ Eccleſiæ & Collegii prædictorum & inhabitatione Canonicorum, Clericorum & Infirmorum ibidem degentium in vitâ ſuâ conſtruere inchoaſſet: Ac chariſſimus pater noſter *Johannes* nuper dux *Lancaſtriæ* hujuſmodi opera per dictum avum noſtrum in hac parte ſic inchoata juxta piam intentionem, ejuſdem avi noſtri poſtmodum ſalubriter complere & perficere deſideraſſet, ut accepimus: Nos piam intentionem & laudabile propoſitum ipſorum avi & patris noſtrorum in hac parte merito commendantes; volenteſque opera prædicta ad finem quod in præmiis eorundem participes effici valeamus pocius accelerari; aſſignavimus dilectos nobis *Johannem* de *Byngham*, *Robertum Skylington*, *Johannem Hornyngwold*, & *Thomam Whytebred* conjunctim & diviſim, ad conducendum & providendum in ſingulis locis infra libertates & extra Cementarios, Carpentarios & alios Operarios quoſcunque, uſque ad numerum viginti & quatuor, pro operationibus prædictis; & ad eoſdem Cementarios, Carpentarios & Operarios in hujuſmodi artificiis operari conſuetos ponendos ibidem ad vadia eis in hac parte rationabiliter ſolvendos moraturos: necnon ad maeremium & petram & alia pro eiſdem operationibus neceſſaria pro denariis inde promptè ſolvendis capienda, cariagiis noſtris operariis pro aliis operationibus noſtris conductis, & in eiſdem exiſtentibus, ac feodo Eccleſiæ duntaxat excepto. Et ideo vobis mandamus, quod eiſdem *Johanni Roberto*, *Johanni* & *Thomæ*, & eorum cuilibet in præmiſſis faciendis & explendis intendentes ſitis, conſulentes & auxiliantes quotiens & quando per ipſos, ſeu eorum aliquem ex parte noſtra fueritis requiſiti. In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xxvi°. *Martii.*

ECCLESIA

Collegiata de Ledbury *in Com.* Herefordiæ.

Licentia regia Johanni Herefordenſi *Epiſcopo conceſſa pro fundatione & dotatione ejuſdem.*

Pat. 2 H. 4. part. 3. m. 15.

EX omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum venerabilis pater *Johannes* Epiſcopus *Herefordenſis* noviſſima dierum ſuorum diligenter & attentè conſiderans, & ad alta & perhennia, quæ nec ab hominibus dari vel auferri poſſunt ſalubriter proſpiciens: cupienſque tranſitoria in æterna, & terrena in cœleſtia fœlici commercio commutare, quoddam Collegium unius Cuſtodis ſive Magiſtri, & octo Capellanorum, ac cæterorum Clericorum ſervientum, & miniſtrorum in Eccleſiâ de Ledbury *Herefordenſis* dioceſis fundare; eoſdemque Cuſtodem ſive Magiſtrum & Capellanos; de duabus Præbendis, ſive portionibus in eadem Eccleſiâ, ac Vicariâ ejuſdem Eccleſiæ, in auxilium ſuſtentationis ſuæ dotare; & Præbendas ſeu portiones & Vicariam illas in poſſeſſionem eorundem Cuſtodis ſive Magiſtrorum & Capellanorum in proprios uſus imperpetuum poſſidendas, mediante licentiâ regiâ, & aliorum quorum intereſt ac concurrentibus hiis quæ in hac parte de jure requiruntur transferre proponat: Nos pium, honeſtum & laudabile propoſitum ipſius Epiſcopi meritò commendantes; & ut ſuffragiorum, precum, caritatis operum & meritorum, quæ divinâ favente clemenciâ in Collegio prædicto fient & continuabuntur in premiis participes merito fieri valeamus, volentes gratiose agere in hac parte; de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato Epiſcopo; quod ipſe vel ſucceſſor ſuus Epiſcopus loci illius immediatus, incipere, erigere, fundare, & ſtabilire poſſit in dictâ Eccleſiâ parochiali de Ledbury quoddam Collegium novem Capellanorum perpetuorum, divina in eadem Eccleſiâ, pro ſalubri ſtatu noſtro, & ipſius Epiſcopi; ac Magiſtrorum *Johannis Prophete*, & *Roberti Prees* dum vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, ac animabus progenitorum & ſucceſſorum noſtrorum, quondam Regum *Angliæ*; & animabus parentum & benefactorum ipſius Epiſcopi, & animabus omnium fidelium defunctorum ſingulis diebus celebraturorum, ac certorum clericorum, ſervientum, & miniſtrorum ibidem ſingulis diebus miniſtraturorum, quorum unus ſit Magiſter ſive Cuſtos,

per loci dioceſanum, qui pro tempore fuerit præficiendus; & ad quædam alia onera & pietatis opera, juxta limitationem, ordinationem, diſpoſitionem, ſtatutum & voluntatem ipſius Epiſcopi ſive ſucceſſoris ſui prædicti in hac parte faciendam: Et quod iidem Cuſtos ſive Magiſter, & Capellani, & ſucceſſores ſui commune Sigillum pro agendis ſuis deſervituram habeant & excerceant: & quod ſint perſonæ habiles & capaces ad adquirendum & recipiendum nomine Cuſtodis ſive Magiſtri, & Capellanorum Collegii prædicti, de hominibus & perſonis tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus quibuſcunque omnimoda terras, tenementa, redditus & ſervicia, & reverſiones terrarum & tenementorum cum pertinentiis, ac advocationes Præbendarum, porcionum, Eccleſiarum, Vicariarum & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque eiſdem Cuſtodi ſive Magiſtro & Capellanis, & ſucceſſoribus ſuis, licentiâ regiâ in hac parte, de tempore in tempus primitùs optentâ, danda & aſſignanda, habenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis in proprios uſus imperpetuum: & etiam ad proſequendum & defendendum omnimoda placita & quærelas, cauſas & actiones, reales, perſonales & mixtas, cujuſcunque generis, naturæ, ſive conditionis fuerint, & ad lucrandum vel perdendum in eiſdem per nomen Cuſtodis ſive Magiſtri & Capellanorum Collegii de **Ledbury**, coram quibuſcunque Juſticiariis, Majoribus, Ballivis, ac aliis judicibus ſecularibus & Eccleſiaſticis quibuſcunque imperpetuum.

Conceſſimus etiam & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt præfato Epiſcopo, quod ipſe vel ſucceſſor ſuus prædictus advocationes Præbendarum ſive portionum de **Over-Hall** & **Nether-Hall** in dicta Eccleſiâ de **Ledbury**; ac præfatis *Johanni Prophetæ* Præbendario ſive porcionario dictæ Præbendæ ſive portionis de **Over-Hall**, & *Roberto Prees* Præbendario ſive portionario dictæ Præbendæ ſive porcionis de **Nether-Hall** & patronis Vicariæ prædictæ, quod ipſi vel ſucceſſores ſui immediati Præbendarii ſive portionarii Præbendarum ſive portionum prædictarum, advocationem Vicariæ prædictæ dare poſſint & aſſignare Cuſtodi, ſive Magiſtro & Capellanis Collegii prædicti: Habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis, divina in Eccleſiâ prædictâ pro ſtatibus & animabus prædictis, in formâ prædictâ celebraturis in auxilium ſuſtentationis ſuæ, & clericorum & ſervientum & miniſtrorum prædictorum, ac ſupportationis onerum & pietatis operum prædictorum imperpetuum: Et eiſdem Cuſtodi ſive Magiſtro & Capellanis, quod ipſi advocationes Præbendarum ſive portionum prædictarum à præfato Epiſcopo, ſive ſucceſſore ſuo prædicto, ac advocationem Vicariæ prædictæ, à præfatis *Johanne* & *Roberto*, ſive ſucceſſoribus ſuis prædictis recipere; ac Præbendas ſive portiones, necnon Vicariam illas appropriare; & eas ſic appropriatas in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis in auxilium ſuſtentationis ſuæ, & Clericorum, ſervientum & miniſtrorum prædictorum & ſupportatione onerum & pietatis, operum prædictorum imperpetuum; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, *&c.* non obſtante. In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* 1°. *Apr.*

De Centum Marcis annuis per Henricum *Cardinalem & aliis dictæ Eccl. Collegiatæ conceſſis.*

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſentes literæ pervenerint *Henricus* Cardinalis *Angliæ*, Epiſcopus *Wyntoniæ*, *Henricus* Archiep. *Cantur.* & *Walterus Hungerford* miles feoffati recolendæ memoriæ domini *Henrici* nuper Regis *Angliæ*, per nomina venerabilium Patrum *Henrici* Archiepiſc. *Cantuar. Henrici* Epiſc. *Winton.* & *Walteri Hungerford* militis de certis terris, dominiis, maneriis, tenementis & poſſeſſionibus Ducatus ſui *Lancaſtriæ* ſalutem in domino ſempiternam. Cum Decanus & Canonici Eccleſiæ novæ Collegiatæ beatæ *Mariæ Leiceſtriæ* Literas Patentes domini noſtri Regis, nunc ſub Sigillo Ducatus prædicti ſigillatas, per quas idem dominus Rex nunc conceſſit eiſdem Decano & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis quinquaginta marcas percipiendas annuatim de exitibus & proficuis provenientibus de Ducatu prædicto, per manus generalis Receptoris ejuſdem pro tempore exiſtentis, ad terminos *Paſchæ* & S. *Michaelis* per equales portiones, pro expenſis faciendis circa nova opera dictæ Eccleſiæ donec eadem perimpleta forent, & plenariè conſummata, in Cancellariâ prædicti domini noſtri Regis nunc Ducatus ſui prædicti reſtituerint cancellandas. Ac etiam quaſdam alias Literas Patentes, per quas nos ac *Thomas* nuper Epiſcopus *Dunelm*, nuper alias feoffatus prædicti nuper Regis, de & in terris tenementis & poſſeſſionibus prædictis jam defunctus; conceſſimus eiſdem Decano & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis quinquaginta marcas percipiendas ſingulis annis de exitibus & proficuis dominiorum, maneriorum, terrarum, tenementorum & poſſeſſionum Ducatus prædicti, ad tunc in manibus noſtris ratione feoffamenti prædicti exiſtentibus, pro expenſis faciendis circa operationes & reparationes dictæ Eccleſiæ Collegiatæ, per manus generalis receptoris noſtri eorundem pro tempore exiſtentis, ad terminos prædictos per equales portiones, quouſque dictæ reparationes & operationes perfectæ forent & completæ, ſimiliter nobis reſtituerint cancellandas, ad intentionem & effectum quod dicti Decanus & Canonici & ſucceſſores ſui centum marcas annuas de dono & conceſſione noſtris, mediante licentiâ regiâ habere poſſint imperpetuum, modo & formâ ſequentibus, Noveritis nos præfatos Cardinalem, Archiepiſcopum & *Walterum*, ad ſpecialem rogatum dicti ſereniſſimi principis & domini noſtri Regis nunc, per Literas ſuas ſub privato Sigillo nobis directas, licentiâ etiam & ſuâ ſub magno Sigillo ſuo, nobis

Pat. 19 H. 6. part. 1. m. 17. per Inſpex.

nobis in hac parte habitâ & conceſsâ, dediſſe, & eiſdem Decano & Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ beatæ *Mariæ Leiceſtreæ* conceſſiſſe centum marcas annuas, habendas & percipiendas annuatim ſibi & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram, & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, de & in maneriis, dominiis, villis, wapentachiis & ſocagiis de **Wirkeſworth** & **Eſſeburne**, cum hamelettis de **Irtone**, **Wattelok**, **Underwood**, **Bradlowe**, **Bentley**, **Thorpe**, **Wapultone**, **Aytone**, **Hunſyndone**, **Alford**, **Peverwiz**, **Hodnaſton**, **Cladlowe**, **Carſingtone**, **Cromford**, **Snyterton**, **Wedneſley**, **Loptone**, **Middeltone**, & **Buntſall** ſuperiori in Com. *Derb.* cum ſuis membris & pertinentiis univerſis, ad terminos S. *Michaelis & Paſchæ* per equales portiones imperpetuum, per manus Receptorum, Ballivorum, præpoſitorum, vel aliorum miniſtrorum quorumcunque ibidem pro tempore exiſtentium, *&c.*

In cujus, *&c.* Dat. xiiij° die menſis *Aprilis* anno regni Regis *Henrici* ſexti poſt Conqueſtum xviij°.

ECCLESIA

Collegiata de North-Yevel *in Com.* Bedfordiæ.

Licentia regia pro fundatione ejuſdem.

Pat. 6 H. 4. p. 1. m. 16.

EX omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & pro quadam pecuniæ ſummâ, quæ nobis rationabilis videtur, & unde ſumus contenti, nobis ad receptam Cameræ noſtræ ſolutâ, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto nobis *Gerardo Braybrok* Chivalier, *Thomæ Pevre*, *Johanni Hervy*, *Johanni Warde* Clerico, *Edmundo Hampedene*, & *Johanni Herteſhorne*, quod ipſi adquirere poſſint de *Johanne Wateryng* Clerico, *Willielmo* de *Bergh* Clerico, *Johanne Broghton*, *Roberto Whytyngham*, *Johanne Whetele*, *Johanne Shirryngton* Clerico, *Henrico Kays*, *Ricardo Stacy*, *Johanne Pountfreyt*, *Willielmo Wanſtall*, *Johanne Crawe*, & *Roberto de la Chaumbre* nunc patronis Eccleſiæ parochialis beatæ *Mariæ* de **North-Yevell** in Com. *Bedfordiæ*, *Lincoln.* Dioc. advocationem & patronatum ejuſdem Eccleſiæ, qui de nobis tenentur in Capite, ut dicitur: habendam et tenendam prædictis *Gerardo*, *Thomæ*, *&c.* & hæredibus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris, per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum, abſque impetitione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Vicecomitum, Eſcaetorum, Ballivorum, aut aliorum miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunque.

Et præterea, cum iidem *Gerardus*, *Thomas*, *Johannes Hervy*, *Johannes Warde*, *Edmundus*, & *Johannes Herteſhorne* fervore devotionis accenſi; cupienteſque & deſiderantes laudem & honorem Dei ampliare ſimiliter & augere, Eccleſiam prædictam, poſt dictam adquiſitionem perſonatus & advocationis ejuſdem ſic factam, noſtrâ mediante licentiâ, erigere, facere & fundare proponant, in quoddam Collegium perpetuo duraturam: nos attendentes meritorium eorum propoſitum in hac parte; ac etiam gratioſè conſiderantes grata & fructuoſa ſervicia chariſſimo avo noſtro *Edwardo* quondam Regi *Angliæ*, ac *Ricardo* nuper Regi *Angliæ* ultimo Prædeceſſori noſtro; necnon chariſſimo domino & patri noſtro nuper Duci *Lancaſtriæ* defunctis, in partibus *Aquitanniæ*, & alibi in diverſis officiis, ac aliis per *Johannem Traylly* Chivalier defunctum, pro cujus animâ; ac etiam pro animâ *Reginaldi* quondam filii ſui, ſimiliter nunc defuncti, prædictum Collegium, ad Dei laudem taliter fundabitur, facta & impenſa de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ noſtrâ; ac ut tanti meriti, & operis tam perfecti premiis participemur; conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis *Gerardo*, *Thomæ*, *&c.* quod ipſi eandem Eccleſiam Parochialem beatæ *Mariæ* de *North-Yevel* cum de eorum advocatione & patronatu ſic fuerit, in quoddam Collegium erigere & tranſmutare; & idem Collegium de uno Magiſtro, ſive Cuſtode, ac de tot ſociis Capellanis, & aliis miniſtris in dicto Collegio altiſſimo ſervientibus, quot juxta eorum ſanas diſcretiones melius videbitur expedire, fundare, facere & ſtabilire valeant imperpetuum, ſecundùm ordinationem ſuam in hac parte faciendam.

Ac etiam de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt præfatis *Gerardo*, *Thomæ*, *&c.* quod ipſi advocationem & patronatum prædictos dare poſſint & aſſignare prædictis Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis ejuſdem Collegii, cum ſic extiterit firmatum; habendum & tenendum prædicto Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis prædictis Capellanis Collegii prædicti & ſucceſſoribus ſuis Magiſtris ſive cuſtodibus & ſociis ſuis Capellanis ejuſdem Collegii de præfatis *Gerardo*, *Thomæ*, *&c.* & hæredibus ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis Collegii prædicti, quod ipſi advocationem & patronatum prædictos à prædictis *Gerardo*, *Thomâ*, *&c.* recipere; ac eandem Eccleſiam appropriare, & eam ſic appriatam in proprios uſus tenere poſſint prædictis Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis Collegii prædicti, & ſucceſſoribus ſuis prædictis, in auxilium & ſubventionem ſuſtentationis ſuæ imperpetuum,

tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem.

Ac inſuper de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis Collegii prædicti; quod ipſi, habitâ plenâ & pacificâ poſſeſſione Eccleſiæ prædictæ in proprios uſus, virtute appropriationis prædictæ, quandam penſionem quinque marcarum percipiendam annuatim de decimis, oblationibus, obventionibus & emolumentis Eccleſiæ prædictæ, dare, concedere, & aſſignare poſſint cuidam Capellano, divina pro animabus prædictis, ac omnium fidelium defunctorum in Capellâ manerii de Auye in Comitatu *Cantabrigiæ* celebraturo; habendam & percipiendam eidem Capellano & ſucceſſoribus ſuis divina in Capellâ prædictâ pro animabus prædictis, ut præmittitur celebraturo per manus prædictorum Magiſtri ſive Cuſtodis & Capellanorum prædicti Collegii, & ſucceſſorum ſuorum in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum; & eidem Capellano quod ipſe prædictam penſionem à præfatis Magiſtro ſive Cuſtode, & ſociis ſuis Capellanis Collegii prædicti recipere; ac eam habere & tenere poſſit ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* 8°. die *Decembris.*

ECCLESIA

Collegiata de Attilburgh *in agro* Norfolcienſi.

Licentia regia pro fundatione ejuſdem.

Pat. 7 H. 4. p. 2. m. 22.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & pro centum marcis quas *Henricus Pakenham* ſenior, & *Simon* perſona Eccleſiæ de Skultone nobis ſolverunt in Hanaperio noſtro, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt eiſdem *Henrico* & *Simoni*, quod ipſi quandam Cantariam de quinque Capellanis, quorum unus nominatur Cuſtos ſive Magiſter Cantariæ S. *Crucis* de Attilburgh in Eccleſiâ Parochiali de Attilburgh in honore *Exaltationis S. Crucis* de novo fundare, facere, ordinare, & ſtabilire poſſint, ad divina pro animabus *Roberti Mortymer* militis & *Margariæ* uxoris ejus & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ipſorum *Henrici* & *Simonis* in hac parte faciendam celebraturis imperpetuum: Et quod prædicti *Henricus* & *Simon* unum meſſuagium ſexaginta & decem acras terræ, quatuor acras prati, & duas acras paſturæ cum pertinentiis in Attilburgh, ac advocationem Eccleſiæ de magna Elyngham dare poſſint & aſſignare Cuſtodi ſive Magiſtro & Capellanis Cantariæ prædictæ ſic fundandæ, faciendæ, ordinandæ & ſtabiliendæ: Habendum & tenendum eiſdem Cuſtodi ſive Magiſtro & Capellanis, & ſucceſſoribus ſuis, ad divina pro animabus prædictis in dictâ Eccleſiâ de Attilburgh celebraturis imperpetuum. Et eiſdem Cuſtodi ſive Magiſtro & Capellanis, quod ipſi dictam Eccleſiam de magna Elyngham appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, ad divina pro animabus prædictis in eadem Eccleſiâ de Attilburgh in formâ prædictâ celebraturis imperpetuum, *&c.* Proviſo ſemper quod Vicarius dictæ Eccleſiæ de magna Elyngham ſufficienter doletur; & quod quædam competens ſumma pecuniæ inter pauperes parochianos ejuſdem Eccleſiæ de magna Elyngeham ſingulis annis diſtribuenda per loci ordinarium ordinetur juxta formam ſtatuti in hac parte editi. In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xxv°. die *Junii.*

ECCLESIA

Collegiata de Staynedrope *in Comitatu Palat.* Dunelmenſi.

Licentia Radulfo *de* Neville *Comiti* Weſtmorlandiæ *pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 10 H. 4. p. 1. m. 17. per Inſpex.

THomas Dei gratiâ Epiſcopus *Dunelmiæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem.

Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt *Radulfo de Nevill* Comiti *Weſtmerlandiæ*, quod ipſe quoddam Collegium de uno Magiſtro ſive Cuſtode, Capellano, ac certis aliis Capellanis & Clericis continuè reſidentibus; nec non certis pauperibus generoſis, & aliis pauperibus in villâ de Staynedrope, infra libertatem noſtram *Dunelmenſem* imperpetuum duraturum, juxta ordinationem ipſius Comitis in hac parte faciendam, facere, creare, & ſtabilire poſſit: Et quod idem Comes, poſtquam dictum Collegium ſic factum, creatum, & ſtabilitum fuerit,

rit, duo meſſuagia & duodecem acras terræ cum pertinentiis in **Staynedyope** pro inhabitatione ipſorum Magiſtri ſive Cuſtodis, Capellanorum, Clericorum & pauperum inde faciendâ; ac advocationem Eccleſiæ de **Staynedyope**, quæ de nobis non tenentur in Capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare eiſdem Magiſtro, ſive Cuſtodi, Capellanis, Clericis & pauperibus; habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis Magiſtro ſive Cuſtodi, Capellanis, Clericis & pauperibus Collegii prædicti in auxilium ſuſtentationis ſuæ, ac ſupportationem divini ſervicii, & aliorum onerum eidem Collegio incumbentium, juxta ordinationem ipſius Comitis in hac parte faciendam imperpetuum: Et eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, Capellanis, Clericis, & pauperibus, quod ipſi meſuagia, terram, & advocationem prædicta à præfato Comite recipere, & eandem Eccleſiam appropriare; & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, in auxilium ſuſtentationis ſuæ, ac ſupportationis onerum prædictorum juxta ordinationem prædictam, ſicut prædictum eſt, imperpetuum tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante.

Et ulterius de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt, eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, Capellanis, Clericis, & pauperibus, quod ipſi & eorum ſucceſſores Magiſtri ſive Cuſtodes, Capellani, Clerici & pauperes Collegii prædicti ſint unum corpus per ſe & Collegium incorporatum, & perſonæ habiles & capaces ad capiendum, adquirendum & recipiendum terras, tenementa & poſſeſſiones quæcunque nomine Collegii prædicti: Et quod iidem Magiſter ſive Cuſtos & ſucceſſores ſui Magiſtri ſive Cuſtodes Collegii prædicti habeant quoddam commune Sigillum ſuum, pro negotiis ipſius Collegii deſerviturum, & quod implacitare poſſint & implacitari in quibuſcunque Curiis noſtris & alibi nomine Collegii prædicti imperpetuum, *&c.* Dat. *Dunelmiæ* per manus *Willielmi Chaunceler* Cancellarii noſtri primo die *Novembris* anno pontificatus noſtri tertio.

ECCLESIA

Collegiata de **Tonge** *in Comitatu* Salopiæ.

Licentia regia pro fundatione ejuſdem.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & pro quadraginta libris ſolutis in hanaperio Cancellariæ noſtræ, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt *Iſabellæ* quæ fuit uxor *Fulconis* de *Penbrugge* Chivaler, *Waltero Swan* Clerico, & *Willo. Moſſe* Clerico, quod ipſi adquirere poſſint de dilecto nobis in Chriſto Abbate & Conventu Abbathiæ de *Salopiâ*, quæ de noſtro patronatu exiſtit, nunc patronis Eccleſiæ S. *Bartholomæi* Apoſtoli de **Tonge** in Com. *Salopiæ*, *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Dioceſis, advocationem & patronatum ejuſdem Eccleſiæ de **Tonge**, qui de nobis tenentur in Capite; habendam & tenendam eiſdem *Iſabellæ*, *Waltero* & *Willielmo* hæredibus & aſſignatis ſuis, de nobis & hæredibus noſtris, per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum; quadam annuâ penſione ſex ſolidorum & octo denariorum de fructibus & emolumentis ejuſdem Eccleſiæ de **Tonge** perveniente, quam iidem Abbas & Conventus & prædeceſſores ſui inde percipere conſueverunt, eiſdem Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis reſervatâ. Pat. 12 H. 4. pars unica m. 20.

Et præterea cum iidem *Iſabella*, *Walterus*, & *Willielmus*, fervore devotionis accenſi, cupienteſque & deſiderantes laudem & honorem Dei ampliare ſimiliter & augere, prædictam Eccleſiam de **Tonge**, poſt dictam adquiſitionem advocationis & patronatus ejuſdem ſic factam, noſtrâ mediante licentiâ erigere, facere, & fundare proponant, in quoddam Collegium perpetuò duraturum: nos attendentes pium & meritorium eorum propoſitum in hac parte, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ, ac ut tanti meriti & operis tam perfecti in præmiis participemur, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis *Iſabellæ*, *Waltero*, & *Willielmo*, & eorum cuilibet; quod ipſe, hæres vel aſſignati ſui eandem Eccleſiam S. *Bartholomæi* Apoſtoli de *Tonge*, cum ipſi de advocatione & patronatu ejuſdem ſic furint ſeiſiti, in quoddam Collegium perpetuum & incorporatum erigere & tranſmutare, & idem Collegium de quinque Capellanis, ſeu pluribus vel paucioribus, quorum unus per ipſos *Iſabellam*, *Walterum*, & *Willielmum*, hæredes vel aſſignatos ſuos deputandus ſit Cuſtos ejuſdem

ejuſdem Collegii, & cæteris præfatur altiſſimo ſervituris ; ac divina pro ſalubri ſtatu noſtro dum vixerimus, & *Thomæ Beaufort* fratris noſtri, ac prædictæ *Iſabellæ* dum vixerint ; necnon animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, & progenitorum noſtrorum, ac prædicti *Fulconis* ; necnon animabus *Margaretæ* quondam uxoris ſuæ, & *Thomæ Peytevyne* Chivaler, & *Johannis Ludlowe* Chivaler; ac etiam animabus parentum & omnium anteceſſorum prædictæ *Iſabellæ*, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem prædictorum *Iſabellæ*, *Walteri*, & *Willielmi*, hæredum vel aſſignatorum ſuorum in hac parte faciendam, in eodem Collegio ſingulis diebus celebraturis imperpetuum fundare, facere, & ſtabilire valeant.

Ac etiam, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus et licentiam dedimus, pro nobis et hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis *Iſabellæ*, *Waltero*, & *Willielmo*, quod ipſi, hæredes vel aſſignati ſui unum meſſuagium cum pertinentiis in dictâ villâ de **Tonge** ; necnon advocationem & patronatum prædictos : ac præfato *Willielmo*, quod ipſe hæredes vel aſſignati ſui advocationem & patronatum Eccleſiæ Parochialis beatæ *Mariæ* de **Dlyngbere** in Comitatu *Northamptoniæ*, *Lincoln.* Dioceſis : Et prædictis *Waltero* & *Willielmo*, quod ipſi, hæredes, vel aſſignati ſui duo meſſuagia, duas virgatas terræ, & quatuor acras prati cum pertinentiis in **Sharneford** in Comitatu *Leyceſtriæ*, quæ de nobis non tenentur, dare poſſint & aſſignare præfatis Cuſtodi & Capellanis Collegii prædicti, cum ſic extiterit fundatum ; habenda & tenenda eiſdem Cuſtodi & Capellanis & ſucceſſoribus ſuis Cuſtodibus & Capellanis ejuſdem Collegii, in liberam puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum.

Necnon præfatis *Waltero* & *Willielmo*, quod ipſi hæredes vel aſſignati prædicti *Willielmi* concedere poſſint, quod manerium de **Sil-den-Dorton** cum pertinentiis in dicto Comitatu *Leiceſtriæ*, quod de nobis non tenetur, ut dicitur, & quod *Willielmus Nieuport* Chivaler & *Margareta* uxor ejus tenent ad vitam ipſius *Margaretæ* ; & quod poſt mortem ejuſdem *Margaretæ* ad præfatos *Walterum* & *Willielmum Moſſe*, & hæredes ipſius *Willielmi Moſſe* revertere deberet, poſt mortem prædictæ *Margaretæ* remaneat præfato Cuſtodi & Capellanis & ſucceſſoribus ſuis prædictis ; habendum & tenendum eidem Cuſtodi & Capellanis, & ſucceſſoribus ſuis prædictis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam ſicut prædictum eſt imperpetuum.

Et eiſdem Cuſtodi & Capellanis, quod ipſi vel ſucceſſores ſui meſſuagium prædictum in dictâ villâ de *Tonge* cum pertinentiis ; necnon dictos advocationem & patronatum prædictæ Eccleſiæ de *Tonge* à præfatis *Iſabellâ* & *Willielmo Moſſe*, hæredibus vel aſſignatis ſuis ; ac prædictos advocationem & patronatum prædictæ Eccleſiæ de **Dlyngbere** à præfato *Willielmo Moſſe*, hæredibus vel aſſignatis ejus ; necnon meſſuagium, terram & pratum prædicta, in dicta villâ de *Sharneford* cum pertinentiis à præfatis *Waltero* & *Willielmo Moſſe*, hæredibus vel aſſignatis ipſius *Willielmi Moſſe* recipere ; & manerium prædictum cum pertinentiis, poſt mortem prædictæ *Margaretæ* ingredi poſſint & tenere, unacum meſſuagiis, terrâ, prato prædictis, ſibi & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſicut prædictum eſt imperpetuum, & prædictas Eccleſias appropriare, & eas ſic appropriatas in proprios uſus tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis in auxilium & ſubventionem ſuſtentationis ſuæ, & treſdecem pauperum debilium, ſeu plurium vel paucorum infra Collegium prædictum degentium imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem.

Volumus etiam & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod iidem Cuſtos & Capellani, & eorum ſucceſſores exnunc ſint & fiant de cætero vulgariter nuncupentur *Collegium S. Bartholomæi Apoſtoli de* **Tonge** perpetuis temporibus in futurum, & quod iidem Cuſtos & Capellani & eorum ſucceſſores Cuſtodes & Capellani Collegii prædicti habeant unum commune Sigillum pro negotiis & agendis ejuſdem Collegii ſerviturum : Et quod ſint habiles perſonæ & capaces, ſicut unum Collegium incorporatum & privatum, per ſe ad impetrandum, recipiendum & adquirendum, nomine Cuſtodis Collegii S. *Bartholomæi* Apoſtoli de **Tonge**, à quibuſcunque viris & perſonis, tam eccleſiaſticis quàm laicis ; licentiâ regia ſuper hoc primitus obtentâ, ultra ea quæ virtute præſentis licentiæ noſtræ nunc habent, omnimoda terras, tenementa, redditus, advocationes, & poſſeſſiones quaſcunque, cujuſcunque generis fuerint vel naturæ, licet terræ, tenementa, redditus, advocationes & poſſeſſiones hujuſmodi de nobis teneantur in liberum burgagium, eiſdem Cuſtodi & Capellanis, & ſucceſſoribus ſuis, in proprietate poſſidendi imperpetuum : ac etiam ad proſequendum cauſas & actiones reales perſonales & mixtas, cujuſcunque generis fuerint vel naturæ ; & ad reſpondendum vel defendendum in eiſdem coram judicibus ſecularibus & eccleſiaſticis quibuſcunque.

Ac inſuper de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis *Iſabellæ*, *Waltero* & *Willielmo Moſſe*, hæredibus vel aſſignatis ſuis ; quod ipſi advocationem et patronatum Collegii prædicti, cum ſic effectualiter fundatum extiterit, dare poſſint et concedere *Ricardo* de *Penbrugge* filio *Ricardi Vernün* de *Harleſtonich*, conſanguineo et hæredi prædicti *Funconis*, et *Benedictæ* uxori ejuſdem *Ricardi* filii *Ricardi*, et hæredibus de corporibus ipſorum *Ricardi* filii *Ricardi* et *Benedictæ* exeuntibus, poſt mortem prædictæ *Iſabellæ* habendam ; ita quod ſi idem *Ricardus* filius *Ricardi* et *Benidictæ* ſine hærede de corporibus ſuis exeunte obierit, tunc advocatio & patronatus Collegii prædicti hæredibus de corpore ipſius *Ricardi* filii *Ricardi* exeuntibus :

euntibus: Et ſi idem *Ricardus* filius *Ricardi* ſine hærede de corpore ſuo exeunte obierit, tunc advocatio & patronatus ejuſdem Collegii *Willielmo Ludlowe* et *Iſabellæ* uxori ejus, ſorori prædicti *Ricardi* filii *Ricardi*, et hæredibus de corporibus ipſorum *Willielmi Ludlowe* et *Iſabellæ* uxoris ejus exeuntibus: Et ſi iidem *Willielmus Ludlowe* & *Iſabella* uxor ejus ſine hærede de corporibus ſuis exeunte obierint, tunc advocatio et patronatus Collegii prædicti hæredibus de corpore ipſius *Iſabellæ* uxoris *Willielmi* exeuntibus. Et ſi dicta *Iſabella* uxor *Willielmi* ſine hærede de corpore ſuo exeunte obierit, tunc advocatio & patronatus Collegii prædicti *Johannæ* ſorori ejuſdem *Iſabellæ* uxoris *VVillielmi*, & hæredibus de corpore ipſius *Johannæ* exeuntibus: Et ſi prædicta *Johanna* ſine hærede de corpore ſuo exeunte obierit, tunc advocatio & patronatus Collegii prædicti rectis hæredibus prædicti *Fulconis* remaneant; habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris in formâ prædictâ per ſervicia inde debita & conſueta, abſque impetitione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, aut aliorum miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunque; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, *&c.* non oſtante, *&c.* proviſo quod Vicarius prædictæ Eccleſiæ de **Dilyngbere**, ſecundùm valorem ejuſdem ſufficienter dotetur, & quod quædam competens ſumma argenti de fructibus & proficuis ejuſdem Eccleſiæ de **Dilyngbere** pauperibus Parochianis ejuſdem ſingulis annis ſolvatur & diſtribuatur juxta ordinationem loci illius Dioceſani in hac parte faciendam, ac formam ſtatuti inde editi & proviſi. In cujus, *&c.* T. Rege apud *Leyc.* xxv°. die *Novembris.*

Carta Regis Henrici *quinti de villa, & manerio de* **Lappeleys**, *alias dicta Prioratu de* **Lappeley** *alienigenâ in ampliorem ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ dotationem.*

Pat. 3 H. 5. part. 1. m. 6.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod cum in Parliamento noſtro apud *Leiceſtriam* nuper tento, communitas regni noſtri *Angliæ* in eodem Parliamento exiſtens nobis declaraverit; quod in caſu quo finalis pax inter nos et adverſarium noſtrum *Franciæ* tempore tunc futuro caperetur; et ſuper hoc omnes poſſeſſiones Prioratuum alienigenarum in *Anglia* exiſtentium ad capitales domos religioſorum in partibus tranſmarinis, ad quas hujuſmodi poſſeſſiones ſpectant reſtituerentur, dampnum & perditio regno noſtro & populo noſtro ejuſdem per grandes firmas & apportus monetæ, qui de anno in annum extunc imperpetuum de eiſdem poſſeſſionibus ad prædictas capitales domos redderentur evenirent, in dicti regni noſtri in hac parte depauperationem non modicam: Quodque ad inceptionem guerræ inter prædicta regna, omnes ligei noſtri de quibuſcunque poſſeſſionibus quas ipſi adtunc de dono nobilium progenitorum noſtrorum in dictis partibus tranſmarinis, infra juriſdictionem *Franciæ* habuerunt per judicium in dicto regno *Franciæ* redditum expulſi & exhæreditati extiterunt imperpetuum. Ac inſuper hoc de aſſenſu dominorum ſpiritualium & temporalium in eodem Parliamento, ad requiſitionem communitatis prædictæ, per nos ordinatum extiterit, quod omnes poſſeſſiones Prioratuum alienigenarum in prædicto regno noſtro *Angliæ* exiſtentes in manibus noſtris, ad nos & hæredes noſtros remaneant imperpetuum; exceptis certis poſſeſſionibus hujuſmodi Prioratuum alienigenarum in prædictâ ordinatione expreſſatis & declaratis: ac ſalvis ſemper quibuſcunque ligeis noſtris, tam ſpiritualibus quàm temporalibus ſtatu & poſſeſſione quos ipſe adtunc in aliquibus hujuſmodi poſſeſſionibus habuerunt, prout per ordinationem prædictam plenius poterit apparere. Nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ad ſpecialem ſupplicationem dilectæ viduæ noſtræ *Iſabellæ* quæ fuit uxor *Fulconis Penbrigge* Chivaler dedimus & conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Cuſtodi & Capellanis Collegii S. *Bartholomæi* Apoſtoli de **Tongge** in Com. *Salopiæ Coventren. & Lichfeld.* Dioc. per præfatam *Iſabellam*, ac *Walterum Swan* Clericum & *Willielmum Moſſe* Clericum ad celebrandum divina, pro ſalubri ſtatu noſtro dum vixerimus, & pro animâ noſtrâ cum ab hac luce migraverimus, & pro animâ chariſſimi domini & patris noſtri domini *Henrici* nuper Regis *Angliæ* defuncti, & pro animabus progenitorum noſtrorum, ac pro ſalubri ſtatu venerabilis patris *Henrici VVyntonienſis* Epiſcopi, ac *Thomæ* Comitis *Dorſetiæ* chariſſimorum avunculorum noſtrorum; Et præfatæ *Iſabellæ*, nec non Magiſtri *Johannis Prophete* Decani *Ebor.* dum vixerint, & pro animabus ſuis cum ab hac luce migraverint, & animabus quorundam aliorum anteceſſorum, & hæredum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ipſius *Iſabellæ* in hac parte factam nuper fundati, villam, manerium, ſive grangeam de **Lappeley**, Prioratum de **Lappeley** vulgariter nuncupatum, cum pertinentiis, ac omnia alia terras, tenementa, redditus, ſervicia, firmas, annuitates, portiones, penſiones, boſcos, molendina, prata, paſturas, aquas, vias, ſemitas, piſcarias, & reverſiones, ſimul cum feodis militum, & advocationibus Eccleſiarum, ac aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque: necnon Eccleſiam Parochialem prædictæ villæ de **Lappeley**, cum omnibus proficuis, reventionibus & emolumentis ad eandem Eccleſiam de *Lappeley* pertinentibus, & de eadem provenientibus: Nec non advocationem & patronatum ejuſdem Eccleſiæ, ac alias poſſeſſiones & pertinentias tam ſpirituales quàm temporales quaſcunque ad prædicta villam, manerium ſive grangeam de **Lappeley**, Prioratum de **Lappeley** vulgariter nuncupatum, infra regnum noſtrum *Angliæ* pertinentia ſive ſpectantia: Quæ quidem villa, manerium, ſive grangea de **Lappeley**, Prioratus de **Lappeley** vulgariter nuncupatus, cum pertinentiis, ac omnia aliæ terræ, tenementa, redditus, ſervicia, firmæ, annuitates, portiones, penſiones, boſci, molendina, prata, paſturæ, paſcuæ, aquæ

quæ, viæ, ſemitæ, piſcariæ, & reverſiones, ſimul cum feodis militum & advocationibus Eccleſiarum, ac aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque; necnon prædicta Eccleſia Parochialis de **Lappeley**, cum omnibus proficuis, reventionibus, & emolumentis, ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & de eadem provenientibus; necnon patronatus & advocatio ejuſdem Eccleſiæ, & aliæ poſſeſſiones & pertinentiæ, tam ſpirituales quam temporales quæcunque ad dictam villam, manerium, ſive grangiam de **Lappeley**, Prioratum de **Lappeley** vulgariter nuncupatum, infra dictum regnum noſtrum *Angliæ* pertinentia ſive ſpectantia, ab antiquo fuerunt parcella poſſeſſionum Abbatis & Conventus S. *Remigii* de **Reymys** in **Champeyne** *Remenſi* Dioceſi, alienigenæ, & in manus domini *Edwardi* nuper Regis *Angliæ* proavi noſtri, occaſione guerræ inter ipſum proavum noſtrum & illos de *Franciâ* motæ, ſeiſita extiterunt & in manu noſtrâ adhuc exiſtunt; & ad nos & hæredes noſtros virtute prædictæ ordinationis, in Parliamento noſtro prædicto, ut præmittitur factæ, remanere debent; necnon per nos ad firmam *Johanni Bally* Priori de **Lappeley**, *Ricardo Knightley* ac *VVill°. Kanc* monacho, per nomen Prioratus de **Lappeley**, cum omnibus juribus & pertinentiis; habenda à Feſto S. *Michaelis* anno regni noſtri primo durante guerra inter nos & adverſarios noſtros *Franciæ*; reddendo inde nobis quadraginta marcas per annum, prout ultimi firmarii ibidem reddere ſolebant; & duas marcas ultra de incremento ad Scaccaria, Paſchæ, & S. *Michaelis* per equales portiones dimiſſa exiſtunt: de quibus quidem quadraginta & duabus marcis annuis duodecim marce annuatim percipiendæ, inter alias ſummas, chariſſimæ matri noſtræ *Johannæ* reginæ *Angliæ* in dotem ſuam aſſignantur; & viginti libræ dilecto armigero noſtro *Johanni Vale* ſingulis annis ad terminum vitæ ſuæ percipiendæ, per nos conceſſæ exiſtunt: habendum & tenendum prædicta villa, manerium, ſive grangeam de **Lappeley**, Prioratum de **Lappeley** vulgariter nuncupatum, cum pertinentiis; ac omnia prædicta alia terras, tenementa, redditus, *&c.* necnon prædictam Eccleſiam Parochialem prædictæ villæ de **Lappeley**, cum omnibus reventionibus, emolumentis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & de eadem provenientibus; ac advocationem & patronatum ejuſdem Eccleſiæ, & alias poſſeſſiones, *&c.* ad prædictam villam, manerium ſive grangiam de **Lappeley**, *&c.* pertinentia ſive ſpectantia, quieta & exonerata erga nos & hæredes noſtros, tam de quibuſcunque firmis, apportis, demandis & aliis ſecularibus ſerviciis & oneribus quibuſcunque, quàm de Decimis, Quintiſ decimis, & aliis quotis, ſive Impoſitionibus quibuſcunque nobis ante hæc tempora conceſſis, aut nobis vel hæredibus noſtris impoſterum concedendis, præfatis Cuſtodi & Capellanis, & Collegio ſuo prædicto & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris in puram & perpetuam elemoſinam, in perpetuum, in auxilium & ſubventionem ſuſtentationis eorundem Cuſtodis & Capellanorum; ac etiam duorum Clericorum, & treſdecem pauperum, debilium, infra Collegium prædictum degentium, *&c.* Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito; aut eo quod villa, manerium, ſive grangia prædicta, Prioratus de **Lappeley** vulgariter nuncupata, cum pertinentiis, ac etiam terræ, tenementa, redditus, *&c.* necnon prædicta Eccleſia Parochialis de **Lappeley**, ac advocatio & patronatus ejuſdem, *&c.* fuerunt de donatione & collatione progenitorum noſtrorum, & fuerunt data prædeceſſoribus prædictorum Abbatis & Conventus, ad inveniendum duos Capellanos, divina in Infirmariâ Abbathiæ prædictæ coram Infirmis ibidem degentibus, ſingulis diebus celebraturis, vel ad hoſpitalitatem, aut alia onera quæcunque ſupportanda: ſeu eo quod prædicta villa, manerium, ſive grangia, prioratus de **Lappeley** vulgariter nuncupata, cum pertinentiis; ac terræ, tenementa, redditus, *&c* necnon prædicta Eccleſia parochialis de **Lappeley**, ac advocatio & patronatus ejuſdem; necnon aliæ poſſeſſiones prædictæ in manus progenitorum noſtrorum captæ & ſeiſitæ fuerunt, & in manus noſtras ſic devenerunt; & ad nos & dictos hæredes noſtros prætextu prædictæ ordinationis in Parliamento noſtro prædicto, ut prædictum eſt factæ remanere deberent; ac ad firmam per nos ut prædictum eſt dimiſſa exiſtunt, & de nobis tenentur in capite, ſicut prædictum eſt, aut aliquibus ſtatutis ſive ordinationibus in contrarium editis, *&c* non obſtantibus, *&c* Proviſo ſemper quod Vicaria prædictæ Eccleſiæ de **Lappeley** ſufficienter dotetur; & quod quædam competens ſumma argenti de bonis & proventibus Eccleſiæ illius inter pauperes parochianos ejuſdem, juxta formam ſtatuti inde editi, annuatim diſtribuatur. In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xv°. die *Junii.*

Statuta & Ordinationes pro gubernatione ejuſdem.

UNiverſis *Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quorum noticiam præſentes Literæ pervenerint* Johannes *permiſsione divinâ* Coventr. & Lich. *Epiſcopus ſalutem in domino, & memoriam perpetuam rei geſtæ. Noverit univerſitas, quod nos quandam ordinationem dilectorum nobis in Chriſto* Iſabellæ *quæ fuit uxor* Fulconis *de* Penbrugge *militis*, Willielmi Moſſe, & Walteri Swan *Clericorum*, *Patronorum Eccleſiæ S.* Bartholomæi *de* Tonge *Archidiaconatus* Salop. *noſtræ Dioc. ſub unius Cuſtodis & quatuor Capellanorum, ac treſdecem pauperum numero ſalubriter factam, ac Sigillis eorundem* Iſabellæ, Willielmi & Walteri *ſigillatam, & per eoſdem nobis præſentatam recepimus & inſpeximus; cujus Ordinationis verus tenor ſequitur in hunc modum.*

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis præſentem Ordinationem viſuris vel audituris, *Iſabella* quæ fuit uxor *Fulconis* de *Penbrugge* militis, *Willielmus Moſſe* & *Walterus Swan* Clerici ſalutem in domino ſempiternam.

Cum

Cum inter cætera reparationis humanæ remedia Miſſarum officia, in quibus pro ſalute vivorum & requie defunctorum patri filius immolatur, iram redemptoris noſtri potiſſimè mitigent & miſericordiam impetrent Salvatoris, favente nobis Salvatoris clemenciâ, quoddam Collegium perpetuum de Eccleſiâ Parochiali de **Tonge**, *Coventr.* & *Lich.* Dioc. ſub qualitate & numero perſonarum inferius deſcriptarum duximus fundandum, certis ordinationibus, proviſis, & ſub certis titulis collocatis quibus eædem perſonæ regi debeant & artari.

Ad honorem igitur omnipotentis dei, gloriosæ virginis *Mariæ*, & beati *Bartholomæi* Apoſtoli, ipſius Eccleſiæ Patroni, omniumque Sanctorum dictam Eccleſiam parochialem de *Tonge*, quæ de patronatu noſtro exiſtit, de licentiâ excellentiſſimi in Chriſto Principis, & domini noſtri domini *Henrici* dei gratiâ Regis *Angliæ* & *Franciæ*, & domini *Hiberniæ* illuſtris petitâ primitùs optentâ, in Collegium tranſmutamus, ſublevamus & erigimus, Collegium S. *Bartholomæi* Apoſtoli de *Tonge* nuncupandum; dictumque Collegium ſub numero & qualitate perſonarum inferiùs, ut prædicitur deſcriptarum, ſub certis etiam ſtatutis & ordinationibus, per Capitula diſtincta inferiùs deſcribenda, de conſenſu omnium & ſingulorum quorum intererat in hac parte, modo quo ſequitur duximus fundandum pariter & regendum. Redditus verò & poſſeſſiones de ſubſtantiâ noſtrâ temporali propterea per nos queſita, & de licentiâ dicti domini noſtri Regis eidem Collegio in dotem perpetuam aſſignantes, prout in Cartis & ſcriptis inde confectis pleniùs continetur. Sic utique cupientes, ſub miſeratione divinâ terrenum theſaurum in cœleſtem, & momentaneam viciſſitudinem in fœlicitatem convertere per manſuram: hoc itaque memoriale exiguum ſupernæ majeſtati humiliter offerimus, ejuſque pietati devotè recommendamus præcipuè & ſpecialiter pro proſpero ſtatu & ſalubri dicti excellentiſſimi principis, & domini noſtri domini *Henrici* dei gratiâ Regis *Angliæ* qui præfatam poſſeſſionum & reddituum aſſignationem de gratiâ ipſius magnificâ perpetuè ſtabilivit; necnon hæredum & liberorum ſuorum dum ſuperſtites fuerint, & pro ſalute animarum ſuarum cum à corpore migraverint, progenitorumque ſuorum: pro ſalubri inſuper ſtatu noſtro dum vixerimus; necnon pro ſalute animarum noſtrarum cum ab hac luce ſubtracti fuerimus; animarumque *Fulconis* de *Penbrugge* militis, *Johannis Ludlowe* militis & *Thomæ Peytevyne* militis, omniumque progenitorum & ſucceſſorum eorum & noſtrorum, ac omnium fidelium defunctorum; & præcipuè eorum qui ad ſupportationem dicti Collegii opem qualemcunque præſtiterint aut favorem.

In primis in præfato Collegio erunt quinque Presbyteri ydonei ſeculares, beneficiis aliis Eccleſiaſticis quibuſcunque carentes; excepto quod officium Cuſtodis inferius deſcripti erit compatibile cum quocunque beneficio eccleſiaſtico. De ipſis verò presbyteris unus in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectus, qui Magiſter ſive Cuſtos hujus Collegii nominetur omnibus aliis ejuſdem præſit presbyteris, & Canonicam obedientiam recipiet ab eiſdem, eorumque ac omnium parochianorum Eccleſiæ prædictæ curam habeat animarum, cui omnium bonorum, tam mobilium quàm immobilium ad ipſum Collegium ſpectantium adminiſtratio ſub infraſcripto ſervato moderamine committatur. Alius verò dictorum presbyterorum, qui poſt Magiſtrum ſive Cuſtodem ad hoc magis aptus & ydoneus, judicio eorum, ſeu ſanioris partis reputetur, in Sub-Cuſtodem per ipſum Magiſtrum ſive Cuſtodem præficiatur; quem igitur Sub-Cuſtodem vocari volumus; quia ſub ipſo Cuſtode curam & ſollicitudinem portabit Collegii, prout in ſubſequentibus plenius eſt expreſſum; cujus officium non erit perpetuum, ſed ſicut præficitur ita poterit, cum Cuſtodi & conſociis expediens videbitur ab officio hujuſmodi removeri, & alius de Collegio ſubrogari.

Sint etiam in eodem Collegio duo Clerici, in primâ ſaltem tonſurâ conſtituti, ad voluntatem Cuſtodis ponendi & removendi, qui poſſint, velint & valeant dictis Cuſtodi & Capellanis in officiis divinis aſſiſtere, dictoque Collegio jugiter & humiliter famulari, cæteraque miniſteria honeſta complere, quæ per Cuſtodem, ſi præſens fuerit, vel eo abſente per Sub-Cuſtodem eis rationabiliter injungentur.

Habebit etiam dictum Collegium treſdecem pauperes, de quibus ſeptem erunt ita imbecilles, & viribus attenuati, ut vix aut nunquam ſine alterius adminiculo ſe valeant ſuſtentare; quibus de bonis ipſius Collegii, pro eorum victu & aliis neceſſariis, prout inferius eſt expreſſum fideliter miniſtretur.

Magiſtrum verò ſive Cuſtodem quemcunque in dicto Collegio ponendum & præficiendum venerabili patri domino *Coventr.* & *Lich.* Epiſcopo, loci Dioceſano, ſede epiſcopali plenâ, & ipsâ vacante Cuſtodi ſpiritualitatis dicti Epiſcopatus de aſſenſu & conſenſu dictorum *Willielmi* & *Walteri* poſt primam præſentationem per nos inſimul ad dictum Collegium à tempore hujus ordinationes faciendam, ad mei tantum præfatæ *Iſabellæ* dum vixero nominationem ſeu præſentationem, infra quatuor menſes à tempore publicæ notæ vacationis Cuſtodiæ hujuſmodi in ipsâ Eccleſiâ computando volumus præſentari: ita tamen, quod poſt mortem meam, cedente vel decedente Cuſtode ipſius Collegii, vel ipſum Collegium alias quomodolibet dimittente, extunc unus dictorum Capellanorum, qui annum probationis tranſegerit, in quem ipſi propterea in loco ſuo capitulari unanimiter congregati, tractatu præhabito conſenſerint, ſimpliciter *viz.* nominando erit & vocabitur Magiſter ſive Cuſtos hujus Collegii quacunque juris ſolempnitate fieri ſolitâ penitùs prætermiſsâ: hoc ſemper obſervato, quod ipſe cum ſic nominatus fuerit cum literis ſub Sigillo communi ejuſdem Collegii hoc teſtificantibus, ad *Ricardum* de *Penbrugge* filium *Ricardi Vernon* militis ſi tunc

ſuperſtes fuerit; & poſt mortem ejus ad hæredes & ſucceſſores ſuos, quicunque pro tempore fuerint domini manerii de *Tonge* abſque more diſpendio deſtinetur per ipſum *Ricardum* hæredeſq; vel ſucceſſores ſuos prædictos, loci Dioceſano cum literis ſuis illico præſentandis, atque ad curam, regimen, & adminiſtrationem ejuſdem, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis per eundem admittendus & inſtituendus Canonicè in eodem reverendo ac nobili viro *N.* Collegii de **Tonge** patrono ſui humiles & devoti *A. B. C. D.* ejuſdem Collegii Capellani utriuſque vitæ proſperitatem, cum debitâ reverentiâ & honore, vacante nuper præfato Collegio per mortem bonæ memoriæ domini *N.* ultimi Magiſtri ſive Cuſtodis noſtri, qui die tali talis menſis anno domini infra ſcripto ab hac luce migravi.

Nos volentes eidem Collegio, quatenus ad nos attinet, de futuro providere Magiſtro ſive Cuſtode; ac propterea ad locum ad hoc deputatum convenientes, tractatu etiam ſuper hoc per nos habito diligenti, tandem in dominum *N.* conſortem & Con-Capellanum noſtrum unanimiter direximus vota noſtra, ipſumque in Magiſtrum ſive Cuſtodem ipſius Collegii, juxta ſtatuta ejuſdem ritè nominamus, ac ſic nominatum ad veſtram honorabilem præſentiam, unacum præſentibus deſtinamus, ſupplicantes attentius, ut quod in præmiſſis ea concernentibus ad vos pertinere dinoſcitur, proſequi benignè dignetur veſtra dominatio reverenda, quam conſervet altiſſimus per tempora fœliciter duraturæ. Scriptum ubi ſuper tali die dicti menſis anno domini, *&c.*

Si quicquam Capellanorum diſcors fuerit; tunc poſt illa verba in dicta formâ poſita, *viz* Con-Capellanum noſtrum, dicatur ſic, *ſupradicto domino A. B* vel *C. duntazat excepto* unanimiter, *&c.* ut ſupra. Si vero, quod abſit, tanta ſit diſcordia inter eos, ut nullus eorum à majore parte Capellanorum nominatus fuerit, in tali diſcordiâ uſque ad finem unius Quindenæ à principio vacationis continuè numerando perſeveraverint; vel infra Quindenam ipſam omnino nominare neglexerint, eo ipſo, lapſâ Quindenâ hujuſmodi, ad patronum ipſius Collegii quicunque pro tempore fuerit eâ vice effectus hujuſmodi denominationis devolvatur: liceatque eidem patrono, quem de dicto Collegio decreverint, loci Dioceſano ad ipſum Collegium libere præſentare.

Si autem ego prædicta *Iſabella*, dum vixero, vel etiam dictus *Ricardus* de *Pembrugge*, dum vixerit, aut aliquis alius hæredum vel ſucceſſorum ſuorum, qui pro tempore fuerit patronus dicti Collegii, per quatuor menſes à tempore lapſus dictæ Quindenæ, ut præfectus præſentare neglexerimus, vel aliquis noſtrum pro tempore ſuo neglexerit, ipſo facto creatio cuſtodis ipſius Collegii illâ vice ſit ipſo facto ad Epiſcopum *Coventr.* & *Lic.* ſede plenâ, & ipſa vacante ad Cuſtodem ſpiritualitatis dicti Epiſcopatus devoluta; ita tamen, quod ſi idem Epiſcopus, ſede plenâ, vel etiam Cuſtos ſpiritualitatis, ſede ut præfertur vacante, ultra unum menſem à tempore devolutionis hujuſmodi, ac præfati cuſtodis præfectione ſeu creatione ordinare diſtulerit, poteſtas ordinandi & creandi hujuſmodi Cuſtodem eâ vice ſit ipſo jure devoluta ad Capitulum Eccleſiæ *Lich.* viz. ad illos de Capitulo in ipsâ Eccleſiâ pro tempore actualiter reſidentes: quod ſi dictum Capitulum à tempore devolutionis hujuſmodi ultra Quindecem dies hujuſmodi Cuſtodem diſtulerint ordinare, poteſtas hujuſmodi ordinationis ad venerabilem patrem dominum *Cantuarienſem* Archiepiſcopum, ſede plenâ, & ipſa vacante ad dominos Priorem & Capitulum Eccleſiæ *Cantuarienſis* ipſo facto pertineat; hoc tamen in omnibus caſibus prædictis obſervata, quod alicui de ipſis Con-Capellanis conferat ſeu conferant Magiſtratum, niſi major inhabilitas hoc fieri non permittat.

Conſimiliter etiam fiat ſi quis in Cuſtodem dicti Collegii per me prædictam *Iſabellam* dum vixero, aut etiam per prædictum *Ricardum* de *Penbrugge* poſt mortem meam, ſi tunc ſuperſtes extiterit, hæredes aut ſucceſſores ſuos dominos manerii de *Tonge*, ut prædictum eſt, prædicto domino Epiſcopo loci Dioceſano, ſede plenâ, & ipſa vacante cuſtodi ſpiritualitatis ejuſdem Epiſcopatus debitè fuerit præſentatus; & tunc idem Epiſcopus, ſede plenâ, vel etiam Cuſtos ſpiritualitatis, ſede ut præfertur vacante, ultra Quindenam à tempore præſentationis hujuſmodi ſibi factæ, dictum præſentatum ad cuſtodiam hujuſmodi admittere, & inſtituere diſtulerit, causâ legitimâ ceſſante, poteſtas admittendi & inſtituendi hujuſmodi præſentatum eâ vice ſit ipſo jure devoluta ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis *Lich. viz.* ad illos de Capitulo in ipsâ Eccleſiâ pro tempore actualiter reſidentes. Quod ſi idem Capitulum à tempore hujuſmodi devolutionis ultra quindecem dies dictum præſentatum diſtulerint admittere & inſtituere, poteſtas hujuſmodi admiſſionis & inſtitutionis dicti præſentati ad venerabilem patrem dominum *Cantuarienſem* Archiepiſcopum, ſede plenâ, & ipsâ vacante ad dominos Priorem & Capitulum Eccleſiæ *Cantuarienſis* ipſo facto pertineat.

Quicunque verò in Capellanum dicti Collegii aſſumendus per cuſtodem & ſaniorem partem dicti Collegii recipiatur ut Novicius, alias verò ipſius receptio invalida ſit omnino; ſaniorem namque partem in hoc caſu in ſubſequentibus cenſendam conſtituimus, ſi cuſtodis cum aliis duobus Capellanis de Collegio in receptione hujuſmodi conſenſus concurrerit & aſſenſus; nec propterea incorporabitur ipſi Collegio Capellanus ſic receptus, ſed expectabit annum probationis completum; tunc verò ſi idem Capellanus competens & habilis dicto cuſtodi & ſaniori parti ipſius Collegii videatur, tunc admittatur idem Capellanus per ipſum cuſtodem in ſocium perpetuum Collegii prædicti, ſuper quâ perpetuatione literas ſub communi Sigillo ſuo habeat, ſit admiſſus. Nec volumus admiſſionem aliquam aliam ab admiſſione prædictâ, modo quo præfertur factâ quomodolibet valere, ſeu de jure ſubſiſtere.

Nullus

Nullus autem in loco Cuſtodis vel alterius presbyteri ibidem admittatur, niſi ſacerdotali ordine conſtitutus, ac vitâ, moribus & conſervatione commendandus exiſtat, alioquin de ipſo facta nominatio ſeu receptio ſit ipſo jure irrita & inanis.

Inſuper, ne ex diutina vacatione Capellanorum ibidem, quod abſit, cultus divinus quomodolibet diminuatur; volumus & ordinamus, quod cedente vel decedente, aut officium ſuum quoviſmodo dimittente quolibet quatuor Capellanorum prædictorum, ſi Cuſtos Collegii prædicti quicunque pro tempore fuerit, in proviſione, receptione, ſeu ſubrogatione alterius Capellani ydonei, in loco ipſius per tres menſes continuos à tempore notæ vacationis hujuſmodi in loco negligens fuerit vel remiſſus, causâ legitimâ ceſſante, quod extunc jus providendi & imponendi Capellanum ydoneum uſque ad ſuppletionem prædicti numeri quatuor presbyterorum in Collegio prædicto, ad dominum *Coventr.* & *Lich.* Epiſcopum, ſede plenâ, & ipsâ vacante ad Cuſtodem ſpiritualitatis dicti Epiſcopatus eâ vice devolvatur; ita tamen quod Capellanus vel Capellani ſic per ipſum dominum Epiſcopum, aut Cuſtodem ſpiritualitatis hujuſmodi receptus, vel recepti, per annum in dicto Collegio maneat aut maneant; & finito anno infra menſem continuum, ſi habilis vel habiles reperiatur ſeu reperiantur, per Cuſtodem dicti Collegii in ſocium aut ſocios perpetuos dicti Collegii recipiatur.

Si verò Cuſtos prædictus in admiſſione & perpetuatione alicujus prædictorum quatuor Capellanorum, ut præmittitur, ſi ydonei fuerint infra menſem facienda negligens fuerit vel remiſſus, tunc receptio & admiſſio dicti Capellani, vel Capellanorum hujuſmodi, ad dominum Epiſcopum loci Dioceſanum, ſede plenâ, & ipsâ vacante ad Cuſtodem ſpiritualitatis ejuſdem Epiſcopatus pertineat, & per Epiſcopum vel Cuſtodem hujuſmodi ipſi Capellano, vel ipſis Capellanis ſicut ſuper perpetuatione hujuſmodi literæ ſigillatæ, prout ſuperius eſt deſcriptum cæteris omnibus ſuprascriptis officium Magiſtri, ſive Cuſtodis dicti Collegii tangentibus ſuperius ordinatis & recitatis, ſeu inferius ordinandis & recitandis in ſuo robore perpetuo inviolabiliter permanſuris.

Pauperes verò quoſcunque in dicto Collegio ponendos & admittendos per me prædictam *Iſabellam* dum vixero & poſt mortem meam per Cuſtodem qui pro tempore fuerit dicti Collegii recipi volumus & admitti; qui cum recepti & admiſſi fuerint, non ſine causâ rationabili coram Cuſtode & aliis Capellanis ejuſdem Collegii, vel ſaltem ſaniore parte ejuſdem alligata & approbata inde amoveri poterunt, prout inferius in Capitulo de correctione & reformatione criminum plenius continetur.

Cuſtos ipſius Collegii cum admiſſus & inſtitutus Collegio ſe præſentaverit, ad realem adminiſtrationem ſui officii corporaliter inducendus, antiquam adminiſtret in aliquo, corporale præſtabit juramentum coram fratribus ad hoc ſpecialiter convenientibus, tactis *viz.* ſacroſanctis Evangeliis de fideliter adminiſtrando in officio ſibi commiſſo, & ſervando quæcunque ſtatuta ejuſdem Collegii, officium ſeu perſonam ipſius concernentia, & faciendo ab aliis in quantum honeſtè ſive rationabiliter poterit obſervari.

Conſimile præſtabit juramentum ſub-Cuſtos quotiens & quando ad illud officium fuerit deputatus: ſaltem pro tempore quo in eodem officio miniſtrabit.

Capellani verò cum probationis annum tranſierint, & placuerint ſibi & Cuſtodi & confratribus, ſeu ſaniori parti ipſorum, ut ipſi Collegio incorporentur; tunc demum ipſis, *viz.* in confratres perpetuos admiſſis, corporale juramentum coram ipſis Cuſtode & confratribus præſtare teneantur; *viz.* de humiliter parendo & obediendo Cuſtodi dicti Collegii, tanquam eorum ſuperiori, & Magiſtro & ejus ſucceſſoribus, & Sub-Cuſtodi cum Cuſtos abſens fuerit, tam in divina celebrando officia, quàm in omnibus aliis mandatis dicti Cuſtodis & etiam Sub-Cuſtodis pro tempore licitis & honeſtis, & de obſervando ſtatuta & privilegia ipſius Collegii quatenus ea ſtatum ipſorum ſeu perſonas concernunt, & de celando ſecreta Collegii, Magiſtri etiam & confratrum etiam, poſt eorum receſſum: Et quod contra Collegium ipſum nunquam quoad perſonas ſuas quicquam indebitè aut maliciosè temptabunt; nec unquam attemptanti præſtabunt patrocinium, conſilium aut favorem; & quod miniſtris & ſervientibus ejuſdem nullum dampnum illicite ſeu voluntarjè inferrent, vel inferri procurabunt; ipſoſque de recedendo à dicto Collegio nullatenus ſollicitabunt ſeu inſtigabunt, aut procurabunt, quin potius res & poſſeſſiones ejuſdem Collegii, necnon & conſuetudines inibi approbatas pro ſuis viribus illæſas conſervabunt, & ab aliis tueri & per omnia conſervari procurabunt; cæteraque Canonica peragere, quæ Cuſtodi ipſius Collegii fuerint viſa, neceſſaria vel honeſta, ad officium Cuſtodis dicti Collegii pertinet & pertinere debet, bona ejuſdem Collegii fideliter conſervare; & prout res exigit, juxta modificationem infraſcriptam debitè adminiſtrare, diſperſa pro poſſe congregare, congregata ſervare, jura & privilegia ipſius defendere & tueri, ardua & præjudicialia Collegii negotia, cum conſilio fratrum proſequi; caritatem & pacem inter Capellanos cæteroſque miniſtros prout decet ædificare pariter & fovere; exempla mundiciæ, doctrinæ & patientiæ, quantum abſque contemptu ſtatus ſui poterit ſummo ſtudio exhibere; ut ſicut alios præcellit honore, ita & præcellere ſtudeat in opere & ſermone; totamque ipſius Collegii yconomiam, proviſionemq; de ſervitoribus & miniſtris conductitiis, cæteriſque neceſſariis pro communi ipſius Collegii victu, & pro ſuſtentatione domorum & aliorum reparandorum ad ſuam ſollicitudinem noverit pertinere; ſicque in curâ, regimine, & adminiſtratione ſibi, ut præfectus commiſſis ſe gerere & habere

valeat, ut de villicatione ſuâ coram Deo & hominibus rectum & intrepidam reddere valeat rationem.

Præterea quiſcunque cuſtos dicti Collegii, infra duos menſes receptionem adminiſtrationis ſuæ ibidem adeptæ proximos ſequentes, aſſociatis ſibi ſub-cuſtode, & aliquo alio de ſenioribus Capellanis, tam de libris, ornamentis, utenſilibus & animalibus, quàm de omnibus aliis bonis ſeu rebus ipſius Collegii, mobilibus vel ſe moventibus unum faciat Inventarium, in quo non ſolum debent inſeri bona Collegii prædicti, ſed etiam debita & credita Collegii diligenter inveſtigata in eodem Inventario ſcribi & redigi faciat; ipſumq; Inventorium cum ſic confectum fuerit, ſtatim coram fratribus collectis exhibeat & declaret, ut ſic cunctis dicti Collegii capellanis & fratribus evidenter apparere poterit in quo ſtatu idem cuſtos Collegium ipſum receperit, & in quo ſtatu dictum Collegium ſervaverit; & in quo in fine adminiſtrationis ſuæ illud dimiſerit: proviſo attentius, ut non minus in ſtauro ſeu theſauro per quemquam Magiſtrorum vel cuſtodum dimittatur, quàm tempore adeptæ adminiſtrationis invenit, niſi aliquâ cauſâ juſtâ & probabili ſeu inevitabili excuſetur; ſed potius quiſcunq; cuſtos Inventarium per eum compertum quoad bona, in eodem deſcripta, pro viribus ampliare curabit.

Ut autem premiſſa clarius & ſine ſuſpitione procedant, quodlibet inventarium de quibus præfertur, in bipertitam & indentatam redigat ſcripturam, cujus una pars penès cuſtodem remaneat, & alia pars penès ſub-cuſtodem & reliquos capellanos, in tuto loco cuſtodienda tradatur, ob memoriam præcipuè temporum futurorum. Et ſingulis annis quilibet cuſtos qui pro tempore fuerit dicti Collegii, omnes denarios & compotos, tam Ballivorum quàm aliorum firmariorum, ſeu miniſtrorum, tam infra quàm extra recipiet; quæ omnia una cum aliis annuis receptis & expenſis dicti Collegii, per eum habitis vel factis, pro tempore adminiſtrationis ſuæ; plenariè & clare per ſe vel cum uno clerico compotorum redigat in ſcripturam; ipſamq; ſcripturam poſt finalem compotum ſingulis annis, ut prefertur faciendum & reddendum, coram omnibus Capellanis vel ſaltem majori parte exhibeat & declaret.

Officio verò Magiſtratus vel cuſtodiæ dicti Collegii qualitercunq; vacante, omnes fructus & proventus ad præfatum Collegium, vacante dictâ cuſtodiâ qualiterunque provenientes, in uſus ejuſdem Collegii integraliter convertantur, & plena adminiſtratio quarumcunq; rerum ad ipſum Collegium ſpectantium, ad dicti Collegii ſub-cuſtodem pertinere debeat, quouſq; novus Magiſter ſive cuſtos fuerit inibi creatus & præfectus. Conſimiliter fiat, ſi cuſtos ſterio confractus fuerit, vel morbo continuo fuerit impeditus, quo-minus ſuum officium exequi valeat ut haberet, extunc vita ipſius Cuſtodis, aut infirmitate durante, per ſub-cuſtodem dictum Collegium reguletur & gubernetur, tam conſilio tum ipſius Cuſtodis & fratrum requiſito, & in eâ parte adhibito. Et quod premiſſa omnia ſubeat idem ſub-cuſtos in perſonâ ſuâ, prout ſuperius eſt expreſſum de dicto cuſtode: qui quidem cuſtos impotens ſervientem congruum ſumptibus Collegii obtinebit.

Quod ſi ipſum ſub-cuſtodem aſſumi contingerit in cuſtodem à tempore præſentationis ſuæ, aliquis ipſorum Capellanorum præſentium, quem junior pars judicaverit eligendus præſideat Collegio, & tam adminiſtrando, quàm etiam rationem reddendo in hac parte vicem teneat ſub-cuſtodis, & eam continuet quouſq; de novo cuſtode debite ſit proviſio. Caveat autem cuſtos, quicunque pro tempore fuerit, ne de bonis ſeu facultatibus communibus dicti Collegii, in quibus nullam ſe habere licet proprietatem fraudem faciat aliqualem, nil ſibi penitus de eiſdem præter conſtituta ſtipendia retinendo, aut in uſus proprios convertendo; vel ſi eum exinde quocunq; caſu migrare contigerit, nil ſecum de eiſdem bonis auferendo, ſeu in detrimentum Collegii quicquam aliis de eiſdem conferendo inter vivos, vel etiam in ſua ultimâ voluntate. De ſtipendio tamen ipſum ſingulariter, ut ſubſequitur contingente, ſicut & cæteri confratres de ſtipendiis ſuis, aliiſque bonis eorum propriis, in vitâ & in morte liberam diſponendi habeat facultatem. Cætera quidem bona ipſius Collegii ultra portiones hujuſmodi ipſi Collegio permittantur ibidem permanſura.

Ad officium etiam Cuſtodis pertinet audire confeſſiones fratrum, quotiens ad hoc per quemquam illorum fuerit congruè requiſitus: quilibet tamen illorum, ſaltem ſemel in anno plenè & integrè Cuſtodi teneatur confiteri. Cuſtos verò unum de Capellanis in confeſſorem habeat, quem ex eis duxerit eligendum. Ipſi etiam in confeſſionis foro alterutrum ſe audiant, prout animarum ſuarum ſaluti magis noverint expedire.

In præfato inſuper reverendo patre domino Epiſcopo firmâ mente confidimus, quod ad honorem Dei & noſtram ſimplicem inſtantiam, cuilibet cuſtodi ipſius Collegii, qui pro tempore fuerit quoad perſonas dicti Collegii pro exercendâ juriſdictione penetentiali in caſibus in præſenti ordinatione contentis, & præſertim obedientiæ vinculum concernentibus ſufficientem accomodabit auctoritatem perpetuis temporibus duraturam. Conſimilem auctoritatem habeat idem Capellanus, quem Cuſtos in confeſſorem ſuum duxerit eligendum, quoad perſonam ejuſdem Cuſtodis. Et quod Cuſtos dicti Collegii quicunque pro tempore fuerit, non cogatur ſubire onus Decani ruralis: nec aliquis Presbyter dicti Collegii cogatur annuatim, aut etiam in primâ ipſius receptione ibidem adire capitula, licet plures annos moram ſuam ibidem facere, aut continuare contigerit.

Poterit inſuper cuſtos, cum ad partes exteras, ob gerendi Collegii negotia, vel quæ ſtatim & honorem ejuſdem concernent ſe tranſtulerit, unum de Clericis ac etiam de confratribus, ſi res hoc popoſcerit, ad aſſociandum

dum & deserviendum sibi assumere; qui sic assumptus dicto Custodi in eâ parte parere sub obedientiæ debito teneatur: unde habebit dictus Custos duos equos, vel plures si oportuerit, paratos cum serviente pro hujusmodi casibus expediendis: quæ quidem negotia omnia & singula ipsum Collegium quomodocunque concernentia, quotiens & quando ingruerint, per ipsum Custodem sumptibus ipsius Collegii fideliter expediantur.

Ad officium sub custodis pertinebit cura & sollicitudo Collegii, in absentiâ Custodis, ut, viz. quæ corrigenda interim emerserint corrigat & reformet, nisi excessus gravis fuerit, qui redditum Custodis merito debeat expectare. Pertinebit etiam ad officium sub-custodis custodia librorum & ornamentorum ipsius Collegii, quæ sub quadam paginâ recipiet indentatâ, cujus una pars penès ipsum & altera pars penès Custodem remanebit: vel cum sub custos ab officio cessaverit, vel amotus fuerit, possit dicto Custodi & Collegio plenius constare de eisdem: Et si aliqua ex eis ejus culpâ vel negligentiâ interim perierint aut deteriorata fuerint, de suo proprio dampnum resarciet judicio Custodis & sociorum. Si verò vetustate, vel casu fortuito, corrupta deteriorata fuerint, vel alias perierint, ad Collegium reformatio pertinebit.

Insuper de modo, formâ & ordine celebrationis divinorum, tam ad officia in se, quàm quoad personas quæ in eisdem habeant ministrare, pro diebus & horis convenientibus solicitam curam gerat, sub-custos per ordinationem custodis, cui etiam sub-custodi in hac parte omnes socii & ministri dicti Collegii humiliter pareant & intendant: qui etiam omnium personarum defectus à divinis se subtrahentium fideliter notabit, & præsidenti capituli, in proximo capitulo extunc tenendo præsentabit.

De pane etiam, vino, cerâ, oleo, fiolis, manutergiis, & cæteris ad celebrationem divinorum ibidem necessariis sumptibus Collegii communibus, idem sub-custos secundum dispositionem custodis providebit, ita quod in omnibus honestas debita observetur.

Et quia secundùm ordinationem hujusmodi sub-custos qui pro tempore fuerit, præcentoris & sacristæ habet gerere vices; nequeatq; utrumq; officium peragere ut deceret, addendo ordinamus ut unus clericorum dicti collegii, quem custos & sub-custos sui periculo ad hoc ydoneum duxerint, sub-sacrista deputetur, qui horas consuetas pulsabit; ac etiam libros, vestimenta, vasa sacra, & alia utensilia & bona collegii prædicti, sub quadam Indenturâ inter sub-custodem & ipsum inde confectâ eidem liberanda diligenter custodiet, semel saltem in anno præfatis custodi & subcustodi de receptis hujusmodi redditurus rationem.

Jurabunt etiam singuli alii clerici una cum ipso pulsare, quotiens opus fuerit ad Missas, & ad alias horas in Ecclesiâ dicendas antedictâ.

Et cum præfatum collegium de Ecclesiâ de *Tonge* prædictâ, ob augmentum divini cultus ibidem præcipuè sit ascriptum, tam custos quam cæteri capellani, postquam recepti & admissi fuerint, moram in ipso collegio faciant continuam, divinis officiis pro diebus & horis competentibus debitè insistentes; ordinationes & statuta supra & infra-scripta; prout unumquemque eorum concernunt efficaciter amplectentes & perficientes.

Excusatur nempe custos à residentiâ continuâ, quotiens & quando ob gerenda Collegii negotia necessaria seu utilia se absentat: quod tamen sit moderandum decernimus, ut nullo modo si commocè fieri poterit, sit ipse custos, vel aliquis alius presbyter ipsius collegii absens in festis principalibus, majoribus quæ duplicibus, secundùm annotationem usus *Sarum*: nec poterit absentia custodis hujusmodi, nisi per causam legitimam vel inevitabilem excusari, nisi per duos menses in anno: & si amplius vacatio pro ratâ portione in utilitatem Collegii censeatur.

Nullus verò capellanorum aut ministrorum prædictorum extra collegium se transferat, seu absentet in noctibus. vel pro tempore quo *Matutinæ*, *Missæ*, *Vesperæ*, & cætere horæ canonicæ, vel alia statuta & consueta officia in Ecclesiâ prædictâ fuerint dicenda, nisi de licentiâ custodis, vel in ejus absentia sub-custodis totiens quotiens petitâ primitus optenta: quod si secus per aliquem capellanorum, aut ministrorum prædictorum attemptatum fuerit, ultra pœnam pro absentiâ hotarum inferius annotatam competens sibi per custodem, vel in ejus absentiâ per sub-custodem pœnitentia prò qualitate culpæ imponatur; quam si inobedienter contempserit, pœnam incurrat quæ contra incorrigibiles inferius est statuta.

Cumq; adeo exacta custodis & Capellanorum residentia, ad hoc specialiter statuta fuerit, ut officia divina in prætatâ Ecclesiâ promptius & honorificentius celebrentur, absedat pessimum accidiæ vicium, omnimoda procul pellatur desidia: capellani igitur qui præsentes fuerint in ipso collegio singulis horis canonicis, ceteriſq; statutis & consuetis officiis, omni post-positâ excusatione in ipsâ Ecclesiâ corporaliter sint præsentes, nisi infirmitate corporali, vel aliâ causâ legitimâ à custode, vel in ejus absentiâ à sub-custode acceptâ excusentur.

Custos verò, cùm circa negotia communia licet domi occupatus fuerit, sufficienter excusatus censetur, dum tamen hoc ex causâ non accidat affectatâ: ipse enim tanquam spectaculum & exemplar cæterorum, quantum magis commodè poterit, studeat suam præsentiam, in exequendis divinis officiis exhibere. Quilibet tamen capellanus dicti Collegii, causâ recreationis vel pro amicorum suorum visitatione, vel aliquâ causâ justâ & honestâ, per custodem primitùs approbatâ, excusari potest à residentiâ continuâ singulis annis per unum mensem in toto anno; non tamen continuum sed interpolatim, nisi distantia localis, vel alia causa justa & necessaria judicio custodis hoc exigat: quod quidem tempus volumus pro dispositione custodis sibi congruo tempore assignari:

ſignari : proviſo ſemper, quod duo ſimul de ipſis Capellanis à dicto Collegio nullatenus, modo quo præfertur, ſe abſentent. Capellanus verò qui extra caſus prædictos ſe abſentaverit, ſiquidem in *Matutinis*, *Miſſa*, vel *Veſperis*, pro qualibet earum unum Denarium : Si in quacunque cæterarum horarum, pro unaquaque earum unum obolum amittat de ſuo ſtipendio infraſcripto. Clerici verò in conſimilibus caſibus, in quibus eorum præſentia fuerit utilis vel neceſſaria; viz. quandocunque *Miſſæ*, *Matutinæ*, *Veſperæ*, vel aliquæ aliæ horæ Canonice prænotatæ ibidem cum Notâ fuerint dictæ, ſeu de ſtatutis dicendæ, ſi abſentes fuerint, dimidium tanti perdant; quam pœnam in utilitatem dicti Collegii volumus converti. Pueri verò, ſi qui fuerint, pro eorum abſentiâ per diſciplinam puniantur.

Si quis verò Capellanorum prædictorum per menſem vel ultra, præterquam in negotiis domus, & de conſenſu expreſſo cuſtodis, vel aliâ cauſâ legitimâ & excuſabili à cuſtode approbatâ ſe abſentaverit, licebit dicto Cuſtodi ſic abſentantem à Collegio prædicto, ſi hoc ſibi viſum fuerit amovere, & alium Capellanum ydoneum ſervicia Divina ibidem continuare volentem in eodem Collegio ſubrogare, ſive ponere loco ſuo.

Item quia ipſummet cuſtodem, ad quem cura pertinet animarum frequenter circa negotia, tam ſpiritualia quàm temporalia occupari continget, quo minus prædictæ curæ exercitium actualiter poterit adimplere; ordinamus & ſtatuimus, quod cuſtos predictus unum Capellanorum prædictorum quem ætate, moribus, & diſcretione maturiorem elegerit ad exercendam curam prædictam, & præſertim, ad Sacramenta & Sacramentaria miniſtranda Parochianis ejuſdem quotiens opus fuerit præficiat, qui Capellanus Parochialis nuncupetur; ipſumque præfectum amoveat, & alium præficiat pro ſuo libito voluntatis: Et quicunque illorum ſic præſentatus fuerit, curam prædictam cum diligentia exerceat obedienter ut tenetur.

Statuimus etiam & ordinamus, quod unus ex Capellanis prædictis, vel alius Clericus dicti Collegii, ſi Capellanus in hac parte habere non poterit in lecturâ, Cantu, & Grammatica competenter inſtructus, qui pro diſpoſitione cuſtodis, & ſanioris partis dicti Collegii, Clericos & alios Miniſtros Collegii, & ultra eoſdem pauperes juvenes ejuſdem villæ, ſeu de vicinis villis teneatur diligenter inſtruere; qui pro labore inſtructionis ſuæ ultra portionem ei ſpecialiter taxatam, ſive conceſſam, ſi curam officii ſupradicti per annum continuum geſſerit, de bonis ipſius Collegii dimidiam marcam percipiet; ſin autem pro ratâ temporis eidem fiat rationabilis ſatisfactio circa divinum officium in Eccleſiâ predictâ dignè & laudabiliter exequendum.

Hoc in Collegio volumus & præcipimus temporibus perpetuis obſervari, quod ſingulis diebus, exceptis tribus diebus proximis ante Paſcha, & quando *Matutinæ* premiſſariæ ibidem dicuntur, tempeſtivè ſaltem ad tardius in aurorâ diei, vel ſtatim poſt ſolis ortum, prout tempori convenerit, ſecundùm diſpoſitionem Cuſtodis, ipſo præſente, vel ipſo abſente ſubcuſtodis pulſetur ad *Matutinas* ſimpliciter, vel dupliciter, ſecundùm conſuetudinem Collegii prædicti, & extunc pulſationibus more loci, prout ſolempnitati diei convenerit debitè factis conveniant omnes Presbyteri dicti Collegii ad *Matutinas* & ad alias horas diei ſecundùm uſum *Sarum*, corde & voce diſtinctè, & cum pauſatione debitâ, cum Notâ vel ſine Notâ ſecundùm diſpoſitionem Cuſtodis dicendas; ita tamen, quod diebus dominicis & aliis feſtivis & ſolempnibus diebus dicantur *Matutinæ* de die cum Nota, niſi aliquo caſu probabili, ut viz. paucitate miniſtrorum, vel aliâ cauſâ excuſabili à cuſtode, eo præſente, vel à ſubcuſtode, cuſtode abſente acceptâ excuſentur. Omnibus verò *Matutinis* cum Notâ ut prædicitur dicendis, non ſolum omnes Capellani, ſed etiam ſinguli Clerici dicti Collegii intereſſe teneantur, deinde cæteras horas de die ſimul dicant, vel cantent in choro; & eis completis ſtatim Miſſa de beatâ *Mariâ* in Capellâ ex parte boreali dictæ Eccleſiæ, cum ſummâ devotione per unum eorum, qui ad hoc pro ebdomadâ per cuſtodem, vel eo abſente per ſub-cuſtodem deputatus fuerit celebretur: cui quidem Miſſæ, quando cum Notâ fuerit dicta, omnes Capellani & etiam Clerici dicti Collegii, cuſtode duntaxat excepto teneantur intereſſe, niſi pro meliore temporis expeditione aliqui illorum de Cuſtodis licentiâ medio tempore ad alia Altaria Miſſas ſuas tollerentur celebrare. Deinde reſervato uno Preſbytero viz. ebdomodario, prout pro ſeptimanâ ibidem deputatur, ad magnam Miſſam ipſius diei congruo tempore celebrandam, cæteriſque Miſſis pro fundatoribus & aliis benefactoribus dicti Collegii, prout inferiùs deſcribitur celebratis, celebrent altam Miſſam de die; quam verò Miſſam volumus ſingulis diebus cum Notâ celebrari, niſi cauſâ aliquâ inevitabili ſeu excuſabili à cuſtode, vel eo abſente à ſub-cuſtode acceptâ excuſentur: Ad quam etiam Miſſam dicantur Collectæ, prout intitulantur in ordine, ſecundùm uſum *Sarum* Eccleſiæ. In aliis verò Miſſis, ut in Miſſa cotidianâ beatæ *Mariæ*, & in Miſſâ pro fundatoribus & aliis benefactoribus ejuſdem Collegii, ſpecialiter, ut ſubſequitur, ordinatis, quas in ipſâ Eccleſiâ dicturi ſunt; volumus, quod pro animabus eorum, quorum nomina ſuperius ſunt expreſſa, & prædicti Domini Regis, ac noſtrorum prædictorum *Iſabellæ*, *Willi.* & *Walteri*, cum carnis debitum ſolverimus, patrumque & matrum, ac aliorum parentum & ſucceſſorum noſtrorum, cunctorumque benefactorum dicti Collegii, & quorum debitores exiſtimus omniumque fidelium defunctorum, illam ſpecialem Collectam, quæ ſic incipit; *Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, propitiare*, &c. dicere teneantur; & in principio omnium Miſſarum, pro eoſdem in dictâ Eccleſiâ celebrandarum, pro cunctis benefactoribus ejuſdem vivis & defunctis

ctis dicere debeant cum bonâ devotione *Pater noster* & *Ave Maria*. Diebus verò dominicis, quibus inter Missarum solemnia ad orationis instantiam per sacerdotes parochiales consuevit populus vulgariter incitari, post offertorium decantatum, Custos dicti Collegii, Capellanusvè Parochialis in hac parte, pro salute vivorum, & pro animabus fundatorum & benefactorum ejusdem, seu omnium fidelium defunctorum preces fieri faciat consuetas.

Item volumus & ordinamus, quod omni die per annum, exceptis tribus diebus proximis ante Pascha dicatur Missa de S. *Mariâ* in Capellâ ex parte boreali dictæ Ecclesiæ cum notâ, vel sine notâ per dispositionem Custodis: diebus tamen dominicis & aliis festivis & solempnibus, & præsertim in præsentiâ extraneorum, si commodè fieri poterit, cum Notâ celebretur, secundùm usum *Sarum* Ecclesiæ, cum Collectis sequentibus; Prima viz. Collecta de eadem; Secunda pro benefactoribus dicti Collegii vivis; scil. *Deus qui caritatis*; Tertia de omnibus Sanctis, quæ sic incipit, *Concede quæsumus Omnipotens Deus*; Quarta pro fundatoribus & benefactoribus defunctis; viz. *Deus cui proprium - - - -*; Quinta generalis pro vivis & defunctis, scil. *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul & defunctorum.* Et in fine cujuslibet Missæ de eadem Virgine ut prædicitur ibidem specialiter celebratæ, dicatur Evangelium *Missus est Angelus*, quando viz. idem Evangelium non fuerit prius dictum ibidem in Missâ prædictâ cum Oratione sequente, scil. *Graciam tuam*: Et singulis diebus dominicis, sic commode fieri poterit, pro fundatoribus & benefactoribus dicti Collegii, & animabus omnium fidelium defunctorum celebretur in dictâ Ecclesiâ una Missa de *Trinitate*; diebus verò Lunæ de *Sancto Spiritu*; diebus Martis *Salus populi*; Diebus Mercurii de *Angelis*; diebus Jovis de Corpore Christi; diebus Veneris de *Sanctâ Cruce*; & diebus Sabati de *Requiem* per aliquem Capellanum pro suâ ebdomodâ ad hoc deputatum; tantum, si oportuerit in aliquo dictorum dierum Missam Capitularem, ut de Dominicâ, Jejunio vigiliis, vel de aliquo sancto, & consimilibus ibidem celebrari, tunc pro Missâ pro tali die, ut præfertur intitulata, dicatur per Capellanum prædictum, si custodi placuerit, & copia aliorum Presbyterorum defuerit, illa Missa capitularis.

Et si insuper contigerit aliquem, seu aliquos prædictorum pauperum infirmari, aut debilitari, ita quod ad Ecclesiam prædictam pro Missis audiendis adire nequierint, seu nequiverint, extunc dictâ infirmitate, seu debilitate durante, dictus Capellanus seu alius, si tanta copia Capellanorum ibidem tunc fuerit, pro dispositione Custodis in Capellâ in domo pro dictis pauperibus per nos constructa, quolibet ebdomodâ tribus diebus, viz. *Die Dominici*, *Die Mercurii*, & *Die Veneris* coram eisdem pauperibus Missam celebrare teneatur. Cotidie verò horâ competenti pulsato ad *Vesperas* more loci simul conveniant omnes Capellani dicti Collegii, & *Vesperas* & *Completorium* de die simul dicant vel cantent pro dispositione custodis; & ante *Vesperas* vel post *Vesperas* ad arbitrium custodis dicant consuetum officium mortuorum, singulis viz. diebus, quibus idem officium secundùm usum *Sarum* Ecclesiæ fuerit dicendum; quodque illa Antiphona *Salve Regina*, vel aliqua alia Antiphona de S. *Maria*, quæ tempori convenerit, singulis diebus post *Completorium* de die, in ipsâ Ecclesiâ dictum cum Cantu, vel saltem sine Cantu, cum devotâ genuflexione dicantur: diebus tamen Dominicis, & aliis festivis & solempnibus diebus, quando viz. *Vesperæ* ibidem cum Notâ dicuntur ante Altare in Capellâ ubi Missa cotidiana ejusdem beatæ *Mariæ* ibidem celebratur cum Notâ duplici vel triplici, prout ipsos ablata fuerit inspiratum cum salutatione *Ave Maria* & oratione de eadem virgine cum Psalmo de *Profundis* & oratione *Absolve quæsumus.*

Volumus etiam & ordinamus, quod dies Anniversarios defunctorum subscriptorum solempniter singulis annis in dictâ Ecclesiâ celebrandos: scil. domini *Fulconis* de *Penbrugge* & *Margaretæ* uxoris ejus in crastino S. *Augustini Anglorum* Apostoli; & domini *Johannis Lodelowe* in die S. *Margaretæ* Virginis; & domini *Thomæ Peytevine* in die S. *Machuti* Confessoris; & *Radulphi Lyngane* & *Margeriæ* uxoris ejus in die S. *Andreæ* Apostoli, vel infra duos dies proximos sequentes.

Dies etiam Anniversariorum, obitus nostrum præfatæ *Isabellæ*, *Willielmi Mosse* & *Walteri Swan*, cum contigerint; in quibus Anniversariis, prout decet, diebus prædictis devotè celebrandis, plenum servicium mortuorum juxta modum tali tempore anni usitatum in Vespere & in Crastino unam Missam per unum illorum ad hoc specialiter per Custodem, eo præsente, vel ipso absente per sub-custodem deputatum dicere teneantur.

Quemlibet insuper prædictorum pauperum, postquam ad dictum Collegium ut præfertur admissus fuerit & receptus, quolibet die, si in eodem Collegio præsens fuerit, nisi causa gravis infirmitatis aut debilitatis, vel aliâ causâ justa & probabili excusari poterit, unam Missam vel duas ad minus ibidem audire teneatur; & etiam cotidie, si ibidem, ut præmittitur præsens fuerit, vel ad alia loca de custodis licentiâ se transtulerit, nisi infirmitate vel debilitate, aut aliâ causâ justâ ut præfertur & excusabili fuerit impeditus, dicat pro cunctis benefactoribus dicti Collegii vivis & defunctis ter quinquies orationem dominicam, & totidem Salutationem Angelicam, & tribus vicibus communem Symbolum meliori modo quo sciverint, unacum aliis precibus & suffragiis, prout pro salute suæ & animarum quibus tenetur, melius noverint expedire, & prout divinitus sibi fuerit inspiratum.

In exequendis verò officiis ecclesiasticis, tam Custos quàm alii Presbyteri dicti Collegii in habitu se exhibeant uniformes; *viz.* à Festo S. *Michaelis* quousque *Gloria in excelsis* incipiatur in Vigilia Paschæ.

Ut

Ut autem tam Cuſtos, quàm cæteri Capellani ejuſdem deſuper capis nigris, cum ſuperpelliciis & almiciis nigris, more Vicariorum in præfatâ Eccleſiâ *Sarum*, exceptis illis feſtis duplicibus, quæ ex ſuâ ſolemnitate Proceſſionem habent adjunctam, & aliis duplicibus Feſtis in Dominicis contingentibus ad Proceſſionem & ad Miſſam tantum, in quibus uti poſſint, capis ſericis, prout in Ordinali *Sarum* continetur: Et à prædictâ vigilia Paſchæ uſque in craſtinum S. *Michaelis*, dicti Cuſtos & Capellani in ſuper-pelliceis, cum almiciis appareant; Cuſtos tamen, cum ſibi honeſtum & expediens Collegio videbitur, uti poteſt, almiciis more Canonicorum in prædictâ Eccleſiâ *Sarum*.

De hujuſmodi verò habitu providebit ſibi quilibet Capellanorum propriis ſumptibus etiam in primo ingreſſu ſuo, dum tamen in facultatibus ſit ſufficiens: alias verò liberetur ſibi pecunia quæ ad hoc ſufficiat, de communi; quæ tamen cedat in partem ſolutionis ſtipendii ſui dicto anno percipiendi: Et ſi fortè infra annum, vel in fine primi anni receptionis ſuæ, ſeu poſtea à collegio receſſerit, & relinquat ibi prædictum habitum, & proinde fiat eidem rationabilis allocatio ſecundùm communem deliberationem, prout equitas ſuadebit.

Quilibet verò dictorum Capellanorum, poſtquam admiſſus & perpetuatus in dicto Collegio fuerit, contra formam prædictam infra chorum, pro officiis eccleſiaſticis ibidem exequendis, ſine habitu prædicto, ut prædictum eſt, ſe exhibere præſumpſerit; pro tempore quo ſic ſine habitu prædicto, ut prædicitur intraverit & remanſerit tanquam abſens cenſeatur; pœnamque contra abſentes ab horis Canonicis in præſenti ordinatione inſtitutam ſubeat niſi de licentiâ cuſtodis, causâ juſtâ & probabili excuſetur.

Cuſtos verò & Capellani prædicti infra manſum, pro morâ eorum per nos deputatum inſimul cohabitent, ac etiam converſentur; infra quod etiam manſum cameras habeant decentes & amplas, in quibus tanquam in eorum communi dormitorio dormiant & recubant, Cuſtode primum & principalem locum ſive cellam obtinente; ſub-cuſtode, prout ſibi placuerit ſecundùm; deinde Prioris tempore, quod de ſtallis in Choro, & cæteris ſtationibus & ſeſſionibus, & aliis prærogativis ubilibet obſervetur: Et in eventum quo in dormitorio aut cameris prædictis alterum alteri loqui contigerit, ſecreto eloquio duntaxat utantur.

Claves quoque ulterioris oſtii manſi prædicti de nocte penès cuſtodem, ſi præſens fuerit, alias verò penès ſub-cuſtodem remaneant firmiter cuſtodiendas.

Menſam verò communem habeant dicti Cuſtos & Presbyteri, & ſimul in unâ domo veſcantur; nec cuiquam ipſorum extra ipſam domum in cibo aut potu miniſtretur, niſi corporalis infirmitas hoc exigat, aut alia cauſa legitima & honeſta à cuſtode approbata.

Cum autem ad prandendum ſive cenandum convenerint, Cuſtos ſi præſens fuerit; ſin autem alius, qui magnam Miſſam illius diei ibidem celebraverit cibum benedicat. Poſt refectionem verò gratias deo reddere, & pro ſalute vivorum & animabus fundatorum, & benefactorum dicti Collegii omniumque fidelium defunctorum, preces ad hoc ordinatas & confectas cotidie facere non omittant: & quotiens commodè fieri poterit aliquam ſacram lectionem in prandio audiant: per hoc enim ædificantur animæ ad bonum, & prohibentur quæ frequenter in menſis interponi ſolent fabulæ ocioſæ; quod per unum de Clericis ſive Choriſtis convenienter alternatim poterit expediri.

Statuimus inſuper & ordinamus, quod Cuſtodi & cuilibet de Capellanis in eſculentis & poculentis & aliis dicto Hoſpicio neceſſariis honeſtè ſecundùm diſpoſitionem Cuſtodis & Seneſchalli Hoſpicii, qui pro tempore fuerit, ſumptibus ipſius Collegii miniſtretur.

Ut autem præmiſſa cum uberiori induſtriâ procedant, ordinamus, quod ſingulis quartenis aut annis ſit unus ipſorum Capellanorum quem Cuſtos ad hoc elegerit Seneſcallus, qui de victualibus & expenſis Hoſpicii, ſecundùm ordinationem & ſuperviſionem Cuſtodis benè & utiliter diſponat, & fideliter miniſtret; & ea ſingulis ſeptimanis pro tempore adminiſtrationis ſuæ, die aliquo ad hoc ordinato redigat in ſcripturam; ita quod in fine temporis ſuæ adminiſtrationis, coram cuſtode & diſcretioribus Presbyteris Collegii antedicti promptam & rectam de omnibus reddere valeat rationem.

Proviſiones verò victualium, per debitam Cuſtodis induſtriam, vel alium ejus nomine, in quantum commodè fieri poterit, fiant, ſemper præ manibus temporibus oportunis.

Ut autem diſtractionis, quantum honeſtè fieri poterit amputetur materia, à ſuperinductione extraneorum pro viribus obſtineant ſe fratres, Mulieres quantumcunque honeſtas, non niſi pro raro & ex causâ probabili introducant, vel introducat aliquis eorundem. Mulieres verò quantumcunque modicè ſuſpectas nullo modo introducant, vel introducat eorum aliquis. Si quem verò extraneum ſic introductum refectionem ibidem ſumere contigerit, pro qualibet refectione, ſi in majore menſâ fuerit tres denarios; ſi in minori unum denarium cum obolo introducens ipſum, de proprio vel in fine ſeptimanæ refundere teneatur: alias verò de ſuo ſtipendio tantundem detrahatur in ſuſtentationem convivarum penitùs convertendos.

Si verò cariſtia victualium, vel etiam dignitas hoſpitis hoc poposcit, eſtimationes refectionum hujuſmodi proportionaliter arbitrio Cuſtodis, & ſanioris partis ſociorum limitentur. Si autem pro communi utilitate Collegii ſupervenerit, vel introductus fuerit aliquis, de communi ſatisfietur. Nulli igitur eorundem presbyterorum liceat quemcunque hoſpitem ultra unum diem ad menſam introducere niſi fortè contigerit, quod conſanguineus, amicus, vel notus alicujus dictorum presbyterorum

byterorum fuerit, qui de remotis partibus causâ visitationis seu recreationis vel quacunque aliâ causâ legitimâ & honestâ illuc superveniat; quem tamen sic supervenientem ultra duos dies intra dictum Collegium hospitare, vel ad mensam ducere non præsumat, nisi per Custodem & saniorem partem super hoc specialiter fuerit dispensatum; hoc tamen observato, quod semper in omnibus prædictis casibus, licentia Custodis si præsens fuerit, & eo absente licentia Sub-Custodis priùs petita obtineatur.

Nullus etiam presbyter vel Clericus dicti Collegii venationi clamosæ indulgeat, vel cuicunque alii venationi, aut aucupationi, præsertim pro tempore quo *Matutinis*, *Missis* & aliis horis Canonicis, seu cæteris statutis & consuetis officiis ibi interesse debeat; nec canem aliquem venaticum sibi specialiter ascriptum quovis exquisito colore infra septa Collegii teneat, nisi per consensum Custodis & confratrum, aliquâ causâ probabili & honestâ unanimiter sibi fuerit concessum: Si quis autem presbyter talia fecerit in gravamen Custodis vel, aliorum, seu onerationem domus prædictæ, & super hoc ter per Custodem correptus manum contempserit correctricem, à societate presbyterorum sine strepitu judiciali, & figurâ, omni postpositâ appellatione, penitùs segregatur.

Item volumus, quod Custos, Capellani & Clerici, tam domi morando, quàm etiam ad loca remotiora se transferendo utantur indumentis & apparatibus congruis & honestis, salvâ semper gradus sui & ordinis honestate. Singulis verò annis, si commodè fieri poterit, vestiantur Custos & Capellani indumentis seu robis unius sectæ, ita quod temporibus congruis, & præsertim in præsentiâ extraneorum, prout eis magis honestum videbitur exhibere se possint in vestibus uniformes.

Clerici etiam in eorum indumentis simili modo se habeant, & hoc de suis propriis stipendiis.

De bonis ipsius Collegii pro vestitu & salario suo percipiet Custos singulis annis nomine stipendii sui ultra expensas, pro victualibus suis in mensâ eorum communi percipiendas decem marcas: Et quilibet Capellanorum prædictorum, ultra expensas in mensâ communi prædictâ percipiendas, pro vestitu & salario quatuor marcas, ad Festa Annunciationis beatæ *Mariæ* & S. *Michaelis*, vel infra mensem proximum sequentem aliquod Festorum prædictorum, cum aliis proficuis & emolumentis ad ipsos pro Missis triennalibus, obitibus, aut in Testamento eisdem legatis quibuscunque ex donatione populi proventuris. Clerici verò & alii pueri sive Choristæ quicunque per Custodem infra Collegium prædictum, ut præfertur admissi vel admittendi, capiant pro eorum necessariis de communi, secundùm eorum habilitatem, & prout inter custodem & eosdem melius poterit conveniri.

Subcustos insuper, quicunque pro tempore fuerit, & Presbyter quem ad regimen Curæ Parochiæ prædictæ, ut præmittitur Custos præfecerit, & etiam Senescallus qui cotidianas expensas Hospicii prædicti diligenter superviderit, quilibet eorundem, si curam officii sui prædicti per annum continuum gesserit, ultra portionem ei specialiter taxatam sive concessam, percipiet dimidiam marcam terminis supradictis; alioquin pro ratâ temporis eisdem seu eorum cuilibet rationabilis fiet satisfactio.

Clerici verò supradicti Custodi & Presbyteris prandentibus, cum oportuerit ministrabunt, quibus postea in secundâ mensâ competens refectio ministretur, qui etiam certis anni temporibus, cum necessarium & expediens fuerit, maximè mensibus *Julii* & *Augusti*, pro fructibus colligendis & in orreo recondendis, temporibus quibus non intersint divinis officiis prædicto Custodi intendentes fiant.

Quilibet insuper prædictorum pauperum per me prædictam *Isabellam*, dum vixero, & post mortem meam per Custodem dicti Collegii, quì pro tempore fuerit infra Collegium prædictum, ut præfertur admissus, vel admittendus, singulis annis nomine portionis suæ, pro victu, vestitu, & aliis necessariis suis, de bonis ipsius Collegii per manus Custodis ejusdem unam marcam *Sterlingorum* in pecuniâ numeratâ percipiet, vel bonis aliis dicti Collegii in vero valore, ultra mansionem suam ibidem capiendam: sic tamen, quod dicti pauperes, de bonis hujusmodi dicti Collegii in partem solutionis pecuniæ, eis nomine portionis suæ debitæ liberatæ contententur, & non aliter nec alio modo; *viz.* in Festo Nativitatis domini, Paschæ, Nativitatis S. *Johannis Baptistæ* & S. *Michaelis*, vel infra mensem proximum sequentem aliquod Festorum prædictorum, sub portionibus adequatis, una cum aliis proficuis & emolumentis eisdem ex donatione Christi fidelium proventuris.

Et si facultates Collegii prædicti excreverint, seu possessiones aliquas titulo emptionis, donationis, vel legati, seu alio titulo licito & honesto, de novo adquisierint, ita quod fructus & proventus ejusdem Collegii ad valorem annuum Centum marcarum se extendent; quod extunc quilibet pauperum prædictorum de portione sic ut præmittitur augmentatâ; percipiet annuatim dimidiam marcam terminis superius annotatis in augmentum portionis suæ prædictæ, pro indumentis & aliis necessariis superius sibi assignatæ. Et si insuper facultates Collegii prædicti quocunque titulo licito & honesto de novo excreverint, ut prædictum est, ita quod fructus & proventus ejusdem ad valorem annuum Centum librarum vel amplius se extendant; extunc quilibet dictorum pauperum de bonis ejusdem Collegii communibus, per manus Custodis ejusdem qui pro tempore fuerit, percipiet annuatim in universo duas marcas *Sterlingorum* in pecuniâ numeratâ, vel aliis bonis dicti Collegii in vero valore, ultra mansionem suam prædictam, terminis supradictis, eisdem ut præmittitur fideliter distribuendis.

Volumus præterea & ordinamus, quod de bonis Collegii antedicti una Lampas decens & honeſta, cum oleo bono adimpleta coram ſummo Altari Eccleſiæ prædictæ, ardens, dum divinum ibidem celebratur officium, & de nocte etiam, ſi neceſſe fuerit: Et etiam aliud lumen competens & neceſſarium, utpote cerei; & aliæ candelæ competentes inveniantur. Cuſtos verò quaſcunque domos dicto Collegio; ac etiam Presbyteris, Clericis, pauperibus, & aliis miniſtris ejuſdem neceſſarias reficere & conſervare dicti Collegii ſumptibus teneatur.

Si verò cuſtos in ſolutione ſtipendiorum & portionum prædictorum, terminis defecerit ſuperius expreſſis, per dominum *Covent.* & *Lich.* Epiſcopum, tanquam tranſgreſſor præſentis ordinationis noſtræ Canonicè puniatur; niſi idem Cuſtos aliquem illorum pro ſuis exceſſibus, negligentiis & defectibus, præcipuè circa divinum officium commiſſis, de aſſenſu ſanioris partis ſociorum multaverit in ſubtractione alicujus pariis ſummæ pecuniæ ſupradictæ, ad quod ſibi liberam concedimus facultatem, vel etiam niſi aliâ cauſâ probabili, & legitimâ ſe poterit excuſari.

Habeat inſuper dictum Collegium Sigillum commune pro cartis & literis communem utilitatem concernentibus, ex unanimi deliberatione et conſenſu Cuſtodis & confratrum inde conſignandis, cum impreſſione ymaginis *S. Bartholomæi* Apoſtoli, unacum ymagine cujuſdam militis ex parte unâ, & ymagine Dominæ ex parte alterâ genefle&tentium, & cum uno ſcuto de Armis *Fulconis* de *Penbrugge* militis, & mei prædictæ *Iſabellæ* in eodem Sigillo, ſubtus pedes ymaginis dicti Apoſtoli impreſſatis: in cujus quidem Sigilli circumferentiâ ſcribatur, SIGILLUM COMMUNE S. BARTHOLOMEÆI APOSTOLI de TONGE. Et ciſtam etiam commu nem habeant cum duabus ſeruris, diverſas & diſſimiles firmaturas vel wardas habentibus, cum duabus clavibus, quarum nulla niſi unam ſeruram cui appropriata ſit valeat aperire: quarum clavium unam penès Cuſtodem, & aliam penès conſocios volumus permanere: infra quam Ciſtam Sigillum commune antedictum, una-cum Cartis, Indenturis, & aliis munimentis & ſecretis Collegii ordinamus, ſub ſeraturis, ut præmittitur ſalvo cuſtodire; ita quod nullus ad ſigillandum, conſignandum, ſeu ad extrahendum aliqua munimenta in eadem Ciſtâ conſiſtentia, niſi de expreſſo conſenſu Collegii antedicti temerè manus apponat.

In prædictâ etiam Ciſtâ theſaurus Collegii, qui ultra impenſas Collegii, & locorum ad ipſum pertinentium ſuperfuerit reponatur.

Habeant inſuper Capellani aliam Ciſtam, in quâ clavis eorum prædicta, & aliæ Indenturæ & munimenta, penès eoſdem ſpecialiter remanentia, & ſtatum domus concernentia tutè cuſtodiantur, ſub tribus, viz. diverſis clavibus; quarum una in Cuſtodis cuſtodiâ, et altera in ſub-cuſtodis; tertia verò in alterius dicti Collegii Presbyteri ad hoc magis ydonei, per reliquos ſocios dicti Collegii electi cuſtodia remanebunt fideliter conſervanda; hoc ſuper omnia diſtrictè obſervato, quod quotienſcunque contigerit aliquem dictorum Presbyterorum, cui aliquæ dictarum clavium, ut prædictum eſt committitur cuſtodienda; ad loca remotiora ſe transferre, ipſam clavem ſibi ſic commiſſam, extra metas & precinctum dicti Collegii nullatenus aſportabit; ſed eandem clavem penès aliquem ſociorum ſuorum, Presbyterorum ejuſdem Collegii, de conſenſu Cuſtodis, pro tempore abſentiæ ſuæ dimittet; ita quod quicunque oportuerit ſcriptum aliquod ſeu munimentum ad opus vel utilitatem dicti Collegii cum dicto Sigillo Communi ſigillari, vel aliquam aliam ſcripturam dicti Collegii, pro neceſſariis ejuſdem expediendis inſpici & ſcrutari, dicti Capellani, ſub obedientiæ jugo claves prædictas penès ſe remanentes, ſine murmure & contradictione aliquâ obedienter cuſtodi teneantur exhibere.

Ad hæc diſtrictè prohibemus ne prædicti Cuſtos & Presbyteri corrodia, liberationes, vel penſiones quaſlibet vendant, donent, vel qualitercunque concedant, vel rem aliquam immobilem ad Collegium prædictum ſpectantem, vel jus aliquod ad idem ſpectans quomodolibet alienet, ſed hoc penitùs eiſdem interdicimus per præſentes.

Si quis verò Cuſtos, vel alius Presbyter Collegii prædicti alicujus corrodii liberationis vel penſionis, venditioni, donationi, vel conceſſioni conſenſerit, vel aliquam aliam rem immobilem, ad dictum Collegium, ut prædicitur ſpectantem; vel jus aliquod ad ipſum ſpectans alienaverit, vel alienationi conſenſerit, ab omni beneficio, & Collegio prædicto ſe noverit ipſo facto, niſi forſitan hujuſmodi conceſſio vel alienatio, cauſâ permutationis faciendâ, vel alia juſtâ cauſâ de conſenſu patroni & auctoritate loci Dioceſani furit ad evidentem & fructuoſam utilitatem Collegii prædicti.

Volumus inſuper, ut infirmis confratribus, vel ſeneo, ſeu alia debilitate confractis, de cibariis & aliis vitæ neceſſariis eis congruentibus, cum humanitate debitâ miniſtretur; nec ea occaſione quicquam ſibi de communis aut ſtipendiis ſuis ſubtrahatur, ſed magis habundantius ſi neceſſitas exigerit ſuccurratur eiſdem; ita quod, ſicut nec ob infirmitatem vel defectum temporalem, ita nec ob perpetuam eſt quiſquam confratrum à Collegio expellendus, niſi ex operibus ſuis illicitis ad celebrationem divinorum inhabilem ſe reddiderit, vel aliud beneficium Eccleſiaſticum aſſecutus fuerit: aut ex redditibus temporalibus ad valorem annuum ſex marcarum ſibi ſuppetant facultates; quibus caſibus, ſi cuſtodi placuerit ab ipſo expellatur Collegio, & alius idoneus ſibi, prout convenit ſubrogetur.

Quotiens fratres ingrediunt locum ipſorum capitularem, expeditis hiis quæ tanguntur ibidem, conferunt ad invicem an à tempore præcedentis capituli aliquod emerſerit corrigendum; & ſi quidem levis exceſſus fuerit per

per quemquam, viz. fratrum commissus, per Custodem si præsens fuerit, vel sub-custodem, in absentiâ Custodis, assistentibus sibi reliquis confratribus corrigatur.

Gravia verò crimina vel excessus nunquam nisi in Custodis præsentiâ reformentur, nisi forsan Custos diu abfuturus fuerit, & periculum sit in morâ, Si verò inter fratres vertatur in dubium de corrigendo excessu, an gravis sit an levis, præsentia custodis, ut præmittiur expectetur, Si autem adeo grave crimen fuerit, ut committens efficiatur irregularis, vel pro perpetuo sit suspensus; ut quia commissit homicidium, vel ob propriam culpam, qualitercunque se inhabilitaverit, tunc, quia etiam post peractam penitentiam, etiamsi peccatum fuerit occultum, non potuit in ordine suo ulterius ministrare, recedat à Collegio; vel si res notoria sit per confessionem coram fratribus emissam, vel alio modo, protinus expellatur.

Si autem fuerit tale crimen, quod post peractam penitentiam permittat committentem in suo ordine ministrare; ut Adulterium, incestus, perjurium, falsum testimonium, Sacrilegium, furtum, aut rapina & similima, & hoc coram fratribus humiliter confessus fuerit, vel alias coram loci ordinariis, suisvè officialibus judicialiter fuerit convictus, poterit per custodem & confratres, si eis expediens visum fuerit, post peractam vel inceptam penitentiam sibi injunctam in executione sui ordinis & officii tolerari, præstito tamen per eum primitùs juramento corporali, quod nunquam idem crimen, vel aliquid tale illicitum de cætero attemptabit. Quod si fecerit, & super hoc per custodem & confratres, vel aliter, ut præfertur, per quenquam de ordinariis suiis convictus fuerit, à Collegio protinus expellatur.

Si verò in alio crimine minore convictus fuerit; ut simplici fornicatione, inobedientiâ, rebellione, rixâ vel contumeliâ erga Custodem suum, vel inter fratres seu alios servientes Collegii; vel gulâ ebrietate assiduis & similibus; binâ vice per Custodem vel sub-custodem corripiatur: Et si tertiâ vice super eisdem convictus fuerit, à domo tanquam incorrigibilis expellatur, nullo alio cujuscunque ordinarii judicio hoc casu, vel precedentibus expectato; sed etsi in aliquo prædictorum casuum convictus non fuerit, ut præfertur, sed veri similiter de quocunque crimine vel excessu hujusmodi sit suspectus; tunc indicatur per custodem sibi purgatio, vel manu propriâ, vel cum adjunctis manibus pluribus vel paucioribus, prout vehementior aut mitigatior exorta fuerit suspicio contra eum; quam sic indictam si suscipere non curaverit, seu susceptam in formâ sibi indicta non perfecerit; pro convicto penitus habeatur, nullâ appellatione, querelâ, aut alio juris remedio ei quomodolibet valituris: quibus omnibus juris remediis in admissione ipsorum, sub debito juramento tunc præstando penitus renuncient, & specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialem.

Si verò contra aliquem prædictorum pauperum aliquorum supradictorum criminum, rebellium, sive excessuum infamia vel suspitio sit exorta, consimilem pœnam subeat, quoad correctionem, reformationem & remotionem ejusdem, prout in correctione, reformatione, & remotione Capellanorum confratrum dicti Collegii superius est expressum.

Si insuper, quod absit, contra ipsum Custodem alicujus talis criminis vel excessus, infamia, vel suspitio sit exorta, cum honestate exortentur eum fratres, ut materia scandali seu suspitionis excutiat, & subducat: Et si binâ vice sic exortatus hoc facere neglexerit, denuntietur Episcopo per aliquem de confratribus de crimine vel excessu hujusmodi, per ipsum Episcopum, prout secundùm Deum & justitiam videbitur Canonicè puniendus.

Quod si per dictum Episcopum sic correptus & correctus, ab hujusmodi crimine vel excessu se abstinere noluerit; vel si alias ad illicita declinaverit, & correctionis debitæ contempserit medicinam, absque aliquâ contradictione seu obstaculo appellationis per ipsum interponendæ, ab Ecclesiâ & Collegio prædictis per loci ordinarium expellatur, judiciale strepitu seu figurâ in hac parte nullum locum penitùs obtenturis.

Si quisquam de fratribus ex solâ causâ voluntaria Collegium deserere proposuerit; per sex menses ante recessûm ipsius propositum suum hujusmodi custodi & confratribus manifestare etiam sub juramenti vinculo, ut præfertur, teneatur, ut sic saltem congruè deliberare valeant de Capellano idoneo sibi cum recesserit subrogando: sin autem infra prædictos sex menses de suâ recessione hujusmodi, absque præmunitione custodi & confratribus in formâ prædictâ inde debitè factâ ab ipso Collegio recesserit, & moram suam usque in finem dictorum sex mensium, prout debuit ibidem facere seu continuare neglexerit, vel saltem renuerit, totam portionem stipendii sui amittat, quam pro illo dimidio anno habiturus fuisset si moram suam ibidem, prout tenebatur continuare seu perficere non destitisset.

Et nolumus quod ego prædicta *Isabella*, aut etiam dictus *Ricardus Penbrugge* vel heredes sui, vel aliquis aliquo nomine nostro seisinam terrarum aut tenementorum, reddituum, possessionum vel profectuum quorumcunque ad sustentationem Collegii & Presbyterorum prædictorum, per nos aut successores nostros collatorum, seu conferendorum tempore Vacationis ipsius custodiæ, aut alicujus Cantariæ in Ecclesiâ prædictâ qualitercunque ipsas vacare contigerit, aliqualiter occupemus vel occupent, per se vel per alios; nec de ipsis seu rebus aut bonis quibuscunque ad Ecclesiam sive Collegium prædictum spectantibus aliqualiter se intromittant, nec etiam manus opponant quovis quæsito colore nec etiam quicquam aliud exigant in Ecclesiâ vel Collegio prædicto, vel de eâ aut eo nisi Orationum suffragia tantummodo, & ea quæ per præsentem nostram ordinationem eisdem sunt

ſpecialiter aſſignata; ſalvâ tamen nobis poteſtate reformandi, addendi, diminuendi, corrigendi, mutandi, modificandi, declarandi, & diſpenſandi cum prædictis ordinationibus & ſtatutis, quotiens, qualiter, & quando nobis durante vitâ noſtrâ neceſſarium juſtum viſum fuerit vel honeſtum.

In cujus rei teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa: Datis apud Tonge nono die menſis *Martii*, Anno Dom. Mccccx°. Et Anno Regni Regis *Henrici* Quarti poſt Conqueſtum xii°.

Nos igitur *Johannes* miſeratione divinâ *Covent.* & *Lich.* Epiſcopus, conſiderantes dilectorum noſtrorum in Chriſto *Iſabellæ* quæ fuit Uxor *Fulconis de Penbrugge* Militis, *Willielmi Moſſe*, & *Walteri Swan* prædictorum tantæ devotionis fervorem, quæ ad divini cultus agumentum hactenus obtinuerunt, & obtinent in præſenti, præmiſſa ordinationes & ſtatuta ſic ut præfertur per ipſos *Iſabellum. Willielmum* & *Walterum* facta, pio paterno affectu primitus acceptantes; præfataque ſtatuta & ordinationes, rationabilia, pia & juſta reputantes, ipſa omnia & ſingula, & contenta in eiſdem, auctoritate noſtrâ pontificali, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, tenore præſentium auctorizamus, approbamus, ratificamus, ſtatuimus, & ordinamus, & ex certâ noſtrâ ſcientiâ confirmamus: Salvâ inſuper nobis & ſucceſſoribus noſtris poteſtate interpretandi, reformandi, addendi, diminuendi, corrigendi, mutandi, modificandi, declarandi & diſpenſandi cum prædictis ordinationibus & ſtatutis, quotiens, qualiter & quando nobis aut ſucceſſoribus noſtris neceſſarium, juſtum viſum fuerit vel honeſtum.

In quorum omnium & ſingulorum fidem, teſtimonium & perpetuam memoriam præſentes literas noſtras ordinationem ſubſcriptam infra ſe plenius continentes, per Notarium publicum infraſcriptum noſtrorum, in hac parte Actorum ſcribam ſubſcribi & publicare mandavimus, ac noſtri appenſione Sigilli fecimus communiri. Data & acta ſunt hæc quoad dictæ ordinationis confirmationem, prout ſupraſcribuntur & recitantur in Capellâ noſtrâ infra manerium noſtrum de *Heywode* dictæ noſtræ Dioc. ſituatâ, anno ab Incarnatione Domini ſecundum curſum & computationem Eccleſiæ *Anglicanæ*, M° Ccccxi°. Indictione quarta, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris Domini *Johannis* Divinâ providentia Papæ xxiii anno primo, menſis *Martii* die xxvii. præſentibus tunc ibidem venerabilibus viris Magiſtris *Henrico Davy*, Archidiacono *Stafford*, *Willielmo Neuport*, Canonico Eccleſiæ Cathedraſis *Lich.* Et *Johanne Pulford* Canonico Eccleſiæ Collegiatæ S. *Cedde*, *Salop.* Dicti *Cov.* & *Lich.* Dioc. Ac multis aliis teſtibus ad præmiſſa vocatis Specialiter & Rogatis.

ECCLESIA

Collegiata de Fodringhey *in Com.* Northamptoniæ.

Carta Regis Henrici *Quarti, de Primâ Fundatione & dotatione ejuſdem.*

Pat. 13 H.4. part. 1. m. 14. Videſis etiam Pat. 4 H. 6. p. 2. m. 1.

Ex omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod nos caritatis & devotionis fervore ſuccenſi, cupienteſque cultum divinum, dum vitam Duxerimus in humanis, ad laudem & decorem nominis illius, qui proſpera cuncta largitur, & nulla bona irremunerata relinquit, adaugerè; ut cum nos ab hac luce terrenâ ſumus orbati, luce perpetuâ in ipſius conſpectu qui vera lux eſt congaudere valeamus, quoddam Collegium perpetuum in quodam ſolo, ſex acras terræ continente, infra procinctum dominii chariſſimi conſanguinei noſtri *Edwardi*, Ducis *Eboraci* de Fodringhey, in Comitatu *Northamptoniæ* ſituatas; quod quidem ſolum ab eodem conſanguineo noſtro per Cartam ſuam nobis, hæredibus & aſſignatis noſtris in hac parte factam adquiſivimus, in honore glorioſiſſimæ Virginis *Mariæ* genetricis Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & omnium Sanctorum, de certis perſonis ſecularibus; viz. de uno Magiſtro, duodecim Capellanis, octo Clericis, & treſdecem Choriſtis, vel infra numerum illum, divina pro ſalubri ſtatu noſtro, & chariſſimæ conſortis noſtræ *Johannæ* Reginâ *Angliæ*, ac *Henrici* principis *Walliæ* filii noſtri primogeniti, & ceterorum liberorum noſtrorum, ac præfati conſanguinei noſtri, & *Philippæ* conſortis ſuæ, dum vixerimus; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; ac pro animabus chariſſimi Domini & Patris noſtri *Johannis* nuper Regis *Caſtellæ*, & *Legionis*, & Ducis *Lancaſtriæ*: Necnon chariſſimæ matris noſtræ *Blanchiæ*, ac nuper conſortis noſtræ *Mariæ*, & *Edmundi* nuper Ducis *Eboraci*, & *Iſabellæ* conſortis ſuæ, ac animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ſtatuta & ordinationes in hac parte faciendas inibi celebraturis imperpetuum, de aſſenſu dicti conſanguinei noſtri quem ſimul nobiſcum imprimis in tam pio negotio participare, & tanquam alterum fundatorem perpetuum ejuſdem Collegii eſſe volumus, fundare, facere & ſtabilire intendimus; ac per præſentes fundamus, facimus & ſtabilimus perpetuis, annuente Deo, temporibus duraturum. Volentes & concedentes, pro nobis & hæredibus noſtris, quod Magiſter & Capellani, Clerici & Choriſtæ in prædicto Collegio pro tempore exiſtentes, & ſucceſſores ſui *Magiſter & Collegium Beatæ* Mariæ *& omnium Sanctorum de* Fodringhey *imperpetuum nuncupentur*. Et

quod

quod Magiſter, Capellani, Clerici & Choriſtæ Collegii prædicti ſimiliter, pro tempore exiſtentes & ſucceſſores ſui per nomen vel ſub nomine Magiſtri & Collegii Beatæ *Mariæ* & omnium Sanctorum de **Fodyngbey** ſint perſonæ habiles, capaces & perpetuæ, ad impetrandum, recipiendum, & adquirendum omnimoda terras, tenementa, redditus, ſervicia, proficua, Eccleſias, emolumenta, jura & poſſeſſiones ſpiritualia & temporalia, tam de nobis & hæredibus noſtris quàm de aliis perſonis quibuſcunque, licet ea immediatè de nobis vel hæredibus noſtris per Baroniam, vel per ſervicium Militare, aut alio modo quocunque teneantur, & ea ingrediendo abſque licentiâ à perſonâ noſtrâ vel hæredum noſtrorum impetrandâ, ſive optinendâ, eiſdem Magiſtro & Collegio & ſucceſſoribus ſuis, pro ſuſtentatione ſuâ poſſidendas & retinendas imperpetuum.

Et quod iidem Magiſter & Collegium & eorum ſucceſſores habeant unum commune Sigillum pro negotiis & agendis ſerviturum: Et quod ipſi & ſucceſſores ſui poſſint placitare & implacitari, ac proſequi omnimodas cauſas, quærelas & actiones reales, perſonales & mixtas, cujuſcunque generis ſint vel naturæ; & ad reſpondendum vel defendendum in eiſdem coram judicibus Secularibus & Eccleſiaſticis quibuſcunque.

Et ulterius volumus & concedimus per præſentes, pro nobis & hæredibus noſtris dictis Magiſtro & Collegio; quod ipſe dictum ſolum ſex acrarum terræ, tam pro Eccleſia dicti Collegii, ac aliis domibus, ac ædificiis eidem neceſſariis, quàm pro manſis Magiſtri & ſingularium perſonarum ipſius Collegii, & aliis neceſſariis ſuis in eodem ſolo conſtruendis habeant & teneant eiſdem Magiſtro & Collegio & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum.

Et inſuper ad effectum quod perſonæ dicti Collegii, in celebratione hujuſmodi Deo perpetuo famulaturi, melius manuteneri valeant & ſuſtentari, de aſſenſu dominorum ſpiritualium & temporalium, ac communitatis Regni noſtri *Angliæ* in præſenti Parliamento exiſtentium, dedimus, conceſſimus, & aſſignavimus, & per præſentes damus concedimus & aſſignamus Magiſtro & Collegio prædictis, in auxilium ſuſtentationis perſonarum in eodem degentium, ac officiariorum & famuliarium ſuorum, quandam annuam ſummam ſexaginta & ſeptem librarum ſex ſolidorum & octo denariorum, quam *Johannes Cheigne* Chivaler nobis annuatim poſt Feſtum Paſchæ proximo futurum guerra inter nos & illos de *Francia* motâ durante, reddere tenetur pro cuſtodia maneriorum de **Newent & Kyngſtone**, temporalium Prioratus de **Newent** cum pertinentiis in Com. *Glouceſtriæ* & **Hereford**; ac Abbathiam Beatæ *Mariæ*, de **Cormeiles** alienigenam ſpectantium, in manu noſtrâ occaſione guerræ prædictæ exiſtentium, & percipiendam dictis Magiſtro & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis, dictam annuam firmam ſexaginta & ſeptem librarum, ſex ſolidorum & octo denariorum, poſt dictum Feſtum Paſchæ per manus dicti *Johannis Cheigne* & Executorum ſuorum, ac aſſignatorum ſuorum, & aliorum quorumcunque Firmariorum ſive occupatorum eorundem maneriorum; viz. medietatem ejuſdem firmæ ad Feſta Sancti *Michaelis*, & alteram medietatem inde ad Feſta Paſchæ, guerrâ prædictâ durante.

Et ulterius de aſſenſu prædictorum dominorum & communitatis conceſſimus, & per præſentes concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, præfatis Magiſtro & Collegio; quod ſi maneria prædicta cum pertinentiis, aut eorum alterum, ſeu aliqua poſſeſſionum ſpiritualium, ſive temporalium cum pertinentiis ad dictum Prioratum de **Newent** ſpectantium; vel aliqua poſſeſſionum ſpiritualium aut temporalium cum pertinentiis ad Prioratum de *Anebury* in Com. *Wilt.* qui eſt cella Abbatiæ S. *Georgii* de **Baukervill** in *Normaniâ* in manu noſtrâ occaſione guerræ prædictæ ſimiliter exiſtentium qualitercunque ſpectantium, aut aliqua parcella poſſeſſionum ipſarum per ſurſum-redditionem, aut mortem firmariorum ſive firmarii, vel occupatorum ſive occupatoris prædictarum poſſeſſionum ſpiritualium aut temporalium ad prædictum Prioratum de **Newent** ſpectantium, vel alicujus parcellæ earundem, ſive per ſurſum redditionem aut mortem firmarii ſeu occupatoris dictarum poſſeſſionum ſpiritualium aut temporalium ad dictum Prioratum de **Anebury** ſpectantium, vel alicujus parcellæ earundem, ſeu per reſtitutionem, ſive reſtitutiones literarum noſtrarum patentium dictorum firmariorum vel occupatorum, aut eorum alicujus, de firmis ſuis, ſeu de firmâ ſuâ in hac parte ſibi inde confectorum, eiſdem Magiſtro & Collegio, vel ſucceſſoribus ſuis inde faciendis, aut pro non ſolutionibus, ſive non ſolutione firmarum ſuarum, aut firmæ ſuæ in hac parte debitis, ſive per impotentiam firmariorum aut occupatorum prædictorum, vel alicujus eorundem; vel per reſumptionem generalem ſeu ſpecialem eorundem Prioratuum & poſſeſſionum eiſdem ſpectantium, aut alicujus eorundem auctoritate Parliamenti, vel aliâ viâ vel causâ quacunque ad manus noſtras vel hæredum noſtrorum deveniant, ſeu devenire debeant, eiſdem Magiſtro & Collegio & ſucceſſoribus ſuis immediatè remaneant; & quod ipſi in eiſdem ingrediantur, & Prioratus illos ac poſſeſſiones ſpirituales & temporales quaſcunque ad eoſdem ſpectantes, & quamlibet parcellam earundem, habeant & teneant ſibi & ſucceſſoribus ſuis, ſimul cum juribus, rebus, & pertinentiis ſuis quibuſcunque, guerra prædicta durante, abſque aliquo nobis vel hæredibus noſtris inde reddendo, in ſuſtentationis ſuæ incrementum, & abſque impedimento vel impetitione noſtri vel hæredum noſtrorum, aut miniſtrorum noſtrorum quorumcunque, & abſque aliquâ licentiâ à nobis vel hæredibus noſtris inde optinenda, ſine aliquâ proſecutione nobis vel hæredibus noſtris impoſterum in hac parte facienda.

Præterea

Præterea ſi contingat Prioratus prædictos, ſimul cum poſſeſſionibus eiſdem pertinentibus, de aſſenſu & conceſſione Abbatum & conventuum Abbathiarum prædictarum dictis Magiſtro & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis, per nos minimè amortizatos & appropriatos exiſtere; tunc de aſſenſu eorundem dominorum & communitatis, volumus & conceſſimus ac licentiam dedimus, & per præſentes concedimus & licentiam damus, pro nobis & hæredibus noſtris tam Abbati & Conventui dicti loci de **Cormeiles** & eorum ſucceſſoribus, quod ipſi quandocunque ſibi placuerit per ſcriptum ſuum commune, dictum Prioratum de **Newent**, cum omnibus dominiis, maneriis, Eccleſiis, juribus, terris, tenemenits, redditibus, ſerviciis, portionibus, penſionibus, feodis militum, advocationibus eccleſiarum, & aliorum beneficiorum quorumcunque, juriſdictionibus, viſibus franciplegii, francheſiis, immunitatibus, quietanciis, conſuetudinibus, & libertatibus cum pertinentiis, ac aliis rebus & poſſeſſionibus ſpiritualibus & temporalibus quibuſcunque eidem Prioratui de **Newent**, qualitercunque & ubicunque annexis, ſeu pertinentibus, ſive ad eundem ſpectantibus, dare poſſint & concedere, ac de Monaſterio ſuo de *Cormeiles* transferre, quam Abbati & Conventui prædicti loci S. *Georgii* de **Baukerville** & eorum ſucceſſoribus; quod ipſi, quandocunque eis placuerit per ſcriptum ſuum commune dictum Prioratum de **Anebury**, cum omnibus dominiis, maneriis, Eccleſiis, juribus, terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, portionibus, penſionibus, feodis militum, advocationibus Eccleſiarum, & aliorum beneficiorum quorumcunque, juriſdictionibus, viſibus franciplegii, francheſiis, immunitatibus, quietanciis, conſuetudinibus, & libertatibus cum pertinentiis, ac aliis rebus & poſſeſſionibus ſpiritualibus & temporalibus quibuſcunque dicto Prioratui de **Anebury** qualitercunque & ubicunque pertinentibus, annexis, ſive ſpectantibus, ſimiliter dare poſſint & concedere, ac de Monaſterio ſuo S. *Georgii* de **Baukervill** transferre Magiſtro & Collegio prædictis, & eorum ſucceſſoribus, ac ipſorum Eccleſiæ ſive Collegio beatæ *Mariæ* & omnium Sanctorum de **Fodringheye** ſupradictæ; habendum & tenendum Prioratus prædictos, ac omnia & ſingula præmiſſa ad eoſdem Prioratus & eorum quemlibet ſpectantia, ſive pertinentia, præfatis Magiſtro & Collegio & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ dicti Collegii in liberam puram & perpetuam elemoſinam, in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum, & in partem dotationis ſuæ & Collegii ſupradicti.

Et eiſdem Magiſtro & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi à præfatis Abbate & Conventu dicti loci de **Cormeiles** & ſucceſſoribus ſuis prædictum Prioratum de **Newent** cum omnibus & ſingulis rebus, poſſeſſionibus, juribus, & pertinentiis ſpiritualibus & temporalibus prædictis eidem Prioratui qualitercunque & ubicunque, ut præmittitur annexis, pertinentibus, ſive ſpectantibus, quàm à dictis Abbate & Conventu S. *Georgii* de **Baukerville** & ſucceſſoribus ſuis, dictum Prioratum de **Anebury**, cum omnibus & ſingulis rebus, poſſeſſionibus, juribus, & pertinentiis prædictis quibuſcunque eidem Prioratui de *Anebury* qualitercunque & ubicunque, ut prædictum eſt, annexis, pertinentibus ſive ſpectantibus, recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis Magiſtris & Collegio dicti loci beatæ *Mariæ* & *Omnium Sanctorum* de **Fodringheye**, & Eccleſiæ ſuæ ibidem in formâ prædictâ, ſicut prædictum eſt imperpetuum, abſque aliquâ aliâ proſecutione vel licentiâ erga nos vel hæredes noſtros ulterius in hac parte faciendâ impetrandâ, vel optinendâ, & abſque aliquo nobis vel hæredibus noſtris inde ſolvendo ſive reddendo, licentiam pro nobis & hæredibus noſtris ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut aliquo alio ſtatuto ſive ordinatione in contrarium factis; aut reſtrictione in ultimo Parliamento noſtro facto ſive habito; ſeu eo quod poſſeſſiones alienigenarum infra poteſtatem noſtram exiſtentes pro expenſis Hoſpicii noſtri aſſignentur; ſeu eo quod dictæ Abbathiæ de **Cormeiles** & S. *Georgii* de **Baukerville** & ſimiliter dicti Prioratus de **Newent** & **Anebury**, aut ipſarum Abbathiarum aliqua vel ipſorum Prioratuum aliquis de fundatione progenitorum noſtrorum quondam Regum *Angliæ* & patronatu noſtro exiſtat vel exiſtant; aut eo quod prædictus Prioratus de **Newent**, aut aliqua poſſeſſionum eidem pertinentium Abbati & Conventui præfatæ Abbathiæ S. *Georgii* de **Baukervill** & eorum Monaſterio in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſeu pro divinis celebrandis, elemoſinis diſtribuendis, aut hoſpitalitate tenendâ vel alio onere ſpirituali ſive temporali qualitercunque & ubicunque ſupportanda per progenitores noſtros dati, conceſſi, ſive collati aut data conceſſa vel collata fuerunt, ſeu aliâ causâ quacunque non obſtante.

Et inſuper pro majori ſecuritate dictorum Magiſtri & Collegii, ut perſonæ ejuſdem divinis inibi quietius intendere valeant, & altiſſimo cum tranquillitate famulari, diſponere & ordinare volentes, de aſſenſu dictorum dominorum & communitatis conceſſimus, & per præſentes concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem Magiſtro & Collegio, quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum ſint quieti & exonerati erga nos & hæredes noſtros de omnimodis oneribus, annuitatibus, apportis, redditibus, exactionibus, firmis, & arreragiis firmarum & apportorum; necnon de decimis, quintiſdecimis, ſubſidiis, contributionibus, quotis & tallagiis quibuſcunque nobis per Clerum *Cantuarienſis* Provinciæ, ſive per Clerum *Eboracenſis* Provinciæ, ſeu per communitatem regni noſtri *Angliæ*; vel eorum aliquem conceſſis, aut nobis vel hæredibus noſtris in futurum per Cleros & communitatem prædictos, ſeu eorum aliquem exnunc concedendos, quolibet ſive earum qualibet, tum ratione perſonæ Magiſtri dicti Collegii, & ſingu-

ſingularum perſonarum pro tempore degentium in eodem; & ſimiliter ratione quorumcunque bonorum, ſive Catallorum dicti Collegii per ipſos jam habitorum & optentorum & impoſterum per ipſos & ſucceſſores ſuos optinendorum, quàm ratione ſive causâ dictorum Prioratuum, ac terrarum, tenementorum, Eccleſiarum, jurium, rerum & poſſeſſionum ſpiritualium & temporalium eiſdem ſeu eorum alteri pertinentium ſive ſpectantium, & cujuſlibet parcellæ eorundem quandocunque & qualitercunque iidem Magiſter & Collegium inde poſſeſſionati fuerint; ac ratione ſive causâ omnium & ſingulorum terrarum, tenementorum, reddituum Eccleſiarum, portionum, penſionum & poſſeſſionum ſpiritualium & temporalium, quæ eiſdem Magiſtro & Collegio per nos ad præſens collata, data, conceſſa vel aſſignata exiſtunt; & ſimiliter quæ iidem Magiſter & Collegium & eorum ſucceſſores ex collatione, conceſſione, donatione, vel aſſignatione noſtrâ aut hæredum noſtrorum, ſeu aliorum quorumcunque de cætero ſunt habituri & optentari.

Et ſimiliter de eodem aſſenſu conceſſimus, & per præſentes concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, præfatis Magiſtro & Collegio, quod ipſi & ſucceſſores ſui, ac omnes & ſinguli homines & tenentes dominiorum, maneriorum, terrarum, & tenementorum, & poſſeſſionum ſpiritualium & temporalium quorumcunque eiſdem Magiſtro & Collegio qualitercunque & ubicunque collatorum, donatorum, conceſſorum, ſive aſſignatorum, ſeu conferendorum, donandorum, concedendorum, ſive aſſignandorum, quieti ſint imperpetuum pro terris & tenementis ſuis, ac bonis & Catallis ſuis venalibus & aliis, & eorum quibuſlibet infra dominia & poteſtatem noſtra, de omnimodis theoloniis, muragiis, picagiis, laſtagiis ſtallagiis, pontagiis, paſſagiis, pavagiis, cariagiis, priſis & chimanagiis, ac geldis, miſericordiis, ſectis Comitatuum & Hundredorum, ac de murdris & latrociniis quibuſcunque.

Et quod iidem Magiſter & Collegium, & ſucceſſores ſui ſimiliter habeant imperpetuum tam omnimoda Catalla felonum & fugitivorum, utlagatorum, & wayviatorum pro quacunque causâ, ac felonum de ſe, & viſus Franci plegii, ac quicquid ad hujuſmodi viſus pertinet; ac fines & amerciamenta de omnimodis hominibus & tenentibus omnium & ſingulorum dominiorum, maneriorum, terrarum, tenementorum, poſſeſſionum & feodorum eiſdem Magiſtro & Collegio, tam jam collatorum ſive conceſſorum, quàm impoſterum conferendorum ſive concedendorum, & de omnibus reſidentibus infra eadem dominia, maneria, terras, tenementa, poſſeſſiones, & feoda quàm omnimoda forisfacturas, annum, diem & vaſtum, & eſtreppamentum, & quicquid ad nos vel hæredes noſtros pertinere poterit de anno, die, vaſto, eſtreppamento & forisfacturis infra dominia, maneria, terras, tenementa, poſſeſſiones, & feoda illa omnia & ſingula qualitercunque accidentia, & etiam caſura, ſive coram nobis aut alio quocunque Juſticiario vel miniſtro noſtro vel hæredum noſtrorum, ſeu alterius cujuſcunque, & in quacunque Curiâ adjudicata ſive adjudicanda fuerint, quanquam dicti tenentes non ſint integri tenentes ipſorum Magiſtri & Collegii, aut ſucceſſorum ſuorum, ſeu iidem tenentes, ac dicti homines & reſidentes, officiarii ſeu miniſtri noſtri vel hæredum noſtrorum exiſtant, ſeu eorum aliquis exiſtat.

Et ſimiliter, quod iidem Magiſter & Collegium & ſucceſſores ſui habeant imperpetuum infra omnia & ſingula dominia, maneria, terras, tenementa, poſſeſſiones & feoda prædicta, tam per ipſos jam habita, quàm per eoſdem & eorum ſucceſſores optinenda, libertates de Infangenthef & Outfangenthef, ac omnia catalla confiſcata & confiſcanda; & catalla vocata Wayf & Stray; & omnimoda catalla vocata manuopera cum quacunque perſona in eiſdem capta, et impoſterum capienda & per eandem perſonam coram quocunque judice de advocanda; ita quod dicti Magiſter & Collegium, & ſucceſſores ſui, per ſe & ballivos ac miniſtros ſuos omnia & ſingula hujuſmodi catalla fellonum & fugitivorum, utlagatorum, wayviatorum, felonum de ſe, catalla confiſcata, & catalla vocata manuopera & Wayf & Stray; necnon forisfacturas, annum, diem, vaſtum & eſtrappamentum ſupradicta, & quicquid ad nos vel hæredes noſtros de hujuſmodi anno, die, vaſto, eſtreppamento, & forisfacturis ac catallis prædictis, & eorum quolibet pertinere poterit, levare, percipere & habere poſſint: Et quod liceat eiſdem Magiſtro & Collegio, & eorum ſucceſſoribus, ballivis & miniſtris ſuis ponere ſe de eiſdem & eorum quolibet in ſeiſinam; & ea retinere, licet per miniſtros noſtros, vel hæredum noſtrorum perantea ſeiſita fuerint, abſque occaſione, impedimento vel impetitione noſtri vel hæredum noſtrorum, aut Juſticiariorum, Vicecomitum, Eſcaetorum, vel aliorum ballivorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunque, reſtrictione prædictâ, aut aliquo præmiſſorum, ſeu eo quod valor libertatum, quietanciarum, francheſiarum, ac ſex acrarum terræ ſupradictarum per nos eiſdem Magiſtro et Collegio ſic conceſſarum, aut valor annuus dicti Prioratus de Aneburp, cum omnimodis poſſeſſionibus et rebus eidem pertinentibus, cujus cuſtodiam *Johanni Rome* Clerico, pro quinquaginta et quinque libris, ſex ſolidos et octo denarios inde annuatim ſolvendis commiſimus; ſeu valor annuus Eccleſiarum de Newent, Bekford, & Dymmok, quæ ſunt poſſeſſiones ſpirituales ad prædictum Prioratum de *Newent* ſpectantes, pro quibus dictus *Johannes Cheyne* & *Thomas Horſton* Clericus; nuper firmarii earundem, Centum & quinquaginta marcas nobis annuatim reddere tenebantur in literis noſtris præſentibus, juxta formam cujuſdam ſtatuti, per nos nuper editi minimè ſpecificatur; aut aliquo alio ſtatuto ſive ordinatione in contrarium edito, ſive aliâ causâ quacunque ſimiliter non obſtante. In cujus, &c. T. R. apud *Weſtm.* xviij°. die *Decembris*.

Licentia

Licentia regia pro ampliori dotatione ejuſdem.

Pat. 3 H. 5. p. 2. m. 43. REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod nos conſiderantes grandia onera & expenſas, quæ cariſſimus conſanguineus noſter *Edwardus* Dux *Ebor.* nuper ſupportabat & ſuſtinebat, tam circa dotationem Collegii de *Fodringhay*, ac edificationem ejuſdem, quam circa ordinationem ſuam, ad deſerviendum nobis in præſenti viagio noſtro, unde ipſe diverſis perſonis, ut aſſerit, indebitatus exiſtit; ſic, quod ipſe in magnâ dubitatione & deſperatione exiſtit de complemento bonorum ſuorum, propoſiti, voluntatis & intentionis, ad reverentiam Dei, circa dictum Collegium, ſi ipſe per nos in hac parte minimè confortetur & ſubveniatur: Nos eo prætextu, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato conſanguineo noſtro, quod ipſe de maneriis de **Faſterne**, **Wotton** *Vetus*, **Tokenham**, **Thelwoꝛth**, **Wynterboꝛne**, **Compton**-*Baſſet*, & **Sevenhampton** in Com. *Wilteſ.* cum omnibus pertinentiis ſuis, unacum advocatione Eccleſiæ de **Tokenham** prædictâ, & de villâ de **Wotton**-*Burgus*, & de Hundredo de **Hiwoꝛth** & **Cricklade** cum pertinentiis in Com. prædicto; & de manerio de **Doghtone** in Com *Glouceſtriæ* cum ſuis pertinentiis; & de manerio de **Anſty** in Com. *Hertfordiæ*, cum advocatione Eccleſiæ de **Anſty**, cum omnibus ſuis pertinentiis; & de maneriis de **Noſſyngton** & **Yarwell** cum omnibus ſuis pertinentiis in Com. *Noꝛth.* & de Caſtro manerio & villâ de **Fodꝛinghay** cum omnibus ſuis pertinentiis in eodem Comitatu; & de caſtro villâ & manerio & villâ de **Stanſfoꝛd** cum omnibus ſuis pertinentiis; & de villâ & ſocâ de **Gꝛantham** cum omnibus ſuis pertinentiis in Com. *Lincoln.* & de Caſtro & manerio de **Conesburgh**, **Baiſwell**, **Clifton**, **Hattefeld**, **Fiſhlake**, & **Thoꝛne**, cum omnibus ſuis pertinentiis in Com. *Ebor.* quæ de nobis tenentur in Capite, feoffare poſſit *Henricum* Epiſcopum *Wynton.* *Thomam* Epiſcopum *Dunelm.* *Walterum Hungerford* Chivalier, *Rogerum Flore* de *Okham*, *Petrum* de *Mavan* ligeum noſtrum de *Vaſconi*ì, *Johannem Laurens*, *Johannem Ruſſell* de Com. *Hereford*, *Henricum Bracy* de *Fodringhay*, & *Johannem Wykes*: habendum & tenendum præfatis Epiſcopo, *Waltero*, *&c.* hæredibus & aſſignatis ſuis imperpetuum, de nobis & hæredibus noſtris per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum, *&c.* ita quod præfatus conſanguineus noſter per feoffamentum prædictum, chevanciam ſuam neceſſariam facere poſſit in complementum propoſiti, voluntatis, & intentionis ſuorum prædictorum; eo quod Caſtra, maneria, villæ, Hundredum, ſoca, & advocationes prædicta cum ſuis pertinentiis præfato conſanguineo noſtro, ut filio & hæredi *Edmundi* nuper Ducis *Ebor.* deſcenderunt, & pro defectu hæredis maſculi præfati *Edmundi*, nobis revertibilia exiſtunt, non obſtante. In cujus, *&c.* T. Rege apud **Southampton** quinto die *Auguſti.*

Conventiones de novâ ſtructurâ hujuſmodi Eccleſiæ.

THis Endenture maad bitwix Will. Wolſton **Sqwier**, Thomas Pecham **Clerke Commiſſaris** foꝛ the **hy and myghty Pꝛince, and my right** redouthid **Loꝛd**, the **Duc** of Yorke **on the too part**: and Will. Horwod **Free-maſon dwellyng in** Fodringhey **on the tother part**: **wytneſſith, that the ſame** Will. Horwod **hath granthid and undretaken**; **and by thiſe ſame has indenthid, graunts, and undertakes to mak up a new body of a Kirk joyning to the Quire of the College of** Fodringhey, **of the ſame hight and bꝛede that the ſaid Quire is of: and in lenght iiii xx. fete fꝛo the ſaid Quere** donward **withyn the Walles, a metyerd of** England **accounthid alwey foꝛ iij fete. And in this Cuvenant the ſaid** Will. Horwod **ſhal alſo wel make all the ground-werk of the ſaid body, and take hit and void hit at his own coſt, as latlay hit ſuffiſantly as hit ought to be by overſight of Maiſters of the ſame Craft, which ſtuff ſuffiſantly oꝛdeigned foꝛ him at my ſeide Loꝛd's coſt, as longeth to ſuch a werke. And to the ſaid body he ſhall make two Iſles, and tak the ground . . . . . hem in wiſe afoꝛeſaid, both the Iſles accoꝛding to heght and bꝛede to the Iſles of the ſaide Quere, and in height to the body afoꝛeſaid; the ground of the ſame body and Iſles to be maad within the ende under the ground-table-ſtones with rough ſtone; and fꝛo the ground-table-ſtone bo . . . . . ments; and alle the remanent of the ſaid body and Iſles unto the full hight of the ſaid Quire with clene hewen Aſhler altogedir in the outer ſide unto the full hight of the ſaid Quire: and all the inner ſide of rough-ſtone, except the bench-table-ſtones, the ſoles of the Windows, the Pillars and Chapetrels that the Arches and Pendants ſhall reſt upon, which ſhal be altogedir of Free-ſtone wꝛoght trewly and dewly as hit ought to be.**

And in eche Iſle ſhal be Wyndows of Free-ſtone, accoꝛdyng in all poynts unto the Wyndows of the ſaid Quire, ſawf they ſhal no bowtels haf at all. And in the Weſt-end of aither of the ſaid Iſles, he ſhal mak a Wyndow of four lights, accoꝛding altogedir to the Wyndows of the ſaid Iſles. And til aither Iſle ſhall be a ſperware enbattailement of Free-ſtoon thꝛowgh out, and both the ends enbattailled butting upon the Stepill. And aither of the ſaid Iſles ſhal have ſir mighty

Ex ipſo autogr. penès *Will. Pierpont* de Thoꝛesby in Com. *Nott.* ar. an. 1669.

Botraſſe

Botrasse of Fre-stone, clen-hewyn; and every Botrasse kynisht with a kymal, accoyding in all points to the kymals of the said Quere, sake only that the botrasse of the body shalbe moye large, moye strong and mighty than the botrasse of the said Qwere.

And the Cler-stoyy both withyn and without shal be made of clene Assheler growndid upon ten mighty Pillars, with four respounds; that ys to say two above joyning to the Qwere, and two benethe joyning to the end of the sayd bodye. And to the two respownds of the sayd Qwere shal be two perpeyn-walls joyning of Free-stone, clen wroght; that is to say oon on aither side of the myddel Qwere doye; and in either wall thyee lyghts, and lavatoyis in aither side of the wall, which shall serve foy four Auters, that ys to say oon on aither side of the myddel doye of the said Qwere; and oon on either side of the said Isles.

And in eche of the said Isles shal be side Arches abof the Stepill, and abof every Arche a wyndow, and every wyndow of four lyghts, accoyding in all points to the wyndows of the clere-stoyy of the said Qwere. And either of the said Isles shall have six mighty Arches butting on aither side to the clere-stoyy, and two mighty Arches butting on aither side to the said Stepull, accoyding to the Arches of the said Qwere, both yn table-stones and crestis, with a sqware embattailment therupon.

And in the Noyth side of the Chirche the said Will. Horwode shall make a Poyche; the owter side of clene Assheler, the inner side of rough stone, conteining in length xij fete, and in hyede as the botrasse of the said body wol soeffre; and in hight accoyding to the Isle of the same side, which resonable lights in aither side; and with a sqware embatailment above.

And in the South side to the Cloystre-ward another Poyche joyning to the Doye of the said Cloystre, beryng wideneste as the botrasse wol soeffre; and in hight betwixt the Chirch and the said ..... Doye, with a Doye yn the West side of the said Poyche to the Town-ward; and in aither side so many lights as will suffice: and a sqware enbattaillement above, and in hight accoyding to the place where hit is set.

And in the West end of the said body shall be a Steppll standyng ..... the Chirche upon thyee strong and mighty Arches vawthid with stoon; the which Steepil shall haf in lenght iiij^{xx} fete after the mete-yard, thyee fete to the yard above the ground-table-stones, and xx fote sqware withyn the walls, the walles beryng fix fote thickneste abof the said ground table-stones. And to the hight of the said body hit shall be sqware with two mighty botresses joyning thereto, oon in aither side of a large Doye, which shall be in the West end of the same Stepill.

And when the said Stepill cometh to the hight of the said bay ..... then hit shall be chaungid and turnyd in viij panes, and at every Scouchon a boutrasse kynysht with simal accoyding to the kymals of the said Qwere and Body; the said Chapell embattailled with a sqware embattailment large: and abof the Doye of the said Stepill a wyndow rysing in hight al so high as the gret Arche of the Stepill, and in hyede as the body will issue. And in the said Stepill shall be two floyes, and abof either floye viij clere-stoyial windows set yn the myddes of the walle, eche window of thyee lights, and alle the owter side of the Stepill of clen wroght Fre-stone; and the inner side of rough ston. And in the said Stepill shall be a Vice towrnyng, servyng till the said Body, Isles and Qwere, both beneth and abof, with alle mannere other werke necessary that longyth to such a Body, Isles, Stepill and Poyches, allo well noght comprehendit in this Endenture, as comprehendit and expressyd.

And of all the werke that in thise same Endenture is devised and rehersyd, my said Loyd of Yorke shall fynde the carriage and stuffe; that ys to say Stone, Lyme, Sonde, Ropes, Boltes, Ladderis, Tymbre, Scaffolds, Gynnes, and all manere of Stuffe that longeth to the said werke, foy the which werke well, truly, and duly to be made and fynisht in wyse as it ys afoye devised and declaryd, the sayd Will. Horwode shall haf of my said Loyd CCC$^{li.}$ Sterlingues: of the which summe he shall be payd in wise as hit shall be declaryd hereafter; that ys to say when he hath takyn his ground of the sayd Kirke, Isles, Botrasse, Poyches and Stepill, hewyn and set his ground table-stones, and his ligements, and the wall thereto withyn and without, as hit ought to be well and duly made, then he shal haf vj$^{li.}$ xiij.$^{s.}$ iiij$^{d.}$ And when the said Will. Horwode hath set oo fote abof the ground-table-stone, also well throughout the outer side as the inner side of all the said werke, then he shal haf payment of an C$^{li.}$ Sterling; and so foy every fote of the

ſeid werke, attir that hit be fully wroght and ſet, as hit ought to be, and as it is afore devyſed, till hit come to the full hight of the highest of the fymals and batayllment of the ſeyd body, hewyng, ſettyng and reyſing . . . of the Steple, attyr hit be paſſyd the highest of the Embattaillment of the ſayd Body, he ſhall but xxx$^{s.}$ Sterlingues till hit be fully endyd and perfornyd, in wiſe as hit is afore devyſed.

And when alle the werk abof written, reherſyd and deviſed is fully fynisht, as hit ought to be; and as hit is above accordyd and devyſed betwix the ſeyd Commiſſaris and the ſayd William: then the ſeyd Will. Horwode ſhall haf full payment of the ſayd CCC$^{li.}$ Sterling if any be due, or left unpayd thereof untill hym: And during all the ſayd werke the ſeid Will. Horwode ſhall nether ſet mo nor fewer Free-Maſons, Rogh Setters ne Leyes thereupon, but as ſuch as ſhall be ordeigned to haf the governance and oferſight of the ſaid werke undre my Lord of Yorke well ordeign him and aſſigne him for to haf.

And yf ſo be, that the ſeyd Will. Horwode mak nought full payment of all or any of his Workmen, then the Clerke of the Werke ſhall pay him in his preſence and ſtoppe als mykyll in the ſaid Will. Horwode hand, as the payment that ſhall be dewe unto the Workemen comyth to.

And duryng all the ſeyd Werke the Setters ſhall be choſyn and takyn by ſuch as ſhall haf the governance and overſight of the ſayd Werke by my ſeid Lord; they to be payed by the hand of the ſaid Will. Horwode, in forme and manner abofwrytten and devyſed. And yf ſo be that the ſayd Will. Horwode wol complayn and ſay at any time, that the two ſayd Setters or any of hem be noght profitable ne ſuffiſant Workemen for my Lordy's avayle; then by overſight of Maſter-Maſons of the Countre they ſhall be demyd: and yf they be found faulty or unable, then they ſhall be chawnghyt, and other takyn and choſen in, by ſuch as ſhall haf the governance of the ſayd Werke by my ſayd Lordy's ordenance and commandement.

And yf hit ſo be that the ſayd Will. Horwode make noght full end of the ſayd Werke withyn terme reaſonable, which ſhall be lymit him in certain by my ſaid Lord, or by his Counſeil in forme and manere, as is afore-written and devyſed in thiſe ſame Endentures, then he ſhall yeilde his body to Priſon at my Lordy's wyll', and all his movable goods and heritages at my ſayd Lordy's diſpoſition and ordenance. In wytnes (&c.) the ſayd Commiſſaries, as the ſayd Will. Horwode to theſe preſent Endentures haf ſett their Sealles enterchangeably, &c. the xxivth. day of Septembre, the yere of the Reign of our Sovereign Lord King Henry the Sixt, after the Conqueſt of England xiii.

ECCLESIA

Collegiata de Stoke-Clare *in agro* Suffolcienſi.

Bulla Martini *PP. erectionem Prioratus de* Stoke-Clare *Ord. S.* Bened *per* Johannem *PP.* XXIII. *Factam, Ratificans.*

Ex Vet. Cod. MS. in Bibl. *Cotton. Vitellius*, D. 13. fol. 79. a.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo *Lincolnienſi* ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sincera devotionis affectus quem dilectus nobilis vir *Edmundus* Comes *Marchiæ* ad nos & *Romanam* gerit Eccleſiam promeretur, ut votis ſuis, illis præſertim, quæ ex devotionis fervore prodire, & in Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum quietem & commodum vergere conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus favorabiliter annuamus: Exhibitâ ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Comitis Petitio continebat, quod olim bonæ memoriæ *Baltaſſar* Epiſcopus *Tuſculanenſis*, tunc *Johannes* XXIII. in ſuâ obedientiâ, de quâ partes illæ tunc erant nuncupatus, Eccleſiam de Stoke *Norwicenſis* Dioceſis, quæ tunc Prioratus ordinis S. *Benedicti*, & per progenitores ipſius Comitis funditus fuerat, ex certis rationabilibus cauſis animum ſuum ad hoc, ut dixit, moventibus, chariſſimi in Chriſto filii noſtri *Henrici* Regis *Angliæ* illuſtris ad hoc accedente conſenſu, & dicto Comite eidem Epiſcopo tunc *Johanni* XXIII. ſuper hoc humiliter ſupplicante, in Collegiatam Eccleſiam Canonicorum ſecularium erexit, & in eâ certum numerum ſecularium Canonicorum, quorum unus Decanus exiſteret, prout exiſtit, inſtituit; certaſque alias ordinationes circa hoc fecit & obſervari voluit, prout in literis dicti Epiſcopi tunc *Johannis* XXIII. ſuper hoc confectis pleniùs dicitur contineri. Quare, pro parte ejuſdem Comitis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut pro majori commodo & quiete Decani & Canonicorum Eccleſiæ prædictæ, erectionem & inſtitutionem prædicta, ac omnia & ſingula alia circa eas facta, & in dictis literis contenta, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, de benignitate Apoſtolicâ

licâ dignaremur: Nos igitur commodum & quietem ſingulorum, & præſertim Eccleſiaſticarum perſonarum intenſis deſideriis affectantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus; quatinus, ſi tibi de dictis literis & aliis ita eſſe conſtiterit, erectionem & inſtitutionem prædictas, ac omnia & ſingula alia in eiſdem literis contenta, prout ritè & providè facta & ordinata ſunt, auctoritate noſtra confirmes, ac ſuppleas omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan evenerint, in eiſdem, non obſtantibus omnibus illis, quæ dictus Epiſcopus, tunc *Johannes* XXIII. in hujuſmodi literis non obſtare voluit, & aliis contrariis quibuſcunque. Datis *Florentiæ* Sexto Kal. *Maii* Pontificatus noſtri anno Tertio.

Statuta & Ordinationes Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Johannis Baptiſtæ *de* Stoke *juxta* Clare Norwicenſis *Dioceſis, facta & edita per honorabilem virum Magiſtrum* Thomam Barneſlay *ejuſdem Eccleſiæ Decanum, vice, auctoritate & mandato illuſtris principis Domini* Edmundi *de* Mortuomari *Comitis* Marchiæ & Ultoniæ, *ac domini de* Wygemore & *de* Clare, *dicti Collegii primi fundatoris & Patroni, ex vi & vigore cujuſdam indulti Apoſtolici, eidem illuſtri principi hac parte ſpecialiter facti & conceſſi, ac per reverendum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum* Ricardum *Dei gratiâ* Lincolnienſem *Epiſcopum eadem auctoritate Apoſtolicâ ſubſequenter ritè & legitimè confirmata.*

Ibid. f. 81. INprimis Statutum eſt & Ordinatum, quod in dictâ Eccleſiâ Collegiatâ ſint perpetuo unus Decanus, ut caput Capituli, & ſex Canonici ſeculares, Capitulum ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ facientes; cui quidem Decano omnes & ſinguli Canonici, & alii ejuſdem Collegii miniſtri inferiores in licitis & Canonicis teneantur in omnibus humiliter obedire: Quorum quidem Canonicorum primus vocabitur Canonicus ſive Præbendarius præbendæ primi Stalli ex parte Boreali.

Secundus verò Canonicus vocabitur Canonicus ſive Præbendarius Præbendæ ſecundi Stalli ex parte auſtrali.

Tertius Præbendarius ſecundi Stalli ex parte Boreali.

Quartus Præbendarius tertii Stalli ex parte auſtrali.

Quintus Præbendarius tertii Stalli ex parte Boreali.

Sextus Præbendarius quarti Stalli ex parte auſtrali Eccleſiæ Collegiatæ prædictæ. Et eodem ordine ſtent & Stalla habeant in choro, & loca in capitulo: Et eodem ordine tranſeant in proceſſionibus, & aliis locis conſimili modo ſint ſibi invicem honore prevenientes.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod tam Decanus quàm ſinguli Canonici & Vicarii in dictâ Eccleſiâ de cætero promovendi tempore admiſſionis eorundem ſicut in ſacerdotali ordine conſtituti.

Item Statuimus & Ordinamus, quod omnes & ſinguli Canonici ſint relidentes in dicto Collegio ſingulis annis per plenas xxxii Septimanas, ſimul vel per vices; ita quod cum omni receſſu ſuo notabili à Collegio teneatur quilibet Canonicus intimare Decano, vel ejus vices gerenti per quantum temporis fecerit reſidentiam in Collegio illo anno. Qui quidem Decanus vel ejus vices gerens teneatur, cognitâ veritate, illud tempus fideliter ſcribere & notare ne aliquod inde dubium veritatis vel ambiguum. Et ſi hujuſmodi Canonicus reſidens hoc neglexerit, vel intimare Decano, ſeu ejus vices gerenti contempſerit, quicquid antea fecerit pro reſidentiâ ſuâ, pro nichilo habeatur anno illo.

Item quilibet Canonicus reſidens in dicto Collegio teneatur virtute juramenti ſui, omni duplici feſto tempore reſidentiæ ſuæ intereſſe *Matutinis*, magnæ *Miſſæ*, *Veſperis*, & *Completorio*, ſi non fuerit aliunde honeſtâ & rationabili causâ per Decanum, vel ejus vices-gerentem merito approbandâ impeditus: Et ſi in præmiſſis defecerit ipsâ ſeptimanâ in quâ Feſtum duplex contigerit, non allocabitur ſibi in reſidentiâ ſua, & nichilominus pœnâ arbitrariâ punietur ad voluntatem Decani & confratrum ſuorum, ſeu confratris ſui ſi plures alii non fuerint reſidentes ibidem.

Item in omni feſto cum regimen Chori teneatur, quilibet reſidens in dicto Collegio, intereſſe *Matutinis*, vel *Miſſæ*, vel *Veſperis*. Et in omni feſto ſine regimine Chori teneatur intereſſe *Matutinis*, vel *Primæ*, vel *Tertiæ*, vel *Sextæ*, vel *Nonæ*, vel *Miſſæ*, vel *Veſperis*: Et ſi defecerit in præmiſſis, ipſa dies non ſtabit ſibi pro parte reſidentiæ ſuæ.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod quilibet Canonicus reſidens in Collegio habeat honeſtum famulum ſibi ſervientem, vel aliter non habeatur pro reſidente in dicto Collegio; nec ullo modo intromittant ſe Canonici de Choriſtis ipſos compellendo, ad eorum obſequia vel negotia, niſi ex causâ honeſtâ, & hoc de licentiâ Decani, vel ejus vices-gerentis ſpecialiter prius petitâ & optentâ.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod nullus Canonicus dicti Collegii, niſi fuerit reſidens ſub formâ quâ prædicitur, habeat niſi quadraginta ſolidos pro corpore Præbendæ ſuæ in anno, quos recipiet per manus Theſaurarii, ſive generalis Receptoris dicti Collegii in feſto S. *Johannis Baptiſtæ*.

Habeat autem Decanus ſibi & ſucceſſoribus ſuis, pro corpore Decanatus ſui, Eccleſiam Parochialem de *Stoke*, cum omnibus decimis majoribus & minoribus ac aliis proventibus, quibuſcunque ei pertinentibus, & Eccleſiam de *Howdene*, cum decimis majoribus redditibus, & aliis quibuſcunque ad dictam Eccleſiam, vel ad Collegium de *Stoke*, ratione & nomine illius Eccleſiæ, quocunque titulo infra

ipſam parochiam ſpectantibus; & omnes decimas majores & minores manerii & parcorum de *Honydene*. Et omnes decimas majores & minores manerii de *Erbury*: Et omnes decimas majores & minores cum redditu de *Chyltone* Collegio pertinentibus.

Habeatque pro manſo ſuo ſibi & ſucceſſoribus ſuis domum illam quæ modo vocatur locus Decani cum gardinis & aliis ſibi per fundatorem aſſignatis, & per Capitulum confirmatis ſecundùm bundas & metas, prout in Cartis dicti Fundatoris & Capituli plenius continetur. Et dictus Decanus & ſucceſſores ſui ſupportabunt & agnoſcent omnia onera ordinaria & extraordinaria pro omnibus præmiſſis ſibi ſub nomine corporis Decanatus ſui, ut premittitur aſſignatis.

Item habeat Decanus, & ſucceſſores ſui habeant annuatim pro reſidentiâ ſua xx marcas de omnibus terris dominicis, paſcuis, pratis, & paſturis Collegii, per manus Theſaurarii ſive generalis Receptoris Collegii ad duos anni terminos; viz, *Paſchæ* & S. *Michaelis* per æquales portiones; & in defectu ſolutionis dictarum viginti marcarum per ſex ſeptimanas poſt aliquem terminum quo ſolvi debeant, tunc benè liceat Decano & ſucceſſoribus ſuis omnia terras dominicales, prata, paſcua & paſturas prædicta reintrare, & ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum retinere, & eiſdem contentari pro reſidentiâ ſuâ.

Item habebit Præbendarius primi Stalli ex parte Boreali ſi in Collegio perſonaliter reſideat, Capellam Beatæ *Mariæ* de *Stoke* ad diſpoſitionem ſuam, tanquam corpus præbendæ ſuæ, cum omni onere ordinario & extraordinario ad expenſas ſuas; excepto quod jocalia precioſa ibidem oblata, à dicto Collegio nullo modo alienabit; quod ſi fecerit ſine conſenſu Decani & Capituli, duplum valorem alienati reddet eidem loco infra menſem, ſub pœnâ privationis præbendæ ſuæ.

Item habeat Præbendarius ſecundi Stalli ex parte auſtrali, ſi perſonaliter reſideat in Collegio ad uſum & diſpoſitionem ſuam, pro tempore reſidentiæ ſuæ, penſionem triginta & duorum ſolidorum de Hoſpitali S. *Bartholomæi Londonienſis* penſionem Lxvi *ſol.* & viii *d.* de Prioratu de *Shuldham*. Item portionem xv *ſol.* & viii *d.* in *Poſelyingford* & *Chypley*. Item Lxvi *s.* viii *d.* de theloneo de *Sudbury* per manus Ballivorum ibidem: Et penſionem quinque ſolidorum de Abbatiſſa de *Danney* in *Radeſwell*; & portionem xxvi *s.* viii *d.* in *Cavendiſh*; & hæc omnia habeat cum omni onere ordinario & extraordinario ad expenſas ſuas.

Item habeat Præbendarius ſecundi Stalli ex parte Boreali ad uſum & diſpoſitionem ſuam pro tempore reſidentiæ ſuæ, cum omni onere ordinario & extraordinario; penſionem decem ſolidorum de Eccleſiâ de *Stansfeld*; portionem xiv *s.* in *Brauchampwell*; portionem xiii *ſol* & iv *d.* in *Toppesfeld*; portionem vi *ſol.* & viii *d.* in *Daunarſton*; portionem x *ſol.* in *Melford*; portionem xx *ſol.* in *Sanford*; portionem xiii *s.* & iv *d.* in *Bulmere*; portionem trium ſolidorum & iv *d.* in *Bello-campo-Othonis*; portionem xi *s.* & viii *d.* in *Cornethe*; portionem trium ſolidorum & quatuor Denariorum in *Bernardeſtone*. Item quinque marcas de dominio de *Patelethe*, & alias quinque marcas de eodem dominio poſt mortem *Johannis Bulloke*; Item xx *ſol.* de Eccleſia de *Rede*; Item quinque ſolidos de portione de *Tilbury*; Item xiii *s.* iv *d* de firmâ & redditu dominii de *Stoke*; Item portionem x *ſol.* in *Buxhale*.

Item habeat Præbendarius tertii Stalli ex parte auſtrali ad uſum & diſpoſitionem ſuam, pro tempore reſidentiæ ſuæ, cum omni onere ordinario & extraordinario, penſionem xx *ſol.* de Priore & Conventu de *Walſingham*. Item penſionem xxvi *s.* & viii *d.* de Priore & Conventu de *Pentney*; Item penſionem decem ſolidorum de Priore & Conventu S. *Fidis*; Item penſionem Liii *s.* iv *d.* de Decano & Capitulo S. *Pauli London.* de Eccleſiâ de *Bumpſtede* ad *Turrim*; Item molendinum de *Stoke* cum omnibus proficuis & ſequelis; Item xxvi *s.* viii *d.* nomine Decimarum molendinorum de *Clare*: Item xiii *s.* iv *d.* de tenemento in *Lynne* pertinente Collegio.

Item habeat Præbendarius tertii Stalli ex parte Boreali, ſi perſonaliter reſideat in Collegio, ad uſum & diſpoſitionem ſuam pro tempore reſidentiæ ſuæ, cum omni onere ordinario & extraordinario penſionem quinque marcarum de Vicariâ de *Thakſtede*; Item penſionem Lx *ſol.* de *Fordeham*; Item portionem xxx *ſol.* in *Bertone-Bendyſhe*; Item penſionem xx *ſol.* de Vicario de *Clare*; Item decimas de *Horſcroſt* & *Bulleley* in *Clare* ad valorem iv *l.*

Item habeat Canonicus quarti Stalli ex parte auſtrali xl *ſol.* annuatim de terris & firmis de *Stoke*, pro corpore Præbendæ ſuæ.

Item Statutum eſt & ordinatum, quod quicquid ordinatum eſt ſive diſpoſitum ad uſum & diſpoſitionem quinque primorum Præbendariorum prædictorum, pro tempore reſidentiæ ſuæ, tanquam corpora Præbendarum ſuarum, ipſis & ſuis ſucceſſoribus in dicto Collegio reſidentibus aſſignantur; nichil de eo omnino præter xl *ſol.* annuos percipiant, niſi reſidentiam in formâ prædictâ fecerint perſonalem, ſed quod totum reſiduum ultra dictos xl *ſol.* ad fabricam & reparationem Eccleſiæ Collegii, & perſolutionem debitorum ſuorum, & aliorum neceſſariorum ejuſdem, per aviſamentum Decani & Capituli totaliter convertatur; & etiam ad alios uſus neceſſarios pro honore & honeſtate dicti Collegii, & reſidentium in eodem.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod non liceat Canonicis dictæ Eccleſiæ in ipsâ reſidentibus, nec alicui ipſorum ea bona quæ ad communitatem reſidentium pertinent, alicui ad firmam dimittere, niſi de expreſsâ licentiâ Decani & Capituli petitâ & optentâ. Si quis autem in contrarium fecerit; ſic factum invalidum, & ipſe inhabilis ad faciendum reſidentiam in dicto Collegio per triennium.

Item Statutum eſt, quod nec Decanus nec aliquis Canonicus reſidens in Collegio prædicto jaceat in lecto ſuo tempore *Matutinarum*

rum ultra horam ſextam, vel dimidiam horam poſt ſextam, niſi fuerit ſenio, vel notabili infirmitate oppreſſus : Et ſi ex conſuetudine prætenderit quis infirmitatem, vel abſens ſit tempore divinorum, & ejus oppoſitum Refectionis tempore reperiatur, punietur honeſto modo ad voluntatem Decani vel ejus vices-gerentis & Capituli, ſi qui Canonici fuerint ibi reſidentes, vel niſi habuerit aliunde juſtam, rationabilem, manifeſtam cauſam ſe excuſandi.

Item Statutum eſt, quod ſint in dicto Collegio octo Vicarii, ad continuam perſonalem reſidentiam jurati. Sint quoque duo Clerici majores ad continuam perſonalem reſidentiam in eodem Collegio ſimiliter jurati. Sintque prædicti Vicarii & Clerici in plano cantu & diſcantu ſufficienter inſtructi ad voluntatem Decani. Etiam cæteri miniſtri dicti Colegii, ad continuam & perſonalem reſidentiam ſit vinculo juramenti inſtructi.

Sint etiam quinque Choriſtæ ſive honeſti pueri ad cantandum & minſtrandum in Choro ; & ſint tot in numero quantum in bona ad eorum ſuſtentationem aſſignata ad hoc ſufficiant : Et habeat quilibet Choriſta vel puer quinque marcas in anno ad terminos uſuales in Collegio ; vel ad minus ſufficientem victum & veſtitum, cum aliis neceſſariis.

Item omnes Vicarii & Clerici cæterique miniſtri inferiores, juſto impedimento ceſſante, in Choro perſonaliter interſint, cantando, pſalmodizando, & officiando, ſub pœnis, ſcilicet, à *Matutinis* unus Denarius; à magna *Miſſa* unus Denarius; à *Veſperis* i *d.* ab aliquâ aliâ horâ unus quadrans: Quæ quidem pœna ſic ſe abſentibus impoſita, tam de Vicariis, quàm de Clericis, in uſum & utilitatem communitatis Vicariorum, ad emptionem jocalium & aliorum neceſſariorum convertatur.

Et ad ſcribendum nomina Vicariorum & Clericorum, ſic ſe, ut præmittitur abſentantium, ſit unus Vicarius juratus ad hoc per Decanum nominatus & electus, qui fideliter & abſque favore vel odio nomina totiens quotiens delinquentium, in fine cujuſlibet quarterii anni, Decano, ſi fuerit præſens, vel eo abſente vices-gerenti præſentabit, qui ipſas pœnas fideliter ſolvi faciat.

Item ſint duo alii Clerici inferiores, ad continuam reſidentiam, ſicut cæteri obligati, qui erunt cuſtodes Veſtiarii ; quorum officium ſic ut dictum Veſtiarium fideliter & honeſte cuſtodiant ; ac omnia & ſingula bona dicto Veſtiario & Eccleſiæ pertinentia, ſine dampno & detrimento, quantum in ipſis eſt ſervent & cuſtodiant ; & de eiſdem bonis in fine cujuſlibet anni Decano & Capitulo, vel eorum deputato fidele compotum reddent ſecundùm Indenturas inde inter ipſos factas. Facientque pulſationem Campanarum, & accenſionem luminarium : Claudent etiam hoſtia & portas Eccleſiæ, & Horologium debito modo Cuſtodient. Præparabunt quoque Altaria & cætera ornamenta ad divinum officium neceſſaria. Et pro majori ſecuritate cuſtodiæ omnium bonorum ſibi Commiſſorum in dicto Veſtiario, jacebunt ſub pœnâ expulſionis à Collegio. Si aliquotiens contingat alterum eorum viſitare partes exteras ; tunc alterum virum honeſtum & fidelem, pro quo ipſe reſpondebit ad dictam cuſtodiam, de ſcientiâ Decani vel ejus vices-gerentis loco ſuo deputabit.

Item fiat pulſatio ad *Matutinas* per prædictum cuſtodem, vel alium loco ſuo quintâ horâ, ita quod ultima pulſatio circa horam ſextam totaliter compleatur. Et ſic moderetur pulſatio ad alias horas & ad magnam Miſſam, quod citius undecimam horam ante Meridiem ſervicium hujuſmodi, quantum commodè poterit finiatur.

Ad *Veſperas* fiat pulſatio horâ debitâ ; ſic quod circa quintam horam poſt Meridiem poterint terminari : Et ſi requiratur variatio in yeme & eſtate, fiat ad arbitrium præſidentis.

Item prædicti cuſtodes Veſtiarii ſpecialiter erunt jurati, quod non permittent quemquam exire nec intrare in noctibus per oſtia & portas Eccleſiæ, ſub pœnâ expulſionis à dicto Collegio, & forisfacturæ omnium bonorum ſuorum infra dictum Collegium exiſtentium.

Item Statutum eſt, quod in dictâ Eccleſiâ quotidie dicantur ſecundum uſum *Sarum*, juxta rerum & perſonarum facultatem, *Matutinæ*, *Veſperæ*, & aliæ horæ Canonicæ, cum Miſſa de die & de Beatâ Virgine cum notâ, niſi quando Miſſa de die erit de Beatâ Virgine, tunc loco illius dicatur *Miſſa* de *Requiem* pro defunctis.

Item tempore pulſationis ad *Matutinas* & *Veſperas*, dicantur *Matutinæ* & *Veſperæ* de Beatâ Virgine in Choro à Choriſtis ; excepto quod in *Quadrageſima*, *Veſperæ* de dominâ poſt *Veſperas* de die dicantur.

Item eſt Statutum & Ordinatum, quod Canonici, Vicarii & cæteri miniſtri Eccleſiæ obſervent honeſtum ſilentium in Eccleſiâ & in Choro tempore divini ſervicii ; nec interim intendant confabulationibus quoquo modo.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quòd Canonici utantur almuciis griſeis, & Vicarii nigris ; & utrique capis nigris ſerico duplicatis ſive ornatis & ſuperpelliciis albis *Matutinis*, *Miſſis* & aliis horis Canonicis, more aliorum Collegiorum, à Feſto S. *Jeronimi* uſque vigiliam Paſchæ : Et deinde uſque ad idem Feſtum utantur Canonici almuciis griſeis ; & ſuperpelliciis albis, ſive capis nigris, niſi in *Miſſis* & Exequiis defunctorum, & proceſſionibus in quibus per ordinale aliter requiritur. Et per idem tempus utantur ſuperpelliciis albis, & almuciis honeſtis & conſuetis ſerico duplicatis & furratis.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod Decanus, Canonicos ac Vicarios, & Clericos, Cæteroſque miniſtros quoſcunque dicti Collegii, ab inſolentiis & exceſſibus compeſcat ; eoſque pro Commiſſis puniat, ac plenam in eis juriſdictionem exerceat ; eoſque ad obſervantiam ſingulorum Statutorum & Ordinationum, & laudabilium conſuetudinum dicti Collegii compellat Canonicos honeſte per pœnam pecuniariam totiens quotiens arbitrio Decani infligendam. Inferiores per expulſionem

à

à Collegio, vel per ſubtractionem ſalariorum & ſtipendiorum ſuorùm, ſi hoc exigat eorum malicia, præter pœnas alias ſupra & infra pro certis delictis inflictas ſecundùm aviſamentum Capituli.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod Clerici majores continuè deſerviant in choro; cantando, pſalmodizando ac officiando; ſintque Rectores Chori in Feſtis cum regimine Chori: Et ſint ſoluti & nullo modo uxorati, nec mulieribus affectati; quod cum repertum fuerit ſtatim à dicto Collegio cum celeritate & honeſtate expellantur, & alii locis ſuis ſurrogentur.

Item utantur omnes in Choro nigris pileis ancehuris, & nullo modo capiciis ſive cappis monſtruoſis.

Item habeant duo Clerici majores quilibet eorum Centum ſolidos per annum ad Feſtum Natalis Domini, Paſchæ, Nativitatis S. *Joh. Baptiſtæ*, & S. *Michaelis* Archangeli, æquis portionibus per manus Theſaurarii, ſive generali Receptore dicti Collegii: Habeantque duo Clerici inferiores ſcilicet uterque eorum per annum quatuor libras, per manus ejuſdem generalis Receptoris eiſdem Feſtis cum Clericis ſuperioribus per equales portiones annuatim.

Item ſit unus Magiſter aſſignatus, per Decanum & Capitulum, ad informandum pueros dicti Collegii, in lecturâ, plano cantu, & diſcantu, ac aliis bonis moribus & honeſtis: Et ſupervideat idem Magiſter, quod ſint honeſtè veſtiti, pannis lineis & laneis, & lectis ac aliis neceſſariis, quorum expenſas faciet generalis Receptor ad intimationem Magiſtri dictorum puerorum: Et prædictus Magiſter nullo modo prædictos pueros occupabit in negotiis ſuis extrinſecis, vel inhoneſtis, ſub pœnâ omiſſionis officii ſui, & expulſionis à Collegio: Et dictus Magiſter habebit annuatim pro labore ſuo xl *ſol.* per manus dicti generalis Receptoris: Tamen ſi fuerit negligens, & diligentiam ſuam non fecerit circa informationem dictorum puerorum, per Decanum & Capitulum exoneretur ab hujuſmodi officio ſine ſtrepitu, & alius aptior & diligentior loco ſuo ſubſtituatur; & dictum officium deinceps ſub Sigillo Communi nulli concedatur ad terminum vitæ; quod ſi fiat, pro caſſo & vano habeatur ipſo facto.

Item Statutum eſt & Ordinatum quod omni nocte horâ octavâ, vel modicum poſt horam ipſam pulſetur ad Ignitegium per ſpacium itineris per eſtimationem, viz. A Collegio ad Capellam Beatæ *Mariæ* de *Stoke*; & in fine pulſationis prædictæ ſint omnes Canonici, Vicarii & Clerici, ac alii miniſtri dicti Collegii infra dictum Collegium ipsâ nocte, nullo modo exituri niſi de ſpeciali licentiâ Decani vel ejus vices-gerentis meritè approbandâ, ſub pœnâ, ſcilicet, Canonicus ——— ———

Et eodem tempore claudantur omnes Portæ Collegii, per quas fit communis exitus ad partes exteriores, ſub pœnâ perjurii, ſcilicet, Porta per quam tranſitur communiter ad Villam de *Stoke*; Porta Vicariorum, & oſtium aulæ ipſorum versùs gardinum eorum.

Item Statutum eſt & Ordinatum quod nullus Canonicus vel Vicarius, quemquam extraneum recipiat ad communas infra dictum Collegium, ſine licentiâ, & expreſſo conſenſu Decani & Capituli, vel ejus vices-gerentis in ſuâ abſentiâ.

Et quia ſepius nimia familiaritas cum vulgo contemptum parit, & ſcandalum generat, potiſſimè Clericis: Statutum eſt & Ordinatum, quod nullus Canonicus, Vicarius, vel Clericus aliquo modo ex conſuetudine frequentet communem tabernam infra Villas de *Stoke* & *Eſſe*; Canonicus ſub pœnâ expulſionis à dicto Collegio pro anno integro immediate ſequenti: Inferiores autem pro perpetuo.

Cum itaque venatio negligentiam inducat, inſolentiam generet, maximè in Clericis, ac impedimentum præſtet horis, & viciis ſit incentivum, Statutum eſt & Ordinatum; quod nullus Canonicus niſi poterit expendere xl *l.* in anno; Vicarius vel Clericus nullo modo venationi intendat; nec leporarios aut alios canes venaticos infra dictum Collegium nutriat, excepto Decano, qui ſimiles canes habeat, ita quod non excedat numerum quarternarium.

Et quia inordinata Armorum delatio occaſionem ſepius dat pugnandi, & multipharièmaleficiendi, Statutum eſt & Ordinatum, quod nullus Canonicus vel Clericus Arma invaſiva ſeu defenſiva gerat infra dictum Collegium, ſub pœnâ forisfacturæ dictorum Armorum Decano pro primâ vice: Secundâ vice ſub pœnâ xx *ſol.* ad fabricam Eccleſiæ totiens quotiens: Vicarii vel Clerici ſub pœnâ expulſionis.

Item ad refrenandum malitiam multorum qui nimis proni ſunt ad percutiendum; Statutum eſt & Ordinatum; quod ſi Canonicus confratrem ſuum Canonicum, Vicarium, ſeu alium miniſtrum dicti Collegii infra dictum Collegium, ſeu infra miliare in circuitu circa dictum Collegium enormiter percuſſerit, pro quinquennio ad voluntatem Decani & Capituli à reſidentiâ ſit expulſus. Si verò Decanum percuſſerit, niſi pro reali defenſione ſui ipſius, pro perpetuo ſit expulſus & inhabilis ad reſidendum in dicto Collegio. Si quis autem Vicarius vel Clericus alterum enormiter percuſſerit, ut prædicitur, ad voluntatem Decani & Capituli puniatur.

Cum autem cohabitatio mulierum Clericis penitùs interdicatur; eorumque mutua communicatio periculoſa cenſeatur, Statutum eſt & Ordinatum, quod nullus Canonicus, Vicarius, vel Clericus frequenter habeat acceſſum ad domum alicujus mulieris, ex quo acceſſu ex veriſimili oriri poterit ſuſpitio mali, aut ſcandalum Collegio; nec mulierculis facient privatas potationes ſeu convivia in Cameris ſuis ſine conſenſu & licentiâ Decani; & tum cum honeſtâ comicâ: Si quis autem contrarium fecerit in præmiſſis, juſtè puniat eum Decanus, vel ejus vices-gerens cum conſenſu Capituli, ſicut velit coram ſummo judice reſpondere.

Item Statutum eſt & Ordinatum quod ſi videatur majori parti, quod aliqua perſona ſit in-

intolerabilis ſocietati propter brigas & alia ſua mala regimina, niſi per Decanum vel ejus vices-gerentem primò, ſecundò, & tertiò, coram teſtimonio monitus, ſe in hac parte corrigerit, ſtatim poſt hujuſmodi tertiam monitionem à Collegio abſque aliquo judicii ſtrepitu perpetuo ſit excluſus.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod ſi qui fuerit legitimè convictus coram Decano & Capitulo de hæreticâ pravitate pertinaciter defenſata, ſive de peccato Sodomitico, vel arte magicâ in aliquo genere, ſtatim ſine dilatione ſit à Collegio perpetuo excluſus, ne gregem dominicum labe ſuæ communionis inficiat.

Cum etenim mendatiorum & oblecutionum turbines veritatem obumbrantes, famam quamplurimum redolentem ex odii fomite multotiens injuſtè obfuſcant, Statutum eſt & Ordinatum, quod ſi quis alterum de Collegio diffamaverit de aliquo crimine vel facto diffamatorio, & ſcandaloſo, niſi prius indicaverit Decano, vel ejus vices-gerenti, offerendo ſe ad probationem accuſationis ad effectum, quod Decanus vel ejus vices-gerens illud debitè corrigat, puniatur pœna ſatis aſperâ, ad voluntatem Decani vel ejus vices-gerentis, cum conſenſu fratrum ſuorum reſidentium.

Et quia ſepius ortum eſt ſcandalum Collegio per ſolitariam circumvagationem diverſarum perſonarum ejuſdem; Statutum eſt & Ordinatum, quod nullus Canonicus, Vicarius, vel Clericus Collegii per tempus notabile expectet in villâ ſine honeſto ſocio, qui ſit ſibi teſtis de ſuo regimine & converſatione; nec etiam tranſeat quiſquam ſolus & ſolitarius per agros & campos niſi honeſtum ſocium vel famulum ſecum habuerit; ſed omnino cavendus eſt ne perſonæ ſuſpectæ inſimul ex conſuetudine circumvagando tranſeant, ne unus alteri faveat in ſuis inſolentiis, & ſic ambo in ſcandalum prolabantur.

Cùm enim participes volunt eſſe premii, juſtum eſt & æquum quod ſimiliter ſint participes & laboris; ideo Statutum eſt & Ordinatum, quod Decanus ſi ſit præſens, ſit executor officii in omnibus Feſtis principalibus & majoribus; Canonici verò reſidentes in omnibus minoribus Feſtis, & inferioribus duplicibus ſint executores officii.

Inſuper Statutum eſt & Ordinatum, quod ſinguli Canonici, Vicarii, & Clerici univerſi ſe à mutuis cum mulieribus & aliis ſecularibus in Eccleſiâ Studeant deſtinere Colloquiis, de quibus ſuſpitio poſſit oriri, aut honeſtas Collegii maculari; quoniam ex hujuſmodi Colloquiis ſuſpitionis non modicum poſſet generarii ſcandalum & detrimentum, honori Collegii & ſingularum perſonarum ejuſdem abſtineant: Etiam à litibus chachinnis & deriſionibus in Eccleſiâ omnino. Si qui verò ſuper-hujuſmodi convicti fuerint, ad arbitrium Decani vel ejus vices-gerentis & Capituli acrius puniantur.

Quia enim nonnulli præmium capiunt & laborem fugiunt, Statutum eſt & Ordinatum, quod Decanus habeat, & debeat compellere ſuos confratres, Canonicos, Vicarios, & Clericos, ad pſalmodizandum & officiandum in Choro, & ad cantandum planum cantum & diſcantum meliori modo quo ſciverint, & in inſtrumentis muſicalibus, ad nutum ſuum & Dei laudem ſpecialiter modulandum; ita quod nullus juxta ſcientiam ſibi à Deo datam tempore Divini ſervicii in Choro ſtet otioſus. Et ſi qui hujuſmodi negligentes ſint, per Decanum vel ejus vices-gerentem graviter puniantur ad obſervationem hujuſmodi ſtatuti compellantur.

Cum etiam plures negligant debita ſua creditoribus, quibus tenentur, maximè pauperibus refundere, Statutum eſt & Ordinatum, quod Decanus, Canonicos, Vicarios, & Clericos, ac miniſtros alios dicti Collegii compellat: Ad ſolvendum debita ſua etiam ſi neceſſe fuerit per ſubtractionem bonorum ſuorum ſive feodorum & ſalariorum ſuorum ad veram debitorum ſuorum hujuſmodi eſtimationem: Et conſimilem auctoritatem habeat Capitulum ſupra Decanum ſi negligens fuerit in ſolutione debitorum ſuorum.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod de cætero Decanus & ſucceſſores ſui conferant officium Virgarii, ſive Virgam-gerentis in dicto Collegio cum Feodis pertinentibus eidem officio; quod quidem officium habeat prædictus Virgarius, ſive Virgam-gerens pro termino vitæ ſuæ, dummodo honeſtè ſe geſſerit, & Collegio fuerit fidelis; alioquin expellatur per Decanum & alius loco ſuo fidelis ſurrogetur. Habebit etiam dictus Virgarius de Decano & ſucceſſoribus ſuis victum & veſtitum cum Valettis Decani.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod in dicto Collegio ſit continuè unus Janitor, ordinatus per Decanum & Capitulum, & cuſtodiendum portam Borealem dicti Collegii: Qui quidem Janitor corporale præſtabit juramentum, quod omni nocte ſtatim poſt Ignitegium claudet dictam portam; nec ipsâ nocte poſtea permittat quemquam intrare nec exire ſine ſpeciali mandato & licentiâ Decani, vel ejus vices-gerentis in ſuâ abſentiâ ſub pœnâ expulſionis ab officio, niſi ad mandatum Decani de hujuſmodi delicto celeriùs ſe correxerit. Et habeat dictus Janitor duos Denarios de die pro feodo ſuo, per manus generalis Receptoris dicti Collegii, ad Feſtum Natalis domini & Pentecoſtes equis portionibus; & unam robam valoris ſex ſolidorum & octo Denariorum ad Feſtum Natalis domini, per manus ejuſdem Receptoris: Et dictus Janitor ſpecialiter jurabit, quod famam & honorem dicti Collegii & ſingularum perſonarum ejuſdem, quantum in ipſo eſt conſervabit, & nullo modo dehoneſtabit, ſub pœnâ expulſionis.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod Decanus habeat & debeat compellere confratres ſuos Canonicos reſidentes ad reparationem Eccleſiæ, & omnium ornamentorum ejuſdem, & omnium tenementorum ſuorum, ac domorum, infra Collegium & extra, & pro negligentia eorum circa hujuſmodi reparationem poterit bona Canonicis aſſignata & pertinentia

in

in manus ſuas recipere; & cum eiſdem dictam reparationem honeſtè facere & competenter, ſed non nimis ſumptuosè: Et conſimilem poteſtatem habeat ad compellendum Vicarios ad reparationem omnium Cancellorum ſuorum Rectoriarum & domorum ſuarum, tam infra quàm extra Collegium, ad communitatem Vicariorum ſpecialiter aſſignatorum eadem formâ quam habet de Canonicis.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod ſit unus Vicarius Præcentor per Decanum deputatus ad gubernandum Chorum in cantando & ceremoniis ordinalis, & aliis honeſtatibus in Choro obſervandis, cum ſuperviſione & correctione Decani: Et dictus præcentor habebit in anno pro labore ſuo xx *ſol.* in Feſto Nativitatis S. *Johannis Baptiſtæ* per manus generalis Receptoris ſive præpoſiti Collegii.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod nullus Clericus dicti Collegii de cætero ſedeat in prandio in eadem mensâ cum Canonicis vel Vicariis in aula vel loco publico, niſi quando aliquis extraneus vel ſocius facit eis convivium ſpeciale ad expenſas ſuas, tunc benè liceat ſibi convivas ſuos in ſedendo in mensâ diſponere ſecundùm diſcretionem ſuam.

Item Statutum eſt, quod Gardinum Vicariorum dividatur æqualiter in quatuor partes, & habeant duo Vicarii unam partem; alii duo ſecundam partem, & alii duo tertiam partem ac alii duo quartam partem. Liceat autem Decano compellere ſingulos Vicariorum dictorum ad honeſtè colendum & cuſtodiendum partem ſibi aſſignatam, ad ipſorum commodum & Collegii honeſtatem & honorem.

Item Statutum eſt, quod nullus Canonicus, Vicarius, vel Clericus dicti Collegii tranſeat ad communas extra dictum Collegium ſub pœna expulſionis pro perpetua à Collegio antedicta.

Item Statutum eſt, quod in dicto Collegio ſit unum commune Sigillum, & una archa communis in quâ dictum Sigillum, indenturæ & munimenta, pecunia, & Jocalia Collegii conſerventur, ſub tribus clavibus diverſæ fabricæ. Quarum una penès Decanum remaneat, & aliæ duæ penès duos ſeniores Canonicos reſidentes, & in caſu quo nullus Canonicus fuerit ibidem reſidens præter Decanum, tunc remaneant prædictæ duæ claves penès duos provectiores & maturiores ac diſcretiores Vicarios ipſius Collegii per Decanum eligendos; qui erunt jurati, quod non permittent quicquam in abſentiâ Canonicorum Sigillari dicto Sigillo, quod eis ſeu dicto Collegio vertetur in prejudicium ſive dampnum: Et cum prædicto Sigillo nichil penitùs ſigelletur, niſi de expreſſo conſenſu majoris partis Capituli, ſi ibidem ſint Canonici reſidentes; hoc adjecto, quod in omni deliberatione fiendâ, ſi non apparuerit nec apparere poterit, in quo major pars in dicto Collegio conſenſuerit, tunc illud firmiter obſervetur cui Decanus dicti Collegii voluit conſentire.

Teneatur autem Decanus, præpoſitus ſive generalis receptor reddere ratiocinium infra octo dies poſt Octabas Paſchæ, de omnibus receptis per eum de termino *Michaelis* ultimo præterito, & aliis terminis medio tempore contingentibus; & de omnibus deinde receptis & recipiendis, uſque ad Feſtum S. *Michaelis* reddet ratiocinium infra Octabas S. *Michaelis*. Habeat quoque generalis Receptor ſive præpoſitus unum Ballivum per conſenſum Decani & Capituli ad colligendum omnes denarios de redditibus & firmis, & aliis proventibus ſuperius nominatis & omnes denarios collectos ſtatim & ſine dilatione dicto Receptori ſive præpoſito liberabit, & compotum eiſdem temporibus quibus præpoſitus faciet compotum ſuum reddet. Habebit autem dictus Ballivus pro feodo ſuo de bonis communibus Collegii ſecundùm quod dictus præpoſitus cum ſe melius poterit convenire. Sin autem dictus præpoſitus ſive Ballivus in reddendo compotum inveniatur in arreragiis, ipſa ſolvet infra menſem proximum ſequentem niſi cauſa excuſationis vel diſpenſationis à Decano & majore parte Capituli fuerit approbata.

Et dictus generalis Receptor ſive præpoſitus, ſi Decanus & Capitulum dubitent de ſufficientiâ & aliis conditionibus, faciet ſecuritatem eis de fideli compoto reddendo; & arreragiis, ſi quæ fuerint ſolvendis, & hoc ante admiſſionem, & allocabuntur ſibi in compoto ſuo xl *s.*

Item Statutum eſt, quod ſi aliquis Clericus fuerit ad officium Receptoris vel præpoſiti & officium illud refutaverit, ſolvet infra menſem xl *s.* alteri acceptanti dictum officium citra illos xl *ſol.* quos habebit de Collegio pro labore ſuo: Et ad hoc faciendum ſpecialiter erit unuſquiſque juratus antequam tranſeant ſive procedant ad electionem Receptoris hujuſmodi.

Et quia ſepe facta eſt contentio inter Vicarios, quis eorum eſſet major & eminentiorem locum teneret in mensâ, Statutum eſt & Ordinatum, quod omnes Vicarii ſint ejuſdem conditionis & honoris in mensâ; ſcilicet quod qui primo ad prandium venerit, primum locum in mensâ teneat, & ſic de aliis ad menſam venientibus. In Choro autem ſtent Vicarii in ſuperioribus locis ſecundùm ſenioritatem ſuam in Collegio. Sit autem officium Vicariorum non aliunde promotorum infra dictum Collegium exiſtentium officium perpetuum pro totâ vitâ ſuâ, dum fuerint honeſtæ converſationis, ac Statuta & Ordinationes dicti Collegii juxta eorum poſſe fideliter obſervabunt. Vicarii autem aliunde promoti ſtent ibidem, prout Decano & Capitulo videbitur expediens & honeſtum.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod omni die celebrentur in dicto Collegio *Miſſa* de *Requiem* ab aliquo ſacerdote ſine Notâ pro animâ domini *Edmundi* primi fundatoris dicti Collegii, Magiſtri *Thomæ Barneſley* primi Decani ejuſdem, cum ab hac luce migraverint, & omnium benefactorum Collegii ejuſdem.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod omni anno dicatur in dicto Collegio ſolempnis *Miſſa* de *Requiem*, cum ſolempnibus Exequiis die præcedente, pro animâ dicti fundatoris, die ipſo quo dictum fundatorem obire contigerit: Et in ipſis Exequiis & *Miſſa* de *Requiem* die obitus hujuſmodi, teneantur intereſſe Decanus, omnes Canonici, Vicarii, Clerici, cæterique miniſtri in Collegio ipſo exiſtentes, ſub pœnâ perjurii, niſi habuerint juſtam & honeſtam cauſam ſe excuſandi,

ſandi, judicio Decani vel ejus Vices-gerentis meritò approbandani.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod Decanus, Canonici, Vicarii, & Clerici, teneant obitum Magiſtri *Thomæ Barneſley* primi Decani dicti Collegii, ipſo die quo continget ipſum ab hac luce migrare, cum ſolempnibus Exequiis & *Miſſa* de *Requiem*, quibus ſinguli dicti Collegii intereſſe teneantur: Et iſta teneantur obſervare perpetuis futuris temporibus.

Item Statutum eſt & ordinatum, quod omnes Vicarii ſimul in unâ aulâ comedant, & nullo modo ſeorſum ſive ſeparatim: Et omni die habeant in prandio lectionem de Bibliâ moderandam in abſentiâ Decani per diſcretionem ebdomadarii illius ſeptimanæ.

Item Statutum eſt, quod quilibet Vicarius dicti Collegii liberè habeat in anno octo ſeptimanas ad ſolaciandum ſe & viſitandum amicos, cum licentiâ petitâ à Decano, ſive ejus Vices-gerente in ſuâ abſentiâ. Clericus autem ſex ſeptimanas habeat in anno. Et pro omni tempore quo Vicarius ſive Clericus fuerit abſens à dicto Collegio ultra prædictum tempus eis limitatum, ſive licentiatus fuerit ſive non, ſolvet pro communis ſuis in dicto Collegio cum ſociis ſuis ac ſi perſonaliter eſſet præſens. Et non erunt abſentes ſimul extra Collegium prædictum ultra duos Vicarios vel Clericos ſimul, niſi magnâ & neceſſariâ causâ urgente, à Decano vel ejus Vices-gerente meritò approbatâ.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod omni die poſt *Completorium*, decantent *Antiphonam* de Sanctâ *Trinitate* cum verſiculo & oratione de eadem. Et *Antiphonam* cum verſiculo & oratione de S. *Johanne Baptiſta*; & *Antiphonam* cum verſiculo & oratione de Beatâ Virgine *Mariâ*, ad memoriam & ob ſingularem devotionem, quam dictus fundator habuit ad *Trinitatem*, Sanctum *Johannem Baptiſtum*, & Beatam Virginem, cui quidem decantationi ſint præſentes omnes qui *Veſperis* & *Completorio* interfuerunt.

Item Statutum eſt quod piſcatio & ſilvæ Collegio pertinentes ſint communes Decano & Canonicis reſidentibus, cum ſuperviſione Decani, quod non fiat vaſtum vel deſtructio in eiſdem ultra debitam neceſſitatem; ſimiliter & omnes forisfacturæ dicto Collegio contingentes equaliter dividantur inter Decanum & Canonicos reſidentes.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod ſi contingat Decanum, poſt primum Decanum in dicto Decanatu ſuo non reſidere, per diſpenſationem Apoſtolicam, ſeu quacunque aliâ; tunc dictus Decanus ordinabit loco ſuo unum honeſtum ſubſtitutum, qui gerat vices ſuas pro regimine illius Collegii, qui habebit in anno pro labore ſuo, per manus præpoſiti ſive generalis Receptoris dicti Collegii decem marcas in Feſtis *Paſchæ* & *Michaelis* equis portionibus de proventibus aſſignatis Decano pro reſidentiâ ſuâ; & aliæ decem marcæ dicto Decano aſſignatæ pro reſidentiâ tranſibunt in diſtributionem reſidentium & Deo ſervientum in dicto Collegio, ſupportatis priùs expenſis dictis proventibus pertinentibus. Et ſi Decanus ſic exiſtens abſens, ut præmittitur, & in ſtudio alicujus univerſitatis in doctrina & moribus occupatus, ſeu in curiâ *Romanâ* pro negotiis Collegii, habebit integrè corpus ſibi aſſignatum & pro Decanatu ſuo —— habebit viginti libras: Reſiduum autem ad reſidentes & alias neceſſarias expenſas Collegii convertetur.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod nichil ſigilletur Sigillo communi Collegii niſi prius regiſtretur in libro ad hoc expenſis communibus Collegii deputato.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod ſit una Campana in ſummitate tecti Eccleſiæ inter Cancellum & Eccleſiam, tanti ſoni, quod poterit audiri per dimidium milliare; quam pulſare vel pulſari facere teneatur quilibet ſacerdos dicti Collegii antequam tranſeat ad *Miſſam* præterquam ad *Miſſam* Beatæ *Mariæ*, & ad magnam *Miſſam* diei, ad quas pulſabitur ſecundum ordinale.

Item Ordinatum eſt & Statutum ex mandato dicti fundatoris, de auctoritate indulti Apoſtolici prædicti; quod omnia beneficia in dicto Collegio, de ſui naturâ omnino ſint compatibilia cum quocunque alio beneficio curato, vel alias incompatibili cæteris Statutis & Ordinationibus in ſuo robore duraturis.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod quandocunque continget ſtallum alicujus Vicarii vacare ultra ſex ſeptimanas, tunc proficuum illius ſtalli pro toto tempore vacationis, prius deductis dimidiis communis unius Vicarii, pro toto tempore vacationis, ad proficuum Vicariorum tradetur Decano & Capitulo, ad ſalve cuſtodiendum in ciſtâ ſuâ communi per indenturas factas inter dictum Decanum & Capitulum & Vicarios Collegii tunc temporis de ſummâ pecuniæ receptâ, quæ ibidem ſalvè cuſtodietur abſque diminutione, quouſque dicti Vicarii habuerint aliquam arduam & magnam cauſam motam contra eos, tunc pro defenſione ipſius cauſæ, ſeu pro relevamine cujuſdam alterius magni negotii, ipſos Vicarios & res ſuas tangentes, dictæ pecuniæ exponentur & expendentur per aviſamentum dictorum Decani & Capituli.

Inſuper Decanus qui pro tempore fuerit, & Capitulum dicti Collegii ſalve cuſtodiant dictas pecunias in eorum cuſtodiam liberatas, abſque diminutione ſeu alienatione quoviſmodo, præterquam dictis Vicariis ſeu de eorum conſenſu, ſub pœnâ perjurii & dupli Vicariis reſolvendi infra menſem. Et dictas pecunias abſque cancellatione ſeu fraude, dictis Vicariis & eorum ſucceſſoribus, cum indiguerint integraliter liberabunt, cognitis causâ & neceſſitate, ut præmittitur. Et pro majori ſecuritate de cuſtodiâ dictæ pecuniæ habeant Vicarii, ſi velint, unam parvam ciſtam incluſam infra ciſtam dicti Decani & Capituli, in quâ parva ciſta includatur dicta pecunia; & habeant dicti Vicarii cuſtodiam clavorum dictæ parvæ ciſtæ pertinentium.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod Decanus infra primum annum ſtallationis ſuæ, conferat Collegio unam honeſtam capam, valoris centum ſolidorum; & faciat fratribus ſuis Canonicis,

nonicis, Vicariis, & aliis miniſtris dicti Collegii honeſtum convivium primo tempore quo inceperit facere reſidentiam ſuam in dicto Collegio, vel ſolvat eiſdem pro dicto convivio xl *ſol.*

Et quilibet Canonicus de cætero in dicto Collegio promovendus dabit dicto Collegio, infra primum annum promotionis ſuæ, unam honeſtam Capam, valoris xl *ſol.* vel quadraginta ſolidos: Et ad inceptionem reſidentiæ ſuæ faciet Capitulo, Vicariis, & aliis miniſtris dictæ Eccleſiæ honeſtum paſtum, vel ſolvet eiſdem xx *ſol.* ad convivium faciendum.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod quotienſcunque continget Decanatum Vacare, Patronus Collegii & ſucceſſores ſui perſonam ydoneam graduatim in aliquâ Univerſitate, ad minus Magiſtrum in artibus vel ſufficientem Baccalarium in Decretis præſentabunt ad Decanatum Dioceſano loci, qui habeat ipſum inſtituere Decanum in eodem.

Cum autem præbenda aliqua vacaverit, jus præſentandi ad eandem, pertinebit Decano & Capitulo, & ſucceſſoribus ſuis, ut evidet per Cartam Fundatoris: Inductio autem pertineat Decano & ſucceſſoribus ſuis.

Jus autem Ordinandi Vicarios, Clericos, & Choriſtas in dicto Collegio, incumbet Decano & Capitulo: Examinatio autem eorundem, ſuper habilitate ſuâ pertinebit Vicariis.

Choriſtæ autem tranſibunt ad communas cum Vicariis; & pro quolibet eorum generalis Receptor ſive præpoſitus Collegii ſolvet in ſeptimanâ octo Denarios: Vel ſi Vicarii egrè ferant habere ipſos ad communas pro octo Denariis in ſeptimanâ, tunc Decanus recipiet eos & vadia ſua, & diſponet pro omnibus neceſſariis ſuis cum eiſdem Vicariis.

Clerici autem majores & inferiores tranſibunt ſimiliter cum Vicariis ad communas ad menſam lateralem, ſolvendi pro capite in ſeptimanâ decem Denarios: Et ſi Vicarii nolint eos habere pro dictâ ſummâ, tunc Decanus recipiet eos ad communas pro eadem ſummâ.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod Seneſcallus Vicariorum quiſcunque qui pro tempore fuerit, habeat ordinariam omni nocte tempore officii ſui pro clauſurâ portarum & oſtiorum Vicariorum ſecundùm formam & modum ſuperius in ſtatutis expreſſatam.

Item Statutum & Ordinatum eſt, quod Vicarius ebdomodarius, vel alius vice ſuâ, debeat exequi officium ſuum in omnibus Feſtis & feriis præterquam in Feſtis duplicibus; & etiam in ipſis Feſtis duplicibus in abſentia Decani & Canonicorum.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod Collegium ſit ſubjectum juriſdictioni Ordinarii loci, prout cavetur in bullis Apoſtolicis, ac etiam patentibus Regis *Henrici* Quinti.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod ſi aliqua gravis lis ſit mota contra Collegium, ſuper jure vel aliquâ poſſeſſione ejuſdem, quæ magnas & exceſſivas requirit expenſas, Decanus & quilibet Canonicus teneatur, ſecundùm quod caſus requirit, dare de bonis ſuis pro defenſione dictæ cauſæ, ſecundùm incumbentem neceſſitatem: Et ſi caſus exigat teneatur dare ad hujuſmodi defenſionem medietatem omnium quæ habet de Collegio: Et in tali causâ bene liceat Decano, cum conſenſu Capituli, diminuere numerum miniſtrorum dicti Collegii de duobus Vicariis, & duobus Clericis; ſcilicet uno majore & alio inferiore uſque ad integrum finem dictæ litis, accipiendo eorum vadia ad defenſionem hujus litis.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod Vicarii dicti Collegii habeant pro eorum ſuſtentatione ſpeciali, ſibi & ſucceſſoribus ſuis Eccleſias de **Gayſley, Cavenham, Clympleſham,** & **Bures,** cum omnibus Decimis majoribus, redditibus, & aliis proficuis quibuſcunque eiſdem pertinentibus ſeu non pertinentibus; quorum in præſentiâ optinent poſſeſſionem; exceptis advocationibus Cancellarum, Vicariarum Eccleſiarum prædictarum cum vacaverint: Et exceptis quod non facient vaſtum in ſilvis & arboribus prædictis Eccleſiis pertinentibus, niſi ad reparationem domorum ſuarum, ſeu Cancellarum, ad eorum ſuſtentationem pertinentium. Item habeant penſionem de **Bertone, Wildenale** xl *ſol* penſionem de **Cowlenge** duorum ſolidorum; portionem de **Badley**; portionem de **Haldkedone**; portionem de **Herthell** & **Boxſted**; portionem de **Wykcham Bieke**; portionem in **Chaverhyll**; portionem de Vicariâ de **Bumpſtede** ad **Turrim** xiii *s.* iv *d.* penſionem xxvi *s.* viii *d.* de Eccleſiâ de **Eſſe**; penſionem ſex marcarum de Eccleſiâ de **Staunburne**; penſionem quatuor marcarum de Vicario de **Toppesfeld**; penſionem de **Halſtede**: Triginta duorum ſolidorum percipiendorum de Priore de *Legâ*. Penſionem de **Thyrlow** xx *ſol.* Penſionem de Abbate de **Togethall** vi *s.* viii *d.* Portionem in **Newtone**; penſionem de Magiſtro de **Batysford** xiii *s.* iv *d.* Penſionem Eccleſiæ Parochialis de **Zeldham** ſuperioris; & penſionem duarum marcarum de Vicario de **Burys**: Habeant omnia prædicta cum omni onere ordinario & extraordinario, & proficua & molimenta de illis provenientia equaliter inter Vicarios dividantur, portatis priùs neceſſariis expenſis præmiſſis pertinentibus.

Item aſſignantur Vicariis prædictis & ſucceſſoribus ſuis: Inprimis aula quondam vocata aula Prioris, cum Camerâ adjacente vocata Camera Dominæ, una cum Camerâ eidem annexâ; unacum gardino ex parte auſtrali ejuſdem aulæ, in longitudine à **Preſtyſpet** uſque ad parcum; & in latitudine cornudenter ab aulâ antedictâ uſque ad ripam fluminis; Coquina juxta aulam prædictam cum aliis domibus ſibi annexis.

Item habeant liberam piſcationem trinâ vice in ſeptimanâ in flumine ſive torrente decurrente *Aſturmera* uſque ad caſtrum de **Clare.**

Item habeant columbare juxta **Preſtyſpet** ad uſum eorum imperpetuum.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod quiſcunque de cætero in Vicarium dicti Collegii aſſumendus, infra primum annum admiſſionis ſuæ,

ſuæ, ſi non fuerit alibi promotus, dabit communitati Vicariorum ſex coclearia argentea vel xiii *s.* iv *d.* ad emendum dicta coclearia: Sin autem alibi promotus fuerit dabit dictæ communitati ciphum argenteum valoris xxvi *ſol.* viii *d.* vel ipſam ſummam pecuniæ ad emendum talem ciphum.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod ſi contingat Decanum Decanatum ſuum dimittere per reſignationem, ſive per permutationem, & alias præbendam in dicto Collegio obtinere, non teneatur ad reſidendum in dicto Collegio niſi per xii ſeptimanas, ad effectum quod pro pleno reſidente habeatur: Et pro dictis duodecim ſeptimanis non teneatur intereſſe horis Canonicis niſi in Feſtis duplicibus: Et in omnibus aliis ordinationibus & ſtatutis ſit equaliter liber cum Decano. Et ſi nullam habeat præbendam in dicto Collegio, & velit infra dictum Collegium commorari, teneantur Decanus qui pro tempore fuerit, Canonici & cæteri miniſtri dicti Collegii honeſtè eum tractare, & ſibi ſigna honoris exhibere. Et quicunque voluerit Chorum Eccleſiæ cum præſentiâ ſuâ decorare, tunc habeat primum ſtallum ex parte Boreali ſine murmuratione ſeu contradictione alicujus.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod ſinguli Decani, Canonici, Vicarii, Clerici, cæterique miniſtri dicti Collegii, quicunque in poſterum admittendi ſtatim in limine admiſſionum ſuarum ad beneficia & officia in dicto Collegio, & antequam in hujuſmodi beneficiis ſeu officiis adminiſtrare permittantur, præſtent juramentum ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro, coram Decano vel ejus Vices-gerente, vel coram ſeniore Canonico reſidente, Decanatu vacante, & toto Capitulo, quod erunt fideles dicto Collegio; & quod omnia prædicta Statuta & Ordinationes, & alia quæcunque per dictum Magiſtrum *Thomam Barneſlay* Decanum in antea ſtatuenda & ordinanda, quatenus ea didicerint & ſtatuerint & ad eos attinet, ad literam, & abſque aliquâ declaratione vel interpretatione aliunde petendâ inviolabiliter obſervabunt.

Item Statutum eſt & Ordinatum, quod omni die incontinenti poſt *Completorium* de die in Choro Decantatum, hii omnes miniſtri dictæ Eccleſiæ, qui hujuſmodi *Completorio* interfuerunt *Antiphonam* de Beatâ Virgine; viz. *Salve Regina* cum tribus verſibus ac verſiculo & oratione in capellâ de eadem cum notâ decantent. Hoc ſolum ordinatum eſt ad ſpecialem petitionem reverendi in Chriſto Patris & Domini, Domini *Ricardi Flemmynge Lincolnienſis* Epiſcopi, qui Statuta prædicta auctoritate Bullarum Apoſtolicarum *Martini* Quarti ritè & debitè confirmavit.

Hæc eadem ſuperius Statuta & Ordinata omnia ſingula per modum Statutorum, Ordinantur, & Statuuntur, ut dicti Decanus, Canonici, Vicarii, Clerici, & alii miniſtri ex præmiſſis & per ea gubernentur ad honorem Dei & utilitatem in dicto Collegio commorantium; cum poteſtate reſervatâ præfato Magiſtro *Thomæ Barneſlay* Decano dicti Collegii addendi, hæc diminuendi, mutandi, declarandi, interpretandi, corrigendi, reformandi, ac alia ſtatuendi & ordinandi, & cum ordinationibus & ſtatutis diſpenſandi toto tempore vitæ ſuæ.

Diſpenſandi autem cauſa neceſſitatis aut utilitatis, communitatis, ſeu alicujus ejuſdem in modicis, & in hiis quæ ſubverſionem Collegii vel ſtatutorum ejuſdem, aut ejus grave detrimentum non contingunt, nec ejuſdem poſſent lædere leges honeſtatis ex cauſis rationabilibus, Decano & majori parti reſidentium poteſtas ſpecialiter. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium Ego *Thomas Barneſlay* Decanus Collegii antedicti Sigillum officii mei præſentibus appoſui apud **Stoke** prædicto xxviij°. die menſis *Januarii* anno Domini MCCCCxxij°.

ECCLESIA

Collegiata de North-Cadbury *in agro* Somerſetenſi.

Licentia regia Elizabethæ *quæ fuit uxor* Will. Botreaux *ſenioris Chivaler conceſſa, pro fundatione & dotatione ejuſdem.*

Pat. 4 H. 5. part. unica m. 1.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt dilectæ nobis *Elizabethæ* quæ fuit uxor *Willielmi Botreaux* ſenioris Chivaler, quod eadem *Elizabetha* in Eccleſiâ Parochiali de North-Cadebury in Com. *Somerſet*, per ipſam de novo ædificatâ & conſtructâ, quoddam Collegium perpetuum, de ſeptem Capellanis, quorum unus aliis præſit, ac gubernationem ejuſdem Collegii, & curam animarum ibidem habeat & gerat, & Rector Collegii S. *Michaelis* de North-Cadebury nuncupetur, & de quatuor Clericis divina ſervicia & officia in dictâ Eccleſiâ pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus, ac ſtatu præfatæ *Elizabethæ* & *Willielmi Botreaux* junioris Chivaler, ac benefactorum & amicorum ſuorum quoad vixerint; & pro animâ noſtrâ poſt deceſſum noſtrum, ac pro animabus ſuis cum ab hac luce migraverint; necnon pro animâ prædicti *Willielmi* nuper viri dictæ *Elizabethæ* & animabus parentum, anteceſſorum, amicorum & benefactorum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum juxta ordinationem ipſius *Elizabethæ* in hac parte faciendam, miniſtraturis,

ſtraturis, facturis, & celebraturis imperpetuum, in honore Dei & glorioſæ virginis *Mariæ* ejus, ac Sancti *Michaelis* Archangeli advocati ejuſdem Eccleſiæ, fundare, facere, inire, erigere, creare, & ſtabilire poſſit.

Conceſſimus inſuper & licentiam dedimus, pro nobis & dictis hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt præfatis *Elizabethæ* & *Willielmo Botreaux* juniori, quod ipſi duas acras terræ cum pertinentiis in North-Cadebury parcellam manerii de North-Cadebury, cimiterio dictæ Eccleſiæ de North-Cadebury adjacentes, una-cum advocatione & patronatu ejuſdem Eccleſiæ qui de nobis tenentur in Capite: ac etiam *Willielmo Palton* Chivaler, *Henrico Nanſumer* Clerico, *Ricardo Wycle* Clerico, *Johanni Lannoy* & *Johanni Vyncent*, quod ipſi duo meſſuagia, viginti & quatuor acras terræ, octo acras prati, & unam denaratam redditus, cum pertinentiis in dictâ villâ de North-Cadebury, ſimul cum paſturâ ad ſex boves, ſex vaccas, & viginti porcos in eadem villâ: quæ quidem Meſſuagia, viginti & quatuor acræ terræ, pratum, paſtura & redditus de nobis non tenentur, dare poſſint, concedere, & aſſignare Rectori & Capellanis Collegii prædicti, cum ſic fundatum fuerit; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis; *viz.* dictas duas acras terræ, parcellas manerii prædicti, pro manſo & inhabitatione eorundem Rectoris & Capellanorum includendo & ædificando, prædictaque meſſuagia, viginti & quatuor acras terræ, pratum, paſturam, & redditum cum pertinentiis in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum. Et eiſdem Rectori & Capellanis, quod ipſi tam meſſuagia, ac viginti quatuor acras terræ, pratum, paſturam, & redditum prædicta cum pertinentiis, præfatis *Willielmo Palton*, *Henrico*, *Ricardo*, *Johanne*, *Johanne*, quàm dictas duas acras terræ, parcellas manerii prædicti cum pertinentiis; ac advocationem & patronatum prædictos: Et præfatis *Elizabethæ* & *Willielmo Botreaux* juniori recipere, & Eccleſiam illam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus, una-cum meſſuagiis, terrâ, prato, paſturâ, & redditu prædictis tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis, divina ſervicia & officia in dictâ Eccleſiâ de North-Cadebury pro ſtatibus & animabus prædictis, juxta ordinationem ſupradictam, factura, miniſtratura & celebratura imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito; ſeu aliquo alio ſtatuto in contrarium facto; aut eo quod prædictæ duæ acræ, parcellæ manerii prædicti, ac advocatio & patronatus prædicti, de nobis tenentur ut prædictum eſt non obſtante.

Et ulterius de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & dictis hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, tam præfato *Willielmo Botreaux* juniori, quàm *Radulfo Botreaux* Chivaler, & *Johanni Botreaux* Armigero; quod quilibet eorum per ſcriptum ſuum totum jus & clamium, quæ habet, ſeu quoviſmodo habere poterit in prædictis duabus acris terræ, parcellas manerii prædicti cum pertinentiis; ac in advocatione & patronatu dictæ Eccleſiæ de North-Cadebury, de ſe & hæredibus ſuis remittere, relaxare, & quietum clamare poſſit præfatis Rectori & Capellanis, & ſucceſſoribus ſuis incontinenti poſt ipſorum poſſeſſionem inde captam & optentam; ſtatutis prædictis vel aliis præmiſſis non obſtantibus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xxiij°. *Febr.*

ECCLESIA

Collegiata de Manceſtre *in Com.* Lancaſtriæ.

Licentia regia pro fundatione ejuſdem.

Pat. 9 H. 5. part. 1. m. 13.

R Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod cum venerabilis in Chriſto pater *Thomas* Epiſcopus *Dunelmenſis*, *Johannes Henege*, *Nicholaus Motte* perſonæ Eccleſiæ Swineſhevede, *Ricardus Lumbard* nuper perſonæ Eccleſiæ de Holtham, & *Ricardus Frithe* teneant manerium de Manceſtre cum pertinentiis, una-cum advocatione Eccleſiæ de Manceſtre in Com. Lancaſtriae ſibi & hæredibus ſuis, ex dono & feoffamento *Thomæ la Warre* Clerici, prout per quendam finem in Curiâ domini *Henrici* nuper Regis *Angliæ* patris noſtri Com. ſui Palatini *Lancaſtriæ*, inter præfatos Epiſcopum *Johannem*, *Nicholaum*, *Ricardum* & *Ricardum*, & *Willielmum Thirnyng* militem, *Willielmum Auncell*, & *Johannem Overtone* jam defunctos; necnon *Willielmum Rouceby* Vicarium Eccleſiæ de Sleford, qui totum jus ſuum & clameum, quæ habuit vel habere potuit in eiſdem manerio & advocatione præfatis Epiſcopo, *Willielmo Thyrning*, *Johanni Nicholao*, *Willielmo Auncell*, *Ricardo*, *Johanni* & *Ricardo* remiſit & relaxavit quærentes, & præfatum *Thomam la Warre* de manerio & advocatione prædictis deforciantem levatum, liquet manifeſtè: Nos, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ, pro CC. marcis nobis in hanaperio noſtro ſolutis, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Epiſcopo, *Johanni*, *Nicholao*, *Ricardo* & *Ricardo*, quod ipſi dictam Eccleſiam de Manceſtre in Eccleſiam Collegiatam erigere, ſeu per eum ad quem pertinet erigi facere valeant; & in & de eadem Eccleſiâ quoddam Collegium, de uno Magiſtro ſive cuſtode Capellano, & de tot ſociis Capellanis & aliis miniſtris, quot eiſdem Epiſcopo, *Johanni*, *Nicholao*, *Ricardo* & *Ricardo*, ac præfato *Thomæ la Warre* videbitur expedire, divina in Eccleſiâ

A

ensi

ios, Pat. 10 H.
ci- 5. m. 3.
ut Videsis e-
ra- tiam Pat.
tus 6 H. 6. p.
isi- 2. m. 23.
sis, & 24.
pri-
licæ
o ut
ndat
pud
iati-
, &
em,
are:
otio-
ene-
a &
simo
de-
rna-
ver-
æte-
cor-
gem
t al-
no-
canſ-
ulis,
a, &
gotiis
præ-
enti-
cipa-
gra-
certâ
ledi-
præ-
quan-
d ip-
ipſius
ham-
parte
nerio
cella
r per
Col-
quo-
uber-
exer-
seo-
n ad
iram-

ECCLESIÆ OLIM COLLEGIATÆ DE

HIGHAM-FERRERS,

facies Australis,

In pij hujus
Ecclesiæ Colleg: Fun
:datoris memoriam.

THOMAS CHICHLEY

DE WIMPOLE

In Agro Cantabr: Equ: aurat;
Consang: et proximus hæres, hoc posuit,



Eccleſiâ prædictâ ſingulis diebus, pro ſalubri ſtatu noſtro, ac dictorum Epiſcopi & *Thomæ la Warre* dum vixerimus; & animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, ac animabus progenitorum noſtrorum & anteceſſorum ipſius *Thomæ la Warre* necnon animabus omnium fidelium defunctorum celebraturis imperpetuum facere, fundare, & ſtabilire poſſint, juxta ordinationem dictorum Epiſcopi, *Johannis*, *Nicholai*, *Ricardi* ac *Ricardi*, ac præfati *Thomæ la Warre*, ſeu quinque quatuor, trium vel duorum prædictorum Epiſcopi, *Johannis*, *Nicholai*, *Ricardi*, *Ricardi* & *Thomæ la VVarre* in hac parte faciendam imperpetuum.

Et quod idem Magiſter ſive Cuſtos, & ſucceſſores ſui Magiſtri ſive Cuſtodes Collegii prædicti, Magiſtri ſive Cuſtodes Collegii beatæ *Mariæ* de **Hauncestre** nuncupetur imperpetuum. Et quod idem Magiſter ſive Cuſtos, & ſocii ſui Capellani ejuſdem Collegii & ſucceſſores ſui ſint perſonæ perpetuæ & capaces beneficiorum, terrarum & tenementorum, ac aliorum poſſeſſionum & emolumentorum quorumcunque: Et quod habeant Sigillum commune: Et quod idem Magiſter ſive Cuſtos ejuſdem Collegii, & ſucceſſores ſui poſſint implacitare & implacitari per nomen Magiſtri ſive cuſtodis dicti Collegii.

Conceſſimus etiam & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt præfatis Epiſcopo *Johanni*, *Nicholao*, *Ricardo* & *Ricardo*, quod ipſi quinq; meſſuagia & decem acras terræ cum pertinentiis in **Hauncestre**, **Goytone** & **Hetone** quæ ſunt parcella dicti manerii, ac advocationem prædictam, quæ de nobis ut de dicto Comitatu noſtro Palatino tenentur, dare poſſint & aſſignare prædictis Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis ejuſdem Collegii, cum ſic erectum, factum, fundatum & ſtabilitum fuerit; habenda & tenenda eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis ejuſdem Collegii, & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris, ut de dicto Comitatu noſtro Palatino, per ſervicia inde debita & conſueta, in ſubventionem ſuſtentationis ſuæ, ac aliorum miniſtrorum dicti Collegii imperpetuum. Et eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, & ſociis ſuis Capellanis ejuſdem Collegii, quod ipſi dicta meſſuagia & terram cum pertinentiis & advocationem prædictam à præfatis Epiſcopo, *Johanne*, *Nicholao*, *Ricardo* & *Ricardo* recipere, & Eccleſiam illam appropriare; & eam ſic appropriatam in proprios uſus, una-cum meſſuagiis & terrâ prædictis tenere poſſint eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi & ſociis ſuis Capellanis ejuſdem Collegii & ſucceſſoribus ſuis in ſubventionem ſuſtentationis ſuæ ac miniſtrorum ſuorum prædictorum imperpetuum, ut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, *&c.* non obſtante, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *VVeſtm.* xxij°. die *Maii.*

ECCLESIA

Collegiata de Higham-Ferrers *in agro* Northamptonienſi.

Licentia regia Henrico Chichele Cantuarienſi *Archiepiſcopo, pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 10 H. 5. m. 3.

Videſis etiam Pat. 6 H. 6. p. 2. m. 23. & 24.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum, ut accepimus venerabilis pater *Henricus Chichle* Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, totius *Angliæ* primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, pio ut ſperamus devotionis fervore accenſus, intendat & effectet, noſtrâ mediante licentiâ, apud **Higham-Ferers** in Com. *North.* ubi nativitatis traxit originem, cultum divinum, & alia pietatis opera, ad Dei laudem & honorem, & animæ ſuæ ſalutem perpetualiter ampliare: Nos attendentes piam & laudabilem devotionem ac meritorium propoſitum præfati venerabilis patris in hac parte; ac etiam grata & fructuoſa obſequia per ipſum, tam cariſſimo domino & patri noſtro nuper Regi *Angliæ* defuncto, quàm nobis poſtquam regni gubernacula ſuſcepimus, & toti regno noſtro in diverſis negotiis ejuſdem; & præſertim inter cætera in præſentis finalis pacis tractatu & concordiâ inter chariſſimum patrem noſtrum Regem *Franciæ* & nos, ac Reginâ noſtrâ, prout altiſſimo placuit initæ & obtentæ, de regno noſtro *Angliæ* ad regnum *Franciæ* ſæpius tranſfretando, nullis cedendo laboribus, periculis, vel expenſis efficaciſſimè exibita & oſtenſa, & indies in variis regni noſtri cauſis & negotiis exhibita indefeſsè: Et volentes proinde præfatum venerabilem patrem, ſuper piâ intentione ſuâ hujuſmodi, ac ut in meritis participare valeamus in hac parte, favore proſequi gratioſo; de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus. Damus etiam & concedimus, per præſentes, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis, eidem Archiepiſcopo, quod ipſe vel hæredes ſui in quodam ſolo nunc ipſius Archiepiſcopi, infra dictam villam de *Higham-Ferers* tres acras terræ continentes in parte jam ædificato, quod de nobis ut de manerio noſtro de **Higham**-*Ferers*, quod parcella Ducatus noſtri *Lancaſtriæ* exiſtit, tenetur per fidelitatem tantum, ut dicitur, quoddam Collegium perpetuum octo Capellanorum, quorum unus ſit Magiſter, & regimen, & gubernationem Collegii hujuſmodi habeat & exerceat, & quatuor Clericorum, unde unus eorundem Capellanorum ſive Clericorum ad Gram-

Grammaticam, & alius Capellanus ſive Clericus de eiſdem Capellanis ſive Clericis ad Cantum inſtruendum & docendum ibidem deputetur, & aſſignetur: ac etiam ſex Choriſtarum, divina ſingulis diebus pro ſalubri ſtatu noſtro, ac chariſſimæ conſortis noſtræ *Katherinæ* Reginæ *Angliæ* & præfati Archiepiſcopi, dum vixerimus, ac pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; & pro animabus præfati *Henrici* patris noſtri, & *Mariæ* matris noſtræ; nec non animabus parentum & benefactorum dicti Archiepiſcopi, & omnium fidelium defunctorum, juxta ſtatuta, regulam, & ordinationem ipſius Archiepiſcopi, vel hæredum ſuorum, in hac parte facienda celebraturorum imperpetuum, erigere, fundare, facere & ſtabilire poſſint vel poſſit. Volentes inſuper & concedentes, pro nobis & hæredibus noſtris, quod Magiſter, Capellani, Clerici, & Choriſtæ in Collegio prædicto pro tempore exiſtentes, & ſucceſſores ſui Magiſter & Collegium beatæ *Mariæ* Virginis S. *Thomæ Cantuarienſis*, & S. *Edwardi* Confeſſoris de Higham-*Ferers* imperpetuum ſit & nuncupetur: Et quod prædicti Magiſter, Capellani, Clerici, & Choriſtæ Collegii prædicti, pro tempore exiſtentes, & ſucceſſores ſui, per nomen, ſive ſub nomine Magiſtri & Collegii beatæ *Mariæ* Virginis, Sanctorum *Thomæ* & *Edwardi* prædictorum de Higham-*Ferers*, ſint perſonæ habiles, capaces, & perpetuæ, ad impetrandum, recipiendum, & adquirendum, ac recipere & adquirere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis, omnimoda terras & tenementa, redditus, ſervicia, advocationes, Eccleſias, Vicarias, Hoſpitalia, & Capellas, & alia poſſeſſiones, & jura ſpiritualia & temporalia, ac mixta, licet immediatè de nobis vel hæredibus noſtris, ſeu de aliis quibuſcunque, per ſervicium militare, vel in ſocagio, ſerjantiâ, jure patronatus, vel burgagio, ſeu alias qualitercunque teneantur.

Et inſuper, quod dicti Magiſter & Collegium & ſucceſſores ſui habeant unum commune Sigillum pro negotiis & agendis ſuis ſerviturum. Et quod ipſi & ſucceſſores ſui placitare poſſint; & implacitari & proſequi omnimodas cauſas, querelas, & actiones reales & perſonales & mixtas, in locis & curiis quibuſcunque cujuſcunque generis ſint vel naturæ; Et quod agere, reſpondere & defendere valeant & poſſint in eiſdem coram judicibus tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, ac ſecularibus quibuſcunque.

Et inſuper ad effectum quod perſonæ Collegii prædicti & ſucceſſores ſui in præmiſſa faciendo melius & ſecurius ſuſtentari valeant in futurum, volumus, & conceſſimus, & licentiam dedimus, damus etiam & concedimus, pro nobis & dictis hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt præfato Archiepiſcopo, quod ipſe vel hæredes ſui dictum ſolum trium acrarum terræ, dare, concedere, & aſſignare poſſit vel poſſint præfatis Magiſtro & Collegio, cum Collegium illud ſic fundatum fuerit; habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, tam pro Eccleſiâ ſeu Capellâ dicti Collegii, & aliis domibus & ædificiis eidem neceſſariis, quàm pro manſis Magiſtri & ſingularum perſonarum dicti Collegii, & aliis neceſſariis ſuis in eodem ſolo conſtruendi & faciendi; tenendum de præfato Archiepiſcopo & hæredibus ſuis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum.

Volumus inſuper & concedimus per præſentes, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt prædicto Archiepiſcopo, ac *Willielmo Chichele* Archidiacono *Cantuar.* ac hæredibus ipſius Archiepiſcopi imperpetuum Prioratum de Merſeye alienigenarum in Com. *Eſſex.* cum pertinentiis; alias dictum manerium ſive Prioratum de Merſeye in Com. *Eſſexiæ*; alias dictum manerium de *Merſege* in Com. *Eſſex.* alienigenarum cum pertinentiis: Et volumus, & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus Prioratus cum pertinentiis, quem *Iſabella* quæ fuit uxor *Johannis Doreward* de dicto Comitatu *Eſſex*, alias dicti *Johannis* filii *Willielmi Doreward* de Comitatu *Eſſex* tenet ad vitam ſuam ex conceſſione Abbatis & Conventus Monaſterii S. *Audoeni* de Roven, ex partibus *Franciæ* in *Normanniâ*, de licentia præfati patris noſtri *Henrici*, *Henrici* nuper *Ennachedenſis* Epiſcopo in *Hiberniâ*, & præfato *Johanne* jam defunctis; ac præfatæ *Iſabellæ* ad terminum vitæ eorundem nuper Epiſcopi, *Johannis* & *Iſabellæ* facta, ut dicitur; & qui poſt mortem præfatæ *Iſabellæ*, vel aliter in præſenti per inſufficientiam ſtatus ejuſdem *Iſabellæ*, nobis & hæredibus noſtris prædictis, virtute ſtatuti & concordiæ ſive Ordinationis in Parliamento apud Leyceſtre anno regni noſtri ſecundo tento, de hujuſmodi Prioratibus alienigenarum in *Angl.* nobis & dictis hæredibus noſtris remanſur. editi, remanere, ſeu pertinere deberet, poſt mortem ejuſdem *Iſabellæ*, ſi ſtatus ejuſdem *Iſabellæ* in lege ſufficiens exiſtat: ſin autem jam immediate remaneat præfatis Archiepiſcopo & *Willielmo Chichele*, & hæredibus ipſius Archiepiſcopi una cum omnibus Eccleſiis, terris, tenementis, pratis & paſturis, piſcariis, redditibus, ſerviciis, privilegiis, conſuetudinibus, libertatibus, franchefiis, reverſionibus, feodis militum, advocationibus Eccleſiarum, Vicariorum, & aliorum beneficiorum & officiorum eccleſiaſticorum quorumcunque; necnon cum omnibus penſionibus, portionibus, annuitatibus, decimis, oblationibus, obventionibus, elemoſinis & aliis emolumentis, proficuis, rebus, juribus, poſſeſſionibus tam ſpiritualibus quàm temporalibus Prioratui de Merſeye prædictâ quoquomodo ſpectantibus ſive pertinentibus; habenda & tenenda de nobis & hæredibus noſtris per fidelitatem tantum, abſque aliquo apporto, ſive alio ſervicio, onere, exactione vel demandâ, nobis vel hæredibus noſtris pro ſive de Prioratu de Merſeye prædictâ, ſeu aliquâ parcellâ inde faciendo, gerendo, reddendo ſive ſolvendo quoviſmodo imperpetuum.

Et ulterius conceſſimus, & licentiam dedimus, damuſque & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris præfatæ *Iſabellæ*, quod ipſa ſtatum

ſtatum & poſſeſſionem, quos habet in Prioratu prædicto, cum pertinentiis, concedere, tradere, vel ſurſum-reddere poſſit præfatis Archiepiſcopo & Archidiacono, habendum & tenendum ſibi & hæredibus ipſius Archiepiſcopi: Et ſimiliter eiſdem Archiepiſcopo, & Archidiacono, quod ipſi & hæredes ipſius Archiepiſcopi, & eorum quilibet, per hujuſmodi conceſſionem, traditionem, ſive ſurſum-redditionem per præfatam *Iſabellam* eis vel eorum alicui inde faciendas, ſive per inſufficientiam ſtatus dictæ *Iſabellæ*, ſeu alio modo quocunque in vitâ ſuâ, vel alias per mortem præfatæ *Iſabellæ* ſtatum ejuſdem *Iſabellæ* ceſſare contigerit ſive terminari in Prioratum de **Merſeye** prædicta cum pertinentiis abſque aliquâ proſecutione penès nos ſeu hæredes noſtros in hac parte faciendâ, libere ingredi, & eundem Prioratum cum pertinentiis retinere & habere poſſint & poſſit ſibi & hæredibus dicti Archiepiſcopi imperpetuum ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, *&c.* In cujus, *&c.* T. *Johanne* Duce *Bedfordiæ* Cuſtode *Angliæ* apud **Suthwyke** ſecundo die *Maii.*

Licentia regia, de diverſis terris in ſubventionem Magiſtri & Capellanorum dictæ Eccleſiæ Collegiatæ, perquirendis.

Pat. 12 H. 6. p. 1. m. 14. REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod cum nos nuper de aviſamento & aſſenſu conſilii noſtri conceſſerimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, Oratoribus noſtris Magiſtro & Collegio beatæ *Mariæ* virginis, S. *Thomæ Cantuarienſis*, & S. *Edwardi Confeſſoris* de *Higham-Ferrers* nuper per venerabilem patrem *Henricum* Archiepiſcopum *Cantuar.* fundato, ut ipſi & ſucceſſores ſui in ipſorum ſuffragiis & obſequiis divinis ibidem celebrandis, nos & hæredes ac progenitores noſtros, & præcipuè dominum & patrem noſtrum *Henricum* nuper Regem *Angliæ* quintum ſpecialius haberent; quod iidem Magiſter & Collegium terras, tenementa & redditus ad valorem quadraginta marcarum per annum adquirere poſſent ſibi & ſucceſſoribus ſuis, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante, *&c.* Ac poſtmodum, de aviſamento & aſſenſu conſilii noſtri prædicti, conſideratione boni & notabilis ſervicii, quod præfatus Archiepiſcopus nobis ſemper impenderet, ac magnarum chevanciarum monetæ, quas ipſe ſepius nobis fecerat, ad ſupplicationem ejuſdem Archiepiſcopi conceſſerimus, pro nobis & hæredibus noſtris præfatis Magiſtro & Collegio, quod ipſi & ſucceſſores ſui adquirere poſſent terras tenementa & redditus ad valorem dictarum quadraginta marcarum per annum; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum juxta tenorem literarum noſtrarum prædictarum, *&c.* Nos conſideratione præmiſſorum, *&c.* licentiam dedimus, *&c.* *Thomæ Brouns* Clerico & *Thomæ Compworth*, quod ipſi manerium de **Dverdene** cum pertinentiis in Com. *Bedf.* ac ſexaginta acras boſci cum pertinentiis in **Swyneſhede** in Com. *Huntingdon.* parcellas manerii prædicti. Ac etiam præfatis Archiepiſcopo, *Thomæ* & *Thomæ*, ac *Roberto Chichele*, quod ipſi manerium de **Cheſterton** cum pertinentiis in eodem Com. *Huntingdon.* necnon eiſdem Archiepiſcopo *Thomæ Roberto* & *Thomæ*, ac *Rogero Heron* Clerico, quod ipſi manerium de **Bereford** juxta **Newenham**, vocatum *Veyſis* manerium cum pertinentiis; ac unum meſſuagium, triginta acras terræ & decem acras prati cum pertinentiis in **Bereford**, quæ de nobis non tenentur, & quæ valent per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem eorundem viginti & novem marcas, ſex ſolidos & octo denarios, ſicut per diverſas Inquiſitiones, *&c.* eſt compertum dare poſſint & aſſignare præfatis Magiſtro & Collegio; Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis in valorem viginti librarum per annum, in partem ſatisfactionis quadraginta marcarum terrarum, tenementorum & redditus prædictorum, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* primo die *Julii.*

Conſimilis licentia.

Pat. 13 H. 6. part. unica m. 20. REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, *&c.* quod nos, *&c.* de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato Archiepiſcopo, quod ipſe unum meſſuagium vocatum *le Swan on the Hope*, ſexaginta acras terræ, & decem acras prati cum pertinentiis in **Higham**-*Ferers* & **Newenton** in Com. *Northampton.* quæ de nobis non tenentur, & quæ valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem xx *ſol.* ſicut per Inquiſitionem, *&c.* eſt compertum, dare poſſint & aſſignare præfatis Magiſtro & Collegio; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* quarto *Februarii.*

ECCLESIA

Collegiata S. Michaelis *de* Pater noſter Chirche *infra Civitatem* London. *vulgariter vocata* Whitington-College.

De fundatione ejuſdem per Executores Teſtamenti Ricardi Whitington *Civis & Merceri* London.

Pat. 5 H. 6. part. 2. m. 13. per Inſpex. UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis præſentium continentiam viſuris vel audituris *Henricus* permiſſione divinâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas & Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſalutem in domino ſempiternam. Eximiæ devo-

devotionis affectus, quem dilecti filii noſtri *Johannes Coventre*, *Johannes Carpenter* & *Willielmus Grove* Executores Teſtamenti *Ricardi Whityngton* nuper Civis & Merceri *London.* ad ſanctam matrem gerunt Eccleſiam; necnon notabilia caritatis opera, quæ ipſi indies faciunt pro dicto *Ricardo* teſtatore nos inducunt, ut petitionibus ſuis, quantum cum Deo poſſumus, in hiis præſertim quæ divini cultus augmentum & animarum ſalutem ſuſpiciunt favorabiliter annuamus. Petitio ſiquidem pro parte dictorum Executorum nobis nuper exhibita continebat; quod ipſi zelo piæ devotionis accenſi, & de voluntate dicti *Ricardi* ſpecialiter onerati, in Eccleſiâ Parochiali S. *Michaelis* de **Pater-noſter-Chirche** in *Riola* dictæ Civitatis *London.* noſtræ juriſdictionis immediate ubi dictus *Ricardus* & *Alicia* conſors ſua eccleſiaſticam ſortiuntur ſepulturam, ad laudem Sancti ſpiritus, & beatæ virginis *Mariæ*, ſancti quoque *Michaelis* Archangeli, & omnium Sanctorum, & in divini cultus augmentum; ac pro dictorum *Ricardi Wityngton* & *Aliciæ*, necnon aliarum fidelium animarum ſalute, unum Collegium de certis Presbyteris & Clericis ſecularibus, & aliis miniſtris, qui in eadem Eccleſiâ perpetuo domino famulentur; & unam Domum Elemoſinæ perpetuam juxta dictam Eccleſiam in eadem Parochiâ, de certis pauperibus perpetuo ſuſtentandis in eadem domo, ordinare & canonicè fundare; ac de manſis & inhabitationibus ſibi congruis, aliiſque bonis temporalibus ſufficienter dotare proponunt: Quare, pro parte dictorum Executorum nobis eſt cum inſtanciâ debitâ ſupplicatum, ut eis auctoritate noſtrâ Pontificali & ordinariâ ad fundandum & erigendum hujuſmodi Collegium & Domum Elemoſinæ, cum aliis ad hæc pertinentibus & oportunis; necnon ad condendum ſtatuta rationabilia pro regimine eorundem neceſſaria licentiam & facultatem liberam concedere dignaremur: Nos itaque dictorum Executorum pium in hac parte propoſitum, in domino commendantes; ſuis quoque ſupplicationibus in eâ parte favorabiliter inclinati, ad erigendum & fundandum in eadem Eccleſiâ S. *Michaelis* quoddam Collegium de quinque vel ſex Capellanis perpetuis; quorum unus erit Magiſter, aliis quoque Clericis & Miniſtris ibidem pro perpetuo domino famulaturis, & quandam domum Elemoſinæ juxta præfatam Eccleſiam de treſdecem pauperibus, quorum unus erit tutor perpetuo ſuſtentandis in eadem: Necnon ad condendum, faciendum, & ſtatuendum certas ordinationes congruas & honeſtas, juxta quas tam dictum Collegium & Eccleſia, ac Magiſter, Presbyteri, Clerici, & alii miniſtri eorundem, quam dicta Domus Elemoſinæ, ac tutor & pauperes ejuſdem, & ipſorum ſinguli ſucceſſoreſque ſui gubernari, regi & uniri debeant, eaſque teneantur perpetuo firmiter obſervare, ſupradictis Executoribus, & cuilibet ipſorum auctoritatem noſtram, de certâ ſcientiâ & ſpeciali gratiâ impartimur; ac plenam & liberam, tenore præſentium concedimus facultatem, juribus, prærogativis, conſuetudinibus & libertatibus noſtris & Eccleſiæ noſtræ *Cantuarienſis* ſemper ſalvis. In cujus rei teſtimonium præſentes Literas Sigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Datas in manerio noſtro de **Lamehithe** xx°. die *Novembris* anno domini MCCCCxxiiij°. & noſtræ tranſlationis anno duodecimo.

Carta fundationis dicti Collegii per Executores præfati Ricardi Whityngton: *necnon Statuta & Ordinationes pro gubernatione ejuſdem.*

OMnibus Chriſti fidelibus præſentium continentiam viſuris vel audituris *Johannes Coventre*, *Johannes Carpenter*, & *Willielmus Grove* Executores Teſtamenti bonæ memoriæ *Ricardi Whityngton* nuper Civis & Merceri Civitatis *Londoniarum*, ac pluries Majoris ejuſdem Civitatis ſalutem in eo quem mater peperit, virgo manens. Primi parentis in poſteros culpæ derivata contagio ab excellentia primevæ dignitatis, abjectâ labe humanæ fragilitatis, caſum mortalibus induxit, quibus miſerecordia ſalvatoris ſalutiferæ, redemptionis opere ſubveniens ſacramentorum libamina, Miſſarum ſolempnia, Elemoſinarum largitiones, & alia pietatis opera diſpoſuit, devotiones fidelium exercenda, quæ & ſibi cederent ad gloriam vivis ad meritum, & præſtarent ſuffragia reſolutis. Ac nos internâ & lacrimabili conſideratione penſantes, quomodo Eccleſia S. *Michalis* de *Riolâ London*, quam præfatus *Ricardus* in vitâ ſuâ funditus et notabiliter inchoavit; ac nos de bonis ſuis poſtea conſummavimus opere ſumptuoſo; & in quam tam ipſe quàm domina *Alicia* conſors ſua, mulier prænobilis Eccleſiaſticam ſortiuntur ſepulturam, de ſervientibus & officiantibus in divinis eſt quaſi totaliter deſtituta; hinc eſt, quod in divini cultus augmentum, laudem & honorem ſancti ſpiritus, & beatæ virginis *Mariæ*, ſancti quoque *Michaelis* Archangeli, & omnium ſanctorum; necnon pro ſpeciali ſalute animarum dictorum *Ricardi* & *Aliciæ*, parentum & benefactorum ſuorum, ac omnium fidelium defunctorum, quoddam Collegium perpetuum in eadem Eccleſiâ, ſub numero & qualitate perſonarum inferius deſcriptarum, adjectis certis ſtatutis & ordinationibus, quibus eædem perſonæ regi debeant & artari imperpetuum, auctoritate ſufficienti fundavimus, ſtabilivimus, & ordinavimus, prout ſic fundamus, ſtabilimus & ordinamus per præſentes in hunc modum.

Pat. 10 H. 6. part. 2. m. 7. per Inſpex.

In primis, de licentiâ, conceſſione ac aſſenſu & auctoritate tam ſereniſſimi principis & domini, domini *Henrici* ſexti, dei gratiâ Regis *Angliæ* & *Franciæ* moderni, quàm reverendiſſimi in Chriſto patris & domini, domini *Henrici*, permiſſione divinâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, totius *Angliæ* primatis, & Apoſtolicæ Sedis Legati, de cujus juriſdictione immediatâ eſt eadem Eccleſia S. *Michaelis*; necnon de conſenſu & aſſenſu omnium & ſingulorum

gulorum aliorum, quorum interest, in hac parte; Volumus, statuimus, & ordinamus, quod exnunc sit & esse debeat in prædictâ Ecclesiâ S. *Michaelis* unum Collegium perpetuum de quinque Capellanis ydoneis secularibus, viris bene-literatis & virtuosis, alibi non beneficiatis; nec patrimonium aliquod temporale unde sufficienter vivere possint de proprio habentibus; quorum unus erit semper & vocabitur Magister dicti Collegii; & de duobus Clericis ultra Parochialem Clericum Ecclesiæ prædictæ; nec non quatuor Choristis perpetuo domino famulaturis, ut subscribitur, collegialiter in Ecclesiâ supradictâ. Quos verò Magistrum & Capellanos perpetuos esse Volumus, Magistrum videlicet; eo quod sub modo & formâ infra-scriptis electus, nominatus fuerit & admissus. Capellanos verò cæteros postquam admissi fuerint, & in Socios ejusdem Collegii recepti, ut infra continetur: Et extunc absque causis infra-contentis nullatenus amovendos.

Clericos etiam & Choristas, necnon alios ministros dicti Collegii, pro voto nostro, dum vixerimus, & deinde pro voto dictorum Magistri, & Sociorum Capellanorum, vel sanioris & majoris partis eorundem admittibiles, & removibiles esse statuimus per præsentes: Proviso semper, quod si quis Clericorum, aut aliorum ministrorum quorumcunque, non Sociorum dicti Collegii, qui laudabiliter & honestè à diu servierit in eodem, tanto senio vel infirmitate confractus fuerit, quod ad ulterius ministrandum & laborandum in dicto Collegio non valebit, prout decet; tunc ipsum sic confractum in Socium perpetuum, Domus elemosinæ dicti *Ricardi*, juxta Ecclesiam prædictam situandæ, & per nos etiam de bonis suis, tam licentiâ Regiâ quàm ordinariâ fundandæ recipi volumus & admitti; distributiones quotidianas pro victu & vestitu suis recepturum, prout cæteri ejusdem Domus Socii recipient & habebunt imperpetuum. Honestos quoque discretos & ydoneos Presbyteros subscriptos; viz. Dominos *Willielmum Brooke*, *Johannem Whyte*, *Nicholaum Gaytone*, *Ricardum Olyve*, & *Gregorium Kyng*, de quorum scientiis, conversationibus, & aliis virtutibus experti sumus ad plenum, in Capellanos perpetuos ejusdem Collegii jam primò assumimus, præficimus & constituimus; necnon dictum Dominum *Willielmum Brooke* modo Rectorem præfatæ Ecclesiæ S. *Michaelis*, in ipsorum Capellanorum & Collegii memorati Magistrum nominamus & ordinamus hac primâ vice.

Et ulterius volumus & statuimus, de licentiâ, consensu, & auctoritate supradictis, quod prædictus nunc Prior præfatæ Ecclesiæ, & singuli successores sui, ad ipsam Ecclesiam de cætero admittendi, sint & nominentur Magister antedicti Collegii: Et è converso, quod dictus nunc Magister præfati Collegii, & successores sui Magistri ejusdem Collegii, sint Rectores Ecclesiæ memoratæ; & quod ipsi successivè tanquam Magistri, sub nuncupatione & vocabulo Magistri tantum Collegio prædicto, & personis ejusdem præsident imperpetuum.

Item statuimus & ordinamus, quod infra unum mensem immediatum post primam & proximam vacationem Ecclesiæ & Collegii prædictorum; & sic semper postea quandocunque vel quotiensçunque Collegium & Ecclesiam illa vacare contigerit, Capitulum scilicet Socii, Capellani præfati Collegii, qui pro tempore fuerint, conveniant in loco Capitulari ejusdem Collegii, & ibidem diligent tractatu præhabito, unum de eodem Collegio; alioquin unum extra dictum Collegium Capellanum ydoneum & circumspectum, ac in Sacrâ Theologiâ graduatum, si quis hujusmodi interim commodè valeat reperiri, in quem ipsi vel major & sanior pars eorum consenserint aut consenserit simpliciter, scilicet nominando eligant; qui sic electus per præsidentem dicti Collegii admittatur in Magistrum ipsius Collegii, quacunque aliâ juris solennitate in electionibus & admissionibus fieri solitâ præmissâ, de cujus quidem Magistri electione & admissione volumus & statuimus, quod præfati Præsidens & Capellani, ac successores sui semper infra dictum mensem Literis suis Patentibus, sub ipsorum communi Sigillo Sigillatus, custodibus communitatis misteræ Merceriæ *London.* pro tempore existentibus notoriè nuncient. Et quod iidem custodes & successores sui quemlibet hujusmodi Magistrum, sic electum & admissum, Priori & Capitulo Ecclesiæ Christi *Cantuarienſis*, qui sunt Patroni Ecclesiæ S. *Michaelis* antedictæ nominent & præsentent; ita quod iidem Prior & Capitulum, ac successores sui eundem Magistrum ad ipsam Ecclesiam S. *Michaelis* loci Ordinario, per illum admittendum, & Canonicè instituendum in eadem, ulterius præsentare possint & debeant cum effectu, juxta formam Conventionis, sive compositionis inter dictos Priorem & Capitulum ac nos Executores prædictos & Custodes communitatis misteræ Merceriæ, de quibus prætertur pro se & successoribus suis hinc & inde concorditer factæ, & tam auctoritate Regiâ, quàm Ordinariâ Deo prævio roborandæ.

Si verò præfati Præsidens & Capellani Magistrum hujusmodi, infra dictum mensem eis limitatum eligere, admittere, & nunciare neglexerint, in formâ supradictâ; tunc volumus & ordinamus, quod lapso mense prædicto hujusmodi electio & nominatio de Magistro eidem Collegio, infra tres menses extunc proximè secuturos providendo, & ad dictam Ecclesiam præsentando solum & immediatè illâ vice devolvantur, & pertineant ad præfatos custodes misteræ Merceriæ pro tempore existentes juxta formam compositionis & confirmationis prædictarum: Proviso semper, quod per hoc nullum quoad admissionem dicti Magistri, sic per ipsos custodes in hac parte eligendi & nominandi; nec quoad alias vacationes hujusmodi Magistri tunc sequentes præsedenti & Capellanis antedictis, seu Capitulo & Collegio prædictis præjudicium in aliquo generetur.

Prætera ſtatuimus & ordinamus, quod vacante Magiſtratu dicti Collegii qualitercunque, plena cura, adminiſtratio & poteſtas quæcunque pertinentes ad Magiſtrum in Capitulum Collegii prædicti pro tempore vacationis hujuſmodi devolvantur: Et quod dictum Capitulum ſive Collegium, infra duos dies proximos poſt notam vacationem hujuſmodi, unum de Sociis ipſius Collegii deputabunt & eligent in præſidentem ejuſdem, qui præfato Collegio in rebus præerit & perſonis: Et omnia quæ Magiſter faceret & exequatur, donec ibidem proviſum fuerit de Magiſtro.

Statuimus etiam & ordinamus, quod ad ſingulas Capellanas perpetuas dicti Collegii quocienſcunque vel quandocunque vacare contigerint in futurum, Magiſter & ſanior pars ſociorum Capellanorum ejuſdem Collegii, perſonas idoneas & honeſtas, ut præmittitur, infra unum menſem à tempore notæ vacationis illarum continue numerando eligant & aſſumant, per ipſum Magiſtrum vel locum-tenentem ſuum, officio Magiſtri pleno, ſeu præſidentem Collegii, officio illo vacante ad Capellanias hujuſmodi, poſt certum tempus examinationis & probationis ydoneitatem, conditionem, & converſationem earundem perſonarum, ſecundùm arbitrium dicti Magiſtri ſive locum-tenentis, aut præſidentis limitandam admittendas. Quod, ſi infra menſem præſcriptum nullum ad Capellaniam hujuſmodi eligi, vel aſſumi; aut electum vel aſſumptum infra tempus dictæ examinationis, ſeu poſtea limitatum, propter inhabilitatem vel minus ydoneitatem ſuam repelli contigerit, extunc infra unum alium menſem tunc proximè ſequentem, proviſio de ydoneâ perſona ad Capellaniam hujuſmodi ſic vacantem Magiſtro vel præſidenti dicti Collegii, qui pro tempore fuerit illâ vice tantummodo pertineat & devolvatur: Unde ſi ipſi interim non providerent, tunc volumus & ordinamus, quod cuſtos communitatis miſteræ Merceriæ *Londonienſis*, qui pro tempore fuerit, infra unum alium menſem extunc proximè & continuè numerandum, ad Capellaniam prædictam perſonam ydoneam, quæ ad eundem Capellanum, per Magiſtrum dicti Collegii vel locum-tenentem ſuum, officio Magiſtri pleno, aut præſidentem Collegii, Magiſtratu vacante, gratis & abſque difficultate admitti, & in ſocium perpetuum ipſius Collegii præfici debeat, præſentabunt illâ vice: Proviſio ſemper, quod per hoc nullum quo ad alias vacationes hujuſmodi Capellaniarum extunc ſequentes Magiſtro & Capellanis prædictis præjudicium in aliquo generetur. Dictos namque cuſtodes Magiſtrum, præſidentem, & ſocios Collegii, præſentes & futuros, ad quos ex ordinatione noſtrâ præſenti pertinet, ſeu pertinebit impoſterum, de ſocio ſive Capellano quocunque eidem Collegio præſentationem, proviſionem vel admiſſionem facere, ut præmittitur, rogamus & obſecramus humiliter & devotè in viſceribus *Jheſu Chriſti*, & eos quatinus cum reverentiâ poſſumus & exhortamur; & oneramus coram Deo, quod idoneos, honeſtos, ac virtuoſos Capellanos, & non alios, in quanto poſſint, ad dictum Collegium præferant, præſentent, provideant vel admittant quoviſmodo.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod Magiſter, Capellanus, Clerici, & Choriſtæ prædicti ſingulis Feſtis duplicibus, ac diebus dominicis & Feſtivis per annum, ſi & quando commode poterint, *Matutinas*, *Miſſam*, & *Veſperas*, per Notam in Eccleſiâ prædictâ reverenter celebrent & devotè; ita ſemper, quod ſingulis diebus Dominicis, quando communes Sermones fient & habebuntur, ad Cathedralem Eccleſiam S. *Pauli Londonienſis*, *Miſſæ* majores in præfatâ Eccleſiâ celebrandæ finiantur per talem horam, quod Magiſter & Capellani ejuſdem Collegii, necnon parochiani ibidem ſermonibus prædictis commodè poſſint intereſſe niſi ſermones aliqui diebus illis fiant in Eccleſiâ memoratâ, vel alia cauſa rationabilis intercurrat.

Et quod Magiſter & Socii Collegii, in precibus ſuis dictis diebus dominicis in eadem Eccleſiâ, poſt Offertorium majoris *Miſſæ* populo exponendis; necnon in aliis prædicationibus ſuis, infra vel prope dictam civitatem faciendis, animas fundatorum ſuorum ſi & quando facultas optulerit, ac cauſa rationabilis non obſiſtat, ſpecialiter & nominatim recommendent ad devotionem auditorum. Cæteris quoque diebus per ebdomadam, quando ſervicia hujuſmodi per Notam ibidem minime celebrantur; tunc volumus & ordinamus, quid iidem Magiſter & Capellani devotè, diſtinctè, & apertè, ad audientiam parochianorum & aliorum illuc confluentium dicant adinvicem *Matutinas*, *Veſperas*, & alias horas ſuas Canonicas de die, ad minus, niſi infirmitate, vel alia rationabili causâ, judicio ipſius Magiſtri, ſi præſens fuerit, vel locum-tenentis ſui eo abſente diſcutienda fuerint impediti.

Miſſas etiam cotidie celebrent dicti Capellani, ſi & quando diſponantur, cum ſpeciali Collectâ pro animabus dictorum *Ricardi Whityngton* & *Aliciæ*, majoribus *Miſſis* per Notam ad ſummum Altare ejuſdem Eccleſiæ Feſtis duplicibus celebrandis, & diebus aliis quibus una ſola collecta ſecundùm uſum *Sarum* dicetur duntaxat exceptis.

In Canone quoque *Miſſarum* ſuarum, primò de animabus præfatorum *Ricardi* & *Aliciæ*; deinde Domini *Willielmi Whityngton* Militis, & dominæ *Johannæ* conſortis ſuæ parentum ipſius *Ricardi*; & ſubſequenter pro animabus ſereniſſimorum principum *Ricardi* Secundi nuper Regis *Angliæ*, & *Thomæ de Wodeſtoke* nuper Ducis *Glouceſtriæ* ſpecialium dominorum & promotorum ejuſdem *Ricardi Whityngton*, *Annæ* quoque & *Alianoræ* ipſorum Regis & Ducis conthoralium ſpecialem facient mentionem: Et generaliter pro animabus illis, quibus idem *Ricardus Whityngton*, in vitâ ſuâ pariter & in morte tenebatur; necnon pro animabus omnium fidelium defunctorum celebrent & deprecentur. Prædictos etiam dominos noſtros Regem & Archiepiſcopum modernos, ac nos Executores memoratos ſpecialiter & nominatim, Patronos quoque & conſervatores, necnon

non alios manutentores & benefactores ipſius Collegii ſuperſtites generaliter inter vivos, in Canone *Miſſarum* ſuarum ad memoriam reducant, quamdiu ſteterimus & ſteterint in hac vitâ.

Et cum dicti Domini noſtri Rex & Archiepiſcopus, vel aliquis noſtrum præfatorum Executorum, diſponente domino migraverit ab hac luce, de eo faciant inter defunctos, in *Miſſæ* Canone ſimiliter mentionem; animæ quoque ſereniſſimi principis *Edwardi* Tertii dudum Regis *Angliæ*, ac *Walteri Waldeſhef* quondam Civis *Londonienſis*, & *Johannæ* conſortis ſuæ; necnon *Philippi le Taillour* & *Sabinæ* uxoris ſuæ, per unum dicti Collegii Capellanum, ad hoc ſpecialiter ſingulis annis per Magiſtrum ejuſdem Collegii, vel locum-tenentem ſuum deputandum inter *Miſſarum* Canones & ſecreta nominatim & ſpecialiter memorentur.

Volumus etiam, & ordinamus, quod ſingulis ſeptimanis unus de prædicto Collegio Capellanis in ebdomedarium, per ipſum Magiſtrum ſi ſit præſens, vel ſubſtitutum per ſe in locum-tenentem ſuum, ſi Magiſter ſit abſens aſſignetur, qui faciet officio hujuſmodi pertinentia, juxta quod ſibi per præfatum Magiſtrum, vel dictum locum-tenentem ſuum, ſi Magiſter ſit abſens rationabiliter injungetur: Ipſum autem ſubſtitutum, ſive locum-tenentem ab hoc onere fore nolumus totaliter excuſatum, quin illud pro parte ſuâ faciat & exequatur, cum & ſicut curſus ſociorum circumveniens exigit & requirit.

Clerici verò & Choriſti dicti Collegii legere, cantare: Necnon Magiſtro & Capellanis ejuſdem Collegii in divinis aſſiſtere & ſervire, & alia minora officia competentia in ipſis Eccleſiâ & Collegio juxta mandatum Magiſtri vel deputati ſui gerere & facere teneantur.

Præterea Statuimus & Ordinamus, quod Capellani & Clerici dicti Collegii officiare debentes, in divinis extra Chorum in ipsâ Eccleſiâ, ſeu Cimiterio vel Clauſtro non incedant dum divinum ibidem dicitur officium, niſi rationabilis cauſa mentio Magiſtri vel deputati ſui diſcutienda ſubfuerit: Sed ſtatim poſt ultimam pulſationem ad *Matutinas*, majores *Miſſas*, & *Veſperas*, ac alias horas Canonicas in ſtallis & locis ſuis ſe reponant; ſeque contineant ibidem honeſtè à confabulationibus, diſputationibus, ſtrepitibus & aliis levitatibus abſtinendo; ipſiſque ſdivinis Officiis diligenter intendant, & ante finitum complete ſervicium abſque licentiâ dicti Magiſtri ſeu deputati ſui à Choro minimè recedant.

Si quis verò Capellanorum prædictorum à dictis divinis officiis, ſcilicet, *Matutinis*, ſeu majoribus *Miſſis* vel *Veſperis* ſe abſentaverit, niſi cauſa legitima, ut præmittitur fuerit excuſandus unum Denarium. Si quacunque ceterarum horarum pro unaquaque earum obolum amittat per dicti Collegii Magiſtrum, ſeu præſidentem ſubtrahendum de ſuo ſalario infraſcripto.

Clerici quidem in conſimilibus caſibus dimidium tanti perdant, quorum Denariorum & obolorum, ac aliorum amittendorum in hac parte unam medietatem in uſum & commodum Capellanorum & Clericorum ſuam in prædictis ſerviciis præſentiam exhibentium, & aliam medietatem communi ciſtæ dicti Collegii ſtatuimus applicandam. Diebus etiam ferialibus per annum in ſero, circa vel poſt ſolis occaſum, quando pauperes artifices & vicini circa Eccleſiam commorantes à laboribus & officiis ſuis ceſſaverunt, & impedimentum rationabile non occurrat, Capellani, Clerici, & Choriſtæ Collegii domi exiſtentes, poſt tintinnationem unius parvæ campanæ, ad hoc ordinatæ, conveniant in Capellâ S. *Mariæ* Matris Salvatoris, infra dictam Eccleſiam, & ibidem cantent ſolempniter & devotè in honorem ejuſdem Salvatoris & Matris ſuæ unam antiphonam cum verſiculis & collecta competentibus; & poſtea dicant pariter pſalmum de *Profundis*, cum verſiculis & collectâ quam elegerint, pro animabus dictorum *Ricardi Whityngton* & *Aliciæ*, ac cæteris animabus ſupradictis.

Præterea ſtatuimus & ordinamus, quod ſingulis annis imperpetuum Magiſter, Capellani & alii miniſtri Collegii memorati tunc præſentes, Obitus prædictorum *Ricardi Whityngton*, & dominæ *Aliciæ* uxoris ſuæ, viz, pro dicto *Ricardo* viceſſimo tertio, vel viceſſimo quarto die *Martii*. Et iterum pro ipſo *Ricardo* & dictâ domina *Alicia* ultimo vel penultimo die *Julii* teneant, & ſolempniter cum Nota celebrent in Eccleſiâ ſupradicta. Et quod ad ambos Obitus illos ibidem Magiſter dicti Collegii viginti Denarios: Singuli quoque Socii Capellani de gremio & Capitulo ejuſdem Collegii xii *d.* Quilibet verò Clericorum ſex Denarios; & quilibet Choriſtarum tres Denarios de bonis communibus, per manus præpoſitorum Magiſtri & Capituli Collegii futuris temporibus percipiant annuatim.

Statuimus ulterius & ordinamus, quod Magiſter, Capellani, Clerici, & Choriſtæ prædicti maneant & inhabitent, levent, & cubent in quodam Meſſuagio cum pertinentiis de bonis ipſius *Ricardi Whityngton*, ad orientalem finem dictæ Eccleſiæ S. *Michaelis* noviter ædificato, & per nos eiſdem Magiſtro & Capellanis, ac ſucceſſoribus ſuis, licentiâ Regiâ ac hoc prius optentâ concedendo: Pro quo quidem Meſſuagio, necnon aliis domibus cum ſuis pertinentiis eiſdem Magiſtro & Capellanis ſic ad incolandum & inhabitandum, levandum & cubandum aſſignatis & aſſignandis; ac ornamentis & neceſſariis quibuſcunque Collegio & domui inhabitationis prædictæ ſpectantibus & pertinentibus reparandis, volumus quod viginti ſolidi provenientes ex fructibus & redditibus domorum illarum, cum pertinentiis; vel de aliis bonis communibus ipſius Collegii, reſerventur annuatim pro reparatione prædictâ cum indiguerit faciendâ. Et quod iidem viginti ſolidi in nullos alios uſus convertantur.

Item volumus & ordinamus, quod Magiſter dicti Collegii, qui pro tempore fuerit, ultra & præter oblationes & proventus dictæ Eccleſiæ, quos vel quas antiquitùs Rectores ejuſdem

Eccleſiæ percipere & habere conſueverunt & apertè juris vel conſuetudinis habere debent ratione & occaſione juris parochialis Eccleſiæ ſupradictæ, habeat annuatim nomine ſui Magiſtratus decem marcas ſterlingorum, de bonis communibus ipſius Collegii percipendas terminis infraſcriptis; viz. in Craſtino *Circumciſionis* Domini; & in Craſtino *Annunciationis* Beatæ *Mariæ* Virginis; ac in Craſtino *Nativitatis* S. *Joh. Baptiſtæ*; nec non in Craſtino S. *Michaelis* per equales portiones. Statuimus etiam, quod ad eoſdem terminos, per equales portiones de bonis communibus antedictis, quilibet dictorum ſociorum Capellanorum pro victu & veſtitu & omnibus neceſſariis ſuis undecem marcas; primarius etiam Clericorum octo marcas, Secundarius Centum ſolidos; quilibet verò Choriſtarum quinque marcas ultra manſiones ſuas percipient annuatim.

Ordinamus etiam, quod pecuniam prædictam hujuſmodi Choriſtas eorum contingentem recipiet pro eis Magiſter dicti Collegii, vel aliquis alius in tutorem Choriſtarum per ipſum Magiſtrum aſſignandus, qui exinde pro eorum victu, veſtitu, ſcolagio, raſurâ, loturâ, & aliis oportunis providere faciet competenter: De quâ pecuniâ ſi quid reſiduum fuerit, in uſum & commodum eorundem tutoris & Choriſtarum juxta quod ipſi Magiſtro rationabile videatur & honeſtum convertatur.

Habeat etiam dictum Collegium unum Cocum ſive mancipium, cum & de bonis communibus ipſius Collegii annuatim ſtipendiandum, juxta diſcretionem Magiſtri & Sociorum qui reſidentibus in eodem deſerviet in agendis.

Ex nunc ſiquidem reficiantur pariter dicti Magiſter & Capellani infra communem Aulam vel parluram ipſius Collegii, communas ſimul ponendo; nec cuiquam extra dictam Aulam vel parluram in cibis aut potibus communiter miniſtratur, niſi corporalis infirmitas hoc exigat aut alia cauſa licita ſeu rationabilis à Magiſtro vel locum-tenente ſuo approbata. Tempore etiam hujuſmodi refectionis ad menſas, de divinis ſcripturis ſermonibus ſeu omeliis ſanctorum, aut vita alicujus ſancti viri lectio pro tempore competenti habeatur; quæ per aliquem de Collegio arbitrio Magiſtri vel locum-tenentis ſui limitandum volumus expedire. Et ſi contingat eos in menſâ de re aliquâ tractare, ad honeſta & utilia ſe divertant; & finitâ menſâ ſedendo vel ſtando dicant vel cantent gratias conſuetas

Item ſtatuimus & ordinamus, quod nullus ad menſam in dicto Collegio perhendinandum admittatur ultra duos menſes continuos vel diſcontinuos in toto anno niſi ex conſenſu unanimi Magiſtri & ſingulorum dicti Collegii Sociorum ad Cameram & Thorum recipiatur in eodem: Capellani namque dicti Collegii in Cameris eis per Magiſtrum loco Dormitorii aſſignandis recumbant ſine ſtrepitu. Et in eventu quo aliquem ipſorum Capellanorum alteri loqui contigerit, in dicto Dormitorio, ſecreto eloquio duntaxat utantur.

Indumenta quoque ſuperiora Magiſtri & Sociorum Capellanorum communiter ſint unius ſectæ & coloris, talaria non laſciva, aut ſplendida in colore, annuatim vel ad minus de Magiſtri & majoris partis ſociorum conſenſu, ſi voluerint omni biennio renovanda.

In transferendo ſe ad loca remotiora utantur apparatu pro Itinerantibus congruente, ſalvâ ſemper gradus ſui & ordinis honeſtate. Clerici verò & Choriſtæ Robas habeant condecentes coloribus & formis Magiſtri arbitrio moderandas.

Item ſtatuimus quod Magiſter & Capellani teneant Capitula ſua totiens quotiens viderint oportunium & expediens, ad ſupervidendum ſtatim reformandi defectu, & pertractandum negotia dicti Collegii.

Quemcunque autem in dictis Capitulis, ordinata, diffinita, ſeu ſtatuta fuerint, laudabilia noſtris ordinationibus, ſanctorumve Patrum inſtitutis minimè repugnantia, debent ab ipſius Collegii perſonis ſingulis, prout ipſos contingent firmiter obſervari, quamdiu per ſequentem diffinitionem Capitulorum ſuorum hujuſmodi non fuerint immutata.

Et præter hæc volumus, quod unum Capitulum generale in ipſo Collegio teneatur annuatim; viz. Primo die feriali menſis *Maii*, ſeu primo die feriali menſis *Novembris* cum prorogatione & continuatione duorum dierum vel amplius poſt alterum eorundem primorum dierum ſi neceſſe fuerit: In quo Capitulo ſtatuimus, quod unum plenum Inventarium fiat vel oſtendatur in ſcriptis de omnibus bonis mobilibus ipſius Collegii; & quod ipſa bona, necnon ſtarum & totus Theſaurus ejuſdem Collegii, ſi neceſſe fuerit, videantur credita: Inſuper & debita dicti Collegii diligenter inveſtigentur, & in ſcriptis redacta tunc ibidem declarentur, ut ſic Magiſtro & cunctis ſociis pateat de ſtatu ipſius Collegii.

Et quod iidem Magiſter & Socii Capellani Ciſtam communem habeant, & Sigillum commune, in quâ ciſtâ teneantur & reponantur ipſum Sigillum, Cartæ, Literæ, Privilegia, Scripturæ, Theſaurus Collegii, ac alia de quibus ipſis Magiſtro & Sociis videbitur expedire; quæ Ciſta ponatur in ſecreto loco & tuto per eoſdem infra ſcepta dicti Colegii: Et in ipsâ Ciſtâ ſint tres Claves diſſimiles & diverſas, habentes ſeruras, quas unam habeat Magiſter; & aliam ſenior Capellanus; tertiam verò unus de aliis Capellanis per Capitulum ſingulis annis eligendus; & quod nullus omnes tres claves prædictas, aut duas ſimul tenere præſumat, nec cum Sigillo communi prædicto aliquid Sigillare niſi de ſcientiâ & licentiâ ac conſenſu Magiſtri & ominum Sociorum Capellanorum, vel majoris & ſanioris partis eorundem. Pecunia verò vel Theſaurus qui ſuperfuerit ultra impenſas & expenſas Collegii, reddito inde annuali compoto per illos ad quos pertinet vel pertinebit in dictâ Ciſtâ cum induſtria ſolicita reſervetur adinde reparandum & ſuſtentandum onera utilitati communi dicti Collegii neceſſaria.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod Magiſter & Capellani dicti Collegii, more illorum, qui ad reſidentiam continuam in aliis locis ſunt aſtricti, continuè reſideant in Collegio prælibato

bato, officia ſua juxta vim & effectum præſentium ibidem fideliter adimplendo; ita quod nullus ipſorum, excepto Magiſtro, ultra viginti dies in anno continuè vel interpollatè numerandos, & tunc in locis & ex cauſis honeſtis ſe abſentet: Et quod uno illorum ſic abſente nullus reliquorum Capellanorum ante reventum ſuum ſe abſentet niſi urgens neceſſitas, vel evidens utilitas aliud dictaverit faciendum. Et quod quilibet eorum quotiens ſe abſentare diſpoſuerit Magiſtro Collegii prædicti, ſi abſens fuerit, alioquin ipſius ſubſtituto ſeu locum tenenti hoc intimare teneatur. Et ſi tempore hujuſmodi abſentiæ aliquod Feſtum principale contingat in Feſto hujuſmodi, redeat ad miniſtrandum in Eccleſiâ prædictâ ut tenetur.

Si quis verò eorundem Capellanorum ultra viginti dies in anno à dictis Collegio Capellanis, ſeu ſerviens ſuis ſe abſentaverit, abſque urgenti ſeu rationabili causâ, judicio dicti Magiſtri vel locum-tenentis ſui approbanda, pro ratâ temporis hujuſmodi abſentiæ ſuæ indebitæ, tantum de ſuo ſtipendio ſubtrahatur per Magiſtrum, quantum percepiſſet ſi dicto tempore perſonaliter reſediſſet in eodem Collegio; ipſaque portio ſic ſubtracta communi Ciſtæ dicti Collegii applicetur. Et ſi per viginti dies alios, ultra viginti dies prænominatos abſque urgenti & rationabili causâ, arbitrio Magiſtri, ac majoris & ſanioris partis Capituli dicti Collegii comprobanda, aliquis anno ab eodem Collegio ſe abſentaverit, & ſuper hoc coram ipſo Magiſtro in Capitulo ſummariæ & de plano convictus fuerit; extunc officio, ſervicio, ſive Capellaniâ ſuâ ibidem habito, ſit ipſo jure privatus, & alius Capellanus ydoneus loco ejus ſubſtituitus & admiſſus modis & formis in vacatione Capellaniarum hujuſmodi ſuperius expreſſatis: Excuſari namque volumus Magiſtrum à reſidentia quotiens & quando ob negotia gerenda Collegii utilia ſeu propria ſua neceſſaria ſe abſentet; quod tamen ſic moderandum eſſe volumus, quod nullo modo ſit abſens ultra ſexaginta dies in anno continuos aut diſcontinuos, nec in feſtis principalibus nec majoribus duplicibus ſecundùm annotationem uſus *Sarum*, niſi major neceſſitas ingruerit, vel alia cauſa rationabilis ſubſiſtat evidenter.

Hortamur etiam & deprecamur dictos Magiſtrum & Socios in viſceribus *Jheſu Chriſti*, quatinus Deo & Collegio prædicto, quamdiu eidem incubuerint laudabiliter in omnibus deſerviant & honeſtè, mutuam pacem & fraternam caritatem adinvicem obſervantes.

Nec recipiantur aliqualiter mulieres in domibus dictorum Capellanorum, vel ſucceſſorum ſuorum quovis colore, de nocte vel de die, niſi de licentiâ à dicto Magiſtro vel locum-tenente ſuo priùs petitâ & obtentâ, & hoc pro rationabili & honeſtâ causâ, & mora earum per ipſum Magiſtrum ſeu locum-tenentem ſuum, cum præſentia alicujus alterius honeſti ſignanda ſub pœnâ ſubtractionis ſtipendiorum ſuorum pro portione judicio Magiſtri & majoris ac ſanioris partis Capituli limitanda, ac privatione eorundem à dictis Capellanis vel officiis ſuis, ſi eorum pertinacia id expoſcat.

Et quod nullus hujuſmodi Capellanorum dicti Collegii, in civitate vel ſuburbiis *London.* extra manſum Collegii pernoctet, niſi cauſa rationabili, judicio Magiſtri approbanda. Nullus etiam eorum ſit frequentator Tabernarum, ſeu congregationum illicitarum, aut ſpecta culorum illicitorum, aut in dictâ civitate & ſuburbiis de die vel de nocte ſit vagans ultra modum abſque causâ rationabili, judicio Magiſtri diſcutienda: Et ſi quis ipſorum legitimè ſuper hiis ne contrafaciat monitus, per dictum Magiſtrum, vel locum-tenentem ſuum ſe emendare noluerit, per ipſum Magiſtrum ſuſpendatur à perceptione emolumentorum in dicto Collegio recipiendorum, uſque ad tempus ipſius, judicio Magiſtri rationabiliter moderandum, ad quæ idem ſic ſuſpenſus extunc percipienda nullatenus admittatur, donec & quouſque in ſemetipſo humiliatus, etiam ipſius Magiſtri arbitrio pro rebellione ſuâ hujuſmodi pœnitentiam congruam egerit & condignam.

Si quis autem Capellanorum dicti Collegii, præſentium aut futurorum, poſt hujuſmodi monitiones, binis vel trinis vicibus ſibi factas, in præmiſſis caſibus culpabilis iterato reperiatur; vel in moribus & vitâ male & incorrigibiliter ſe gerat, & inde notabiliter coram Magiſtro dicti Collegii; qui pro tempore fuerit, in pleno Capitulo communiatur, per ipſum Magiſtrum poſſet & debeat omni jure quod habet ibidem privari & amoveri; aliuſque loco ſuo ſubſtitui, proceſſu in eâ parte per eundem Magiſtrum faciendo ſummariè & de plano abſque ſtrepitu & figurâ judicii cujuſcunque.

Et ſi contingat in futurum, quod aliquis Capellanorum dicti Collegii infirmitate vel defectu quominus in Capellaniâ hujuſmodi, juxta præſentem ordinationem noſtram poterit deſervire, per annum & ultra impediatur; nolumus quod propter hoc à dictâ Capellaniâ, ſeu perceptione ſtipendii ſui expellatur, dum tamen dicta infirmitas vel defectus ex ſuâ culpâ non proveniat, ſet oret devotè pro animabus ſupradictis; & durante infirmitate vel defectu hujuſmodi quolibet anno, ſolvat de ſtipendio ſuo treſdecem ſolidos & quatuor Denarios in pios uſus juxta diſcretionem Magiſtri ac majoris & ſanioris partis Capituli ſupradicti prout ſibi duxerint injungendum.

Volumus atque quod Magiſter & Capellani prædicti, ad augmentum Collegii, cum aliquem eorum decedere, vel Collegii prædicto cedere contingat in futurum, aliquid notabile vel memoriale de bonis ipſius ſic decedentis vel cedentis Collegio ipſo, juxta quod per tempus breve ſeu prolixum eidem Collegio incumbuerit, & ipſius emolumenta percepetit plus vel minus conferat ſeu relinquat.

Decernimus etiam & ordinamus, quod quilibet Magiſter dicti Collegii de cætero poſtquam admiſſus fuerit in Magiſtratum ipſius Collegii, coram conſociis ſuis Capellanis ejuſdem Collegii propterea in loco ſuo Capitulari congregatis, corporale præſtet juramentum de

ſervando,

ſervando, & obſervari faciendo, quantum in ipſo fuerit, bona, libertates & jura; necnon Ordinationes & Statuta dicti Collegii. Et quod quilibet Capellanus præfati Collegii, cum probationis tempus compleverit, & in Capellaniam perpetuam ſive Socium perpetuum ejuſdem Collegii fuerit admittendus, ut præmittitur, coram Magiſtro & Sociis in loco prædicto congregatis, tactis ſacroſanctis, corporale præſtabit juramentum in hac formâ.

Ego *N.* Capellanus hujus Collegii, ab hac horâ inantea, Collegio prædicto & Magiſtro ejuſdem, ac ſucceſſoribus ſuis fidelis ero, & eis reverentiam Canonicam exhibebo; nec in dampnum notabile dicti Collegii ſive Eccleſiæ S. *Michaelis* prædictæ eidem Magiſtro commiſſis clam vel palam quicquam procurabo aut conſentiam fieri: Ordinationes & Statuta dicti Collegii per Executores Teſtamenti venerabilis Fundatoris noſtri *Ricardi Whityngton* facta & edita, quantum ad me pertinet pro poſſe meo rationabili fideliter obſervabo, ita quod eorum aliquod fraudulenter, vel ſcienter & malitiosè non infringam, ſic Deus me adjuvet & hæc Sancta.

Clerici quoque dicti Collegii, ſi vel cum ad annos diſcretionis pervenerint, eidem Magiſtro in licitis & Canonicis obedire promittant ſub juratoria cautione, ſi petatur.

Statuimus præterea, quod ſi quis de conſociis dicti Collegii, propter aliquod aliud beneficium vel aliam cauſam voluntariè ipſum Collegium deſerere propoſuerit, per quatuor menſes ante receſſum, ipſius propoſitum ſuum Magiſtro & Sociis dicti Collegii, pro tempore exiſtentibus manifeſtare, ſub juramenti ſui vinculo, ut præfertur præſtitò teneatur; ut ſic ſaltem congruere deliberare valeant de Capellano ydoneo ſibi cum receſſerit ſubrogando, niſi interim accidat cauſa ob quam recedere valeat oportunè, utpote cauſa promotionis, vel alia conſimilis, vel niſi Socium per Magiſtrum, & Socios in hac parte videatur diſpenſandum.

Ut autem ordinatio noſtra præſens in memoria Magiſtri & Capellanorum prædictorum recenſis habeatur, ac per hoc ab eiſdem meliùs obſervetur, volumus & ordinamus, quod quater in anno ad minus, viz. Quolibet anni quarterio ſemel ordinatio noſtra prædicta præſentibus Magiſtro & Capellanis prædictis, & diligenter aſcultantibus, captis horis & locis in hoc oportunis, per unum ipſorum vel alium diſtincte & aperte perlegatur.

Ordinamus etiam & Statuimus, de licentiâ, conſenſu & auctoritate ſupradictis, quod cuſtodes communitatis miſteræ Merceriæ civitatis *Londonienſis* & ſucceſſores ſui imperpetuum habeant curam & cuſtodiam totius illius parvæ domus cum liberis introitibus & exitibus temporibus congruis ad eandem, quam nuper edificavimus retro finem orientalem Cancelli Beatæ *Mariæ* Virginis in Eccleſiâ ſepedictâ, ad imponendum & ſalvo cuſtodiendum in eadem domo, ſi voluerint, omnimoda ſcripta, evidentias & munimenta, tangentia terras, tenementa & redditus ſibi data vel legata, danda ſeu leganda, pro ſuſtentatione Collegii & domus Elemoſinæ prædictorum.

Volumus inſuper & ſtatuimus, quod ſuperviſus & conſervatio Collegii prædicti ac ſtatus ejuſdem, ad nos & quemlibet noſtrum, dum vixerimus, & quiſquam noſtrum vixerit; ac poſt deceſſum noſtrum ad Majorem *Londonienſem* & Cuſtodes communitatis miſteræ Merceriæ prædictæ qui pro tempore fuerint pertineant & devolvantur; ita ſemper quod ipſe Major & ſucceſſores ſui ſuperviſores, ac dicti Cuſtodes & ſucceſſores ſui conſervatores vel advocati Collegii prædicti cenſeantur & vocentur imperpetuum.

Statuimus ulterius & ordinamus, quod omnia bona mobilia dicti Collegii; illa, viz. quæ ad uſum perpetuum, vel ad perpetuam rei memoriam in Eccleſiâ aut Collegio prædictis ſervitura, per dictum *Ricardum Whitington* in vitâ ſuâ, ac per nos vel noſtros quoſcunque poſtea fuerunt, ſunt, aut erunt data, collata, & deſtinata, ut puta Libri, Cruces, Calices, Thuribula, Candelabra, Veſtimenta, Ciphi, Peciæ, Coclearia, & alia conſimilia ornamenta ſeu neceſſaria quæcunque communia bona ejuſdem Collegii cenſeantur, & ad uſum ordinatum conſerventur, nec mutentur, vendantur, vel aliter qualitercunque per Magiſtrum & Capellanos dicti Collegii præſentes aut futuros alienentur, niſi urgens neceſſitas, vel evidens utilitas aut honeſtas id expoſcat.

Has autem Ordinationes, Conſtitutiones, & Statuta, ſic per nos edita & facta, de licentia, auctoritate & conſenſu, pariter & aſſenſu prædictis, ad Dei laudem & ſalutem animarum prædictarum robur perpetuæ firmitatis volumus & ſtatuimus optinere: Salvâ tamen & reſervatâ nobis dum vixerimus, & illi noſtrum qui diutius vixerit, omnia & ſingula Statuta & Ordinationes prædictas declarandi, mutandi, minuendi vel ampliandi; necnon poſt deceſſum noſtrum Majori Civitatis *Londonienſis*: Et Priori *Cartuſienſium* juxta eandem, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, plenariâ poteſtate omnia & ſingula in Ordinationibus & Statutis hujuſmodi contenta, ſi quæ dubia videantur vel obſcura interpretandi & declarandi quotiens viderimus & diutius noſtrum vivens viderit, ac ipſi Major & Prior poſt deceſſum noſtrum viderint expediens & oportunum. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus appoſuimus. Data fuerunt hæc & acta *Londoniis* prout ſupraſcribuntur decimo ſeptimo & decimo octavo diebus menſis *Decembris* Anno Domini Mccccxxiv°, & Anno Regni Regis *Henrici* Sexti poſt Conqueſtum Tertio.

Vide plura m. 4. ¶.

EC-

ECCLESIA

Collegiata de Battle-feild *in agro* Salopiensi.

Licentia regia Rogero Yve *Clerico concessa, pro fundatione & dotatione ejusdem.*

Pat. 4 H. 6. p. 1. m. 10. per Inspex. (H. 4.) Videsis etiam Rot. Confirmationum de a. 1 H. 7. p. 2. n. 8.

Enricus Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ*, Archiepiscopis, Episcopis, *&c.* salutem. Sciatis, quod de gratiâ nostrâ speciali dedimus, & concessimus pro nobis & hæredibus nostris dilecto nobis *Rogero Yve* de Leetone Rectori Capellæ S. *Johannis* Baptistæ de Adbigton-*Husee* in Com. *Salop.* quandam placeam terræ cum omnibus ædificiis super-edificatis infra dominium de Adbigton-*Husee* juxta *Salopiam*, jacentem in campo qui vocatur Bateleyfeld, in quo campo Bellum inter nos & *Henricum Percy* defunctum & cæteros rebelles nostros nuper extitit, & per Dei gratiam victoriam habuimus & triumphum, quæ quidem placea terræ fosso includitur, continens in longitudine & latitudine duas acras terræ, una cum duobus ingressibus & egressibus; uno *viz.* extendente in longitudine de Hadenalleftone directè super terram *Ricardi Husee* domini de Adbigton-*Husee* in Comitatu *Salopiæ* & dictam placeam terræ, & continentem in latitudine xx. pedes regales, & altero in longitudine de Harlaftotelone directè super terram dicti *Ricardi*, & continentem in latitudine xv. pedes regales, quam quidem placeam terræ fosso sic inclusam dictas duas acras terræ in se continentem, cum duobus ingressibus & egressibus prædictis, idem *Rogerus* nuper de licentiâ regiâ habuit ex dono & feoffamento prædicti *Ricardi*: habendum eidem *Rogero* & successoribus suis Rectoribus dictæ Capellæ S. *Johannis Baptistæ*, ad ædificandum & construendum super eandem placeam terræ quandam Capellam in honore S *Mariæ Magdalenæ*, cujus Capellæ idem *Rogerus* Magister, ac successores sui Magistri sive Custodes imperpetuum nominentur: necnon de aliis quinque Capellanis, per ipsum *Rogerum* & successores suos Rectores eligendis & nominandis, divina singulis diebus in Capellâ prædictâ, pro salubri statu nostro & benefactorum dictæ Capellæ S: *Mariæ Magdalenæ* dum vixerimus, & pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, & pro animabus progenitorum nostrorum & antecessorum dicti *Ricardi* & *Isoldæ* uxoris suæ, & hæredum suorum, & animabus illorum qui in dicto Bello interfecti & ibidem humati existunt, & animabus omnium fidelium defunctorum celebraturis imperpetuum: Quam quidem placeam terræ fosso sic inclusam, duas acras in se continentem cum duobus ingressibus & egressibus prædictis, idem *Rogerus* nobis dedit, concessit & per Cartam suam confirmavit: habendam & tenendam nobis hæredibus & assignatis nostris Regibus *Angliæ* imperpetuum.

Habendum & tenendum dictam placeam terræ, fosso sic inclusam, dictas duas acras terræ in se continentem, cum duobus ingressibus & egressibus prædictis præfato *Rogero* & successoribus suis Rectoribus dictæ Capellæ S. *Johannis Baptistæ* divina pro salubri statu & animabus prædictis celebraturis imperpetuum.

Et ulterius de uberiori gratiâ nostrâ quandam Capellam in loco prædicto in honore S. *Mariæ Magdalenæ* factam, ædificatam & constructam in quandam Cantariam perpetuam sex Capellanorum, quorum dictus *Rogerus* & successores sui Rectores dictæ Capellæ S. *Johannis Baptistæ* sint Magistri, divina in eadem Cantariâ singulis diebus, pro statu & animabus prædictis celebraturi, tenore præsentium facimus, fundamus, erigimus & stabilimus imperpetuum. Volentes & concedentes, quod prædicta Cantaria dictæ Capellæ S. *Johannis Baptistæ* annexa & unita existat imperpetuum: Quodque idem *Rogerus* Magister & successores sui Magistri sive Custodes Cantariæ S. *Mariæ Magdalenæ* juxta *Salopiam* nuncupentur. Ac insuper quod idem *Ricardus* & hæredes sui Patroni dictæ Cantariæ imperpetuum existant; & quod idem Magister Cantariæ prædictæ & successores sui, sint personæ habiles & capaces ad perquirendum capiendam & recipiendam terras tenementa, & alias possessiones quascunque sibi & successoribus suis imperpetuum.

Ac insuper concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est præfato Magistro, quod ipse advocationem Ecclesiæ Parochialis de Michaelliskirke in Com. *Lancastriæ*, *Eborum* Diocesis, quæ quidem advocatio parcella hæreditatis nostræ *Lancastriæ* existit, quam eidem Magistro sive Custodi & successoribus suis, per literas nostras patentes, sub Sigillo nostro Ducatus nostri *Lancastriæ* dare & concedere volumus; necnon advocationes Ecclesiæ Parochialis S. *Andreæ* de Idesale & libellæ Capellæ regiæ S. *Michaelis* infra castrum *Salopiæ*, cum Capellâ S. *Julianæ* de *Salopiâ* est pertinens vel appendens; quæ quidem advocatio de nobis tenetur in Capite, ut dicitur quas sibi dare & concedere intendimus, à nobis recipere; ac dictas Ecclesiam S. *Andreæ* & Capellam S. *Michaelis* appropriare, & eas sic appropriatas in proprios usus tenere possint sibi & successoribus suis in auxilium sustentationis suæ imperpetuum; statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut eo quod advocatio dictæ Ecclesiæ Parochialis de Michaelliskirke parcella hæreditatis nostræ prædictæ, seu de fundatione progenitorum nostrorum Ducum *Lancastriæ* existit, aut eo quod

dictæ

dictæ Eccleſiæ Parochialis de **Michaelikirke** parcella hæreditatis noſtræ prædictæ, ſeu de fundatione progenitorum noſtrorum Ducum *Lancaſtriæ* exiſtit, aut eo quòd dictæ advocationes Eccleſiæ Parochialis S. *Andreæ* de **Judeſale** & Capellæ S. *Michaelis* de *Salopiâ* tenentur de nobis in Capite, ut præmittitur, non obſtante, dum tamen Vicariæ Eccleſiarum prædictarum ſufficienter dotentur, & quædam competens ſumma argenti inter pauperes Parochianos Eccleſiarum earundem de fructibus & proventibus Eccleſiarum illarum juxta ordinationem locorum illorum Dioceſanorum, ac formam ſtatuti inde editi annuatim diſtribuatur.

Conceſſimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Rogero*, quod ipſe & ſucceſſores ſui Magiſtri Cantariæ prædictæ imperpetuum ſint quieti de Decimis, Quintiſdecimis, Subſidiis, Tallagiis, Contributionibus, quotis, ſeu aliis oneribus quibuſcunque nobis ſeu hæredibus noſtris per Clerum ſeu communitatem regni noſtri *Angliæ* de cætero concedendis, tam ratione poſſeſſionum ſuarum ſpiritualium, quàm terrarum, tenementorum, reddituum, bonorum & catallorum ſuorum temporalium quorumcunque.

Et ulterius ex habundanciori gratiâ noſtrâ conceſſimus, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus, pro nobis & hæredibus noſtris eidem *Rogero*, quod ipſe & ſucceſſores ſui Magiſtri ſive Cuſtodes dictæ Cantariæ imperpetuum habeant quandam feriam ibidem ſingulis annis; *viz.* in feſto S. *Mariæ Magdalenæ* tenendam, niſi feria illa ſit ad nocumentum vicinarum feriarum. Quare volumus, *&c.* Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* xxvij°. die *Maii* anno regni noſtri undecimo.

Teſtamentum dicti Rogeri Yve, *de ampliori dotatione; ac etiam ſuper Ordinatione ejuſdem.*

Clauſ. 24 H. 6. m. 26. in dorſo.

IN Dei nomine Amen, triceſſimo die menſis *Octobris* anno domini MCCC Cxliiij°. & anno regni Regis *Henrici* ſexti poſt Conqueſtum xxiiij°. ego *Rogerus Ive* Clericus Magiſter Collegii beatæ *Mariæ Magdalenæ* de **Battailfeld** juxta *Salopiam*, compos mentis & ſanus memoriæ, ac corporis conſueta ſanitate permanens (laudetur altiſſimus) condo & ordino præſens. Teſtamentum & ultimam voluntatem meam bipartitam in hunc modum.

Inprimis lego & commendo animam meam omnipotenti Deo Creatori meo, beatæque *Mariæ* Virgini matri ſuæ, beatæque *Mariæ Magdalenæ* & omnibus ſanctis; corpuſque meum ad ſepeliendum in Collegio prædicto, *viz.* in tumulo lapideo juxta ſummum Altare ejuſdem Collegii.

Item lego quinque Capellanis in dicto Collegio nunc deſervientibus & eorum ſucceſſoribus Capellanis perpetuis in dicto Collegio, divina continuè celebrantibus imperpetuum, ad uſum Collegii prædicti, in honorem Dei, beatæ *Mariæ* matris ſuæ, ac *Mariæ Magdalenæ*, in perpetuam rei memoriam, ad orandum pro animâ meâ, & animabus fundatorum Collegii prædicti bona & neceſſaria ſubſcripta; *viz.* tres Calices argenteos & deauratos; unum *Paxbrede* de argento deaurato, duas fiolas argenteas; tres Campanas eneas in Campanile pendentes; duo portiphoria de uſu *Sarum*, alias nuncupata *Lyggers*; tres Cruces de auricalco deauratas; duo nova Miſſalia; duo nova Gradalia; tria vetera Miſſalia, unum eorum corio rubio coopertum; unum vetus Portiphorium; unum Proceſſionale; unum Executorem officii; unum Collectuarium; quatuor libros de *Placebo* & *Dirige*; unum Pſalterium; unum par veſtimentorum de rubeo Velvet; unam rubiam Capam de Velvet, cum duabus Dalmaticis de Velvet; unum par Veſtimentorum de albo cerico; unam capam albam de cerico, cum duabus dalmaticis; quatuor paria aliorum veſtimentorum, & unum manuale annale.

Item lego, volo & ordino, quod iidem Capellani habeant ſibi & ſucceſſoribus ſuis Capellanis ejuſdem Collegii imperpetuum unum manſum, ſive unam manſionem pro eiſdem Capellanis jam ibidem conſtructum & ædificatum, unum promptuarium & unam Coquinam in communi, cum aliis domibus & aiſiamentis ibidem præparatis; necnon hæc uſtilmenta infra-ſcripta; ſcilicet unam longam Tabulam menſalem, cum duabus aſſidillis, tria mappalia; unam pelvim cum lavacro; tres ollas æneas in coquinâ duas Spites & duas Rakkes de ferro, unum Cobbard, unum veru cum rotis ferreis, & ſuis ponderibus ad aſſandum & vertendum cibaria; unum Chaufour de Laton; viginti pecias vaſorum de Pewtre majores & minores. Ac etiam lego eiſdem Capellanis & eorum ſucceſſoribus pro uno calice argentæo & deaurato faciendo, & ibidem in divinis imperpetuum deſervituro duas Zonas argentæas & deauratas, & gladiolum meum ſive baſtard, herneſ. cum argento deaurato. Ac etiam lego eiſdem Capellanis, pro uſu ſuo communi inter eos, unam Murram argento ligatam & deauratam; ſex cocliaria argentæa, unum ſalſerium de Pewtre, & tria manutergia: Habendum & tenendum omnia & ſingula prædicta bona & jocalia dictis Capellanis & eorum ſucceſſoribus, quamdiu deſervire & durare poterint in Collegio prædicto.

Item volo & ordino, autoritate & licentiâ regiâ, quod dicti quinque Capellani perpetui & eorum ſucceſſores, habeant & percipiant imperpetuum omnes & ſingulos fructus, decimas, proventus & emolumenta provenientia de Eccleſiâ parochiali S. *Michaelis* de *Wyre Ebor.* Dioc. dicto Collegio appropriatâ, pro eorum ſtipendiis & neceſſariis inter eoſdem equaliter diſtribuenda, prout inferius declaratur: Et de reſiduo proficuorum & commoditatuum ejuſdem Eccleſiæ ultra prædicta remanentia, volo quod Magiſter dicti Collegii & ſucceſſores ſui ſuſtentent, reparent & manuteneant, benè & competenter, totiens neceſſe fuerit Cancellum ejuſdem Eccleſiæ S. *Michaelis.*

Et

Et volo lego & ordino, auctoritate & licentiâ regiâ prædictâ quod Magister sive Custos prædicti Collegii quiscunque pro tempore existens, imperpetuum habeat & percipiat, pro sustentatione suâ et ad reparandum et sustentandum dictum Collegium, et ad subeundum omnia onera eidem Collegio incumbentia omnes fructus, decimas, proventus & emolumenta Ecclesiæ Parochialis de Idesale dicto Collegio appropriatæ; & omnes fructus, proventus & emolumenta Capellæ de Dadele dependentis ab eadem. Ac etiam habebit idem Magister sive Custos villam de Aston cum grangio de Astone eidem pertinente; ac etiam omnes fructus & proventus Ecclesiæ S. *Julianæ* in villâ *Salopiæ*.

Item volo lego & ordino, quod Elemosinæ quæ colliguntur prætextu Indulgentiarum eidem Collegio concessorum; & etiam oblationes quæ sunt in Collegio prædicto distribuantur & convertantur circa ædificationem & opus Campanilis dicti Collegii: Et post ejusdem Campanilis ædificationem, volo & ordino, quod omnes hujusmodi elemosinæ & oblationes distribuantur & convertantur circa sustentationem pauperum in dicto Collegio pro tempore existentium ac sustentationem & reparationem Domus Elemosinæ dictorum pauperum imperpetuum.

Item lego & ordino, quod dicti quinque Capellani, & eorum successores omnibus temporibus futuris, insimul sint & existant commensales ad mensam; scil. ad prandium & ad cœnam omnibus temporibus anni in Aula dicti Collegii cum Magistro ejusdem residentes; & non Cameris suis, nec aliis locis secretis seu extraneis: Et quod eorum quilibet solvat pro mensâ suâ & camerâ per annum quatuor marcas legalis monetæ.

Et volo & ordino, quod nullus dictorum quinque Capellanorum, seu successorum suorum quovismodo imposterum se absentet vel exeat à dicto Collegio per diem vel noctem, sine speciali licentia & voluntate Magistri seu Custodis dicti Collegii pro tempore existentis sub pœnâ solutionis trium solidorum & quatuor denariorum dicto Magistro totiens quotiens aliquis eorum in contrarium fecerit.

Et volo & ordino, quod quilibet dictorum quinque Capellanorum & successorum suorum de cætero in primo suo introitu & ingressu in dictum Collegium jurabit & faciet Magistro dicti Collegii & successoribus suis obedientiam regularem, prout moris est in aliis locis Collegiatis; & quod sint obedientes & intendentes statutis & observationibus pro commodo dicti Collegii factis & fiendis.

Item ubi dicti quinque Capellani, tam ex ordinatione & assignatione domini Regis, quàm ex assensu & voluntate mei dicti *Rogeri* à diu percipere & habere consueverunt; scil. à principio fundationis dicti Collegii, & in præsenti percipiunt & habent pro eorum stipendio & salario; viz. quilibet tantummodo octo marcas de proficuis, decimis, proventibus & emolumentis Ecclesiæ Parochialis S. *Michaelis* prædictæ, non obstante quadam cencessione decem marcarum cuilibet dictorum Capellanorum, per me certis causis me tunc moventibus facta, prout in quibusdam scriptis inde factis apparet; quorum prætextu, seu virtute scriptorum nihil ultra dictas octo marcas aliquis eorum Capellanorum hucusque quicquam recepit: Tamen ego prædictus *Rogerus* cupiens & affectans commodum & incrementum quinque Capellanorum dicti Collegii; & præcipuè ut se reddant ardentiores & promptiores in divinis ibidem deservituros; & dicti Collegii statuta & ordinationes observaturos; tam ex auctoritate & speciali mandato domini nostri Regis illustrissimi, & consilii sui, quàm ex meâ propria scientiâ ex voluntate, volo & ordino; & hoc præsenti testamento ultimæ voluntatis meæ lego dictis quinque Capellanis in meliorationem & incrementum status eorum; viz. cuilibet eorum duas marcas legalis monetæ, ultra stipendium suum consuetum octo marcarum per dominum Regem eis concessi & ordinati Habendas & annuatim percipiendas dictas duas marcas cuilibet dictorum quinque Capellanorum & eorum successoribus ultra prædictas octo marcas imperpetuum, de fructibus & proventibus dictæ Ecclesiæ S. *Michalis*, sub formâ & conditionibus sequentibus; viz. quod dicti quinque Capellani, & eorum quilibet, & successores sui, cotidie & imperpetuum futuris temporibus specialiter dicant in omnibus Missis suis unam Collectam specialem, scil. *Inclina domine aurem tuam ad preces nostras, quibus miserecordiam tuam supplices deprecamur, ut animam famuli tui* Rogeri Ive, *animas famulorum, &c.* unum secretum, & post communionem dictæ Collectæ concordantiæ pro animâ mei prædicti *Rogeri Ive* primi Magistri dicti Collegii. Ac etiam, quod dicti quinque Capellani, & eorum successores annuatim & imperpetuum ordinent, teneant, & observent *Obitum* & *Anniversarium* meum in Collegio prædicto cum *Placebo* & *Dirige* in nocte per notam, & Missâ de *Requiem* in crastino sequente per notam, cum luminaribus cereis, pulsatione campanarum, ac aliis dependenciis, orationibus & collectis pro exequiis defunctorum ordinatis: Et hæc in vigilia beatæ *Mariæ Magdalenæ*, orantes specialiter pro animabus illustris principis *Henrici* post Conquestum Regis *Angliæ* quarti; excellentissimi principis *Henrici* quinti Regis *Angliæ*, prædicti Collegii fundatorum; animabus *Ricardi Husee* senioris primi, patronis dicti Collegii & *Isoldæ* uxoris suæ, *Johannis Husee*, *Ricardi Husee* patris *Ricardi Husee* nunc superstitis, ac *Thomæ Husee* defuncti, animabus mei prædicti *Rogeri Ive* dicti Collegii primi Magistri & iconomi, ac parentum meorum; animabusque *Willielmi Howyke* de *Pountfret*, & domini *Thomæ Kyrkeby* Capellani defunctorum, & animabus omnium fidelium defunctorum in dicto campo de Batayfeld interfectorum, & ibidem sepultorum.

Ulterius volo & ordino, quod dicti quinque Capellani & eorum successores indies, & omni tempore anni dicant post Nonam sine notâ in Choro Ecclesiæ Collegii prædicti *Placebo* &

Dirige cum Suffragiis pro defunctis ordinatis pro animâ meâ & animabus prædictis; viz. quidam eorum ex parte auſtrali, & quidam ex boreali parte chori ſedentes, prout moris eſt, exceptis hujuſmodi diebus & feſtis, quæ in ordinali *Sarum* ad *Placebo* & *Dirige* dicenda excipiuntur.

Præterea volo, lego, & ordino, quod dicti Capellani & eorum ſucceſſores, omnibus diebus anni, in quibus Novem Lectiones leguntur ſecundùm uſum *Sarum*, dicant per notam in Choro *Matutinas* de die; unam Miſſam per notam de Sanctâ *Mariâ*, & aliam altam Miſſam per notam, de die; ac etiam *Veſperas* poſt *Nonam* per notam. Et volo etiam, quod quotiens dicant *Matutinas* & *Veſperas* ſine notâ, quod dicti Capellani ſedeant ex utraque parte Chori ſeparatim, ut prædictum eſt, & non inſimul ex unâ parte.

Item lego volo & ordino auctoritate & licentiâ regiâ prædictâ, quod dicti quinque Capellani perpetui & ſucceſſores ſui habeant imperpetuum Capellam de *Forde* dicto Collegio appropriatam, cum omnibus ſuis juribus & proficuis; ita quod ipſi & eorum ſucceſſores ſemel qualibet ſeptimanâ imperpetuum dicant unam Miſſam de *Requiem*, cum *Placebo*, *Dirige* & novem lectionibus per notam, ac *Laudes*, cum commendatione ſine notâ, & hoc in die lunæ ſeptimanæ, ſi commode & apte fieri poteſt; ſin autem aliquo alio die in ſeptimanâ; ita ſemper, quod qualibet ſeptimanâ, ſine intermiſſione vel excuſatione celebrent omnino unam Miſſam de *Requiem*, cum *Placebo* & *Dirige* & novem lectionibus, & *Laudes* cum commendatione formâ prædictâ pro animabus *Henrici* Regis *Angliæ* quarti, excellentis principis Regis *Henrici* quinti dicti Collegii fundatorum; animabus prædictorum *Ricardi Huſee* ſenioris, *Iſoldæ* uxoris ſuæ, *Johannis Huſee*, *Ricardi Huſee*, *Thomæ Huſee*, & animabus mei prædicti *Rogeri Ive*, *Willielmi Howyke*, domini *Thomæ Kyrkeby* & omnium fidelium defunctorum.

Et volo & ordino, quod quilibet dictorum quinque Capellanorum, & eorum ſucceſſorum habeat & percipiat qualibet ſeptimanâ imperpetuum, ad hæc fideliter facienda, quatuor denarios de proficuis, proventibus & emolumentis dictæ Capellæ de Forde, ac de proficuis & proventibus dictæ Eccleſiæ S. *Michaelis* de *Wyre* remanentibus, ultra ſtipendia & neceſſaria dictorum Capellanorum & reparationem Cancelli ejuſdem Eccleſiæ. Et ſi dicti Capellani vel eorum ſucceſſores hæc prædicta facere recuſaverint ſeu neglexerint, volo & ordino per præſens Teſtamentum meum, tam auctoritate domini Regis dicti Collegii fundatoris, quàm ex meâ propriâ auctoritate, quod nullus dictorum quinque Capellanorum, vel eorum ſucceſſorum habeat & percipiat annuatim pro ſuo ſtipendio niſi ſolummodo dictas octo marcas, eis primitùs per dominum Regem & me dictum *Rogerum Ive* aſſignatas: Et quod dictæ duæ marcæ reſiduæ ſingulis eorum ſuperius legatæ, remaneant imperpetuum Hoſpitali pauperum dicti Collegii, aliquâ ceſſione decem marcarum ſuperiùs factâ ſeu recitatâ non obſtante.

Reſiduum verò omnium bonorum & Catallorum meorum quorumcunque, ſuperius non legatorum poſt humationem meam factam, & expenſas meas funerales completas, do & integrè lego fabricæ & operi dicti Collegii, ac ſubventioni & elemoſinæ pauperum, & domus Hoſpitalis prædictæ imperpetuum. Volo etiam & ordino, quod bona & catalla ſupradicta, per me dictis Collegio & Capellanis ſuperius legata & aſſignata, non alienentur, vendantur, nec impignorentur per Magiſtrum ſeu Capellanos Collegii prædicti, ſeu per eorum ſucceſſores; ſed omnino remaneant & convertantur ad opus & uſum ſuperius limitata & ordinata.

Item quia tranſactis temporibus, per quoſdam malivolos, & ſalutis animæ ſuæ immemores plurima incommoda & prejudicia michi dicto *Rogero Ive*, ac præfato Collegio evenerunt, ob defectum bonæ cuſtodiæ & gubernationis, ac etiam fictionis & fabricationis primi & antiqui Sigilli per me pro dicto Collegio ordinati: idcirco ego præfatus *Rogerus* præmiſſa ſpecialiter animadvertens, in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ac beatæ *Mariæ Magdalenæ*, auctoritate licentiaque domini noſtri Regis & conſilii ſui, quoddam Sigillum commune pro dicto Collegio de novo ordinavi, ibidem perpetuo duraturum; cujus quidem Sigilli continentia & ſculptura talis eſt; ſcil. in medio dicti Sigilli eſt imago S. *Trinitatis*, cum imagine Beatæ *Mariæ Magdalenæ* ex dextrâ parte: Et ex ſiniſtrâ parte imago S. *Johannis Baptiſtæ*; & ad pedes eorum imago mei *Rogeri* genuflectens; & in dicti Sigilli circumferentia ſculptantur hæc literæ & dictiones. *S. Commune domini* Rogeri Ive *primi Magiſtri, & ſucceſſorum ſuorum Collegii beatæ* Mariæ Magdalenæ *juxta* Salop.

Et ne futuris temporibus per Sigillorum fabricatores & bullarum falſarios dictum Collegium, Magiſtri, ſive Capellani perpetui ejuſdem, quod abſit, aliquod paciatur dampnum ſeu prejudicium; volumus & ordinamus, quod illud Sigillum à modo & imperpetuum ſit in quadam capſulâ ſive ſiſtellâ, ſub cuſtodia trium clavium & ſerarum; quarum volumus quod Magiſtri dicti Collegii exnunc venturi, unam clavem penès ſe habeant; & *Ricardus Huſee* dicti Collegii patronus, & hæredes ſui patroni ibidem, aliam penès ſe habebunt clavem: Tertiaque Clavis erit in cuſtodia unius Capellanorum dicti Collegii magis diſcreti & ydonei; ſic quod quotiens contigerit aliquod pro proficuis dicti Collegii ſigillari, oportet ut hii tres conveniant pro hujuſmodi ſigillatione fiendâ: Adnullamus & fruſtramus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, omnia alia Sigilla dicti Collegii hactenus uſitata, & omnimoda ſcripta, munimenta, literas, Cartas & res univerſas, cum dictis Sigillis antiquis & fabricatis ſigillatas & ſigillandas.

Item ad honorem Dei, & omnium Sanctorum prædictorum; ac ad laudem & honeſtatem dicti Collegii, volo & ordino, quod nullus perpetuus

perpetuus Capellanus dicti Collegii, nec eorum ſucceſſores quoviſmodo habeat ſeu teneat aliquam mulierem ſeu concubinam infra dictum Collegium, ſeu alibi in aliquo alio loco, ſub pœnâ perpetuæ expulſationis à dicto Collegio, & amiſſione ſalarii ſui adtunc ſibi debitâ. Hujus autem Teſtamenti mei & ultimæ voluntatis meæ meos facio & ordino Executores *Ricardum Huſee* armigerum, dominum *Willielmum Michel* Capellanum, dominum *Ricardum Jewet*, & Dominum *Johannem Ive* Capellanos, ut ipſi hanc meam voluntatem ultimam, fieri videant, procurent, & perimpleant, ut ipſi eorum ſucceſſores deſiderent pro eis facere in caſu conſimili. Et lego cuilibet dictorum Executorum meorum pro eorum labore in hac parte vi *s.* viii *d.* In cujus rei teſtimonium utrique parte hujus Teſtamenti, & ultimæ voluntatis meæ Bipartitæ Sigillum meum appoſui. Et quia idem Sigillum meum pluribus eſt incognitum Sigillum commune Collegii prædicti præſentibus apponi procuravi. Datum die & anno ſupradictis.

Carta Executorum Teſtamenti dicti Ricardi Whitington, *de ampliori dotatione ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ; cum additione diverſarum aliarum Ordinationum.*

Pat. 10 *H.6.* part. 2. m. 6. per Inſpex.

UNiverſis & ſingulis Chriſti fidelibus, *Johannes Coventre*, *Johannes Carpenter*, & *Willielmus Grove*, Executores Teſtamenti ſive ultimæ voluntatis venerabilis Mercatoris *Ricardi Whitington* nuper Civis & Merceri *Londonienſis* ſalutem in domino ſempiternam & certam noticiam ſubſcriptorum. Nuper quoddam Collegium perpetuum de quinque Capellanis, quorum unus erit Magiſter, ac duobus Clericis, & quatuor Choriſtis, divina cotidie pro animabus dicti *Ricardi* & dominæ *Aliciæ* conſortis ſuæ, aliorumque fidelium celebrandis in Eccleſiâ S. *Michaelis* de *Riolî London.* ubi præfati *Ricardus* & *Alicia* requieſcunt humati; tam de licentiâ & auctoritate regiâ quàm ordinariâ, omniumque cæterorum conſenſu, quorum interfuit, ereximus & fundavimus; certas ordinationes congruas & honeſtas ſtatuentes, per quas ipſa Collegium & Eccleſia, ac Magiſter, Presbyteri, Clerici & alii miniſtri eorundem omnes & ſinguli, ſucceſſoreſque ſui gubernari, regi & vivere debeant; eaſque teneantur perpetuè firmiter obſervare; reſervatâ nobis dum vixerimus, illique noſtrum qui diutius vixerit liberâ facultate & plenâ poteſtate ordinationibus hujuſmodi addendi & detrahendi; eaſque corrigendi declarandi & mutandi, nec non nova ſtatuendi, & ulterius ordinandi de hiis quæ Collegium illud concernunt, ſeu concernere poterint; prout in literis & munimentis inde conſertis pleniùs continetur. Verùm, quia dictum Collegium adhuc, unde ſufficienter ſuſtentari poteſt, dotatum non exiſtit, conceſſimus & concedimus per præſentes Magiſtro & Capellanis ejuſdem, tam de errario quàm de terris & tenementis quæ fuerunt dicti *Ricardi*, in poſſeſſione noſtrâ exiſtentibus, ſexaginta tres libras ſterlingorum, ſingulis annis percipiendas, ad eorum victum, & ſupportationem onerum ſibi incumbentium, quouſque de bonis immobilibus, terris, tenementis, ſeu redditibus, attingentibus ad eandem ſummam ſexaginta trium librarum annuatim perpetuè poſſidendis, per licentiam Regiam ſeu legatam alicujus probi Civis *Londonienſis*, vel alio bono modo legitimo fuerint perdotati.

Ad ulteriores autem Declarationes, Additiones, & Ordinationes, ipſius Collegii Dei nomine Primitùs invocato, procedimus ſub hac formâ: inprimis cum inter cæteras dictarum priorum Ordinationum noſtrarum Statutum ſit; quod Cuſtodes communitatis miſteræ Merceriæ *London.* & ſucceſſores ſui ſemper debeant & teneantur infra quatuor menſes, ad majus, poſtquam dictam Eccleſiam S. *Michaelis* Vacare contingerit in futurum, Capellanum quemcunque in Magiſtrum dicti Collegii interim, juxta formam ordinationis noſtræ prædictæ electum nominare & præſentare Priori & Capitulo Eccleſiæ Chriſti *Cantuariæ*: Et quod iidem Prior & Capitulum, ſucceſſoreſque ſui quemlibet Magiſtrum hujuſmodi, ſic eis per dictos Cuſtodes nominatum & præſentatum ulterius ad Eccleſiam S. *Michaelis* prædictam totiens quotiens vacaverit præſentabunt cum effectu, ſicut tam in eadem ordinatione noſtrâ, quàm quodam ſcripto inter ipſos Priorem & Capitulum ac nos & præfatos Cuſtodes hinc inde facto; & tam auctoritate Regiâ quàm ordinariâ confirmato latis liquet; eidem Priori ordinationi noſtræ adjicimus, & de novo ordinamus, virtute & auctoritate facultatis ſuæ poteſtatis nobis, ut præmittitur reſervatæ, quod ſi dicti Prior & Capitulum, vel ſucceſſores ſui, aut alius quiſcunque in futurum impedierint, vel impedierit, aut non permiſerint, ſeu non permiſerit præfatos Cuſtodes & ſucceſſores ſuos, nominare & præſentare quemcunque Magiſtrum hujuſmodi ad ipſam Eccleſiam S. *Michaelis*, cum vacaverit, ut præmittitur; quod extunc iidem Cuſtodes & ſucceſſores ſui, non ſolum *Breve* vel *Actionem Conventionis* ſuper ſcripto prædicto, versùs dictos Priorem & Capitulum; verum-etiam de *Quare impedit* versùs ipſos & alios quoſcunque impedientes & non permittentes hujuſmodi, proſequantur & habeant juxta quod melius viderint faciendum.

Præterea ſtatuimus & ordinamus, pro diverſis periculis evitandis, quod nulli de cætero pateat, fiat, aut concedatur, quacunque de causâ viſus per feneſtras, nec ingreſſus vel egreſſus per hoſtia in aut extra Collegium, Eccleſiam, & domum Elemoſinæ ſupradictâ, ſeu aliquam partem eorundem niſi per feneſtras & hoſtia à tempore fundationis eorundem Collegii &, domus hucuſque communiter uſitata.

Item cum inter cæteras Priores ordinationes noſtras, tam in ſcripto prædicto recitatas, quàm per dictas literas Domini Regis confirmatas, contentum & ſtatutum ſit, quod Magiſtri quicunque dicti Collegii ſint Rectores Eccleſiæ S. *Michaelis* antedictæ: Et quod poſtquam

admiſſi fuerint ad dictam Eccleſiam, & Rectoriam ejuſdem ſucceſſivè, ſub vocabulo Magiſtri Collegii S. *Michaelis* in *Riolâ London.* nomine Rectoris tacito & ſublato, poſſideant imperpetuum, omnemque curam & regimen animarum Capellanorum, Clericorum, Choriſtarum, aliorumque Parochianorum quorumcunque dictæ Eccleſiæ S. *Michaelis* gerant & habeant; ac Sacramenta & Sacramentalia quæcunque, more Rectoris & Curati miniſtrent & miniſtrari faciant imperpetuum; eiſdem adjiciendo ſtatuimus, & quantum in nobis eſt ordinamus, quod omnia dona & legata de terris, tenementis, & redditibus per quoſcunque præfatæ Eccleſiæ vel Rectoribus ejuſdem, ſeu ad aliquod opus pietatis, vel honoris divini excercendum in eadem ab antiquo facta cedant, inveſtiantur, & ſolvantur Magiſtro nunc Collegii prædicti & ſucceſſoribus ſuis adeo plenè ſicut ipſis Magiſtris in ſpecie data fuiſſent aut legata; vel ſicut Rectoribus dictæ Eccleſiæ S. *Michaelis* cedere ſeu ſolvi debuerunt vel conſueverunt ab antiquo, adinde faciendum, excercendum & exequendum hujuſmodi pias intentiones, & ultimas voluntates dictorum donatorum & teſtatorum: Et quod Magiſter qui nunc eſt dicti Collegii & ſucceſſores ſui proinde diſtringere, & per nomen Magiſtri Collegii prædicti, tantum nomine Rectoris tacito & ſublato, ut præmittitur, placitare & implacitari poſſint & debeant quotiens & quando viderint oportunum; exceptis ſemper & exoneratis omnibus illis terris & tenementis cum pertinentiis, in dictâ Parochiâ ſituatis, quæ quondam fuerunt *Philippi le Taillour* & *Sabinæ* uxoris ejus, & *Walteri Waldeſhef* & *Johannæ* uxoris ejus, necnon redditibus inde per ipſos datis & legatis, ad ſuſtentationem Capellanorum in Eccleſiâ prædictâ, & quod major pars ejuſdem Eccleſiæ, cum locis pro ipſius Cimiteriis deputatis, ac Collegium & domus Elemoſinæ ſuprædictæ ſituantur & fundantur ſuper eadem terrâ & tenemento.

Et ſimiliter inter dictos Priores ordinationes noſtras ſtatuitur & ordinatur, quod unus ſemper Capellanus dicti Collegii, cupiens undecem marcas annuatim, inter alios cotidie nominatim celebrabit pro dictis *Philippo* & *Sabinâ*, ac *Waltero* & *Johanna*, ſicut in iiſdem ordinationibus plenius continetur.

Statuimus inſuper, & quantum in nobis ſimiliter ordinamus, quod omnimoda dona & legata, de quibuſcunque terris, tenementis, & redditibus, ad opus, uſum, & ſuſtentationem dictorum Collegii, & vel domus Elemoſinæ, aut aliquod opus pietatis in eis ſeu eorum altero decætero excercendum per quemcunque, Teſtamenta liberorum hominum Civitatis *London.* prædictæ juxta conſuetudines ejuſdem qualitercunque & quibuſcunque facienda, convertantur ad idem opus & eundem uſum; ac in omnibus fiant & exequantur ſecundùm quod ipſa Teſtamenta ſeu legata in ſe rationabiliter, & per bonam conſcientiam interpretanda continent & proportant, quacunque causâ vel opinione legis terræ de inſufficientiâ verborum legatorum & Teſtamentorum hujuſmodi in contrarium habitis vel habendis non obſtantibus; maximè cum defunctorum voluntate ultimæ juxta leges divinas ſint diligentius obſervandæ.

Noviſſimè in omnibus & ſingulis dictum Collegium, & perſonas ejuſdem qualitercunque concernentibus, tam præſentibus ordinationibus noſtris quàm Prioribus prædictis addendi & detrahendi; ipſaſque Priores & præſentes ordinationes declarandi, mutandi & corrigendi; aliaſque & aliter ordinandi & diſponendi, quotiens & prout expediens videbitur hujuſmodi præſentibus vel Prioribus ordinationibus noſtris non obſtantibus nobis omnibus, quoad vixerimus, & illi noſtrum qui diutius vixerit plenariam poteſtatem & liberam facultutatem tenore præſentium reſervamus, & ordinamus reſervari. In quorum omnium Teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus appoſuimus. Datis *Londini*, xiii° *Febr.* Anno Regni Regis *Henrici* Sexti, poſt Conqueſtum Tertio.

ECCLESIA

Collegiata de Thele *in Comitatu* Hertfordiæ.

Licentia Regia Cuſtodi & Capellanis dictæ Eccleſiæ Collegiatæ conceſſa, de poſſeſſionibus ſuis Hoſpitali de Elsing-Spitell *infra Civitatem* Londonienſem *transferendis.*

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Monſtravit nobis venerabilis Pater *Willielmus* Epiſcopus *Londonienſis*, Patronus & Ordinarius Collegii de Thele in Villâ de Thele in Com. *Hertf.* ut aſſerit; quod cum Collegium illud de uno cuſtode & quatuor Capellanis, divina inibi pro animabus fundatorum ejuſdem imperpetuum celebratura, ab antiquo fundatum; ac diverſa terræ, tenementa, res, redditus, poſſeſſiones, & advocationes Eccleſiarum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, & eorum Collegio, pro ſuſtentatione ſuâ habenda, per dictos fundatores data & collata fuiſſent, licentiâ regia mediante, quamplura jam eorundem terrarum, tenementorum, rerum, reddituum, & poſſeſſionum ab eodem Collegio, per incuriam, negligentiam, & ſiniſtram gubernationem Cuſtodum ejuſdem Collegii alienata, & in defectu debitæ defenſionis placitorum versùs ipſos multipliciter motorum deperdita ſunt & amiſſa, & ea quæ adhuc remaneant eodem Collegio, tam de Eccleſiis eidem appropriatis, quàm de terris, tenementis, rebus, redditibus, & poſſeſſionibus cum pertinentiis, infra

Pat. 9 H. 6. p. 2. m. 7.

breve,

breve, ut ſperatur ſunt Veriſimiliter perdenda, & alienanda (quod ablit) niſi celeriùs & ſalubriùs provideatur in hac parte: Unde nobis humiliter ſupplicavit, ut terræ, tenementa, res, redditus, & poſſeſſiones, cum pertinentiis, ac advocationes, & Eccleſiæ ſic appropriatæ ſubſcripta, prædicto Collegio ſic remanentia, ab eodem Collegio cuidam domui Religioſæ magis potenti, pro potiori defenſione & gubernatione eorundem, ad divina pro animabus prædictis celebranda, & continuanda pro perpetuo transferri valeant, licentiam noſtram regiam concedere dignaremur: Nos ſupplicationi prædictæ ex cauſis præmiſſis annuentes, de aviſamento & aſſen ſuconſilii noſtri, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt *Johanni Howeden* Clerico Cuſtodi Collegii prædicti, & Capellanis ejuſdem; quod ipſi, de aſſenſu Patroni & Ordinarii ejuſdem Collegii dare poſſint, concedere & aſſignare dilectis nobis in Chriſto *Henrico Hoddeſdon* Priori Hoſpitalis Beatæ *Mariæ* de **Elſing-Spitell** in *Londonia*, & ejuſdem loci conventui, ſex meſſuagia, unum molendinum, ducentas acras terræ, viginti acras prati, triginta acras paſturæ, & duodecim libratas redditus cum pertinentiis in **Bures-Giffard, Chelmesford, Whitele,** & **Bromfeld,** in Comitatu *Eſſex*; ac unum meſſuagium, unam carucatam, & tres acras terræ, viginti acras prati, viginti acras boſci, & Centum ſolidatas redditus, ac paſturam ad quatuor decem vaccas & centum multones cum pertinentiis in **Thele, Stanſtede-Abbot, Amwell, Brokesbourne,** & **Hoddesdone,** in dicto Comitatu *Hertfordiæ*; ac advocationes Eccleſiarum de **Thele** & **Aldham** in eiſdem Comitatibus eidem Collegio ab antiquo appropriatas & amortiſatas; habendas & tenendas eiſdem Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in Prioratu ſuo prædicto, ad inveniendum duos Canonicos regulares in Collegio prædicto; ac etiam tres alios Canonicos regulares in dicto Hoſpitali, divina pro animabus fundatorum ejuſdem Collegii, juxta vota eorundem fundatorum, ac ordinarionem & diſpoſitionem prædicti ordinarii in hac parte faciendam celebraturos imperpetuum. Et eiſdem Priori & Conventui, quod ipſi meſſuagia, terram, pratum, paſturam, boſcum, & redditum prædicta, cum pertinentiis, ac advocationes & Eccleſias prædictas, de præfatis Cuſtode & Capellanis recipere poſſint, habere & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis in formâ prædictâ imperpetuum, &c. In cujus, &c. Teſte Cuſtode apud *Weſtm.* xiv° die *Martii*.

Licentia regia Johanni *Archiepiſcopo* Ebor. *pro Fundatione ejuſdem.*

Pat. 10 *H.* 6. p. 2. m. 1. Videſis etiam Pat. 10 *H.* 6. p. 1. m. 6.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & *Franciæ*, & Dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Multiplicia & laudabilia, grataque ſervicia, quæ venerabilis in Chriſto pater *Johannes Eborum* Archiepiſcopus in primis inclitæ recordationis domino, genitorique noſtro; ac deinde nobis in nonnullis orbis-terrarum Regnis, Patriis, partibus atque locis; & præſertim in utroque noſtrorum *Angliæ* videlicet & *Franciæ* regnorum, tam in fideli circumſpectaque Cuſtodia privatorum magnorumque Sigillorum noſtrorum; quàm alias nonnullis annorum circulis impendere ſtuduit; nec perſonæ ſuæ nec tempori, ſed nec bonis à Deo ſibi collatis parcendo proculdubio promerentur; ut in hiis quæ à nobis poſtulanda cenſuerit, favorabiles nos exhibere curemus & gracioſos, potiſſimè verò in hiis, quæ ad divini cultus augmentum cedere poſſint & provectum. Cum igitur idem venerabilis pater nobis exponendum duxerit rem non incognitam, ſed publicè notam; viz. Quod obſequia tam inclitæ ſemper recordationis, dominoque genitori noſtro quàm nobis ab eodem, ſic ut præfertur impenſa, tam cedulum tamque continuum & laborioſum exegerunt excercitium, quod non permiſerunt eum eatenus, nec in eum modum intendere ſeu vacare reginini, adminiſtrationi, & gubernationi Eccleſiarum Cathedralium & aliarum, quibus ſucceſſivis præfuit temporibus, nec exſolvere pro ſe vel aliis, vivis ſive defunctis debitum orationum aut ſuffragiorum vel ſacrificiorum ſpiritualium, ſicut tenebatur & voluit, ſi ſublatis occupationibus & impedimentis hujuſmodi liberior affuiſſet ſibi facultus in eâ parte; quodque omiſſio ſeu prætermiſſio præmiſſorum ipſum hactenus & crebro compulit & induxit ad ſolicitè ſtudioſeque cogitandum de modis & mediis, quibus etſi fortaſſis non in toto in aliquo tamen, tam Deo quàm aliis quibus tenebatur & tenetur ſatisfactionem impendere poſſet & exhibere, inter quæ nullum, ut aſſeruit, invenit ſuo judicio medium magis congruum, magis aptum vel oportunum, quàm quod de bonis à divinæ largitatis munificentiâ ſibi tributis augeret, & ampliaret numerum illorum, qui hoſtiarum & ſacrificiorum ſpiritualium aſſiduitate, immolationeque cotidianâ ingeni & indefeſſum exhiberent, & impenderent Deo famulatum; quodque ob hoc ipſum quatinus in eo eſt exequendum & faciendum diſpoſuit atque diſponit & intendit, intervenientibus, viz. atque præhabitis noſtris regiis licentiâ & aſſenſu, ac aliorum quorum intereſſe poterit in ea parte erigere, atque fundare infra Parochiam de **Wye** *Cantuar.* Dioceſis, in & ex quâ natalium traxit originem, Collegium quoddam perpetuum de uno Magiſtro ſive præpoſito, atque de tali numero Presbyterorum ſive Capellanorum, & aliorum Miniſtrorum Eccleſiaſticorum, prout ſibi viſum erit ſe pro eorum ſuſtentatione commodè poſſe providere, quæ inter onera ex ordinatione ejuſdem Archiepiſcopi eis ſpecialiter imponenda, tenebuntur intercedere & orare pro fælici proſperoque ſtatu noſtro quoad vixerimus, & hujuſmodi incliti regni noſtri; necnon pro animâ dicti genitoris noſtri ſingulariſſimi, dum vixit promotoris ejuſdem Archiepiſcopi, & animabus inclitæ recordationis progenitorum noſtrorum, & ſpecialiter pro noſtrâ, poſtquam migraverimus

mus ab hac luce, nobis idcirco humiliter & instanter supplicando; quatenus de gratiâ nostrâ speciali intentioni & dispositioni suis supradictis ac mediis, ad executionem eorundem congruis, necessariis, & oportunis assensum & licentiam nostros regios annuere, concedereque vellemus & impartiri.

Nos præfatum sanctum & laudabile propositum ipsius venerabilis Patris, & simul cum hoc obsequia sic ut præfertur nobis & inclitæ recordationis Domino & Patri nostro ab eodem impensa, sicut rationi convenit & decet attendentes, de avisamento & assensu consilii nostri concessimus, ac pro nobis, hæredibus & successoribus nostris, quantum in nobis est licentiam damus, ac tenore præsentium concedimus, atque damus eidem venerabili Patri, suisque hæred bus assignatis & executoribus, conjunctim & divisim, quod ipsi absque fine vel feodo inde ad opus nostrum solvendo, erigere possint & possit in Parochiâ de Wye supradictâ atque fundare Collegium hujusmodi perpetuum, viz. De uno Magistro sive præposito, ac de tali & tanto numero Presbyterorum, sive Capellanorum, ac Ministrorum Ecclesiasticorum, prout sibi visum erit, Deo famulaturorum, vocandum sive nuncupandum *Collegium Sanctorum Gregorii atque Martini*, & illud ordinationibus atque statutis talibus, quæ & qualia pro salubri regimine ejusdem congrua sibi videbuntur & oportuna stabilire.

Et quod iidem Magister sive propositus & Capellani, eorumque successores sint, & perpetuis temporibus esse debeant unum corpus & una communitas, atque Collegium licitum & approbatum, habeantque commune Sigillum pro negotiis dicti Collegii deserviturum; & quod implacitare valeant alios, & ab aliis implacitari in quibuscunque Curiis, tam spiritualibus quàm temporalibus: Et sint personæ capaces & habiles ad perquirendum & recipiendum à quibuscunque personis, & habendum tam ex donatione, quàm ex alio quocunque titulo legitimo, atque tenendum dominia, terras, tenementa, redditus, proventus ac possessiones qualiacunque & qualescunque, tam spiritualia quàm temporalia: Et ad finem & effectum quod suprascriptum dicti venerabilis Patris sanctum & laudabile propositum, stabilem, firmum atque perpetuum sorciatur effectum, quod nunc alias futurum existimavimus, nisi & quatenus præfatis Magistro sive præposito & Capellanis, de rationabili & congruâ sustentatione sit provisum; tali, viz. quæ personis eorum, & oneribus eisdem incumbentibus sufficere possint & valeant: Nos de uberiori gratiâ nostrâ, & ultra præmissa concessimus & licentiam dedimus, atque concedimus & damus eidem venerabili Patri, hæredibus assignatis & executoribus suis antedictis conjunctim & divisim, quod ipsi prædictum Magistrum sive præpositum, ac Capellanos dicti Collegii futuros, ad perpetuam sustentationem suam, successorumque suorum; & ad onera quæ ex ordinatione dicti venerabilis Patris aut alias eis incumbent supportanda, dotare possint de & in possessionibus, redditibus & proventibus spiritualibus & temporalibus, etiam advocationibus Ecclesiarum ad valorem annuum Centum marcarum ultra repriſas; talibus, viz. quæ de nobis non tenentur immediatè per servicium militare: Et eisdem Magistro sive præposito & Capellanis, quod ipsi possessiones, redditus & proventus hujusmodi à Præfatis Archiepiscopo, hæredibus & assignatis, seu executoribus suis prædictis recipere possint & habere.

Et quod Ecclesias hujusmodi, quarum advocationes, ut præfertur, optinuerint, appropriare sibi possint, & eas sic appropriatas, cum earum juribus & pertinentiis universis in proprios usus possidere & tenere sibi & successoribus suis imperpetuum, unacum terris & tenementis aliis sibi adquirendis ad valorem annuum Centum marcarum supradictarum.

Et ne futuris aliquando temporibus inter Magistrum sive præpositum dicti Collegii & Vicarium præfato Ecclesiæ Parochialis de Wye lites aliquæ, dissentiones, discordiæ, contentiones vel rixæ suboriantur aut fiant, quod fortassis contingere posset, ex intitulatione diversarum personarum in eisdem; & per hoc disturbium vel impedimentum afferri executioni divinorum officiorum, & inquietudo, quod absit, parari animis eorum per quos hujusmodi officia venient exequenda, concessimus & licentiam dedimus, ac pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris concedimus atque damus præfatis Magistro sive præposito & Capellanis, quod ipsi advocationem dictæ Vicariæ de Wye ab Abbate Monasterii S. *Martini* de *Bello Ciceſtrenſis* Diocesis, quod de Fundatione progenitorum nostrorum, & de patronatu nostro existit, dictæ Vicariæ Patronis adquirere possint: Et eisdem Abbati & Conventui, quod ipsi eandem advocationem præfatis Magistro sive præposito & Capellanis concedere possint atque dare; & quod eadem advocatio per dictos Magistrum sive præpositum & Capellanos adquisita & obtenta, ipsi prædictam Vicariam, cum suis juribus & pertinentiis universis sibi appropriare, & in proprios usus tenere & possidere possint, habendum sibi & successoribus suis imperpetuum. Statuto de terris & tenementis, ad manum mortuam non ponendis edito, ac aliis quibuscunque Statutis, Ordinationibus, ac aliis provisionibus in contrarium præmissorum factis non obstantibus quovismodo, &c. In cujus, &c. — T. meipso apud *Westm.* xxvii°. die *Febr.* Anno Regni nostri decimo.

Licentia

Licentia Regia dicto Johanni *Archiepiſcopo conceſſa, pro ampliori ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ dotatione.*

Pat. 17 H. 6. p. 1. m. 12.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & pro Cc*l.* deducendis de illâ majori ſummâ, in quâ nos penès venerabilem Patrem *Johannem* Archiepiſcopum *Ebor.* indebitati ſumus, prout dicit per compotum ſatis conſtabit, dedimus & conceſſimus eidem Archiepiſcopo Advocationem & Rectoriam Eccleſiæ de **Newentone** juxta **Pethe**; ac omne jus noſtrum & titulum, quæ nobis inde, aut in aliquâ earundem, vel aliquibus parcellis eiſdem pertinentibus competunt, aut nobis vel hæredibus noſtris in futurum quoviſmodo habere poterunt, una-cum grangeâ de **Branſete**, & terris de **Newentone** & **Promehill**, ac glebis, decimis, oblationibus, obventionibus, fructibus, proventibus, penſionibus, portionibus, ac aliis emolumentis quibuſcunque eidem Rectoriæ qualitercunque ſpectantibus ſive pertinentibus, quæ *Katerina* nuper Abbatiſſa de **Guynes** de Comitatu de **Artoys** ultra mare, tenuit die quo obiit ut de jure Abbathiæ prædictæ; & quæ per mortem ejuſdem *Katerinæ* capta fuerunt in manus chariſſimi Domini & Patris noſtri defuncti, & in manu noſtrâ jam exiſtunt; & quæ de valore xiv *l.* per annum exiſtunt, & ſic inde nobis ad Scaccarium noſtrum annuatim reſponſum eſt. Habendum & tenendum advocationem & Rectoriam prædicta; una cum grangea, terris, glebis, decimis, oblationibus, obventionibus, fructibus, proventibus, penſionibus, portionibus, ac aliis emolumentis prædictis præfato Archiepiſcopo hæredibus & aſſignatis ſuis imperpetuum, abſque aliquo nobis vel hæredibus noſtris quoviſmodo inde reddendo.

Et ulterius, de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus præfato Archiepiſcopo, quod ipſe hæredes vel aſſignati ſui prædicti, poſtquam idem Archiepiſcopus quoddam Collegium ſive quandam Cantariam perpetuam, de certo numero Capellanorum in Parochiâ de **Wye** in Com. *Kancii*, Cantariam S. *Georgii* nuncupandam, prætextu licentiæ noſtræ ſibi inde nuper conceſſæ fundaverit, & ſtabiliverit; prædictam Advocationem & Rectoriam, una cum grangea, terris, glebis, decimis, oblationibus, obventionibus, fructibus, proventibus, penſionibus, portionibus, & aliis emolumentis prædictis dare poſſit & aſſignare Magiſtro & Capellanis ejuſdem, Collegii ſive Cantariæ, habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram, & perpetuam Elemoſinam in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum; ſtatuto de terris & tenementis, ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. Et eiſdem Magiſtro & Capellanis, quod ipſi prædictam Advocationem & Rectoriam Eccleſiæ prædictæ, una-cum grangea, terris, glebis, decimis, oblationibus, &c. ac aliis emolumentis prædictis à præfato Archiepiſcopo hæredibus & aſſignatis ſuis recipere, & Eccleſiam illam appropriare; & eam ſit appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam, in auxilium ſuſtentationis ſuæ prædictæ imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, &c. T. Rege apud Sanctum *Jacobum* juxta *Weſtm.* Xxviii° *Martii.*

Conſimilis licentia dicto Archiepiſcopo conceſſa, de advocatione Eccleſiæ de **Bocton**-Allulph, *&c.*

Pat. 29 H. 6. p. 2. m. 4.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum nos xxvii° die *Februarii*, anno regni noſtri decimo, per literas noſtras patentes conceſſerimus, & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, reverendiſſimo in Chriſto Patri *Johanni* Cardinali & Archiepiſcopo *Ebor.* &c. hæredibus, aſſignatis & executoribus ſuis, quod ipſi conjunctim & diviſim erigere poſſint & poſſet in Parochiâ de *Wye* in Com. *Kanc. Cant.* Dioceſis, quoddam Collegium perpetuum de uno Magiſtro ſive præpoſito, atque de tali numero Presbyterorum, ſive Capellanorum & aliorum miniſtrorum Eccleſiaſticorum, prout viſum ſibi foret Deo famulatorum; vocandum ſive nuncupandum Collegium S. *Gregorii* & *Martini* de *Wye*, *&c.*

Cumque etiam xxiv° die *Febr.* anno regni noſtri xxviii° per alias literas noſtras patentes conceſſimus & licentiam dederimus præfato Cardinali & Archiep. *Ebor.* quod ipſe, hæredes executores vel aſſignati ſui advocationem Eccleſiæ de **Bocton**-*Allulph*, quæ de nobis tenetur in Capite dare, concedere & aſſignare poſſet vel poſſent *Thomæ Gauge* Magiſtro ſive præpoſito Collegii prædicti, ac Presbyteris, Capellanis ejuſdem Collegii; habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, &c. imperpetuum, &c. Nos volentes conceſſiones noſtras prædictas effectui debito mancipari conceſſimus & licentiam dedimus, &c. præfato *Thomæ Gauge* Clerico, nunc Magiſtro ſive præpoſito Collegii prædicti, ac Præbyteris ſive Capellanis ejuſdem Collegii; quod ipſi de præfato Cardinali duodecim meſſuagia, treſcentas & quater-viginti acras terræ, ſexaginta acras prati, nongintas & quadraginta acras paſturæ, Cxx acras boſci, novem libratas & xii *ſol.* redditus, ac redditum annuum octo gallorum, ſexaginta gallinarum, & quadraginta ovorum, cum pertinentiis in Civitate *Cantuarienſi*, *Wye*, **Bocton**-*Allulph*, **Crundale**, **Godmerſham**, **Betresdene** & **Poſtelynge**, quæ de aliis quam de nobis tenentur; & quæ ad xxvii *l.* vi *s.* viii *d.* extenduntur per annum; ac etiam advocationem prædictæ Eccleſiæ de **Bocton**-*Allulph*, quæ quidem advocatio de nobis tenetur in Capite, &c. Et dictam Eccleſiam de **Bocton**-*Allulph*, ac Vicariam prædictam appropriare; & eas ſic appropriatas in proprios uſus ſuos una cum meſſuagio, terrâ, prato, &c. Tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, &c. In cujus, &c. T. R. apud *Weſtm.* primo die *Julii.*

EC-

ECCLESIA

Collegiata de Tateſhale *in Comitatu* Lincolniæ.

Licentia regia pro fundatione ejuſdem.

Pat. 17 H. 6. part. 2. m. 19.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ad ſpecialem requiſitionem dilecti & fidelis noſtri *Radulphi Cromwell* militis, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt eidem *Radulfo* & chariſſimo avunculo noſtro *Henrico* Epiſcopo *Wintoniæ* Cardinali *Angliæ*, *Willielmo Alnewyke* Epiſcopo *Lincoln.* *Johanni Scrope* militi, *Waltero Hungerford* militi, *Waltero Tailbois* armigero, & *Willielmo Paſtone* Patronis Eccleſiæ Parochialis de **Tateſhale** in Com. *Lincoln.* quod ipſi, hæredes & aſſignati ſui, in honore S. *Trinitatis*, beatæ *Mariæ* virginis, Sanctorum *Petri* Apoſtoli, *Johannis Baptiſtæ*, & *Johannis* Evangeliſtæ, eandem Eccleſiam de **Tateſhale** in Eccleſiam Collegiatam, ſive Collegium de ſeptem Capellanis, ſex Clericis ſecularibus, & ſex Choriſtis, quorum quidem Capellanorum unus erit Magiſter ſive Cuſtos, erigere, tranſferre, facere, & tranſmutare; ſeu ſic erigi, facere, & procurare; ac unam Domum Elemoſinariæ perpetuam in ſolo ipſorum *Radulphi*, Cardinalis, Epiſcopi *Lincoln.* *Johannis Scrope*, *Willielmi Hungerford*, *Walteri Tailbois* & *Willielmi Paſton*, jacentem juxta Cimiterium Eccleſiæ prædictæ, continentem decem acras terræ, quæ ſunt parcellæ Caſtri & manerii de **Tateſhale**, quæ de nobis tenentur in Capite, de treſdecem pauperibus utriuſque ſexus: necnon manſiones, domos & ædificia pro prædictis Magiſtro ſive Cuſtode, Capellanis, Clericis, & Choriſtis, & ſervientibus ſuis, una-cum clauſtris, clauſuris, gardinis, ortis, & procinctu eis & dicto Collegio neceſſariis & accommodis, divina ſingulis diebus pro ſalubri ſtatu noſtro, & ipſius *Radulphi* dum vixerimus, ac animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; nec non pro animabus parentum & omnium amicorum, & benefactorum præfati *Radulphi*; & ſpecialiter pro animâ dominæ *Matildis Cromwell* nuper dominæ de **Tateſhale**, aviæ dicti *Radulphi*, ac omnium aliorum per præfatum *Radulphum* nominandorum, juxta ordinationem ipſius *Radulphi* hæredum & executorum ſuorum in hac parte faciendam, celebraturis & deprecaturis imperpetuum, fundare, facere, creare poſſint & ſtabilire. Et quod iidem *Radulphus*, *Cardinalis*, Epiſcopus *Lincoln.* *Johannes Scrope*, *Walterus Hungerford*, *Walterus Tailboys*, & *Willielmus Paſton* hæredes & aſſignati ſui dare poſſint & aſſignare præfatis Magiſtro ſive Cuſtodi & Capellanis, cum Collegium & domus prædicta ſic erecta, fundata fuerint & ſtabilita, advocationem prædictæ Eccleſiæ de **Tateſhale**, ac dictam terram cum pertinentiis; habenda & tenenda in puram & perpetuam elemoſinam ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, *&c.* Et inſuper conceſſimus & licentiam dedimus & eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi & Capellanis; quod ipſi, poſtquam dictum Collegium, ut præmittitur, fundatum, creatum & ſtabilitum fuerit, prædictam Eccleſiam de **Tateſhale** appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et quod iidem Magiſter, ſive Cuſtos, & Capellani prædicti, & eorum ſucceſſores, ſint perſonæ habiles & capaces ad quæcunque terras, tenementa, redditus & advocationes Eccleſiarum, Hoſpitalium, & Capellarum de quibuſcunque perſonis adquirendas & recipiendas, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et quod iidem Magiſter, ſive Cuſtos & Capellani, & eorum ſucceſſores, Magiſter ſive Cuſtos & Capellani Collegii & Domus Elemoſinariæ S. *Trinitatis* de **Tateſhale**, cum ſic, ut præfertur, erectum, fundatum, & ſtabilitum fuerit, pro perpetuo nuncupentur; & per idem nomen placitare poſſint & implacitari imperpetuum.

Et quod iidem Magiſter ſive Cuſtos & Capellani habeant unum commune Sigillum, pro negotiis dictorum Collegii & Domus Elemoſinariæ deſerviturum imperpetuum, *&c.*

Et ulterius, de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prætatis Magiſtro ſive Cuſtodi & Capellanis, quod ipſi terras, tenementa, redditus, & advocationes Eccleſiarum, Hoſpitalium, & Capellarum; tam de feodo noſtro, quàm alieno, ad valorem CC. librarum per annum, ultra advocationem & valorem annuum, dictæ Eccleſiæ de **Tateſhale**, ac domorum, ac decem acrarum terræ prædictarum, abſque fine vel feodo ad opus noſtrum vel hæredum noſtrorum faciendo, ſeu ſolvendo adquirere poſſint, recipere, & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis, pro ſuſtentatione ſuâ, ac prædictorum Clericorum, Choriſtarum & pauperum; & ad quædam alia onera & pietatis opera, juxta ordinationem præfati *Radulphi*, hæredum vel executorum ſuorum in hac parte faciendam & ſupportandam imperpetuum, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud manerium ſuum de **Shene** xiiij°. die *Julii.*

ECCLE-



W. Hollar delineavit et sculpsit, 1672.

P 195

Capellæ
Collegij Regalis de
ETON
ab Aqvilone Prospectus.



ECCLESIA

Collegiata de Eton (*juxta* Windeshore) *in Com.* Berks.

Carta Regis Henrici *sexti de fundatione ejusdem.*

Pat. 19 H. 6. part. 1. m. 40.

REx omnibus Christi fidelibus ad quos, *&c.* salutem. Ad universitatis vestræ noticiam deducimus per præsentes; quod cum nos ad dei laudem, gloriam, & honorem, ac beatissimæ virginis *Mariæ* genitricis domini nostri Jesu Christi, & in divini cultus augmentum, & exaltationem Ecclesiæ sacrosanctæ, quoddam Collegium in & de congruenti numero unius præpositi, cæterorumque sociorum, sacerdotum, clericorum & puerorum, ac quorundam pauperum & indigentium scolarium, & cæterorum aliorum pauperum & debilium virorum; nec non unius Magistri in Grammaticâ, qui pauperes & indigentes scolares hujusmodi, ac alios undecunque de regno nostro *Angliæ* accedentes, in literarum scientia, & præcipuè in facultate Grammaticæ gratis debeat informare, in Ecclesiâ Parochiali de Etone, juxta novam *Wyndesoram Lincoln.* Dioc. & in quodam fundo eidem Ecclesiæ & Cimiterio ejusdem contiguo & adjacente ex parte boreali ejusdem Cimiterii, continente trescentos pedes in longitudine, & ducentos & sexaginta pedes in latitudine, fundare, facere, ordinare, & canonicè stabilire; & eandem Ecclesiam Parochialem in Collegiatam erigi, commutari & transferri debitè facere & obtinere: Ac advocationem ejusdem Ecclesiæ Parochialis, in quâ plenum jus patronatus præsentialiter obtinemus, dictis præpositis, sociis, & Collegio prædicto, una-cum aliis bonis in dotem concedere & donare: ad effectum quod ipsa Ecclesia eis & eorum Collegio valeat & possit Canonicè uniri, appropriari, annecti & incorporari, auxiliante domino, proponimus & intendimus, dummodo omnium quorum interesse vertitur in præmissis adhibeantur seu accesserint auctoritas, licentia & consensus. Ea propter nos, circa adquisitionem, expeditionem & executionem omnium præmissorum personaliter attendere & intendere non valentes, sicuti neque decet, dilectos in Christo Magistrum *Robertum Kent*, *Willielmum Lynde* & *Willielmus Waryn* conjunctim & divisim, & quemlibet ipsorum per se & insolidum, nostros veros, & legitimos procuratores, factores, & præmissorum negotiorum nostrorum gestores ordinamus facimus & constituimus per præsentes.

Damus quoque & concedimus eisdem procuratoribus nostris & eorum cuilibet potestatem generalem & mandatum speciale, vice & nomine nostris, præmissa omnia & singula reverendo in Christo patri, & domino, *Willielmo* Dei gratiâ *Lincolnienſi* Episcopo, & Ecclesiæ *Lincoln.* capitulo, ac cæteris omnibus & singulis quorum interest, intimandi, notificandi & declarandi, aut causas rationabiles & legitimas, nos ad præmissa moventes & inducentes allegandas & proponendas, & cum eisdem de & super eisdem, & aliis omnibus & singulis in hac parte requisitis communicandi & tractandi, hujusmodique causas & propositum nostrum approbari, & ipsorum concensum & auctoritatem in hac parte adhiberi & præstari; cæteraque in præmissis, necnon Ecclesiam Parochialem præfato præposito Collegii antedicti, & in eodem Collegiatis seu Collegiandis; & eidem Collegio uniri, annecti, appropriari, & incorporari, ac in ipsorum proprios usus, cum suis juribus & pertinentiis universis imperpetuum possidendi concedi; ipsosque præpositum & collegiatos seu collegiandos in corporalem possessionem ejusdem Ecclesiæ Parochialis sic unitæ & annexæ, juriumque & pertinentium suorum universorum induci & poni petendi & optinendi; hujusmodique fundationis, erectionis, unionis, appropriationis & incorporationis negotium, cum omnibus & singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis quibuscunque coram omnibus & singulis auctoritatem seu legitimam quamlibet potestatem in hac parte habentibus, usque ad finalem expeditionem ejusdem inclusivè prosequendi, agendique & defendendi, provocandique & appellandi, & appellationem causas prosequendi; aliumque vel alios Procuratorem seu Procuratores loco ipsorum, & cujuslibet eorundem ad præmissa omnia & singula faciendi, exercendi, & expediendi, substituendi, ac substitutos hujusmodi revocandi, Procuratoris Officium in se reassumendi & exercendi quotiens eis seu eorum alicui melius visum fuerit expedire; & generaliter omnia alia & singula faciendi, excercendi et expediendi, ac fieri, excerceri & expediri petendi, procurandi & obtinendi, quæ in præmissis seu circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, licet de sui naturâ mandatum magis exigant speciale. In cujus, *&c.* T. Rege apud Castrum suum de *Wyndesore* xii. die *Septembris.*

Alia Carta ejusdem Regis Henrici *super eadem.*

[Pat. 19 H. 6. part. 2. m. 20.]

REx omnibus ad quos, *&c.* salutem. Regnans in excelsis triumphans Ecclesia, cui præsidens est pater æternus, cuique ministrant Sanctorum agmina, & laudis gloriam Angelorum Chori decantant, in terris Vicariam sibi constituit Ecclesiam militantem, quam unigenitus ejusdem Dei filius sic sibi in æterni amoris fœdere copulavit, ut eam dignarerur sponsam ejus dilectissimam nominare; cuique juxta

dignitatem tanti nominis, tanquàm verus & amantiſſimus ſponſus contulit dotes tam ampliſſimas gratiarum, quod omni in Chriſto renaſcentium mater ac domina vocaretur, & eſſet, habens poteſtatem in ſingulo tanquam mater; cunctique fideles ipſam velut matrem & dominam honorarent in obedientia filiali. Hac namque digna conſideratione divi retroprincipes & perquam maxime noſtri progenitores eandem Eccleſiam ſacroſanctam ſummo honore, atque devotâ veneratione ſemper adeo ſtuduerunt excolere ut præter alia pleraque virtutum opera glorioſa in ejus laudem, & ſponſi ejus gloriam inſignia nonnullis in locis cœnobia, baſilicas, & alia pia loca, nedum hoc in regno noſtro *Angliæ* verum in exteris quibuſdam regionibus eorum devotio regia fundaret in poſſeſſionum ac rerum affluentiâ copioſius ſtabilita. Unde & nos, qui eodem Rege Regum, per quem omnes regnant Reges, diſponente utriuſque regni noſtri gubernationem in manus noſtras jam ſuſcepimus, ab ipſis maturæ ætatis noſtræ auſpiciis ſedulâ mentis cogitatione verſare cepimus quomodo, qualitervé, quali regio munere, juxta modum devotionis noſtræ, & noſtrorum more majorum eidem Dominæ & ſanctiſſimæ matri noſtræ congruum facere poſſemus honorem, in tanti complacentiam ſponſi ejus: tandemque nobis intimâ meditatione talia cogitantibus reſedit in corde, ut in honorem ac fulcimentum tantæ tamque ſanctiſſimæ matris, in Eccleſiâ Parochiali de Eton juxta *Wyndeſoram*, quæ à noſtræ nativitatis loco non longe remota eſt, unum Collegium fundaremus.

Nolentes igitur tam ſanctum noſtræ cogitationis ſpiritum extinguere; ac ſumma ope deſiderantes & per omnia placere, in cujus manu ſunt omnium corda principum, quo gratioſius illuminet ipſe cor noſtrum, ut deinceps perfectius in ſuo beneplacito noſtros actus regios dirigimus; ac ſic ſub ejus vexillo in præſenti Eccleſiâ militemus, quatinus poſt hanc cum illa quæ in cœlis eſt mereamur ejus adjuti gratiâ fœliciter triumphare; ad laudem, gloriam & honorem ejuſdem Crucifixi glorioſiſſimæ virginis *Mariæ* matris ejus exaltationem ac ſtabilimentum Eccleſiæ ſacroſanctæ, ut prædicitur ejus ſponſæ, quoddam Collegium, juxta tenorem præſentium regendum; & etiam gubernandum, in & de numero unius Præpoſiti, ac decem ſacerdotum, quatuor Clericorum, & ſex puerorum choriſtarum, inibi divino cultui indies deſervire debencium, & viginti & quinque pauperum & indigentium Scolarium, Grammaticam addiſcere debentium: ac inſuper viginti & quinque pauperum & debilium virorum, pro ſalubri ſtatu noſtro dum vixerimus, ac animâ noſtrâ cum ab hac luce migraverimus; animabuſque illuſtriſſimi Principis *Henrici* patris noſtri nuper *Angliæ*, & *Franciæ* Regis; necnon clariſſimæ memoriæ dominæ *Katherinæ* nuper conſortis ſuæ matris noſtræ, cunctorumque progenitorum noſtrorum, ac omnium fidelium defunctorum debebunt in eodem loco jugiter exorare; necnon unius Magiſtri, ſive Informatoris in Grammaticâ, qui dictos indigentes Scolares, alioſque quoſcunque & undecunque de regno noſtro *Angliæ*, ad dictum Collegium confluentes in rudimentis Grammaticè gratis abſque pecuniæ, aut alicujus rei exactione debeat informare, quos Præpoſitum quemcunque pro tempore exiſtentem, Sacerdoteſque & Clericos, pueros indigentes, ſcolares pauperes, ac Magiſtrum ſive Informatorem omnes & ſingulos ſucceſſive ſuis temporibus ibi exiſtentes, juxta tenorem ordinis & ſtatutorum in hac parte edendorum eligi, præfici, inſtitui, regi, dirigi, & gubernari, corrigi, puniri, ammoveri, deſtitui & privari volumus in Eccleſiâ prædictâ, & in quodam fundo contiguo & adjacente cimiterio ejuſdem Eccleſiæ ex parte boreali ejuſdem, continente treſcentos pedes in longitudine, & ducentos & ſexaginta in latitudine: Cujus quidem Eccleſiæ patronatum ſeu advocationem ad hoc finem & effectum nuper perquiſivimus tenore præſentium, de conſenſu omnium quorum intereſt fundamus, erigimus, ac etiam ſtabilimus perpetuis futuris temporibus duraturum: Ac *Henricum Sever* clericum præpoſitum & pro præpoſito ipſius Collegii; necnon *Johannem Kene* Clericum, *Willielmum Haſtone*, & *Willielmum Dene* ſocios ſacerdotes, *Gilbertum Greſe* & *Johannem Moddyng* Clericos, & *Rogerum Fleknore*, *Willielmum Kente*, *Johannem Heredewyne*, alias dictum *Gray*, *Henricum Cokkes* pueros Choriſtas, ac *Willielmum Stokke* & *Ricardum Cokkes* ſcolares indigentes, cum uno Magiſtro, ſive Informatore in Grammaticâ, *Johanne Burdon* & *Johanne Eveſham* pauperibus viris, ſecundùm ſtatuta & ordinationes noſtra, & hæredum noſtrorum Regum *Angliæ* impoſterum plenius in hac parte edenda, ut præfertur, regenda, corrigenda, privanda & ammovenda, præficimus, creamus & etiam ordinamus: ſalvâ ſemper nobis & ſpecialiter reſervatâ liberâ poteſtate, quamdiu egerimus in humanis, prædicto numero, ac cæteris omnibus & ſingulis præmiſſis addendi ſeu detrahendi, ac ea & eorum quodlibet mutandi ſeu corrigendi, quotiens & quando nobis videbitur expedire.

Præterea volumus & concedimus, quod præpoſitus & ſocii antedicti & eorum ſucceſſores imperpetuum *Præpoſitus & Collegium regale beatæ* Mariæ de Eton *juxta* Wyndeſoram nuncupentur; & quod ſint unum corpus in ſe, & per nomen & ſub nomine Præpoſiti & Collegii regalis beatæ *Mariæ* de Eton juxta *Wyndeſoram* ſint perſonæ habiles, capaces & perpetuæ, ad impetrandum, recipiendum, & adquirendum terras, tenementa, redditus, ſervicia, advocationes Eccleſiarum, & alia emolumenta quæcunque jura & poſſeſſiones ſpiritualia & temporalia, tam de nobis & hæredibus noſtris, quàm de aliis perſonis quibuſcunque, licet ea immediatè de nobis & hæredibus noſtris teneantur per ſervicium militare aut alio modo quocunque; habenda & tenenda eiſdem Præpoſito & Collegio noſtro ac ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Ac inſuper, quod ipſi per nomen prædictum implacitare poſſint & implacitari, ac proſequi omnimodas cauſas, quæ-

quærelas & actiones reales & perſonales ac mixtas, cujuſcunque ſunt generis vel naturæ, ac reſpondere valeant & defendere ſub nomine prædicto in eiſdem, coram judicibus ſecularibus & Eccleſiaſticis quibuſcunque.

Et quod iidem Præpoſitus & Collegium, & eorum ſucceſſores imperpetuum habeant unum Sigillum commune pro negotiis & factis ſuis ſigillandis.

Damuſque ulterius & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris Præpoſito & Collegio noſtro ac ſucceſſoribus ſuis prædictis Patronatum ſive advocationem Eccleſiæ Parochialis de *Etone* prædictâ; habendum & tenendum eiſdem Præpoſito & Collegio noſtro, eorumque ſucceſſoribus in perpetuam & puram elemoſinam imperpetuum. Ac quod prædicti Præpoſitus & Collegium noſtrum & eorum ſucceſſores poſſint cum auctoritate Dioceſani loci illius; ac aſſenſu & conſenſu eorum quorum in hac parte intereſt eandem Eccleſiam, modò Parochialem, erigi, transferri, & commutari in Collegiatam: Necnon eiſdem Præpoſito & Collegio noſtro appropriari, uniri, annecti & incorporari facere & procurare; ac etiam eam ſic appropriatam, incorporatam, unitam, & annexam, in uſus proprios tenere ſibi & ſucceſſoribus prædictis imperpetuum; eo quod expreſſa mentio de Vicario in Eccleſiâ prædictâ, de fructibus ejuſdem dotando & ordinando, ſeu de competenti ſummâ inter pauperes Parochianos ejuſdem Eccleſiæ annuatim diſtribuenda, juxta formam ſtatuti inde editi in præſentibus facta non exiſtit, non obſtante.

Inſuper de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus et licentiam dedimus per præſentes, pro nobis et hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eiſdem Præpoſito et Collegio, ac ſuis ſucceſſoribus prædictis, quod ipſi et ſucceſſores ſui perquirere poſſint terras et tenementa, ac advocationes Eccleſiarum ad valorem mille marcarum per annum; tam de terris et tenementis, quæ de nobis in capite, quàm de aliis tenentur; habenda et tenenda et approprianda eiſdem Præpoſito et Collegio noſtro, ac ſucceſſoribus ſuis prædictis, pro ſuſtentatione et eorum victu et veſtitu, aliiſque neceſſariis eorum agendis imperpetuum, abſque moleſtatione vel impetitione noſtri, vel hæredum noſtrorum, aut aliorum quorumcunque, ſtatuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis; ſeu eo quod prædicta advocatio et patronatus de nobis forte tenentur in capite; ſeu aliquo alio ſtatuto ſive ordinatione in contrarium factis ſive editis, non obſtante; et hoc abſque aliquo feodo magno ſeu parvo, aut alio fine quocunque nobis aut hæredibus noſtris reddendo vel faciendo pro præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum.

Et ulterius de uberiori gratiâ noſtrâ, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, relaxamus eiſdem Præpoſito & Collegio noſtro, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum omnimoda corrodia, penſiones, annuitates, & alias præſtationes quaſcunque, quæ nos vel hæredes noſtri, aut aliquis alius ad noſtrum rogatum ſive mandatum, ratione fundationis noſtræ antedictæ, ab eiſdem Præpoſito & Collegio noſtro & ſucceſſoribus ſuis prædictis exigere poſſemus aut poſſet in futurum; & eos inde quietos ac immunes fore volumus & concedimus per præſentes perpetuis temporibus duraturum.

Inſuperque de ampliori gratiâ noſtrâ concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris eiſdem Præpoſito & Collegio, ac ſuis ſucceſſoribus prædictis imperpetuum; quod quotienſcunque & quandocunque Collegium illud perpetuis futuris temporibus, de Præpoſito, per mortem, ceſſionem, privationem ammocionem ſeu reſignationem, aut alio modo quocunque vacare contigerit, ſocii ejuſdem Collegii, pro tempore exiſtentes, habeant plenè & percipiant omnimoda fructus, proficua & emolumenta de terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, & rectoriis, ac aliis poſſeſſionibus quibuſcunque ejuſdem Collegii noſtri, ſeu eidem Collegio ſpectantibus durante hujuſmodi vacatione provenientia, ſecundùm ordinationes & ſtatuta prædicta diſponenda, quæ alias, tempore aut ratione Vacationis hujuſmodi, ad nos vel hæredes noſtros pertinerent, vel quoquo modo pertinere poſſent in futurum, abſque moleſtatione vel impetitione noſtri vel hæredum noſtrorum, aut aliorum quorumcunque, & abſque compoto ſeu aliquo alio nobis vel hæredibus noſtris proinde reddendo: ita quod nos & hæredes noſtri ab omni cuſtodiâ, guardiâ, ſeiſinâ ſeu poſſeſſione aut jure ejuſdem Collegii, terrarum, & tenementorum, reddituum ſerviciorum, Rectoriarum & aliarum poſſeſſionum quarumcunque eorundem Præpoſiti & Collegii, ſeu eiſdem ſpectantibus, durante hujuſmodi Vacatione ſumus excluſi imperpetuum per præſentes. In cujus, *&c.* T. Rege apud manerium ſuum de *Shene* xi°. die *Octobris.*

Carta dicti Regis Henrici *de dotatione ejuſdem.*

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod cum nos nuperimè, juxta noſtrum, quod ab ineuntis maturæ ætatis noſtræ auſpiciis in animo geſſumus volum, quoddam Collegium ad gloriam & honorem nominis Crucifixi, laudemque & venerationem beatiſſimæ virginis matris ſuæ exaltationem, & decus Eccleſiæ militantis ſanctiſſimæ matris noſtræ, ac ſtabilimentum fidei Chriſtianæ in Eccleliâ ejuſdem beatæ Virginis *Mariæ* de *Etonâ* juxta *Wyndeſoram* noſtræ nativitatis locum, & in quodam fundo eidem contiguo Collegium regale beatæ *Mariæ* de Etone juxta *Wyndeſoram*; vulgariter verò the Kynges College of our Lady by Etone beſyde Wyndeſore nuncupandum, inſtituerimus, fundaverimus, ac de auctoritate, licentiâ & aſſenſu omnium quorum intereſt, prout in literis inde confectis pleniùs continetur, ſtabiliverimus per dei gratiam, ut ſummè ſperamus, perpetuis futuris temporibus duraturum. Nos ne quod omnino nollemus hoc jam pium noſtræ Ibid.

affectus iniciatum jam opus debitæ consummationis defraudetur effectu, aut aliquando, quod absit, propter congruæ dotis, seu rei familiaris carentiam à perpetuitate suâ decidat, vel onera ei incumbentia nequeat supportare, de merâ liberalitate nostrâ, ex certâ scientiâ & mero motu nostris, dedimus & concessimus, & hac nostrâ præsenti Cartâ confirmavimus dilectis nobis in Christo *Henrico Seven* jam Præposito Collegii prædicti, & ejusdem loci Collegio & successoribus suis annuam pensionem decem & octo marcarum, percipiendam de Vicariâ de **Morton** alienigenâ; annuam pensionem quadraginta solidorum, percipiendam de Ecclesiâ de **Alveley** in Com. *Essex*; annuam pensionem xl *s.* percipiendam de Ecclesia de *Fulborne* in Com *Cantabr.* provenientes, Prioratui de **Paunfeld** in eodem Com. *Essex.* alienigenæ ab antiquo pertinentes, & appendentes: Omnimodas decimas infra villatam de **Seint-Marie-Berwes** in dicto Com. *Essex.* Prioratui de **Paunfeld** similiter nuper pertinentes. Annuam firmam xii. marcarum, quam Prior Prioratus de *Monteacuto* & successores sui annuatim nobis tenentur reddere de antiquo portu nuper pertinentem ad Capitalem domum ejusdem Prioratus tempore pacis, in partibus transmarinis.

Annuam firmam xx *s.* quam Prior de *Goldeclivâ* & successores sui de antiquo apportu ad Capitalem domum illius Prioratus in partibus transmarinis quondam debitam reddere & solvere consueverunt.

Prioratum & manerium de **Toftes** alienigenam cum pertinentiis in Com. *Norff.* Prioratum de **Spoyle** alienigenam, cum omnibus suis pertinentiis in eodem Com. *Norff.* Prioratum de **Bynmesfeld** in Com. *Glouc.* alienigenam, cum pertinentiis.

Manerium de **Blakenham** cum pertinentiis in Com. *Suff.* parcellam Prioratus de **Okeburne** alienigenæ. Manerium de **Cottesfoyd** in Com. *Oxon.* parcellam ejusdem Prioratus. Prioratum de **Modbury** in Com. *Devon.* cum membris & pertinentiis suis quibuscunque.

Omnia maneria, terras, tenementa, reditus, & possessiones cum pertinentiis in Com. *Wilteſ.* nuper ad Decanatum de **Moyteyne** pertinentes. Annuam firmam tresdecem solidorum & quatuor denariorum, quos Prior & Conventus de *Thetford*, de quodam apportu domui de **Clony** nuper debitam, tempore pacis reddere consueverunt. Firmam & redditum octo librarum, tresdecem solidorum & octo denariorum, quos *Willielmus* dominus de *Lovel* miles, pro custodia Prioratus de **Mynstre-Lovel** alienigenæ, cum omnibus suis juribus & pertinentiis universis sibi per nos commissis in Com. *Oxon.*, habenda à tempore mortis *Johannæ* nuper Reginæ *Angliæ* usque finem decem annorum, extunc proximè sequentium plenariè complendorum, nobis annuatim reddere tenetur, cum reversione ejusdem Prioratus, cum acciderit.

Firmam & redditum undecim librarum, quos *Robertus Roos* miles, pro custodiâ omnium terrarum & tenementorum cum pertinentiis in Com. *Glouc.* quondam Abbathiæ de **Bailbek** alienigenæ sibi per nos commissam; habendam à Festo S. *Michaelis* anno regni nostri xviij°. usque finem septem annorum, tunc proximè sequentium plenariè complendorum nobis annuatim reddere tenetur, cum reversione eorundem cum acciderint.

Firmam & redditum sexaginta & decem librarum & xii *d.* quos *Johannes Styward* miles pro custodiâ maneriorum de **Est-Wotham** in Com. *Norff.* & **Bledlowe** in Com. *Buck.* cum pertinentiis alienigenâ sibi per nos commissâ; habendam à Festo S. *Michaelis* anno regni nostri decimo septimo, usque finem septem annorum tunc proximè sequentium plenarie complendorum, nobis annuatim reddere tenetur, cum reversione eorundem cum acciderit.

Firmam & redditum xx. marcarum, quos *Thomas Tudenham* miles, pro custodiâ Prioratus de **Dokkyng** alienigenæ cum pertinentiis, sibi per nos commissâ; habendam à tempore mortis *Johannæ* nuper Reginæ *Angliæ*, usque Festum S. *Michaelis* tunc proximè sequens; & abinde usque finem septem annorum tunc proximè sequentium plenarie complendorum, nobis annuatim reddere tenetur, cum reversione ejusdem cum acciderit.

Firmam & redditum xxx. libr. quos *Willielmus Phelip* miles pro custodiâ Prioratus de **Cretyng & Evoydone** alienigenæ, cum pertinentiis, pensionibus, portionibus, & aliis juribus eidem Prioratui qualitercunque spectantibus in Com. *Suff.* & *Northampt.* sibi per nos commissam; habendam à festo S. *Michaelis* anno regni nostri sextodecimo usque finem decem annorum tunc proximè sequentium plenariè complendorum nobis annuatim reddere tenetur; cum reversione ejusdem, cum acciderit. Firmam & redditum triginta & quatuor solidorum, quos *Willielmus York*, pro custodia unius molendini aquatici apud **Ockyng** cum pertinentiis in Com. *Oxon.* parcellæ possessionum Prioratus de **Okeburne** alienigenæ, quondam Cellæ Abbathiæ beatæ *Mariæ* de *Becco-Herlewini* in *Normanniâ*, sibi per nos commissam; habendam à festo Natalis domini anno regni nostri xv°. usque finem decem annorum tunc proximè sequentium plenariè complendorum, nobis annuatim reddere tenetur cum reversione ejusdem cum acciderit.

Firmam & redditum xi. marcarum, quos *Johannes Cheſer* & *Johannes Bernyngham* Clericus, pro custodiâ Prioratus de **Stradfeld-Say** alienigenæ, cum omnibus suis juribus, pensionibus & pertinentiis universis in Com. *Berks.* eis per nos commissam; habendam à Festo S. *Michaelis* anno regni nostri quarto usque finem xx. annorum tunc proximè sequentium plenarie complendorum nobis annuatim reddere tenentur, cum reversione ejusdem cum acciderit.

Firmam & redditum xvi. libr. quos *Edmundus Clere* armiger pro custodiâ manerii sive Prioratus de **Lesyngham** alienigenæ, cum

pertinentiis

pertinentiis in Com. *Norff.* ſibi per nos commiſſam; habendam à feſto S. *Michaelis* anno regni noſtri ſextodecimo uſque finem xx. annorum tunc proximè ſequentium plenariè complendorum nobis annuatim reddere tenetur, cum reverſione ejuſdem cum acciderit.

Firmam & redditum treſdecem librarum, ſex ſolidorum & octo denariorum, quos *Willielmus* dominus de *Lovel* miles pro cuſtodiâ Prioratus de **Cogges** alienigenæ, cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis in Com. *Oxon.* ſibi per nos commiſſa; habendam à tempore mortis *Johannæ* nuper Reginæ *Angliæ*, uſq; finem decem annorum, tunc proximè ſequentium plenariè complendorum nobis annuatim reddere tenetur, cum reverſione ejuſdem cum acciderit.

Firmam & redditum xix li. quos *Johannes Arderne* arm. pro cuſtodiâ manerii de **Tutyngleh** alienigenæ cum pertinentiis in Com. *Surr.* ſibi per nos commiſſâ; habendam à feſto S. *Michaelis* anno regni noſtri xviii°. uſque finem decem annorum tunc proximè ſequentium plenariè complendorum nobis annuatim reddere tenetur, cum reverſione ejuſdem cum acciderit.

Firmam & redditum quinque libarum xiiij *s.* ij *d.* quos *Walterus Strikond* armiger pro cuſtodia omnium terrarum, tenementorum, reddituum, & ſerviciorum cum pertinentiis in **North-Wundam, Comptone, & Weleghe** in Com. *Suſſex.* & *Suthampton.* quæ quondam fuerunt Abbatis de *Lucernâ* in *Normanniâ*, aliàs dictam **Wundam** vocatam **Lucerne** ſibi per nos commiſſa; habenda à feſto S. *Michaelis* anno regni noſtri xviij°. uſq; finem ſeptem annorum tunc proximè ſequentium plenariè complendorum, nobis annuatim reddere tenetur, cum reverſione ejuſdem cum acciderit.

Firmam & redditum octo librarum, quas *Walterus Veere* armiger, pro cuſtodia Prioratus S. *Elenæ* in *Inſulâ Vectâ* cum pertinentiis in Com. *Suth.* ſibi per nos commiſſa; habendam à feſto S. *Michaelis* anno regni noſtri decimo-octavo uſque finem decem annorum tunc proximè ſequentium plenariè complendorum nobis annuatim reddere tenetur, cum reverſione ejuſdem, cum acciderit.

Firmam & redditum xl *li.* quas *Walterus Everard* & *Ricardus Fourbur* pro cuſtodiâ Prioratus de **Clatford**, cum omnibus ſuis membris & pertinentiis quibuſcunque in Com. *Wilteſ.* ſibi per nos commiſſa; habendam à feſto S. *Michaelis* anno regni noſtri xviij°. uſque finem ſeptem annorum tunc proximè ſequentium plenariè complendorum, nobis annuatim reddere tenentur, cum reverſione ejuſdem, cum acciderit.

Firmam & redditum xxij *li.* quos *Johannes Staunford* de **Ruſſhale**, pro cuſtodiâ manerii de **Charletone** cum pertinentiis ſuis in Com. *Wilteſ.* alienigenæ ſibi per nos commiſſâ; habendam à feſto S. *Michaelis* anno regni noſtri xviij°. uſque finem ſeptem annorum tunc proximè ſequentium plenariè complendorum nobis annuatim reddere tenetur, cum reverſione ejuſdem cum acciderit.

Firmam & redditum novem marcarum & quatuor denariorum, quos *Johannes Arderne* armiger, & *Walterus Eſtone* Clericus, pro cuſtodiâ Prioratus de **Elyngham** alienigenæ in Com. *Suthampt.* ſibi per nos commiſſa; habendam à feſto Paſchæ anno regni noſtri primo, uſque finem xxiiij. annorum extunc proximè ſequentium, & plenariè complendorum, nobis annuatim reddere tenentur, cum reverſione ejuſdem cum acciderit.

Firmam & redditum ſeptem librarum, quos *Henricus Barette*, pro cuſtodiâ unius meſſuagii, unius carucatæ, xxvi. acrarum terræ & ſeptem acrarum boſci, & octo marcarum redditus in **Endeſtone** in Com. *Somerſet.* quæ quondam fuerunt Prioratus S. *Severi* alienigenæ, ſibi per nos commiſſa; habendam à feſto S. *Michaelis* anno regni noſtri xviij°. uſque finem ſeptem annorum tunc proximè ſequentium plenariè complendorum nobis annuatim reddere tenetur, cum reverſione eorundem cum acciderit.

Firmam & redditum xxxi. *libr.* vi. *s.* viii *d.* quos *Robertus Chauncery* perſona Eccleſiæ de *Longe-brudy* in Com. *Dorſet.* pro cuſtodiâ fructuum & proventuum Eccleſiæ de **Sturmyn-ſtre-Marſhal**, & quorumcunque terrarum & tenementorum cum pertinentiis in Com. prædicto, quæ fuerunt domus Hoſpitalis S. *Egidii* de *Ponte-Adomar.* in *Normanniâ* alienigenæ, ſibi per nos commiſsâ; habendam à feſto Paſchæ anno regni noſtri xviij°. uſque finem ſeptem annorum tunc proximè ſequentium plenariè complendorum, nobis annuatim reddere tenetur, cum reverſione eorundem cum acciderit.

Firmam & redditum C *s.* quos *Johannes Iwardeby* & *Johanna Lynde* nuper uxor *Willielmi Lynde* defuncti, pro cuſtodiâ portionis Prioriſſæ de *Claro-Rivolo* alienigenâ in Eccleſiâ de **Mapelderham**, alias dicta **Mapil-dram** in Com. *Oxon.* cum fructibus, proventibus, proficuis, & emolumentis eidem portioni ſpectantibus, ſibi per nos commiſsâ; habendam à feſto S. *Mich.* anno regni noſtri xvii°. uſque finem xvi. annorum tunc proxime ſequentium plenarie complendorum, nobis annuatim reddere tenentur, cum reverſione ejuſdem cum acciderit.

Firmam & redditum xxv. *li.* vi *s.* viij. *d.* quos *Robertus Viſe* Monachus, & *Walterus Sergeant* pro cuſtodiâ Prioratus de **Stoke-Courſy** alienigenæ, cum omnibus ſuis juribus, penſionibus & pertinentiis univerſis in Com. *Somerſet.* ſibi per nos commiſsâ; habendam à feſto S. *Martini* in yeme anno regni noſtri octavo uſque finem xxx. annorum tunc proximè ſequentium plenariè complendorum, nobis annuatim reddere debent, cum reverſione ejuſdem, cum acciderit.

Firmam & redditum xxiij. *li.* xvi. *s.* iiij. *d.* quos *Rogerus Fenys* miles Theſaurarius Hoſpicii noſtri pro maneriis de **Yoo & Preſton** cum pertinentiis in Com. *Suſſexiæ*, ſibi per nos ad terminum vitæ ſuæ conceſſa, annuatim nobis reddere tenetur, cum reverſione eorundem cum acciderit poſt mortem ejuſdem *Rogeri.*

Firmam

Firmam & redditum quatuordecim librarum viij *s.* & iiij *d.* quos *Robertus Parſyte* Clericus pro dominio de *Hyne-Pidel*, alias dicta **Pydellyngtone** cum ſuis pertinentiis in Com. *Dorſet.* ſibi ad terminum vitæ ſuæ per nos conceſſam, nuper Prioratui de **Mo teyn** alienigenâ pertinentem, nobis annuatim reddere tenetur, cum reverſione ejuſdem cum acciderit poſt mortem ejuſdem *Roberti*.

Reverſionem Prioratus de **Leomynſtre** alienigenâ, cum pertinentiis in Com. *Suſſex.* quem *Walterus Strykland* armiger tenet ad terminum vitæ ſuæ, ex conceſſione noſtrâ, poſt mortem ejuſdem *Walteri*, cum acciderit.

Reverſionem Manerii de **Hoxſtede** cum pertinentiis in Com. *Norff.* quod *Willielmus* dominus de *Bardolf* tenet ad terminum vitæ ſuæ, ex conceſſione *Henrici* Archiepiſcopi *Cantuar.* *Johannis* Epiſcopi *Bathon.* & *Wellen.* *Johannis* Epiſcopi *Aſſaven.* & *Willielmi* Epiſcopi *Sarum*, *Willielmi* Comitis *Suffolciæ*, *Johannis Somerſet.* *Thomæ Bekyngtone*, *Ricardi Andrewe*, & *Adæ Molcyns* Clericorum, *Johannis Hamptone*, *Jacobi Fenys*, & *Willielmi Treſham* feoffatorum noſtrorum, poſt mortem prædicti *Willielmi* cum acciderit.

Quinquaginta & tres libras vi. *s.* viii. *d.* redditus ſervicii annuatim exeuntes de manerio de *Bekford*, alias dicto Prioratu de **Bekford** in Com. *Glouc.* & *Lincoln.* ſolvendæ per manus *Johannis Beauchamp* militis hæredum & aſſignatorum ſuorum tenentium ejuſdem manerii de **Bekford**, alias dicta Prioratus de *Bekford*, poſt mortem *Roberti Roos* militis qui illud tenet ad terminum vitæ ſuæ ex conceſſione noſtrâ.

Reverſionem unius Hoſpicii, & quatuor ſhoparum eidem adjacentium, cum pertinentiis in ſuburbiis *London.* exiſtentium in Parochiâ S. *Botulphi* in Warda de **Archychegate** parcellæ Prioratus de **Okeburne** alienigenæ, quæ *Gilbertus Parr* armiger, hoſtiarius Camæræ noſtræ, & *Agnes* uxor ejus tenent ad terminum vitæ eorum; & alterius eorum diutius viventis, ex conceſſione noſtrâ, poſt mortem eorundem *Gilberti* & *Agnetis* cum acciderint.

Reverſionem firmæ & redditus C. *ſol.* de annuo apportu, quem Prior de *Lewes* reddere tenetur, per nos conceſſam *Jacobo Fenye* armigero: habendam & percipiendam ad terminum vitæ ſuæ, poſt mortem ejuſdem *Jacobi* cum acciderit.

Reverſiones etiam firmarum, penſionum, & reddituum ſubſcriptorum, poſt mortem *Humfridi* Ducis *Glouceſtriæ* chariſſimi avunculi noſtri, qui illos habet ex conceſſione noſtrâ ad terminum vitæ ſuæ; *viz.* duarum marcarum per annum de penſione quam Prior & Monachi Prioratus de *Horſham S. Fidis*, ordinis S. *Benedicti* in Com. *Norff.* & prædeceſſores ſui Abbathiæ de *Conchis* pro recognitione ſuperioritatis reddere ſolebant.

Quadraginta ſolidorum per annum de apportu Prioratus de **Tikford** juxta **Newport-Paynel** in Com. *Buchinghamiæ.*

Quatuor librarum per annum de antiquo apportu Prioratus de **Folkeſton** alienigenæ. Viginti & ſex librarum & iiij *d.* per annum quos Prior de **Farlegh** monialibus de *Monteganiaco* alienigenæ reddere ſolebat. Ac xi. *libr.* vi. *s.* viij. *d.* de annuâ firmâ ultra dictas viginti & ſex libras treſdecem ſolidos & quatuor denarios, quos idem Prior de *Furlegh* reddere ſolebat. Necnon ſeptem librarum xviii. *s.* & v. *d.* quos Prior de **Suthwyke** in Com. *Suthampt.* pro firmâ de **Colymere** annuatim reddere tenetur: Habendum, tenendum & percipiendum omnia & ſingula Prioratus, maneria, poſſeſſiones, portiones, penſiones, terras, tenementa, reverſiones, annuas firmas, redditus & apportus ſupradicta, cum advocationibus Prioratuum prædictorum, ac feodis militum & advocationibus Eccleſiarum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque in manibus noſtris exiſtentia, nuper dictis prioratibus, maneriis, poſſeſſionibus, terris, tenementis, & cæteris præmiſſis, ſeu alicui parcellæ eorundem pertinentibus ſive ſpectantibus, ſimul cum omnibus & omnimodis libertatibus, francheſiis, immunitatibus, privilegiis, proficuis & commoditatibus eiſdem Prioratibus maneriis, poſſeſſionibus, portionibus, penſionibus, terris, tenementis, reverſionibus, annuis firmis, redditibus, & apportibus, ſeu alicui eorundem ullo modo pertinentibus, ſive ſpectantibus, adeo plenè & integrè, in omnibus & per omnia, ſicut illæ perſonæ religioſæ, quibus Prioratus, maneria, poſſeſſiones, portiones, penſiones, terræ, tenementa, reverſiones, annuæ firmæ, redditus & apportus ſupradicta quondam pertinuerunt, illa unquam liberiùs tenuerunt ſeu habuerunt, præfatis præpoſito & Collegio & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, pro eorum ſuſtentatione in victu & veſtitu ac aliis oneribus eiſdem præpoſito & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis qualitercunque incumbentibus, de nobis & hæredibus noſtris in liberam, puram & perpetuam elemoſinam in perpetuum; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito; ſeu eo quod in præſenti conceſſione reverſionum prædictarum ſuperius facta ſtatus ſive terminus tenentium, ſive occupatorum prioratuum, maneriorum, poſſeſſionum, portionum, penſionum, terrarum, tenementorum, reverſionum, annuarum firmarum, reddituum & apportuum prædictorum minus certè aut aliter quàm de facto exiſtit recitetur; aut eo quod poſſeſſiones prædictæ, poſſeſſiones alienigenarum exiſtant, aut unquam fuerunt: ſeu eo quod expreſſa mentio de vero valore annuo præmiſſorum, ſeu de aliis donis ſive conceſſionibus eiſdem præpoſito & Collegio & ſucceſſoribus ſuis, per nos ante hæc tempora factis, in præſentibus facta non exiſtit; aut eo quod aliqua maneriorum prædictorum per nomen Prioratus nuncupetur, ſeu per idem nomen ad firmam dimittantur: vel eo quod aliqui Prioratuum ſuperius recitatorum maneria nuncupentur, vel per nomen Manerii ad firmam dimittantur ſeu aliquâ occaſione ſeu recitatione

tione nominorum aliquorum firmariorum, Prioratuum Maneriorum, & poſſeſſionum prædictorum, aut aliquâ alia materiâ ſive causâ, ſeu aliquibus, ſive ordinationibus in contrarium factis ſive editis non obſtantibus.

Et nos verò & hæredes noſtri omnia & ſingula Prioratus Maneria, terras, tenementa, redditus, & alias poſſeſſiones ſupradicta, cum ſuis pertinentiis per nos præfatis Præpoſito & Collegio & ſucceſſoribus ſuis, ut præfertur conceſſa, eiſdem præpoſito & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis warantizabimus & imperpetuum defendemus.

Et ſi contingat prædicta Prioratus, Maneria, terras, tenementa, redditus & poſſeſſiones, ſeu aliquam parcellam eorundem, a præfatis Præpoſito & Collegio, ſeu ſucceſſoribus ſuis quoviſmodo legitimo impoſterum evinci; tunc nos & hæredes noſtri immediatè poſt hujuſmodi avictionem habitam, præfatis Præpoſito & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis, alia terras, tenementa, redditus & poſſeſſiones ejuſdem valoris annui, prout terræ, tenementa, redditus & poſſeſſiones ſic evinci contingentia exiſtunt concedimus, habenda, tenenda, & gaudenda eiſdem Præpoſito & Collegio, & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum.

In cujus, *&c.* T. Rege apud Caſtrum ſuum de **Wyndſore** xxv°. die *Martii*.

ECCLESIA

Collegiata de **Newport** *in Com.* Salopiæ.

Licentia regia de fundatione & dotatione ejuſdem.

Pat. 20 H. 6. part. 4. m. 2.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui Monaſterii beati * *Petri Salopiæ*, quod ipſi advocationem Eccleſiæ Parochialis de *Neweport* in Com. *Salopiæ*, quæ de nobis non tenetur in Capite; & quæ quidem Eccleſia valorem decem & ſeptem marcarum per annum non excedit, ut dicitur, necnon advocationes decimarum, oblationum, proventuum, & emolumentorum de Villatis de *Litel-Aſtone*, & *Muchel-Aſtone* in Parochiâ de *Egemanton*, quæ de nobis ſimiliter non tenentur in Capite, dare & concedere poſſint dilecto nobis *Thomæ Draper*, habendas & tenendas ſibi, hæredibus, & aſſignatis ſuis imperpetuum: Et eidem *Thomæ*, quod ipſe advocationes prædictas, de prædictis Abbate & Conventu recipere, & eas tenere poſſit ſibi, hæredibus, & aſſignatis ſuis imperpetuum, ut prædictum eſt, licentiam dedimus ſpecialem.

Et ulterius, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus præfato *Thomæ*, quod ipſe ad Dei laudem, & beatiſſimæ Virginis *Mariæ* Matris ſuæ gloriam & honorem, quoddam Collegium inde, & in dictâ Eccleſiâ Parochiali de **Newport** in Com. prædicto; ac de quadam Cantariâ de duobus Capellanis, divina ſingulis diebus in quadam Capellâ Eccleſiæ prædictæ per præfatum *Thomam* licentiâ noſtrâ ſibi primitùs ſuperinde optentâ nuper conſtructâ & fabricatâ imperpetuum celebraturis, de uno Cuſtode, Sacerdote, & quatuor Capellanis; quorum quidem Cuſtodis & Capellanorum Capellani Cantariæ prædictæ ſint duo, divina ſingulis diebus in Collegio prædicto, pro bono & ſalubri ſtatu noſtro, & chariſſimi avunculi noſtri *Humfridi* Ducis *Glouceſtriæ*, dum vixerimus, ac fratrum & ſuorum fraternitatis ſive Gildæ *Mariæ* in Capellâ prædictâ, vocatâ **Seint Marie Gilde of Newepoꝛt** pro tempore exiſtentium; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, ac animâ chariſſimi domini & patris noſtri defuncti, ac animabus fratrum & ſororum prædictorum poſt eorum deceſſum, ac omnium aliorum fidelium defunctorum, juxta ordinationem ejuſdem *Thomæ* in hac parte faciendum in Collegio prædicto, perpetualiter celebraturi, facere, erigere, conſtruere, & ſtabilire poſſit: Quodque prædicti Cuſtos & Capellani Collegii prædicti, cum ſic factum, erectum, conſtructum & ſtabilitum fuerit, Cuſtoſque Capellani de **Seint-Marie-College of Newpoꝛt** pro perpetuò nominentur & nuncupentur, ac per nomen Cuſtodis & Capellanorum Collegii prædicti in quibuſcunque curiis & placeis noſtris, & aliorum quorumcunque, in quibuſcunque placitis realibus, perſonalibus & mixtis implacitare & implacitari, reſpondere & reſponderi poſſint; habeantque commune Sigillum pro negotiis ſuis peragendis.

Et quod quotienſcunque Collegium prædictum de Cuſtode vacare contigerit in futurum, Capellani ejuſdem Collegii pro tempore exiſtentes, alicui perſonam ſibi in Cuſtodem ejuſdem Collegii ſacerdotem videlicet, de tempore in tempus eligere valeant & perficere, tam de ſeipſis quàm de aliis licitè & impunè: quo electo iidem Capellani cum ſic in Cuſtodem electum & factum, dilecto nobis in Chriſto Abbati Monaſterii beati *Petri Salopiæ* pro tempore exiſtenti demonſtrent.

Et ulterius de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, præfato *Thomæ*, quod ipſe advocationes prædictas, necnon terras, tenementa, & redditus, quæ de nobis non tenentur in Capite ad valorem decem librarum per annum dare poſſit & aſſignare eiſdem Cuſtodi & Capellanis Collegii prædicti, habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum: Et eiſdem Cuſtodi & Capellanis Collegii prædicti, quod ipſi dictas advocationes dictæ Eccleſiæ de **Newepoꝛt**, Cantariæ, & decimarum, oblationum,

lationum, proventuum, & emolumentorum prædictorum; una-cum terris, tenementis, & redditibus prædictis cum ſuis pertinentiis à præfato *Thomâ* recipere, & dictam Eccleſiam de **Newepoꝛt** appropriare, & eam ſic appropriatam, una-cum terris, tenementis, & redditibus prædictis in proprios uſus ſuos tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante, *&c.* Proviſo ſemper, quod quilibet Cuſtos dicti Collegii pro tempore exiſtens Curam animarum Parochianorum dictæ Eccleſiæ de **Newepoꝛt** habeat; ac omnia & ſingula ſacramenta Eccleſiaſtica per ſe vel per unum Capellanorum dicti Collegii, quem idem Cuſtos ducet ad hoc deputandum eiſdem Parochianis de tempore in tempus debitè miniſtrentur & fiant: Et quod quædam competens ſumma inter pauperes Parochianos dictæ Eccleſiæ de **Newepoꝛt**, juxta formam ſtatuti de appropriationibus editi debitè annuatim diſtribuatur. In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xxix°. die *Martii.*

ECCLESIA

Collegiata beatæ Mariæ *apud* **Staffoꝛd** *in agro* Staffordenſi.

Carta Regis Henrici *ſexti, quâ patronatum Decanatus ejuſdem* Humfrido *Duci* Buckinghamiæ *conceſſit.*

Pat. 24 H. 6. part. 1. m 9.

R Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & abſque aliquo feodo nobis ſolvendo, dedimus & conceſſimus chariſſimo conſanguineo noſtro *Humfrido* Duci *Buckinhamiæ* patronatum, advocationem & collationem decanatus liberæ Capellæ noſtræ de **Staffoꝛd** *Coventr. & Lich.* Dioc. Habendum & tenendum præfatum patronatum, advocationem, & collationem decanatus prædicti, præfato Duci & hæredibus de corpore ſuo legitimè procreatis; Et ſi contingat ipſum Ducem ſine hærede de corpore ſuo legitimè procreato obire; tunc patronatus, advocatio, & collatio decanatus prædicti rectis hæredibus ipſius Ducis remaneant imperpetuum, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xvi°. *Martii.*

Licentia regia dicto Duci conceſſa ſuper donatione certarum terrarum præfatæ Eccleſiæ.

Ibid.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, chariſſimo conſanguineo noſtro *Humphrido* Duci *Buckinghamiæ*, quod ipſe ac hæredes, feoffati & aſſignati ſui, abſque aliquo feodo ſeu fine ad opus noſtrum vel hæredum noſtrorum ſolvendo Centum marcas terrarum, tenementorum & reddituum, cum pertinentiis quæ de nobis in Capite, vel de aliis qualitercunque tenentur, dare poſſit & poſſint dilectis nobis in Chriſto Decano & Capitulo liberæ Capellæ prædicti Ducis de **Staffoꝛd** *Coventr. & Lichf.* Dioc. cujus quidem Capellæ Decanatus, patronatum, donationem, & collationem idem Dux nuper habuit ex dono & conceſſione noſtris: habendum & tenendum prædictas Centum marcatas terrarum, tenementorum, & reddituum cum pertinentiis præfato Decano & ſucceſſoribus ſuis, pro ſuſtentatione certorum miniſtrorum in Capellâ prædictâ, divina in eadem, pro ſalubri ſtatu noſtro, & chariſſimæ conſortis noſtræ *Margaretæ* Reginæ *Angliæ*, ac prædicti Ducis & *Annæ* uxoris ſuæ, dum vixerimus; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; necnon pro animabus omnium illorum pro quibus idem Dux orari voluerit & diſpoſuerit, & pro animabus omnium fidelium defunctorum celebraturorum: necnon ad quædam alia pietatis opera ibidem facienda & perimplenda juxta ordinationem ipſius Ducis, hæredum, feoffatorum vel aſſignatorum ſuorum in hac parte faciendam imperpetuum, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xvii°. die *Martii.*

ECCLESIA

Collegiata de **Weſtbuꝛy** *in Com.* Glouceſtriæ.

Carta Regis Edwardi *quarti, de manerio de* **Aylminſtre.**

Pat. 4 E. 4. part. unica m. 20.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ob ſinceras devotionem & affectionem quas ad Collegium, ſive Eccleſiam Collegiatam de **Weſtbuꝛy** in Com. *Glouc.* gerimus & habemus, ut Decanus & Canonici, & alii miniſtri ejuſdem Collegii, & ſucceſſores ſui, pro ſalubri ſtatu noſtro, ac *Ceciliæ* matris noſtræ, dum vixerimus; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, ac pro animabus chariſſimi patris noſtri *Ricardi* Ducis *Eborum*, & *Edmundi* Comitis *Rotelandiæ*, fratris noſtri ſpecialius deprecentur & exorent dedimus

dedimus conceſſimus, & hac Cartâ noſtra confirmavimus *Henrico Sampſon* Clerico, nunc Decano Collegii prædicti, & ejuſdem loci Capitulo manerium de Aylmyntre alias dictum Elmyntre cum pertinentiis in Comitatu prædicto: Habendum & tenendum prædictum manerium cum pertinentiis præfatis Decano & Capitulo & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, una cum Curiis letis, viſu franci plegii, privilegiis & omnibus libertatibus, proficuis, & commoditatibus eidem manerio ſpectantibus, ſive pertinentibus; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, *&c.* non obſtante In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xxi° die *Martii.*

ECCLESIA

Collegiata infra in Comitatu Palat. Dunelmenſi.

Licentia Regia Ricardo, *Duci* Glouc. *conceſſa pro Fundatione ejuſdem.*

Pat. 17 E. 4. part. 2. m. 16.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod ad humilem ſupplicationem præchariſſimi fratris noſtri *Ricardi* Ducis *Gloucestriæ*, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam, dedimus, ac per præſentes concedimus & licentiam damus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato fratri noſtro; quod ipſe, hæredes, vel executores ſui, in honore domini noſtri *Jheſu Chriſti*, & Beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, Sanctorumque *Margaretæ* & *Niniani*, quoddam Collegium apud Barnard Caſtell, infra Caſtrum ibidem, de Decano & duodecim Capellanis, & decem Clericis & de ſex Choriſtis, ac uno Clerico, divina ſervicia & officia in Capellâ infra Caſtrum prædictum, pro ſalubri ſtatu noſtro, ac prædilectiſſimæ conſortis noſtræ *Elizabethæ* Reginæ *Angliæ*, ac præfati fratris noſtri, & *Annæ* uxoris ejus, & hæredum ſuorum, dum vixerimus; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; ac pro animabus illuſtriſſimi principis *Ricardi* nuper Ducis *Eboraci* Patris noſtri, fratrumque & ſororum noſtrorum, ac omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem præfati Fratris noſtri; hæredum vel ſucceſſorum ſuorum prædictorum in hac parte faciendam, miniſtraturis, facturis & celebraturis imperpetuum, facere, inire, erigere, creare fundare & ſtabilire poſſit & poſſint perpetuis futuris temporibus duraturam. Et quod iidem Decanus & Capellani & ſucceſſores ſui ſint unum Corpus in re & nomine; habeantque ſucceſſionem perpetuam ac commune Sigillum, pro negotiis & agendis Collegii prædicti imperpetuum deſervituri. Ei quod iidem Decanus & Capellani Collegii prædicti & ſucceſſores ſui, ſint perſonæ habiles, & capaces in lege, ad perquirendum terras, tenementa, & advocationes Eccleſiarum à quacunque perſonâ, ſive quibuſcunque perſonis ea eis dare, concedere vel aſſignare volente vel volentibus ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et quod ipſi & ſucceſſores ſui prædicti placitare & implacitari, & alia quæcunque facere poſſint ſicut alius ligeus noſter Regni *Angliæ* facere poſſint per nomen Decani & Capellanorum Collegii *Ricardi* Ducis *Glouceſtriæ* de Barnard Caſtell, infra Epiſcopatum *Dunelmi.*

Et quod prædictus Frater noſter, & hæredes ſui prædicti, Patroni Collegii prædicti ſint, & de Fundatione ejuſdem Fratris noſtri, & Patronatu hæredum ſuorum, prædictum Collegium perpetuò nuncupetur. Ac Collegium prædictum, cum factum, initum, erectum, creatum, fundatum & ſtabilitum fuerit *Collegium Ricardi* Ducis *Glouceſtriæ* apud Barnard Caſtell Fundatum temporibus futuris abſque impetitione noſtri vel hæredum noſtrorum nuncupari volumus: Et ipſum Fratrem noſtrum fore fundatorem, & hæredes ſuos Patronos ejuſdem imperpetuum.

Et inſuper de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt, præfatis Decano & Capellanis Collegii prædicti, & ſucceſſoribus ſuis; quod ipſi & ſucceſſores ſui terras, tenementa, redditus, & ſervicia, & alias poſſeſſiones quaſcunque; ac advocationes Eccleſiarum ad valorem per annum quadringenturam marcarum, ultra omnia onera & repriſas, licet de nobis aut de aliis per quodcunque ſervicium teneantur, de quacunque perſonâ, ſive quibuſcunque perſonis, ac eis dare, concedere, legare, vel aſſignare volente, ſeu volentibus perquirere, & adquirere poſſint & recipere; habenda & tenenda eiſdem Decano & Capellanis Collegii prædicti, & ſucceſſoribus ſuis, tam in ſuſtentationem divini ſervicii in Collegio prædicto, quam in ſuſtentationem Decani & Capellanorum Collegii prædicti, & ſucceſſorum ſuorum, ac Choriſtarum & Clerici prædictorum pro tempore exiſtentium imperpetuum. Et eidem perſonæ ſive eiſdem perſonis, quod ipſa vel ipſe terras, tenementa, redditus, ſervicia, & poſſeſſiones, & advocationes prædictas ad annuum valorem prædictum, ultra omnia onera & repriſas, ut prædictum eſt, dare, concedere, legare, vel aſſignare poſſit vel poſſint præfatis Decano & Capellanis Collegii prædicti & ſucceſſoribus ſuis, ſicut prædictum eſt imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, *&c.* Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, *&c.* non obſtante. T. Rege apud *Weſtm.* xxi° *Febr.*

ECCLESIA

Collegiata de Middelham *in Com.* Eboracenſi.

Licentia Regia Ricardo *Duci* Eboracenſi, *Conceſſa pro Fundatione ejuſdem.*

Part. 17 Ed. 4. p. 2. m. 16.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis quod nos, ad humilem ſupplicationem præchariſſimi Fratris noſtri *Ricardi* Ducis *Glouceſtriæ*, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus; ac per præſentes concedimus & licentiam damus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato Fratri noſtro; quod ipſe hæredes vel executores ſui, in honore domini noſtri *Jheſu Chriſti*, & Beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, & S. *Alkildæ* quoddam Collegium apud Middelham, de Decano & ſex Capellanis, & quatuor Clericis, & de ſex Choriſtis; ac uno Clerico, divina ſervicia in Eccleſiâ Parochiali ibidem, pro ſalubri ſtatu noſtro, ac præchariſſimæ conſortis noſtræ *Elizabethæ* Reginæ *Angliæ*, ac præfati Fratris noſtri, & *Annæ* uxoris ejus, & hæredum ſuorum dum vixerimus; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, ac animabus illuſtriſſimi principis *Ricardi* nuper Ducis *Eborum* Patris noſtri, & fratrum & ſororum noſtrorum, ac omnium fidelium defunctorum juxta ordinationem præfati Fratris noſtri, hæredum vel executorum ſuorum prædictorum in hac parte fiendam miniſtraturis, facturis, & celebraturis imperpetuum, facere, inire, exigere, creare, fundare & ſtabilire poſſit & poſſint perpetuis futuris temporibus duraturum. Et quod iidem Decanus & Capellani & ſucceſſores ſui ſint unum Corpus in re & nomine, habeantque ſucceſſionem perpetuam ac commune Sigillum pro negotiis & agendis Collegii prædicti imperpetuum deſerviturum.

Et quod iidem Decanus & Capellani Collegii prædicti, & ſucceſſores ſui, ſint perſonæ habiles & capaces in lege, ad perquirendum terras, tenementa & advocationes Eccleſiarum à quacunque perſonâ, ſive quibuſcunque perſonis ea eis dare, concedere vel aſſignare volenti vel volentibus, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Quodque ipſi & ſucceſſores ſui prædicti placitare, & implacitari, ac talia quæcunque facere poſſint ſicut alius ligeus noſter Regni noſtri *Angliæ* facere poſſit per nomen Decani & Capellanorum Collegii *Ricardi*, Ducis *Glouceſtriæ*, de Middelham in Comitatu *Ebor.* Et quod prædictus Frater noſter & hæredes ſui prædicti Patroni Collegii, prædicti ſint; & de fundatione ejuſdem Fratris noſtri, & patronatu hæredum ſuorum prædictorum Collegium imperpetuum nuncupetur. Ac Collegium prædictum, cum factum, initum, erectum, creatum, fundatum, & ſtabilitum fuerit, Collegium *Ricardi* Ducis *Glouceſtriæ*, apud Middelham in Comitatu prædicto fundatum, temporibus futuris, abſque impetitione noſtri vel hæredum noſtrorum nuncupari volumus; & ipſum Fratrem noſtrum fore fundatorem, & hæredes ſuos Patronos ejuſdem imperpetuum. Et inſuper de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt præfatis Decano & Capellanis Collegii prædicti, & ſucceſſoribus ſuis; quod ipſi & ſucceſſores ſui terras, tenementa, redditus, ſervicia, ac alias poſſeſſiones quaſcunque, ac advocationes Eccleſiarum ad valorem ducentarum marcarum per annum, ultra omnia onera & repriſas, licet de nobis vel de aliis per quodcunque ſervicium teneantur de quacunque perſonâ, ſive quibuſcunque perſonis ea eis dare, concedere, legare, vel aſſignare volente, vel volentibus perquirere & adquirere poſſint & recipere; habenda & tenenda eiſdem Decano & Capellanis Collegii prædicti & ſucceſſorum ſuorum, ac Choriſtarum, & Clerici prædictorum pro tempore exiſtentium imperpetuum: Et eidem perſonæ ſive eiſdem perſonis, quod ipſi vel ipſe terras, tenementa, redditus, & ſervicia, poſſeſſiones, & advocationes prædicta, ad annuum valorem prædictum ultrà omnia onera & repriſas, ut prædictum eſt, dare, concedere, legare, vel aſſignare poſſit vel poſſint præfatis Decano & Capellanis Collegii prædicti, & ſucceſſoribus ſuis, ſicut prædictum eſt imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, &c. T. Rege apud *Weſtm.* [illegible] *Februarii.*

ECCLESIA

Collegiata de Rotheram *in Com.* Ebor.

Licentia Regia Thomæ Rotheram *Epiſcopo* Lincolnienſi *pro Fundatione ejuſdem conceſſa.*

Pat. 20 Ed. 4. part. 1. m. 3.

Ex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Sciatis, quod nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ad humilem ſupplicationem venerabilis Patris Magiſtri *Thomæ Rotheram Lincolnienſis* Epiſcopi, & pro quadam pecuniæ ſummâ nobis per præfatum Epiſcopum præ[illegible]anibus ſolutâ, conceſſimus

ceſſimus & licentiam dedimus, ac per præſentes concedimus & licentiam damus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt præfato Epiſcopo quod ipſe, aut ipſo defuncto Executores & Aſſignati ſui, aut eorum aliquis vel aliqui, quandam Cantariam perpetuam de uno Capellano perpetuo, divina ſingulis diebus ad Altare infra Eccleſiam Parochialem de *Rotheram* in Comitatu *Ebor.* per ipſum Epiſcopum, ad gloriam, laudem & honorem domini noſtri *Jheſu Chriſti* de novo conſtructum, ædificatum & dedicatum, pro ſalubri ſtatu noſtro, & *Elizabethæ* Reginæ *Angliæ* conſortis noſtræ chariſſimæ, ac prædilectæ Filii noſtri *Edwardi* principis *Walliæ*, cæterorumque liberorum noſtrorum dum vixerimus: Necnon præfati Epiſcopi & benefactorum ſuorum dum vixerint & animabus noſtris & progenitorum noſtrorum cum ab hac luce migraverimus: Necnon pro animâ præfati Epiſcopi, amicorum & benefactorum ſuorum cum ab hac luce ſimiliter migraverint: Necnon animabus parentum, benefactorum & omnium fidelium defunctorum imperpetuum celebraturo; & ad quædam pietatis & miſerecordiæ opera juxta ordinationes, ſtabilimenta & conſtitutiones per præfatum Epiſcopum, aut Executores & Aſſignatos ſuos prædictos, ſeu eorum aliquem in hac parte facienda, ordinanda & ſtabilienda, facere, fundare, erigere, creare, & ſtabilire poſſit aut poſſint futuris temporibus duratura. Et quod Cantaria illa, cum ſic facta, fundata, erecta, creata & ſtabilita fuerit ſit corpus perpetuum, ac Cantaria Magiſtri *Thomæ Rotheram* Epiſcopi *Lincolnienſis* ad Altare Domini noſtri *Jheſu Chriſti* infra Eccleſiam Parochialem de **Rotheram** in Comitatu *Ebor.* perpetuis temporibus futuris nuncupetur & appelletur & Capellanus Cantariæ prædictæ & ſucceſſores ſui Capellani Cantariæ illius, Capellanus Cantariæ Magiſtri *Thomæ Rotheram* Epiſcopi *Lincolnienſis*, ad Altare Domini noſtri *Jheſu Chriſti* infra Eccleſiam Parochialem de **Rotheram** prædictâ imperpetuum vocentur & nuncupentur, habeantque ſucceſſionem perpetuam: Et quod ſit perſona habilis & capax in lege ad perquirendum terras, tenementa, annuitates, redditus & alias poſſeſſiones quaſcunque in feodo & perpetuitate à quacunque perſonâ ſive quibuſcunque perſonis ea ei vel ſucceſſoribus ſuis dare, legare, concedere vel aſſignare volente vel volentibus; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis Capellanis Cantariæ prædictæ imperpetuum, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm.* xxviii° *Julii.*

Alia Licentia Regia ſuper eadem.

Pat. 22 E. 4. part. 3. m. 33.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ad humilem ſupplicationem reverendiſſimi Patris *Thomæ Rotheram Eboracenſis* Archiepiſcopi Cancellarii noſtri *Angliæ*, pro quodam fine, ſeu quadam pecuniæ ſummâ, nobis per eundem Archiepiſcopum præmanibus ſoluto, conceſſimus & licentiam dedimus, ac per præſentes concedimus & licentiam damus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato Archiepiſcopo, quod ipſe, aut ipſo defuncto, Executores & Aſſignati ſui, aut eorum aliquis vel aliqui, ad laudem, honorem, & exaltationem glorioſiſſimi nominis Domini noſtri *Jheſu Chriſti* ſalvatoris noſtri, quoddam Collegium perpetuum pro futuris perpetuis temporibus duraturum, de uno Præpoſito prædicatore verbi Dei, & duobus ſociis; uno, viz eorum Magiſtro ſive idoneo informatore in Grammaticâ; altero verò inſtructore idoneo in Cantu, ſeu pluribus aliis ſociis, ſi & prout proventus & facultates ejuſdem Collegii impoſterum forſan ampliari, & ad id ſufficere contigerit regendum & gubernandum, juxta ordinationem & conſtituciones inde, prout infra-ſcribitur faciendum & ordinandum, ad prædicandum verbum Dei in Parochiâ de **Rotheram** in Comitatu *Ebor.* ac aliis locis infra Dioc. *Eborum*; & ad informandum Scolares quoſcunque Grammaticam ſeu Cantum adjicere cupientes, undecunque in Regno *Angliæ*, ac præcipuè de Dioceſi *Ebor.* ad prædictum Collegium ſe conferentes in regulis & inſtitutis Grammaticæ & Cantus, gratis, abſque pecuniæ aut alterius rei exactione. Necnon ad celebrandum & orandum imperpetuum pro ſalubri ſtatu noſtro, & *Elizabethæ* prædilectæ conſortis noſtræ; ac prædilectiſſimi Filii noſtri primogeniti *Edwardi* principis *Walliæ*, cæterorumque liberorum noſtrorum, dum vixerimus; & ſpecialiter dicti Archiepiſcopi & benefactorum ſuorum dum vixerit; & pro animabus noſtris & progenitorum noſtrorum cum ab hac luce migraverimus; & ſpecialiter pro animâ prædicti Archiepiſcopi cum ab hac luce migraverit, pro quâ dictum Collegium præcipuè fundari intenditur: Necnon pro animabus parentum, amicorum, benefactorum, conſanguineorum, & familiarium ſuorum & omnium fidelium defunctorum; ac ad alia miſericordiæ & pietatis opera facienda & excercenda juxta ordinationem & conſtitutiones per memoratum Archiepiſcopum aut Executores & Aſſignatos ſuos prædictos, ſeu eorum aliquem in hac parte faciendas & ordinandas, ſuper quoddam ſolum ſeu ſitum ipſius *Thomæ* Archiepiſcopi, jacens in Villâ de **Rotheram** prædictâ; quod quidem ſolum continet in longitudine, inter terram vaſtam Abbatis de **Ruffold** ex parte orientali, & tenementum *Johannis Wentworth* ex parte occidentali ſexies viginti ac decem & octo pedes, & ſeptem pollices; & in latitudine inter clauſum ejuſdem Abbatis vocatum les **Pimpyarde** ex parte boreali; & communem rivulum in *Rotheram* prædictâ currentem & cadentem in aquam de **Done** ex parte auſtrali ſexies viginti ac tres pedes & ſex pollices, facere, fundare, erigere, creare, & ſtabilire poſſit & valeat, ſeu poſſint & valeant futurum temporibus duraturum. Et quod Collegium illud, cum ſic fundatum, erectum & ſtabilitum fuerit *Collegium Jheſu*

de Rotheram nuncupetur & appelletur imperpetuum. Quodque Præpositus & Socii hujusmodi Collegii prædicti, & successores Præpositi & Socii Collegii *Jhesu de* **Rotheram** imperpetuum vocentur & nuncupentur; sintque unum Corpus in re & nomine incorporati; atque perpetuam habeant successionem; necnon Sigillum commune pro scriptis & literis facta, & negotia ejusdem Collegii atque ipsorum Præpositi & Sociorum ejusdem concernentia, consignanda & sigillanda: Et quod sint personæ habiles & capaces in lege, per nomen & sub nomine Præpositi & Sociorum Collegii *Jhesu de* **Rotheram**, ad perquirendum & recipiendum, terras, & tenementa, redditus & servicia, annuitates, decimas, oblationes, & alia quæcunque emolumenta, obventiones, jura, & possessiones, tam temporalia quam spiritualia cum pertinentiis de præfato *Thomâ* Archiepiscopo, & de quacunque alia personâ, sive quibuscunque aliis personis, ea sibi vel successoribus suis dare, legare, concedere vel assignare volente, vel volentibus: Habenda & tenenda, sibi & successoribus suis Præpositis & Sociis Collegii prædicti in feodo & perpetuitate.

Ac etiam quod iidem Præpositus & Socii ejusdem Collegii pro tempore existentes, per nomen & sub nomine Præpositi & Sociorum Collegii *Jhesu de* **Rotheram** placitura possint & implacitari ac prosequi omnimodas actiones, reales, personales, & mixtas, sectas, causas, querelas, & demandas cujuscunque generis fuerint vel naturæ, in quibuscunque curiis & locis coram quibuscunque Justiciariis & Judicibus Spiritualibus & Temporalibus, seu aliis personis quibuscunque; ac in eisdem agere, defendere, & respondere: Necnon omnia alia facere & recipere, prout & eodem modo quo cæteri ligei nostri personæ habiles & capaces infra idem Regnum nostrum placitant & implacitentur, respondent & defendentur, seu implacitare vel implacitari, respondere seu defendi debent aut tenentur.

Ac etiam de gratiâ nostrâ speciali concessimus, & licentiam dedimus atque concedimus, & licentiam damus per præsentes, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato *Thomæ* Archiepiscopo; quod ipse, aut ipso defuncto Executores aut Assignati sui, aut eorum aliquis vel aliqui, postquam Collegium prædictum sic factum, fundatum, erectum, & stabilitum fuerit, solum & situm prædicta, cum pertinentiis, prout limitantur, quæ de nobis immediatè non tenentur, dare possit aut possint præfatis Præpositis & Sociis Collegii antedicti & successoribus suis: Habendum & tenendum sibi & successoribus suis Præpositis & Sociis ejusdam Collegii imperpetuum, pro situ & constructione, ac primariâ Fundatione ejusdam Collegii, ac inhabitatione dictorum Præpositorum & Sociorum ejusdem Collegii & successorum suorum.

Ac etiam Præposito & Sociis & successoribus suis, quod ipsi solum & situm prædicta à præfato Archiepiscopo, Executoribus & Assignatis suis, seu eorum aliquo, recipere & tenere possint, eis & successoribus suis prædictis, ut prædictum est imperpetuum, tenore præsentium licentiam dedimus specialem, absque alio fine & feodo pro præsentibus literis, vel aliis literis superinde conficiendis, ad opus nostrum vel hæredum nostrorum, capiendo, solvendo, seu faciendo; aut aliquâ inquisitione virtute alicujus Brevis nostri de *Ad quod dampnum*, seu alicujus alterius mandati nostri in hac parte capiendi, & prosequendi: Et absque aliquâ aliâ licentiâ nostrâ, seu aliis literis nostris patentibus eis in hac parte concedendis vel faciendis. Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, *&c.* non obstantibus.

Et ulterius de uberiori gratiâ nostrâ concessimus, & licentiam dedimus, atque concedimus & licentiam damus per præsentes, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est præfato *Thomæ* Archiepiscopo, & Executoribus & Assignatis suis prædictis; necnon aliis personis quibuscunque, quod ipsi vel eorum aliqui, vel aliquis, vel aliqua, cum Collegium prædictum sic factum, fundatum & erectum fuerit, terras, tenementa, redditus, servicia, annuitates, & alias possessiones quascunque cum pertinentiis, ad annuum valorem Centum marcarum ultra repriſas, licet ea de nobis aut hæredibus nostris, aut aliis per servicium militare, aut alio modo immediate tenementa in Capite, dare, legare, concedere, seu assignare possit & possint præfatis Præposito & Sociis Collegii antedicti & successoribus suis: Habenda & tenenda sibi & successoribus suis Præpositis & Sociis ejusdem Collegii imperpetuum ad sustentationem suam, & alia pietatis opera juxta ordinationem & constitutiones per ipsum *Thomam* Archiepiscopum, vel Executores seu Assignatos suos aut eorum aliquem inde faciendas, & ordinandas, facienda & supportanda. Et eisdem Præposito & Sociis, quod & ipsi successores sui prædicti eadem terras, tenementa, redditus, servicia, annuitates, & possessiones supradicta, ad annum valorem prædictum, ultra repriſas, à præfato *Thomæ* Archiepiscopo, aut Executoribus suis, seu Assignatis suis, & cæteris personis prædictis, seu eorum aliquo, vel aliquibus, aut aliqua perquirere & recipere possint: Habenda & tenenda eisdem Præposito & Sociis & successoribus suis antedictis imperpetuum, ad sustentationem suam & alia pietatis opera, ut præmittitur facienda & supportanda imperpetuum, similiter concedimus & licentiam damus specialem, *&c.* Statuto de terris & tenementis ad mannum mortuam non ponendis, *&c.* Non obstantibus.

Nos insuper ultra præmissa, de gratiâ nostrâ speciali, ad supplicationem prædicti Archiepiscopi Cancellarii nostri, ac ad laudem & honorem glorioſissimi nominis Domini nostri *Jhesu Christi*, concessimus & licentiam dedimus, ac per præsentes concedimus & licentiam damus, pro nobis & hæredibus nostris quantum

quantum in nobis eſt, prædicto Archiepiſcopo, quod ipſe, aut ipſo defuncto, Executores aut Aſſignati ſui, aut eorum aliquis vel aliqui, poſtquam Collegium prædictum ſic factum, fundatum, erectum, & ſtabilitum fuerit, Eccleſiam Parochialem de **Larton** in Comitatu *Nottinghamiæ* ſuæ Dioceſis, ad præſentationem ſeu Collationem ſuam ſpectantem, cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque, ac advocationem ejuſdem Eccleſiæ ex laicali feodo perſonæ memorati *Thomæ* Archiepiſcopi pertinentem & perquiſitam, licet de nobis immediate teneatur, dare, concedere, aſſignare, appropriare, unire & incorporare poſſit, Præpoſito & Sociis Collegii prædicti, & ſucceſſoribus ſuis Præpoſitis & Sociis dicti Collegii: Habendum & tenendum eiſdem Præpoſito & Sociis imperpetuum in proprios uſus, ad ſuſtentationem ſuam, & alia pietatis opera juxta ordinationem & conſtitutiones per ipſum *Thomam* Archiepiſcopum, vel Executores ſeu Aſſignatos ſuos aut eorum aliquem inde faciendas, & ordinandas, facienda & ſupportanda.

Ac eiſdem Præpoſito & Sociis ac Succeſſoribus ſuis Præpoſito & Sociis Collegii prædicti, quod ipſi Advocationem & Eccleſiam prædictam, cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque à præfato Archiepiſcopo, Executoribus & Aſſignatis ſuis, ſeu eorum aliquo recipere; & Eccleſiam illam appropriare; & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ad ſuſtentationem ſuam, & alia pietatis opera, ut præmittitur facienda, ſimiliter tenore præſentium licentiam damus ſpecialem, *&c.* In cujus, *&c.* T. Rege apud *Weſtm.* xxii° die *Januarii.*

Literæ Regiæ pro immunitate liberarum Capellarum ſuarum.

Clauſ. 11 Ed. 2. in dorſo m. 10.

REx Magiſtro *Rigaldo* de *Aſſerio* Canonico *Aurelien.* ſalutem. Cum Sancti *Martini* magni *Londonienſis*, Beati *Petri* de **Wolvernehampton**, de **Staffort**, de **Wymburnempnſter**, de **Bruges**, Beatæ *Mariæ Salop.* de **Tettenhale**, de **Pencriz**, & Sancti *Oſwaldi Glouceſtriæ* Liberæ Capellæ noſtræ ſunt, & unacum Præbendis & Capellis ad eas ſpectantibus ab omni juriſdictione ordinariâ; necnon ab omnibus exactionibus Procurationum præſtationibus, impoſitionibus, & contributionibus quibuſcunque ſint & fuerunt ab antiquo exemptæ, liberæ penitùs & immunes: Ac vos, ut accepimus, à Decanis, & Præbendariis Capellarum ipſarum, & Præbendarum earundem quaſdam impoſitiones & præſtationes intolerabiles exigatis jam de novo, & ipſos ad ſolutionem earundem vobis faciendam per cenſuras Eccleſiaſticas compellatis minus juſtè, in noſtræ & dictarum Capellarum & membrorum eorundem præjudicium manifeſtum, nec non Decanorum & Præbendariorum prædictorum diſpendium & jacturam: Nos immunitates & libertates Capellarum prædictarum & membrorum ſuorum illeſas conſervare volentes, ut tenemur, vobis prohibemus, ne quicquam quod in noſtri, ſeu libertatum Capellarum ipſarum, aut membrorum earundem cedere poſſit quoviſmodo præſumatis aliqualiter attemptare, per quod oporteat nos manum ad hoc apponere graviorem. Et ſi quid in præjudicium hujuſmodi per vos fuerit attemptatum in hac parte, id ſine more diſpendio revocetis. T. Rege apud *Shene*, xvii° die *Februarii.*

Bulla Pauli *Quarti* Rom. *Pontificis, quâ ſingulas venditiones plurimorum maneriorum, &c. diverſis Cœnobiis (per Regem* Henr. *Octavum diſſolutis) quondam ſpectantium,* Willielmo Petro *equiti aurato, ac conſiliario Regio factas; qui iſta uſibus ſpiritualibus aſſignare & dimittere (ut dicitur) adtunc paratus extiterat, pro potiori cautelâ, ſpecialiter & expreſsè approbat & confirmat.*

Ex ipſo Autographo penès *Will.* Baronem *Peter* *An.* 1672.

Aulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam ex ſolita Sedis Apoſtolicæ benignitate decet nos favorem Apoſtolicum hiis quæ quietem & tranquillitatem requirunt; præſertim cum à nobis humiliter petitur, & rationabiles cauſæ perſuadent gratuito impartiri; & ut illidata perdurent Apoſtolici muniminis adjicere firmitatem. Exhibita ſiquidem nobis nuper, pro parte dilecti Filii Nobilis Viri *Willielmi Petri* Equitis aurati, & Conſiliarii Regii *Exonienſis* Diocæſeos, quod olim claræ memoriæ *Henricus* viij. *Angliæ* Rex tunc in humanis agens, Manerium de **Ging** ad *Petram*, alias **Ging** *Abatiſſæ*, aut **Ingarſtone** in Comitatu de **Eſſex**, antea membrum ſive parcellam Monaſterii Monialium de **Barking** *Sancti Benedicti*, vel alterius Ordinis *Londinenſis* Dioceſeos, una-cum advocatione, & Jurepatronatu Parochialis Eccleſiæ ibidem, aliiſque juribus & pertinentiis dicti Manerii, cujus annuus Cenſus, ſive redditus, ad quadraginta ſex libras aſcendere poterat, pro precio octingentarum & quadraginta novem librarum, ac duodecim ſolidorum, & ſex denariorum: Necnon dilecta in Chriſto filia ſeu quondam *Elizabetha Hyll* Manerium ſeu firmam de **Hauley**, alias **Hauley-Barnes**, ex pertinentiis præfati Monaſterii, cum ſilvis, redditibus & aliis pertinentiis ſuis, pro precio Centum triginta trium librarum, & ſex ſolidorum, ac octo denariorum. Et idem *Henricus* Rex Manerium ſive Dominium de **Croudon** alias **Crowdon**, ſimiliter antea parcellam Eccleſiæ ſeu Epiſcopatus *Londinenſis*, una-

una-cum parco ibidem, aliisque juribus & pertinentiis suis, cujus Canon vel redditus aut census annuus ad summam octo librarum sexdecim solidorum & octo denariorum tunc ascendebat; nunc verò summam ipsam ob melioramenta per dictum *Willielmum* inibi facta excedit, pro precio centum & sexaginta librarum. Præterea dilectus filius Nobilis Vir *Ricardus Riche* eques auratus, Manerium sive dominium de **Cowbridge**, etiam antea parcellam Monasterii de **Strattford** *Cisterciensis Ordinis*, dictæ *Londoniensis* Diocæseos, ad viginti libras annuatim, cum pertinentiis suis ascendens; pro precio Quadringentarum quinquaginta trium librarum, & decem solidorum: Nec non Manerium, firmam, & terras, sive tenementa **Wefelandz** nuncupata, & parcellam Monasterii de *Strattford* hujusmodi, ex quibus annuus census quatuor librarum, sex solidorum, & octo denariorum proveniebat, pro summâ Octuaginta octo librarum & quatuor solidorum. Et insuper dictus *Henricus* Rex Manerium seu Dominium de **Est-Boyndon**, cum terrâ **Dame Elyns** nuncupatâ olim parcellam possessionum *Thomæ Crumwell*, tunc Comitis *Essexiæ* & antea Monasterii de **Waltham** Ordinis *Sancti Augustini*, prædictæ *Londoniensis* Dioceseos, ex quo redditus seu Centus annuus triginta quatuor librarum, decem & novem solidorum, acundecim denariorum similiter proveniebat & quod dilecta in Christo filia *Anna Cleven*, ad ejus vitam habebat; post obitum tamen dictæ *Annæ*, pro precio Quadringentarum undecim librarum, & & tresdecim solidorum, ac sex denariorum; Nec non Manerium sive Dominium de **Blunt-mall**, paulò antea parcellam Prioratus de **Thoby** Ordinis *Sancti Augustini*, & *Londinensis* Diocœseos prædictorum, ex quo redditus seu Census annuus tresdecim librarum, septem solidorum & quatuor denariorum pariter provenire poterat, pro precio Centum nonaginta unius librarum, ac decem & novem solidorum & quinque denariorum. Porro dilectus filius *Willielmus Lucken* Manerium sive Dominium de **Watchyng**, antea parcellam possessionum dicti Monasterii de **Waltham**, quod redditum, seu censum annuum quadraginta quatuor solidorum afferebat, pro precio quadraginta quatuor librarum. Et ulteriùs dilectus filius *Philippus Lental* firmam terræ, & tenementorum in **Whittle**, *Salmons* & *Borobbes* nuncupatam, olim parcellam possessionum Monasterii Sancti *Joannis Colcestriæ*, Ordinis *Sancti Benedicti*, & *Londoniensis* Dioceseos prædictorum, causâ permutationis pro jure patronatûs cujusdam Ecclesiæ. Cæterum ipse *Henricus* Rex Manerium sive Dominium de **Coudenhill**, priùs parcellam Mensæ Capitularis Ecclesiæ *Westmonasterienſis*, olim Monasterii, dicti Ordinis *Sancti Benedicti* de *Westmonasterio*, tam pro permutatione Juris-patronatus, certè tunc expressæ Parochialis Ecclesiæ, quam pro certo etiam tunc expresso precio, sub canone vel censu, seu redditu annuo viginti octo librarum. Ac Manerium seu Dominium de **Sutton**, antea parcellam de *Westmonasterio* prædicto, quod annuum censum, sive redditum viginti librarum, sex solidorum & octo denariorum, & afferebat partim pro permutatione, ut præfertur, & partim pro numeratis pecuniis. Necnon Manerium sive Dominium de **Bzent**, aliàs **South-Bzent**, olim parcellam Monasterii de **Buckefast**, alias **Buckefastlegh**, in Comitatu *Devon.* Ordinis *Cisterciensis*, & *Exoniensis* Diocœseos prædictorum, valoris annui Centum & viginti librarum; partim in permutationem pro aliis terris; & partim in remuneratione servitiorum per eundem *Willielmum Petrum* eidem *Henrico* Regi præstitorum. Ac etiam Manerium seu Dominium de **Churchestow**, tunc parcellam dicti Monasterii de **Buckfast**, & valoris annui quadraginta duarum librarum, partim titulo permutationis pro Dominio sive Manerio de **Heldon** in dicto Comitatu de *Essex*; & partim pro pecuniâ numeratâ. Nec-non Rectoriam Parochialis Ecclesiæ de **Bzent**, olim ipsi Monasterio de **Buckefast** appropriatam, valoris annui viginti librarum, pro precio quadringentarum librarum. Ac Rectoriam de **Sing-Bounteney** ex possessionibus bonæ memoriæ *Thomæ* Cardinalis *Eboracensis*, & prius parcellam præfati Prioratus de **Thoby**, ad viginti libras annuatim ascendentem, pro pretio Quadringentarum marcarum.

Postremo dilectus Filius *Radulphus Sadler* Eques, Rectoriam de **Buttisbury**, ex possessionibus Prioratus *Monialium* de **Strattord** Sancti *Benedicti*, vel alterius Ordinis, & *Londoniensis* Dioceseos præfatorum, & valoris annui decem librarum, pro pretio octuaginta librarum monetæ, illarum partium, eidem *Willielmo Petro* ac hæredibus suis in perpetuum vendiderunt, concesserunt & tradiderunt, prout in Instrumentis & Documentis publicis. Et deinde dilectus Filius noster *Reginaldus* Sanctæ *Mariæ* in *Cosmedin* Diaconus, Cardinalis *Polus* nuncupatus, in Regno *Angliæ* nostræ & præfatæ Sedis *Legatus de Latere*, sufficienti ad id per Literas ejusdem Sedis facultate suffultus, generaliter vel specialitèr, prout in suis.

Ac postmodum nos generaliter sub certis modo & formâ tunc expressis singulas venditiones, donationes, permutationes, & concessiones tibi, & per te factas hujusmodi, approbavimus & confirmavimus, ac illis firmitatis robur adjecimus, prout in nostris Literis desuper confectis plenius dicitur contineri.

Cum autem sicut eadem petitio subjungebat idem *Willielmus*, qui, ut asserit, Rectorias prædictas *Spiritualibus usibus assignare, & eas dimittere paratus existit*: Cupiat singulas venditiones, donationes, & concessiones sibi factas hujusmodi, ac alia in Instrumentis & Documentis prædictis contenta, pro potiori cautelâ, specialitèr & expresè approbari & confirmari: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut suæ suorumque indemnitati & quieti providere, de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui vota nostrorum, & sedis prædictæ devotorum, ad exauditionis gratiam

gratiam libenter admittimus ipſum *Willielmum Petrum* à quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum; harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſingulas venditiones, conceſſiones, & donationes prædictas; necnon receptiones, ac poſſeſſionum adeptiones, & retentiones; necnon, prout eas concernunt, omnia & ſingula alia, in ſingulis inſtrumentis, documentis, & aliis Scripturis; ac ipſius *Reginaldi* Cardinalis Literis prædictis contenta, & indefecuta quecunque, auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium, perpetuo approbamus & confirmamus; ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus: Supplentes omnes & ſingulos, tam juris, quàm facti etiam, de neceſſitate exprimendos defectus, ſi qui forſan intervenerit, in eiſdem; ac decernentes illa perpetuo abſque conſcientiæ ſcrupulo inviolabiliter ſubſiſtere; necnon per *Willielmum Petrum* prædictum, ac Epiſcopos, Capitula, Abbates, Priores, Prioriſſas, & Conventus, ac alios quos ea quomodolibet concernunt, & concernent, infuturum, juxta venditionum, & conceſſionum, ac aliarum diſpoſitionum deſuper factarum, hujuſmodi tenore, in omnibus, & per omnia perpetuo obſervari; ſicque per quoſcunque judices & Commiſſarios Eccleſiaſticos, & ſeculares, quavis auctoritate fungentes ſublata, eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique judicari & diffiniri debere; necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis à quocunque, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Quocirca, venerabilibus fratribus noſtris *Londonienſi*, & *Exonienſi*, ac *Piſaurienſi* Epiſcopis, per Apoſtolica Scripta mandamus; quatinus ipſi, vel duo aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes Literas, & in eis contenta quæcunque, ubi & quando opus fuerit, ac quotiens, pro parte *Willielmi Petri*, & hæredum præfatorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes; eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtrâ, eos & eorum quemlibet, illis pacificè gaudere: Non permittentes eorum quempiam, per Epiſcopos, Capitula, Abbates, Priores, Prioriſſas, Conventus, ſeu quoſvis alios, contra eorundem præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, vexari, vel perturbari; contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, ac pecuniarias, eorum arbitrio infligendas & applicandas penas, & alia opportuna remedia, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo; necnon cenſuras & penas ipſas, & iteratis vicibus aggravando invocato etiàm ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis; necnon juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quavis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque; aut ſi Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Prioriſſis, Capitulis, & Conventibus præfatis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim à præfatâ ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per Literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergò omnino homini liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, ſuppletionis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datam *Romæ*, apud Sanctum *Petrum*, Anno *Incarnationis* Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto; Quarto Kalendas *Decembris*, Pontificatus noſtri Anno Primo. [*An. ſcil.* 2 & 3 *Ph. & Ma.*]

B. Beltrandus.

FINIS.

FINIS

INDEX

Ecclesiarum Collegiatarum.

A.

ABerguilly, in Dioc. *Menevensi*, 100. b.
Arundel, in Com. *Suss.* 101. b.
Astley, in Com. *War.* 92. a.
Attilburgh, in Com. *Norff.* 142. a.
Aukland, in Com. Palat. *Dunelm.* 39. b.

B.

BArnard-Castle, in Com. Palat. *Dunelm.* 203. a.
Battlefeild, in Com. *Salop.* 185. a.
Beverley, in Com. *Ebor.* 1. a.
Bolton, in Com. *Ebor.* 137. a.
Bradgare, in Com. 117. a.
Bruges, Libera Capella Regis, in Com. *Salop.* 207. a.
Bursyard, in Com. *Suff.* 98. b.
Bunbury, in Com. *Cestr.* 107. a.

C.

CHester, in Com. Palat. *Dunelm.* 44. b.
Clobeley, in Com. *Devon.* 109. b.
Cotherstoke, in Com. *Northampton.* 96. a.

D.

E.

ETon, juxta *Windeshore* in Com. *Berks.* 195. a.

F.

FOdyngay, in Com. *Northampton.* 158. b.

G.

GLaseney, in Com. *Cornub.* 56. b.
Glouceſtre, S. *Oswaldi* libera Capella, 207. a. 49.

H.

HEmmyngburgh, in Com. *Ebor.* 97. a.
Higham-*Ferrers*, in Com. *Northampton.* 175. b.

I.

IRtlyngburgh, in Com. *Northampton.* 108. a.

K.

KIrkby ſuper *Wrethek*, in Com. *Leic.* 49. a.

L.

LAncadanc, in Dioc. *Menev.* 36. a.
Langceſtre, in Com. Palat. *Dunelm.* 38. a.
Ledbury, in Com. *Heref.* 139. b.
Leiceſter, Eccl. Coll. S. *Mariæ*, 139. a.
London, S. *Martini le Grand*, 26. a.
London, S. *Mich.* in *Crooked Lane*, 104. a.
London, *Elsyng-Spitell*, 190. b.
London, *Pater-Noſter Chirche*; alias Whitington Colledge, 189. a.

M.

MAidſton, in Com. *Cantii*, 132. a.
Manchester, in Com. *Lanc.* 174. b.
Merewell, in Com. 55. b.
Middelham, in Com. *Ebor.* 204. a.

N.

Newport, in Com. *Salop.* 201. a.
North-Cadbury, in Com. 173. b.

O.

Otery S. *Mariæ*, in Com. *Devon.* 59. a.

P.

Penecriz, Libera Capella Regis, in Com. *Staff.* 207. a. 48.
Plery, in Com. *Eſſex.* 120. b.
Pontfract, in Com. *Ebor.* 106. b.

R.

Rippon, in Com. *Ebor.* 87. b.
Rotheram, in Com. *Ebor.* 204. b.
Rulsheworth, in Com. *Norff.* .... 110 a.
Ruthyn, in Com. *Denbigh.* 57. b.

S.

St. Dabids, in Com. *Pembr.* 112. b.
Salop, S. *Mariæ*, Libera Capella Regis, 207. a.
Sibethorp, in Com. *Ebor.* 89. b.
Stafford, Eccl. S. *Mariæ*, Libera Capella Regis, 202. a. 207. a. 45.
Staynthrope, in Com. Palat. *Dunelm.* 142. b.
Stoke-Clare, in Com. Suff. 164. b.
Suthwelle, in Com. *Notingh.* 10. a.

T.

Tateſhale, in Com. *Linc.* 194. a.
Tetenhall, in Com. *Staff.* Libera Capella Regis, 207. a. 48.
Thele, in Com. *Hertf.* 190. b.
Tong, in Com. *Salop.* 143. b.
Tuxford, in Com. *Noting.* 90. a.

W.

Wallingford, in Com. *Berks.* 34. a.
Warwic. Eccl. Coll. S. *Mariæ*, 27. b.
Wenghan, in Com. *Cantii*, 52. a.
Wenſlaw, in Com. *Ebor.* 137. b.
Weſtbury, in Com. *Glouc.* 202. b.
Weſtminſter, Capella Colleg. S. *Steph.* 61. b.
Windeſore, Capella Regalis, ac Collegiata S. *Georgii*, 67. b.
Wincheſter, Eccl. Coll. S. *Eliz.* 46. a.
Wincheſter juxta, Eccl. Coll. S. *Mariæ* 106. a. 133. b.
Wolverhampton, Libera Capella Regis, 207. a. 45.
Wymburne-minſter, Libera Capella Regis, 207. a. 46.
Wye, Eccl. Coll. in Com. *Cantii* 191. n. 60.

Index

Index Virorum.

A.

ANdrews Ric. 200, 24.
Arderne Joh. 59, 19, 199, 18, 2.
Arundel Co. Ric. 101, 48, 105, 60, 15.
Aſheton Rob. 66, 5.
Aſtley Egid. 92, 46.
Aſtley Tho. 92, 46.
Aſtley Walt. 92, 54.
Auncel Will. 174 b. 49.

B.

BArdolf Will. 200, 18.
Barette Henr. 199, 12.
Barneſley Tho. 170, 55.
Beauchamp Joh. 200, 32.
Beauchamp Rog. Camerarius Regis 66, 5, 70, 9.
Bedfordiæ Dux Joh. 71, 42, 18.
Bekynton Tho. 200, 23.
Beler Rog. 49, 62.
Belet Will. 234, 40.
Belknap Juliana, 133, 30.
Bellocamp de *Rym* Joh. 60 b. 60.
Berdewel Will. 110, 43.
Bohun Will. Co. *Northampt.* 69, 53.
Botreaux Eliz. 173, 46.
Botreaux Joh. 174, 64.
Botreaux Rad. 174, 64.
Botreaux Will. 173, 46, 58, 174, 63.
Braybroke Gerardus 141, 48.
Buckingh. Dux Humfr. 202, 52, 9.
Burgh Will. 99, 66.

C.

CAlthorpe Will. 110, 42.
Calviley Hugo, 107, 39.
Carew Nich. 66, 7.
Carpenter Joh. 178, 18.
Carey Will. 109, 20.
Cheigne Joh. 159, 55.
Chicheley Henr. Archiep. Cant. 175, 19.
Chicheley Rob. 177, 2.
Clere Edm. 198, 66.
Clifford Petrus, 60, 62.
Clinton Tho. 92, 61.
Coventre Joh. 178, 18, 189, 31.
Courtney Will. Cantuar. Archiep. 132, 17.
Cromwel Rad. 194, 19.
Cromwel Matil. 194, 59.
Curli Rob. 28, 38.

D.

DArci Joh. 70, 39.
Davidvil Nich. 28, 3.
De la Mare Galfr. 29, 56.
Devon. Co. *Hugo de Courtney*, 60, 58.
Doreward Joh. 176, 21.
Draper Tho. 201, 63.
Dudley Will. 74, 9, 75, 63.
Dynham Oliverus 60, 61.

E.

EAdwine Co. 27, 59.
Ebor. Dux Edm. 158, 51.
Ebor. Dux Edw. 158, 29, 162, 7.
Ebor. Dux Ric. 202, 66.
Everard Walt. 199, 49.

F.

FArham Sim. 48, 18.
Fenys Jac. 200, 25, 51.
Fenys Rog. 199, 61.
Fil. Gilberti Ric. 27, 63.
Fil. Godrici Henr. 28, 9.
Fil. Hermenfredi Hugo, 28, 7.
Fil. Hugonis Hodo, 28, 5.
Fil. Ricardi Hugo, 28, 1, 29 55.
Fil. Roberti Anchetillus, 28, 1.
Fil. Turchilli Siwardus, 28, 2, 29, 55.
Fil. Willielmi Petrus, 28, 2, 29, 56.
Fornellis Will. 13, 57.
Fourbor Ric. 199, 50.
Franceys Will. 94, 57.
Franceys Joh. 60, 62.

G.

GIffard Joh. 96, 8.
Glouc. Dux Tho. 131, 11, 180, 55.
Glouc. Dux Humfr. 201, 19.
Glouc. Dux Ric. 203, 36.
Gonevill Edm. 110, 54, 111, 61, 112, 27.
Gorham Henr. 13, 58.
Grandiſon Joh. Exon. Epiſc. 59, 61, 60, 12.
Grey Joh. 57, 19.
Grey Regin. 57, 60, 58, 5.
Grove Will. 178, 19, 189, 32.

H.

HAmpdene Edm. 141, 50.
Hamptone Joh. 200, 25.
Harwedon Rob. 48, 25, 29.
Herteſhorne Joh. 141, 51.
Hervey Joh. 141, 49.
Hevenyngham Joh. 110, 41.
Howyke Will. 187, 59.
Hungerford Walt. 140, 16, 162, 48, 194, 26.
Huſee Joh. 187, 54.
Huſee Tho. 187, 56.
Huſee Ric. 185, 39, 187, 55.

I.

INge Will. 59, 19.
Ipres Joh. 66, 6.
Iwardby Joh. 199, 37.

K.

KAereu Joh. 60, 59.
Knivet Joh. 66, 4.
Knolles Rob. 106, 57.
Knyghteſton — 60, 63.

L.

LAncaſtriæ Dux Joh. 139, 29, 158, 48.
Lancaſtr. Dux Henr. 139, 21.

Lancaſtre

Lancastre Matil. 98, 45, 99, 64.
Latimer Will. 63, 3.
La Warre Tho. 174, 37.
Lovel Will. 198, 57, 199, 9.
Ludlow Joh. 144, 9, 147, 56, 153, 27.
Ludlow Will. 145, 4.
Lungvilers Joh. 90, 60.
Lungvilers Tho. 90, 10.
Lynde Will. 199, 38.
Lyngane Rad. 153, 29.

M.

MAlet Will. 27, 63.
Mannevil R. 29, 57.
Marchere Co. 27, 60.
Marchiæ Co. Edm. 164, 33.
Melton Joh. 62, 50.
Moleyns Adam. 200, 24.
Montfort Thurstan. 29, 55.
Montgomeri Co. Rog. 27, 62.
Mortimer Rog. 48, 45, 59, 16.
Mortimer Rob. 142, 65, 28, 10.
Nevill Rad. 70, 52.
Nieuport Will. 144, 46.

O.

OVerton Joh. 174, 43.

P.

PArr Gilb. 200, 43.
Palton Will. 174, 15.
Pastone Will. 194, 28.
Pembruge Isabella, 143, 23, 146, 53, 158, 16.
Pembruge Ric. 144, 57, 147, 67, 157, 49.
Pembruge Fulco, 147, 55, 153, 24, 156, 35.
Perci Henr. 185, 31.
Perci Ydonea, 9, 34.
Peter Will 207, 43.
Peyvre Tho. 141, 49.
Peytevyne Tho. 144, 8, 147, 56, 153, 28.
Phelip Will. 198, 31.
Pincerna Will 28, 10.
Pincerna Henr. 28, 11.
Power Joh. 60, 63.
Prees Rob. 139, 58.
Prophete Joh. 139, 57.
Pyel Joh. 198, 22.

Q.

R.

RAulegh Joh. 60, 61.
Rivers Ric. 49, 6.
Robertus Co. 27, 60.
Rotheram Thomas Episc. *Linc.* 204, 64.
Roos Rob. 198, 67, 200, 35.
Russel Pentecosten, 104, 35.
Rutl. Co. Edm. 202, 66.

S.

SAunford Will. 48, 40.
S. John Joh. 48, 52, 66.
S. Piere Urianus, 59, 18.
Scrope Ric. 137, 24, 51.
Scrope Joh. 194, 26.
Sergeant Walt. 199, 51.
Sibethorp Tho. 89, 36.
Somerset Joh. 200, 23.
Spelman Henr. 10, 43.
Spigurnel Henr. 59, 20.
Staunford Joh. 199, 60.
Styward Joh. 198, 10.
Stretton Ric. 48, 58.
Striklond Walt. 199, 27, 200, 12.
Sudbury Simon Episc. Lond. 91, 19,
Suffolc. Dux Joh. 77, 32, 78, 24.
Suffolc. Co. Will. 200, 22.

T.

TAilbois Walt. 194, 27.
Taillour Phil. 181, 14.
Thirnyng Will. 174, 42.
Tibetot Paganus, 59, 17.
Tresham Will. 200, 26.
Tudenham Tho. 198, 21.

V.

VEre Tho. 131, 52.
Vere Walt 199, 41.
Vernon Ric. 144, 58, 147, 67.
Ufford Rad. 99, 66.

W.

WAldeshef Walt. 181, 12.
Waltheof Co. 27, 61.
Walworth Will. 104, 42.
Warwic. Co. Henr. 27, 30.
Warwic. Co. Rog. 28, 18, 37, 55, 23, 29, 43, 11.
Wentworth Joh. 205, 55.
Westmorland Co. Rad. Nevill. 142, 56.
Whitington Ric. 177, 56.
Whitington Will. 180, 51.
Wingfeild Rob. 110, 41.
Wickham Will. Episc. Winton. 106, 40, 133, 50.
Wolvey Tho. 92, 60.

Y.

YEvele Henr. 133, 35.
Yve Rog. 185, 25, 186, 47.

Index Locorum:

A.

Adbrighton-*Huſee*. 185, 29.
Aldham, 191, 38.
Alford, 141, 12.
Alveley, 198, 15.
Amwel, 191, 36.
Andever, 135, 51.
Andever, Pr. Alien. 135, 46.
Aneburie, 159, 19.
Angre, 26, 47.
Angueryng, 105, 66.
Anſty, 162, 32, 33.
Arundel, 102, 1.
Aſhe, 98, 52.
Aſhalesford, 64, 47, 66, 49.
Aſlacton, 89, 42.
Aſton, 187, 13.
Aſteley, 93, 9.
Atherſton, 73, 61.
Aukland S. Helenæ, 42, 50.
Aukland Epiſcopi, 41, 56, 42, 26.
Aytone, 141, 12.

B.

Balidone, 91, 37.
Barton, 64, 47, 66, 50.
Batheley, 16, 45.
Batisford, 172, 40.
Beauchampwel, 166, 62.
Bedingham, 10, 22, 12, 50, 6, 15, 60.
Bedeworth, 93, 13.
Bedburne, 42, 64, 14.
Beckford, 161, 56.
Beckford Pr. alien. 200, 30.
Bellocamp Othonis, 166, 1.
Benediſt, 26, 45.
Benefeld-Side, 39, 58.
Bentley, 141, 11.
Bereford, 177, 7.
Bernardeſton, 166, 3.
Berneſtone, 131, 44.
Berwes S. Mariæ, 198, 21.
Bertone-*Bendyſhe*, 166, 33.
Bertone, 172, 25.
Betreſdene, 193, 56.
Bikenore, 117, 25.
Bileſton, 89, 42.
Billingſide, 39, 49.
Billingeſhurſt, 103, 10.
Bires, 42, 56, 4.
Birteley, 45, 45.
Birtone, 62, 19.
Blackhurſt, 103, 15.
Blanford, 78, 40.
Blaynledrod, 37, 14, 100, 58.
Blakenkam, 75, 20, 198, 40.
Bledelow, 63, 36, 198, 12.
Bluntmal, 208, 37.
Bocton-Allulph, 193, 36, 55.
Bokemynſtre, 49, 26, 50, 54.
Bokyngfeld, 131, 43.
Bonfleote, 26, 49.
Bonyngton, 53, 23.
Bordenne, 117, 24.
Bottele, 48, 22, 47.
Bourne, 102, 63, 103, 18.
Boxele, 133, 25.
Boxſtede, 172, 28.
Bradlow, 141, 11.
Brakene, 137, 1, 57.
Bradgare, 117, 24.
Bradeley, 39, 49, 172, 28.
Braeles, 27, 47, 29, 22.
Braiwel, 162, 43.
Branſete, 193, 19.
Braundon juxta Sudbury, 92 6.
Breke, 172, 29.
Brent, 208, 22.
Bretenham, 110, 29.
Brignale, 137, 66.
Brimesfeld, 75, 18.
Brokesborne, 191, 35.
Brome, 39, 54.
Bromfeild, 191, 29.
Bromſheles, 39, 45.
Brunhope, 39, 55,
Brymmesfeld Pr. alien. 198, 38.
Budebroc, 28, 41, 49, 53, 30, 8, 31, 46, 64, 32, 60.
Buclesfeld, 39, 51.
Bucwel, 64, 47, 66, 50
Bulmere, 91, 38, 166, 66.
Bumſtede ad Turrim, 166, 20, 172, 31.
Bunbury, 167, 19.
Buntſal, 141, 16.
Bures, 172, 14, 43.
Bures-*Giffard*, 191, 28.
Burghegge, 78, 57.
Buttisbury, 208, 32.
Bursblades, 39, 48.
Buxhale, 166, 10.

C.

Caldecote, 30, 12.
Caldeſete, 45, 44.
Caldewelle, 137, 37, 56.
Carſingtone, 141, 14.
Carſwel, 70, 53.
Cartaepugy, 101 b. 64.
Cavendiſh, 166, 53.
Cavenham, 172, 13.
Cayton, 70, 18.
Ceſtre, 45, 60, 41, 50.
Charletone, 75, 24, 199, 61.
Chaverhil, 172, 30.
Chelmsford, 191, 29.
Chelworth, 162, 23.
Cherlecote, 29, 44.
Cheſterton, 177, 3.
Cheſthunt, 76, 37.
Cheſyngbury, 73, 64.
Chilton, 53, 66, 166, 5.
Churcheſtowe, 208, 16.
Chypley, 166, 50.
Cladlowe, 141, 14.
Clare, 166, 13, 34.
Cladlow, 141, 14.
Claverdon, 29, 49.
Clif ſuper Teſe, 137, 67.
Cliſton, 162, 43.
Coclangge, 53, 38.
Cocking, 102, 59, 103, 11.
Cogges Pr. alien. 199, 10.
Coggeſhal Abb. 172, 39.
Colbrugge, 61, 49, 66, 59.
Colymere, 200, 11.
Colierley, 39, 14.
Colpyel, 39, 50.
Compton, 75 27, 199, 30.
Compton-Baſſet, 162, 24.
Compton S. John, 78, 52.
Conesburgh, 162, 43.
Conesford, 64, 50.
Conkeſheved. 39, 56.
Corneſhows, 39, 43,

Cornethe, 166, 2.
Cote, 29, 56.
Cotherstoke, 96, 29, 33.
Cottesforde, 198, 43.
Cowbridge, 208, 10.
Cowlenge, 172, 26.
Cretyng Pr. alien. 198, 32.
Crevecuor, 28, 55.
Criklade, 162, 29.
Cristighale, 26, 46.
Croke, 39, 49, 45, 43.
Cromford, 141, 14.
Croppehille, 10. 60.
Croudon, 207, 66.
Croundale, 133, 32, 193, 55.
Crull, 53, 39.
Crympleshim, 172, 13.
Culmeston *Gymenges*, 48, 30, 49, 17.
Cumtone, 29, 60.

D.

DAchet, 69, 32.
Dadele, 187, 11.
Dadyngton, 69, 55.
Daumerston, 166, 64.
Deffrencloyt, 58, 32, 67.
Derverok, 45, 33.
Dewesbury, 62, 6.
Difford, 137, 58.
Doghton, 162. 30.
Dokkyng Pr. alien. 198.
Dunham, 12, 31.
Dymmok, 161, 56.
Dynameriza, 58, 17, 56.
Dynamerugha, 58, 12, 52, 56.

E.

EDelesbury, 78, 45.
Edmansley, 45, 39.
Eldon-*Major*, 41, 58, 46, 6, 34, 40.
Eldon-Minor, 41, 60, 42, 7, 34, 40.
Elham, 64, 49, 66, 58.
Elmedene, 110, 16.
Elmystre, 203, 5.
Eyngham Magna, 142, 16.
Elyngham Pr. alien, 199, 4.
Endestone, 199, 15.
Erbury, 166, 4.
Essche, 39, 1, 43, 53, 65, 53, 54, 6, 13.
Eseburne, 141, 9.
Esling, 64, 47, 66, 50.
Ester, 26, 43.
Est-Borudon, 208, 23.
Estcombe, 42, 51.
Est Dene, 103, 22.
Estrathewy, 36, 52.
Est-Wrotham, 198, 11.
Eton, 13, 64.
Everdone Pr. alien. 198, 32.
Eynesford, 66, 54.

F.

FAnnes 133, 34.
Farleghe, 132, 17.
Farlegh Pr. 200, 4.
Fasterne, 162, 22.
Fichefache, 42, 59, 9.
Fishlake, 162, 44.
Flete, 53, 54.
Fobbing, 26, 45.
Fodringhay, 162, 37.
Folkeston Pr. alien. 200, 2.
Forde, 188, 23.
Fordes, 39, 61.
Fordham, 166, 32.
Fugers, 45, 35.
Fulbroc, 29, 46.
Fulborne, 73, 9, 198, 17.

G.

GAnnow, 79, 27.
Gaunles, 40, 51.
Gilden-Morton, 144. 44.
Ging-Mounteney, 208, 26.
Glympolua, 58, 17, 56.
Godmersham, 193, 55.
Godwynestone, 53, 54, 54, 9.
Gortone, 175, 34.
Gorynge, 102, 63, 198, 44.
Granteley, 88, 30.
Grantham, 162, 41.
Grenecrost, 39, 50.
Gretham, 30, 6, 31, 43.
Grovebury, 77, 36, 78, 28.

H.

HAldkedone, 172, 27.
Halton, 13, 16.
Hamtone, 28, 54, 64, 66.
Hamptone, 102, a. 60, 103 a. 27.
Hamsteles, 39, 44.
Hardene, 45, 46.
Harewel, 35, 42.
Haroldeston, 113, 51, 116, 28.
Hauley-Barnes, 207, 60.
Hedley, 39, 43, 45, 34.
Helay, 39, 1, 56.
Hegeling, 10, 60.
Hemmyngburgh, 97, 26.
Henye-magna & Parva, 91, 39.
Hertherst, 172, 28.
Hertynge, 102, 63.
Hervertune, 45, 66, 45.
Hethe, 30, 12.
Hetone, 175, 34.
Higham-Ferrers, 177, 33.
Hiworth, 162, 29.
Hoddesdone, 26, 50, 39, 191, 36.
Hodnastone, 141, 13.
Hodone, 53.
Hokesworth, 89, 41.
Holme, 16, 45.
Holmeside, 39, 50.
Holyngburne, 87, 23.
Honydene, 165, 64, 166, 3.
Hoo, 133, 25, 199, 62.
Hoptone, 141, 15.
Horsham S. *Fidis* Pr. alien. 200, 61.
Horstede, 200, 16.
Houkyngge, 117, 23.
Hulle-Morton, 92, 22.
Hunsyndone, 141, 12.
Hurtibuke, 39, 61.
Hussetres, 39, 48.

I.

IDeshale, 185, 52, 187, 9.
Ingarstone, 207, 47.
Irtone, 141, 10.

K.

KApurgy, 37, 14.
Kerredeford, 102, 69, 1.
Kiblesworth, 45, 33.
Kighou, 39, 48.
Kingesclere, 48, 27, 49, 9.
Kirkeby super Wrethek, 49, 25, 31.
Kyncheley, 39, 57.
Kyngestone, 159, 59.

L.

LAdesheved, 45, 34.
Langonour, 113, 48, 116, 27.
Landeg,
Lampelu, 101, 8.
Lameley, 45, 53, 32.
Lamptone, 45, 30.
Landegoc, 37, 13.
Lando, 37, 2.
Lan-Arclem, 37, 21.
Lan-Bister, 37, 20, 100, 60, 101, 34.
Langadanc, 36, 65.
Langudanc, 37, 44.
Langeceftre, 39, 55.
Langauren, 37, 19,
Langammar, ibid.
Langammarch, 100, 61, 101, 6, 36.
Langcley, 39, 53.
Langeley juxta *Ledes*, 64, 48, 66, 51.
Langenlaw, 37, 1, 100, 63.
Lanelwaeth, 37, 2, 101, 3.
Langruden, 100, 66.
Lanlan-Wennael, 37, 4.
Lannenyth, 101, 5, 29.
Lannerthenew, 101, 1.
Lannothol, 37, 3, 101, 7.
Lannaylon, 37, 2.
Lanpeder, 37, 12.
Lansanfred, 37, 3.
Lanteglew, 37, 1,
Lan-Tessilian, 37, 21.
Lanruthe, 58, 24, 41.
Lanvenot, 37, 4.
Lappeley Pr. alien. 145, 41.
Laxton, 207, 6.
Legretone, 12, 49.
Leighton-Busard, 77, 37, 78, 30.

Leomynstre

Leomynſtre Pr. alien. 200, 10.
Lillingſtone, 132, 17.
Lince, 45, 42.
Litel-Aſtone, 201, 60.
Loleſam, 27, 45,
Lond. Hoſp. S. Barthol. 165, 47.
Loſe, 133, 24.
Lumeley Magna & Parva, 45, 30.
Lynne, 166, 14.
Lyrling, 110, 44, 111, 62.

M.

Maidenſtone, 132, 24, 133, 24.
Maiſſebiri, 26, 44.
Malros, 113, 50, 116, 30.
Manceſtre, 175, 33.
Mapel Derham, 199, 40.
Mapultone, 141, 12.
Matching, 208, 36.
Mathetref, 37, 13.
Mattelok, 141, 10.
Mealdone, 26, 51.
Medmeſley, 39, 1, 47.
Meere, 64, 48, 66, 51.
Melford, 166, 65.
Membury, 75, 67.
Merſeye Pr. alien. 176, 15.
Michaeliskirke, 185, 45.
Middeltone, 141, 16.
Middleton-*Quernhow*, 137, 58.
Mildenhale, 172, 25.
Milverton, 93, 51.
Modbury Pr. alien. 198, 44.
Monkenlane, 74, 19.
Monkeſilver, 76, 2.
More, 45, 46.
Morileys, 39, 60.
Morleghe, 42, 59, 9.
Morton, 198, 13.
Mortein-*Decanatus*, 198, 49.
Mortref, 101, 66.
Muchel-Aſtone, 201, 60.
Muetone, 30, 3, 33, 22.
Mulverton, 29, 53.

N.

Nant-Gwenlen, 37, 22.
Nether Hall, 140, 45.
Nettelworth, 45, 40.
Neverne, 113, 54, 116, 27.
New-Bigging, 39, 60.
Newent Pr. alien. 159, 59.
Newenton, 177, 34, 193, 13, 19.
Newford, 78, 40.
Newhuſes, 45, 36.
Newtone, 172, 40.
Nidd, 88, 30.
Nonyngton, 53, 55, 54, 9.
North-*Carleton*, 16, 37.
Northalle, 78, 45.
Northam, 61, 13.
North-*Leverton*, 13, 25.
North-*Mudam*, 75, 27.
North-Mundam, 199, 30.
North-Muskham, 16, 45.
Norton, 26, 44, 28, 54.
Norton S. Walerici, 48, 42.
Nortwelle, 10, 1.
Noſſyngton, 162, 35.
Noteſeles, 39, 54.

O.

Old Swynford, 79, 27.
Okeburne, 71, 45.
Okeburne Pr. alien. 198, 42, 45, 200, 42.
Orlyngbere, 144, 28.
Otery S. *Mariæ*, 59, 62, 60, 31.
Overdene, 177, 64.
Over Hall, 140, 39.
Over Londe, 53, 36.

P.

Patelethe, 166, 4.
Paunfeld Pr. alien. 198, 18.
Pebenerſhe, 91, 38.
Pecke, 39, 55.
Peddynge, 53, 9.
Peltone, 45, 37.
Pentney Pr. 166, 17.
Peverwis, 141, 13.
Pikelre, 45, 38.
Pipering, 105, 19.
Piſhobury, 137, 45.
Plauworth, 45, 51.
Plecy, 131, 27.
Pokeley, 45, 37.
Ponyngton, 75, 31.
Poſelyngford, 166, 50.
Porteſmouth, 78, 56.
Poſtelynge, 193, 56.
Preſton, 76, 2, 102, 62, 199, 62.
Promehil, 193, 20.
Puryton, 76, 4.
Pydellyngtone, 200, 4.

Q.

Quarle, 73, 65.
Quye, 142, 16.

R.

Radeſwel, 166, 53.
Rampton, 13, 48.
Ravendale, 15, 64, 16, 21.
Raveneſhelm, 45, 35.
Raveneſworth, 45, 33.
Rede, 166, 7.
Retlyng, 53, 31.
Rewenhale, 26, 46.
Ridding, 39, 53.
Riſton, 70, 17.
Rodenach, 78, 46.
Rogate, 103, 13.
Rokhale, 99, 11.
Roſſemerion, 58, 45, 55.
Rotheram, 73, 14.
Rue, 58, 45.
Ruſhworth, 110, 44,
Ruſtyſtone, 102, 58.
Ruthyn, 57, 34, 58, 42.

S.

SAlop, *Eccleſ. S. Juliana*, 185, 54, 187, 15.
S. Buriene, 73, 4.
S. Elenæ Pr. *in inſula* Vectæ, 199, 42.
Salteſh, 70, 42.
Sanford, 166, 65.
Sauley, 39, 14.
Scatigurley, 39, 51.
Scorghton, 102, 64.
Sengletone, 103, 21.
Seuſterne, 50, 64.
Sevenhampton, 162, 25.
Sharneford, 144, 33.
Shidefeld, 48, 35, 49, 17.
Shildone, 42, 55, 4.
Shuldham Pr. 166, 49.
Sibethorpe, 89, 41.
Sireburne, 29, 51.
Sireſton, 89, 41.
Sledmer, 137, 58.
Snyterton, 141, 15.
Snytenfelt, 29, 48.
South Stoke, 105, 20.
South Tanton, 68, 27.
Sporle Pr. alien. 198, 36.
Stainburne, 172, 33.
Stanley, 45, 43.
Stanley-Hall, 45, 44.
Stanford, 26, 44, 162, 39.
Stansfeild, 166, 61.
Stanſted-*Abbot*, 131, 35.
Stereſley, 45, 39.
Steley, 39, 51.
Steles, 45, 44.
Stillingford, 34, 55.
Stochulle, 33, 19.
Stodeham, 78, 62.
Stokes, 56, 8.
Stoke, 166, 34, 9, 21, 38.
Stoke-Courcy, 199, 52.
Stradfeild Say Pr. alien. 198, 57.
Stubbeley, 39, 54.
Stukeley, 78, 45.
Sturminſter-Marſhal, 199, 26.
Sudbury, 166, 51.
Sutton, 132, 16, 208, 67.
Swyneſhade, 177, 66.
Symondesborne, 70, 38.
Symondburne, 98, 20.

T.

Taunfeild, 45, 53, 1, 42.
Taunfeild-Ley, 45, 43.
Thakſtede, 166, 30.
Thele, 191, 35.
Thorne, 162, 44.
Thornton-Styward, 137, 56.
Thorpe, 141, 11.

Thurington,

Thurington, 89, 42.
Thyrlow, 172, 38.
Tichefeld, 48, 38.
Tikford, Pr. alien. 200, 66.
Tilbury, 166, 8.
Todenhin, 208, 59.
Toſtes Pr. alien. 198, 34.
Tokenham, 162, 23, 26.
Toleſhunt, 26, 46.
Toppesfeld, 166, 63, 172, 35.
Tortyngtone, 105, 20.
Notynglek Pr. alien. 199, 19.
Totenhawe, 96, 40.
Toveney, 137, 48.
Trallan, 101, 6.
Tremworth, 133, 33.
Triveleye, 45, 38.
Tunſtalle, 117, 25.
Twyfles, 45, 48.
Tyntagel, 78, 32.
Twytham, 53, 16.

V.

Ulkeſtone, 45, 47.
Underwood, 141, 10.
Uphavene, 73, 1.
Up-Merdone, 105, 20.
Uptone, 14, 37.
Urpathe, 45, 47.
Uttoxhatre, 68, 27.

W.

Wakefeld, 62, 7.
Walingford, 35, 63, 22.
Walrigge, 45, 65, 51.
Walſingham Pr. 166, 15.
Waltone, 29, 62, 64.
Wareberewe, 34, 55.
Warnecamp, 105, 66.
Wedon, 75, 31.
Wedneſley, 141, 15.
Wedeghe, 75, 28, 199, 31.
Welles, 131, 47, 51.
Welwyke, 8, 38.
Wengham, 53, 47.
Weſt-Aukland, 42, 41.
Wepham, 105, 66.
Weſthorpe, 49, 63.
Whaddon, 70, 18.
Whitſtapple, 131, 44, 46.
Whitwel, 115, 31, 117, 4.
Wirkeſworth, 141, 8.
Wittone, 41, 60.
Wodfeld, 42, 52, 13.
Wodefend, 45, 30.
Wodelawe, 33, 20.
Wolveye, 93, 30.
Wollavynton, 76, 4.
Worneſelle, 117, 24.
Wotton-*Burgus*, 162, 28.
Wotton-*Vetus*, 162, 23.
Writele, 191, 29, 208, 52.
Wye, 192, 22, 34.
Wyghtreſham, 133, 18.
Wykham, 172, 29.
Wyluby, 93, 49.
Wymeburne, 162, 24.
Wymelingwelde, 53, 39, 55.
Wynchelfeld, 64, 56, 66, 62.
Wydepmore, 40, 53.
Wyradesbury, 68 26.
Wyre, 186, 57, 188, 52.
Wythibrok, 93, 16.
Wythil, 45, 41.

Y.

Yabetone, 102, 58.
Yarwel, 162, 35.
Yeneſhaw, 39, 58.

Z.

Zeldham, 172, 42.

Errata ſic Corrige.

PAg. 13. L. 38. *Avigz*, p. 22. l. 27. veſtimentis, p. 26. l. 25. *Normannorumque*, p. 33. l. 52. latam, p. 50. a. l. 35. fideſtate, p. 64. l. 35. temporalibus, l. 54. diſtringantur, p. 66. l. 4. *Knevet*, p. 70. l. 9. & l. 17. 42. 49. *Evre*, p. 95. l. 17. utentur ſuper pelliciis, l. 21. propoſitum, p. 136. l. 26. dando, p. 142. l. 24. dotetur, p. 144. l. 58. Parleſton, p. 150. l. 65. deberet, p. 165. l. 4. ſint, p. 181. l. 47. recens, p. 191. l. 59. Eccleſia Collegiata de Wipe in Com. *Cantii*, p. 197. l. 49. votum, p. 198. l. 26. apportu, p. 200. l. 41. Aldrichgate, l. 51. *fenys*, p. 203. l. 22. Collegiata de Barnard-Caſtle, p. 204. l. 10. Duci *Glouc.*

.)